CONTROUERSIAE INTER EPISCOPOS ET REGULARES LAURETI DE FRANCHIS...

Loreto : de Franco, Zaccaria Pasqualigo, Giuseppe Zaroli, ...

Digitized by Google

M.11.5.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
13
1 F
12

13 — 1. h. 37.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

CONTROVERSIAE INTER EPISCOPOS ET REGVLARES LAVRETI DE FRANCHIS. ET OBSERVATIONES ZACHARIAE PASQVALIGI CLER. REGVL.

Digitized by Google

Digitized by Google

CONTROVERSIAE

INTER

EPISCOPOS, ET REGVLARES

LAVRETI DE FRANCHIS

NEAPOLITANI

S. THEOL. AC I. V. DOCT. PROTONOTARII APOST.

In quibus quicquid ex S. Concil. Trident. Decretis, Constitutionibus Summorum Pontificum & determinationibus Apostolicis ordinariæ, ac delegatæ Iurisdictioni tribuitur. Quicquid etiam adhuc indecisum occurrere solet in dies, per varias Quæstiones resoluitur.

ATQVE

OBSERVATIONES

ZACHARIAE PASQVALIGI

CLER. REG. VERONEN. S. THEOLOGIÆ PROFESSORIS.

In quibus Auctoris Doctrina expenditur, & plurimæ aliæ difficultates ab eodem. prætermissæ, & ad materiam concernentes breuiter, & dilucidè resoluuntur.

CVM INDICE QVAESTIONVM, ET RERVM.

ROMÆ, Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apost. M. DC. LVI.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISS.MO ET REVERENDISS.MO PRAESVLI

D. HIERONYMO FARNESIO

ARCHIEP. PATRACENSI AVLÆ PONTIFICIÆ PRÆFECTO

ZACHARIAS PASQVALIGVS

CLER. REGVL.

Omnia fœlicitatis incrementa.

CONGRVENTER magnæ indoli tuæ facies, Farneſi Antiſtes Illuſtriſſime, ſi, qui nunc in lucem prodeunt, Commentarios hoſce meos tuo dignaberis patrocinio: ſicuti nihil ipſe profectò congruentiùs, nihil opportuniùs fecerim, quàm illos, præclaro tuo nomine inſcriptos, Tibi ſiſtere. Obſeruationes eæ ſunt, quas ad Laureti inter Epiſcopos, ac Regulares Controuerſias, neſcio quanam ingenij propenſione, adornaui: atque adeò iure quodam in ſinum tuum inuolant,

Digitized by Google

qui Sacræ Auguſtorum Patrum de Epiſcopis, & Regularibus Congregationis diù à Secretis, quicquid eſt eiuſmodi controuerſiarum, viſus tuo nutu adminiſtraſſe, diremiſſe eruditione, vi iudicij, vſuquè prudentiæ temperaſſe. Planè, gratulandum nimio quidem opere mihi eſt, quòd ea pro facultatis meæ tenuitate lucubrauerim, quæ Tu non modo ſingulari quadam humanitate, comitateque honeſtares, ac percurreres; ſed à doctrinarum opinione, ac luce ingenij id etiam efficeres, vt aliquid eſſe lucubrationes has meas plerique omnes putent, quas viderint Viro eruditiſſimo, earumquè præſertim diſceptationum, quas hic verſamus, longè ſcientiſſimo nuncupatas. Quamquam, ſi reliqua tuarum ornamenta laudum ſpectem; quid huic Operi ſplendidius, quid Auctori ad exiſtimationem, famamque nominis contingere magnificentius vnquam potuit, quàm Patronum compellari Te, quem decora æquè tuorum, ac tua, tùm publica, ac priuata certatim virtus inter paucos commendat? Genus Tibi, cui ſpecioſa quædam, ac ſplendida infelicitas contigit: nempè, vt dilaudare, niſi minuat, nemo poſſit: Nam ſupremos ipſos Chriſtiani Orbis faſces, ac primi nominis Purpuras; ampliſſimas deindè Dominationes, tot clarorum Ducum paludamenta, trabeas, victoriarum cumulos, quæſitas bellica virtute Laureas, palmas, triumphos neque ipſa multilinguis fama abundè commemorauerit. Qui quidem auitus ſplendor, atque inclyta maiorum exempla mirum, quibus Te adhortamentis, ac ſtimulis ad verum iter, curſumquè gloriæ prouocauerint. Ipſo œui flore Ciuili prudentia Laureatum, erectumque ad magna, ea Te admurmuratione, plauſuquè excepit Romana Aula, vt & parem rerum maximarum momentis exiſtimauerit; & ijs adminiſtrandis, expediendiſquè vltrò admouerit. Cùm interim ea eſſet Quiritium ſententia, vt nihil conſilijs tuis ſapientiæ, nihil in dicendo facundiæ, nihil deſiderari in agendo dexteritatis poſſet. Iam, perſpecta Romæ tuæ vis mentis, ac iudicij maturitas; foris etiam, honeſtiſsima videlicet ad Heluetios Legatione inclaruit. Amplificata hic Romanæ auctoritatis

Infu-

Digitized by Google

Insula, propugnata strenuè Pontificum iura, accurata Ecclesiarum, atque Orthodoxæ religionis commoda, elisa discordiarum semina, adaucta in Apostolicam Sedem Gentis studia: planè, vt cùm summam indolem, industriam, solertiam, fidem Vrbano Maximo Pontifici mirificè adprobaueris, nouam is egregiæ virtuti tuæ arenam aperuerit. Scilicet, non is eras, cuius feriari ardor animi, ac præferuida mens posset. Alia ex alijs destinantur impigræ Sedulitati tuæ munia: Romanas, atque Orbis curas inexhausto quodam spiritu voras, ac spiramentum laboris labor est: simul rem omnem Episcoporum, ac Regularium supercilio tuo regis: simul Sacræ Te Inquisitionis Consultationibus commodas: simul grauissima quæque alia in commune commodum moderaris: ades ipse cunctis vegetus, alacer; curasquè omnia, par singulis, Aulæ Centimanus. At enim nihil æquè eximij tui pectoris magnitudinem, integritatem, robur commendat, ac imposita tuis humeris ab Innocentio Pontifice Decimo Prætura Vrbis: ardua ea quidem, sed quam per summam animi contentionem, atque incomparabili quodam genere prudentiæ perindè gessisti, vt proscripta administrorum auaritiæ, abrupta causarum perendinatione, punitis turbulentissimorum hominum ingenijs, visa mox fuerit redijsse iudicijs æquitas, securitas Romæ, felicitas, faustitas, tranquillitas populo. Publica hæc demum munera excepit Pontificiæ domus Præfectura, qua quidem visus beneuolentiam, amoremquè in te suum indicare voluisse Maximus ALEXANDER: Sed amens profectò sim, si putem, auream laudum tuarum segetem demeti stylo posse. Huc verò excurrisse, ac strictim egregias animi tui opes, ac res præclarè gestas delibasse, & impetus quidam fuit, quò mihi, & litterarijs hisce laboribus amplissimam à tanto patrocinio gratularer fortunam, ac decus; & argumentum obseruantiæ in Te meæ; quæ sanè haud exhiberi pulchrius, ac præstantius potuit, quàm tuismet laudibus immixta. Cœterùm meum hoc donarium, & quicquid hic est eruditionis, fore, vt æqua fronte ac-

te accipias, facilè mihi perſuadet incomparabilis humanitas tua, quæ nunquam certè Opus illud improbauerit, quod Tibi dicatum, à Farneſianis Lilijs floret, à tuo nomine perennabit. Vale.

Digitized by Google

BENEVOLO
ATQVE
CANDIDO LECTORI
Bibliopola.

COGITABAM Controuersias inter Episcopos, & Regulares Laureti de Franchis typis remandare, vt eorum desiderio satisfacerem, qui pro libro frequenter instabant. Consilium hoc meum cum pluribus doctrina, & eruditione spectandis communicaui. Sed ecce statim varias sententias, varia animorum sensa. In eo vno omnes concordes, vt operis argumentum laudarent, vt pote magnum quid inscriptione ipsa promittens, & Lectoris curiositatem percellens. Verum subnectebant statim aliqui, ieiunum esse opus, & vix aliquas materias libare, quæ longiori examine indigerent. Alij, adnotare quidem Auctorem plurima scitu digna, sed plura quoque non minus necessaria pertransire, vt proinde, cum de positiuo iure agatur, facile sit vnicuique errare, dum sibi persuadens, satis omnia explicata, nihil aliud supereſſe credit, adeoque manca directione vtitur. Alij nutare plura, quæ pro certis traduntur; quin non raro proferri iura, quæ sententijs stabiliendis nihil prodessent. Indolebant Religiosi viri, quod Auctor erga se ipsos infensum se ostenderet, dum nulla occasione prætermissa eorumdem priuilegijs detraheret, eique, qua potiuntur ab Antistitum iurisdictione, exemptioni derogaret: & quod mirum est, eam subiectionem intruderet, tanquam Ecclesiasticis sanctionibus stabilitam, quæ nullis legibus, nullis Decretis niteretur. Quibus auditis, consilium pœne intercciderat, cum re tota communicata A.R.P. Zachariæ Pasqualigo ex illustri Congreg. Cler. Reg. doctissimo viro, vt edita ipsius iam opera testantur, huiusque materiæ scientissimo, animum mihi erexit, dignumque asseruit librum, qui recuderetur. Quin nonnulla se ad Auctoris sententias obseruasse, seque ea mihi exhibiturum, pollicitus est. Cœterum cum ea non vide-

viderentur ſufficere in eorum; quæ deſiderabantur ſupplementum, enixè rogaui, vt pro communi vtilitate laborem ſuſciperet, plenaſque obſeruationes inſtrueret, quæ communibus votis reſponderent. Adnuit tandem, quamuis ægrè, vt potè ſtudijs proprijs, alijſque occupationibus diſtentus. Has mihi exhibuit ad ſingulas Auctoris ſententias, quas ita æqua lance expendit, vt ius ſuum tribuat vnicuique, nec in aliquam partem propendat, niſi quò traxerint Summorum Pontificum Sanctiones, S. Congregationum Decreta, Rationis momenta, Doctorum Auctoritas. Eas quoque difficultates reſoluit, quas Auctoris calamus non preſſit, & tamen diſſoluiſſe neceſſe fuerat, vt quæ eccleſiaſtica Auctoritate ſancita erant, & abſque hæſitatione perciperentur, & ſecurè impleri poſſent. Alia quoque, & frequentia dubia excitat, nondum ſcribentium calamo exarata, eaque ſumma facilitate reſoluit, & ad Sacrorum Canonum normam, vt proinde opus nouum cenſeri meritò poſſet, & in iuſtum volumen euadere, niſi prædicto operi adnecterentur. Et quamuis adeo excreuerint, ita tamen ſingula perſtrinxit, vt paucis rei ſummam expreſſerit, & ſimul facilitati conſuluerit, atque perſpicuitati. Quamobrem puto ijs plenè ſatisfactum, qui hæc deſiderare videbantur; tibique benigniſſimè Lector gratos futuros hos labores, necnon ex integro profuturos. Quod ſi contigerit, voti mei compos fiam, atque expenſis in tui commodum non peperciſſe, contentus ero; animuſque vigeſcet ad alia tibi paranda. Æternum vale, ſiſque diu, & ſemper feliciſſimus.

AT-

Digitized by Google

ATTESTATIONES.

P. D. Zachariæ Pasqualigi insignis nostræ Congregationis Theologi Obseruationes ad Controuersias inter Episcopos, & Regulares Laureti de Franchis diligenter perlegi, easque cum ipso excellentiores opere cognouerim, dignas luce iudico, præsertim cum & bonis moribus, & Catholicæ Fidei sint conformes.

Romæ Kal. Iulij M. DC. LV.

D. Andreas Sottanus Cler. Reg. S. T. D.

EX commissione A. R. P. Generalis percurri librum, cui titulus est Obseruationes ad Controuersias inter Episcopos, & Regulares Laureti de Franchis Auctore R. P. D. Zacharia Pasqualigo, & nihil à recta fide, bonis moribus, Constitutionibus, & Decretis Summorum Pontificum alienum offendi. Imo omnibus, quod suum est, æqua lance tribuere iuxta S. Congregationum declarationes, ideo typis mandari posse existimo, tanquam tum ob facilitatem Doctrinæ, tum ob eruditionem luce dignissimas.

Romæ VI. Non. Iulij M. DC. LV.

D. Alphonsus Besutius Cler. Reg. S. T. P.

Facul-

Digitized by Google

Facultas P. Generalis.

D. Bonifacius Agliardus Præpositus Generalis Congregat. Cler. Regul.

HOc Opus inscriptum Obseruationes ad Controuersias inter Episcopos, & Regulares Laureti de Franchis, à R. P. D. Zacharia Pasqualigo Sac. Theologiæ Professore, & Nostræ Congregationis Consultore compositum, & iuxta præfixam assertionem Patrum, quibus id commissum fuit, approbatum, vt typis mandetur, quò ad nos spectat, facultatem concedimus. In quorum fidem præsentes litteras manu propria subscripsimus, & nostro sigillo firmauimus.

Romæ die 3. Iulij 1655.

D. Bonifacius Agliardus Præp. Gen. Cler. Reg.

Locus ✠ Sigilli

D. Nicolaus del Lino Secretar.

Imprimatur.
Si videbitur Reuerendissimo P. Sacri Palatij Apost. Mag.

M. A. Episcopus Hierapolitanus Vicesg.

Imprimatur.
Fr. Raimundus Capisuccus Ordinis Prædicatorum Sacri Apost. Palatij Magister.

Digitized by Google

CONTROVERSIARVM INTER EPISCOPOS ET REGVLARES

LAVRETI DE FRANCHIS

PARS PRIMA.

In quibus Regulares ex Sac. Conc. Trident. Decretis locorum Ordinarijs ſubdantur.

SVMMARIVM.

1 *Canones Concilij Tridentini de Regularibus in ſingulis monaſterijs exequutioni mandandi.*

Pro imprimendis libris de rebus ſacris per Regulares, requiritur licentia Ordinarij, & Superiorum Regularium.

Eadem licentia requiritur pro degentibus intra ſtatum Eccleſiaſticum, quando aliò tranſmittunt libros imprimendos.

Libri tractantes de auxilijs imprimi non poſſunt niſi cum licentia Apoſtolicæ Sedis.

An aliquis punctus circa hanc materiam tractari poſſit.

1 PRÆCEPTO ſancti Concilij Tridentini *ſeſſ. 25. de Regularibus cap. 22.* conſtitutum eſt, vt omnes, & ſinguli Canones, qui de Regularibus præſcribuntur, in omnibus Monaſterijs, Cœnobijs, Collegijs, & Conuentibus quorumcunque Monachorum, & Regularium, quamprimum executioni mandentur: ideò breui complectar quicquid in ſacris eiuſdem Concilij Decretis, & Canonibus ad Monachos, Religioſos, & Moniales ſpectat.

Primò. Quod ad Religioſos pertinet, *ſeſſ. 4. in decreto de vſu, & editione ſacrorum librorum*, ſic habetur: Non liceat Fratribus imprimere, ſeu imprimi facere libros de rebus ſacris ſine approbatione Ordinarij, & licentia ſuorum Superiorum.

ADDITIO.

Prædicta licentia non ſolùm requiritur pro imprimendis libris, ſed etiam pro aliò tranſmittendis in ordine ad impreſſionem, quò ad eos, qui degunt intra ſtatum Eccleſiaſticum, de quacunque materia pertractent, ex decreto S. Congregationis Inquiſitionis *die* 18. *Septembris* 1625. quod habetur inter Conſtitutiones Vrbani VIII. *tom.* 4. *Bullar. num.* 50. Comprehendit etiam dicta prohibitio deferentes aliò libros imprimendos; vnde ſi quis recederet à ſtatu Eccleſiæ, vt deferret librum à ſe compoſitum imprimendum, contraueniret prohibitioni.

Dicta autem prohibitio non intelligitur de ijs, qui ad breue tempus manent intra ſtatum Eccleſiæ, ſed de ijs, qui habent habitationem, vt notant Theſaurus *in Praxi par.* 2. *verbo.* Libri. *num.* 3. Lezana *verbo.* Libri. *num.* 2. quia degere eſt habitare S. *penul.* Inſtit. *De vſu, & habitatione.*

Libri verò tractantes de Auxilijs, aut ex profeſſo, aut incidenter ex quouis prætextu, prohibentur imprimi per quaſcunque perſonas abſque licentia

Digitized by Google

Summi Pontificis obtinenda in Congregatione S. Inquiſitionis ex Decreto Pauli V. *in Congregatione S. Inquiſitionis*, & confirmato ab Vrbano VIII. 22. *Maij anno* 1625. & rurſus in Bulla, quæ incipit: *In eminenti. Non. Martij* 1641. Pœna autem incontrafacientes eſt excommunicatio ipſo facto incurrenda, & Interdictum Eccleſiaſticum reſpectiuè, aliæque arbitrariæ pœnæ cum reſeruatione abſolutionis, ſuſpenſionis, & relaxationis ipſi ſummo Pontifici, & dictæ Congregationi. Librique ipſo facto prohibiti cenſentur.

Notat tamen Lezana *tom.* 1. *quæſtion. Regular. cap.* 10. prædicta decreta non comprehendere libros tractantes de aliquo puncto, ſeu quæſtione de Auxilijs: quia aliud eſt materia de auxilijs, aliud punctus, ſeu difficultas de auxilijs: alias non poſſent tractari, niſi imperfectè materiæ, quæ habent connexionem cum materia de Auxilijs.

Nota etiam, quod in aliquibus locis non eſt in vſu licentia Ordinarij, ſed ſufficiet licentia Inquiſitoris, vt conſtat ex praxi, quæ innoteſcit, & approbationibus præfixis ipſis libris impreſſis, præſertim in Dominio Veneto.

S V M M A R I V M.

2 *Lectio S. Scripturæ habenda in Monaſterijs Monachorum.*
Epiſcopi ſunt delegati Pontificis in ordine ad cogendos Abbates pro lectione ſacræ Scripturæ.
Clauſula inter vnam & aliam diſpoſitionem refertur ad præcedentem.
Quæ Monaſteria cogantur ad lectionem ſacræ Scripturæ.
Clauſula, Opportunis remedijs, *quid importet.*
Generalis diſpoſitio non comprehendit quæ indigent ſpeciali conceſſione.

2 Secundò, *in ſeſſ.* 5. *de reformat. cap.* 1. Epiſcopus opportunis remedijs compellat, vt lectio Sacræ Scripturæ habeatur in Monaſterijs Monachorum, vbi commodè fieri poteſt, ſi Abbates in hoc negligentes fuerint.

A D D I T I O.

Hoc Decretum Concilij comprehendit Monachos tantum: nam diſtinguit Monachos à cæteris Regularibus: & his ſolum iniunxit quod lectio ſacræ Scripturæ habeatur in Conuentibus, in quibus ſtudia commode vigere poſſunt.

Circa quod Decretum primò eſt notandum, quod Epiſcopi conſtituuntur tantum Sedis Apoſtolicæ delegati quoad Abbates Monachorum; nam diſpoſitio Concilij quoad Monaſteria Monachorum, eſt diuerſa à diſpoſitione in ordine ad alios Regulares. Et ideo etiam clauſula delegationis in medio poſita inter vnam diſpoſitionem, & aliam, refertur ſolum ad immediatè præcedentem diſpoſitionem *l. Talis ſcripturas. fin. ff. De legat.* 1. vbi Iaſ. *num.* 37. Beccius *Conſil.* 69. *num.* 13. *vol.* 1. Dec. *Conſil.* 213. *num.* 6. Boer. *Deciſ.* 143. *num.* 6. Honded. *Conſil.* 7 *num.* 25. *vol.* 2. vbi alios allegat.

Nota etiam verbum, *Vigere* & verbum, *Commodè*, quæ denotant indirectè commoditatem Monaſterij ad alendos Scholaſticos, & Doctores, ita vt poſſit ſubſtentare copiam Lectorum, & Studentium, ratione quorum cum quodam vigore ampla ſtudia exercere poſſint. Vigere enim ſignificat quamdam ſpecialem energiam circa ſtudia, quæ non habet locum in paucitate docentium, & ſtudentium.

Clauſula, Opportunis remedijs, continet conceſſionem facultatis adhibendi omnia illa remedia, quæ conducunt ad obtinendum finem diſpoſitionis. Vnde habet locum arbitrium Ordinarij. Non tamen ſunt conceſſa ea remedia, quæ ſunt ſpeciali nota digna, & indigent ſpeciali expreſſione, qualis eſt Excommunicatio, quia generalis diſpoſitio non comprehendit quæ indigent ſpeciali conceſſione. *l. In obligatione generali. ff. De pignorib.* & cap. *fin. De offic. Vicar. in* 6.

S V M M A R I V M.

3 *Curam animarum habentes compellendi ad prædicationem.*
Quibus, licentijs indigeant Regulares, vt concionari poſſint.
Vt concionentur in proprijs Eccleſijs, non eſt neceſſaria licentia obtenta.
Breue Vrbani VIII. circa Concionatores, eſt declaratiuum iuris communis.
Declaratio non inducit nouum ius, ſed quid ſit ſtatutum oſtendit.

3 Tertiò, *ſeſſ.* 5. *de reformat. c.* 2. Vt non minùs ad prædicationem, quàm lectionem Chriſtianæ Reipublicæ neceſſariam habendam, omnes animarum curam habentes, etiam quauis ratione exemptos ſeſe eſſe prætendant, Epiſcopus compellat.

Ibid. Regulares cuiuſcunque Ordinis, ſine licentia Superiorum Ordinis, & benedictione Ordinarij, etiam in Eccleſijs ſuorum Ordinum prædicare non poſſunt: in alijs autem Eccleſijs, vltra licentiam Superiorum, etiam Epiſcopi, licentiam habere teneantur, & in illis, contradicente Epiſcopo prædicare non præſumant. *Ibid.* Si aliquis Prædicator (quod abſit)

Digitized by Google

ſit) errores, aut ſcandala diſſeminauerit in populum, etiamſi in Monaſterio ſui, vel alterius Ordinis prædicet, Epiſcopus ei prædicationem interdicat: quòd ſi hæreſes prædicauerit, contra eum ſecundùm iuris diſpoſitionem, aut loci conſuetudinem, procedat, etiamſi Prædicator ipſe generaliter, vel ſpecialiter exemptum ſe eſſe prætendat.

ADDITIO.

Aduerte. Concionatores Regulares prædicaturos in Eccleſijs ſui Ordinis debere quidem petere ab Epiſcopo benedictionem, non eſſe tamen neceſſarium, quod obtineant: nam Concilium dicit, Perſonaliter ſe coram Epiſcopis præſentare, & ab eis benedictionem petere teneantur, antequam prædicare incipiant. Vbi nota, quod petere tenentur, non autem obtinere. Quod etiam conſtat ex ſubſequenti diſpoſitione; nam concionaturos in Eccleſijs, quæ non ſunt ſuorum Ordinum, obligat ad obtinendam licentiam. Hinc Vrbanus VIII. *in ſua Conſtitutione in forma Breuis*. Aliàs à nobis *ſub die* 30. *Ianuarij* 1629. apud Barboſam, *De poteſt. Epiſcopi. Allegat. . . num. . . .* declarauit, quod quò ad concionandum in Eccleſijs ſui Ordinis ſufficiat benedictio Epiſcopi petita, licet non obtenta. Nec dici poteſt, quod ſit Conſtitutio pro ſola Diœceſi Gienenſi, quia cum ſit quò ad hanc partem declaratiua iuris communis, habet eamdem extenſionem, quam habet ius declaratum; quia declaratio non inducit nouum ius, ſed quid ſtatutum ſit oſtendit. *l. Aſſe toto. ff. De hæred. inſtit.* & *l. Hæredes palam.* §. *Si quid poſt. ff. De teſtamen.* Et Clemen. 1. *De iurepatron.* & tradunt communiter Doctores cum Gloſ. *in Cap. Cum te. De vener.* & *in Cap. Per tuas. verbo.* De nouo. *De donat.* quorum plures citaui *in Quæſt. Canon. quæſt.* 61. *num.* 7. *Cent.* 1. Et in ijſdem terminis accipienda eſt eadem Conſtitutio *Inſcrutabili.* Gregorij XV.

SVMMARIVM.

4 *Regularis extra Monaſterium degens, ſi delinquat, punitur ab Ordinario loci, vt delegato Apoſtolicæ Sedis.*

Vt puniri poſſit, debet permanenter degere extra Monaſterium.

Breui reuerſurus non cenſetur abeſſe.

Non comprehendit hoc Decretum, qui per aliquot dies morantur extra clauſtra.

Quid ſi alicubi longo tempore moraretur, ob negotia religionis?

Degens extra Monaſterium ob ſeruitium religionis habetur pro præſenti.

Hoc decretum non habet locum quò ad morantes in Grangijs.

4 Quartò, *in ſeſſ. 6. de reformat. cap. 3.* Regularis extra Monaſterium degens, etiam ſui Ordinis priuilegij prætextu, tutus non cenſeatur, quominus, ſi deliquerit, ab Ordinario loci, tanquam ſuper hoc à Sede Apoſt. delegato, ſecundum canonicas ſanctiones viſitari, puniri, & corrigi valeat.

ADDITIO.

Procedit hæc Conſtitutio, de eo qui habet extra Monaſterium habitationem permanentem, non ſolùm quia vtitur verbo, *degens*, ſed etiam quia idem Concil. *ſeſſ.* 25. *cap.* 14. reſeruat punitionem Superioribus, inſtante Epiſcopo, eorum, qui notoriè deſinunt extra clauſtra.

Vnde non comprehendit eos, qui per aliquot dies aut recreationis cauſa, aut ex alio titulo morantur extra clauſtra. quia cum ſint breui reuerſuri, non cenſentur abeſſe *l. Poſtliminium.* §. *Captiuis.* & *Nihil. ff. De capt.* & *poſtlim. reuer.* & Concil. Trident. *ſeſſ.* 23. *cap.* 1. *De reformat.* vbi id ſupponit veterum Canonum ſententia. Quod ſi inquiras, quantum temporis extendi poſſit breuis abſentia. reſp. vel duos, vel tres menſes, quos Concil. Trident. *ibid.* admittit pro breui abſentia.

Neque obſtat Decretum S. Congregat. *ſub die Nouemb.* 1626. in quo declarauit: *Che la facoltà dà il Concil.* ſeſſ. 6. cap. 3. de refor. *à gli Ordinarij ſopra i Frati, che ſtanno fuori de' clauſtri, s'intenda anco ſopra quelli che vi ſtanno con licenza legitima.* Nam procedit quò ad eos, qui permanenter degunt, quia hi non cenſentur intereſſentes, & degunt extra Monaſterium: quod non verificatur de eo, qui moratur ob negotia, quia non habitat permanenter extra Monaſterium. Et ideo non dicitur degere.

Quid ſi per longum tempus moretur in aliquo loco ob negotia religionis? Reſp. Neque tunc habere locum Conſtitutionem Concilij, quia cum ſit extra Monaſterium ob ſeruitium religionis, habetur pro intereſſente. argum. *ex cap. vnico.* §. *Qui verò. De Cler. non reſident. in 6.* vbi abſens ob Eccleſiæ ſuæ vtilitatem, habetur pro intereſſente, & percipit diſtributiones.

Neque etiam habet locum in ijs, qui degunt in Grangijs, aut alijs locis annexis Conuentui, vt notant Ciarlin. *lib.* 1. *Controuer. forenſ. cap.* 50. *num.* 8. Riccius *Deciſ.* 231. *num.* 4. *par.* 4. Barboſa *de poteſt. Epiſcopi allegat.* 105. *num.* 17.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

5 *Regulares extra clauſtra notoriè delinquentes inſtat Epiſcopus puniri à ſuis Superioribus, & ijs præfigit terminum, aliàs punitur ab ipſo Epiſcopo.*

Quæ conditiones concurrere debeant, vt hoc Decretum locum habeat.

Regularis an dicatur delinquere extra clauſtra, ſi delinquat in Eccleſia.

An iuridicè conſtare debeat, quod notoriè, & cum ſcandalo deliquerit.

Quomodo Epiſcopus inſtare debeat pro punitione.

Superior Regularis, quomodo certiorare debeat Epiſcopum, quod punierit.

Quid ſi Superior Regularis puniret, ſed non certum faceret Epiſcopum?

Conditiones ſupradictæ an copulatiuè ſint neceſſariæ vt locum habeat Decretum.

5 Quintò, *ſeſſione vltima de Regularibus. cap.* 14. Si Regulares, qui intra clauſtra Monaſterij degunt, etiam Epiſcopo non ſubiecti, & extra ea notorie deliquerint, vt populo ſcandalo ſint; intra terminum ab Epiſcopo præfigendum, à ſuo Superiore ſeuerè puniantur, & de punitione Epiſcopum certiorem faciat; ſin minùs à ſuo Superiore, officio priuetur, & delinquens ab Epiſcopo puniri poſſit.

ADDITIO.

Vt habeat locum præſens Conſtitutio, plures conditiones concurrere debent. Prima, quod Regularis degat intra clauſtra. Secunda, quod extra clauſtra delinquat. Tertia, quod delictum ſit notorium. Quarta, quod generet ſcandalum. Quinta, quod Epiſcopus inſtet apud Superiores delinquentes, vt puniat. Sexta, quod præfigat terminum ad puniendum, & quod intra dictum terminum non puniat.

Circa ſecundam conditionem dubitatur, an ſi delinquat intra Eccleſiam ſui Ordinis, dicatur delinquere extra clauſtra, & negatiuè reſpondendum eſt. Quia nomine clauſtri venit etiam Eccleſia annexa: vnde Regularis ingrediens Eccleſiam, non dicitur egredi è clauſtris. Et poteſt ipſam ingredi abſque licentia Superioris, cùm tamen ſine ipſa non poſſit egredi è clauſura. Rurſus, mens Concilij eſt ſubijcere Ordinarijs Regulares delinquentes extra locum exemptum; non minus autem eſt exempta Eccleſia, quàm ſit Monaſterium.

Circa tertiam, & quartam conditionem dubitatur, an iuridicè conſtare debeat, quod Regularis notoriè, & cum ſcandalo deliquerit. Et quamuis affirmet Portel. *in dub. Regular. verbo* Punitio, *in additionibus*, qui vult Epiſcopum debere capere informationem, & illam tranſmittere ad Superiorem Regularem, quia non bene inſtaret, niſi oſtenderet proceſſum à ſe formatum: Oppoſitum tamen eſt tenendum cum Rodriquez *in Compendio reſolut. Regular. reſolut* 62. *num.* 8. Tum quia, vt inſtet rationabiliter, & extraiudicialiter, ſufficit notorietas delicti, qua ſtante Superior Regularis tergiuerſari non poteſt. Tum quia Epiſcopus non habet iuriſdictionem neceſſariam ad capiendam informationem, & proinde, ſi capiat erit nulla defectu iuriſdictionis; neque enim Concil. dat abſolutè iuriſdictionem; ſed ſolum in caſu, in quo Superior Regularis ad inſtantiam Epiſcopi non puniat.

Circa quintam conditionem dubitatur, quomodo Epiſcopus debeat inſtare apud Superiorem Regularem pro punitione. Rodriquez *tom.* 2. *quæſt. regular. quæſt.* 2. *ar.* 6. *in fine*, aſſerit, quod Superior Regularis, vt cenſeatur negligens in puniendo, requiritur, quod ter ſit requiſitus, & nolit punire, aut negligat. At ſufficere, quod ſemel inſtet, refert deciſum Barboſa *in cap. Ea, quæ. num.* 8. *De ſtatu Monachor.* Quia debet inſtare extraiudicialiter, & vnica inſtantia ſufficit ad verificanda verba Concilij, & ad excludendam omnem excuſationem Superioris. Si tamen negligente Superiore adderet ſecundam, & tertiam inſtantiam, rectè faceret: pro quo eſt aduertendum, quod ſi Epiſcopus notificaret tantum delictum Superiori, non ſufficeret, quia hoc non eſſet inſtare de punitione.

Rurſus dubitatur. Quomodo Superior debeat certiorare Epiſcopum. Reſp. Rodriquez *in Compendio quæſt. regular. Reſol.* 62. *num.* 8. ver. *Circa tertium*. ſufficere, quod tranſmittat ſummariam copiam ſententiæ, & eiuſdem exequutionis, vt illi conſtet, qualiter diſpoſitioni Concil. & ſuę inſtantiæ ſatisfactum ſit. At non eſſe opus, quod tranſmittat acta, aut ſententiam, ſed ſufficere, quod certiorem faciat Epiſcopum de exequutione punitionis, ſignificant verba Concilij, cum ſolum dicat, *Ac de punitione Epiſcopum certiorem faciat*, quod verificatur abſque tranſmiſſione actorum, & ſententiæ. Præſertim, quia Concil. non vult, quod Epiſcopus iudicet de ſeueritate punitionis, ſiquidem non conſtituit iudicem Superioris Regularis, vt de geſtis ipſius recognoſcat, ſed ſolum vult, quod certus ſit, delinquentem punitum fuiſſe. Et hoc voluit S. Congregat. apud Barboſam in *dict. cap. Ea, quæ. num.* 8. *De ſtatu Monachor.* dum declarauit, opus eſſe, vt de punitione ipſa, & ſententiæ exequutione Epiſcopus certior fiat.

Sed quid, ſi Superior Regularis puniret, ſed non faceret certiorem Epiſcopum? Reſp. In tali caſu poſſe quidem Epiſcopum inquirere, an delinquens punitus ſit, & cogere Superiorem ad ſe certiorem faciendum: non tamen poſſe delinquentem puniri, quia cum iam punitus ſit, non poteſt amplius puniri, nec ei nocere debet negligentia Superioris.

An autem omnes conditiones debeant copulatiuè concurrere, vt poſſit Epiſcopus procedere, affirmatiuè reſpondendum eſt. Quia ibi Concilium præſcribit formam ſeruandam, quæ cum conſiſtat in indiuiſibili, deficiente aliquo de ipſa, tota corruit, atque adeo etiam fundamentum iuriſdictionis conceſſæ Epiſcopo.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

6 Locorum Ordinarij debent ſingulis annis viſitare Eccleſias exemptas, & prouidere &c.

De quibus Eccleſijs procedat hoc Decretum:

6 Sextò, *in ſeſſ. 7. reformat. cap.* 8. Locorum Ordinarij Eccleſias quaſcunque, quomodolibet exemptas, auctoritate Apoſtolica ſingulis annis viſitare teneantur, & oportunis iuris remedijs prouidere, vt, quæ reparatione indigent, reparentur: & cura animarum, ſi qua illis immineat, alijſque debitis obſequijs minimè defraudentur; appellationibus, priuilegijs, conſuetudinibus, etiam ab immemorabili tempore præſcriptis, Iudicum deputationibus, & illorum inhibitionibus, penitùs excluſis.

ADDITIO.

Non rectè ponitur inter ea, in quibus Regulares ſubijciuntur Ordinarijs. Siquidem diſpoſitio Concilij procedit de Eccleſijs exemptis ſæcularibus, aut quibus ſæculares inſeruiunt. Quod colligitur tum ex eo, quod Concilium, quando ſubijcit Regulares Ordinarijs, eos expreſsè nominat; tum ex declarationibus S. Congregationis Concilij, vt eſt illa *diei 12. Febr. 1596. apud Gallemart ad dictum cap. 8. de Reformat. ſeſſ. 7.* Congregatio *Concilij cenſuit, poſſe Epiſcopum viſitare quaſcunque Eccleſias ſæculares intra fines ſuæ Diœceſeos exiſtentes vigore cap. 8. ſeſſ. 7. etiamſi ad Regulares pertineant, dum tamen per ſæculares eis deſeruiatur.* Si ergo deſeruiant ipſi Regulares, non poterit viſitare, quia deficit conditio, quod ſæculares inſeruiant. Et hoc etiam conſtat ex praxi: nam Ordinarij nunquam viſitant Eccleſias Regularium, quibus ipſi inſeruiunt.

SVMMARIVM.

7 Ordinarij viſitant, & corrigunt Monaſteria, in quibus deeſt regularis obſeruantia.

Quid requiratur, vt vigere dicatur regularis obſeruantia.

Ordinarij viſitant Monaſteria, in quibus viget regularis obſeruantia, ſi Superiores admoniti negligant viſitare.

Quod non habet locum quando conſuetis temporibus viſitantur.

Verba, viſitauerint, vel correxerint, ſtant diſiunctiuè etiam quò ad effectum.

Quantum tempus requiratur, vt Superiores ſint rei negligentiæ circa viſitationem.

Ordinarij viſitantes Monaſteria pro ſupplenda negligentia Superiorum, quomodo corrigere debeant.

Non poſſunt reformare.

Regulares non tenentur ſeruare regulas abrogatas conſuetudine.

7 Septimò, *ſeſſ. 21. cap.* 8. Locorum Ordinarij viſitent, & corrigant Monaſteria, in quibus non vigeat regularis obſeruantia; & beneficia quæcunque, qualitercunque commendata viſitent; & curent, vt reficiantur, quæ reſtauratione indigent, & animarum cura, & alia debita obſequia rectè exerceantur.

ADDITIO.

In hac diſpoſitione Concilij excipiuntur Monaſteria, in quibus viget regularis obſeruantia. Vt autem vigere dicatur regularis obſeruantia, non requiritur, quod non contingant defectus quò ad ſingulares perſonas; ſed ſufficit, quod communiter, & vt plurimum, regula obſeruetur. Quod ſatis indicat ipſum Concilium, dum ſubdit, quod tunc demum poſſint Epiſcopi viſitare, ſi Superiores admoniti neglexerint viſitare, & corrigere. & proinde ſupponit, quod adſint digna correctione.

Hinc ſubintrat alia diſpoſitio Concilij ab Auctore prætermiſſa: nempe, quod Ordinarij viſitare poſſint Monaſteria, in quibus viget regularis obſeruantia, ſi eorum Superiores admoniti non viſitent, vel corrigant. & in hoc ſubduntur Regulares Epiſcopis, vt delegatis Apoſtolicæ Sedis.

Circa quod notandum eſt, quod non ſubintrat hæc delegatio, quando Superiores regulares conſuetis temporibus viſitant ſua Monaſteria, quia delegatio ſubintrat ſolum ad ſupplendam negligentiam Superiorum regularium. Et proinde Concilium requirit, vt præcedat admonitio, & concedatur tempus ſex menſium ad viſitandum.

Et notanda ſunt verba *viſitauerint, vel correxerint*; quæ ſtant diſiunctiuè non ſolum quò ad verba, ſed etiam quò ad effectum. *l. Eum. ff. Quan. dies leg. ced. & l. Si illud. ff. de leg.* 2. Et ideo ſufficit alteram partem impleri. *Cap. Inter cæteras. de reſcrip.* vbi Panorm. *num.* 4. Dec. *num.* 12. Vnde ſufficiet, quod Superiores Regulares viſitent, etiamſi non corrigant: nam tunc præſumendum eſt, aut quod non ſit neceſſaria correctio, aut quod in illis circumſtantijs non ſit profutura, & proinde alia remedia adhibere velint, aut in tempus opportunum differre. Aut etiam, quod corrigant, abſque viſitatione, quod facilè fieri poteſt præſcribendo opportuna remedia pro correctione, quando corrigenda abſque viſitatione innoteſcere poſſunt Superiori.

Digitized by Google

Terminus ſex menſium conceditur ad conſtituendos Superiores Regulares reos negligentiæ: vnde ſi contingeret, quod eſſent parati viſitare, & aliquo legitimo impedimento detinerentur, tunc Epiſcopi deberent ſuperſedere viſitationi, & concedere tempus ſufficiens Superioribus Regularibus ad viſitandum, nam eorum delegatio ſubintrat ſolum ad ſupplendam negligentiam Prælatorum.

Quando autem Epiſcopi viſitarent ad ſupplendam negligentiam Superiorum Regularium, non poſſent corrigere, niſi ſecundum menſuram Regulæ, vt notat Stephan. VVeims *ad conſtitut. 24. innouat. per Trident. conſtit. 17. num. 9.* quod ſatis indicat Concil. dum dicit, *prout ipſi Superiores poſſunt*. Superiores autem non poſſunt corrigere niſi ſecundum regulam. Et rurſus, dum habet, *Iuxta eorum inſtituta*. hæc enim verba declarant, quod correctio debet eſſe conformis inſtituto regulari: atque adeo ſolum poteſt ea reſtituere, in quibus inſtitutum non ſeruatur.

Eſt etiam aduertendum, quod Concilium tribuit Epiſcopis facultatem in prædicto caſu corrigendi, non autem reformandi. Eſt enim quid diuerſum corrigere, & reformare. Nam corrigere ſupponit peccatum, aut ſaltem defectum circa ea, quæ ex regula obſeruanda ſunt. Reformare autem eſt quò ad ea, quæ ex regula in deſuetudinem abierunt: nec ſupponit peccatum, quia iam ſupponitur, obſeruantias regulares per conſuetudinem fuiſſe abrogatas: in quo caſu Religioſi non tenentur eas obſeruare, vt tradunt D. Th. *in 4. diſt. 38. quæſt. 1. ar. 3. quæſt. 1. ad 5.* Palat. *diſt. 36. diſp. 1. poſt init.* Cardin. *in cap. Cum ad Monaſterium, n. 4. quæſt. 2. De ſtatu Monach.* Nauar. *cap. 12. Manual. n. 50.* Rodriquez *tomo 2. ſum. cap. 95. in fine.* & cum alijs Sanchez *lib. 6. ſum. cap. 2. num. 26.* Vnde Epiſcopi viſitantes non poterunt reformare, nec reducere, quæ in deſuetudinem abierunt.

SVMMARIVM.

8 *Ordinarij prohibere debent turpes quæſtus &c. intuitu eleemoſynarum.*
Vago, & ignoto Sacerdoti non eſt permittendum celebrare.
Ordinarij non debent permittere celebrari extra Eccleſias & publica Oratoria.
Cauere debent, vt conſuetis ritibus & horis Miſſa celebretur.
Lectum numerum Miſſarum, & candelarum ſuperſtitioſum prohibere debent.
Decretum Trident. de vitan. in celebr. quatenus afficiat Regulares.
Diſpoſitio non comprehendit eos, de quibus eſt ſpecialiter prouiſum.
Sed diſponitur, quod non exprimitur.
Nomine Populi non veniunt religioſi.

8 Octauò, *in ſeſſ. 22. decreto de obſeruandis, & vitandis in celebratione Miſſæ*, cuiuſuis generis mercedum, conditiones, pacta, & quicquid pro Miſſis nouis celebrandis datur, atque importunæ, & illiberales eleemoſynarum exactiones, potiùs quàm poſtulationes, aliaque huiuſmodi, quæ à ſimoniaca labe, vel certè turpi quæſtu non longè abſunt, omnino prohibeantur ab Ordinarijs locorum.

Nonò, *in eadem ſeſſ. & decreto*, Epiſcopi in ſuis diœceſibus interdicant, ne cui vago, & ignoto Sacerdoti Miſſas celebrare liceat.

Decimò, *in ead. ſeſſ. & decreto*: Non patiatur Epiſcopus priuatis in domibus, atque omninò extra Eccleſiam, & ad Diuinum tantum cultum dedicata oratoria, ab eiſdem Ordinarijs deſignanda, & viſitanda, ſanctum Sacrificium Miſſæ à ſæcularibus, aut regularibus quibuſcumque peragi, ac niſi priùs qui interſint, decenter compoſito corporis habitu declarauerint, ſe mente etiam ac deuoto cordis affectu, non ſolum corpore, adeſſe.

Vndecimò, *ibid.* Caueatur, ne Sacerdotes alijs, quàm debitis horis celebrent, neue ritus alios, & alias cæremonias, vel preces in Miſſarum celebratione adhibeant, præter eas, quæ ab Eccleſia approbatæ, ac frequenti, & laudabili vſu receptæ ſunt.

Duodecimo, *ibidem*. Quarumdam Miſſarum, & candelarum certum numerum, qui magis à ſuperſtitioſo cultu, quàm à vera Religione inuentus eſt, Epiſcopi omninò ab Eccleſia remoueant.

ADDITIO.

Hoc decretum comprehendere Regulares, quatenus iniungit Epiſcopis, ne patiantur celebrari extra Eccleſiam, & Oratoria diuino tantum cultui dicata, certum omnino eſt; cum in ſpecie Regulares ipſos nominet. Solum dubium eſt, an etiam comprehendat quo ad cætera, quæ in ipſo diſponuntur. Et negatiuè videtur reſoluendum, quia cum quo ad vnum tantum mentionem faciat de Regularibus, quo ad cætera cenſetur omittere, & relinquere diſpoſitionem ſuæ naturæ, quæ licet generalis ſit, non comprehendit exemptos. Soci. *conſil. 74. num. 11. lib. 1.* Decian. *conſil. 3. num. 55. num. 2.*

Quod etiam ex eo deducitur, quia cum ſpecialiter diſponat de celebratione, extra dicta loca quò ad Regulares, quæ in alijs partibus decreti ponuntur, non comprehendunt Regulares, vt pote de quibus eſt ſpecialiter prouiſum. Ruin. *conſil. 131 num. 4. lib. 3.* Seraphin. *deciſ 1486. num. 12.* præſertim, quia ſi voluiſſet in cæteris comprehendi Regulares, expreſſiſſet. *l. Si ſeruus. §. Prætor ait.* ver. *Non dixit. ff.* de *acquiren. hæred.* & cap. *Ad*

Digitized by Google

audientiam 2. de *Decimis.* & cap. 2. *de tranſlat. Prælat.*

Nec obſtat quod Ordinarij conſtituantur delegati Sedis Apoſtolicæ, quia delegatio eſt in ordine ad fidelem populum, vt conſtat ex verbis Concilij. ibi: *Hi etiam vt delegati Sedis Apoſtolicæ prohibeant, mandent, corrigant, ſtatuant, atque ad ea inuiolatè ſeruanda cenſuris Eccleſiaſticis, aliiſque pœnis, quæ illorum arbitrio conſtituentur, fidelem populum compellant.* Nomine autem populi non veniunt Religioſi, iuxta notata à Zech. *lib.* 1. *de repub. Eccleſ num.* 3. Petro Gregor. *lib.* 15. *ſyntag. iur. cap.* 1. *num.* 3.

SVMMARIVM.

9 Non ordinatus in ſacris non habet vocem in Capitulo.
Hoc decretum quatenus afficiat Regulares.
Ordinatus ſubdiaconus ante legitimam ætatem an vocem habeat in Capitulo.
Fraus nemini patrocinari debet.

9 Decimotertiò, *in ſeſſ.* 22. *cap.* 4. *de reformat.* Quicumque in cathedrali, vel collegiali, ſæculari, vel regulari Eccleſia diuinis mancipatus officijs in ſubdiaconatus ordine ſaltem conſtitutus non ſit, vocem in huiuſmodi Eccleſijs in Capitulo non habeat, etiamſi hoc ſibi ab alijs liberè fuerit conceſſum.

ADDITIO.

Hæc conſtitutio habet locum quò ad Regulares, quatenus inſeruiunt regulari Eccleſiæ collegiatæ: quo ſecluſo, non pertinet ad ipſos, cum diſponat ſolum quò ad mancipatos diuinis officijs in cathedrali, vel collegiata Eccleſia ſiue ſæculari, ſiue regulari.

Circa quod eſt illud notandum, quod ſi quis ante legitimam ætatem ſuſciperet ordinem ſubdiaconatus, non per hoc obtineret vocem in Capitulo, vt notant Rodriquez *queſt.* 23. *ar.* 12. *tom.* 3. *quæſt. regul.* & Hieronym. Rodriquez *in compend. quæſt. regul reſol.* 15. *num.* 24. quia fraus nemini patrocinari debet. cap. *Intelleximus. de iudic.* cap. 1. *de colluſ. deteg.* & cap. *Tuus, de vſuris.*

SVMMARIVM.

10 *Nemini exiſtenti intra terminos Diœceſis, etiam ſi nullius ſit Diœceſis, licet conferre primam tonſuram, aut Ordines minores, niſi ſubdito regulari.*
Per hoc derogatur iuri communi.
Abbates regulares non poſſunt conferre Ordines minores ſuis Nouitijs.
Nec regularibus non ſubditis, licet habeant dimiſſorias, &c.
Actus ordinandi reſeruatur Epiſcopis.
Abbas non poteſt ordinare ſubditos alterius Abbatis, licet eiuſdem Ordinis.
Licentia inferioris non dat facultatem ad ea, quæ prohibentur lege ſuperioris.
Abbates an poſſint quò ad ordinationem ſuas vices delegare alteri habenti eamdem facultatem.
Facultas ordinaria eſt delegabilis.
Abbati, qui renunciauit dignitati, an poſsit delegari facultas ordinandi.

10 Decimoquartò, *in ſeſſ.* 23. *c.* 10. *de reform.* Abbatibus, & alijs quibuſcumque quantumuis exemptis, non liceat impoſterum intra fines alicuius Diœceſis conſiſtentibus, etiamſi nullius Diœceſis, vel exempti eſſe dicantur, cuiquam, qui regularis ſubditus ſibi non ſit, tonſuram, aut minores ordines conferre.

ADDITIO.

Per hoc decretum derogatur iuri communi, cuius vigore cap. *Abbates. de priuileg. in* 6. poterant etiam laicis, in quos ordinariam iuriſdictionem Eccleſiaſticam haberent, conferre tonſuram & ordines minores.

An autem tonſuram, & minores ordines conferre poſſint Nouitijs, negatiuè reſoluendum eſt. Ita Tuſch. *littera A. concluſ.* 9. *num.* 7. Naldus *verbo Nouitius. num.* 8. Vecchius *in praxi Nouitior. diſput.* 11. *quæſt.* 8. *num.* 4. Vulpes *in Praxi. cap.* 7. *num.* 9. Rodriquez *tom.* 3. *quæſt. Regular. quæſt.* 23. *ar.* 2. Nam quò ad ipſos non verificantur verba Concilij, quod ſint Regulares ſubditi; ſiquidem Nouitij ſubijciuntur ſolum Prælatis Regularibus in ordine ad experiendam vitam regularem, & proinde non eſt ſubiectio permanens, & ſtabilis, atque adeo inſufficiens, vt poſſint Superiores de ipſis diſponere in ordine ad ſtatum permanentem, qualis eſt clericalis. Nec eſt conueniens, quod ſi habitum dimittant, remaneant in ſtatu clericali abſque Epiſcopi conſenſu.

Et quia Concil. coarctat facultatem conferendi ordines minores ad Regulares ſubditos, fit, quod non poſſint conferre Regularibus non ſubditis, etiamſi habeant dimiſſorias à proprijs Superioribus, iuxta votum Rotæ, de quo Seraphin. *deciſ.* 985. Quod etiam indicant ſubſequentia verba Concilij, *ſed horum omnium* (nempe qui non ſunt Regulares ſubditi)

Digitized by Google

diti) *ordinatio &c. ad Episcopos, intra quorum Diœcesis fines existunt, pertineat*. nam per hæc verba Concilium reseruat actum ordinandi Episcopis Diœcesis, ita vt non possint à suis Superioribus dimitti ad Abbates. Et ex eo confirm. Nam Concilium aufert Abbatibus, quod de iure communi competebat, vt declarant verba illa, *Non liceat imposterum*. Vnde cum de iure communi non possent ordinare sine dimissorijs alienos subditos, & cum illis possent, cap. *Nullus Episcopus. de tempor. ordin.* infertur, quod neque cum dimissorijs possint.

Ex quo etiam fit, quod non possit Abbas regularis ordinare subditos alterius Abbatis, licet eiusdem Religionis, quamuis habeant literas dimissorias. Quia est ipsi sublata facultas ordinandi quoscunque, qui non sint proprij subditi, vt declarant illa verba, *Qui regularis sibi subditus non sit*. quæ operantur, vt in ordinandis ab Abbatibus debeant duæ qualitates concurrere, nempe, Esse regularem, & Esse subditum. Nec sufficiunt dimissoriæ alterius Abbatis, quia licentia inferioris non dat facultatem ad ea, quæ prohibentur lege superioris cap. *Inferior. dist.* 21. & cap. *Cum inferior. de maiorit. & obedient.*

Per hoc tamen non fit, quod Abbates non possint suas vices delegare alteri habenti facultatem conferendi ordines, quia Concilium solum restringit facultatem ordinandi, non autem tollit facultatem delegandi; & ideo facultas ordinandi remanet in suis terminis, quæ cum sit ordinaria remanet delegabilis. *l. more. ff. De iur. fis. om. iud.* & cap. *Cum Episcopus. De offic. ordin. in 6.* Vnde poterit etiam alteri Abbati eam delegare. Nec obstat, quod Abbates prohibeantur ordinare non subditos: quia prohibentur ordinare facultate propria, non autem facultate delegata, nam tunc operatur facultate delegantis.

Neque hoc est ordinare alienos subditos cum dimissorijs sui Prælati: nam ordinare alienos subditos est ordinare eos, ad quod non se extendit iurisdictio ordinantis ordinaria. At quando delegatus ordinat subditos delegantis, ordinat eos, ad quos se extendit iurisdictio, quia cum delegatus vtatur iurisdictione delegantis. *l. 1. §. Qui mandatam ff. de offic. eius, cui man. est iurisd.* ibi. *Qui mandatam iurisdictionem suscipit, proprium nihil habet, sed eius, qui mandauit iurisdictione vtitur*, ordinando subditos delegantis ordinat eos, ad quos ex sui natura iurisdictio se extendit, cuius vigore ordinat, quia est iurisdictio, cui ordinandi tanquam ordinariæ subduntur.

Est tamen aduertendum, quod apud illas religiones, apud quas Abbates renunciare solent non solum administrationi, sed etiam dignitati abbatiali, non potest ipsis delegari facultas ordinandi; nam, dum renunciant dignitati, renunciant etiam omnibus priuilegijs annexis, & prærogatiuis, vnde delegatio se haberet, ac si esset facta alicui non Abbati, nec habenti facultatem aliquam ordinandi.

SVMMARIVM.

11 *Aetas suscipiendis sacris ordinibus etiam quò ad Regulares.*

Priuilegia suscipiendi sacros ordines ante præscriptam ætatem an reuixerint.

Confirmatio ex certa scientia habet vim nouæ concessionis.

Annus præscriptus pro sacris ordinibus sufficit inceptus per quamlibet partem temporis.

Expleto anno Ecclesiastico non potest promoueri ad nouum ordinem sacrum, nisi sit inceptus annus ætatis præfixus.

Dies superadditus mensi Februario in anno bissextili an computandus in ætate pro sacris ordinibus.

Pœna suscipientium ordines ante legitimam ætatem.

Sacerdotes ordinati ante legitimam ætatem fiunt irregulares, si celebrent.

Bona fides excusat ab his pœnis.

Suspensio suscipientium ordines ante legitimam ætatem non est reseruata.

Ablata suspensione non potest ministrari in ordine, nisi accedente legitima ætate.

11 Decimoquintò, *in eadem sess. cap.* 12. Nullus etiam Regularis ad subdiaconatus ordinem ante vigesimum secundum, ad Diaconatus ante vigesimum tertium, ad Presbyteratus ante vigesimum quintum ætatis suæ annum promoueatur: Regulares quoque nec in minori ætate ordinentur, priuilegijs quibuscumque, quò ad hoc, exclusis.

ADDITIO.

Circa præsentem dispositionem Concilij occurrit dubium, an priuilegia reuocata quò ad ordines suscipiendos ante legitimam ætatem, hodie habeant aliquem vigorem ob diuersas confirmationes subsequutas. Quod dubium resolui non potest, nisi inspecto tenore confirmationis. Hoc tamen in generali adnotari potest: Quod si confirmatio sit ex certa scientia cum præuio examine priuilegiorum, & absque aliqua clausula, quæ excludat priuilegia reuocata, aut Concilio Trident. contraria, dicta priuilegia reuixerunt, quia confirmatio ex certa scientia habet vim nouæ concessionis, vt tradunt communiter cum Glos. *in cap. quia diuersitas, de concess. prabend.* & *in cap.* 1. *De transact.*

Circa verò ætatem præscriptam à Concilio, est aduertendum, quod sufficit annus inceptus, vt interpretatur praxis, & declarat obseruantia. Quia Concilium solum dicit, *Ante annum*. non ordinatur autem ante annum, qui iam est in anno. Quare sufficit, quod annus sit inceptus per horam, aut etiam aliquid minus. Ita Sanchez *lib. 7. consil. moral. cap. 1. dub. 33. num. 6. & 7.* Diana *par. 5. tract. 5. resol. 17.*

Ex quo deducitur quod ordinatus Subdiaconus in temporibus Quadragesimæ, non poterit anno subsequenti ordinari Diaconus, si stante anticipatione Quadragesimæ non attigerit annum vigesimum tertium,

Digitized by Google

tium, quia licet ſit expletus annus Eccleſiaſticus, non tamen eſt expleta ætas, de qua Concil. quia non anno Eccleſiaſtico, ſed Solari menſuratur.

An autem in ætate requiſita ad ordines computari debeat dies ſuperadditus Februario in anno biſſextili, concertant inter ſe Doctores, quos pro vtraque parte refert Marchin. *De ordine tract.* 1. *par.* 5. *cap.* 4. *num.* 23. Mihi probabilius videtur, quod attendendum ſit ad curſum Solarem, ita vt tunc annus ætatis cenſeatur completus, quando Sol ad illam partem Zodiaci reuertitur, quam tenebat tempore natiuitatis, nam tunc eſt completus annus Solaris, atque adeo ætatis, & incipit ſubſequens. Quia tamen non omnes id obſeruare poſſunt, ideo computari debet dies ille ſuperadditus pro anno biſſextili, quia ſemper aliqua pars ipſius requiritur ad complementum anni Solaris, attendendo curſum Solis, quia cùm ſuperaddatur ad æquandos annos cum curſu Solari, non eſſet annus ætatis iuxta curſum Solis completus, niſi computaretur dies ille ſaltem ſecundum partem.

Suſcipientibus ordines ante legitimam ætatem, imponitur pœna ſuſpenſionis ab ordinis ſuſcepti miniſterio, & irregularitas, ſi ſtante ſuſpenſione in eo miniſtrauerint, à Pio II. in Conſtitution. *Cum ex ſacrorum* ſub xv. *Kal. Decemb.* 1401. Aduertunt tamen, quò ad Sacerdotes contrahi ſolùm irregularitatem, ſi celebrent, non autem ſi exerceant alios actus ordinis. Rodriquez *tom.* 1. *ſum. cap.* 166. *concluſ.* 1. Bellet. *par.* 1. *Diſquiſit. Cler.* tit. *de diſcipl. Cleric.* §. 5. *num.* 58. Riccius *deciſ.* 130. *num.* 2. *par.* 4. & alij.

A prædictis autem pœnis excuſare bonam fidem, reſoluunt Henriquez *lib.* 13. *Sum. cap.* 38. *num.* 1. Nauarrus *cap.* 27. *Manual. num.* 156. Sanchez *lib.* 7. *de matrim. diſp.* 30. *in fine.* Miranda *tom.* 1 *Manual. quæſt.* 39. *ar.* 6. *in fine.* Hieronym. Rodriquez *Reſol* 106. *num.* 27. Bonac. *De ſacrament. diſp.* 8. *quæſt. vn. pun.* 5. *num.* 13. Vgolin. *de officio Epiſcopi cap.* 26. §. 6. *num.* 5. Villalob. *par.* 1. *ſum. tract.* 11. *difficul.* 11. *num.* 6. Barboſa *de poteſt. Epiſ. allegat.* 16. *num.* 17. & alij plures. Quia cum bona fides excuſet à peccato, excuſat etiam à pœna.

Prædicta ſuſpenſio non eſt reſeruata, & ideo tolli poteſt ab Epiſcopo. Suarez *de cenſur. diſp.* 31. *ſect.* 1. *num.* 32. Rodriquez *Reſol.* 106. *num.* 26. Et à Prælatis Regularibus quò ad ſuos ſubditos. Portel *verbo.* Ordines ſacri. *num.* 14. Rodriquez *cit.* Henriquez *lib.* 14. *ſum. cap.* 20. *num.* 3.

Ablata ſuſpenſione, neque poterit miniſtrari in ordine, niſi ſuperuenerit legitima ætas. Ita deciſum refert Garzia *par.* 7. *de benef. cap.* 5. *num.* 51.

SVMMARIVM.

12 *Interſtitia inter vnum, & alterum ordinem ſacrum ſeruandi, ſed remanent diſpenſabilia.*
Quænam cauſa ſufficiat pro diſpenſatione.
Interſtitia inter Diaconatum, & Subdiaconatum non poſſunt diſpenſari ſine cauſa.
Arbitrium intelligitur prout de iure.
Cauſa ob quas diſpenſari poteſt ſuper interſtitijs inter vltimum minorem ordinem, & Subdiaconatum.
Inter Diaconatum, & Sacerdotium.

12 **Decimoſextò,** *in eadem ſeſſ. cap.* 13. & 14. **Promoti ad Subdiaconatus Ordinem, ſi per annum ſaltem in eo non ſint verſati, ad altiorem gradum, niſi aliud Epiſcopo videatur, aſcendere non permittantur.**

ADDITIO.

Pro diſpenſatione ſuper interſtitijs requiri cauſam, omnino certum eſt, cùm non poſſit inferior diſpenſare ſine cauſa in lege ſuperioris, aliàs diſpenſatio eſt nulla. Quænam autem cauſa ſufficiat, non ita eſt certum. In hac autem materia Concil. Trident. diuerſimodè loquitur *ſeſſ.* 23. iuxta aſcenſum ad diuerſos ordines. Nam quando aſcendendum eſt ab vltimo minore ordine ad Subdiaconatum, requirit neceſſitatem, aut vtilitatem Eccleſiæ iudicio Epiſcopi. ita *cap.* 11. Si verò aſcendendum ſit ad Diaconatum *cap.* 13. remittit diſpenſationem iudicio Epiſcopi, ait enim, *Niſi aliud Epiſcopo videatur.* Si verò aſcendendum ſit ad Presbyteratum *cap.* 14. requirit Eccleſiæ vtilitatem, & neceſſitatem iudicio Epiſcopi.

Ex hoc deducitur primò. Quod interſtitia inter Subdiaconatum, & Diaconatum licet poſſint diſpenſari, ſi Epiſcopo videbitur, atque adeo arbitrio ipſius, non tamen diſpenſari poſſint abſque cauſa, quia arbitrium intelligitur, prout de iure. Cæſar de Graſ. *deciſ.* 7. *num.* 7. *de re iud.* Rota *deciſ.* 547. *num.* 1. *par.* 1. *Recent.* Et coram Ludouiſio. *deciſ.* 189. *num.* 3. Vnde cùm de iure requiratur cauſa in diſpenſatione in lege ſuperioris, requiretur etiam in hac. Diſpenſari tamen poterit in his interſtitijs ex quacunque rationabili cauſa, quæ iudicio Epiſcopi ſufficiens ſit ad diſpenſandum, quia de iure diſpenſatio fieri poteſt ex quacunque rationabili cauſa.

Secundò, ſi diſpenſandum ſit in interſtitijs inter vltimum ordinem minorem, & Subdiaconatus, Concilium aſſignat cauſas ob quas diſpenſare poteſt Epiſcopus, nempe neceſſitatem, aut vtilitatem Eccleſiæ diſiunctiuè. Vnde non poterit diſpenſare ex alia cauſa, quia facultas diſpenſandi eſt conceſſa à Concilio cum reſtrictione ad prædictas duas cauſas, vltra quas non poterit ſe extendere: & cùm non legatur conceſſa nec abſolutè, nec ob aliàs cauſas, cenſetur denegata, vt notat Ludouiſ. cum alijs Rotæ deciſionib. *deciſ.* 287. *num.* 8.

Tertiò, ſi diſpenſandum ſit in interſtitijs inter Diaconatum, & Sacerdotium, non poterit Epiſcopus diſpenſare, ob rationem modo dictam, niſi ex vnica cauſa, nempe ob vtilitatem, & neceſſitatem Eccleſiæ. Cum enim Concilium *cap.* 11. requirat vtilitatem, aut neceſſitatem Eccleſiæ ſub diſiunctione, in hac diſpenſatione *cap.* 14. requiri

vtram-

vtramque coniunctiuè, quia dictio, *Et*, operatur coniunctionem neceſſitatis cum vtilitate. Rota *Decis.* 167. *num.* 11. *par.* 5. *Recent.* Quæ autem neceſſitas & vtilitas ſufficiat, relinquitur iudicio Epiſcopi in quo tamen debet rationabiliter procedere.

SVMMARIVM.

13 *Regulares examinandi pro ordinibus ab Epiſcopis.*
Priuilegia ne Regulares ordinandi examinentur ab Epiſcopis, ſunt reuocata.
In Regularibus requiritur minor ſcientia.
Epiſcopi an poſſint ſtare atteſtationi Prælatorum de idoneitate ordinandorum.

13 Decimoſeptimò, *in ſeſſ.* 23. *c.* 12. Sine diligenti Epiſcopi examine Regulares non ordinentur, priuilegijs quibuſcumque, quoad hoc, penitus excluſis.

ADDITIO.

Quamuis emanauerint aliqua priuilegia, quibus concedebatur aliquibus Regularibus, vt oſtenſis dimiſſorijs ſuorum Prælatorum non poſſent ab Epiſcopis examinari, remanent tamen reuocata per Bullam Sixti V. *in Bullario* 91. incipit, *Sanctum & ſalutare*, editum anno 1588.

In Regularibus minorem ſcientiam requiri, vt ordinari poſſint, & proinde ſi ſciant latinè legere & ea, quæ pertinent ad exercendum ordinem, notat cum alijs Diana *par.* 2. *tract.* 16. *reſol.* 29. & *par.* 3. *tract.* 2. *reſolutione* 7.

Cùm autem poſſint Epiſcopi ſtare iudicio examinatorum quò ad idoneitatem ordinandorum, poterunt etiam ſtare atteſtationi Prælatorum eorumdem, vt notant Peirin. *de religioſo Prælato quæſt.* 3. *cap.* 7. *num.* 20. Thomas Hurtad. *tract.* 12. *variar. reſol. cap.* 1. *reſol.* 33. *num.* 1847. Quod tamen limitarem, ſi Prælati regulares ſint tales, vt poſſint de ipſorum iudicio confidere, ſicut confidere poſſunt de iudicio examinatorum, quos eligent, quia ſciunt, eſſe idoneos ad ferendum iudicium de habilitate ordinandorum.

SVMMARIVM.

14 *Duo ſacri ordines eodem die conferri non poſſunt, etiam Regularibus.*
Pœna conferentis duos ordines ſacros eodem die.
Pœna ſuſcipientis.

14 Decimooctauò, *in ead. ſeſſ.* 23. Duo ſacri Ordines eodem die, etiam regularibus non conferantur, priuilegijs, atque indultis quibuſcunque conceſſis non obſtantibus.

ADDITIO.

Conferenti duos ordines ſacros in eodem die imponitur pœna ſuſpenſionis à collatione ordinum, à qua non poteſt liberari, niſi à Summo Pontifice. cap. *Per literas. de temporib. ordin.* & notat Alterius *de cenſur. tom.* 2. *diſp.* 10. *cap.* 4. *quæſt.* 2.

Eadem pœna imponitur etiam ſuſcipienti quò ad poſteriorem ordinem, in dicto cap. vt notat idem Alterius, Suarez *diſp.* 31. *de cenſur. ſect.* 1. *num.* 41. Gutierez *lib.* 1. *canon. quæſt. cap.* 26. *num.* 31. Nauar. *cap.* 27. *Manual. num.* 241.

SVMMARIVM.

15 *Epiſcopi approbatio eſt neceſſaria pro confeſſionibus audiendis, etiam Regularibus.*
Regulares habent iuriſdictionem in ordine ad confeſſiones excipiendas, ab Apoſtolica Sede.
Ordinarij tenentur ſimpliciter approbare ad confeſſiones Regulares, quos ſimpliciter idoneos reperiunt.
Approbatio ad confeſſiones conceſſa Regularibus, non poteſt ſine cauſa reuocari.
Regulares non poſſunt à confeſſionibus audiendis ſuſpendi, niſi in cauſa concernente confeſiones.
Non poſſunt omnes vnius Conuentus Confeſſarij ſuſpendi inconſulta S. Congregat.

15 Decimononò, *in eadem ſeſſ. c.* 15. Sine probatione Epiſcopi nullus, etiam regalaris poſſit confeſſiones ſæcularium, etiam Sacerdotum, audire.

ADDITIO,

Concil. requirit approbationem Ordinarij pro Confeſſarijs, etiam Regularibus, qui licet habeant iuriſdictionem à Sede Apoſtolica per Extrauag. *Inter cunctas. de priuileg.* & priuileg. Sixti IV. Ordini Prædicatorum conceſſum, & omnibus communicantibus in Bulla, quæ incipit, *Sedis Apoſtolicæ* v. *Id. Iun.* 1577. & ex Clemen. *Dudum. 6. per huiuſmodi. de ſepultur.* Attamen debent pro quiete ſuæ conſcientiæ ſcire, an idonei ſint, cùm ab ipſis in foro conſcientiæ regantur oues ſibi commiſſæ; & ideo approbatus pro vna Diœceſi, non poteſt audire confeſſiones in alia, quia talis approbatio non ſortitur finem.

Con-

Digitized by Google

Concilij, qui est quies conscientiæ Ordinarij alterius Diœcesis.

Tenentur tamen Ordinarij eos regulares, quos simpliciter idoneos reperiunt, simpliciter etiam approbare absque limitatione temporis, loci, personarum, &c. Ita declarauit S. Congregatio *die 2. Iulij 1587. Regulares, qui quò ad confessiones audiendas idonei generaliter ab Ordinarijs, eorumue examinatoribus, reperti, & probati fuerint, generaliter quoque & indistinctè absque aliqua limitatione temporis, certorumue locorum, aut generis personarum admittantur in Diœcesi propria. De cæteris, qui non adeo idonei reperientur, si petierint se admitti, arbitrio Ordinariorum relinquitur, ipsos cum limitata facultate, prout eisdem Ordinarijs expedire videbitur, probare, & admittere.* Cùm enim Regulares habeant facultatem audiendi confessiones ab Apostolica Sede, & Concilium solum concedat Ordinarijs approbationem, non possunt sine causa eam limitare, alioquin egredientur terminos facultatis sibi concessæ, in præiudicium Sedis Apostolicæ, dum facultates ab ipsa concessas restringunt.

Concessa autem semel approbatione Regularibus audiendi confessiones, non possunt sine causa reuocari, vt notant Armilla *verbo, Absolutio.* Syluester *verbo, Confessor. 2. num. 5.* Rodriquez *tom. 3. quæst. Regulár. quæst. 23. ar. 6.* Miranda *tom. 1. Manual. quæst. 14. ar. 10. concluſ. 2.* Henriquez *lib. 3. de pœnit. cap. 6. num. 6.* Suarez *disp. 28. de pœnit. sect. 8. dub. 7.* Facundez *præcep. 2. Eccleſ. lib. 7. cap. 2. num. 26.* Lezana *tom. 1. quæst. Regul. cap. 19. num. 9.* & alij quos citaui *in quæst. Canon. quæst. 141. num. 2. Centur. 2.* quia approbatio habet vim sententiæ, quæ dat ius, quo quis non potest priuari sine causa.

Et proinde non posse Confessarios regulares sine causa confessiones concernente suspendi ab audiendis confessionibus, decreuit Sacra Congregatio. Et insuper neque posse suspendere Confessarios vnius Conuentus inconsulta eadem Sacra Congregatione. Decreti tenor est.

Cum sacræ Congregationi Cardinalium negotijs Episcoporum, & regularium Præpositorum immotuerit, Confessarios Regulares grauiter conqueri, quod ab Archiepiscopis, Episcopis, & locorum Ordinarijs ab audiendis confessionibus quauis de causa indiscriminatim suspendantur. Et propterea sæpe contingere, vt ab eisdem Archiepiscopis, Episcopis, & locorũ Ordinarijs, omnibus simul vnius Conuentus Confessarijs confessiones audiendi facultas adimatur: Illustrissimi eiusdem sacræ Congregationis Patres rati, vix fieri posse, vt hæc sine scandalo, magnaque animarum pernicie contingant, re maturè perpensa, ad omnem scandali materiam submouendam, & quò magis spirituali piarum mentium consolationi consulatur, statuunt, & decernunt, Archiepiscopis, Episcopis, aliisque locorum Ordinarijs, ad quos approbandi Confessarios ius spectat, Confessarios Regulares, aliàs ab ipsis libere approbatos, ab audiendis confessionibus suspendere posthac minimè licere, nisi ex noua causa, eaque ad confessiones ipsas pertinente, aut ob non seruatum interdictum ab ipsis Ordinarijs positum. Statuunt insuper, eosdem Archiepiscopos, Episcopos, locorumque Ordinarios confessiones audiendi facultatem omnibus simul vnius Conuentus regularibus Confessarijs, eadem sacra Congregatione inconsulta, nullo pacto adimere posse. Quod quidem Decretum, vt ijdem Illustrissimi Patres opportunum, & necessarium duxerunt, ita inuiolabiliter iubent obseruari.

Romæ 20. Nouembris 1615.

Quare si locorum Ordinarij contrafecerint, non possunt excusari à mortali, cum non solum in re graui transgrediantur Decretum S. Congregationis, sed etiam Confessarijs inferant graue præiudicium.

SVMMARIVM.

16 *Ministeria altaris à solis ordinatis exercenda. Hoc decretum non obligat sub mortali.*
Prouisio de ministro est sufficiens causa dispensandi super interstitijs.
An hæc causa sit sufficiens apud eas religiones, quarum professi non ordinantur nisi post certum tempus à professione.

16 Vigesimò, *in eadem sess. c. 17.* Sacri altaris ministeria non nisi per constitutos in dictis Ordinibus exerceantur.

ADDITIO.

An hæc dispositio Concilij obliget sub mortali, negatiuè videtur resoluendum, quia ita interpretatur praxis; nam passim, & vbique, munera ordinum minorum exercentur à non habentibus dictos ordines. Imo etiam officium Subdiaconi à non habente ordinem Subdiaconatus, absque tamen manipulo.

Ex hac tamen dispositione colligitur. Esse sufficientem causam dispensandi in interstitijs, vt prouideatur de ministro, qui iuxta ordinem susceptum exerceat hæc munera: nam iuxta Concil. *sess. 23. cap. 11.* vt ante annum ascendi possit ab vltimo ordine minore ad Subdiaconatum, sufficit necessitas, aut vtilitas Ecclesiæ, iudicio Episcopi. Tunc autem adest necessitas, quando deest ordinatus pro illo munere, quod est exercendum. Et *cap. 7.* quamuis requirat interstitia inter vnum, & alterum ordinem ex minoribus, relinquit tamen arbitrio Episcopi ea non seruare, si ita expedire iudicauerit: vnde sufficit quæcunque causa, ob quam possit iudicare expedire non seruare, qualis est obseruantia dictæ dispositionis Concilij.

An autem obseruantia huius concillaris constitutionis, quod scilicet altaris ministeria non exerceantur nisi per constitutos in correspondentibus ordinibus, sit sufficiens causa dispensandi apud illas religiones, apud quas professi non ordinantur sacris ordinibus, nisi post certum tempus elapsum à professione. Affirmatiuè resoluendum est. Quia obseruantia conciliaris constitutionis nedum est causa

Digitized by Google

sa rationabilis, sed etiam grauis; sicut etiam quod munera ordinum exerceantur per habentes ordines, ex natura rei est valde consentaneum, & contrarium derogat ritui Ecclesiastico. Vnde cum constitutiones in tali casu seruari non possint sine graui incommodo, si quidem esset negligenda constitutio conciliaris, & ritus Ecclesiasticus relinquendus imperfectus, aderit causa sufficiens ad dispensandum.

SVMMARIVM.

17 *Synodus quotannis celebranda, & quinam accedere teneantur.*
Regulares habentes curam animarum tenentur accedere.

17 Vigesimoprimò, *in sess. 24. de reformat. cap. 2.* Synodi Diœcesanæ quot annis celebrentur, ad quas exempti etiam omnes, qui aliàs, cessante exemptione, interesse deberent, nec Capitulis generalibus subduntur, accedere teneantur. Ratione tamen parochialium, aut aliarum sæcularium Ecclesiarum, etiam annexarum, debeant hi, qui illarum curam gerunt, quicunque illi sint, Synodo interesse.

ADDITIO.

Per hoc decretum regulares, quantumuis exempti, exercentes curam animarum tenentur accedere ad Synodum, quia in his quæ spectant ad curam animarum, non eximuntur à iurisdictione Episcopi tam de iure veteri, quam de iure nouo per constitutionem *Inscrutabili.* Gregorij XV. salua tamen quo ad cætera exemptione. cap. *cum Capella. de priuil.* Et ideo tenentur accedere ad Synodum iuxta cap. *Ex ore. eod. tit.*

SVMMARIVM.

18 *Monasteria non erigenda sine Episcopi licentia.*
Episcopus non potest concedere hanc licentiam nisi seruatis seruandis.
Et seruatis priuilegijs Regularium de distantia.
Quando de loco ad locum mutantur monasteria, an seruanda decreta, quæ disponunt de erectione.

18 Vigesimosecundò, *sess. 25. de regular.* Monasteria non erigantur sine Episcopi, in cuius diœcesi construenda sunt, licentia priùs obtenta.

ADDITIO.

Licentiam erigendi noua Monasteria non potest concedere Episcopus, nisi seruatis ijs, quæ præscribuntur in constitutionibus Pontificijs postea emanatis, & decretis sacræ Congregationis pro negocijs regularium sub Gregorio XV. *die 17. Augusti 1621.*

Debent insuper attendere ad priuilegium, quod habent, regulares, quod prope suas Ecclesias non erigantur aliæ Ecclesiæ &c. nisi in distantia centum quadraginta canarum. Pro cuius obseruantia in Ciuitate Ianuensi obtinuerunt Patres Theatini tres Rotæ decisiones: primam, quæ est *Ianuensis priuilegiorum 24. Iunij 1647. coram Rosat.* secundam, quæ est *Ianuensis priuilegiorum 24. Ianuarij 1648.* & tertiam, quæ item est *Ianuensis priuilegiorum 28. Iunij 1649.* & postea sententiam, & literas Executoriales contra Presbyteros Congregationis S. Philippi Nerij.

Quia autem constitutiones, & decreta, de quibus supra, procedunt de noua erectione, non habere locum, quando de vno loco ad alium esset transferendus Conuentus, & Ecclesia, resoluunt Miranda *tom. 1. Manual. quæst. 33. ar. 2. concluf. 2.* Hieronym. Rodriquez *in compend. quæst. Regul. resol. 55. num. 4.* Portel *in dub. Regul. verbo. Monasterium num. 7.* Barbosa *de potestate Episcop. allegat. 26. num. 8.* Peirin. *tom. 3. de priuileg. in addit. ad constit. Gregorij XV. cap. 11. num. 18.* Potest tamen obstare huic mutationi priuilegium distantiæ centum quadraginta canarum, quia non solum prohibet nouas erectiones, sed etiam erectionem sic qualificatam, hoc est, non habentem præscriptam distantiam,

SVMMARIVM.

19 *Regularibus non licet recedere sine licentia à conuentibus, etiam prætextu adeundi Superiores, aliàs puniuntur ab Ordinarijs.*
Non habet locum quando accedit causa appellationis.
Nec quando accedit causa querelæ.
Concilium non prohibet iuridicum accessum ad Superiores.

19 Vigesimotertiò. *Eadem sess. c. 4.* Non liceat Regularibus à suis Conuentibus recedere, etiam prætextu ad Superiores suos accedendi: nisi ab eisdem missi, aut vocati fuerint: aliàs qui sine prædicto mandato in scriptis obtento, repertus fuerit, ab Ordinarijs locorum puniatur, vt sui instituti desertor.

AD-

Digitized by Google

ADDITIO.

Dubitatur; an dicta diſpoſitio locum habeat quo ad regulares, quando religioſus cauſa querelæ accedit ad Superiores. Quod enim non habeat locum, quando cauſa appellationis ad ipſos accedit, non eſt dubium, quia non accedit cum licentia, nam interpoſita, & admiſſa appellatione à iudice à quo obtinet Apoſtolos, quibus tranſmittitur ad Superiorem iudicem.

Quod autem non habeat locum, quando accedit cauſa querelæ, reſoluendum videtur: nam tunc habet ius accedendi ad Superiores, vt docent Nauar. *Conſil. 2. num. 8. de ſentent. & re iud. lib. 2. in 1. edit. & in 2. edit. Conſil. 5. num. 8. tit. de Appellat.* Sayr. *lib. 12. Clau. reg. cap. 17. num. 38.* Rodriquez *tom. 1. quæſt. Regul. quæſt. 89. ar. 2. & de ordine iudicior. cap. 13. num. 4.* quos ſequitur Sanchez *lib. 7. Sum. cap. 8. num. 110. in fine.* Vnde habent à iure licentiam adeundi Superiores. Et proinde non habet locum diſpoſitio Concilij, quæ prohibet receſſum à Monaſterijs ſub prætextu adeundi Superiores, non autem iuridicum acceſſum ad ipſos, vt notat etiam Azor. *lib. 12. cap. 11. quæſt. 8.* Si tamen ab Ordinarijs reperirentur ſine mandato Superiorum, detineri poſſent, donec docerentur de legitima cauſa adeundi Superiores; nec enim ipſis tenerentur præſtare fidem.

SVMMARIVM.

20 *Accedentes ad Vniuerſitates ſtudiorum cauſa tenentur habitare in Conuentibus.*

Quomodo puniendi ab Ordinarijs, ſi id non ſeruent. De quibus Conuentibus intelligatur Decretum.

20 Vigeſimoquartò, *ibidem.* Qui ſtudiorum cauſa ad Vniuerſitates mittuntur, in Conuentibus tantum habitent: alioquin ab Ordinarijs contra eos procedatur.

ADDITIO.

De iure antiquo poterant Religioſi profeſſi ire ad Vniuerſitates ſtudiorum cauſa, cum licentia ſuorum Superiorum, iuxta cap. 2. *Ne Clerici, vel Monachi, in 6.* Per præſentem autem conſtitutionem Conciliarem additur iuri veteri, quod miſſi ad Vniuerſitates ſtudiorum cauſa, debeant habitare in Conuentibus; quod ſi non obſeruent, debeant contra eos Ordinarij procedere. Non poterunt tamen excommunicari, ſed alio modo erunt puniendi iuxta declarationem S. Congregat. *ad dictum Cap. Concil. ex Bellarino.*

Dubium tamen remanet. De quibus Conuentibus Concil. loquatur: an de Conuentibus cuiuſcunq; Ordinis, an verò de Conuentibus tantum proprij Ordinis. Quod autem loquatur tantum de Conuentibus proprij Ordinis, reſoluendum videtur: Quia ſi intelligeret de Conuentibus cuiuſcunque Ordinis, debuiſſet vrgere Superiores talium Conuentuum ad eos recipiendos, alioquin diſpoſitio fruſtratoria fuiſſet. Tum quia finis Concilij eſt, quod tales Regulares viuant ſub regulari obſeruantia, quem non obtineret, ſi intelligeret de Conuentibus cuiuſcunque Ordinis, quia ob diuerſitatem Regulæ non poſſent illam ſeruare. Ex quo fit, quod ſi religioſus degat extra Conuentum ſtudiorum cauſa, quando in loco Vniuerſitatis non adeſt Conuentus proprij Ordinis, non debeat ab Epiſcopo puniri.

SVMMARIVM.

21 *Cenſuræ & interdicta etiam ab Ordinarijs poſita publicanda, & ſeruanda à Regularibus.*

Poterunt tamen celebrare diuina officia quando id eis ex priuilegio indulgetur.

21 Vigeſimoquintò, *in ſeſſ. 25. de Regularibus cap. 12.* Cenſuræ, & interdicta nedum à Sede Apoſtolica emanata, ſed etiam ab Ordinarijs promulgata, mandante Epiſcopo, à Regularibus in eorum Eccleſijs publicentur, atque ſeruentur.

ADDITIO.

Eſt tamen aduertendum, quod ſtantibus huiuſmodi interdictis poterunt Regulares celebrare diuina officia ijs diebus, quibus id ipſis indulgetur per priuilegia cap. *Cùm & plantare.* & cap. *Vt priuilegia. De priuilegijs.* & cap. *fin. de priuil. in 6.* & cap. *Alma mater. De ſentent. excom. in 6.* & alia, vt tradunt Henriquez *lib. 13. cap. 48. num. 1.* Miranda *tom. 2. Manual. quæſt. 37. ar. 12.* Rodriquez *tom. 2. quæſt. Regul. quæſt. 112. ar. 1.* Homobon. *tract. 11. Examin. Eccleſ. cap. 12. quæſt. 1. reſol. 1.* Io. à Conca *lib. 2. de ſtatu relig. cap. 7. dub. 2. concluſ. 2.* Sayr. *lib. 5. de cenſur. cap. 13. num. 24. & 25.* Peyrin. *tom. 1. de priuil. in Conſtit. 2. Sixti IV. num. 55.* Lezana *tom. 1. quæſt. regul. cap. 21. num. 19.* Gauant. *in Manuali Epiſcop. verbo, Interdictum. num. 10.* Ceſpedes *de exempt. cap. 18. dub. 294. num. 7.* Siquidem Concil. ſolum præcipit obſeruari interdicta, non autem aufert priuilegia; nec eſt veriſimile, quod velit ſtrictiori modo obſeruari interdicta Ordinarij, quàm interdicta Sedis Apoſtolicæ.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

22 *Dies festi indicti ab Ordinario, ab exemptis etiam Regularibus seruandi.*

In quo seruandi ab exemptis Regularibus.
Regulares an teneantur ad festa votiua populi.

22 Vigesimosextò, *ibidem.* Dies festi, quos in diœcesi sua Episcopus seruandos præceperit, ab exemptis omnibus etiam Regularibus seruentur.

ADDITIO.

Decretum hoc de obseruantia festorum intelligitur solum quò ad sanctificationem, & proinde tenebuntur Regulares cessare ab operibus seruilibus, & audire, aut facere sacrum. Non autem quo ad ritum, & officium diuinum, & proinde poterunt tàm priuatè, quàm publicè recitare officium diuinum, & celebrare Missas iuxta proprium ritum. Nec tenentur obedire Episcopis aliquid in contrarium præcipientibus. Ita declarauit S. Congregatio apud Quarantam *in Sum. Bul. verbo, Priuilegia Regularium.* & apud Bellarin. *ad præsens cap. Concil.* & tradunt Vgolin. *de offic. Episcopi. cap.* 20. §. 3. *num.* 2. Piasec. *par.* 2. *praxis Episcop. cap.* 3. *num.* 47. Tambur. *tom.* 3. *de iure Abbat. disp.* 15. *quæst.* 11. *num.* 54. Peirin. *de priuil. ad Constit.* 28. *Leonis X. num.* 2. Barbosa *de potest. Episcop. allegat.* 105. *num.* 34. Cespedes *de Exempt. Regular. cap.* 20. *dub.* 311. *num.* 7.

An autem teneantur seruare festa votiua populi; affirmant Sanchez *lib.* 4. *sum. cap.* 15. *num.* 21. Vasquez 1. 2. *disp.* 167. . . *cap. num.* . . quia etiam ipsi veniunt appellatione populi. At non obligari, tradunt Bordon. *in Consil. Regul. resol.* 18. *num.* 5. Homobon. *par.* 3. *Examin. Ecclesiast. vbi de Episcop. cap.* 9. *resol.* 3. Philip. à Conce. Vasconcil. *tract. de Decim.* §. 2. *num.* 4. ver. *Supongo lo terzero.* Pellizzar. *tom.* 1. *Manual. tract.* 5. *cap.* 5. *quæst.* 21. *num.* 52. Et quidem non teneri ex vi Decreti Concil. manifestum est, quia non loquitur de festis votiuis, sed de festis, quos Episcopus præcipit seruari, qualia non sunt votiua, quia hæc originem habent à voluntate vouentium, non verò à potestate legislatiua. Sed neque ratione voti, quia voti obligatio non afficit, nisi aut expressè vouentes, aut tacitè in aliorum voluntate, quatenus voluntas ipsorum censetur moraliter inesse voluntati vouentium. Religiosi autem neque votum emittunt, vt supponitur, neque ipsorum voluntas est aliquo pacto in voluntate vouentium, cùm nullo modo ipsi subijciantur, sed sint in altero ordine, & propriam inter ipsos constituant communitatem.

SVMMARIVM.

23 *Episcopus componit controuersias inter Regulares circa præcedentiam.*
Non tamen omnes, sed solum, quæ suboriuntur inter conuenientes ad publicas functiones.

Constitutio Gregorij XIII. circa præcedentiam quos afficiat.
Decretum S. Congregationis circa præcedentias.

23 Vigesimoseptimò, *ead. sess. de regul. c.* 13. Controuersias omnes de præcedentia, quæ persæpè cum scandalo oriuntur inter Ecclesiasticas personas, tam Sæculares, quam Regulares, in processionibus publicis, & in alijs similibus, Episcopus amota omni appellatione, & non obstantibus quibuscumque, componat.

ADDITIO.

Per hoc decretum non tribuitur Episcopis facultas componendi quascunque controuersias præcedentiæ, sed eas tantum, quæ suboriuntur, quando Ecclesiasticæ personæ ad aliquod publicum munus conueniunt, ita vt scandalum nasci possit, vt notant Decian. *Consil.* 63. *num.* 10. *lib.* 2. Cened. *quæst.* 26. *canon. num.* 17. *lib.* 1. Non est tamen necesse, quod oriatur scandalum, vt prædicti Doctores videntur sentire; sed sufficit, quod possit oriri.

Constitutio autem Gregorij XIII. sub die 15. *Iulij* 1583. incipit. *Exposcit pastoralis.* in qua statuitur, quod præcedant ij Religiosi, qui prius in loco, vbi degunt, fundauerunt Monasterium, procedit tantum quò ad Mendicantes, non autem quò ad alias religiones, vt notat Valenzuela *Consil.* 1. *num.* 78. Et ideo non afficit cæteras religiones quò ad præcedentiam inter ipsos, nec cum Mendicantibus.

Quia tamen post dictam Bullam Gregorij XIII. plures suborta sunt controuersiæ quò ad præcedentiam; S. Congregatio Episcop. & Regul. *die* 30. *Augusti* 1593. statuit, approbante Summo Pontifice, quod in futurum circa præcedentias seruaretur, quod seruatur in Vrbe Roma. Ita refert Lezana *verbo, Præcedentia. num.* 6. vbi etiam recenset obseruantiam Romanam. Sed demum eadem S. Congregatio statuit seruandam esse consuetudinem cuiusq; loci, non obstante dicta Constit. Gregorij XIII. *Exposcit.* & non obstante quod contrarium seruetur in Vrbe. Cessante verò quasi possessione, vel consuetudine, præcedant iuxta dictam Bullam ij, qui sunt antiquiores in loco.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

24 *Regulares, & Monachi compelli poſſunt ad proceſſiones, exceptis, qui ſunt ſtrictioris clauſuræ.*
Excipiuntur alij priuilegiati.
Ad quas proceſſiones compelli poſſint.
Qui non tenentur, ſi accedunt, non poſſunt poſtea cogi.
An cogi poſſint ad proceſſiones, quæ fiunt intuitu indulgentiarum.
Diſtantes vltra medium milliare ab Vrbe non poſſunt cogi.
Exempti Regulares quando teneantur accedere ad proceſſiones.

24 Vigeſimooctauò, *ibidem.* exempti omnes, tam clerici Sæculares, quam Regulares. Etiam Monachi ad proceſsiones vocati, accedere compellantur; exceptis jis, qui in ſtrictiori clauſura perpetuò viuunt.

ADDITIO.

Præter eos, qui viuunt in ſtrictiori clauſura, excipiuntur etiam priuilegiati, quos recenſet Bordon. *in Conſil. Regular. tom.* 1. *reſol.* & Nouar. *par.* 2. *Bellar. vbi de proceſſionib.*

Non poſſunt autem cæteri cogi ad omnes proceſ. ſiones, ſed tantùm ad publicas. nam Concil. notanter dixit *Ad publicas proceſſiones*. vt eſt Proceſſio in feſto Corporis Chriſti, Litaniarum &c. Vt autem proceſſio ſit publica, requiritur quod habeat cauſam publicam, ſeu quod indictæ ſint ob bonum publicum, quod tangat totam Ciuitatem: & priuatæ ſunt, quæ habent priuatam cauſam, quæ non concernat totum locum. iuxta ea, quæ tradunt, Campanil. *in Diuer. iur. rubr.* 12. *cap.* 13. *num.* 118. Valenzuola *Conſil.* 184. *num.* 25. *tom.* 2. Vgolin. *de offic. Epiſc. cap.* 20. § 2. *num.* 6. Proſper Auguſt. *in addit. ad Quarant.* verbo *Præcedentia.* Vener. *lib.* 6. *Exam. cap.* 18. Ceſpedes *de exemp. cap.* 11. *dub.* 207. *num.* 3.

Quinimo ad nullas proceſſiones cogi poſſunt, qui ex conſuetudine non ſolent accedere, vt notant Campanil. *in Diuer. iur. dicta rubr.* 12. *cap.* 13. *num.* 118. aſſerens ita declaratum fuiſſe à ſacra Rituum Congregat. Rodriquez *par.* 4. *ſum. cap.* 105. *num.* 2. Bordon. *in Conſil. regular. reſol.* 7. *num.* 134.

Eſt tamen aduertendum. Quod ſi Regulares, qui aliàs non tenentur ire ad proceſſiones, aliquando accedant, non per hoc poſtea cogi poſſunt ab Epiſcopo, etiamſi nullam præmiſerint proteſtationem, vt notant Io. Anton. Nouar. *in Sum. Bullar. vbi de proceſſion.* Lezana *verbo, Proceſſio. num.* 3. Bor don. *in Conſil. regular. reſol.* 7. Portel *verbo, Proceſſio, num.* 6. Io. Maria Nouar. *in Lucer. Regular. eodem verbo num.* 19. Ratio eſt. Quia ſumus in facultatiuis, quæ nullum ius tribuunt.

An autem cogi poſſint ad proceſſiones, quæ fiunt intuitu indulgentiarum. Negatiuè reſpondet Bordon. *in Conſil. Regul. reſolut.* 7. *queſt.* 45. quia habent cauſam priuatam, nempe honorem Eccleſiæ, in qua indulgentiæ exponuntur. Et multò minus ad proceſſionem pro Oratione quadraginta horarum, vt notant idem Bordon. *cit.* Io. Anton. Nouar. *in Sum. Bullar.* tit. *de proceſſion.* quia nimirum non interuenit cauſa publica.

Si tamen Regulares vltra medium milliare diſtent à ciuitate, non poſſe compelli, tradunt, & referunt deciſum à S. Congregat. Piaſec. *par.* 2. *prax. Epiſcop. cap.* 3. *num.* 47. Vgolin. *de offic. Epiſcopi. cap.* 20. § 2. *num.* 5. *ver.* 2. Barboſa *de poteſt. Epiſcopi. alleg.* 78. *num.* 11. Io. Anton. Nouar. *in Sum. Bullar.* Tit. *de proceſ. num.* 8. Ceſpedes *de exemp. cap.* 11. *dub.* 208. *num.* 2. & extat deciſio ad dictum *cap.* 13. *Concil. ſeſſ.* 25. *apud collect. ex Bellarin.* Quia nimis oneroſus eſſet acceſſus.

Quod autem tunc ſolum teneantur Regulares exempti accedere ad proceſſiones, quando Epiſcopus perſonaliter interuenit, tradunt Villalob. *par.* 2. *Sum. tract.* 35. *difficul.* 5. *num.* 8. Rodriquez *in compend. quæſt. Regular. reſol.* 118. *num.* 4. Moronus *reſpon.* 12. *num.* 16. Ceſpedes *de exem. cap.* 11. *dub.* 18. quia nimirum ius nouum Concilij Tridentini, quod Regulares compelli poſſint ad proceſſiones, recipit declarationem à iure veteri, vt ſcilicet poſſint compelli, quando de iure veteri tenentur accedere. De iure autem veteri tenentur accedere ſolum quando Epiſcopi perſonaliter interueniunt cap. *Nimis praua, de exceſſib. Prælat.* ibi. *Eis quoque, vt tam extra ciuitates, quàm intra, cum eis proceſſionaliter veniant, ex leui cauſa mandantes.* Quod intelligi debet, quando Epiſcopus interuenire deberet, vnde licet ex aliquo accidenti non interueniat, cogi poterunt.

SVMMARIVM.

25 *Profeſſio Regularis non admittenda niſi expleto anno ſextodecimo.*
Profeſſio an valida, ſi ad complementum anni deſiderentur aliquot horæ.
Profeſſio non completo anno probationis nullam induxit obligationem.
Nec etiam ex quocunque capite nulla.

25 Vigeſimononò, *eadem ſeſſ. de regular. c.* 15. In quacunque Religione, tam virorum, quàm mulierum, profeſsio non fiat ante decimum ſextum annum expletum; nec qui minori tempore, quàm per annum, poſt ſuſceptum habitum in probatione ſteterit, ad profeſsionem admittatur: alioquin profeſsio nullam obligationem inducat ad quoſcunque effectus.

Digitized by Google

ADDITIO.

Professionem esse validam, quamuis ad complementum anni desiderentur aliquot horæ, tradunt Rodriquez *tom. 3. quæst. Regular. quæst. 15. ar. 4.* alios citans, Marchant. *in Regul. S. Francis. ad cap. 2. tit. 2. quæst. 4.* & *tom. 3. Tribunal. sacram. tract. 3. tit. 1. quæst. 6. conclus. 2.* ver. *An vero.* Pellicion. *quæst. illust. 45.* ver. *Adhuc tamen.*

Ex hoc loco Concilij habetur, quod professus nulliter defectu ætatis, aut defectu anni integri probationis, non teneatur simplici voto castitatis, & proinde absque vlla dispensatione possit ducere vxorem. Siquidem Concil. habet, quod professio huiusmodi nullam inducat obligationem, non solum quò ad Regulam, & ordinis obseruantias, sed neque etiam quò ad alios quoscunque effectus. Et proinde S. Congregatio Concil. declarauit, vt habetur in *Collect. ex Bellarin. ad hunc locum*: Quod professus intra annum probationis ad nihil tenetur, & potest ducere vxorem absque dispensatione. Et quod absolute nulliter professus non teneatur simplici voto castitatis, tradunt Rodriquez *tom. 3. quæst. regul. quæst. 17. ar. 4. in fine.* Nauar. *Consil. 26. num. 12 de Regul.* & *Consil. 87. in 2. edit.* Sanchez *lib. 7. de matr. disp. 37. num. 11.* approbans sententiam Nauarri. Lessius *lib. de iust. & iure, c. 41. num. 62.* Miranda *tom. 1. Manual. quæst. 30. ar. 4. conclus. 2. in fine.* Suarez *tom. 3. de relig. lib. 7. cap. 2. num. 3.* Palaus *par. 3. oper. moral. tract. 16. De statu relig. disp. 2. pun. 14. num. 1.* Basseus *in Florib. theol. pract. verbo, Religio 4. num. 7.* Laiman *lib. 4. theol. moral. tract. 5. cap. 5. num. 5. verbo, Quæ sit,* & *num. 7.* Vecchius *in praxi Nouit. disp. 14. dub. 1. num. 22.* Bordon. *De profess. regular. cap. 5. quæst. 1. & 2.* Caramuel *in Reg. S. Benedicti. disp. 41. dub. 8. num. 509.* Peirin. *quæst. 3. de Prælat. relig. cap. 1. §. 5. num. 139.* & ipse late tradidi in *Quæst. canon. Centur. 1. quæst. 23. num. 3. & sequent.*

SVMMARIVM.

26 Renunciatio suorum bonorum qualiter à Nouitijs facienda, vt valeat.
Decretum Trident. circa renunciationes Nouitiorum non comprehendit factas ante ingressum.
An comprehendat hospites Clericor. Regular.
An pro renunciatione Nouitiæ Monialis sufficiat licentia Vicarij Monialium.
Nouitius potest reuocare renunciationem, si non sit sequuta professio.
An valeat, si vltra annum probationis differatur professio.
Assumpto regulari ad Episcopatum, an resoluatur renunciatio.

26 Trigesimò, *ibidem c. 16.* Nulla renunciatio, aut obligatio antea facta, etiam cum iuramento, vel in fauorem cuiuscunque causæ piæ, valeat, nisi cum licentia Episcopi, siue eius Vicarij fiat intra duos menses proximos, ante professionem: ac non alias intelligatur effectum suum sortiri, nisi secuta professione.

ADDITIO.

Hoc decretum Concilij disponit tantùm de Nouitijs, & proinde comprehendit solam renunciationem, & obligationes factas post susceptum habitum religionis; non autem factas ante susceptionem habitus, licet cogitantibus de ingressu religionis. Et ita declarauit S. Congregatio, vt habetur ex *collect. declarat. Bellar. ad hunc locum Concilij.* Et ita sentit Rota apud Duran. *Decis. 121. num. 33.* testans declarat. S. Congregat. & magis communiter Doctores, quos recensui, & sequutus sum in *Quæst. canon. quæst. 273. num. 3. Centur. 3.*

Hinc præsens dispositio Concilij non comprehendit Hospites Clericorum Regularium, vt dixi eodem loco *quæst. sequenti 274. num. 2.* cum Megal. *1. 2. lib. 2. cap. 27. num. 26. suarum Instit.* Bordono *tom. 2. suor. Consil. regul. resol. 60. num. 25.* quia licet deferant habitum religionis, non sunt tamen ad ipsum iuridicè, & capitulariter admissi: vnde nondum sunt Nouitij, nec incœperunt annum probationis. Vnde licet gaudeant priuilegio fori, quia non gaudent ratione propriæ personæ, sed ratione religionis; quò ad propria tamen iura personalia regulantur tanquam personæ laicæ, & non subsunt præsenti dispositioni. Quia autem in renunciatione non subsunt præsenti dispositioni, sicut nec in alijs obligationibus, tenebuntur seruare dispositionem, & solemnitates legis, & statuti, iuxta doctrinam Rotæ apud Duran. *decis. 121. num. 41.*

Cum inter alia requirat Concilium, vt renunciatio Nouitij valida sit, licentiam Episcopi, aut eius Vicarij: dubitatur, an quando Episcopus constituit peculiarem Vicarium pro Monialibus, sufficiat licentia ipsius pro Nouitia Moniali. Resp. Sufficere licentiam Vicarij Monialium. Quia cum ipsi commissa sint negocia Monialium, & quò ad ipsas sit generalis Vicarius, vices gerit Episcopi quò ad omnes actus concernentes ipsas Moniales, atque adeo etiam quò ad concedendam licentiam pro renunciatione: & ita fuit practicatum Neapoli sub Archiepiscopis Cardinali Carafa, & Card. Boncompagno.

Poterit tamen Nouitius nondum sequuta professione renunciationem reuocare, vt notat Menoch. *Consil. 388. num. 34.* Quia Concilium decernit, qnod non intelligatur effectum suum sortiri, nisi sequuta professione; & proinde induit naturam testamenti, quod ideo est reuocabile, quia non sortitur effectum, nisi sequuta morte. Nec obstat quod renunciatio statim valida sit, & firma, & solum suspendetur effectus. Nam etiam testamentum statim ac est conditum cum debitis solemnitatibus, est vali-

Digitized by Google

validum, ac firmum; quia tamen non diſponit pro tempore præſenti, ſed pro tempore mortis, remanet reuocabile. Sic etiam quia renunciatio non diſponit pro tempore præſenti, ſed pro tempore profeſſionis, nam ſolum per ipſam profeſſionem confirmatur in ordine ad effectum, erit reuocabilis. Vnde non rectè Sanchez *lib. 7. in Decal. cap. 5. num. 58.* aſſerit, eſſe irreuocabilem, & poſtea *num. 50.* concedit, poſſe reuocari per teſtamentum: nam ſi abſolutè non eſt reuocabilis, nec etiam per teſtamentum reuocari poterit, nam ſemper eſſet expectandus euentus conditionis, ſi eſſet conditionalis.

Et quamuis Concil. requirat, quod renunciatio fiat intra duos menſes proximè præcedentes profeſſionem; ſi tamen contingat profeſſionem differri vltra annum probationis, etiam per aliquot menſes, adhuc tamen renunciatio tenebit. vt declarauit S. Concilij Congregatio *anno 1594. die 17. Octobris*, & habetur *in Collect. declarat. ad dictum locum Concil.* ex Bellar. & ita notant Sanchez *lib. 7. ſum. cap. 5. num. 81.* Vecchius *in praxi Nouit. diſp. 8. dub. 9. num. 5. in fine*. Et ratio eſt, quia Concil. renunciationem affigit vltimo bimeſtri anni probationis. Et ideo valet, ſi in illo fiat, tanquam facta in tempore habili, licet vltra annum profeſſio differatur.

An autem ſubſiſtat renunciatio, an verò reſcindi poſſit, ſi profeſſus aſſumatur ad Epiſcopatum. Non ſubſiſtere, ſed poſſe reſcindi, reſoluendum videtur. & ita deciſum fuiſſe ſub *die 11. Ianuarij 1631.* refert Aldan. *in compend. Canon. reſol. lib. 2. tit. 9. num. 1.* apud Barboſam *ad cap. 16. num. 17. De regular. ſeſſ. 25 Concil. Trident.* & latè tradit Molfeſ. *Conſil. 1.* Vide etiam adnotata ad *quæſt. 118. par. 2.*

SVMMARIVM.

27 *Prætendens nullitatem profeſſionis quid requiratur, vt audiri poſſit.*
Coram quibus agitanda cauſa nullitatis.
Quid quando capitulariter nomine alterius Monaſterij admittitur, aut in vno loco capitulariter admittitur, & in alio emittit profeſſionem.
Decretum Trident. pro reclamatione de nullitate profeſſionis habet locum etiam quò ad Moniales.
An in hac cauſa ſint audiendi conſanguinei &c.
Dimittentes habitum quando prohibeantur audiri.
Facultas reclamandi ſuper nullitate profeſſionis, an competat etiam Monaſterio.
Quinam ſint iudices in cauſa reclamante Monaſterio.

27 Trigeſimoprimò *ſeſſ. vlt. de Regular. c. 19.* Quicunque Regularis prætendit ſe per vim, & metum ingreſſum eſſe in Religionem, aut ante ætatem debitam profeſſum fuiſſe, aut quid ſimile; non audiatur, niſi intra quiquennium tantùm à die profeſsionis: & tunc non aliter, niſi cauſas, quas prætenderit, deduxerit coram Superiore ſuo, & Ordinario. Quod ſi antea ſponte habitum dimiſerit, nullatenus ad allegandum quamcumque cauſam admittatur, & tanquam Apoſtata puniatur.

ADDITIO.

Cum cauſa nullitatis profeſſionis agitanda ſit coram Superiore profeſſi, & Ordinario, iuxta præſens decretum, dubitatum fuit, de quo Superiore, & de quo Ordinario intelligeret Concilium. Sacra autem Congregatio *die 1. Decembris 1593.* reſpondit. Regularem deducentem intra quinquennium nullitatem profeſſionis teneri eam probare coniunctim coram proprio Superiore regulari illius Monaſterij, in quo profeſſionem emiſit, & coram Ordinario illius loci, vbi exiſtit Monaſterium, in quo profeſſus eſt.

Adhuc tamen dubium remanet, quando quis capitulariter in vno Conuentu admittitur ad profeſſionem, ſed nomine alterius Conuentus, cuius profeſſus erit futurus filius. Aut ſi in vno Conuentu capitulariter ad profeſſionem admittatur, in eo nempe, vbi Nouitiatum peregit, & in alio profeſſionem emittat, vt ſi ad Conuentum patriæ pergat pro ibi emittenda profeſſione ob conſolationem ſuorum parentum; vbi cauſa nullitatis tractanda ſit. Reſp. In vtroque caſu tractandam eſſe, vbi cum effectu profeſſionem emiſit. Cum enim profeſſio ſit quidam contractus, quo profitens, & religio ſe mutuò obligant, ſortitur forum in loco, vbi celebratur, iuxta *cap. fin. De foro compet.*

Præſens decretum habet locum etiam quò ad Monialem, nam dictio, *Quicunque*, vtpote vniuerſalis comprehendit omnes perſonas. cap. *Solita. De maiorit. & obedient.* & conſtat ex praxi. Vnde ſumus in caſu, in quo maſculinum concipit fœmininum, iuxta Gloſ. *in cap. Si quis ſuadente. 17. quæſt. 4.*

An autem in hac reclamatione ſint audiendi parentes, aut renunciatarij tanquam intereſſe habentes. Negatiuè reſoluendum eſt cum Larrea *in deciſ. Granat. deciſ. 63. & 64.* Donato *in Praxi rerum Regular. par. 4. tract. 12. quæſt. 19. num 11.* Quia ipſorum intereſſe eſt ſecundarium, & tantum conſequutiuè ſe habens.

Quando autem Concilium prohibet audiri eos, qui habitum dimiſerunt, intelligi debet quò ad eos, qui temere dimiſerunt: quod ſi ex rationabili cauſa dimiſerint, audiri poterunt. ita Azor. *par. 1. lib. 12. cap. 4. quæſt. vlt.* Sanchez *lib. 7. de matr. diſp. 37. num. 3.* Rodriquez *tom. 3. quæſt. regul. quæſt. 17. ar. 17.* Nauarr. *com. 4. de Regular. in fine.* Riccius *deciſ. 48. num. 7. par. 4.* Tamburin. *tom. 3. de iure Abbat. diſp. 6. quæſt. 26. num. 2.* Lezana *tom. 2. quæſt. Regul. cap. 2. num. 8.* Donatus *in praxi rer. Regul. par. 4. tract. 12. quæſt. 23. num. 4.*

Facultas hæc reclamandi ſuper nullitate profeſſionis ita competit Regularibus nulliter profeſſis, vt competat etiam religioni: vnde ipſa quoque poterit reclamare ſuper nullitate profeſſionis ſuorum religio-

Digitized by Google

gioſorum: Ita Nouar. *in ſum. Bul. par.* 2. Tit. *de reclam. relig. aduer. profeſ. nul.* Bordon. *de profeſſ. regul. cap. vlt. & tom.* 1. *Conſil. regular. reſol.* 23. *num.* 6. Donat. *in praxi rer. Regular. par.* 4. *tract.* 12. *quæſt.* 35. vbi de hoc latè. Cuius ea ratio præcipua eſt, quod religio, & religioſus tanquam correlatiua debent eſſe æqualis conditionis in contractu profeſſionis, & quod eſt diſpoſitum pro vno, debet cenſeri diſpoſitum etiam pro alio. Nec debet cogi religio, vt ſtet contractui inualido, præcipuè cum hoc vergat in eius detrimentum. Et ſi poteſt eijcere validè profeſſum, cur non poterit nulliter profeſſum? Et colligitur etiam ex Decreto S. Congregationis *die* 5. *Ianuarij* 1636. iuſſu Vrbani VIII. edito, ibi. *Quod ſi aliqui contra formam præfatorum Decretorum recepti, & profeſſi è religione infra quinquennium exire, vel Superiores extra eam reſpectiuè illos eijcere voluerint.* Ex quibus conſtat quod Sacra Congregatio ſupponit, quod Superiores poſſint eijcere nulliter profeſſos. Tenor autem totius Decreti eſt.

Sanctiſſimus Dominus noſter Vrbanus diuina prouidentia Papa VIII. Ad occurrendum motibus, qui poſſent in religione oriri occaſione receptionis Nouitiorum, & profeſſionis per eos emiſſæ in Conuentibus non deſignatis contra formam Decretorum S. mem. Clementis VIII. de Nouitijs ad habitum regularem, & profeſſionem non admittendis, niſi in Conuentibus deſignatis; audita ſuper hoc ſententia S. Congregat. Concilij; Declarauit, & decreuit, huiuſmodi receptos, & profeſſos contra formam dictorum Decretorum, allegantes propterea nullitatem receptionis, & profeſſionis, non poſſe ſub huiuſmodi nullitate poſt lapſum quinquennij quoquomodo audiri. Quod ſi aliqui contra formam præfatorum Decretorum recepti, & profeſſi è religione infra quinquennium exire, vel Superiores extra eam reſpectiuè illos eijcere voluerint; eadem Sanctitas ſua declarauit, vt tàm ipſi profeſſi, quàm Superiores reſpectiuè teneantur iura, quæ ſibi facere viſa fuerint, prius deducere coram eadem S. Congregat. quæ ex ſpeciali etiam ſuæ Sanctitatis facultate ſuper hoc conceſſa prouidebit. Inhibendo propterea Primatibus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & Prælatis inferioribus, iuriſdictionem exercentibus, ac quibuſcunque Iudicibus ordinarijs, & delegatis, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditoribus, & S. R. Eccleſiæ Cardinalibus, etiam de latere Legatis, Sedisque Apoſtolicæ Nuncijs, ne impoſterum in hoc quoquomodo ſe ingerant abſque ſpeciali ſuæ Sanctitatis commiſſione, ſub pœna ipſo facto incurrenda, quòd ad Epiſcopos, Archiepiſcopos, Patriarchas, & Primates, interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ; quòd ad Abbates inferiores, & alios Iudices prædictos, excommunicationis latæ ſententiæ; quòd ad Nuncios, & S. R. Eccleſiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, indignationis ſuæ Sanctitatis, & pœnarum arbitrio eiuſdem imponendarum. Si verò, vt ſuprà, recepti, & profeſſi iuribus ſuis minimè deductis coram S. Congr. Concilij, & ſine expreſſa licentia è religione exire, vel Superiores eos eijcere, auſi fuerint; ipſi recepti, & profeſſi tanquam Apoſtatæ puniantur, & pro talibus habeantur, nec non eoſdem iuxta formam Decreti de Regular. Apoſt. & eiectis eiuſdem Sanctitatis ſuæ iuſſu ab eadem S. Congregat. ſub die 21. Septemb. 1624. editi, procedatur. Et Superiores, qui eiecerint, pœnam ſuſpenſionis à diuinis, nec non priuationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebunt, ac perpetuæ inhabilitatis ad ea impoſterum obtinenda, vociſque actiuæ, & paſſiuæ ipſo facto, abſque alia declaratione, incurrant. Datum Romæ 5. *Ianuarij* 1636.

Si quis autem quærat, quinam ſint Iudices reclamante religione pro nullitate profeſſionis. Reſp. Si nullitas prætendatur, quia non fuerint recepti, aut profeſſi in locis deſignatis, eſſe S. Congregationem Concilij priuatiuè quò ad alios, vt conſtat ex præfato Decreto. Pro nullitate autem ex alijs capitibus erunt ijdem, qui ſunt reclamante Regulari nulliter profeſſo. ſiquidem cum religio poſſit reclamare in virtute eiuſdem Decreti, habebit eoſdem Iudices per ipſum aſſignatos. Nec obſtat quod Superior Regularis ſit Caput Monaſterij. Nam etiam Epiſcopus, licet Superior Monaſterij ſibi ſubiecti, ſiue Religioſorum, ſiue Monialium, eſt Iudex in huiuſmodi cauſis, quia concurrit veraque qualitas in ipſo, nempe Ordinarij, & Superioris, vt norant Barboſa *De poteſt. Epiſcopi. alleg.* 104. *num.* 11. Conradus Pyrrhus *lib.* 5. *praxis diſpenſat. Apoſt. cap.* 14. *num.* 23. Donat. *par.* 4. *prax. rer. Regul. tract.* 12. *quæſt.* 19. *num.* 8.

SVMMARIVM.

28 *Quarta funeralis quando à Regularibus ſoluenda.*
Decretum Trident. circa quartam funer. quos Religioſos non comprehendat.
Theatini exempti à ſolutione quartæ funeralis.
Conſtitutio Pij V. 107. an reuocata.
Declaratio S. Congregat. circa quartam funeralem.
Decretum Viſitationis Apoſtolicæ.
Quarta an ſoluenda de cereis qui manibus portantur
An de cereis accenſis in Altaribus.
Dictio, Circa, *quid ſignificet.*
Nomine funeralium quæ veniant.
Dictio, huiuſmodi, *eſt relatiua.*
Quarta funeralis non eſt ſoluenda Eccleſiæ parochiali interdictæ.

28 Trigeſimoſecundò, *ſeſſ.* 25. *de reformat. c.* 13. Quibuſcunque in locis iam ante annos quadraginta, quarta, quæ funeralium dicitur, Cathedrali, aut Parochiali Eccleſiæ ſolita eſſet perſolui, ac poſtea fuerit ex quocumque priuilegio Monaſterijs conceſſa, poſthac integro iure, & eadem portione, qua anteà ſolebat, eidem Eccleſiæ perſoluatur, non obſtantibus quibuſcunque priuilegijs etiam Mari Magno, nuncupatis.

AD-

Digitized by Google

ADDITIO.

Hoc decretum Concilij non comprehendit Religioſos priuilegiatos. Neque Monaſteria fundata poſt publicationem Concilij Tridentini, neque ante fundata, ſed ſolita non ſoluere. Hæc omnia tenuit Rota *in Licienſi quartæ funeralium* 15. *Ianuar.* 1618. *coram Decano*, cuius Deciſio ſequens eſt.

R. P. D. DECANO Licien. Quartæ Funeralium. Lunæ 15. Ianuarij 1618.

DOmini cenſuerunt Monaſterium Clericorum Regularium non teneri ad ſolutionem quartæ Funeralium Reuerendiſ. Epiſcopo. Nam & ſi de iure communi iſta quarta ſpectet ad Epiſcopum, vel Parochum Clemen. dudum de ſepult. c. 1. & 4. cum alijs eod. tit., c. cum quis pariter eod. tit. in 6., *attamen ſecus eſt quando Monaſterium eximitur à d. ſolutione* ad tex. in c. priuilegia, diſtinct. 3., c. in noſtra, de ſepult. *In caſu autem de quo agitur, ne dum prædictum Monaſterium, ſed etiam tota Religio eſt exempta à d. ſolutione quartæ Funeralium, cum Clemens VII. Paulus IV. & Gregorius XIV. dictis Clericis Regularibus communicauerint omnia priuilegia alijs Regularibus conceſſa, quare cenſentur etiam communicata priuilegia eximentia à d. ſolutione quartæ, inter quæ adeſt priuilegium Iulij II. conceſſum Minimis de anno* 1506., *& aliud eiuſdem Pontificis conceſſum Minoribus de Obſeruantia anno* 1511. *ſui Pontificatus* 8., *& aliud Pauli III. conceſſum Minoribus anno* 1544., *& poſtremo aliud Pauli IIII. conceſſum Ordini Prædicatorum anno* 1556., *quæ per extenſum refert Archangelus Caracia de quarta Funeralium c.* 1.

Neque obſtat Conc. Trident. ſeſſ 25. c. 13. de reform. *quia cum iſtud Monaſterium ſit fundatum poſt publicationem Concilij, & quatenus eſſet fundatum ante, cum non eſſet ſolitum ſoluere dictam quartam, Concilium ei non obſtat, vt declarauit Sanctiſſimus Pontifex Pius V. in ſua Conſtitutione de anno* 1567., *quam refert Archangelus Caracia loco citato*, Gutierez de iuramento confirmatorio 2. par. c. 4. n. 3., Emanuel Rodriquez in quæſtion. regul. to. 1. quæſt. 39. art. 2., *& ita etiam reſoluit Congregatio Illuſtriſſ. Interpretum, vt refert Rodriquez loco prædicto.*

Quod autem hoc Monaſterium fuerit fundatum poſt confirmationem Concilij, ex eo probatur, quia Concilium fuit confirmatum die 27. *Ianuarij* 1564., *Religio autem Clericorum Regularium fuit confirmata à Clemente VII.* 14. *Iunij* 1524., *vnde per neceſſe inferendum eſt, quod hoc Monaſterium ſit fundatum intra quadraginta annos, de quibus loquitur Concilium, & quatenus eſſet fundatum extra dictos quadraginta annos non probatur, quod eſſet ſolitum ſoluere quartam funeralium.*

Neque eſt verum, quod prædicta Conſtitutio Pij V. fuerit reuocata per Gregor. XIII., vt in eius Bulla, quam refert Nauarr. in Manuali c. 27. in fin., *quia cum d. Bulla Pij plura contineret, per Gregorium redacta fuit ad terminos Concilij, vt cenſuit Congregatio Illuſtriſſ. Interpretum, vt refert* Caracia loco citato, *qui etiam* in fine tractatus *refert ipſam declarationem, & bene aduertit* Gutierez loco citato.

Et ita fuit reſolutum vna parte tantum informante.

Declaratio autem S. Congregationis, de qua fit mentio in hac deciſione, talis eſt. *Congregatio Concilij cenſuit, Non comprehendi Monaſteria ædificata quadraginta annis citra, aut quæ in dies ædificantur, vel in futurum ædificabuntur; præſuppoſito, quod huiuſmodi Monaſteria ſint eius religionis, cui à Sede Apoſtolica indultum ſit, vt quartam funeralem non debeat ſoluere Epiſcopo.* Quam declarationem eſſe authenticam, & vt talem fuiſſe approbatam, aſſerit Rodriquez *tom. 1. quæſt. Regular. quæſt. 39. ar. 2.* vbi ponit dictam approbationem.

Extat etiam pro Vrbe Decretum Congregationis Viſitationis Apoſtolicæ ab Vrbano VIII. confirmatum tenoris ſequentis.

Decretum de emolumentis funeralibus. Die 5. Octobris 1629.

Pro RR. DD. Parochis Vrbis contra quoſcumque.

IN Iudicio coram admodum Illuſtri, & Reuerendiſſimo P. D. Antonio Ricciullo, Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopo Bellicaſtrenſi, ac Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſ. D. Cardinalis Sanctiſſ. D. N. Papæ Vicarij generalis in ſpiritualibus Viceſg. necnon Sac. Viſitationis Apoſtolicæ à ſecretis, meque Notario, Comparuerunt Illuſtres, & admodum RR. DD. Io. Baptiſta Aleiatus Rector Parochialis Eccleſiæ S. Benedicti in Piſcinula de Vrbe, & Iacobus Bellolius Rector Parochialis Eccleſiæ S. Blaſij de Ponea: & ad docendum de bono Iure ipſorum comparentium, & aliorum RR. DD. Rectorum Parochialium Eccleſiarum Vrbis, facto repetierunt fidem decreti facti in venerab. Congregatione RR. DD. Præfectorum habita coram Illuſtriſſimo & Reuerendiſſ. D. Cardinali Millino Sanctiſſimi D. N. Vrbani Diuina prouidentia Papæ Octaui Vicario generali ſub die 26. *Februarij* 1628. *ſeu &c. ſubſcriptam, vt apparet, per D. Odoardum Tibaldeſcum præfati Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſ. D. Card. Vicarij Secretarium: nec non fidem decreti facti in Sacra Rituum Congregatione ſub diebus* 11. *Octobris* 1627. *& 29. Ianuarij* 1628. *ad fauorem R. D. Franciſci Bartholini, dum vixit, Rectoris Parochialis Eccleſiæ S. Mariæ in Monterone de Vrbe contra RR. Fratres Carmelitanos diſcalceatos, ſubſcriptam vt apparet, per Reuerendiſſimum D. Fuluium Benignum d. Sacræ Congregationis ſecretarium. Item aliam fidem decreti facti in Sacra Congregatione Rituum de exequijs Illuſtriſſimorum, & Reuerendiſſimorum DD. Cardinalium ſub die* 6. *Septemb.* 1603. *ſubſcriptam, vt apparet, per Reuerendiſſimum P. D. Taſſalonum tunc Secretarium. Item Chirographum ſcriptum, & ſubſcriptum, vt apparet, per adm. R. D. Carolum Antonium Vaccarium Sanctiſſ. D. N. Papæ Cæremoniarum magiſtrum R. P. Priori Fratrum Carmelitarum diſcal-*

diſcalceatorum ſub die 27. Ianuarij 1627. ſeu &c. ſuper reſtitutione Intortitiorum quæ aſportata, & reſpectiuè appoſita fuerunt circa Cadauer bo. me. Illuſtriſſimi & Reuerendiſſ. D. Cardinalis Rinarolæ. Item repetierunt memoriale factum ad inſtantiam diuerſarum Eccleſiarum Parochialium, & non Parochialium, Secularium, & Regularium Vrbis, directum, & reſpectiuè porrectum S. D. N. Vrbano Papæ Octauo, cum reſcripto, Alla Sacra Viſita, che riferiſca, & cum altero reſcripto facto in Congregatione Sacræ Viſitationis Apoſtolicæ ſub die 23. Ianuarij 1629. Si Sanctiſſ. Placet, Videtur confirmandum decretum Illuſtriſſ. D. Cardinalis Vicarij in Congregatione Præfectorum; ac cum altero reſcripto facto ſub die 24. eiuſdem menſis Ianuarij Sanctiſſimus annuit. Item omnia, & ſingula alia iura, acta, actitata, producta, & repetita, ac decreta quæcunque facta ad fauorem d. R. D. Franciſci Bartholini, & aliorum quorumcumque Rectorum Parochialium Eccleſiarum Vrbis contra quaſcunque perſonas, ac omnia alia iura, &c. ad ipſorum Comparentium, & aliarum Parochialium Eccleſiarum Vrbis fauorem facien in quantum &c. Quibus ſtantibus petierunt, & inſteterunt omnia ſupradicta admitti, nec non per D. ſuam Reuerendiſſimam declarari, tam Intortitia, Cæreos, & Candelas, quæ per viam deferuntur, quàm etiam omnia ea, quæ circa Cadauera, antequam Terræ tradantur in quibuſcumque priuatis Eccleſijs accenduntur diuidenda fore, & eſſe pro æquali portione inter ipſos Parochos, & miniſtros aliarum Eccleſiarum quarumcunque, etiam Regularium, Nationalium, ſeu aliàs Priuilegiatarum, ac alia fieri, exequi, & executioni demandari omni meliori modo &c.

Ex tunc Reuerendiſſimus D. Viceſg. & ſacræ Viſitationis Apoſtolicæ à ſecretis, viſis ſupradictis decretis, memoriali, reſcriptis, & alijs Iuribus, viſiſque videndis, conſideratiſque conſiderandis exequendo reſcriptum S. D. N. Vrbani Diuina Prouidentia Papæ Octaui, alijſque præfatis ad effectum remouendi diſſenſiones, & ad euitanda ſcandala, ac alijs iuſtis de cauſis, decretum factum in Congregatione RR. DD. Præfectorum habita coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſ. D. Card. Millino eiuſdem S. D. N. Papæ Vicario Generali ſub die 26. Februarij 1628. ſeu &c. confirmauit, approbauit, & emologauit, ac confirmat, approbat, & emologat, illudque omnino ſeruari mandauit, & mandat omni, & quacumque appellatione remota, ac alijs quibuſcumque exceptionibus, ſeu pactis, conſuetudinibus, quietantijs, ſeu Ceſſionibus huiuſmodi, petitionibus, refutationibus, & conuentionibus quibuſcumque per quoſcumque in præiudicium præſentis decreti, & Eccleſiarum in contrarium factis, & faciendis, non ſolum modo, & forma præfatis: ſed etiam omni alio meliori modo &c.

A. Epiſcopus Bellicaſtren. Viceſg. & Sacræ Viſitationis Apoſtolicæ Secretarius.

Fides vero ſupradicti Secret. eſt vt ſequitur.

Fidem facio ego Infraſcriptus qualiter die 26. Februarij 1628. Coram Illuſtriſſimo & Reuerendiſſ. D. Card. Millino S. D. N. Papæ Vicario habita fuit Congreg. RR. DD. Præfectorum, præſentibus infraſcriptis, videlicet Reuerendiſſ. P. D. Antonio Ricciullo Epiſcopo Bellicaſtren. Illuſtriſſimi D. Cardinalis Vicarij Vigiceſg. Reuerendiſſ. P. D. Martino Bonaccino, RR. PP. DD. Conſtantino Pallamolla Ordinis Clericorum Regularium S. Caroli de Catinarijs, Io. Petro Marcheſio Rect. S. Baſilij in Campitello, Bernardino Larizza Confeſſario in Eccleſia S. Hieronymi de Charitate, Io. Baptiſta Aleiato Rectore S. Benedicti in Piſcinula, Iacobo Bellolio Rectore S. Blaſij de Fouea &c. In qua Congregatione inter cetera negotia pertractata, fuit etiam expoſitum, quòd licet, Parochis Vrbis debeatur medietas Cæreorum, ſeu Intortitiorum, & Candelarum, quæ accenduntur, ne dum in ipſo Funere, dum Cadauera defunctorum ad Eccleſias in quibus defuncti elegerunt ſepulturam, vel habent ſepulchra Maiorum, verum etiam, eorum, quæ accenduntur circa feretrum in dictis eccleſijs, vel per quoſcumque offeruntur, & dantur earum miniſtris occaſione huiuſmodi defunctorum. Nihilominus varias in dies ſuper his diſſenſiones oriri, ac propterea vel maximè conueniens fore de aliquo opportuno remedio prouidere. Quare eadem Congregatio, habito prius colloquio, & facta matura conſideratione, cenſuit ad effectū remouendi huiuſmodi diſſenſiones, & ad euitanda ſcandala, ac alijs iuſtis de cauſis, Si Sanctiſſ. D. N. placuerit, tam Intortitia, cæreos, & candelas, quæ per viam deferuntur, quam etiam omnia ea, quæ circa cadauera ante quam Terræ tradantur in præfatis eccleſijs accenduntur, diuidenda fore, & eſſe pro æquali portione inter ipſos Parochos, & miniſtros aliarum eccleſiarum quarumcumque, etiam Regularium, & Nationalium, ſeu alias priuilegiatarum: ac propterea quando huiuſmodi Intortitia, ſeu Cærei, & Candelæ in præfatis eccleſijs pro celebrandis diuinis offitijs præſente corpore accenduntur, finito officio extinguenda eſſe, & cuique medietas conſignanda. Quæ reſolutio vt ſuum ſortiretur effectum, placuit prædicto Illuſtriſſimo D. Cardinali Vicario committere Reuerendiſſ. P. D. Viceſg. quatenus huiuſmodi ſententiam notificaret Sanctiſſ. ad explorandam Sanctitatis ſuæ voluntatem. Qui Reuerendiſſ. P. D. Viceſg. facto verbo cum Sanctiſſimo; retulit in proxima ſequenti Congreg. coram eodem Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. D. Card. Millino Vicario prædicto habita die 21. menſis Martij 1629. S. D. N. annuiſſe, ac reſolutionem prædictam confirmaſſe, eidemque Reuerendiſſ. P. D. Viceſg. commiſiſſe, vt ita ſeruari mandaret, omni appellatione remota, & alijs quibuſcumque non obſtantibus. & alias prout latius in Secretaria Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi D. Card. Vicarij, ad quæ &c. In quorum fidem &c. Dat. Romæ hac die 27. Auguſti 1629.

Ita eſt. Odoardus Tibaldeſcus Illuſtriſſimi & Reuerendiſſ. D. Cardinalis Vicarij Secretarius.

D. M. Cæſius Not.

Circa quod Decretum occurrit dubitandum, an comprehendat cereos, ſeu candelas, quæ dantur ad manus Regularium pro tumulo, quæ manibus portant aſſociantes corpus defuncti. Et negatiuè reſoluendum eſt. Quia præſens decretum non facit mentionem de his candelis, & aliàs debet accipere declarationem à iure communi. De iure autem communi

Digitized by Google

nuni eſt, quod quarta funeralis non ſoluatur de his candelis, vt ſanciuit Benedictus XI. in Extrauag. *Inter cunctas. De priuilegijs. ibi. De candelis verò, quas Fratres portant, portio non petatur.* Et ratio eſt, quia huiuſmodi candelæ ſunt eleemoſyna perſonalis. Imò S. Congregatio *die* 5. *Martij* 1616. declarauit, vt refert Barboſa citandus, Non deberi quartam Parochis de cereis, & intortitijs, quæ portant Confraternitates aſſociantes funera. Et ita tenent Sorbus *in Compend. priuileg. verbo, Canonica portio.* Caracia *de quarta funer. cap.* 3. Piaſec. *in praxi Epiſcop. par.* 2. *cap.* 3. *de Viſit.* Rodriquez *tom.* 1. *quæſt. Regular. quæſt.* 39. *ar.* 2. Barboſa *lib.* 3. *de iure Eccleſ. cap.* 24. *num.* 49. Lezana *tom.* 2. *quæſt. Regular. cap.* 1. *num.* 48. & *tom.* 4. *verbo, Quarta funeralis. num.* 2. Samuel. *de ſepult. tract.* 1. *controu.* 10. *num.* 6.

Secundò dubitatur. An quando accenduntur cerei in Altaribus exiſtente corpore defuncti ſupra terram, debeant hi quoque diuidi cum Parocho vigore præfati decreti. Et negatiuè reſoluendum eſt, vt conſtat ex verbis eiuſdem decreti: nam ſolum præcipit diuidi cereos, & intortitia, quæ per viam deferuntur, & quæ circa cadauera, antequam terræ tradantur, accenduntur. Cerei autem, qui in Altaribus accenduntur, non ſunt illi, qui per viam deferuntur, nec qui circa cadauera accenduntur. Quia dictio, *Circa*, ſignificat iuxta, ſeu prope, vt *in l. Rutilia. ff. de contrahen. empt.* & notat Caluin. *in Lexico iur. eod. verbo.* Et proinde ſtat reſtrictiuè ad illos cereos, ſeu intortitia, quæ ſunt iuxta, ſeu prope ipſum cadauer. Et cum importat diminutionem, vt dixerunt Abbas *in cap. Ex parte. num.* 3. *De reſt. ſpoliat.* Mantica *Deciſ.* 25. *num.* 5. operatur, vt prædictum decretum non procedat de omnibus cereis, ſed tantum de ijs, qui circumſtant cadauer.

Quod præſertim verum eſt, quia hoc decretum diſponit de emolumentis funeralibus; & proinde de ijs ſolum, quæ veniunt nomine funeralium. Nomine autem funeralium non veniunt cerei accenſi in Altaribus, ſed ea ſolum, quæ cum funere deferuntur. Extrauag. *Inter cunctas. §. Porrò. De priuileg.* Gloſ. *in Clem. Dudum. verbo, Funeralib. de ſepult. in* 6. Vbald. *de canon. Epiſc. par.* 2. *cap.* 4. *num.* 10. Rodriquez *tom.* 1. *quæſt.* 39. *ar.* 2. Gutierez *de iuram. confir. par.* 2. *cap.* 4. *num.* 3. aſſerens, ita declaraſſe Pium V. Vnde, cum cerei accenſi circa cadauer deferantur cum funere, quatenus ipſi inſeruiunt, veniunt nomine funeralium: non autem candelæ accenſæ in Altaribus, quia accenduntur in cultum Dei, & Sanctorum.

Nec obſtat, quod dictum decretum procedat de cereis, qui accenduntur pro celebrandis diuinis officijs. Nam cum prius diſpoſuerit, quod cerei, qui per viam deferuntur, & qui circa cadauer accenduntur; ſubdit, quod quando huiuſmodi intortitia &c. accenduntur pro celebrandis diuinis officijs, poſtea extinguantur, & diuidantur. Vnde cum adhibeat dictionem huiuſmodi, loquitur de cereis exiſtentibus circa corpus, quia ſolent accendi, dum celebrantur diuina officia: nam dictio, *Huiuſmodi*, eſt relatiua præcedentium, vt dixit Gloſ. *in cap. Nemo. verbo, Huiuſmodi. De elect. in* 6. Rota *Deciſ.* 373. *num.* 6. *par.* 2. *recent.* & *Deciſ.* 194. *num.* 34. & 35. *par.* 5.

Eſt etiam aduertendum. Quod ſi Eccleſia Parochialis ſit interdicta, non erit ipſi tribuenda quarta funeralis. Ratio eſt. Quia quarta ei debetur ratione iuris ſepeliendi, quod habet: vnde cum per interdictum priuetur hoc iure, neque etiam eſt debita quarta. Ita Gemin. *in cap.* 1. *de ſepul. in* 6. Azor. *par.* 1 *lib.* 9. *cap.* 13. *quæſt.* 8. Sylueſt. *verbo, Canonica portio. num.* 8. Rodriquez *tom.* 1. *quæſt. Regul. quæſt.* 39. *ar.* 3. Miranda *tom.* 2. *Manual. quæſt.* 8. *ar.* 10. *concluſ.* 10. Hieron. Rodriquez *in compend. reſol* 18. *num.* 5. Portel. *verbo, Canonica portio. num.* 3. Samuel. *de ſepult. tract.* 1. *controuer.* 9. *num.* 31. Barboſa *de offic. Parochi cap. cap.* 25. *num.* 30.

In quibus Moniales exemptæ, ex Sac. Conc. Trident. Decretis, locorum Ordinarijs ſubdantur.

SVMMARIVM.

29 *Epiſcopi reſtituunt, & conſeruant clauſuram Monialium etiam exemptarum.*

Viſitare poſſunt Monaſteria plenè exempta, & Regularibus ſubiecta, in ordine ad clauſuram.

Quid ſi Monaſterium ſit priuilegiatum, vt ſemel tantum poſſit viſitari, & ex caſu fortuito dubitetur de detrimento clauſuræ.

Priuilegia fauorabilia non debent effectum contrarium operari.

Facultas conceſſa Epiſcopis circa clauſuram Monialium exemptam, non extenditur ad acceſſum, & loquutionem.

Alloquutio cum Monialibus ſine licentia, non continet delictum contra Moniales, aut clauſuram.

Circa clauſuram Monialium ſubiectarum Regularibus, debent Epiſcopi coniunctim procedere cum earumdem Superioribus.

Dictio, vna cum, *quid importet.*

29 IN *ſeſſ. vlt. de Reg. cap.* 5. Epiſcopi in omnibus Monaſterijs ſibi ſubiectis ordinaria, in alijs verò Sedis Apoſtolicæ auctoritate, clauſuram Sanctimonialium, vbi violata fuerit, diligenter reſtituant; & vbi inuiolata eſt, conſeruari maximè procurent.

BIBLIOTECA ROMA VITTORIO EMANUELE

AD-

Digitized by Google

ADDITIO.

In virtute præsentis institutionis possunt Episcopi vt delegati Sedis Apostolicæ visitare Monasteria Monialium in ordine ad tuendam, aut reparandam clausuram, etiamsi plenè sint exempta, & regularibus subiecta, & Regulares, seu quoscunque alios contradicentes censuris coercere. Et orta super hoc quæstione ita declarauit S. Congregatio in fauorem Episcopi Colimbrien sis *die 26. Maij* 1640. Tenor declarationis est.

S. Congregatio Concilij censuit, Episcopum Colimbrien sem, vt Sedis Apostolicæ delegatum, potuisse quò ad clausuram Monasteriorum Monialium Conuentus de Cellas Ordinis Cistercien sis Regularibus eiusdem Ordinis subiectum visitare, etiam assumpto secum Vicario Generali, & Confessario earundem Monialium, Monialesque ipsas in ijs, quæ ad eandem clausuram pertinent examini subijcere, semotis etiam suspicione violatæ clausuræ, ac quacunque Superiorum Regularium negligentia, ipsisque inconsultis, & irrequisitis: ac insuper eidem Episcopo licuisse Rectorem Collegij dicti Ordinis ex supradicta causa inobedientem declarare in pœnam excommunicationis, ac alias comminatas incurrere. I. B. Cardin. Pamphilius.

Dubitari tamen potest. An, si aliquod Monasterium habeat priuilegium, quod non possit visitari, nisi semel ab Episcopo, hoc tamen non obstante visitari possit, si occurrat aliquid fortuitum, quale esset incendium, direptio vrbis, & ingressus militum in Monasterium, aut quid simile, ratione cuius probabiliter timeri possit, quod clausura passa sit aliquod detrimentum. Respon. Posse visitare, quia priuilegium, quod possit tantum semel visitari, non excludit casus extraordinarios, pro quibus visitatio clausuræ est moraliter necessaria. Cum enim valde interfit Monasterio, & vtilitati singularum Monialium perfecta obseruantia clausuræ, vergeret in detrimentum Monasterij, si non posset applicari remedium, quod à Concilio institutum est pro tali obseruantia: & ideo talis applicatio non excluditur à priuilegio, quod cum sit concessum in commodum, & fauorem Monasterij, non debet effectum contrarium operari, iuxta regulam iuris *l. Nulla iuris. ff de legib.* & Cap. *Quod ob gratiam. de reg. iur. in 6.*

Spectando autem præsentem dispositionem Concilij, non datur facultas Ordinarijs circa accessum ad Monasteria, & alloquutionem cum Monialibus exemptis. Quia tantum iniungit tanquam Apostolicæ Sedis delegatis, vt restituant clausuram, vbi violata est, & vbi est inuiolata procurent obseruari. Accessus autem ad Monasteria, & alloquutio cum Monialibus non pertinet ad clausuram, cum sit quid diurnum omnino. Et cum omni rigore possit seruari clausura stante accessu, & alloquutione; vnde tam accessus, quàm alloquutio est omnino extra terminos delegationis.

Nec obstat Constitutio Gregorij XV. quæ incipit, *Inscrutabili. sub die 5. Februarij* 1622. vbi conceditur Ordinarijs, quod punire possint quascunque personas tam sæculares, quàm Regulares delinquentes contra personas intra septa degentes, aut circa clausuram, aut circa bonorum administrationem Monialium. Nam verba legis non possunt aptari alloquentibus, etiam absque licentia, quia hi neque delinquunt contra Moniales, neque circa clausuram. Quia alloquutio de se non continet delictum. Sed solum, quia est sine debita licentia. Quod autem sit sine licentia, non continet delictum contra Moniales, neque circa clausuram, sed contra illum, ad quem spectat concedere licentiam. Aliunde tamen, nempe ex Decreto S. Congregat. possunt Episcopi compescere colloquentes sine licentia cum Monialibus subditis Regularibus.

Per constitutionem autem Pij V. editam IV. *Kal. Iun.* 1566. quæ incipit, *Circa Pastoralis. §. Mandantes.* disponitur, quod Ordinarij procurent seruari clausuram exemptarum vnà cum Superioribus Regularibus, vt constat ex illis verbis, *In his verò, quæ ad Romanam mediatè, vel immediatè spectant Eccle. siam, Sedis Apostolicæ auctoritate vnà cum Superioribus eorundem Monasteriorum, clausuram, vt præmittitur, quamprimum poterit, seruari procurent.* Ex quibus videtur elici, quod coniunctim debeant procedere, quia dictio, *Vnà cum*, declarat simultatem in expediendo per notata in *l. fin. C. de impub. & alijs substit.* & notant Paris *Consil.* 111. *num.* 17. *lib.* 11. Grat. *Consil.* 93. *num.* 1. *lib.* 1.

SVMMARIVM.

30 *Nulla Monialis potest exire è Monasterio nisi ex legitima causa ab Episcopo approbanda.*
Causæ legitimæ, ob quas Moniales exire possunt.
Licentia egrediendi debet concedi coniunctim ab Episcopo, & Superiore Regulari, si Moniales subsint Regularibus.
Moniales an egredi possint ex causis similibus expressis à Pio V.
Dictio, Nisi, *an excludat casus similes.*
Declaratio S. Congregationis.
Causæ similes, & causæ aliquo pacto similes valde differunt.
Causæ similes, quænam sint.
Monialis an possit exire quando sufficienter curari non potest intra Monasterium.

30 *Ibid.* Nemini Sanctimonialium liceat post professionem exire è Monasterio, etiam ad breue tempus, quocumque prætextu, nisi ex aliqua legitima causa ab Episcopo approbanda.

AD-

Digitized by Google

ADDITIO.

Cauſas legitimas, ob quas Moniales exire poſſunt è Monaſterio, declarauit Pius V. & ad tres reduxit in ſua *Conſtit.* quæ incipit, *Decori*, edita *Kal. Februar.* 1569. nempe, Graue incendium, Lepram, & Epidimiam. & hæ cauſæ approbari debent à Superioribus, & Ordinario, & concedi licentia in ſcriptis expreſſa cauſa. Per Superiores autem intelliguntur qui curam gerunt Monaſterij: vnde ſi Monaſterium ſubdatur Regularibus, neceſſaria erit approbatio, & licentia Superiorum Regularium.

Imò hæc licentia debet concedi coniunctim à Superioribus Monialium, & Ordinario, vt conſtat ex dictione illa, *Et ſimul*, ita enim habet, *ſitque cauſa hæc cognita, probata, atque etiam in ſcriptis expreſſa per Superiores, & ſimul per Ordinarium*. Hæc enim dictio importat ſimultatem, & coniunctionem iuxta ea, quæ habent Bald. *in l. 1. §. In his itaque. verbo, Putant quidam. C. De caduc. tollen.* Roland. *Conſil. 62. num. 14. tom. 3.* & ideo ſi aut Superiores, aut Ordinarius diſſentiant, nec putent cauſam ſufficientem, non poterit concedi licentia.

An autem poſſint Moniales exire ex alijs cauſis ſimilibus expreſſis à Pio V. Affirmatiuè reſpondent Azor. *par. 1. lib. 12. cap. 8. quæſt. 1. verbo, Tertio.* Rodriquez *tom. 1. quæſt. Regul. quæſt. 34. ar. 3.* Sanchez *lib. 6. ſum. cap. 15. num. 37.* Nauar. *com. 4. de Regular. num. 48.* Vulpes *in praxi cap. 4. num. 11.* Llamas *in Append. ad Method. §. 10.* Lezana *tom. 1. quæſt. Regul. cap. 25. num. 20.* Barboſa *de poteſt. Epiſcopi. allegat. 102. num. 16.* Nouar. *in Lucerna Regul. verbo, Clauſura. num. 12.* Bonac. *de clauſura. quæſt. 1. par. 9. num. 6.* Pellizar. *de Monial. cap. 5. ſect. 2. quæſt. 8.* Sebaſtianus Sotus *de infirmit. ob quas Monial. exire poſ. propoſit. 2.* vbi de hoc late Zipeus *par. 2. iur. Pontif. §. de regular. num. 92.* Io. à Conca. *de ſtatu relig. lib. 1. cap. 5. dub. 4. concluſ. 2.* Coriolan. *par. 2. de caſib. reſer. caſu 3. numer. 32.* Suarez *tom. 4. de relig. lib. 1. cap. 9. num. 2.* Qui licet Pontifex vtatur dictione, *Niſi*, quæ videtur excedere omnes alias cauſas: quia tamen hæc dictio non excludit caſus ſimiles, vt in *l. Si mora. verbo, Duntaxat. ff. Soluto matrimonio.* vbi Caſtrenſ. *num. 9.* Iaſ. *num. 5.* Abbas *in cap. Cum dilecto. num. 8. De confir.* Gratian. *Diſcept. forenſ. cap. 121. num. 20.* Menoch. *Conſil. 432. num. 30.* ideo nec etiam in præſenti diſpoſitione excludet.

Nec obſtat quædam declaratio S. Congregat. quæ talis eſt.

S. Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, Zelum, & prudentiam in aſſequenda ſanctæ memor. Pij V. mente plurimum in Domino commendauit. eiuſdem Pij V. Conſtitutionem de clauſura Monialium loquentem, nomine Epidemiæ eam tantum Epidemiam intelligere, quæ eſt vera, & realis peſtis: ita vt ob alias infirmitates huic aliquo pacto conſimiles, ſed tamen benigniores, etiamſi Epidemiæ nuncupentur; nullo pacto Monialibus profeſſis ex Monaſterio exire liceat: atque hoc decretum ab omnibus, ad quos pertinet, inuiolabiliter obſeruari mandauit. Io. Garzia Card. Millinus.

In qua declaratione illud notandum eſt, quod non dicit abſolutè ſimiles, ſed aliquo pacto conſimiles, aliud enim eſt, Eſſe abſolutè ſimile, & aliud Eſſe aliquo pacto ſimile: & proinde dum declarat, quod Conſtitutio Pij V. non ſe extendit ad infirmitates, aliquo pacto ſimiles, non ſequitur, quod non ſe extendat ad ſimiles. In ſimilibus enim militat ratio finalis legis, & ideo ipſa quoque lex locum habet: at in aliquo pacto ſimilibus non militat abſolutè ratio legis, quia non ſufficit aliqualis ſimilitudo ad trahendam rationem legis.

Non ſolum autem illæ cauſæ ſunt ſimiles, quæ ſunt eius generis, aut ſpeciei, ſed etiam illæ, quæ licet ſint generis diuerſi, participant tamen eandem rationem finalem, ob quam conceditur egreſſus; vt ſi eſſet inundatio, ruina ædificiorum; nam licet diſſimiles materialiter, ſunt tamen ſimiles formaliter ob participationem eiuſdem rationis finalis, quæ proinde trahit ad ipſius quoque diſpoſitionem. Ita Nauar. *com. 4. de Regular. num. 48.* Azor. *par. 1. lib. 13. cap. 8. quæſt. 1.* Rodriquez *tom. 1. quæſt. Regular. quæſt. 40. ar. 5.* Sanchez *lib. 6. ſum. cap. 8. num. 44.* Barboſa *de poteſt. Epiſcopi allegat. 102. num. 20.* Bonac. *quæſt. 1. de clauſura pun. 9. num. 7.* Sebaſt. Sotus *de infirmit. ob quas Monial. exire poſ. propoſ. 3.*

An autem Monialis exire poſſit, quando laborat morbo ſibi ſolo nociuo, ſed intra Monaſterium ſufficienter curari non poteſt. Affirmant Azor. *tom. 1. lib. 13. cap. 8. quæſt. 1.* Nauar. *com. 4. de Regular. num. 48.* Graſ. *par. 1 Deciſ. lib. 4. cap. 23. num. 17.* Coriolan. *de caſib. reſeruat. par. 2. caſu 3. num. 32.* Suarez *tom. 4. de relig. lib. 1. cap. 9. num. 9.* Io. à Conce. *lib. 1. de ſtat. relig. cap. 5. dub. 4. concluſ. 2.* Zipeus *lib. 3. iur. Pontific. Tit. de Regular. num. 42.* Peirin. *tom. 2. de priuileg.* conſtit. *6. Pij V. §. 4. num. 14.* Diana *par. 2. inter. 15. reſol. 3. & 3. par. tract. 2. de dub. regul. reſol. 105.* Sebaſt. Sotus *de cauſ. ob quas Monial. poſ. exire. propoſ. 4.*

SVMMARIVM.

31 *Monaſteria Monialium nemo ingredi poteſt ſine Epiſcopi, vel Superioris licentia.*

Quò ad Monaſteria exempta ſufficit licentia Superioris Regularis.

Non ſufficit licentia Epiſcopi.

Licentia non poteſt concedi niſi ex rationabili cauſa.

Eſt nulla, ſi non ſit in ſcriptis.

Ablatiuum abſolutum importat conditionem, & formam ſpecifice implendam.

Vtens licentia, & non in caſu neceſſario, incurrit excommunicationem.

Licentiæ ingrediendi ſepta Monialium conceſſæ à Papa ſtrictè ſunt interpretandæ.

Nomine Superioris qui veniat reſpectu Monaſteriorum Monialium.

31 *Ibidem.* Ingredi intra ſepta Monaſterij nemini liceat, cuiuſcunque generis, aut conditionis, ſexus, vel ætatis fuerit, ſine Epiſcopi, vel Superioris licentia, in ſcriptis obtenta, ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda.

ADDITIO.

Quia Concilium quò ad Epiſcopum, & Superiores Monialium, quò ad conceſſionem licentiæ loquitur diſiunctiuè, ibi. *Sine Epiſcopi, vel Superioris licentia*; ideo quò ad Monaſteria exempta concedenda erit à Superiore Regulari. Et ita declarauit S. Congregatio Concil. *die* 19. *Iunij* 1597. cuius declarationis tenor eſt.

Congregatio Concilij cenſuit, licentias ingrediendi intra ſepta Monaſteriorum Monialium Regularibus ſubiectarum ex vera tantum neceſſitate concedendas, ſpectare dumtaxat ad ipſos Regulares.

Et ita docent Nauar. *com.* 4. *de Regular. num.* 60 Graſ. *par.* 1. *Deciſ. lib.* 4. *cap.* 23. *num.* 6. Campanil. *in diuer. iur. rubr.* 12. *cap.* 6. *num.* 31. Llamas *in append. ad Meth. §.* 5. Miranda *quæſt.* 2. *de Monial. ar.* 2. Sanchez *lib.* 7. *Sum. cap.* 16. *num.* 13. Azor. *par.* 1. *lib.* 13. *cap.* 8. *quæſt.* 7. Suarez *tom.* 4. *de relig. tract.* 2. *lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 12. Rodriquez *tom.* 1. *quæſt. regul. quæſt.* 46. *ar.* 2. Victorel. *de clauſ.* Tit. *Qui licen. ingr. &c.* verbo, *Nomine Superioris*. Lezana *tom.* 1. *quæſt. Regul. cap.* 25. *num.* 25. Peirin. *tom.* 2. *de priuil. ad Conſtit.* 6. *Pij V. num.* 29. Tamburin. *de iure Abbat. diſp.* 23. *quæſt.* 1. *num.* 6.

Quia autem prædicta declaratio habet dictionem *Duntaxat*, conſtat, quod non ſufficiat licentia Epiſcopi quò ad Monaſteria ſubiecta Regularibus, vt etiam notant citati Doctores contra Zerolam *par.* 1. *prax. Epiſc.* verbo, *Moniales*. §. 8. Zechium *de repub. Eccleſiaſt. tit. de Regular. cap.* 3. *num.* 5. Attamen extat Decretum S. Congregat. Epiſc. & Regul. *ſub die* 24. *Auguſti* 1594. in quo decernitur, quod hæc licentia concedenda ſit etiam ab Ordinario. quæ tamen declaratio eſt prior tempore ſupra allata.

Licentia autem non poteſt concedi niſi ex cauſa neceſſaria, vt habet Concil. qua deficiente, erit nulla defectu poteſtatis, quia conceditur ſolum pro caſibus neceſſarijs. Iſta autem neceſſitas non eſt neceſſarium quod ſit abſoluta, ſed ſufficit quæcunque neceſſitas, quæ exhibeat rationabilem cauſam. Quia Decretum Concilij ſumit declarationem à iure communi. De iure autem communi ſufficit rationabilis cauſa, vt in cap. *Periculoſo. De regular. in* 6. Et ita notant Miranda *quæſt.* 2. *de Monial. ar.* 4. *concluſ.* 2. Sanchez *lib.* 7. *ſum. cap.* 16. *num.* 40. Rodriquez *tom.* 1. *quæſt. Regul. quæſt.* 46. *ar.* 4. Campanil. *in diuer. iur. Rubr.* 12. *cap.* 16. *num.* 25. Tamburin. *de iure Abbatum. diſp.* 24. *quæſt.* 1. *num.* 1. Portel. *in dub. Regul.* ver. *Clauſura Monial. num.* 4. Pellizzar. *de Monial. cap.* 5. *num.* 156.

Rurſus hæc licentia debet eſſe in ſcriptis, vt conſtat ex illis verbis Concilij, *Licentia in ſcriptis obtenta*. Et proinde deficiente ſcriptura, licentia erit nulla, quia non ſeruabitur forma in conceſſione à Concilio præſcripta. Ablatiuum enim abſolutum importat conditionem. *l. A teſtatore. ff. de condit. & demonſt.* & *l. Si debitor.* §. 1. *ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſol.* & *l. Fuiſtis ff. de euict.* Et notant communiter Doctores. Et proinde etiam formam Bal. *in Authent. Matri, & Auiæ. C. Quan. mult. ant. offic. fung. poſ.* Bec. *conſil.* 39. *num.* 18. Surd. *Conſil.* 371 *num.* 69. Et ideo in forma ſpecifica impleri debet. *l. Mœuius.* & *l. Qui hæredi. ff. De condit. & demonſt.* Ruin. *Conſil.* 110. *num.* 10. *lib.* 3. Surdus plura cumulans *Conſil.* 186. *num.* 19. Ludouiſ. *Deciſ.* 492. *num.* 8. Ita vt ſi non impleatur annus ſit nullus, *l. Cum hi. §. Si præter. ff. De com. ſtat. Dec. Conſil.* 532. *num.* 4. Merlin. *Deciſ.* 247. *num.* 10.

Et quia licentia debet eſſe ex cauſa neceſſaria, ideo ſi quis ea vtatur, & non in caſu neceſſitatis, vt ſi medicus ingrederetur abſque cauſa infirmitatis, aut crebrius, quàm infirmitas exigeret, non ſuffragaretur licentia, ſed incurreret excommunicationem, quia eodem pacto ſe haberet, ac ſi ingrederetur ſine licentia, quæ non extenditur vltra caſus neceſſarios. Ita Galet. *verbo Monialis.* Piaſecius *par.* 2. *prax. cap.* 3. *num.* 55.

Eſt etiam aduertendum. Quod licentiæ conceſſæ à Papa, quia vt plurimum non reſpiciunt indigentiam Monaſterij, ſtrictè interpretari debent. Vnde ſi concedat alicui, quod tribus vicibus ingredi poſſit tria Monaſteria, non poterit ingredi tribus vicibus ſingula Monaſteria, ſed ſemel tantum, quia numerus trium reſpondebit numero Monaſteriorum. Ita declarauit Paulus V. *in ſua Conſtitut.* quæ incipit, *Facultatis.* ſub *die* 1. *Septem.* 1608. Conceſſæ autem ab inferioribus, quia ſunt ex cauſa neceſſaria, non ſubſunt prædictæ Conſtitutioni, quia accipiunt declarationem ab ipſa cauſa.

Quis autem debeat intelligi nomine Superioris quò ad Monaſteria ſubiecta Regularibus? Reſpon. Suar. *tom.* 4. *de relig. tract.* 8. *lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 13. Pelizzar. *de Monial. cap.* 5. *num.* 149. Intelligi Generalem, aut Prouincialem, non autem Prælatum localem, quia non habet iuriſdictionem epiſcopalem. Concilium autem loquens ſub diſiunctione de Epiſcopo, vel Superiore, intelligit de eo, qui æquiparatur Epiſcopo. Sed hoc non eſt neceſſarium, quia nomine Superioris Monialium venit quicunq; habens iuriſdictionem in ipſas in foro externo. Eo ipſo autem, quod regimen Monialium ſpectat ad ipſum, conſtituitur Superior, etiamſi ſit Prælatus localis. Et ſicuti Epiſcopo non conuenit concedere has licentias, quia habet iuriſdictionem Epiſcopalem, ſed quia ad ipſum ſpectat regimen Monialium, ita & quò ad Regulares. Vnde ſi inter ipſos deputetur aliquis ad vſum Monialium, ſub nomine Ordinarij, aut alio nomine, poterit has licentias concedere.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

32. *Moniales extra vrbem intus reducendæ.*
Monaſteria Monialium non erigenda, niſi in locis muro cinctis.
Moniales extra vrbem transferendæ ad Monaſteria eiuſdem Ordinis.
Epiſcopi an transferre poſſint intra vrbem Monaſteria exempta.

32 *Ibidem.* Monaſteria Sanctimonialium extra mœnia vrbis, vel oppidi, curent Epiſcopi, & alij Superiores, ſi ita videbitur expedire, vt ad noua, vel antiqua Monaſteria intra vrbes, vel oppida reducantur.

ADDITIO.

In virtute præſentis Decreti S. Congregatio apud Barboſam *lib.* 2. *de iure Eccleſ. cap.* 12. *num.* 10. declarauit; quod deinceps Monialium Monaſteria non poſſint erigi, niſi in locis muro cinctis. Si enim Concilium ſtatuit, quod Monaſteria extra muros conſtituta inter muros reducantur, indirectè prohibuit, noua Monaſteria extra muros erigi.

Hæc autem tranſlatio, niſi noua Monaſteria erigantur, fieri debet ad Monaſteria eiuſdem Ordinis, applicatis ipſis redditibus Monaſterij tranſlati, vt refert deciſum Zerola *par.* 1. *Praxis.* verbo, *Monialis.* §. 17. quod conſtat etiam ex Concilio, dum præſcribit, transferenda eſſe ad noua, vel antiqua Monaſteria.

An autem Epiſcopi transferre poſſint Monaſteria exempta, affirmat VVeims *Conſtit.* 15. *num.* 47. inquiens hoc præſtare poſſe tanquam Delegatos Sedis Apoſtolicæ, licet Concil. hanc auctoritatem non expreſſerit. Verum cum Concilium ſemper, quando ſubijcit aliquos exemptos Epiſcopo, conſtituat ipſum Sedis Apoſtolicæ delegatum; dum hic non tribuit delegationem, dicendum eſt, quod non ſubijciat. Præſertim quia negotium tranſlationis committit non ſolum Epiſcopis, ſed etiam alijs Superioribus, ita vt reſpectiuè quiſque curare debeat, quod transferantur Monaſteria ſibi ſubiecta.

SVMMARIVM.

33 *Electio Superiorum, Officialium, &c. apud Regulares facienda per ſecreta ſuffragia.*
Abbatiſſa eligi debet per ſecreta ſuffragia; aliàs electio eſt nulla, etiamſi vota publicentur ex ignorantia.
Suffragia Monialium pro Abbatiſſa poſſunt oretenus excipi.
An pro illius electione requirantur duæ partes ſuffragiorum.
Non ſunt ſublati per Trident. alij modi electionis.
Dies electionis Abbatiſſæ Monialium exemptarum ſignificandus Ordinario, vt poſſit interuenire.
Si ante tempus ſignificatum deueniatur ad electionem, tenet electio, ſed puniri poteſt, qui eſt in culpa.

33 *Eadem ſeſſ. de Regul. c.* 6. Electio Superiorum quorumcumque, & aliorum Officialium, ac Generalium, & Abbatiſſarum, fiat per vota ſecreta: ita vt ſingulorum eligentium nomina nunquam publicentur.

ADDITIO.

Ita debet Abbatiſſa eligi per ſecreta ſuffragia, vt ſi hæc forma non ſeruetur, electio ſit irrita, quia Concilium ponit decretum irritans. Et quamuis ex ignorantia ſuffragia quocunque modo publicarentur, aut non exhiberentur ſecretè, adhuc electio eſſet nulla, vt declarauit S. Congregatio apud Samuelium *de elect. tract.* 1. *diſp.* 5. *controuer.* 2. *num.* 18. Neque Epiſcopus poteſt eam conualidare, quia non habet auctoritatem ſupra Superioris legem irritantem.

Secretum ſeruandum in electione non tollit, quin ſuffragia Monialium oretenus excipi poſſint ab ijs, qui præſident electioni; nempe Epiſcopo, alio coaſſumpto, aut Prælato Regulari quò ad Moniales ſibi ſubiectas, vt declarauit S. Congregatio apud Garziam, *de Benefic. par.* 5. *cap.* 4. *num.* 190. vbi addit, nec officere ſecreto electionis, ſi ſuffragia excipiantur audientibus quatuor, vel quinque, ſi ita exigant ſtatuta religionis.

Et quamuis Barboſa *lib.* 1. *de iure Eccleſ. cap.* 45. Tamburin. *de iure Abbat. diſp.* 28. *quæſt.* 9. *num.* 3. ſubſtineant, quod requirantur duæ partes ſuffragiorum pro electione Abbatiſſæ, innixi cuidam declarationi S. Congregat. *ſub die* 29. *Nouemb.* 1585. Attamen, cum hæc declaratio non ſit in forma authentica, & de iure communi ſufficiat pro electione maior pars, vt in cap. *Quia propter. de elect.* non poteſt vim habere contrà ius commune: & ideo, niſi obſtet conſuetudo, aut aliud ſtatutum ſpeciale, ſufficiet maior pars, vt notant Sylueſter verbo, *Electio.* *quæſt.* 9. Miranda *quæſt.* 7. *de Monial. ar.* 4. Suarez *tom.* 4. *de Relig. tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 22. & firmat Rota cum pluribus coram Durano, *Deciſ.* 232. *num.* 3. vbi reſpondet text. cap. *Indemnitatibus.* §. *Sanè. de elect. in* 6.

Per hoc autem Decretum Concilij non eſſe ſublatos alios modos canonicæ electionis, quia ſolum præſcribit formam ſeruandam in electione per ſcrutinium, tradunt Miranda *tom.* 2. *Manual. quæſt.* 23. *ar.* 4. Layman *in quæſt. canon. cap. vlt. quæſt.* 231.

Digitized by Google

31 *Ibidem.* Ingredi intra ſepta Monaſterij nemini liceat, cuiuſcunque generis, aut conditionis, ſexus, vel ætatis fuerit, ſine Epiſcopi, vel Superioris licentia, in ſcriptis obtenta, ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda.

ADDITIO.

Quia Concilium quò ad Epiſcopum, & Superiores Monialium, quò ad conceſſionem licentiæ loquitur diſiunctiuè, ibi. *Sine Epiſcopi, vel Superioris licentia;* ideo quò ad Monaſteria exempta, concedenda erit à Superiore Regulari. Et ita declarauit S. Congregatio Concil. *die* 19. *Iunij* 1597. cuius declarationis tenor eſt.

Congregatio Concilij cenſuit, licentias ingrediendi intra ſepta Monaſteriorum Monialium Regularibus ſubiectarum ex vera tantum neceſſitate concedendas, ſpectare dumtaxat ad ipſos Regulares.

Et ita docent Nauar. *com.* 4. *de Regular.* *num.* 60 Graſ. *par.* 1. *Deciſ. lib.* 4. *cap.* 23. *num.* 6. Campanil. *in diuer. iur. rubr.* 12. *cap.* 6. *num.* 31. Llamas *in append. ad Meth. §.* 5. Miranda *quæſt.* 2. *de Monial. ar.* 2. Sanchez *lib.* 7. *Sum. cap.* 16. *num.* 13. Azor. *par.* 1. *lib.* 13. *cap.* 8. *quæſt.* 7. Suarez *tom.* 4. *de relig. tract.* 1. *lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 12. Rodriquez *tom.* 1. *quæſt. regul. quæſt.* 46. *ar.* 2. Victorel. *de clauſ.* Tit. *Qui licen. ingr. &c.* verbo, *Nomine Superioris.* Lezana *tom.* 1. *quæſt. Regul. cap.* 25. *num.* 25. Peirin. *tom.* 2. *de priuil. ad Conſtit.* 6. *Pij V. num.* 29. Tamburin. *de iure Abbat. diſp.* 23. *quæſt.* 1. *num.* 6.

Quia autem prædicta declaratio habet dictionem *Duntaxat,* conſtat, quod non ſufficiat licentia Epiſcopi quò ad Monaſteria ſubiecta Regularibus, vt etiam notant citati Doctores contra Zerolam *par.* 1. *prax. Epiſc.* verbo, *Moniales,* §. 8. Zechium *de repub. Eccleſiaſt. tit. de Regular. cap.* 3. *num.* 5. Attamen extat Decretum S. Congregat. Epiſc. & Regul. *ſub die* 24. *Auguſti* 1594. in quo decernitur, quod hæc licentia concedenda ſit etiam ab Ordinario. quæ tamen declaratio eſt prior tempore ſupra allata.

Licentia autem non poteſt concedi niſi ex cauſa neceſſaria, vt habet Concil. qua deficiente, erit nulla defectu poteſtatis, quia conceditur ſolum pro caſibus neceſſarijs. Iſta autem neceſſitas non eſt neceſſarium quod ſit abſoluta, ſed ſufficit quæcunque neceſſitas, quæ exhibeat rationabilem cauſam. Quia Decretum Concilij ſumit declarationem à iure communi. De iure autem communi ſufficit rationabilis cauſa, vt in cap. *Periculoſo. De regular. in* 6. Et ita notant Miranda *quæſt.* 2. *de Monial. ar.* 4. *roncluſ.* 2. Sanchez *lib.* 7. *ſum. cap.* 16. *num.* 40. Rodriquez *tom.* 1. *quæſt. Regul. quæſt.* 46. *ar.* 4. Campanil. *in diuer. iur. Rubr.* 12. *cap.* 16. *num.* 25. Tamburin. *de iure Abbatum. diſp.* 24. *quæſt.* 1. *num.* 1. Portel. *in dub. Regul.* ver. *Clauſura Monial. num.* 4. Pellizzar. *de Monial. cap.* 5. *num.* 156.

Rurſus hæc licentia debet eſſe in ſcriptis, vt conſtat ex illis verbis Concilij, *Licentia in ſcriptis obtenta.* Et proinde deficiente ſcriptura, licentia erit nulla, quia non ſeruabitur forma in conceſſione à Concilio præſcripta. Ablatiuum enim abſolutum importat conditionem. *l. A teſtatore. ff. de condit. & demonſt.* & *l. Si debitor.* §. 1. *ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſol.* & *l. Fuiſtis ff. de euict.* Et notant communiter Doctores. Et proinde etiam formam Bal. *in Authent. Matri, & Auiæ. C. Quan. mult. ant. offic. fung. poſ.* Bec. *conſil.* 39. *num.* 18. Surd. *Conſil.* 371 *num.* 69. Et ideo in forma ſpecifica impleri debet. *l. Mœuius.* & *l. Qui hæredi. ff. De condit. & demonſt.* Ruin. *Conſil.* 110. *num.* 10. *lib.* 3. Surdus plura cumulans *Conſil.* 186. *num.* 19. Ludouiſ. *Deciſ.* 492. *num.* 8. Ita vt ſi non impleatur annus ſit nullus, *l. Cum hi. §. Si præter. ff. De com. ſtat. Dec. Conſil.* 532. *num.* 4. Merlin. *Deciſ.* 247. *num.* 10.

Et quia licentia debet eſſe ex cauſa neceſſaria, ideo ſi quis ea vtatur, & non in caſu neceſſitatis, vt ſi medicus ingrederetur abſque cauſa infirmitatis, aut crebrius, quàm infirmitas exigeret, non ſuffragaretur licentia, ſed incurreret excommunicationem, quia eodem pacto ſe haberet, ac ſi ingrederetur ſine licentia, quæ non extenditur vltra caſus neceſſarios. Ita Galet. *verbo Monialis.* Piaſecius *par.* 2. *prax. cap.* 3. *num.* 55.

Eſt etiam aduertendum. Quod licentiæ conceſſæ à Papa, quia vt plurimum non reſpiciunt indigentiam Monaſterij, ſtrictè interpretari debent. Vnde ſi concedat alicui, quod tribus vicibus ingredi poſſit tria Monaſteria, non poterit ingredi tribus vicibus ſingula Monaſteria, ſed ſemel tantum, quia numerus trium reſpondebit numero Monaſteriorum. Ita declarauit Paulus V. *in ſua Conſtitut.* quæ incipit, *Facultatis.* ſub *die* 1. *Septem.* 1608. Conceſſiæ autem ab inferioribus, quia ſunt ex cauſa neceſſaria, non ſubſunt prædictæ Conſtitutioni, quia accipiunt declarationem ab ipſa cauſa.

Quis autem debeat intelligi nomine Superioris quò ad Monaſteria ſubiecta Regularibus? Reſpon. Suar. *tom.* 4. *de relig. tract.* 8. *lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 13. Pelizzar. *de Monial. cap.* 5. *num.* 149. Intelligi Generalem, aut Prouincialem, non autem Prælatum localem, quia non habet iuriſdictionem epiſcopalem. Concilium autem loquens ſub diſiunctione de Epiſcopo, vel Superiore, intelligit de eo, qui æquiparatur Epiſcopo. Sed hoc non eſt neceſſarium, quia nomine Superioris Monialium venit quicunq; habens iuriſdictionem in ipſas in foro externo. Eo ipſo autem, quod regimen Monialium ſpectat ad ipſum, conſtituitur Superior, etiamſi ſit Prælatus localis. Et ſicuti Epiſcopo non conuenit concedere has licentias, quia habet iuriſdictionem Epiſcopalem, ſed quia ad ipſum ſpectat regimen Monialium, ita & quò ad Regulares. Vnde ſi inter ipſos deputetur aliquis ad vſum Monialium, ſub nomine Ordinarij, aut alio nomine, poterit has licentias concedere.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

32. *Moniales extra vrbem intus reducenda.*
Monaſteria Monialium non erigenda, niſi in locis muro cinctis.
Moniales extra vrbem transferenda ad Monaſteria eiuſdem Ordinis.
Epiſcopi an transferre poſſint intra vrbem Monaſteria exempta.

32 *Ibidem.* Monaſteria Sanctimonialium extra mœnia vrbis, vel oppidi, curent Epiſcopi, & alij Superiores, ſi ita videbitur expedire, vt ad noua, vel antiqua Monaſteria intra vrbes, vel oppida reducantur.

ADDITIO.

In virtute præſentis Decreti S. Congregatio apud Barboſam *lib.2. de iure Eccleſ. cap.12. num.10.* declarauit; quod deinceps Monialium Monaſteria non poſſint erigi, niſi in locis muro cinctis. Si enim Concilium ſtatuit, quod Monaſteria extra muros conſtituta inter muros reducantur, indirectè prohibuit, noua Monaſteria extra muros erigi.

Hæc autem tranſlatio, niſi noua Monaſteria erigantur, fieri debet ad Monaſteria eiuſdem Ordinis, applicatis ipſis redditibus Monaſterij tranſlati, vt refert deciſum Zerola *par.* 1. *Praxis.* verbo, *Monialis.* §. 17. quod conſtat etiam ex Concilio, dum præſcribit, transferenda eſſe ad noua, vel antiqua Monaſteria.

An autem Epiſcopi transferre poſſint Monaſteria exempta, affirmat VVeims *Conſtit.* 15. *num.* 47. inquiens hoc præſtare poſſe tanquam Delegatos Sedis Apoſtolicæ, licet Concil. hanc auctoritatem non expreſſerit. Verum cum Concilium ſemper, quando ſubijcit aliquos exemptos Epiſcopo, conſtituat ipſum Sedis Apoſtolicæ delegatum; dum hic non tribuit delegationem, dicendum eſt, quod non ſubijciat. Præſertim quia negotium tranſlationis committit non ſolum Epiſcopis, ſed etiam alijs Superioribus, ita vt reſpectiuè quiſque curare debeat, quod transferantur Monaſteria ſibi ſubiecta.

SVMMARIVM.

33 *Electio Superiorum, Officialium, &c. apud Regulares facienda per ſecreta ſuffragia.*
Abbatiſſa eligi debet per ſecreta ſuffragia; aliàs electio eſt nulla, etiamſi vota publicentur ex ignorantia.
Suffragia Monialium pro Abbatiſſa poſſunt oretenus excipi.
An pro illius electione requirantur duæ partes ſuffragiorum.
Non ſunt ſublati per Trident. alij modi electionis.
Dies electionis Abbatiſſæ Monialium exemptarum ſignificandus Ordinario, vt poſsit interuenire.
Si ante tempus ſignificatum deueniatur ad electionem, tenet electio, ſed puniri poteſt, qui eſt in culpa.

33 *Eadem ſeſſ. de Regul. c.* 6. Electio Superiorum quorumcumque, & aliorum Officialium, ac Generalium, & Abbatiſſarum, fiat per vota ſecreta: ita vt ſingulorum eligentium nomina nunquam publicentur.

ADDITIO.

Ita debet Abbatiſſa eligi per ſecreta ſuffragia, vt ſi hæc forma non ſeruetur, electio ſit irrita, quia Concilium ponit decretum irritans. Et quamuis ex ignorantia ſuffragia quocunque modo publicarentur, aut non exhiberentur ſecretè, adhuc electio eſſet nulla, vt declarauit S. Congregatio apud Samuelium *de elect. tract.* 1. *diſp.* 5. *controuer.* 2. *num.* 18. Neque Epiſcopus poteſt eam conualidare, quia non habet auctoritatem ſupra Superioris legem irritantem.

Secretum ſeruandum in electione non tollit, quin ſuffragia Monialium oretenus excipi poſſint ab ijs, qui præſident electioni; nempe Epiſcopo, alio coaſſumpto, aut Prælato Regulari quò ad Moniales ſibi ſubiectas, vt declarauit S. Congregatio apud Garziam, *de Benefic. par.* 5. *cap.* 4. *num.* 190. vbi addit, nec officere ſecreto electionis, ſi ſuffragia excipiantur audientibus quatuor, vel quinque, ſi ita exigant ſtatuta religionis.

Et quamuis Barboſa *lib.* 1. *de iure Eccleſ. cap.* 45. Tamburin. *de iure Abbat. diſp.* 28. *quæſt.* 9. *num.* 3. ſubſtineant, quod requirantur duæ partes ſuffragiorum pro electione Abbatiſſæ, innixi cuidam declarationi S. Congregat. *ſub die* 29. *Nouemb.* 1585. Attamen, cum hæc declaratio non ſit in forma authentica, & de iure communi ſufficiat pro electione maior pars, vt in cap. *Quia propter. de elect.* non poteſt vim habere contrà ius commune: & ideo, niſi obſtet conſuetudo, aut aliud ſtatutum ſpeciale, ſufficiet maior pars, vt notant Syluester verbo, *Electio. quæſt.* 9. Miranda *quæſt.* 7. *de Monial. ar.* 4. Suarez *tom.* 4. *de Relig. tract.* 8. *lib.* 2. *cap* 5. *num.* 22. & firmat Rota cum pluribus coram Durano, *Deciſ.* 232. *num.* 3. vbi reſpondet text. cap. *Indemnitatibus.* §. *Sanè. de elect. in* 6.

Per hoc autem Decretum Concilij non eſſe ſublatos alios modos canonicæ electionis, quia ſolum præſcribit formam ſeruandam in electione per ſcrutinium, tradunt Miranda *tom.* 2. *Manual. quæſt.* 23. *ar.* 4. Layman *in quæſt. canon. cap. vlt. quæſt.* 231.

Digitized by Google

Pellizzar *de Monial. cap. 10. sect. 2. num. 105.*

Quamuis autem Monasteria sint exempta, ex nouissimo iure per *Constitutionem* 18. Gregorij XV. incipit, *Inscrutabili*. non potest deueniri ad electionem Abbatissæ, nisi significetur Ordinario dies electionis, qui potest vel per se, vel per alium interesse dictæ electioni, atque expectandus est vsque ad præfinitum tempus. Et puniri poterunt Regulares ab Episcopo, si veniant ad electionem ante tempus significatum, vt declarauit S. Congregatio *in resolut. dub. circa dictam Constit. dub. 15.* Si tamen deueniretur ad electionem, valida esset electio, quia non irritatur; nec Moniales puniri possent, quia Constitutio Pontificia obligat solum Regulares, & declaratio S. Congregat. de ipsis solum procedit.

SVMMARIVM.

34 *Aetas necessaria pro Abbatissa seu Priorissa, & qualitates aliæ.*
Annus quadragesimus eligendæ in Abbatissam an debeat esse completus.
Electio Abbatissæ non quadragenariæ, sed cum cæteris qualitatibus, an sit valida.
Qualitas fundamentalis quando debeat inesse.
Deficiente qualitate fundamentali corruit, quod in ipsa fundatur.
Si quadragenaria, & cum alijs qualitatibus non sit apta regimini, quid faciendum.
Laudabilis vita in ordine ad electionem pro Abbatissa in quo consistat.
Soror an immediatè post Sororem eligi possit Abbatissa.

34 *Eadem sess. cap. 7.* Abbatissa, & Priorissa, & quocumque alio nomine Præfecta, vel Præposita appelletur, eligatur, non minor annis quadraginta, & quæ octo annis post expressam professionem laudabiliter vixerit. Quòd si his qualitatibus non reperiatur in Monasterio, ex alio eiusdem Ordinis eligi possit. Si hoc etiam incommodum Superiori, qui electioni præest, videatur, ex his, quæ in eodem Monasterio annum trigesimum excesserint, & quinque saltem annis post professionem rectè vixerint, Episcopo, vel alio Superiore consentiente, eligatur. *Ibidem.* Duobus Monasterijs nulla præficiatur.

ADDITIO.

Cum Concilium requirat quod Abbatissa eligatur non minor annis quadraginta, dubitatur, an annus quadragesimus debeat esse completus. Hanc difficultatem mouet Author infra, sed indecisam relinquit. Portel *in resp. moral. casu 13. num. 1.* Io. Nouar. *in singular. iur. conclus. 13. num. 8.* Narbona *in Annal. iur. anno 40. quæst. 2. num. 5.* putant sufficere annum quadragesimum incœptum. Verum tenendum est, quod debeat esse completus, vt latè probaui in *quæst. moral. quæst. 1. num. 5. & sequen. Centur. 1.* tradunt Garzias *par. 7. de benefic. cap. 4. num. 71.* Tamburin. *de iure Abbatū. disp. 18. quæst. 3. num. 11.* Barbosa *de potest. Episcopi allegat. 100. num. 12.* quia qui non compleuit talem annum, est minor tali anno. *l. 1. ff. de manumis. & l. Denique. §. Minorem. ff. de minor.* vnde cum per Concil. Abbatissa non debeat esse minor annis quadraginta, annus quadragesimus debet esse completus. Sufficiet tamen, quod attigerit vltimum diem iuxta tex. allegatum *l. Denique.*

An autem si Abbatissa non sit quadragenaria, existentibus alijs quadragenarijs electio sit nulla. Negant Suarez *tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 2. cap. 6. num. 8.* & probabile putat Pellizzar *de Monialib. cap. 10. sect. 2. num. 42.* Sed tenendum est quod sit nulla, vt tenet Tamburin. *de iure Abbatum disp. 28. quæst. 2. num. 7.* Albaun. *in Compen. canonicar. resolut. lib. 1. tit. 28. num. 11.* asserens sic declaratum fuisse à S. Congregat. in *Viterbien. 16. Maij 1623.* Quam declarationem refert etiam Barbosa *lib. 1. de iure Eccles. cap. 45. num. 19.* Qualitas enim talis ætatis requiritur pro idoneitate in ordine ad electionem, & proinde est qualitas fundamentalis, quæ debet inesse, quando actus perducitur ad effectum, vt subsistere possit *l. 2. §. Proximum. ff. de fu. & legit. & l. Tutelas. init. ff. de cap. dimin. & Vsusfructus. ff. Quibus modis vsusfr. amitt.* & ideo ea corruente, corruit etiam, quod in ipsa fundatur. *l. Nam origo. ff.* Quod *vi, aut clam.* & *l. Egi tecum. ff. de excep. rei. iud.* Et idem sentiendum de altera qualitate, quam Concilium requirit, quod scilicet per annos octo post expressam professionem laudabiliter vixerit. Et quando deficientibus omnibus cum prædictis conditionibus concedit Concilium eligi quæ excesserint annum trigesimum, & per quinque saltem annos post professionem laudabiliter vixerit; hæ quoque qualitates fundamentales sunt, & ideo si aliqua ipsarum desit, nulla est electio.

Quando autem Moniales quadragenariæ, & habentes annos octo laudabilis vitæ post professionem non essent aptæ pro regimine Monasterij, vel ratione prudentiæ, ita vt recta administratio minimè speraretur, non posset eligi alia, etiamsi haberet qualitates à Concilio posteriori loco requisitas, nec posset assumi de alio Monasterio, quia hæc solum concedit Concilium, quando non est in Monasterio Monialis cum qualitatibus ætatis quadragenariæ, & vitæ laudabilis per octo annos; sed recurrendum esset ad sacram Congregationem. Suarez tamen *tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 2. cap. 6. num. 8.* putat Concilium subintelligere conditionem, si aliàs habilis sit, & proinde posse eligi habentem qualitates requisitas posteriori loco, existente aliqua cum qualitatibus requisitis priori loco, sed aliàs inhabili. Quamquam posset etiam dici, quod si Moniales quadragenariæ non censerentur habiles ratione prudentiæ, &c. non laudabiliter vixerint, quia laudabilis vita,

Digitized by Google

vitæ, quod requirit Concilium, conſideretur in ordine ad finem, de quo agitur; vt ſcilicet exhibuerint ſufficiens ſpecimen prudentiæ & habilitatis in ordine ad regendum, ita vt in ordine ad hunc finem laudem meruerint. Et hanc doctrinam poſſent ſequi Epiſcopi, & alij Superiores, quando ex aliquo fortuito caſu non poſſet recurri ad S. Congregationem, & tempus vrgeret.

Seclusis autem ſtatutis ſpecialibus, poterit eligi Soror immediatè poſt Sororem. Ita S. Congreg. *in Vlixbon. 19. April. 1619.* apud Aldan. *lib. 1. canonicar. reſol. tit. 28. num. 15.* & Barboſa *in collect.* verbo *Abbatiſſa*.

SVMMARIVM.

35 *Præſes electionis Abbatiſſæ Monialium non ingreditur clauſtra ad excipienda ſuffragia. Poteſt tamen ingredi quando ingreſſus iudicaretur neceſſarius.*

Quid faciendum cum infirmi, quæ ad cancella accedere non poſſunt?

35 *Ibidem.* Is, qui electioni præeſt Epiſcopus, ſiue alius Superior, Clauſtra Monaſterij non ingrediatur, ſed ante cancellorum feneſtellam vota ſingularum audiat, & excipiat.

ADDITIO.

Hoc decretum Concilij non ita ſtrictè accipiendum eſſe, quin poſſit Præſes electionis ingredi, quando ita neceſſarium iudicaretur, vt electio canonicè fieret, obſeruant Miranda *quæſt. 2. de Monial. ar. 15.* Rodriquez *tom. 1. quæſt. Regul. quæſt. 46. ar. 5.* Io. à Cruce *lib. 1. de ſtatu religion. cap. 5. dub. 2. concluſ. 3. notab. 3.* Sanchez *lib. 6 Sum. cap. 16. num. 50.* Vener. *lib. 6. Exam. Epiſcop. cap. 28. num. 7.* Barboſa *de poteſt. Epiſcopi alleg. 102. num. 46.* Pellizzar. *de Monial. cap. 10. quæſt. 2. num. 97.* Hic enim ſubintrat Conſtitut. Gregor. XIII. concedentis, quod Prælati, quibus incumbit cura Monialium, ingredi poſſint Monaſteria in caſibus neceſſarijs. Et decretum Concilij prohibet ſolum regulariter ingreſſum, non autem quando eſt neceſſarius, nam recipit declarationem ab alijs iuribus.

Sed quid ſi aliqua Monialium ita ægrotaret, vt non poſſet conuenire ad locum electionis? Reſp. Neque tunc poſſe Præſidem electionis ingredi ad ſcrutandum ſuffragium ipſius, vt declarauit S. Congregatio *die 20. Iunij 1595.* apud Gauant. *in Manuali.* verbo *Monialium officiales. num. 18.* quia non eſt caſus neceſſarius; poterit enim, ſi non renunciet iuri ſuo, mittere duas Moniales, quæ fideliter ſcrutentur votum ipſius, & referant Præſidi: aut poterit ipſa mittere ſcriptum, & ſigillo munitum ſuum ſuffragium. Neque enim debet contemni, cum ius habeat ad electionem non minus, quam cæteræ.

SVMMARIVM.

36 *Epiſcopi poſſunt redigere in Congregationes Monaſteria, ſi Regulares negligant. Regulares vnire poſſunt Monaſteria diuerſarum Prouinciarum, ſi ita expediat.*

36 *Seſſ. 25. de Regular. c. 8.* Redigere in Congregationes Monaſteria Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiecta, ſi ipſi Religioſi negligentes fuerint, Epiſcopi poſſunt, & illis etiam præeſſe. *dicta ſeſs. cap. 9.*

ADDITIO.

Ex hoc decreto Concilij colligitur, eſſe in facultate Superiorum Regularium, vnire Monaſteria diuerſarum Prouinciarum, quando ita expediret ad manutenendam Regularem diſciplinam. Mens enim Concilij fuit, dum præcepit vniri Monaſteria diuerſarum Prouinciarum in vnicam Congregationem, efficere corpus conueniens, cui vnum caput præſideat, à quo debito modo iuxta regulas moderetur. Hinc à contrario ſenſu poterunt etiam diuidere Prouincias, & nouas erigere, quando manutentio regularis diſciplinæ ita exigeret: de quo dixi *quæſt. canon. 141. centur. 2.*

SVMMARIVM.

37 *Monaſteria Monialium immediatè ſubiecta Sedi Apoſtolicæ gubernantur ab Epiſcopis. Non tamen in temporalibus.*

Sede vacante non ſuccedit Capitulum huic regimini.

Capitulum non ſuccedit Sede vacante in ea, quæ conueniunt Epiſcopo ex iuriſdictione delegata.

37 *Eadem ſeſs. de Regularib. c. 9.* Monaſteria Sanctimonialium, Sanctæ Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiecta, ab Epiſcopis gubernentur: quæ verò à deputatis in Capitulis generalibus, vel ab alijs Regularibus reguntur, ſub eorum cura, & cuſtodia relinquantur.

ADDITIO.

Per hoc decretum Concilij non tribui Episcopis ius in Monasteria Monialium exempta, quò ad temporalia, declarauit Sacra Congregatio vt *in Collectione ex Biblioth.* Bellarm. in hunc locum. Tenor declarationis est.

In Monasterijs subiectis immediatè Papæ, per hoc caput Episcopus nihil potest in temporalibus, sed tantum in spiritualibus.

Cuius declarationis ea est ratio: Quod Concil. in totis illis capitibus de Regularibus, & Monial. respicit ad reformationem religiosæ disciplinæ; & ideo solũ decernit quò ad ea, quæ ipsam concernunt, non vero quò ad temporalia.

Et quia Concilium conseruat talia Monasteria in sua exemptione, & constituit Episcopos vt procedant tanquam Sedis Apostolicæ delegati: ideo Capitulum Sede vacante non poterit assumere regimen Monialium, nec visitare; vt tradunt Garzias *de Benefic. par. 5. cap. 7. num. 45.* Azor. *par. 2. lib. 3. cap. 37. quæst. 15* Breunius *par. 1. theol. mor. tract. 11. quæst. 24.* Barbosam *de potest. Episcopi allegat. 73. num. 8.* alios citans. Diana *par. 7. tract. 12. resol. 28.* Tamburin. *de iure Abbat. disp. 14. quæst. 5. num. 3.* Et sequitur ex eo, quod Capitulum Sede vacante, licet succedat in iurisdictionem Episcopi, non tamen competit ipsi iurisdictio delegata ex Apostolica Sede, vt notant Quaranta *verbo, Capitulum Sede vacante.* Molina *de iust. & iure tom. 6. tract. 5. disp. 11. num. 8.* Sbrozzius *lib. 1. de offic. Vicar. quæst. 16. num. 1.* Tusch. *littera C. conclus. 56. num. 5.* Filliuc. *tract. 41. cap. 2. num. 4* Barbosa alios citans *lib. 1. de iure Eccles. cap. 32. num. 104.* Rota *in Burgensi iuris visitan. 1. Iulij 1596. coram Orano.*

SVMMARIVM.

38 *Moniales admonendæ vt singulis mensibus confiteantur, & Eucharistiam sumant.*
Decretum hoc Concilij an contineat, seu supponat præceptum.
Dispositio Clemen. Ne in agro. De statu Monachor. non extenditur ad Moniales.

38 *Eadem sess. cap. 10.* Attendant diligenter Episcopi, & alij Superiores Monasteriorum Sanctimonialium, vt in Constitutionibus earum admoneantur Moniales, vt saltem semel singulis mensibus confessionem peccatorum faciant, & Sacrosanctam Eucharistiam suscipiant.

ADDITIO.

Dubitant Doctores, an hoc decretum Concil. contineat præceptum. Affirmant Nauar. *c. 21. Manual. num. 59.* & alij. Negant verò Miranda *quæst. 10 de Monial. ar. 1.* Fagundez *præcep. Eccles. 3. lib. 1. cap. 6. num. 8.* Campanil. *in Diuer. iur. Rubr. 12. cap. 16. num. 51.* Molses. *par. 1. sum. tract. 7. cap 16. num. 21.* Vener. *lib. 7. Examin. Episcop. cap. 26.* Piasec. *par. 2. praxis Episcop. cap. 3. num. 57.* Reginal. *lib. 29. praxis fori pœnit. num. 73.* Pellizzar. *de Monial. cap. 6. num. 8.* Tamburinus alios citans *de iure Abbatis. dispos. 16. quæst. 6. num. 2.* Sed videndum quid disponat Concil. Neque enim disponit de tempore, in quo Moniales confiteri debeant, & Eucharistiam sumere, sed quod in ipsarum Constitutionibus admoneantur de confessione, & Eucharistia pro singulis mensibus. Et quò ad hoc continet præceptum, obligans Episcopos, cæterosque Superiores, vt hanc admonitionem inserere faciant Monialium Constitutionibus. Et Moniales remanent sub illa admonitione contenta in Constitutionibus de communione & confessione pro singulis Mensibus. Ex quibus colligitur, quod, dum Concil. vult monendas ex vi Constitutionum, supponit, quod nullum habeant præceptum de confessione, & communione pro singulis mensibus, quia Clement. *Ne in agro. §. sanè. De statu Monach.* disponit tantum de Monachis nigris: & ideo non debet extendi ad Moniales.

SVMMARIVM.

39 *Bis, aut ter in anno offerendus Monialibus Confessarius extraordinarius.*
Pro subiectis Regularibus deputatur ab earumdem Superiore, & approbatur ab Ordinario.
Non tenetur, sed potest alterius Ordinis Confessarium deputare.
Non tenentur Moniales extraordinario Confessario confiteri.
Verbum debet, quando agitur de fauore, non importat necessitatem.

39 *Ibid.* Præter ordinarium Confessarium alius extraordinarius ab Episcopo, & alijs Superioribus bis aut ter in anno offeratur, qui omnium confessiones audire debeat.

Quamuis Confessarius etiam extraordinarius pro Monialibus Regularibus subiectis debeat approbari ab Episcopo iuxta resolutiones dubiorum S. Congregat. *super Constit. Inscrutabili. Gregorij XV.* attamen deputatio Confessariorum debet fieri à Superioribus Regularibus, nam Concil. statuit deputandos ab Episcopo, & alijs Superioribus respectiuè ad Monasteria sibi subiecta. Neque per dictam Con-

Digitized by Google

Conſtitut. Gregor. XV. aut aliunde eſt ipſis adempta talis facultas. Et ideo, ſi Epiſcopi abſque iuſta cauſa non approbarent, peccarent mortaliter: tum quia indirectè impedirent iuriſdictionem Regularium Superiorum. Tum quia læderent honorem Confeſſarij deputati.

Quamuis autem Superior Regularis non teneatur Monialibus ſibi ſubiectis deputare Confeſſarium Regularem alterius Ordinis, aut ſæcularem; poterit tamen, ſi velit. Ita enim declarauit S. Congregat. vt habetur ex *Collect. declarat. ex Biblioth.* Bellarm. ad hunc locum. Tenor declarationis eſt. *Superior poteſt offerre Confeſſorem ſecularem, vel Regularem alterius Ordinis, ſed non tenetur.*

Circa illa verba Concilij. *Qui omnium confeſſiones audire debeat*, dubitatur, an imponant neceſſitatem Monialibus omnibus, & ſingulis confitendi extraordinario Confeſſario. Et negatiuè reſoluendum eſt, quia agitur de fauore Monialium, vt declarant verba Concilij antecedentia, *Bis, aut ter in anno offeratur*. Vnde cum Concilium tantum iniungat, quod offeratur Confeſſarius extraordinarius, poſſunt Moniales renunciare ſuo fauori. Quando autem verbum, *debet*, reſpicit perſonam, de cuius fauore agitur, non importat neceſſitatem, vt notant Felin. *in cap. Nam concupiſcentiam. num. 8. limit. 2. de conſtit.* Tuſch. *littera D. concluſ. 262. num. 3.* Solum ergo Confeſſarius deputandus erit pro omnibus, ita vt omnes, ſi velint, poſſint ipſi confiteri, ita vt non poſſit deputari pro aliquibus, & non pro cæteris; & hoc tantum ſignificant verba illa, *qui omnium confeſſiones audire debeat*. Ex præcepto tamen S. Congregat. Epiſcoporum, & Regular. tenentur omnes coram extraordinario Confeſſario ſe præſentare, ne diſcerni poſſit, quænam ſint, quæ ipſo indigeant, & quæ non.

SVMMARIVM.

40 *Euchariſtia non eſt ſeruanda intra ſepta Monialium aut chorum.*
Nec intra Eccleſiam interiorem ex indulgentia Epiſcopi.
Nec etiam ex vi priuilegij.

40 *Ibidem.* Sanctiſſimum Chriſti Corpus intra Chorum, aut ſepta Monaſterij Monialium, & non in publica Eccleſia conſeruari prohibet, non obſtante quocunque indulto, aut priuilegio.

ADDITIO.

Stante hoc decreto Concilij, non poteſt Epiſcopus indulgere Monialibus, vt intra clauſuram conſeruent Euchariſtiam, vt notat etiam Pax Iordanus *tom. 1. ſuar. lucubrat. lib. 3. tit. 3. de Euchariſt. num. 9.*

Rodriquez *tom. 1. quæſt. Regul. quæſt. 67. ar. 4. ver. Reſp. Dicendum.* putat quod Concilium ſolum prohibeat, quod Euchariſtia ſeruetur intra clauſtra, & non in Eccleſia; & proinde poſſit conſeruari tam in Eccleſia exteriori, quam interiori ex priuilegio Clemen. VII. vt in compendio Mendicantium. per quod conceditur Monialibus Fratrum Minorum, quod poſſint in Eccleſia interiori in loco decenti habere Euchariſtiam, ſicut habent in exteriori. Verum hoc eſſe contra mentem Concilij, mihi videtur manifeſtum. Nam ponit clauſulam, Non obſtante quocunque indulto, aut priuilegio, quæ cum deroget priuilegijs, prohibet etiam, quæ ex priuilegio concedebantur. Et mens Concilij magis manifeſta fit ex declaratione S. Congregationis, quæ talis eſt ex *collect.* Bellarm. *ad hunc locum.*

Euchariſtia non in Choro Monialium, ſed in exteriori Eccleſia conſeruetur, non obſtante quacunque conſuetudine.

Imo eadem S. Congregat. vt habetur *ibid.* prohibuit, quod non ſeruetur in feneſtra illius parietis, quæ diſtinguit Chorum ab Eccleſia.

SVMMARIVM.

41 *Exempti quò ad curam animarum ſubijciuntur Epiſcopis.*
Regulares deputant miniſtros pro cura animarum.
Non tamen ſubtrahuntur iuriſdictioni ſuorum Superiorum.
Facultas Epiſcoporum circa curam animarum exercitam à Regularibus, conuenit alijs Ordinarijs.
Ceſſat etiam quò ad Epiſcopos circa curam annexam Monaſterijs, in quibus Generales reſident.
Curatus Regularis ad nutum amouibilis, à ſolo Superiore ſuo amoueri poteſt.
Quid ſi ſit perpetuus.

41 *Eadem ſeſſ. de Regular. c. 11.* In Monaſterijs, ſeu domibus virorum, ſeu mulierum, quibus imminet cura animarum perſonarum ſæcularium, præter eas, quæ ſunt illorum Monaſteriorum, ſeu locorum familia, perſonæ, tam regulares, quàm ſæculares huiuſmodi curam exercentes, ſubſint immediatè in his, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent, iuriſdictioni, viſitationi, & correctioni Epiſcopi, in cuius Diœceſi ſunt ſita. Excipit verò Concilium ibi quædam Monaſteria.

Digitized by Google

ADDITIO,

Per hoc Decretum ſeruatur facultas Superioribus Regularibus deputandi miniſtros pro cura animarum, quia Epiſcopis tantum conceditur eorumdem approbatio. Ita Gonzalez ad *Reg. 8. Cancel. Gloſ.* 5. §. 3. *num.* 34. Piaſec. *par.* 2. *Praxis Epiſcop. cap.* 3. *num.* 46. Et proinde tenentur præſentatos approbare, quando non habent iuſtam cauſam reprobandi.

Non tamen exercentes curam animarum ſubtrahuntur iuriſdictioni Superiorum Regularium, quia Ordinarijs conceditur iurisdictio ſuper ipſos cumulatiuè quò ad Superiores Regulares. Ita cenſuit Rota *in Piſcienſi iuriſdict.* 15. *Iunij.* 1590. *coram Plato*, & in *eadem* 20. *Octobris* 1593. *coram Penia*.

Facultatem, quæ per hoc decretum datur Epiſcopis, dari etiam Ordinarijs inferioribus habentibus iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, ſæpius tenuit Rota, præſertim in *Piſcienſi iuriſdictionis* 16. *Octobris* 1580. & 5. *Maij* 1589. *coram Gipſio*.

Si tamen Generales reſideant in Monaſterijs, quibus eſt annexa cura animarum, Ordinarius non poteſt exercere iuriſdictionem in Curatos, etiam ſæculares. Ita S. Congregat. in *Collect.* ex Bellar. *ad hunc locum.* cuius declaratio talis eſt.

Epiſcopus nullam iuriſdictionem habet in Curatos ſæculares Monaſteriorum, in quibus eorum Generales habent ſedem ordinariam.

Rurſus. Si Curatus deputatus ſit ad nutum amouibilis, poterit ſolum amoueri à Superiori Regulari, non autem ab Epiſcopo; cum per Sacrum Concilium ad ipſum ſolum ſpectet approbatio, & eſſe ad nutum amouibilem referatur ſolum ad deputantem. Si tamen contingat aliquid, ratione cuius, etiamſi perpetuus eſſet, amoueri poſſet; quia tunc amotio habet rationem pœnæ, & ſupponit delictum, poterit amoueri: nam cum poſſit punire, poterit etiam hanc pœnam infligere. Ita Dalcuri *de poteſt. Epiſcopi cap.* 14. *num.* 2. aſſerens ſic S. Congregationem cenſuiſſe. Hoc tamen præſtari non poterit ab Epiſcopo, ſi Curatus ſit Regularis, & non deliquerit circa curam animarum, aut in adminiſtratione Sacramentorum; nam iuxta Concilium in cæteris non ſubijcitur correctioni Epiſcopi.

SVMMARIVM.

42 *Ante profeſſionem nihil de bonis Nouitiorum accipiendum, etiam ſponte oblatum.*
Non excluditur donatio remuneratoria.
Donatio remuneratoria eſt quædam ſolutio debiti.
Conſtitutio Clemen. de largitione, non prohibet remuneratoriam.
Donatio remuneratoria quando per Concil. prohibeatur.
Donationes moderatæ an prohibeantur.

42 *Ead. ſeſſ. c.* 16. **Ante profeſſionem nihil recipiatur de bonis Nouitij, etiam ſponte oblatum à parentibus, vel propinquis, vel curatoribus; excepto victu, & veſtitu Nouitij illius temporis, quo eſt in probatione, ſub pœna anathematis dantibus, & recipientibus.**

ADDITIO.

Per hoc Decretum non excludi donationem remuneratoriam, habetur *in collect. declarat. S. Congregat.* ex Bellarm. *ad hunc locum in addit.* & videtur ſequi Donat. *in praxi rer. Regul. par.* 4. *tract.* 7. *quæſt.* 14. Quia donatio remuneratoria non eſt vera donatio, ſed quædam ſolutio debiti. *l. Aquilius. ff. de donat.* ibi. *Defendi, non veram donationem eſſe, verùm officium Magiſtri, quadam mercede remuneratum.* & *l. Hoc iure vtimur.* §. *Labeo.* & *l. Si pater.* §. *fin. eod. ff.* & *l. Sed & ſi.* §. *Conſuluit. ff. de petit. hæred.* ibi. *Et veluti genus quoddam hoc eſſe permutationis.* & notant Gloſ. *in dict. leg. Aquilius.* verbo, *Ad merum.* Tiraquel. *in l. Si vnquam.* verbo, *Donatione largitus. num.* 11. *de reuocan. donat.* vbi alios citat. Gama *deciſ.* 165. & Doctor. *in Rubr. de donat. inter vir. & vxorem.* Vnde etiam licet Clemens VIII. in ſua *Conſtit. de largit. mun.* prohibuerit donationes, Vrbanus tamen VIII. *in ſua Conſtit. Nuper à Congregat.* ſub *die* 16. *Octob.* 1640. declarauit, non comprehendi ſub illa prohibitione donationes remuneratorias. Vnde ex eodem capite videtur dicendum, neque comprehendi ſub hoc decreto Concilij.

Attamen quia finis Concilij eſt, quod Nouitius occaſione donationis non retardetur à receſſu à religione, ſi vellet recedere: ideo ſi donatio remuneratoria ſit talis, vt notabiliter lædat bona Nouitij, videtur prohibita, quia eſt contraria rationi finali Conſtitutionis: nam poterit hoc debitum ſoluere, poſtquam à religione diſceſſit. Secus autem, ſi non lædat notabiliter bona Nouitij.

Quod autem non prohibeantur per hoc decretum donationes moderatæ, conſtat ex ratione finali prohibitionis, quod exprimit Concilium: & eſt, quod Nouitius non remoueatur ab egreſſu, eo quod ſint diminuta bona ipſius; moderata autem donatio, & quæ non diminuat notabiliter bona ipſius, non eſt ſufficiens ad ipſum remouendum ab egreſſu. & ita notant Rodriquez *tom.* 2. *quæſt. Regular. quæſt.* 47. *ar.* 5. Laiman *lib.* 3. *theol. moral. tract.* 5. *cap.* 7. *num.* 5. Sanchez *lib.* 7. *ſum. cap.* 5. *num.* 28. Lezana *tom.* 1. *quæſt. Regular. cap.* 24. *num.* 15. Donatus *par.* 4 *praxis rer. regular. tract.* 7. *quæſt.* 15.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

43 *Elapſo anno probationis, Nouitij aut admittendi ad profeſſionem, aut eijciendi.*
Ex rationabili tamen cauſa differri poteſt.
Quantum differri poſſit.
Quid ſi differatur ratione impedimenti, aut negotij.
Quid ſi ad aliud Monaſterium ſe conferat.
Facta vna prorogatione, an vlterius de nouo prorogari poſſit.

43 *Ibidem.* Finito tempore Nouitiatus, Superiores, Nouitios, quos habiles inuenerint ad profitendum, admittant, aut eos è Monaſterio eijciant; & vt abeuntibus ante profeſſionem omnia reſtituantur, quæ ſua erant, Epiſcopus per cenſuras Eccleſiaſticas, ſi opus fuerit, compellat.

ADDITIO.

Per hoc decretum non tolli, quin ex rationabili cauſa poſſit profeſſio differri; & proinde habere locum ſolum, quando nulla ſubeſt cauſa dilatandi; tradunt Rodriquez *par.* 2. *ſum. cap.* 8. *num.* 3. & *tom.* 3. *quæſt. Regular. quæſt.* 15. *ar.* 10. *in fine*. Nauar. *Conſil.* 30. *de Regular. in vlt. editione.* Sanchez *lib.* 5. *in Decal. cap.* 4. *num.* 7. Leſſius *lib.* 2. *de Iuſt. & iure. cap.* 41. *dub.* 7. Fauſt. *lib.* 5. *Theſauri. quæſt.* 168. Et ita declarauit S. Congregat. vt habetur ex *collect.* Cardin. Bellarm. *ad dict. cap.* 15. *De regular. ſeſſ.* 25. & alia declaratio habetur in compend. *priuileg. Minim. in can.* 52. facta ad inſtantiam P. Puſerarel. eiuſdem Ordinis *die* 8. *Nouemb.* 1569. vt ita etiam obſeruatur in Praxi. alioquin cum ſuperueniant tales cauſæ, vt non poſſit à Nouitio emitti profeſſio, cogeretur diſcedere, aut non poſſent Superiores facere maiorem probationem, quando iudicarent expedire.

Quantum autem poſſit differri, non eſt ita certum. Et quia differri poteſt, vel quia nouitius de præſenti ſit inhabilis ad profitendum; vel ratione alicuius impedimenti, ſeu negotij, quod prius ſit peragendum. Si ex primo capite differuntur, non poteſt differri, niſi adſit ſpes, quod ſit ſuperuentura habilitas. Et tunc poſſe vſque ad ſextum menſem differri, declarauit Pius V. pro P P. Dominicanis, vt in eorum conſtit. *ad tex.* 11. *cap.* 14. *de Nouit. diſt.* 1 referente Donato *in Praxi Regul. par.* 4. *tract.* 9. *quæſt.* 18. *num.* 7. Et cum hoc ſit fundatum in ratione, mihi videtur ſeruandum apud omnes religiones, quia niſi per ſex menſes ſuperueniat habilitas, non videtur amplius ſperanda, præſertim ſi agatur de moribus.

Si verò ratione impedimenti, aut negotij differatur, videndum eſt, an Nouitius remaneat in eodem Nouitiatu, ita vt continuari poſſit experimentum morum ipſius; an verò ſe transferat ad aliud Monaſterium. Si remanet in Nouitiatu, atque adeo in experimento, exiſtimo, quod poſſit prorogari per totum illud tempus, quo durat impedimentum, ſeu negocium: nam, cum duret cauſa prorogationis, poteſt etiam durare prorogatio, cum inde non proueniat aliquod damnum religioni, imo poſſit diutius mores nouitij experiri. At ſi ad aliud monaſterium ſe conferat, non poterit prorogari, niſi per breue tempus, in quo non ſit moraliter poſſibile, quod mutet mores; alioquin admittendo poſtea ad profeſſionem, poſſet religio decipi: vnde ad ſummum propagari poterit per duos, aut per tres menſes, nam in maiori tempore poſſet dubitari de morum mutatione. Quod ſi neceſſitas vrgeret vlteriorem prorogationem, neceſſarium eſſet, quod Capitulum Conuentus, in quo moraretur, teſtificaretur de moribus ipſius, & interim ipſe ſub alicuius cura degeret, qui eiuſdem mores obſeruaret.

An autem facta vna prorogatione, poſſit fieri & alia; ſi debet fieri in ordine ad expectandam habilitatem, poterit fieri ſi iam incœperit fieri habilis: ſecus autem, ſi non incœperit, nam tunc prudenter cenſenda eſt deſperata habilitas. Si verò eſt facienda ob negocia, vel impedimenta, poterit fieri ſi maneat in Nouitiatu, aut ſi maneat in alio conuentu, ſi Capitulum illius conuentus teſtificetur de moribus ipſius: & interim maneat ſub alicuius diſciplina, qui ſe habeat inſtar magiſtri; ne quod plantatum fuit, eradicetur libera conuerſatione. At ſi maneret extra religionem, nullo modo poſſet fieri, quia facile illam diſciplinam exueret, qua in Nouitiatu fuit imbutus.

SVMMARIVM.

44 *Suſceptura habitum monachalem debet eſſe maior duodecim annis.*
Suſceptura habitum monachalem voluntas eſt exploranda, ſi ex propria electione ſuſcipiat.
Puella an poſſit admitti ad habitum monachalem ante annum duodecimum.

44 *Eadem ſeſſ. de Regul. c.* 17. Puella, quæ habitum Regularem ſuſcipere voluerit, maior duodecim annis ſit, non ante, cum ſuſcipiat.

ADDITIO.

In hoc decreto Concilium nihil ſtatuit de ætate puellarum recipiendarum ad habitum religionis; vt docent Michael Medina *lib.* 4. *de continent. controuer.* 9. *cap.* 4. qui interfuit Concilio, quando hoc ſancitum fuit. Sanchez *lib.* 4. *ſum. cap.* 18. *num.* 33. Villalob. *par.* 1. *ſum. tract.* 35. *difficul.* 12. *num.* 2.

Digitized by Google

num. 2. Miranda *quæſt.* 8. *de Monial. ar.* 2. Sanchez *tom.* 3. *de relig. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 9. Portel *in dub. Regular. verbo, Nouitia. num.* 1. Rodriquez *in compend. reſol.* 101. *num.* 24. Pellizzar. *cap.* 2. *de Monial. num* 17. quia Concil. ſolum decernit de exploratione volnntatis earum, quæ ſuſcipiunt habitum, & profitentur: quod nimirum ſit ab Epiſcopo, vel eius Vicario exploranda voluntas, ſi ſit maior duodecim annis. Cur autem Concilium dicat conditionatè, ſi ſit maior duodecim annis, aliqui ex citatis Doctoribus exiſtimant, ita loquutum fuiſſe, quia ſupponat, poſſe recipi ad habitum, etiamſi non maiores duodecim annis. Verum puto, ita loquuntur, quia reſpexerunt ad cap. *Addidiſtis.* 20. *quæſt.* 1. per quod poſſunt parentes proprios filios offerre Monaſterio ante annos pubertatis: vnde cum tunc non ſuſcipiant habitum propria electione, ſed electione parentum, non eſt tunc puellæ voluntas exploranda, ſed ſolum cum eſt maior annis duodecim, quia tunc habet propriam electionem. An autem nunc poſſint offerre proprias filias. Affirmat Sanchez *lib.* 4. *ſum. cap.* 18 *num.* 8. ſed videtur praxis obſtare, ideo rem melius perpendendam relinquo.

An autem poſſint recipi ad habitum Monachalem ante expletum annum duodecimum: negatiuè reſoluunt Rodriquez *tom.* 3. *quæſt. regul. quæſt.* 12. *ar.* 2. Azor. *par.* 1. *lib.* 12. *cap.* 18. *quæſt.* 55. Naldus *verbo, Monialis. num.* 5. Tamburin. *de iure Abbat. diſp.* 4. *quæſt.* 2. *num.* 2. qui tamen non rectè colligunt ex Concilio, cum nihil circa hoc decernat. Vecchius *in praxi Nouitior. diſp.* 2. *dub.* 6. *in fine*, qui affert declarationem S. Congregat. tenoris ſequentis.

Congregatio reſcripſit, aliquam puellam non debere admitti ante duodecimum annum ad habitum ſuſcipiendum, cuius cauſa requiritur voluntatis puellæ exploratio. Non eſt autem voluntas Congregationis, neque Concilij, vt ante illam ætatem puella admittatur.

SVMMARIVM.

45 *Profeſſuræ inter Moniales voluntas exploranda ab Epiſcopo vel Vicario.*
Etiamſi Moniales ſint exemptæ.
Quid ſi alicubi ſit præſcriptum, vt ſemel tantum exploretur.
Quid ſi omittatur exploratio in ordine ad habitum.
Intra quod tempus exploranda voluntas.
Vbi exploranda.
Quid ſi puella non ſit ſatis conſtans.
Si vtraque exploratio omittatur, an nulla ſit Profeſsio.

45 *Ibidem.* **Nec poſtea ipſa vel alia profeſſionem emittat, priuſquam exploraverit Epiſcopus, vel eo abiente, vel impedito, eius Vicarius, aut aliquis, eorum ſumptibus ab eis deputatus, Virginis voluntatem diligenter, an coacta, an ſeducta ſit, an ſciat, quid agat.**

ADDITIO.

Duplicem explorationem voluntatis iniungit Concilium: alteram in ordine ad induendum habitum, & alteram in ordine ad profeſſionem. Et hæc exploratio eſt facienda etiamſi Monaſterium ſit exemptum; nam Concilium vniuerſaliter hoc negotium commiſit Epiſcopo, & ita etiam declarauit S. Congregatio, vt *in collect.* ex Bellarmino *ad hunc locum*, Declaratio ita ſe habet.

Epiſcopus examinet, & exploret puellas, etiamſi ſint in Monaſterijs exemptis: & ſub pœnis cogat Superiores &c.

Vnde non poteſt reuocari in dubium, an duplex exploratio ſit præmittenda, cum clarus ſit tex. Concil.

Solum eſt aduertendum, quod ſi alicubi ſit legitimè præſcriptum, quod vnica tantum præmittatur exploratio, poteſt ſeruari conſuetudo. Sic ſemel in ordine ad profeſſionem explorari voluntatem in Hiſpania referunt Rodriquez *tom.* 3. *quæſt. Regul. quæſt.* 12. *ar.* 3. Hieron. Rodriquez *in compend. reſol.* 101. *num.* 82. Miranda *quæſt.* 8. *de Monial. ar.* 4. Villalob. *par.* 2. *ſum. tract.* 35. *difficul.* 8. *num.* 2. Portel. *in dub. Regular.* verbo, *Nouitia. num.* 3. Sanchez *lib.* 5. *ſum. cap.* 4. *num.* 84. Pellizzar. *de Monial. cap.* 2. *num.* 4. Praxis enim abrogare poteſt legem. cap. *fin. de conſuet.*

Si tamen contingat, quod vbi vtraque exploratio eſt in vſu, omittatur prima, nempe in ordine ad habitum induendum, ſufficiet ſecunda in ordine ad profeſſionem. & ita referunt deciſum à S. Congreg. praxis Epiſcop. *par.* 1. verbo, *Monial.* Barboſa *de poteſt. Epiſcopi allegat.* 100. *num.* 4.

Quò ad Moniales autem exemptas, decreuit Pius V. *in ſua Conſtit.* 1. *in Bullario* Rodriquez *num.* 18. *Volumus etiam, quod puellarum Deo dicandarum, an ſcilicet coactæ, vel ſeductæ fuerint, examen faciendum, non niſi infra quindecim dies, poſtquam iuxta Concil. Trident. Epiſcopi, vel eorum Vicarij requiſiti fuerint, fieri poſſit; quibus elapſis amplius in hoc ſe illis intromittere non liceat. Cuius occaſione nec Epiſcopus, nec eius Vicarius intra ſepta Monaſterij ingrediantur, ſed ſtent ante cratem ferream, & interrogationes alias, quam eas, quas præfatum Concil. Trident. iubet eis fieri, omnino prohibemus. Ac ſimiliter volumus, quod puellæ ſeu Nouitiæ ipſæ ad alias interrogationes reſpondere minimè teneantur.*

Ex quibus conſtat, quod pro exploranda voluntate non licet ingredi clauſtra Monaſterij, & proinde ingrediens in excommunicationem incurreret, cum id expreſſè prohibeatur. Quod habere locum quò ad Moniales etiam non exemptas, ex deciſione S. Con-

Digitized by Google

S. Congregationis aduertunt, & tradunt Campanil. *in diuer. iur. Rubr.* 12. *cap.* 16. *num.* 15. Fuſch. *lib.* 2. *de Viſit. cap.* 10. *num.* 40. Gauant. *verbo, Monial. profeſſio. num.* 14. Lezana *tom.* 1. *quæſt. Regul. cap.* 25. *num.* 12. *in fine.* Barboſa *de poteſt. Epiſc. allegat.* 100. *num.* 6. Nouar. *in Lucerna Regul. verbo, Clauſura. num.* 6. Tenor declarationis eſt *in collect.* ex Bellarm. *ad hunc locum Concil.*

Voluntas eſt exploranda ante erates: vel ex iuſta cauſa in Eccleſia exteriori, aut alio loco commodiori & non alibi.

Ex qua declaratione liquet, quod ex iuſta cauſa poteſt profeſſura educi è Clauſtris Monaſterij ad Eccleſiam exteriorem, vt ſi eſſet ſuſpicio ſubornationis. & notat Tamburin. *de iure Abbatum diſp.* 4. *quæſt.* 2. *num.* 6.

Si autem exploratus voluntatem reperiet puellam non ſatis conſtantem, debet præfigere terminum quindecim, vel viginti dierum, in quo deliberet, an velit induere habitum, aut profiteri, nec ne. Ita deciſum referunt Campanil. *in diuer. iur. Rubr.* 12. *cap.* 16. *num.* 16. Barboſa *de poteſt. Epiſcopi allegat.* 100. *num.* 2. Tamburin. *de iure Abbatis. diſput.* 4 *quæſt.* 2. *num* 10.

Si contingat, quod vtraque exploratio voluntatis omittatur, quamuis violetur Conſtitutio Concilij Tridentini, & cum res grauis ſit, mortaliter peccetur; non tamen irrita eſt profeſſio, cum Concilium non ponat Decretum irritans. Ita quò ad validitatem profeſſionis Sanchez *lib.* 5. *ſum. cap.* 4. *num.* 84. Rodriquez *in compen. reſol.* 101 *num.* 81. *in fine.* Barboſa *de poteſt. Epiſc. allegat.* 100. *num.* 9. Tamburin. *de iure Abbatis. diſp.* 4. *quæſt.* 2. *num.* 11.

SVMMARIVM.

46 *Præfecta Monaſterij tenetur notificare Epiſcopo tempus profeſſionis emittendæ.*
Epiſcopus an impedire poſſit ne Nouitiæ profiteantur ante exploratione voluntatis:
Si negligente Epiſcopo exploratione, puniri poſſit Præfecta admittens ad profeſſionem.

46 *Ibid.* Ne profeſſionis tempus Epiſcopus ignoret, teneatur Præfecta Monaſterij eum ante menſem certiorem facere: aliàs quamdiu Epiſcopo videbitur, ea ab officio ſuſpenſa ſit.

ADDITIO.

Circa hoc decretum Concilij aduertunt Campanil. *in diuer. iur. Rubr.* 12. *cap.* 16. *num.* 17. Barboſa *de poteſt. Epiſc. allegat.* 100. *num.* 12. Tamburin. *de iure Abbatis. diſp.* 4. *quæſt.* 2. *num.* 8. poſſe Epiſcopum compellere Præfectas Monaſteriorum, ne ſinant profiteri Nouitias abſque exploratione voluntatis. Verum hæc doctrina ſic abſoluta non placet, quia iam Concilium iniungit Monialium Præfectis: vnde ſolum poteſt delinquere ſi non fecerit certiorem Epiſcopum ante menſem præſcriptum à Concilio, & tunc adeſt pœna deſignata à Concilio, nempe ſuſpenſio ab officio. Quod ſi aliqua eſſet negligens in hoc, poſſet adminiculari, Concilio ponendo aliquam aliam pœnam, ſi dicta Præfecta non ſit exempta. Si verò ſit exempta, non poterit, quia non habet aliam facultatem, niſi conceſſam à Concilio, quæ ſolum eſt, quod ſuſpendat ab officio, donec ipſi videbitur.

Si autem Præfecta certiorem faceret Epiſcopum ante menſem, ſed ipſe negligeret explorare voluntatem, & elapſo menſe Abbatiſſa admitteret ad habitum, aut profeſſionem. dubitatur, an poſſit Epiſcopus ipſam punire. Si Monaſterium ſit exemptum, nequaquam punire poterit, quia iuxta Conſtitutionem Pij V. de qua *num. præced.* ver. *Quò ad Moniales autem*; ſi per quindecim dies negligat explorare, non poteſt amplius ſe ingerere. At ſi Monaſterium non ſit exemptum; neque videtur poſſe punire, quia Præfecta ex decreto Concilij non tenetur, niſi ante menſem, certiorem facere Epiſcopum: non autem tenetur expectare vltra debitum tempus. Et cum Concilium præfigat menſem Epiſcopo pro hac exploratione, ſi non exploret intra tempus aſſignatum, ipſe delinquit; vnde ſi puniret Præfectam, delictum ſuum in alio puniret.

SVMMARIVM.

47 *Cogentes mulieres ad impediendum Monaſterium, ſuſcipiendum habitum, aut profitendum, excommunicantur.*
Quæ coactio requiratur.
Excommunicatio afficit conſulentes, fauentes, auxiliantes, &c.
Quid de præſentibus.
Excommunicatio, vt locum habeat, requirit effectum.
Et quod coactio ſit in ordine ad vitam religioſam.
Sufficit metus pro coactione.
An ſufficiat reuerentialis.
Quando ſufficiat.
Non contradicens ob reuerentiam non conſentit.
Reuerentia parificatur cum metu.
Excludit conſenſum.
Contractus ex metu reuerentiali poteſt reſcindi.

47 *Ead. ſeſſ. de regul. c.* 18. Eos, qui cogunt mulieres ad ingrediendum Monaſterium, vel ad ſuſcipiendum habitum, vel ad emittendum profeſſionem, & qui ſanctam Virginum, vel aliarum voluntatem, vel accipiendi, vel voti emittendi, quocunque modo ſine iuſta cauſa impedierit, ſancta Synodus anathemati ſubijcit.

AD-

Digitized by Google

ADDITIO.

Procedit hoc decretum de coactione propriè dicta. Ita Azor. *par.* 1. *lib.* 13. *cap.* 9. *quæſt.* 2. Bar. boſa *de poteſt. Epiſcopi allegat.* 104. *num.* 3. afferens Armendar. teſtantem ita fuiſſe deciſum. Cùm enim ſit pœnale, debet ſtrictè accipi, atque adeo ſolum de coactione rigorosè ſumpta. Hinc neque vehemens perſuaſio, neque preces, niſi ſint perſonæ, à qua proueniat metus reuerentialis, & neque allectio medijs muneribus ſubſunt huic pœnæ, vt notant Bonac. *de cenſur. diſp.* 2. *quæſt.* 2. *pun.* 1. *num.* 1. & *ſequent.* Tamburin. *de iure Abbat. diſp.* 3. *quæſt.* 3. Pellizzar. *de Monial. cap.* 2. *num.* 30.

Hæc porrò excommunicatio extenditur ad dantes conſilium, auxilium, vel fauorem, & ad ſcientes puellam ſponte non ingredi, habitum ſuſcipere, aut profiteri, qui præſentes fuerint actui, aut conſenſum, aut auctoritatem interpoſuerint. Nomine autem præſentiæ non intelligitur, de quacunque præſentia, ſed de ea, quæ ſit ex propoſito, ita vt ſit ex intentione actus prohibiti, & contineat quemdam tacitum conſenſum, vt notat etiam Sanchez *lib.* 4. *ſum. cap.* 4. *num.* 21. Pellizzar. *de Monial. cap.* 2. *num.* 32. Quia huiuſmodi actus prohibentur vt acceſſorij, & correſpectiui ad principalem actum, atque adeo tanquam aliquo modo influentes in ipſum. Vnde qui præſens eſſet ex alia cauſa, quam ex intentione actus prohibiti, non ſubijceretur huic pœnæ.

Vt autem habeat locum excommunicatio, requiritur, quod ſequatur effectus ingreſſus, aut habitus ſuſceptio, aut profeſſio, quia non imponitur niſi cogentibus ingredi &c. non dicitur autem cogi ingredi &c. niſi ſequatur ingreſſus &c. & ita notat etiam Pellizzar. *de Monial. cap.* 2. *num.* 31.

Non tamen habet locum hæc excommunicatio, niſi coactio ſit in ordine ad vitam religioſam ſuſcipiendam, vt notant Nauar. *conſil.* 5. *de ſent. excom.* & *in Nouis Conſil.* 6. *de Regular.* Sanchez *lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 12. Zerola *in praxi* verbo *Monialis.* §. 11. Rodriquez *com.* 2. *ſum. cap.* 8. *num.* 10. Filliuc. *tract.* 14. *cap.* 6. *num.* 89. Portel. *in dub. Regular.* verbo *Moniales. num.* 14. Hieronym. Rodriquez *reſol.* 101. *num.* 74. Bonac. *diſp.* 2. *de cenſur. quæſt.* 2. *num.* 2. *num.* 6. Pellizzar. *de Monial. cap.* 2. *num.* 30.

Quod autem ſufficiat metus pro hac coactione inducenda, non eſt in dubium reuocandum, ſi ſit metus grauis, quia ſufficit, quod actus non ſit abſolutè voluntarius, nam excludit conſenſum. *l. Nihil. ff. de reg. iur.* & *l. Si mulier.* §. *Si metu. ff. Quod metus cau.* Vnde Zaſ. *in l. Quæ nobis. num.* 2. *ff. de acquir. poſſeſ.* Oſſual. *in Donel. lib.* 15. *cap.* 38. *litera A.* Bald *in cap. Quiſquis. num.* 11. *de elect.* dicunt, quod voluntas meticuloſa habet in ſuperficie volitionem, & in medulla nolitionem.

An autem metus reuerentialis ſufficiat ad hanc excommunicationem contrahendam, negant Rodriquez *reſolut.* 101. *num.* 80. Riccius *in praxi deciſ.* 599. *in* 2. *edit.* Tamburin. *de Monial. diſp.* 3. *quæſt.* 2. *num.* 2. Portel *in dub. Regular.* verbo *Moniales. num.* 12. Quia in illo timore parentes, aut conſanguinei non ſe habent actiuè, ſed concipitur à puella ob reuerentiam Patris. Verum nunquam puella concipiet hunc metum, niſi ex aliqua actione parentum, vel conſanguineorum, qua declarent, quod velint puellam ingredi Monaſterium: & proinde ſicut metus proueniet ex actione ipſorum, ita etiam coactio.

Itaque exiſtimo, quod & ex metu reuerentiali, quando oritur ex declaratione voluntatis parentum, aut conſanguineorum, contrahatur præſens excommunicatio. Si quidem in iure habetur ratio huius timoris: vnde non contradicens ob reuerentiam, non cenſetur conſentire, *l. ſi cum dotem.* §. *Eo autem tempore ff. ſoluto matrim.* Rurſus reuerentia parificatur cum metu. *l.* 1. §. *quæ onerandæ ff. quæ. rer. act. non det.* ibi, *tamen cauſa cognita, ſi liquidò appareat liberum metu ſolo, vel nimis patroni reuerenti ita ſe ſubieciſſe.* Et reuerentia excludit conſenſum. *l. Velle ff.* de *reg. iur.* ibi *Velle non creditur, qui obſequitur imperio Patris, vel Domini.* facit etiam tex. *l. ſi quis cum ſciret de furtis.* vbi videns ſibi aliquid furripi, ſed verecundia motus non impedit, furti agere poteſt, quia furripiens verè furtum fecit.

Et proinde contractum celebratum ex metu reuerentiali poſſe reſcindi, tradunt Bart. *in l. Metum* 1. *ff. quod metus cau.* & *in l. ſi non veriſimilem* §. *ſi fœneratur. ff. eod.* Bal. & Angel. *in dict. l. Metum.* & rurſus Bald. *in l. interpoſitas num.* 7. *C. de tranſact.* Cuman. *in dict.* §. *ſi fœneratur.* Cephal. *Conſil.* 292. *num.* 12. *lib.* 2. Surd. *Conſil.* 480. *num.* 9. Mogollon. *de metu cap.* 4. §. 1. *num.* 5. Honded. *Conſil.* 29. *num.* 3. *vol.* 1. Surd. *Conſil.* 513. *num.* 27. Menoch. *Conſil.* 1. *num.* 491. Molina *de iuſt. & iure tom.* 1. *tract.* 2. *diſp.* 135. ver. *quod dictum eſt*, & alij.

QVÆSTIO.

An Ordinarij poſsint excommunicare Regulares quando ab ipſis compelli poſſunt iuxta Decreta Concilij Tridentini.

SVMMARIVM.

48 *Regulares poſſe ab Ordinarijs excommunicari, quando ſubijciuntur ipſis iuxta Decreta Concil. Trident. qui aſſerant.*

Non poſſunt excommunicari.

Quando Concil. concedit facultatem Ordinarijs compellendi Regulares per cenſuras, id exprimit.

Cap. 1.

Cap. 1. De priuileg. in 6. per quod Regulares non poſſunt cenſuris affici, eſt innouatum à Trident.
Statutum generale poſterius recipit diſtinctionem à priori.
Priuilegium, quod Regulares non poſſint cenſuris affici, non eſt reuocatum à Trident.
Secluſa facultate compellendi per cenſuras, iuriſdictio non eſt fruſtratoria.

49 ET dicendum eſt poſſe excommunicari; ſiquidem Concil. Trident. *in c. final. ſeſſ. 25. de regular.* mandat obſeruari omnia decreta de regular. non obſtantibus priuilegijs, & deputat exequutores Epiſcopos; & cum nulla ſit habenda ratio priuilegiorum, nec Concilium reſtringat modum compellendi, remittitur arbitrio ipſius Epiſcopi. *l. 1, ff. de iure delib.* nec priuilegium tollit hoc arbitrium, quod Concilium concedit Epiſcopis. Facit etiam Bulla Pij IV. per quam abrogantur omnia priuilegia contraria Concil. Trident. & in caſibus Concilij videtur offendi iuriſdictio Epiſcopi, quo caſu ad iudicem offenſæ iuriſdictionis pertinet cognitio, non ad proprium. Et ratione offenſæ iuriſdictionis quis alias non iudex, efficitur iudex, notat. *in c. de noui oper. nunciat.* & *in c. Eccleſia ſanctæ Mariæ de Conſtit.* & idem probatur *in l. nullum c. de teſtib.* & tenet Dom. de Franchis *deciſ.* 147. Et dum datur authoritas, datur & coercitio; & conceſſa iuriſdictione cenſentur conceſſa omnia, ſine quibus exerceri non poteſt. *l. 2, ff. de iuriſd. omn. Iud. c. præterea de off. deleg.*

ADDITIO.

Contrariam ſententiam tradunt Gloſ. *in cap. Volentes. de priuileg. in 6.* Hoſtienſ. *ibid.* Io. Andr. *num. 7.* Archidiacon. *num. 2.* Ancharan. *num. 4. not. 7.* Domin. §. *vlt. num. 7.* Gambata *de offic. Leg. lib. 8. cap. vlt. num. 77.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. par. 2. cap. 3. num. 54.* Nauar. *Conſil. 2. num. 2. de ſent. excommun.* Cened. *quæſt. canon. 26. num. 3.* Brunus *de priuileg. Reg. tract. 2. cap. 4. propoſ. 4.* Rodriquez *tom. 1. ſum. cap. 140. num. 6.* Henriquez *lib. 7. ſum. cap. 251. num. 7.* Sanchez *lib. 7. de matrim. diſp. 33. num. 23.* Quaranta *in ſum. Bullar.* verbo *Præcedentia.* ver. *An in caſu.* Scort. *in Bullas Pontific. theorem. 393.* ver. *Si autem.* Cochier. *de iuriſd. Ordinar. in exemp. par. 5. quæſt. 99.* Portel. *in dub. Reg ular.* verbo *Epiſcop. in addit. num. 5.* Peirin. *tom. 1. priuileg. ad Conſtit. 11. Sixti IV. num. 6.* Hieronym. Rodriquez *in compen. reſol. 60. num. 15.* Tamburin. *de iure Abbat. tom. 1. diſp. 24. quæſt. 8. num. 7.* Diana *par. 3. tract. 2. reſol. 76. & par. 7. tract. 12. reſol. 29.* Lezana *in ſum.* verbo, *Proceſſio. num. 1.* Villalob. *tom. 2. ſum. tract. 35. difficul. 5. num. 17.* Alphonſ. de Leone *de cenſur. recollect. 2. num. 488.* Vulpes *in praxi cap. 42. num. 26.* Nouar. *in Lucerna Regular.* verbo *Excommunicare. num. 4. & 5.* Ceſpedes *de exempt. Regular. cap. 11. dub. 217.* Hieronym. Garzia *in Polit. Regul. tract. 8. difficul. 3. dub. 2. puncto 2. num. 4.*

Et habet firmum fundamentum in Concil. ipſo Trident. Nam quoties voluit concedere facultatem excommunicandi Regulares exemptos, id ſingulis vicibus in ſpecie expreſſit: vnde quando non exprimit, cenſendum eſt, quod nolit, ſed velit manuteneri priuilegia Regularium; nam ſi hoc conceſſiſſet, ſicut aliquando expreſſit, in cæteris quoque caſibus expreſſiſſet. cap. *Inter corporalia de tranſlat. Epiſcop.* & cap. *Ad audientiam. de decim.* & *l. vni. §. fin. C. de caduc. tollen.*

Præſertim quia dictum Concilium innouauit, & confirmauit caput 1. *de priuileg. in 6.* vt habetur *ſeſſ. 7. cap. 14.* & proinde præſeruauit diſpoſitionem dicti *cap. 1.* in quo priuilegiantur Regulares, ne poſſit contra ipſos procedi per cenſuras ab Ordinarijs. Vnde cenſetur Concilium, quando ſubijcit Regulares exemptos Ordinarijs, concedere facultatem procedendi contra ipſos, cenſuris exceptis, quia ſtatutum generale poſterius recipit diſtinctionem à priori, vt notant Speculat. *lib. 2. tit. de exequut. ſent. §. Poſtremo.* ver. *Contrarium vide.* Ancharan. *in cap. Canonum ſtatuta. num. 238.* ver. *Hic etiam quæro. de Conſtitution.* Craueta *Conſil. 70. num. 15.* Corneus *Conſil. 199. num. 67. lib. 2.*

Nec obſtat, quod Concilium reuocet omnia priuilegia contraria ijs, quæ ab ipſo diſponuntur. Tum quia cum hoc priuilegium ſit, ne poſſint Regulares cenſuris affici ab Ordinarijs, non contrariatur, niſi diſpoſitioni, quod poſſint cenſuris affici; & ideo cum Concilium ſolum diſponat, quod in aliquibus caſibus poſſint affici cenſuris, non autem vniuerſaliter diſponat, quod poſſint cenſuris affici, ipſi tantum derogat quò ad illos caſus, non autem vniuerſaliter reuocat. & ita notant Doctores ſuprà cit. præſertim Vulpes *in praxi cap. 42. num. 26.* Alphonſus de Leone *de cenſur. recollect. 2. num. 488.*

Nec item obſtat, quod iuriſdictio conceſſa Ordinarijs, eſſet fruſtratoria tanquam deſtituta vi coercitiua: nam Ordinarij adhuc poſſent coercere inobedientes per mulctas, per incluſionem in Monaſterio, & alias eiuſmodi pœnas, vt notat Villalob. *par. 2. ſum. tract. 35. difficul. 5. num. 17.*

Bul-

Bulla GREGORII XIII. fel. record. per quam fuit facta reductio Conſtitutionum Pij V. recol. memoriæ pro Mendicantibus, & alijs Regularibus, contra locorum Ordinarios, ad terminos iuris, & Concilij Tridentini.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI.

50 *IN tanta rerum, & negotiorum mole, qua Rom. Pont. ex omnibus mundi partibus aſſiduè premitur, vix vitari poteſt, ne aliqua interdum exiliant, quibus poſtea recognitis neceſſe eſt moderationis remedium adhibere. Cùm itaque alias ſel. rec. Pius Papa V. prædeceſſor noſter, auditis grauaminibus, quæ fratribus Ordinum Mendicantium ab Ordinarijs locorum, & Parochialium Eccleſiarum Rectoribus multis inferri dicebantur, ſuper ſacris Concionibus, & lectionibus habendis, Confeſſionibus audiendis, pœnitentijs iniungendis, fratribus ad ordines promouendis, celebratione Miſſarum, cura animarum, Sacramentorum adminiſtratione, ſepulturis, quarta funeralium, legatis, donationibus, eleemoſynis, collectionibus, aliiſque huiuſmodi iuribus, nec non decimis, & diuerſis oneribus; ac etiam ſuper ſtatu, & regimine Sanctimonialium ipſis fratribus ſubiectarum, formatione proceſſuum, cenſurarum publicatione, proceſſionibus, præcedentia, locorum acquiſitione, ceteriſque alijs rebus tunc expreſſis, multa per quaſdam ſuas literas pro dictis fratribus non modo ſtatuerit, ſed & quæ iam in Conc. Trident. decreta fuerant ad hæc pertinentia declarauerit; multaque præterea priuilegia eiſdem decimo ſeptimo Kal. Iunij, Pontificatus ſui anno ſecundo; & deinde ea omnia diuerſis alijs Ordinibus, & Congregationibus Regularium non Mendicantium, etiam per modum communicationis conceſſerit. Poſtea per quandam ſuam Conſtitutionem de Vicarijs perpetuis in Parochialibus Eccleſijs vnitis per Ordinarios locorum inſtituendis, & portione illarum Vicarijs aſſignanda editam, alia ſuper Conſtitutione fratrum eorundem ad exercitium curæ animarum in eius parochialibus Eccleſijs, quæ domibus, & locis ſuis vnita ſunt, decreuerit: Demum animaduerſo, quod ea omnia multis dubitationibus inuoluta, magniſque difficultatibus obſtricta, multas, magnaſque diſſenſiones, altercationes, & lites inter prædictos locorum Ordinarios, & fratrum ipſorum Ordines, non ſine gaaui diuini cultus, & animarum detrimento, ac populorum ſcandalo, concitauerant, contra ac ipſe ſperabat, & præter ſuam expectationem, vt qui interdum conquereretur multa aliter, alioque ſenſu à ſe prolata fuiſſe, quàm literis expreſſa eſſent. Cupiens his mederi incommodis; primum illa omnia, quæ Regularibus aliorum Ordinum, quam Mendicantium communicauerat, & ſecundum præmiſſa conceſſerat Motu proprio reſtrinxerit: deinde plenius prouidere volens prioribus literis à ſe quo ad ipſos Mendicantes magna in parte moderatis, & omnes & quaſcunque alias literas, quæ ab alijs Ordinibus, & Congregationibus extra Mendicantium Ordines de Obſeruantia nuncupatos emanauerant, omnino aboleuerit, cauſas omnes iam de his etiam in Romana Curia pendentes ad ſe auocando, lites extinguendo, ac formatos ſuper illis proceſſus, lataſque ſententias annullando, quemadmodum alijs ſuis literis in regiſtro proximè compertis, nunquam tamen publicatis, plenius continetur. Poſtremo circa Confeſſariorum Regularium etiam Mendicantium approbationem, iuxta Concilij prædicti decretum faciendam, etiam ex multiplici literarum, & Conſtitutionum editione procedit, præſentibus, & futuris diſcriminibus occurrere volentes; De nobis attributæ poteſtatis plenitudine ſtatuimus, & ordinamus, prædictis, & alijs omnibus literis, & Conſtitutionibus, quæ ab eodem prædeceſſore eiſdem de rebus pro quorumcunque Regularium, etiam Mendicantium Ordinibus, & Congregationibus quomodolibet emanarunt, ac omnibus & quibuſcunque in eis contentis, eam deinceps diſpoſitionem atque deciſionem pro ſubiecta materia futuram eſſe, quæ ſiue ex iure veteri, ſiue ex ſacris dicti Concilij decretis, ſiue alias legieimè ante dictarum literarum, & Conſtitutionum editionem erat, & ſi ipſæ non emanaſſent, futura fuiſſet, ad quam diſpoſitionem, & deciſionem, ſuumque priſtinum, & integrum ſtatum, ac terminum illa omnia reducimus. Quin etiam tollimus & abrogamus omnia irritantia, & alia decreta, nec non prohibitiones, declarationes, mandata, & quæcunque alia ipſis literis, & Conſtitutionibus appoſita, & aliàs eorum occaſione, vel cauſa factis, his noſtris ſtatuto, ordinationi, & reductioni aduerſantia, quibuſcunque illa ſint concepta formulis, ac præſeruationibue, declarationibus, modificationibus, reſtitutionibus, mentis atteſtationibus, derogatoriarum derogatorijs, aliiſque efficaciſſimis, & inuiolabilibus clauſulis, etiam motu, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, & ex certa ſcientia, etiam pro conſeruatione ſtatus regularis, & ex quibuſcunque alijs vrgentiſſimis cauſis quotieſcunque roborata. Decernentes illa omnia pro nullis, & infectis haberi, omneſque ſupradictos illarum vſus, commodo, & effectu carere; ac omnes lites, controuerſias, quæ coram quibuſuis Iudicibus, ſiue ordinarijs, ſiue commiſſarijs, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditoribus, & S. R. E. Cardinalibus, etiam de latere Legatis, prædictarum literarum, & Conſtitutionum occaſione ſuper præmiſſis iam motæ ſunt, necdum deciſæ, aut finitæ, vel etiam quæ iam deciſæ ſunt, ſi modo tractum habeant ſucceſſiuum, eaſque rurſus, & inter quoſcunque excitari in poſterum contingat, ſecundum prædictam diſpoſitionem,*

Digitized by Google

nem, nec aliter decidendas: futura verò dubia, & difficultates quandocunque, & vbicunque orientur, ad Nos, & Sedem Apoſtolicam, vbi & cætera, quæ ad decreta dicti Concilij pertinent quotidie declarantur, omninò referenda eſſe: nec non irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his per quoſcunque ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Mandantes, &c. Non obſtantibus, &c. Datum Romæ, &c. Anno Incarnationis Dominicæ 1572. Kal. Martij. Pontificatus noſtri Anno primo.

QVÆSTIONES.

51 1 Quæ ſunt huiuſmodi Bullæ Pij Quinti ſel. rec. reuocatæ per Gregorium XIII.
2 An Bulla eiuſdem Pij Quinti circa declarationem portionum aſſignandarum Vicarijs perpetuis Eccleſiarum Parochialium, Monaſterijs, Beneficijs, Eccleſijs, vel locis pijs perpetuo vnitarum, fuerit reuocata per Gregorium XIII.
3 Num eleemoſynæ altaris funeralium, & ſimiles, computandæ ſint in incertis in portione aſſignata Vicarijs perpetuis ad præſcriptum d. Bullæ Pij V.

Quænam ſint Bullæ Pij V. reuocatæ per Gregorium XIII. Quæſt. I.

SVMMARIVM.

52 *Bullæ*, Etſi Mendicantium. & Ad hoc nos Deus. *reuocatæ per Gregor. XIII.*

53 *Non fuerunt totaliter reuocatæ, ſed redactæ ad terminos Iuris communis, & Concil. Trident.*

52 Prædictæ Pij Bullæ reuocatæ per Greg. XIII. ſunt infraſcriptæ. Prima, *Etſi Mendicantium Ordines, edita de anno 1567. in Bullario nouo 228.* Altera quæ incipit. *Ad hoc nos Deus, de anno 1571. fol. 342.*

ADDITIO.

53 Bullas Pij V. non fuiſſe rèuocatas per Gregor. XIII. ſed redactas ad terminos Iuris communis, & Concilij Tridentini, conſtat ex illis verbis præcedentis Conſtitutionis. *Ac omnibus, & quibuſcunque in eis contentis eam deinceps diſpoſitionem, atque deciſionem pro ſubiecta materia futuram eſſe, quæ ſiue ex veteri, ſiue ex ſacris dicti Concilij Decretis &c. futura fuiſſet: ad quam diſpoſitionem, & deciſionem, ſuumque priſtinum, & integrum ſtatum, ac terminum illa omnia reducimus.* Et ita etiam tenuit Rota *in Licienſi quàrtæ funeralium die 15. Ianuar. 1618. coram Decano.*

Bulla Pij V. circa portionem aſſignandam Vicarijs perpetuis Parochialium &c. an reuocata. Quæſt. II.

SVMMARIVM,

54 *Bulla Pij V. circa portionem &c. manet in ſuo robore.*

Omnia onera Parochialis Eccleſiæ pertinent ad Vicarium perpetuum.

55 *Quænam portio aſſignanda Vicarijs &c.*

54 Quamuis Greg. XIII. aſſeratur reuocaſſe dictam Bullam, *Ad exequendum*, tamen mox compertum eſt quod poſtmodum idem Gregorius ore reualidauit hanc Pij Bullam: dummodo cum fratre, ſeu Religioſo Vicario ad nutum amouibili per monaſterium pro ſubeunda animarum cura aſſignando, vnus dumtaxat alius Religioſus extra Clauſtra maneat, & non plures, prout Sacra Conc. Tridentini Congregatio declarauit pro interpretatione, *cap. 7. ſeſſ. 7. de reform.* Ita ſcribit Gonzal. *ſup. 8. Regul. Cancell. de menſib. & alternat. gloſ. 5. §. 4. num. 79.* Vbi propterea ſubdit hanc Pij Bullam hodie ſeruandam fore, *pag. mihi 146.* Et ita teſtatur Cherubinus *in compendio Bullarij, in Bulla dicti Pij Ad exequendum. XLVII. tom. 2. fol. 85.*

ADDITIO.

55 Præfatam Bullam Pij V. non fuiſſe reuocatam conſtat etiam ex eo, quod S. Congregatio plures declarationes emiſit fundatas in ipſius diſpoſitione, & etiam declarauit quomodo ſit accipienda, vt mox conſtabit. Diſponit autem dicta Conſtit. Pij V. quod portio aſſignanda Vicarijs non ſit maior cen-

Digitized by Google

centum aureis, nec mino. quinquaginta, computatis etiam incertis emolumentis. Quod ſi fructus ſint minus quinquaginta, non omnes aſſignari debent Vicario. Hæc autem portio danda Vicarijs detrahenda eſt ex fructibus Parochiæ vnitæ Monaſterio, nō autem ex fructibus Monaſterij. Ita S. Congregatio *in collect. ex* Bellarm. *ad cap. 7. ſeſſ. 7. Concil. Trident.*

Declarauit etiam S. Congregatio, vt *in eadem Collect. ibid.* quod omnia onera incumbentia Parochiali Eccleſiæ, in qua ſit erecta Vicaria perpetua, pertineant ad ſolum Vicarium perpetuum, & ex nulla parte ad Eccleſiam, ſeu Monaſterium, aut alium locum pium, quibus Parochialis vnita fuerit. Ita. *die 27. Martij 1594.*

An eleemoſynæ Altaris funeralium computandæ in portione pro Vicario perpetuo. Quæſt. III.

SVMMARIVM.

56 *Eleemoſynæ Altaris funeralium non computandæ in portione Vicarij perpetui.*
57 *Oppoſitum S. Congreg. declarauit.*
Nomine fructuum quid propriè veniat.
Nomine fructuum improprie venit quodlibet emolumentum.

56 Ad tertiū reſp. Non, quia intelliguntur de incertis, quæ habent quandam certitudinem; vt ſunt decimæ frumenti, vini, alijque fructus emolumenta, & obuentiones, quæ penes titularem ſunt incertæ, quantum ex illis percipere poſſit, ad ſcripta per Rebuff. *de Congrua port. nu. 83. 85. & ſequent.* & Leon. *in ſuo Theſaur. for. Eccleſ. p. 2. cap. 16. de viſit. num. 6.* & dictus Dominus Cherubinns *loco ſupra citato.*

ADDITIO.

57 Contrarium refert deciſum à Sacra Congregat. *in Turolenſi die 2. Apr. 1583.* Sol. *in compen. canonic. reſolut. lib. 3. tit. 2. num. 18.* dum declarauit, oblationes eſſe computandas in portione aſſignanda Vicarijs iuxta Decretum Concil. Trident. *ſeſſ. 7. cap. 7. de reformat.* & *Conſtit. Pij V.* referente Barboſa *ad hunc locum Concilij num. 33.* Et fundatur in eo, quia cum nomine fructuum propriè ſolum veniant, quæ ex fundo naſcuntur, *l. Diuortio. §. Si vir. ff. Soluto matrimonio*; cùm per Conſtitutionem Pij V. computandi ſunt etiam fructus inſerti in portione aſſignanda, debent computari etiam fructus impropriè dicti. Nomine autem impropriè dictorum venit quodlibet emolumentum *l. Videamus. & l. fin. ff. de vſufruct.*

Bulla GREGORII XIII. fel. record. ſuper præcedentia in proceſſionibus.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

58 EXpoſuit, & infra. *De nobis attributa poteſtatis plenitudine volumus, & Apoſtolica auctoritate decernimus, quod quicumque ex dictis Fratribus Mendicantibus inter ſe de præcedentia huiuſmodi contendentibus, aut Confraternitatum prædictarum, inter quos lites, & cauſæ præmiſſorum occaſione ortæ iam ſint, ſeu oriri contigerit in futurum, qui in quaſi poſſeſſione præcedentiæ, ſeu iuris præcedendi ſunt, ijs (quibuſcumque reclamationibus, proteſtationibus, appellationibus, & alijs ſubterfugijs prorſus remotis, & ceſſantibus, & poſtpoſitis) in proceſſionibus tam publicis, quàm priuatis præcedere debeant: quando verò non probetur, aut non conſtet de quaſi poſſeſſione præcedentiæ huiuſmodi; inter Fratres quidem Mendicantes ij, qui antiquiores in loco controuerſiæ: inter Confratres verò inter ſe litigantes ij, qui prius ſaccis vſi ſunt, in proceſſionibus, tam publicis, quàm priuatis præcedere debeant: ita vt, ſi contigerit noua Monaſteria, aut domos alicuius Ordinis Mendicantium erigi in loco, in quo alterius ex dictis Mendicantibus Monaſteria, aut domus prius erecta, & inſtituta ſint, ille Ordo, qui prius Monaſterium, ſeu domum in loco habuerit, præcedat.*

QVÆ-

QVÆSTIONES.

59 1 Qui ad proceſſiones accedere teneantur.
2 Et an Sacerdotes inſeruientes Eccleſijs Religionis Equitum Hieroſolymitanorum proceſſionibus intereſſe teneantur.
3 Quid ſi vltra dimidium milliare à Ciuitate diſtarent.
4 Quid ſi Religioſi ex priuilegio eis conceſſo habent, vt non teneantur ire ad proceſſiones, ſi ab Epiſcopo vocati pluries acceſſiſſent, an debeant iterato eodem modo accedere.
5 Quæ dicantur publicæ Proceſſiones.
6 An debeant vocari, & ſit neceſſaria ipſa vocatio.
7 Ad quem pertinet conſtituere, quo, & qua proceſſiones dirigi debeant.
8 In Proceſſionibus, qui Regulares, alios Religioſos præcedere debeant.
9 An præcedentia inter Fratres Mendicantes, vt illi præcedant, qui priores ſunt in loco, habeat locum in prioritate vnius horæ, vel diei.
10 An recuſantes accedere poſſint compelli cenſuris Eccleſiaſticis.
11 An Regulares teneantur accedere ad Eccleſias extra propria Monaſteria pro celebratione orationis 40. Horarum.
12 An Confraternitates laicorum exiſtentes intra Clauſtra Regularium teneantur accedere ad proceſſiones, & orationes 40. Horarum indictas ab Ordinario loci.
13 An poſſint Regulares facere proceſſiones extra Eccleſiam.
14 Quis poteſt componere differentias, & controuerſias in proceſſionibus ortas; & quomodo, & quis inter Confraternitates laicorum.
15 In controuerſijs præcedentiarum lite pendente, quis manuteneri debeat.
16 An Confraternitas, quæ prius quam altera ſaccis vſa eſt, ſi ad proceſſiones accederet ſine ſacco, præcedentiæ prerogatiua gauderet.

Qui ad proceſſiones accedere teneantur. Quæſt. I.

SVMMARIVM.

60 *Omnes tam ſæculares quàm regulares, exceptis ſtrictioris clauſuræ, debent accedere.*
61 *Exceptis etiam priuilegiatis.*

60 Ad primum. Exempti omnes, tam clerici ſæculares, quam Regulares, quicunque etiam Monachi, ad publicas proceſſiones vocati accedere tenentur; ijs tantum exceptis, qui ſub ſtrictori clauſura perpetuo viuunt. *Conc. Trid. ſeſſ. 25. de Regul. c. 13.* aut illis conuentibus (qui collegia nuncupantur) qui nec in choro cantant, nec ad mortuos accedunt, ſed tantum ſtudijs, & lectionibus vacant, vt in Bulla Pij. V. *Etſi Mendicantium*.

ADDITIO.

61 Excipiendi ſunt etiam priuilegiati à Sede Apoſtolica, ne teneantur ad proceſſiones accedere, quales ſunt Religiones Clericorum, credo fere omnes. Ita in ſpecie conceſſit Pius IV. Clericis Regularibus vulgò Theatinis, & confirmatum fuit à Pio V. in ſpecie *Idib. Februar. 1567. in ſua Conſtitutione*, quæ incipit *Ad immarceſcibilem*. quæ eſt *in Bullar. 31.* huius Pontificis.

An Sacerdotes inſeruientes Eccleſijs Equitum Hieroſolymitanorum, compelli poſſint ad publicas proceſſiones? Quæſt. II.

SVMMARIVM.

62 *Sacerdotes inſeruientes Eccleſijs Equitum Hieroſolymitanorum compelli poſſunt ad proceſſiones.*
63 *Priuilegium non accedendi ad proceſſiones non communicatur alijs Religionibus.*
Generalis communicatio non trahitur ad ea, quæ indigent ſpeciali nota.
Declaratio S. Congregationis.

Digitized by Google

62 Ad ſecundum. Sacerdotes etiam inſeruientes Eccleſijs Religionis Equitum Hieroſolymitanorum compelli poſſunt accedere ad publicas proceſſiones. Nullæ enim immunitates Religioni Hieroſolymitanæ conceſſæ obſtant, quominus eius Sacerdotes inſeruientes Eccleſijs, vocari debeant ad proceſſiones, ac niſi accedant, etiam compelli; prout ſæpe declarauit ſacra Congreg. Conc. Trid.

ADDITIO.

63 Priuilegium non accedendi ad proceſſiones non cõmunicatur veteribus religionibus, quantumuis habeant ampliſſimam communicationem priuilegiorum, vt conſtat ex praxi. Et ea eſt ratio, quia eſt ſpeciali nota dignum; generalis autem communicatio non trahitur ad ea, quæ indigent ſpeciali nota, vt notant Iaſ. *in l.* 1. *num.* 21. *ff. de leg.* 1. Natta *Conſil.* 4. *num.* 6. Riminal. *iun. Conſil.* 46. *num.* 100. Butr. *Conſil.* 19. *num.* 9. Rota *deciſ.* 54. *par.* 2. *diuerſ.* & *deciſ.* 214. *num.* 5. *par.* 2. *diuerſ.* & *deciſ.* 214. *num.* 5. *par.* 2. *recent.* & *deciſ.* 40. *num.* 1. *par.* 4. & *deciſ.* 704. *num.* 13. apud Burat. Tum quia intentio concedentis communicationem non poteſt ſe extendere ad hoc priuilegium, cum non ſit veriſimile, quod Pontifices velint ita eneruare proceſſiones ſolemnes, vt ad ſolos Clericos & Confraternitates reducantur. Et cum in ſpecie non eſſent conceſſuri omnibus Religionibus tale priuilegium, nec etiam venit in generali communicatione.

Declaratio S. Congregat. de qua fit mentio, habetur *in Collect.* ex Bellarm. *ad cap.* 13. *ſeſſ.* 25. *Concil. Trident.* & ita etiam tradunt Coned. *lib.* 1. *queſt. canon. queſt.* 26. *num.* 17. Barboſa *de poteſt. Epiſcopi allegat.* 78. *num.* 11. Modernus *de protect. reg. tom.* 1. *par.* 2. *cap.* 9. *num.* 103.

An Religioſi, qui diſtant à Ciuitate vltra dimidium milliare, teneantur accedere ad Proceſſiones. Quæſt. III.

SVMMARIVM.

64 *Regulares diſtantes vltra dimidium milliare à Ciuitate, non ſunt compellendi ad proceſſiones.*

65 *Declaratio S. Congregat.*

64 Ad tertium. Religioſi ſi vltra dimidium milliare à ciuitate diſtant, non ſunt compellendi ad proceſſiones accedere. Gratian. *deciſ.* 235. Aloyſius Ricc. *in deciſ. Cur. Archiep. Neapol. deciſ.* 131.

ADDITIO.

65 Ita etiam cenſuit S. Congregat. apud *Collect.* ex Bellarm. *ad cap.* 13. *ſeſſ.* 5. *Concil. Trident.* & notant etiam Vgolin. *de poteſt. Epiſcopi cap.* 20. §. 2. *num.* 5. Piaſec. *in praxi par.* 2. *cap.* 3. *num.* 47. Barboſa *de poteſt. Epiſcopi allegat.* 78. *num.* 21. Mo-der. *de protect. reg. tom.* 1. *par.* 2. *cap.* 9. *num.* 104. Lezana *tom.* 1. *quæſt. regular. cap.* 9. *num.* 47. Cherubin. *in compend. Bullar. tom.* 2. *Bulla* 41. *Pij V.* Nimis enim grauarentur, ſtante maiori diſtantia ab Vrbe.

Regulares priuilegiati, ſi accedant ad proceſſiones vocati, an poſſint poſtea cogi? Quæſt. IV.

SVMMARIVM.

66 *Priuilegiati licet pluries accedant ad proceſſiones, non poſſunt poſtea compelli.*

67 *Etiamſi non præmittant proteſtationem.*

66 Ad quartum. Reſpondeo quod non: tum quia priuilegium eſt facultatis, & poſſunt ire, ſi volunt, & ſi nolunt abſtinere: tum quia precario videntur iuiſſe, & ſic nullum ius Epiſcopo acquiſitum, vt in ſpecie determinat Calderin. *in conſ.* 8. *ſub tit. de regular.* quem refert, & ſequitur Felin. *in c. dilectus, ſub num.* 7. *di off. ordin.*

ADDITIO.

67 Ita etiam Quaranta *in ſum. Bullar.* verbo *Præcedentia*. Portel. *in dub. Regul.* verbo *Proceſſiones*. *num.* 6. Barboſa *de iure Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 43. *num.* 170. Nouar. *in Lucerna Regul.* verbo *Proceſſiones, num.* 19. Lezana *tom.* 1. *quæſt. Regul. cap.* 9. *num.* 47. Ioan. Anton. Nouar. *in ſum. Bullar.* Tit. *de proceſſionib.* Bordon. *in Conſil. Regular. reſol.* 7. *num.* . . . Ceſpedes *de exempt. Regular. cap.* 11. *dub.*

Digitized by Google

dub. 210. *num.* 5. Henriquez *lib.* 7. *ſum. cap.* 26. *num* 3. & 4. Sanchez *lib.* 7. *Conſil. moral. cap.* 9. *dub.* 3. *num.* 12. ſubdens, quod expediret, quod, dum accedunt ad proceſſiones, proteſtarentur per Notarium, ſe nolle per hoc præiudicare proprijs priuilegijs. Verum, licet hæc proteſtatio conducat ad vitandas controuerſias, non eſt tamen neceſſaria ad manutenendum priuilegium.

Quænam ſint Proceſſiones publicæ. Quæſt. V.

SVMMARIVM.

68 *Variæ Proceſſiones publicæ.*
69 *Quando interuenit Prælatus, an ſit proceſſio publica.*
Publica proceſſio habet cauſam publicam.

68 Ad quintum. Publicæ Proceſſiones, ſeu Litaniæ ſunt tres in iure. Prima diui Marci die: ſecunda, Rogationum *c. Rogationes de conſecr. diſt.* 3. Tertia Corp. Chriſti. *Con. Trid. ſeſſ.* 13. *c.* 5. *& Can.* 6. *Clem. vnica de reliquijs, & venerat. ſanct. Concil. Moguntin. Can.* 33. Item ſecundum conſuetudinem antiquam locorum ſoliti ſunt accedere, vel quæ pro bono pacis Eccleſiæ, vel pro victoria contra infideles indicuntur, prout in dicta Bulla Pij V. *Et ſi Mendicantium §. poſtremò*, Similiter publicæ proceſsiones dici poſſunt, quæ fiunt propter bonum publicum, prout ſi vacat Eccleſiæ Cathedra, pro bono impetrando à Deo Paſtore. *Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *c.* 1. *de reform.* Ex quo maius ſumitur argumentum vacante ſede Apoſt. tunc enim fieri debent publicæ proceſsiones pro obtinendo à Deo Pont. Optimo Eccleſiæ Vniuerſalis Paſtore propter bonum vniuerſale totius Chriſtianæ Reipub. Item Proceſsiones publicæ ſunt, quæ fiunt in Iubilæis, in aduentu noui Legati, vel Epiſcopi, aut imminente peſte, aut alio flagello. Panorm. *in c. nimis praua, el ſecundo, de exceſsibus Prælatorum n.* 3. *&* 5. & remittitur arbitrio Epiſcopi, quæ ſint iſtæ proceſsiones indicendæ pro bono publico, vel ex magna cauſa, prout decreuit ſacra Congreg. Conc. Trid. Et deinde publicæ proceſsiones dicuntur, vbi adeſt Prælatus. *Conc. Prouin. Neapol. c.* 38. *de proceſsionibus.*

ADDITIO.

69 Hoc poſtremum, quod addit Auctor, difficultatem patitur. Quia publicæ proceſsiones ſunt illæ quæ habent cauſam publicam, vt declarauit S. Congregatio, referente Quaranta *in ſum. Bullar.* verbo *Præcedentia. in proceſsion.* & notant Lezana *tom.* 2 *quæſt. Regular. cap.* 1. *num.* 50. Proſper Auguſt. *in addit. ad Quaran.* verbo *Præcedentia. num.* 13. Campanil. *in diuerſ. iur. Rub.* 12. *cap.* 13. *num.* 118. Pax Iordan. *tom.* 2. *lib.* 11. *tit.* 2. *num.* 4. ver. *Et quando.* Præſentia autem Prælati, ſicut non affert cauſam publicam, cum poſſit interuenire etiam proceſsioni ex cauſa priuata, non facit, quod proceſsio ſit publica.

An qui tenentur accedere ad proceſſiones, debeant vocari. Quæſt. VI.

SVMMARIVM.

70 *Qui tenentur accedere ad proceſsiones, debent vocari.*
71 *An perſonaliter vocandi;*
An vocandi, quando proceſsiones ſtatutis temporibus fiunt.
Corruit diſpoſitio, quando non reperit qualitatem requiſitam à diſponente.

70 Ad ſextum. Concilium Tridentinum dicit, quod debent vocari; & hoc rationabiliter; primo non ſolum, vt ſi ire nollent, non excuſarentur, ſed ad hoc, vt ſciant horam, qua proceſsio fieri debeat, vel vocari virtualiter; vt quia ſciunt diem conſuetum, & ſic non opus eſt vocari actu ſemper: & quod vnica monitio ſufficiat, *gloſs. in cap. ſi Epiſcopus* 18. *diſt. Afflict. in Conſtit. inconſutilem, num.* 56.

ADDITIO.

70 An autem vocari debeant perſonaliter, an verò ſufficiat vocari per edictum. Reſp. Vocandos eſſe perſonaliter per nuncium, nec ſufficere vocationem per edictum. ita reſoluunt Peirinus *tom.* 1. *de priuileg. ad Conſtit.* 2. *Sixti IV. §.* 11. *num.* 57. Bordon. *reſol.* 7. *num.* 142. Lezana *tom.* 1. *quæſt. regul. cap.* 9. *num.* 47. Ceſpedes *de exempt. regular. cap.* 11. *dub.* 208. Et habet fundamentum in Concil. Trident. nam habet, quod *Vocati compellantur accedere.* Vocatio autem non

Digitized by Google

ſit per edictum, ſed per nuncium, iuxta Gloſ. *in capit. Quod ſicut. de elect.* Accedit, quod vocatio per Edictum, niſi ſit ſpecialiter conceſſa, eſt reſeruata Principi, vt infra *num.* 826. Attamen S. Congregat. Epiſcop. & Regul. *in Eugubina* 1. *Maij* 1649. declarauit, ſufficere, quod Regulares vocentur per Edictum.

Et quamuis Auctor ſentire videatur, quod non ſit neceſſaria vocatio quò ad proceſſiones, quæ ſtatutis temporibus quotannis fiunt, quia iam ſciunt diem, & proinde non eſt opus vocatione, quando lex, & dies interpellant; attamen vt compelli poſſint, debent vocari etiam ad has proceſſiones, quia Concil. decernit, quod vocati compellantur accedere, ſi renuant. Vnde cum compulſio concedatur quò ad vocatos, ſeu ſub conditione vocationis, non poterit habere locum, niſi poſita conditione vocationis, ſeu verificata qualitate vocatorum. Corruit enim diſpoſitio, quando non reperit qualitatem poſitam à diſponente. Crauet. *Conſil.* 435. *num.* 31 Riminal. *iun. conſil.* 550. *num.* 2. Signorol. *conſil.* 92. *ver. præterea ad hoc.* Put. *deciſ.* 22. *num.* 6. *lib.* 3. Seraphin. *deciſ.* 1058. *num.* 9. Coccin. *deciſ.* 117. *nu.* 1. Rota *deciſ.* 234. *num.* 13. *par.* 1. *recent.* & *deciſ.* 8. *num.* 11. *par.* 7.

Ad quem pertineat directio proceſsionum. Quæſt. VII.

SVMMARIVM.

72 *Epiſcopus cum Capitulo dirigit proceſſiones.*
73 *Declaratio S. Congregationis.*
Concurſus Capituli an ſit neceſſarius.

72 Ad ſeptimum. Ad Epiſcopum cum conſilio Capituli pertinet conſtituere, atque edicere quò, & quà proceſsiones dirigi, quas ve ad Eccleſias perduci debeant, prout declarauit ſacra Congregatio,

ADDITIO.

73 Declaratio, de qua Auctor, habetur *in collect. ex* Gallemart. *ad cap.* 13. *de Reformat. ſeſſ.* 25. *Concil. Trident.* cuius tenor eſt.

Ad Epiſcopum pertinet cum conſenſu Capituli conſtituere, atque edicere, quò, & quà proceſſiones dirigi, quaſue ad Eccleſias nominatim perduci debeant.

Et ita etiam notant Riccius *deciſ.* 379. *numero* 4. *par.* 4. Valenzuel. *conſil.* 184. *num.* 23. *vol.* 2. Leo *par.* 4. *Theſaurifori Eccleſ. cap.* 2. *num.* 145. Barboſa *de poteſt. Epiſc. allegat.* 78. *num.* 4.

Notat autem Valenzuel. *num.* 46. *dicti Conſil.* requiri conſenſum Capituli: quod quidem certum eſt attendendo dictam declarationem; ſi quidem expreſsè dicit, *cum conſenſu.* Attamen Aldan. *lib.* 2. *Canonic. reſol. tit.* 8. *num.* 30. refert deciſum à Sac. Rituum Congregat. *in Elboren.* 18. *Maij* 1628. quod non requiratur conſenſus, ſed ſufficiat conſilium. ita refert Barboſa *ad capit.* 13. *de reformat. ſeſſ.* 25. Concil. Trident. *num.* 42. Cui declarationi videtur ſtandum tanquam poſteriori.

Quinam Regulares præcedere debeant in proceſsionibus. Quæſt. VIII.

SVMMARIVM.

74 *Religioſi antiquiores in loco præcedere debent.*
75 *Valet tantum quo ad Mendicantes, quò ad cæteros attendenda quaſi poſſeſſio.*
Quid ſi de hoc non conſtet.

74 Ad octauum. In Proceſsionibus Religioſorum illi debent præcedere, qui ſunt antiquiores in loco: & quamuis de *anno* 1593. fertur ſacram Congreg. declaraſſe in huiuſmodi præcedentijs ſeruandum eſſe, quod in Vrbe ſeruatur, prout refert Quaranta in verbo *præcedentia.* De mandato poſtea fel. rec. Pauli Quinti, cum multæ exortæ fuiſſent controuerſiæ inter Regulares, de *anno* 1615. 4. *Aprilis* eadem ſacra Congregatio in vna Agrigentina mandauit ſeruari dictam Bullam Greg. XIII. prout ex originali ſubſcripto bon. mem. Card. Galli, cuius copia autentica ſeruatur in Curia Archiep. Neap. latius conſtat.

ADDITIO.

75 Quia Bulla Gregorij XIII. diſponit ſolum de Mendicantibus, ideo quo ad reliquos attendenda erit conſuetudo, ſeu quaſi poſſeſſio, iuxta ea, quæ notant Perez de Lara *de anniuer. & capellan. lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 26. Couarru. *cap.* 17. *practicar. quæſt. num.* 6. ver. *quarto.* Seraphin *deciſ.* 464. *num.* 1. Ludouiſ. *deciſ* 124. *num.* 2. & 4. Rot. *deciſ.* 595. *nu.* 4. *par.* 1. *diuerſ.* & *deciſ.* 685. *num.* 3. *par.* 1. *recentur.* Quod ſi de hoc non conſtet, attendenda eſt antianitas, ita vt inter eos, qui ſunt eiuſdem ordinis, & dignitatis, præcedant antiquiores, iuxta ea, quæ tradunt Zerola *in praxi verbo* proceſſiones. *ver. Ad tertium.* Campanil. *in diuer. iur. rubr.* 12. *capit.* 12. *num.* 12. Perez de Lara *citat. num.* 27. Gratian. *deciſ. March.* 232. *num.* 2 Modernus *de protect. reg. to.* 1. *par.* 2. *cap.* 9. *num.* 26.

An quo

An quo ad præcedentiam ſit attendenda prioritas etiam vnius horæ. Quæſt. IX.

SVMMARIVM.

76 *Prioritas anterioritatis cauſatur ex quocunque minimo tempore.*

77 *In praxi tamen hoc difficile ſeruari poteſt.*

76 Ad nonum. Reſpondeo affirmatiue ex eo, quia prioritas, ſeu præuentio cauſatur non ſolum per vnum diem anterioritatis, *gloſſ. in cap. ſi eo tempore* 45. verbo *iam, de elect. in* 6. ſed etiam ratione vnius horæ. *gloſ.* verbo *die obligauit*, *in l. ſi ex pluribus* 89 *§. fin. de ſolutionibus*, & *in cap. duobus* 14. in verbo *ſi non appareat*, *de reſcriptis*. Et non ſolum vnius horæ prioritas, ſed etiam vnius puncti, vel momenti facit præuentionem. Menoch. *de arbitr. Iudic. cent.* 1. *caſu* 48. *n.* 3. Caſſador. *deciſ.* 20. *num.* 1. *fin.* Quantum temporis ſit vnum punctum, & momentum; Ioan. Andr. *in cap.* 1. *num.* 7. *& Abb. num.* 7. *de cauſa poſſeſſ. & propriet.* dicunt: Punctum eſſe quartam partem vnius horæ, & momentum decimam partem vnius puncti; & ſic hora habet quatuor puncta, & quadraginta momenta, Ricc. *in praxi variar. reſolut.* 113.

ADDITIO.

77 Quamuis hæc doctrina vera ſit, non poterit tamen praxi inſeruire. Quia maior antiquitas non attenditur ſecundum momenta temporis. Vnde ſi duæ Religiones fixiſſent pedem eodem die in eodem loco, non eſſet facile diſcernere, quænam ſecundum horas prior eſſet. Quia in ſcripturis publicis, quæ faciunt fidem, non notatur hora, ſed tantum dies.

An recuſantes accedere ad proceſsiones compelli poſsint cenſuris. Quæſt. X.

SVMMARIVM.

78 *Cenſuris & alijs iuris remedijs poſſe compelli.*

79 *Non valet quò ad Regulares priuilegiatos, qui cenſuris affici non poſſunt.*

80 *Ordinariorum cenſuræ, contra Regulares, ſunt nullæ defectu iuriſdictionis.*
Illius eſt interpretari, cuius eſt condere.

78 Ad decimum. Quando Regulares nollent ire ad proceſsiones indictas ab Epiſcopo, *ſeſſ.* 25. *cap.* 13. *de regular.* & ſacr. Congreg. *declar.* 31. cenſuit, Regulares, qui non accedunt ad proceſsiones ab Epiſcopo indictas, poſſe ab eo puniri per cenſuras, & pœnas arbitrarias, & alia iuris remedia: & ita teſtatur Zerola *in praxi Epiſcopali*, in verbo, *excom. cauſæ materiales num.* 4. & ita quoque fuiſſe deciſum in Curia Epiſcopali Papiæ affirmat Macera. *deciſ.* 15. *num.* 2.

ADDITIO.

79 Imo non poſſe conſtat ex dictis ſupra *nu.* 49. loquendo quò ad eos Regulares, qui habent priuilegium, quod non poſſint cenſuris innodari. Quia Concil. non dat in ſpecie, quod poſſint cenſuris compelli, ſed tantum quod poſſint compelli; cum quo benè ſtare poteſt obſeruantia priuilegij, cum alijs remedijs compelli poſſint. Vnde Sac. Congregat. 20 *Maij* 1616. reſcripſit Epiſcopo Vercellenſi, referente Barboſa *lib.* 1. *de iure Eccleſ. cap.* 33. *nu.* 163. poſſe quidem Epiſcopum comminari cenſuras, ſed ſi Regulares non obediunt, non poſſe actualiter excommunicare, vel interdicere ſine ordine S. Congregat. Vnde cum non poſſit exequi propria auctoritate cenſuras comminatas, comminari quoque tantum poterit aliena auctoritate non propria.

80 Et hoc magis conſtat ex *conſtit.* 12. §. 23. Iulij II. vbi declarat, irritas cenſuras contra Regulares; & Ordinarijs aufert iuriſdictionem; & proinde cenſuræ irritæ forent defectu iuriſdictionis, & ita ſenſit Rota coram Buratto *deciſ.* 146. *num.* 1. & 2. Et miror quod Auctor pro confirmatione afferat deciſionem Curiæ Epiſcopalis Papienſis, cum agatur de priuilegijs Regularium; quaſi ignoret quod priuilegia Regularium interpretari non poſſunt ab Ordinarijs, cum illius ſit interpretari, cuius eſt condere. cap. *Cum veniſſent. de iudic.* & cap. *inter alia de ſentent. excommunicat.* & in ſpecie ita decreuerunt quò ad eadem priuilegia Clemens IV. *in ſua Conſtit.* quæ incipit. *Ordinis veſtri* apud Conſel. *conſtit.* 1. *eiuſdem Pontificis*. & frequenter idem decreuerunt alij Pontifices in fauorem aliarum Religionum.

Regu-

Digitized by Google

Regulares an teneantur accedere ad Orationem quadraginta Horarum. Quæſt. XI.

SVMMARIVM.

81 *Regulares non tenentur accedere ad Orationem quadraginta Horarum.*

82 *Doctores atteſtantes.*

Ad vndecimum. Declarauit ſacra Congreg. non teneri regulares accedere ad Eccleſias extra propria Monaſteria pro celebratione orationis 40. horarum; ſed quando toti populo dicta oratio indicitur, tenentur in proprijs Eccleſijs huiuſmodi orationi vacare. Ita tenet Genuenſis *in praxi Curiæ Archiep. Neapol. cap. 64. n. 3.*

ADDITIO.

82 Habetur deciſio apud Collectorem Gullemart. *ad cap. 13. ſeſſ. 25. Concil. Trident.* Et ita etiam notat Bordon. *tom. 1. 2. Conſil. regular. reſol. 7. q. 45.* Io. Nouar. *in ſum. Bullar.* tit. *de proceſſionib.* Ceſpedes *de exempt. Regul. cap. 11. dub. 213. num. 21.*

An Confraternitates Laicorum creatæ intra clauſtra Regularium teneantur ad proceſſiones &c. Quæſt. XII.

SVMMARIVM.

83 *Confraternitates Laicorum compelli poſſunt ſecundum aliquos ad proceſſiones.*

84 *S. Congregatio declarauit non poſſe compelli.*

Ad Duodecimum. Nonnulli tenent Confraternitates poſſe vocari, & non poſſe compelli, & quod Confratres magis conſcientiæ ſuæ ac pietatis ſatisfacerent, ſi Epiſcopo ad proceſſiones publicas eos vocanti, morem gererent. Alij indiſtinctè tenent poſſe compelli, quia Confraternitates quoad temporalia non ſubſunt Epiſcopo, ſecus vero quoad ſpiritualia. Et ita fuiſſe deciſum *Papiæ Macer. eiuſd. Curiæ deciſ. 66.*

ADDITIO.

83 Extat declaratio S. Congregat. apud Collect. ex Bellarm. *ad cap. 13. ſeſſ. 25. Concil. Trident.* tenoris ſequentis.

Confraternitates poſſunt inuitari ab Epiſcopo ad proceſſiones, ſed non compelli.

Et teſte Quaranta *in ſum. Bul.* verbo *præcedentia* in fine S. Congregatio reſcripſit Epiſcopo Scalenſi,

Beuerendiſſime Domine vti frater. Quamuis Theſaurarij, Magiſtri, & Confratres S. Mariæ Annunciatæ magis conſcientiæ ſuæ, ac pietati ſatisfeciſſent ſi amplitudini ſuæ eos ad publicas proceſſiones vocati morem geſſiſſent; cum tamen ad eas accedere detrectauerint, neque ab Amplitudine tua compelli, neque vllis propterea cenſuris diſtringi, atque inuolari debuerunt, quod ſæpius alias conſulti reſponderunt Illuſtriſſimi Patres S. Concilij Trident. interpretes. Itaque interdictum hac de cauſa latum, protinus tollas oportet, ac de cætero à ſimilibus complusionibus omnino abſtineat Deus; Amplitudinem tuam incolumem ſeruet.

Romæ die 6. Maij 1597.

Amplitudinis tuæ vti frater

Cardinalis Mattheius.

Et ita etiam notant communiter Doctores. Genuenſ. *in Prax. cap. 63. num. 2.* Campanil. *in diuer. iur. Rubr. 12. cap. 13. n. 122.* Gratian. *deciſ. Manti. 232. n. 6.* De Graſſis *Effectu 1. Clericat. num. 613.* Vgolin. *de poteſt. Epiſ. cap. 11. num. 6.* Vener. *lib. 6. Exact. Epiſ. cap. 18. num. 22.* Perez. de Lara *lib. 1. de anniuer. & & Capel. operat. 26. num. 16.*

Eſt tamen aduertendum, quod etiam pluries S. Congregat. Epiſcop. & Regul. declarauit Epiſcopum poſſe compellere Confraternitates ad proceſſiones, vt in *Viterbienſi 9. Decemb. 1586.* in *Nolana 2. Maij 1601.* in *Papienſi 15. Februar. 1622.* in *Camerinen. 16. Iulij 1624.*

Regu-

Digitized by Google

Regulares an poſſint inſtituere proceſſiones extra ſuas Eccleſias. Quæſtio XIII.

SVMMARIVM.

86 *Non poſſunt Regulares inſtruere proceſſiones extra clauſtra, ſed tantum intra, & circa girum Eccleſiæ, & Monaſterij.*
Monaſterium eſt territorium Abbatis.

87 *Poſſunt ducere proceſſiones extra Eccleſias, ſi adſit conſuetudo, & per Parochiam, cum conſenſu Parochi.*

Ad 13. Regulares etſi non ſubſint Ordinarijs locorum *c. 1. de Priuil.* Triuiſ. *deciſ.* 33. tamen quoad proceſſiones bene ſubſunt Epiſcopis. *c. Nimis graue de exceſſ. prælat.* quod intellige de proceſſionibus publicis ſecundum Calder. *conſ. 8. de reg. in fin.* Rub. *conſ.* 22. Monal. *conſ.* 83. *n.* 1. Gratian. *deciſ.* 383. Tum ſecundo, quia facere proceſſiones extra Clauſtra, ſapit aliquid iuriſdictionis, quæ exerceri prohibetur abſque conſenſu Ordinarij. Tum tertio, quia tum Abbas poteſt facere illam in ſuo territorio, ſed Monaſterium Abbatis dicitur tãtùm eius territorium, ſecundum Zabar. *in Clem. 2. n. 1. de ſtatu Monach.* Sapia *ad Panor. in cap. ad Monaſteria de vit. & honeſt. Cleric.* Alban. *conſ.* 17. Igitur extra dictum locum fieri nequit. vnde ſecundum Graff. *conſ.* 20. *de regular.* habetur, poſſe regulares facere proceſſiones intra clauſtra ſuarum Eccleſiarum, & per 30. paſſus extra clauſtra, *text. in cap. antiquitus* 17. *q.* 4. & ita eſſe de communi obſeruantia in omnibus ciuitatibus in proceſsionibus, quæ ſingulis annis fiunt Roſarij, Conceptionis, & huiuſmodi, ſolum illæ fiunt intra clauſtra, & ambitum Monaſterij, niſi aliter concederetur in eorum priuilegijs, iuxta notata *in cap. porrò, & cap. complantare de priuilegijs.* facit etiam ad hoc text. *in cap. certum eſt de conſecra diſt.* 1. propterea dictæ proceſſiones non poſſunt fieri à regularibus vltra girum ſuarum Eccleſiarum, ſeu Monaſteriorum. Vnde hodie præſumentes facere proceſſiones extra clauſtra, & giros prædictos, ſolent excommunicari.

ADDITIO.

86 Ita etiam notant Zorola *par.* 1. *Praxis* verbo. *Proceſſiones §.* 4. Campanil. *in diuer. iur. Rubr.* 12. *cap.* 13. Barboſa *de poteſt. Epiſcop. alleg.* 78. *num.* 7. Bordon. *tom.* 1. *conſil. Regular. reſol.* 7. *num.* 135. Lezana verbo *Proceſsio*, *num.* 8. Portel. *in dub. Regul.* verbo *Proceſsio*, *num.* 18. Ceſpedes *de exempt. c.* 11. *dub.* 212. & ita declarauit S. Congregat. cuius declarationem refert Nouar. *in ſum. Bullar.* Tit. *de proceſsion. Regular.*

87 Hoc tamen eſt limitandum, niſi adſit conſuetudo in oppoſitum, vt notant Portel, & Lezana *citati.* Villalob. *tom.* 2. *ſum. tract.* 35. *difficul.* 5. *num.* 9. Hieronym. Rodriquez. *in compend. quæſt. regul. reſol.* 118. *num.* 10. & ita declarauit S. Congregat. Epiſcop. & Reg. *die* 18. *Maij* 1648. & *die* 14. *Februar.* 1642. Nec huic conſuetudini derogat declaratio S. Congregat. de qua ſupra, quia nihil de ipſa meminit.

88 Notant Barboſa *de Paroch. cap.* 12. *num.* 13. Gauant. *in Praxi viſit.* verbo *Proceſsiones*. Donat. *par.* 2. *Praxis rer. regul. tract.* 13. *quæſt.* 81. *num.* 11. Ex declaratione S. Congregat. de qua ſupra apud Nouar. per illa verba *Niſi de licentia, conſenſu, aut cum cruce Parochi*, Licere Regularibus ducere proceſſiones extra ambitum Monaſterij, & Eccleſiæ, accedente conſenſu Parochi: quod tamen debet intelligi intra terminos parochiæ.

Controuerſiæ ortæ in proceſſionibus de præcedentia, per quem dirimendæ. Quæſt. XIV.

SVMMARIVM.

89 *Controuerſiæ de præcedentia in proceſsionibus componuntur ſummariè per Epiſcopos.*

90 *Hæc facultas an conueniat Epiſcopis tantum, quando oritur ſcandalum.*

Dictio, Omnes, *eſt vniuerſaliſsima.*

Dictio, Sæpe, *exceptionem ſignificat, & importat regulam in contrarium.*

89 Ad decimum quartũ. Per Epiſcopos ſunt dirimendæ controuerſiæ, quæ incidunt circa præcedentiam proceſsionum. *Conc. Trid. ſeſſ.* 25. *canon.* 12. *de Regular.* Capell. Toloſan. *deciſ.* 483. Ann. *alleg.* 9. Huſtier. *lib.* 1. *pract. queſt. cap.* 12. Nau. *Conſ.* 8. *de offic. ord.* Quæ dicantur publicæ proceſſiones: Vide Capel. *vbi ſupra*, & Graff. *de arbit. conſeſſ. lib.* 2. *cap.* 59. & Epiſcopi breui manu, ſummarie ac de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij expediant vniuerſa, amota omni appellatione

tione ad effectum ſuſpenſiuum. Ad Epiſcopos etiam ſpectat definire controuerſias, quæ inter Confraternitates laicorum, quando accedunt ad proceſsiones, oriri ſolent, quemadmodum inter Eccleſiaſticos poteſt, iuxta *d.c.*13. Et quod ad Epiſcopum ſpectet, facit, quod laici in omnibus actionibus ſpiritualibus, & concernentibus cultum diuinum, ſubſunt iudicio Epiſcopi. Bar. *in l. fi. ff. de colleg. illicitis*: quo ad temporalia, iudicibus laicis. ſequitur Nauar. *conſ.* 3. *de foro compet.* vbi declarans, quæ ſint iſtæ actiones ſpirituales, cenſet eſſe actum confitendi, communicandi, audiendi Miſſas, ſepeliendi mortuos in loco ſacro, vel non ſacro, cum illis, aut illis cæremonijs. Item præſcribere modum, & ordinem incedendi in Proceſſionibus, comitandi ſanctiſſ. Sacramentum, deferendi habitum. Idem tenet Ioan. Vinc. de Anna doctor eximius *ſuo ſingulari tertio*, dicens, non potuiſſe Concilium Neap. iudicare ſuper præcedentia in proceſſionibus inter certas Confraternitates laicorum, cum ſit cauſa ſpiritualis, quamuis inter laicos.

ADDITIO.

90 Hanc faeultatem concedunt Ordinarijs ſolum, quando ex controuerſijs eſſet oriturum ſcandalum. Decian. *conſil* 63. *num.*10. *lib.*2. Cened. *lib.* 1. *quæſt.canon.quæſt.*26. *num.*17. Moder. *de protect.reg. tom.*1. *par.*2. *cap.*9. *num.*101. Quia Concil. Trident. intendit obuiare ſcandalis. Hoc tamen ſpecialiter non placet Paci Iordano. *tom.*2. *lib.* 11. *tit.*2. *num.*59. ver. *Quod mihi*. Et rectè, quia à Concilio conſtituuntur iudices vniuerſaliter ſuper his controuerſijs, vt conſtat, ſi ponderẽtur verba ipſius, inquit enim. *Controuerſias omnes de præcedentia, quæ perſæpe cũ ſcãdalo oriũtur inter Eccleſiaſticas perſonas tàm ſæculares, quàm regulares, cum in proceſſionibus publicis, tùm in ijs, quæ fiunt in tumulandis defunctorum corporibus & in deferenda vmbella, & alijs ſimilibus; Epiſcopus amota omni appellatione, & non obſtantibus quibuſcunq; componat*. Dictio enim, *Omnes*, tanquam vniuerſaliſſima complectitur quaſcunque cõtrouerſias, ſiue cum ſcandalo ſint, ſiue ſine ſcandalo. Deinde iniungit componere illas cõtrouerſias, quæ ſæpe cum ſcandalo oriuntur, atque adeo non ſemper; nam cum dictio, *Sæpe*, exceptionem ſignificet, & importet regulam in contrarium, *l. Sæpe ff. de offic. præſid. & l. ſi diem §. fin. ff. de condit. & demonſtr.* inter controuerſias ſedandas reponit etiam ſcandaloſas, tanquam exceptas à cæteris, & ſpeciali nota qualificatas.

In controuerſijs præcedentiæ pendente lite, quis manutenendus. *Quæſt. XV.*

SVMMARIVM.

91 *Is manutenendus in præcedentia, qui poſſidet pendente lite.*
Quiſque manutenendus in poſſeſsione ſua, donec alius doceat de iure ſuo.
92 *Quid ſi non conſtet de poſſeſsione.*
Manutentio non datur niſi probata poſſeſsione.

91 Ad decimumquintum, Reſpondeo, quod is præcedat, qui tempore litis motæ poſſidet, ex capitulo, *Cum Eccleſia Sutrina, de cauſa poſſeſſ. & proprietatis*, ex latè traditis per Annam *in allegatione* 131. vbi in præcedentijs vltimus ſtatus attenditur; & generale eſt, quod quis defendi debeat in poſſeſſione ſua, donec alius doceat de ſuo iure, Bald. *conſ.* 442. Vldaric. Zaſ. *conſ.*7. *n.*62. *lib.*2, allegans *cap. in primis* 2. *quæſt.*1. *cap. appellatum* 2. *quæſt.*6. *cap. præſentium* 7. *q.*1. eſſet enim petere exequutionem ante ſententiam, quæ nimia properatio reprobatur *in l.*1. *C. de execut. rei iudic.* Bero. *q.*59. *n.*2. *l. defenſionis facultas C. de iure fiſci lib.*10. imò nec fiſcus poteſt lite pendente priuatum, cum quo contendit, re ipſa, de qua tractatur, priuare, optima glo. *in l. res, quæ, ff. de iure fiſ. l. vlt. C. eod. tit. l. litibus C. de agric. et cenſ.* vbi Bart. Guid. Pap. *deciſ.* 366. *tex. in c.*1. *ſi de inueſtit. inter Domin. & Vaſſal. oriat.* cum alijs, quos adducit Couarr. *lib.* 1. *var. reſol. cap.* 16. *num.*8. *verſ.* 2.

ADDITIO.

92 Quod dictum eſt ab Auctore habet locum, ſi conſtet de quaſi poſſeſſione: ſecus autem, ſi non conſtet: quia manutentio non datur, niſi probata poſſeſſione. *§. Retinenda*, Inſtit. *de Interdic.* Bar. *in l.*1. *§. quod ait. num.*2. *ff. vti poſſid.* Pariſ. *conſil.*119. *num.*20. *lib.*1. Alexan. *conſil.* 4. *num.* 1. ver. *Quò ad ſecundum*, *lib.*2. Guido Papa *conſil.* 13. *num.*1. Caputaquenſ. *deciſ.*198. *par.*2. Merlin. *deciſ.*137. *num.*1. Rota *deciſ.*163. *num.*1. *par.*1. *recent.* & *in Toletana decimar.*28. *Februar.* 1623. *coram Coccino*, & *in Caſertan. beneficij*. 17. *Iunij* 1605. *coram Lugdunenſi*, & *in Beneuentana bonorum* 28. *Maij* 1614. *coram Andreà.*

Digitized by Google

Ponendæ erunt controuerſiæ, aut iuxta Bullã Gre- gorij XIII. aut iuxta alias regulas præcedentiæ.

An Confraternitas, quæ prius vſa eſt ſaccis, gaudeat præcedentia, ſi ſine ſaccis accedat ad proceſſiones. Quæſt. XVI.

SVMMARIVM.

93 *Confraternitas non gaudet præcedentia, niſi incedat cum ſaccis.*

94 *Deficientibus ſaccis deficit diſpoſitio tribuens ius præcedendi.*

Ad decimumſextum conſtat ex dictis q. 3. num. 83. & 84.

ADDITIO.

94 Reſp. quod cum iuxta conſtitutionem Gregorij XIII. ius præcedendi fundetur in prioritate vſus ſaccorum, quando Confraternitas ijs non vtitur, tanquam deficiente qualitate, in qua fundatur ius præcedendi, non poterit præcedere. Siquidem cum cum ius ſit tributum vſus gratia ſaccorum, & intuitu ipſius, dum deficit, deficiet quoque diſpoſitio *l. Tutelas init. ff. de cap. dimin. & l. V ſuſfruct. ff. Quib. mod. vſusfruct. amit.* Crauet. *conſil.* 202. *num.* 31. Et proinde præcedentiam obtinere volens, geſtare debet habitum ſui gradus. Butr. *in cap.* 1. *num.* 8. *de auth. & vſ. pal.* Præpoſit. *in cap. Concilia* §. *Epiſcopos num.* 3. *diſt.* 17. Gratian. *Diſcep. forenſ. cap.* 298. *num.* 65. alios citans.

Conſtitutio fel. record. SIXTI V. contra exercentes artem Aſtrologiæ iudiciariæ, & alia quæcumque diuinationum genera, libroſque legentes, vel tenentes.

95 *IN qua Summus Pontifex enarrat nefanda mala artis Magiæ, Necromantiæ, Aſtrologiæ iudiciariæ, & ſimilium §. 1. Quibus extirpandis Ordinarij non plenè ſatisfecerunt, §. 2. Eam ergo prohibet, præterquam circa Agriculturam, Nauigationem, & rem Medicam. Aduerſus contrauenientes, etiam id certo non affirmare aſſerentes, ab Ordinarijs, & Inquiſitoribus ſeuerius Canonicis pœnis, & alijs eorum arbitrio animaduerti iubet, §. 3. Libroſque de his tractantes retineri vetat §. 4. De huiuſmodi diuinationum, ac ſortilegiorum, materia extant plures aliæ Apoſtolicæ Conſtitutiones, Innoc. viij. & aliorum Pont. Vt aſſerit Cherubinus in Bullario Romano in hac Bulla fol.* 510.

SIXTVS PAPA QVINTVS.

96 *CAELI, & terræ creator DEVS, &c. Hac perpetuo valitura Conſtitutione Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, & mandamus: vt tam contra Aſtrologos, Mathematicos, & alios quoſcumque dicta Iudiciaria Aſtrologiæ artem, præterquam circa Agriculturam, Nauigationem, & rem Medicam in poſterum exercentes, aut facientes iudicia, & natiuitates hominum, quibus de futuris contingentibus ſucceſſibus, fortuitiſque caſibus, aut actionibus ex humana voluntate pendentibus, aliquid euenturum affirmare audent, etiamſi id ſe non certè affirmare aſſerant, aut proteſtentur; quam contra alios vtriuſque ſexus qui ſupradictas damnatas, vanas, fallaces, & perniciosas diuinandi artes, ſiue ſcientias exercentes profitentur, & docent, aut diſcunt, quiue huiuſmodi illicitas diuinationes, ſortilegia, ſuperſtitiones, veneficia, incantationes, ac præmiſſa deteſtanda ſcelera, & delicta vt præfertur faciunt, aut in eis ſe quomodolibet intromittunt, cuiuſque dignitatis, gradus, & conditionis exiſtant, tam Epiſcopi, & Prælati ſuperiores, ac alij Ordinarij locorum, quam Inquiſitores hæreticæ prauitatis vbique gentium deputati, etiamſi in pleriſque ex his caſibus antea non procedebant, aut procedere non valebant, diligentius inquirant, & procedant, atque in eos ſeuerius Canonicis pœnis, & alijs eorum arbitrio animaduertant: Prohibentes omnes, & ſingulos libros, opera, & tractatus huiuſmodi Iudiciariæ Aſtrologiæ, Geomantiæ, Hydromantiæ, Pyromantiæ, Onomantiæ, Chyromantiæ, Necromantiæ, Artis magicæ, aut in quibus Sortilegia, Veneficia, Auguria, Auſpicia, execrabiles incantationes, ac ſuperſtitiones continentur, ac vt ſupra in memorato Indice interdictos ſub cenſuris, & pœnis in eo contentis à quibuſcumque Chriſtifidelibus legi, aut quomodolibet retineri, ſed illos Epiſcopis, Ordinarijs locorum, vel Inquiſitoribus*

ſitoribus prædictis præſentari, & conſignari debere. Et nihilominus eadem auctoritate ſtatuimus & mandamus, vt contra ſcienter legentes, aut retinentes libros, & ſcripta huiuſmodi, ſeu in quibus talia continentur, ſimiliter ijdem Inquiſitores liberè, & licitè procedant, ac procedere, & pœnis condignis punire, & coercere poſſint. Non obſtantibus, &c. Romæ die .... Ianuarij 1586.

QVÆSTIONES.

1 Quæ fuit finalis cauſa prohibitionis huius Aſtrologiæ iudiciariæ?

2 Num prohibitio iudiciariæ Aſtrologiæ liget etiam in foro conſcientiæ interiori eos qui aſſerunt, aut proteſtantur, id certò non affirmare, vt in §. 3.

3 Cur illam proteſtationem, & declarationem non obſtare voluit hic Pontifex.

97 Ad primum. Summus Pont. Sixtus in dicta ſua Bulla multa mala narrat, quæ ex Arte Aſtrologiæ Iudiciariæ & magicæ Necromantiæ & ſimilium proueniunt: nos infra ſcriptas rationes etiam adducimus vt poſſint conuinci ab Ordinarijs vanitates obſeruantium ſuperuacuè huiuſmodi aſtrorum Conſtellationes.

Prohibitio aſtrologiæ an afficiat in foro interiori non affirmantes certo &c. Quæſt. II.

SVMMARIVM.

98 *In prædictione coniecturali qualiter reperiatur culpa.*

99 *Eadem eſt ratio poſt factum, & ante factum.*

Inclinationes prædici poſſunt.

100 *Doctrina Caietani.*

98 Ad ſecundum. Reſp. Controuerſa videtur iſta quæſtio, cum pro negatiua Soar. Valenc. & Martin. del Rio: pro affirmatiua verò Sanc. necnon Sola, & Graff. allegati à Farinac. *de Hæretic. quæſt.* 181. §. 1. *ſub n.* 59. Cum quibus ipſe tranſire videtur, & Ego etiam, quia prælegi Soar. in loco per Farinac. citato qui probat, in hac prædictione reperiri culpam, ſaltem ratione ſcandali, & prohibitionis Eccleſiæ.

ADDITIO.

99 Naldus *in ſum. verbo.* Aſtrologus, *num.* 4. habet, quod poſt factum non facile damnaret de mortali, qui ſine ſcandalo, vel periculo gignendi opiniones ſuperſtitioſas in animos audientium, talia prædiceret, tanquam leuiſſima quadam coniectura poſſe contingere. Verum, cum ratio, quæ excludit ab actu poſt factum peccatum mortale, militet etiam ante factum, quia debet cadere ſupra actum, ita vt reddat ipſum talis qualitatis, vt non contineat mortale peccatum: ſi poſt factum non damnatur de peccato mortali, nec etiam damnari debet ante factum. Quod autem prædici poſſint inclinationes hominum, tradunt Syluester verbo *Superſtitio num.* 6. Bonac. *de cenſur. in parti. diſp.* 2. *quæſt.* 2. *pun.* 39. *num.* 3. Vulpes *in praxi cap.* 37. *num.* 13.

100 Sed adnotanda eſt doctrina valde ſingularis Caiet. *in ſumma* verbo *Aſtrorum obſeruatio*, vbi primo habet: Quod in hac materia tripliciter peccari poteſt. Primò, ſi myſteria fidei Chriſtianæ ita accipiantur tanquam ſubſint cæleſtibus cauſis, quia hoc eſt contrà ſpiritualitatem Chriſtianæ religionis, & ideo continet peccatum mortale. Secundò, ſi futura contingentia habeantur vt certa ex cæleſtibus cauſis, quia hoc derogat libero arbitrio: Et ideo etiam mortale eſt. Tertio, peccatur mortaliter, ſi quis ſe ita ſubijciat cæleſtibus cauſis, vt eas habeat pro lege ſecundum quam regulet ſe, & ſuas actiones. Et infert, quod *Si quis cæleſtium influxuum cauſas, vt inclinatiuas ad ea, quæ ex corporibus pendent, humana, ſuſcipiat; nec errat, nec peccat, ita quod ex conſideratione aſtrorum timere, cauere, audere &c. aliquid quatenus ex corporibus pendet, nullum peccatum eſt, ſeruato moderamine coniecturæ: vt ſcilicet homo non pro certo, ſed coniectura habeat, quicquid ex vero dicitur circa humanas actiones.* Et concludit. *De aſtrorum autem iudicijs circa corporales effectus (puta ſanitatis, vel infirmitatis, fertilitatis, vel ſterilitatis, pluuiæ, vel ſiccitatis) nulla eſt quæſtio, quia hæc abſque peccato fiunt, quoniam effectus quæruntur, & reducuntur in ſuas cauſas naturales.*

Cur

Cur prohibuit Pontifex, etiam cum protestatione &c. prædicere. Quæst. III.

101 Ad tertium. Resp. Ratio esse potest vltra iam proxime dicta, vel quia etiam ille modus prænunciandi futurus, est pernicios̃us Reipublicæ, cum eadem incommoda, & vanæ inuestigationes, ex illa sequantur: vel quia semper præsumitur, ea verba proferre ad occultandam malitiam, & diuinationem. Vel certe quia est etiam vera diuinatio, prout inquit Soar. vbi supra *Tom. 1. de Relig. lib. 2. de superstit. cap. 11. num. 30.* & ex rationibus infrascriptis, &c.

102 Primò, cælestia corpora non possunt esse causa per se operationum liberi arbitrij, & possunt ad hoc dispositiuè inclinare, quatenus imprimunt in corpus humanum, & per consequens in vires sensitiuas, quæ tamen obediunt rationi: sed nulla necessitas ex hoc imponitur libero arbitrio. D. Thom. *22. q. 95. art. 6. in corpore.*

Secundò, impressiones corporum cœlestium indirectè & per accidens ad intellectum & rationem pertinere possunt, in quantum tam intellectus, quam voluntas, aliquo modo ab inferioribus vires accipiunt, quæ organis corporeis alligantur. idem *1. par. quæst. 115. arg. 4. et 6.*

Tertiò, mores hominum à dispositionibus siderum variari dispositiuè & contingenter possunt, & stellæ per constellationem influentiæ inclinant. Astens. *lib. 1. tit. 12.*

Quartò, corpora cœlestia, & constellationes, homines quandoque ad vitia, quandoque ad virtutes inclinant: non tamen cogunt. Armil. in ver. *Astrologia num. 2.*

Quintò, cœlestia non possunt imprimere directè in intellectum, nec voluntatem, sed possunt ad hoc dispositiuè inclinare. Siluest. in ver. *superstitio §. 6.*

Sextò, corpora possunt quodammodò inclinare ipsam animam. Soto *lib. 8. q. 3. ar. 2. col. 4. de iust. et iure.*

103 Septimò, homo natus sub aliqua constellatione talium aut talium siderum, non cogitur ex illa ad malè vel benè operandum. Nauar. *ca. 2. num. 34. notab. 28.* licet omnia quæ sunt sub lunari globo constituta, per superiora regantur, & procurentur. Ang. in ver. *superstitio num 15.* vide D. Aug. *lib. 4. de Ciuit. Dei, c. 1. & 15. in tract. in Ioannem c. 8. & sup. Matth. cap. 2. col. 2. & lib. 3. contra gentes, cap. 92.* & ibi Ferrariensis, & D. Thom. *1. p. quæst. 22. ad 3. & quæst. 116. art. 2.* Boet. *4. lib. de consolat. Philosoph.* vbi habes, an detur fatum, & quomodo intelligatur. Caietan. *22. quæst. 95. art. 5.* D. Chrysost. *in Matth. ca. 2.* Greg. Nis. *lib. 5. Physiologiæ, cap. 1.* Sozom. *lib. 16. cap. 35.* Nicephor. *lib. 2. cap. 45.* prope medium, in histor. Ecclesiast. ex quibus summa hæc est, quod quando tam Sancti Patres, quàm sacri Theologi, & Canonistæ negant sidera cœlestia agere in homine, intelligunt de coactionis necessitudine, vt falso astruebant Priscillianistæ, & Faustus Manichæus; & pari modo est intelligendus D. Greg. in *Homil. Epiphaniæ*, & præter innumerabiles rationes, quæ possunt afferri, istæ duæ sufficiant pro nunc: quod actus humani sunt liberi, & non possunt cogi à stellis; & si ita esset, nec meritorij, nec demeritorij dici possent; ad hæc, omnis anima est spiritus, & sidera sunt corpora; ergo non habent communicantiam in materia, quæ requiritur in actione, & passione. Aristot. *in lib. 2. de generat. & corrupt. & lib. 2. de anima, in cap. de tactu.* vide Abb. *in cap. 2. & 7. de sortileg.* Eapropter S. D. N. Vrbanus VIII. innouando supradictam Sixti V. Bullam, suam quoque edidit super prohibitione Iudiciariæ Astrologiæ tenoris infrascripti.

Constitutio S.D.N. VRBANI VIII. contra Astrologos Iudiciarios, qui de statu Reipublicæ Christianæ, vel Sedis Apostolicæ, seu vita Romani Pontificis, aut eius consanguineorum, iudicia facere; necnon eos qui illos desuper consulere præsumpserint, cum innouatione similis constitutionis SIXTI PP. V.

VRBANVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

104 INscrutabilis Iudiciorum Dei altitudo non patitur vt humanus intellectus tenebroso corporis carcere constrictus, super astra se extollens, arcana in sinu Diuino recondita, & ipsis beatissimis Spiritibus ignota, nefaria curiositate, non solum explorare, sed etiam tamquam explorata, in Dei contemptum, Reipublicæ perturbationem, & Principum periculum, arroganti, & pernicioso exemplo venditare præsumat.

1 Hinc est, vt quamuis ciuilibus, canonicisque sanctionibus, ac nouissimè fel. rec. Sixti Papæ V. prædecessoris nostri Constitutione desuper edita, Astrologorum, Mathematicorum, Vaticinatorum, & aliorum qui euentura diuinare, seu prædicere audent, quosque vti homicidas, & maleficos antiquitas æstimauit, illorum potissimum, qui de summa Reipublicæ, vel Principis salute iudicia ferre præsumerent, ars, professio, siue exercitium grauibus pœnis inhibita esse noscantur. Attamen sicut accepimus, nonnulli iniquitatis filij propriæ pusillitatis obliti, ac lenitate forsan, vel conniuentia audentiores facti vanam saticidorum æstimationem aucupantes, in deplorandam animarum suarum perditionem, grauemque Christifidelium scandalum, etiam de Reipublicæ, & Principum incolumitate, illis solicitudinem, hominibus verò inquietis rerum nouandarum occasionem ea ratione inferre satagentes, prognostica, & prædictiones verbo, vel etiam scripto edere non erubescunt.

2 Nos itaque perniciosis huiusmodi ausibus, quantùm nobis ex Alto conceditur, obuiam ire, ac quos Dei respectus in officio non continet, pœnarum grauitate, & seueriori disciplinæ fræno coercere volentes: Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Constitutionem per præfatum Sixtum prædecessorem desuper, vt præfertur, editam, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo approbamus, confirmamus, & innouamus.

3 Et insuper omnibus, & quibuscunque Laicis, cuiuscunque sexus, conditionis, status, gradus, qualitatis, & dignitatis, etiam Marchionalis, vel Ducalis existentibus, qui de statu Reipublicæ Christianæ, vel Sedis Apostolicæ, siue de vita aut morte Romani Pontificis pro tempore existentis, eiusque vsque ad tertium gradum inclusiuè consanguineorum Mathematicos, Ariolos, Aruspices, Vaticinatores siue nuncupatos, vel alios Astrologiam iudiciariam exercentes, seu alias quomodolibet profitentes de cætero consuluerint, siue desuper eorum iudicia, prognostica prædictiones, seu præcognitiones etiam sibi oblatas receperint, illisue quomodolibet vsi fuerint, vel illas penes se scienter retinuerint, aut alicui ostenderint, necnon eisdem Mathematicis, Ariolis, Aruspicibus, Vaticinatoribus, seu alijs Astrologiã iudiciariam seu quãlibet artem diuinatoriam quomodolibet profitentes, qui Iudicia, Prognostica, seu præcognitiones & prædictiones super præmissis, etiamsi id non certo se affirmare protestentur, fecerint, siue à se vel ab alijs iam facta seu factas imposterũ penes se similiter retinuerint, vel alicui dederint, seu ostẽderint, aut de eis quouis modo, etiam improbando, scripto vel verbis tractauerint; nedum excommunicationis maioris latæ sententiæ, sed etiam vti læsæ Maiestatis reis, vltimi supplicij, ac confiscationis omnium bonorum suorum etiam Romanæ Curiæ officiorum, ac deuolutionis quarumcumque Ciuitatum, Castrorum, & locorum Iurisdictionalium, & fœudalium.

4 Clericis quoque, & presbyteris, alijsque personis Ecclesiasticis, tam secularibus, quam cuiuscunque Ordinis, Congregationis, Societatis, seu Instituti, vel Militiarum quarumcunque, etiam Hospitalis S. Io. Hierosolymitani, alijsque quomodolibet exemptis, ac Nobis, & Apostolicæ Sedi immediate subiectis, Regularibus vtriusque sexus, vltra prædictas, etiam priuationis beneficiorum, & dignitatum ac officiorum Ecclesiasticorum, etiam Monasteriorum, Prioratuum, & Præceptoriarum, ac aliorum quorumcunque, & inhabilitatis perpetuæ ad illa imposterum obtinenda, ita quod personæ Ecclesiasticæ præuia illarum degradatione Curiæ seculari tradantur puniendæ: in Episcopali verò, Archiepiscopali, Metropolitana, Primatiali, Patriarchali, aut quacunque alia etiam superiori Ecclesiastica, vel mundana,

quan-

quantumuis ſublimi, excellente, & ſpeciali nota digna, etiam ſuprema conſtitutis dignitate, eaſdem excommunicationis, ac priuationis, etiam regiminis, & adminiſtrationis Eccleſiarum, & aliorum quorumcunque beneficiorum, & dignitatum quantumuis ampliſſimarum, & Patriarchali maiorum, ac officiorum ſuorum, & inhabilitatis pœnas ipſo facto incurrendas Apoſtolica auctoritate tenore præſentium infligimus, & imponimus.

5 *Cognitionem autem cauſarum huiuſmodi quoad perſonas Eccleſiaſticas, tam ſæculares, quam regulares, in Vrbe noſtra, & illius diſtrictu ad dilectos filios noſtrum in eis Vicarium in ſpiritualibus generalem, necnon eiuſdem Vrbis Gubernatorem, ac cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Auditorem generalem, & eorum quemlibet inſolidum; extra verò Vrbem, & diſtrictum prædictum, in Prouincijs Nobis, & Apoſtolicæ Sedi ſubiectis ad S. R. E. Cardinales in eiſdem Prouincijs de Latere Legatos, & Prolegatos, ac Præſides in dignitate eccleſiaſtica conſtitutos pro tempore exiſtentes: in alijs verò omnibus, & ſingulis Prouincijs, Regnis, Ciuitatibus, Oppidis, Caſtris, & locis, tam ſub noſtra, & dictæ Sedis, quam cuiuſuis alterius Principis ditione comprehenſis, priuatiuè quoad omnes, etiam Superiores Religioſorum, ipſiſque Superioribus penitus excluſis, ad Ordinarios locorum; vbilibet verò locorum etiam ad hæreticæ prauitatis Inquiſitores ſpectare volumus.*

6 *Mandantes dilectis filijs noſtris, & dictæ Sedis de latere Legatis, & eorum Vicelegatis, & Præſidibus prædictis nunc, & pro tempore exiſtentibus, necnon Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis ſingulis, videlicet, in ſuis Ciuitate, & Dioceſi, & quoad loca intra fines alicuius Dioceſis, non tamen de Dioceſi exiſtentia ipſarum Dioceſum, intra quarum fines eadem loca extiterint; quòverò ad ea, quæ extra fines alicuius Dioceſis conſiſtunt, vicinioribus eorundem locorum Ordinarijs, ac etiam Inquiſitoribus prædictis, quatenus ad inſtantiam cuiuſuis Fiſci, vel denunciatoris, ac etiam ex eorum officio cauſarum huiuſmodi cognitiones ſuſcipientes, præuia etiam auocatione à quibuſuis alijs ſupra non expreſſis, nec a Nobis ſpecialiter delegatis, in cauſis ipſis modo præmiſſo procedant, omnibus iuris, & facti remedijs opportunis, inuocato etiam auxilio brachij ſæcularis.*

7 *Inhibentes inſuper Decanis, & Capitulis Eccleſiarum Cathedralium, Metropolitanarum, & Patriarchalium, necnon quorumuis Ordinum, & locorum Regularium, Societatum, & Inſtitutorum, ac etiam Hoſpitalis prædictorum Superioribus, Conuentibus, & Fratribus quantumuis exemptis, ne ſub priuationis beneficiorum, & officiorum quorumcunque per eos reſpectiuè obtentorum, ac ſimiliter inhabilitatis ad alia in futurum obtinenda, vociſque actiuæ, & paſſiuæ, necnon excommunicationis latæ ſententiæ eo ipſo incurrendis pœnis, Ordinarios locorum, necnon Legatos, ſeu Vicelegatos, alioſque prædictos in cauſis huiuſmodi procedentes quoquo modo impedire, moleſtare, ſeu perturbare audeant, vel præſumant: ac etiam mandantes, vt quoties ad id fuerint requiſiti, Religioſos ipſos, etiamſi alicuius loci regularis Superiores actu fuerint, Ordinarijs, Legatis, ſeu Vicelegatis, ac alijs prædictis, ſeu quibus ijdem mandauerint, conſignent cum ſcripturis, & actis, ſi quæ facta fuiſſe reperiantur.*

8 *Sicque & non aliter in præmiſſis per quoſcunque Iudices Ordinarios, Delegatos, & Commiſſarios ac etiam Cameræ Apoſtolicæ Clericos, Præſidentes, necnon cauſarum Palatij Apoſtolici, & Curiæ eiuſdem Cameræ generalem Auditorem, ac S. R. E. Camerarium, & alios Cardinales etiam de Latere Legatos, necnon Vicecamerarium; Sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, vbique iudicari, & diffiniri debere: irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.*

9 *Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon noſtra in numero ſeptuageſima, & alijs Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis, ac Prouinciarum, Regnorum, Ciuitatum, Terrarum, Oppidorum, Locorum, Eccleſiarum, Monaſteriorum, Militiarum, Hoſpitalium, etiam S. Ioannis prædictorum, aliorumque Religioſorum, & piorum locorum, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apoſtolicis eiſdem Prouincijs, Regnis, Ciuitatibus, Terris, Oppidis, Locis, Eccleſijs, Monaſterijs, Hoſpitalibus, & Militijs prædictis, & alijs pijs locis, ac illorum Vniuerſitatibus, Capitulis, Superioribus, & perſonis, in contrarium forſan quomodolibet conceſſis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quauis alia expreſſio, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret; eorum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus, pro expreſſis habentes; illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe harum ſerie derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque.*

10 *Volumus autem, quod præſentes litteræ in valuis Eccleſiæ Lateranenſis, & Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, ac Cancellariæ Apoſtolicæ, necnon in acie Campi Floræ publicentur, & affigantur, quæ poſtquam ſic affixæ, & publicatæ fuerint, quoſcunque tam in Statu noſtro temporali, quam*

extra eum, vbique locorum perinde arctent, & afficiant, ac si vnicuique nominatim, & personaliter intimata fuissent.

11 *Quodque earum exemplis, etiam impressis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra, vbique adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.*

12 *Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, innouationis, insictionis, impositionis, inhibitionis, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis DEI, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.*

Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo trigesimo primo, Kal. Aprilis, Pontificatus nostri anno octauo.

In DEI nomine Amen. Anno à Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi millesimo sexcentesimo trigesimo primo, die verò decima mensis Aprilis, Indictione decimaquarta, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Vrbani Diuina Prouidentia Papæ Octaui, anno eius octauo, supradictæ Litteræ Apostolicæ præsentatæ, & affixæ fuerunt, ac dimissis copijs ad Basilicas Ecclesiarum S. Ioannis Lateranensis, & Principis Apostolorum Vrbis, & in Cancellaria Apostolica, in acie Campi Floræ, ac alijs locis solitis & consuetis Vrbis, per nos Augustinum de Bolis, & Ioannem Radicam, S. D. N. Papæ Cursores

Matthias Spada, Magister Cursorum.

CON-

Digitized by Google

CONSTITVTIO
FOELICIS RECORDATIONIS
CLEMENTIS VIII.
SVPER EXEQVVTIONE DECRETI CONC. TRID.
sess. 25. cap. 14.

Contra Regulares non subditos Episcopo intra Claustra degentes, & extra ea ita notorie delinquentes, vt populo scandalo sint: ac contra eorum Superiores illos punire negligentes, aut impunitos ad alia suorum Ordinum loca transmittentes; vel transmissos, ad locum, in quo deliquerunt, non reuocantes. Romæ publicata die 18. Martij 1596. tenoris sequentis.

CLEMENS PAPA VIII.

105 *VSCEPTI muneris ratio postulat, vt ea, quæ in Sac. Trid. Conc. prouidè constituta sunt, ab ijs, ad quos spectat, inuiolatè obseruari curemus. Maturo sanè consilio, ipsius Concilij decreto prouisum est, vt quicunque regularis non subditus Episcopo intra claustra degens, extra ea ita notorie deliquerit, vt populo scandalo sit, Episcopo instante, à suo Superiore intra tempus ab Episcopo præfigendum seuerè puniatur, & superior de punitione Episcopum certiorem faciat sin minus ipse à suo item Superiore officio priuetur, & delinquens ab Episcopo puniri possit. Verum quia experientia compertum est, interdum in huiusmodi Decreti executione nimis remisse procedi; cum enim Episcopus instat, aliquem regularem eo, quo supra dictum est, modo delinquentem, à suo Superiore puniri, sæpe fit, vt superior regularem delinquentem ad alia suorum ordinum loca, extra Episcopi Diœcesin, ex industria impunitum transmittat, atque etiam ipse aliquando ad alias Prouincias se conferat, nec vlterius super delinquentis excessibus inquirat, nec de eius punitione Episcopū certiorem reddat. Vnde nec Regularis delinquens tunc ab Episcopo puniri potest, cum extra ipsius Diœcesin existat, nec Superior, qui delinquentem corrigere negligit, officio priuetur: Nos pro pastorali nostra solicitudine, præfati decreti executioni, quantum cum Domino possumus fauere, & præmissis malis (vt par est) opportuno aliquo remedio occurrere volentes: de Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium prædicti Concilij Interpretum sententia; Motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apost. potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura constitutione omnibus, & singulis cuiuscunque Ordinis, & Instituti regularium, etiam Mendicantium, superioribus in virtute sanctæ obedientiæ, & sub indignationis nostræ, ac priuationis dignitatum, & officiorum per eos obtentorum, eo ipso incurrendis pœnis, præcipimus, & mandamus, vt iuxta prædictum decretum, quilibet ipsorum, regularem non subditum Episcopo, intra Claustra degentem, & extra ea ita notorie delinquentem, vt populo scandalo sit, Episcopo instante, intra tempus ab Episcopo præfigendum seuerè puniat, ac de punitione Episcopum certiorem faciat, & alias decretum ipsum in omnibus, & per omnia exequatur. Cæterum si Superior in regularem delinquentem non animaduerterit, quinimò, si illum impunitum ad alia suorum Ordinum loca, extra Episc. Diœcesin, vt præfertur, transmiserit: volumus, & simili motu, atque auctoritate decernimus, vt superior, instante Episcopo, intra terminum ab Episcopo præfigendum, & sub eisdem indignationis nostræ, ac priuationis dignitatum & officiorum obtentorum, necnon & sub inhabilitatis ad illa, & alia imposterum obtinenda, ac vlterius priuationis actiuæ, & passiuæ vocis, ad quas à nemine, præterquam à nobis, & à Romano Pontifice pro tempore existente restitui possit, ipso facto similiter incurrendis pœnis, ipsum regularem delinquentem à loco ad quem transmissus fuit reuocare, &*

in quo deliquit conſtituere, ſeu ſiſtere teneatur. Quod ſi hoc etiam facere prætermiſerit, per præſentes ſimiliter ſtatuimus, vt Ordinarius loci, ad quem Regularis delinquens tranſmiſſus fuerit, ſuper præmiſſis ab ipſo Ordinario loci in quo deliquit ſimiliter requiſitus, vel alias de illius delicto informatus, vt præfertur, tamquam Sedis Apoſt. delegatus, prædictum Concilij decretum omnino exequi, & in regularem delinquentem ſeuere animaduertere poſſit, & debeat. Decernentes ſic, & non aliter per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios quauis auctoritate fungentes, eiuſdem Rom. Eccleſiæ Cardinales, & cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores; Sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, vbique iudicari, & diffiniri debere: irritum quoque, & inane, quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtant. &c.

QVÆSTIONES.

106. 1 An Religioſus, contra quem Epiſcopus procederet vigore ſupradictæ Bullæ in §. 3. poterit exemptione ab Ordinariorum iuriſdictione forſan ſpecialiter obtenta, ſe tueri.

2 Iſta Conſtitutio in qua parte nouum ius contineat.

3 An Regularis manens extra Clauſtrum de licentia ſui ſuperioris, ſi delinquat, poſſit ab Ordinario loci puniri.

4 Quid obſeruetur in praxi ab Ordinarijs locorum cum Regularibus degentibus intra Clauſtra, qui inueniuntur extra Clauſtra notoriè delinquentes cum populi ſcandalo.

5 An qualitas, quòd Regularis extra Clauſtra degens notoriè, & ſcandalosè deliquerit, ſit probanda, vt Epiſcopus obtineat in illum iuriſdictionem virtute Concilij.

6 An Regularis, qui iniuriam infert Epiſcopo, vel Vicario iuriſdictionem exercenti, & eius aures offendit in illo actu iuriſdictionis, eam turbando, poſſit ab eodem Epiſcopo, vel Vicario puniri, ſine remiſſione ad ſuum ſuperiorem.

7 Quomodo Epiſcopi aliquando appellentur Ordinarij, aliquando Diœceſani, & an iuriſdictio illorum ſit fundata in iure communi.

8 An Regularium priuilegia perdantur, ſi illi irregulariter viuunt, & quid, ſi ob non vſum.

9 An exempti ab Ordinarijs, & ſuppoſiti Conſeruatoribus, poſſint Ordinariorum iuriſdictioni ſe ſubmittere.

10 An Epiſcopus punire poſſit Regulares diſcedentes à ſuis conuentibus, ſine licentia ſuorum ſuperiorum, cum prætextu ad ſuperiores accedendi.

11 An Epiſcopus poſſit impedire mendicantes quærentes per Ciuitatem, & Diœceſin, eleemoſynas ſuperfluas.

12 An Religioſi committentes fraudem circa exemptiones ſibi conceſſas, & quomodo, puniantur.

13 An ad dictam pœnam conſequendam ſatis ſit probare contrauentionem d. Clem. vel etiam probandum ſit, quòd dolo ſit contrauentum.

Religioſus an ex ſpeciali exemptione poſſit ſe tueri contra Epiſcopum procedentem in vigore Conſtit. Clemen. VIII. Suſcepti muneris. *Quæſt. I.*

SVMMARIVM.

107 *Exemptio non impedit iuriſdictionem delegatam Papæ.*

108 *Iuriſdictio delegata eſt ſtrictè interpretanda.*

107 Ad primum. Reſp. non, quia Epiſcopi contra huiuſmodi Religioſos procedunt vti delegati à Sede Apoſt. & Rota ſic voluit in deciſ. Seraph. in vna Salamantina iuriſdictionis 14. Decembris.

Digitized by Google

ADDITIO.

108 Hæc reſolutio patitur difficultatem. Quia delegatio eſt facta in ordine ad exemptos communi exemptione, vnde cum iuriſdictio delegata debeat ſtrictè interpretari, *Cap. 1. de reſcrip. in 6.* non poterit extendi ad exemptum ſpeciali exemptione. Rurſus ſpecialis, exemptio ſuperueniens communi, debet aliquid operari ſupra ipſum: ergo debet tollere ſubiectionem, quam habent exempti communi exemptione, atque adeo eam, quam habent reſpectu Ordinarij, vt Apoſtolicæ Sedis delegati.

An Conſtitutio Clementis VIII. Suſcepti Muneris *contineat nouum Ius Quæſt. II.*

SVMMARIVM.

109 *Continet quò ad pœnas.*
110 *Et quatenus obligat Epiſcopos loci ad puniendum &c.*

109 Ad ſecundum. Reſp. Continere in eo, in quo ſuperiores onerat ad reuocandum delinquentem ad locum delicti ſub grauioribus pœnis, quàm à d. Conc. inflictis; & in ea, in qua eaſdem infligit eiſdem negligentibus eorum Regulares coercere, vt ex Conc. & huius Bullæ verbis liquet.

ADDITIO.

110 Continet etiam nouum ius, quatenus obligat Epiſcopum loci, ad quem delinquens tranſmiſſus fuerit, illum punire inſtante Ordinario loci delicti, ſi ſuperior Regularis, qui tranſmiſit non reuocet intra tempus præfixum delinquentem ad locum delicti.

An Regularis degens cum licentia extra clauſtra poſſit puniri ab Ordinario, ſi delinquat. Quæſt. III.

SVMMARIVM.

111 *Regularis qui de licentia ſuperiorum degit extra clauſtra, punitur ab Ordinario, ſi delinquat.*
112 *Conſtitutio Clement. VIII. & Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 14. de regul non diſponit de hoc caſu.*
113 *Degens extra clauſtra cum licentia, non poteſt puniri, ſecundũ aliquos, ab Ordinario, ſi delinquat. Degens extra clauſtra cum licentia, cenſetur eſſe in Monaſterio.*
114 *Adhuc puniri poteſt ab Ordinario, ſi delinquat.*
115 *Secus ſi degat in Grangijs, aut alijs locis annexis Monaſterio.*
116 *Quid ſi maneat in loco deſtinato ad erectionem Monaſterij.*
117 *Facultas Ordinariorum puniendi Regulares degentes extra ſepta, non eſt priuatiuè quò ad eorum ſuperiores. Iuriſdictio cenſetur conceſſa cumulatiuè.*
118 *Milites Hieroſolymitani non poſſunt puniri ab Ordinarijs.*

112 Ad tertium. Regularis manens extra Clauſtrum de licentia Superioris, etiam in domo deſtinata ad erectionem Monaſterij, niſi in dicta domo ſit regularis obſeruantia, vt ſaltem viuat ſub ſuperiore conuentuali iter poteſt puniri à loci Ordinario; ita declarauit S. Congreg. Conc. Trid, & ita tenet Rubin. *deciſ. 15,* & Piccard. *conſ. 91.* Non obſtat, quod qui de licentia ſui ſuperioris abeſt à clauſtro, cenſetur reſidere in clauſtro, *argu. tex. in l. quæſitum §. 1. ff. de leg. 3.* & *in l. ſeia ff. de fund. inſtruct.* quia reſpondetur id procedere extra caſum delicti, vt per Rub. loc. cit. & ratio eſt, quia tunc eſt acquiſitum in Ordinario loci, & conſequenter tolli non poteſt per licentiam ſuperioris.

ADDITIO.

112 Si attendatur preſens Conſtitutio Clementis, & decretum Concilij Trident. *ſeſſ. 25. cap. 14. de regular. & Monial.* cum diſponant de religioſo degente intra clauſtra, & extra clauſtra notoriè, & cum ſcandalo deliquente, non video, quomodo hæc diſpoſitio extendi poſſit ad eum, qui degit extra clauſtra, cũ licentia ſuorum ſuperiorum, cũ in odioſis non ſit facienda extenſio. Et præſertim quia Concilium Tridentinum de degentibus extra clauſtra diſpoſuerat, *ſeſſ. 6. cap. 3. de Reformat.* vbi conſtituit Epiſcopos Sedis Apoſtolicæ delegatos ad puniendos Regulares degentes extra clauſtra, ibi. *Nemo Regularis extra monaſterium degens, etiam ſui Ordinis priuilegij prætextu, tutus cenſeatur, quominus, ſi deliquerit, ab Ordinario loci tamquam ſuper hoc à Sede Apoſtolica delegato, ſecundum canonicas ſan-*

Digitized by Google

ſanctiones viſitari, puniri, & corrigi valeat.

113 Verum circa hoc Decretum dubitant Doctores, an habeat locum, quando Regularis degit extra clauſtra cum licentia ſuorum Superiorum. Et negatiuè Reſp. Peirin. *ad Conſtit. 2. Sixti IV. §. 11. n. 22.* Ceſpedes *de exempt. Regular. cap. 16. dub. 141. num. 3.* Quia manens extra Monaſterium de licentia ſuorum Superiorum, dicitur eſſe in Monaſterio cap. *Ex reſcripto, de iureiur.* Deinde quia non eſt æquum, quod qui viſitatur à ſuo Superiore, & punitur, quando opus eſt, ſubſit extraordinario iudici.

114 Sed oppoſita ſententia eſt tenenda, quam tradunt Piaſec. *par. 2. prax. cap. 3. num. 42* Genuenſ. *in Praxi Archiepiſc. cap. 59. num. 2.* Campanil. *in Diuer. iur. cap. 12. Rubr. 13. num. 22.* Ciarlin. *lib. 1. controuer. forenſ. cap. 50. n. 6.* Barboſa *De poteſt. Epiſc. allegat. 105. num. 16.* & alij. Ratio eſt, quia Concil. quando loquitur de Regularibus repertis extra monaſteria ſine licentia ſuorum Superiorum, iniungit Ordinarijs, vt eos puniant tanquam deſertores ſui Ordinis, vt *ſeſſ. 25. cap. 34. de regular.* vbi etiam ſubdit Epiſcopo, qui extra conuentus manent ſtudiorum cauſa apud Vniuerſitates. Vnde ſi intelligeret de ijs, qui degunt extra clauſtra abſque licentia, bis de ijſdem diſpoſuiſſet, & in decreto, de quo agitur, dixiſſet, quod puniantur abſolutè vt Apoſtatæ, aut fugitiui, non autem, quod puniantur, quando delinquant. Dum enim dicit, quod puniantur, ſi delinquant, tacitè concedit, quod manere poſſint extra clauſtra, quod non feciſſet, ſi intelligeret de ijs, qui ſine licentia degunt. Nec dici poſſet, quod ſubſint viſitationi ſuorum Superiorum: quia non exercetur, niſi quò ad eos, qui ſunt intra clauſtra, aut in locis annexis. Dicuntur autem eſſe in Monaſterio, qui extra degunt cũ licentia, fictione iuris, & quò ad participationem iurium, priuilegiorum, &c. Verùm Concilium conſiderat eos, qui materialiter, & quò ad habitationem degunt extra Monaſterium.

115 Non tamen hoc decretum Concilij habet locum quò ad eos, qui degunt in grangijs, aut alijs locis annexis Monaſterio, vt tradunt Riccius *Deciſ. 231. num. 4. par. 4.* Barboſa *De poteſt. Epiſc. allegat. 105. num. 17.* Ceſpedes *de Exempt. Regular. c. 16. dub. 241. num. 7.* Quia cum hæc loca ſint membra Monaſterij, manent ſub directione Superioris, atque adeo etiam perſonæ ibi degentes; & ideo, ſi delinquant, ab ipſo puniri poſſunt: vnde non eſt neceſſarium, quod, ne delicta ſint impunita, ſubdantur Ordinario, ſicuti ſubduntur degentes extra clauſtra.

116 Si autem maneat in loco deſtinato ad erectionem Monaſterij, ſi delinquat, puniri poterit ab Ordinario, cum ita declarauerit S. Congregatio. Quod tamen debet intelligi, ſi ibi maneat abſque Superiore. & ita notant Genuenſ. *in Praxi cap. 59. num. 2.* Piaſec. *par. 2. Praxis Epiſcop. cap. 3.* Campanil. *in diuer. iur. Rubr. 12. cap. 13 num. 22.* Riccius *deciſ. 225. num. 5. par. 1.* Sperel. *deciſ. 38. num. 21. par. 1.* Si autem ibi adſit Superior, quocunque nomine appelletur, non poterit puniri, quia ibi adeſt aliqua forma Monaſterij, ſeu regiminis regularis, nec ſubditus eſt deſtitutus correctione, Ita S. Congregat. apud Gullemart. *ad cap. 3. de Refor. ſeſſ. 6.* Tenor declarationis eſt.

Fuit dubitatum, vtrum exiſtentes in aliqua domo ad erectionem Monaſterij deſtinata, comprehendantur in hoc decreto. Et fuit reſolutum ſub die 24. Maij 1588. Quod licet ibi exiſterent de licentia ſuorum Superiorum, tamen ſi non haberent in dicta domo Priorem, ſeu Guardianum, & non viuerent iuxta inſtitutum Regulæ illius religionis, comprehendi in dicto decreto, vt ab Ordinario puniri poſſint. Non poſſe autem, ſi in ea domo ſub Superiore conuentualiter viuant.

Quare ex hac declaratione deducitur, quod ſi vbi eſt Monaſterium, aliquis degeret in aliqua domo deſtinata ad aliud nouum Monaſterium erigendum, non haberet locum præſens decretum: quia, qui ibi degeret, maneret ſub cura, & regimine ſuperioris Monaſterij iam erecti, & illa domus cenſeretur pro tunc tanquam membrum prioris Monaſterij, & ſe haberet non ſecus ac ſi degeret in aliqua grangia.

117 Eſt tamen aduertendum, quod hæc facultas non eſt conceſſa Ordinarijs priuatiuè quo ad Prælatos Regulares, ſed cumulatiuè, vnde poterunt ipſi quoque punire tales religioſos, & præuenire Ordinarios, vt notat Vvameſius, *Conſil. 465. tom. 2.* Neque enim Concil. eximit Regulares degentes extra clauſtra, à iuriſdictione ſuorum Superiorum, atque adeo nec etiam à correctione. Nam iuriſdictio ſemper cenſetur conceſſa cumulatiuè, reſpectu iudicis ordinarij. Bar. *in l. 1. num. 1 C. de offic. Præfec. vrb.* Bal. *in l. vn. §. vbi autem n. 6. C. de caduc. tollen.* Dec. *conſil. 3. num. 3.* Aucaran. *conſil. 164. n. 5.* Ruin. *conſil. 7. num. 5. lib. 4.* Surd. *conſil. 56. num. 19.* Ludouiſ. *deciſ. 4. num. 9.* vbi alios allegat.

118 Rurſus etiam eſt aduertendum, quod præſens decretum Concilij Tridentini non comprehendit milites Hieroſolymitanos; extra tamen caſum delicti notorij, vt populo ſcandalo ſint, nec Superiores moniti ab Epiſcopo illos correxerint; nam tunc ſubintrat alia diſpoſitio Concilij, cuius vigore puniri poſſunt, vt ſæpe declarauit S. Congreg. Epiſcop. & Regul. Pius enim V. in ſua Conſtit. *Expoſcit Paſtoralis officij. ſub die 22. Septemb. 1571. quæſt. 136. in Bullar.* ſubiecit viſitationi Ordinariorum, vt Apoſtolicæ Sedis delegatorum, Eccleſias ipſorum, quibus cura animarum incumbit, perſonaſque omnes eam exercentes, in ijs tantum, quæ ad dictam curam pertinent, in cæteris verò exemptos reliquit. Rurſus Gregor. XIII. *in ſua Conſtit. 67.* quæ incipit *Circumſpecta in omnibus, ſub die 25. Nouembris 1580.* reduxit priuilegia Militiæ Hieroſolymitanæ quò ad Capellanos, Vicarios, Procuratores, Colonos, familiares ſeruientes, cæteraſque perſonas militibus addictas quomodocunque, ad terminos Concilij Tridentini, & ſolum excepit, *Qui Eccleſijs, alijſque locis dictorum militum actu ſeruiunt, & intra eorum ſepta, & domos reſident, ac ſub eorum obedientia viuunt: quæ omnia debere ſimul concurrere, intelligantur.* & eos, *Qui legitimè, & ſecundum regulam prædictæ religionis profeſſionem fecerint, de qua loci Ordinario conſtare debeat.* Vnde ſemper excluſum manet, quod non poſſint Ordinarij circa milites Hieroſolymitanos degentes extra Monaſterium ſe ingerere. Et merito, quia cum fere omnes degant extra Monaſterium, corrueret eorumdem exemptio.

Quid

Digitized by Google

Quid ſeruandum cum Regularibus notoriè delinquentibus extrà clauſtra. Quæſt. IV.

SVMMARIVM.

119 *Praxis ſeruanda cum Regularis notoriè delinquit extra clauſtra.*

120 *Reijcitur ex declaratione S. Congregat.*

119 Ad quartum. Obſeruatur in Ordinariorum locorum Curijs, quod Regulares degentes in clauſtris, qui inueniuntur in domibus meretricum, vel aliàs notoriè delinquunt cum populi ſcandalo, iuxta *d. Con.* 14. *ſeſſ.* 25. *de reg.* carcerantur per eorum officiales, & non remittuntur ad ſuos ſuperiores, antequam capiatur informatio delicti; & poſtea remittuntur cum copia actorum, præfixo termino ſuperioribus regularibus ad docendum de punitione intra viginti dies, vel menſem; Conari tamen debet loci Ordinarius, quamprimum informationem capere, & quàm citius poterit remittere eodem die, quo fuerunt capti, vel ſequenti: & ita practicatur Neapoli in Metrop. Curia, vt teſtatur Genuenſis *in eius praxi cap.* 59. *n.* 3. Nec videtur alienum, quod illos detineat, nec remittat ante captam informationem: ſiquidem, cum poſſit eos punire in defectum Superiorum *d. c.* 14. & proinde capere informationem. Si enim Ordinarius Regularem ſtatim captum illico remitteret ad ſuperiorem abſque informatione, faciliter teſtes poſſent ſeduci, & informatio deſtrui opera delinquentis, vel aliorum, vt experientia docet; nec poſſet puniri Regularis, nec à ſuo Superiore, nec ab Epiſcopo: & clarum eſt, conceſſa iuriſdictione intelligi conceſſa omnia neceſſaria, ad *c. præterea de off. deleg. l.* 2. *ff. de iuriſdict. omn. Iudic.*

Si autem Epiſcopus differret capere informationem, & Regularem petentem nollet remittere, vt ipſum vexaret carceribus; crederem non euitare excommunicationem, tamquam detinentem carceratum regularem in caſibus non permiſſis à iure, iuxta Gloſſ. *in Clemen. frequens in* verbo *capiunt de exceſſ. Prælatorum*, & ibi hoc notat *Abbas*.

ADDITIO.

120 Hæc doctrina prorſus reijcienda eſt, vt aduertunt Nouar. *in Lucerna Regular.* verbo *delinquens num.* 6. Peirin. *ad Conſtit.* 2. *Sixti IV.* §. 11. *num.* 63. Ceſpedes *de exempt. Regular. c.* 15. *dub.* 238 Si quidem Concil. tantum decernit & dat facultatem Epiſcopis, quod inſtent apud Superiores pro delinquentium extra clauſtra punitione; & ſi negligunt punire, quod ipſi punire poſſint. Non autem dat facultatem eos detinendi: ſicut nec etiam præfata Conſtitutio Clementis VIII. Vnde non poteſt in dubium reuocari, quod excedant contra perſonas exemptas terminos ſuæ facultatis, & proinde incidant in cenſuras à Summis Pontificibus, & a iure impoſitas. Et proinde S. Congregat. declarauit, hoc eis licitum non eſſe. Ita apud Gallemart. *ad cap.* 14. *de Reformat. ſeſſ.* 25.

Quando extra clauſtra Regularis delinquit notoriè dubitatum fuit, an detinendus ſit in carceribus Epiſcopi, donec proceſſus in Curia Epiſcopali formetur, eoque compilato inſtante ſuperiore remittẽdus ſit vna cum proceſſu puniendus: an potius non expectata compilatione proceſſus, ſtatim remittendus ſit ad ſuperiorem vna cum his probationibus, quæ habentur. Congregatio reſpondit, ſtatim remittendum eſſe, etiam poſito, quod Superior nullam inſtantiam faceret.

Et rurſus clarius eadem Sac. Congregatio reſpondit, vt apud Collect. in Bellar. ad eumdem locum Concilij.

Epiſcopus non poteſt delinquentem incarcerare, vel proceſſare, ſed ſolum inſtare apud ſuperiorem pro pœna.

Vnde debent Ordinarij valde cautè in hac materia procedere, ne in pœnas incurrant, atque dum indiſcreto zelo delictis ſcandaloſis occurrere volunt ſcandalum augeant, dum detinendo religioſos, quorum delictum eſt paucis notum, toti Ciuitati faciant innoteſcere cum detrimento bonæ opinionis religioſorum.

An vt Epiſcopus punire poſſit Regulares notoriè delinquentes, probanda ſit notorietas. Quæſt. V.

SVMMARIVM.

121 *Sufficit allegare qualitatem fundantem iuriſdictionem.*

122 *Qualitas fundans iuriſdictionem debet conſtare.*

Iudex debet agnoſcere an ſua ſit iuriſdictio.

123 *Iuriſdictio conueniens ex qualitate, conuenit ſub conditione.*

Ideo prius purificanda conditio.

Ad

Digitized by Google

121 Ad quintum. R. Verior opinio eſt, quod quando ex certa qualitate fundatur iuriſdictio alicuius, ſatis ſit huiuſmodi qualitatem allegare, & narrare, etiamſi negetur per aduerſarium, dummodo de falſitate non euidenter conſtet: ſufficit enim quantum ad fundandam iudicis iuriſdictionem, narrare qualitatem, quæ ſi vera non eſſet, non excluderetur iuriſdictio per *text. in l. cum quædam §. quoties. ff. de iuriſd. omn. Iud.* vbi quoad iuriſdictionis fundamentum attenditur ſumma, quæ petitur, non quæ debetur; ita Riccius *in praxi Rerum fori Eccleſiaſt. deciſ. 650.*

ADDITIO.

122 Contrarium, nempe quod qualitas notorietatis, & ſcandali in delicto regularis delinquentis extra clauſtra ſit ſummariè probanda, ex eo deducitur quod agitur de iuriſdictione, quæ ſolum conceditur Ordinario à Concilio ex tali qualitate delicti. Quando autem qualitas fundat iuriſdictionem, debet prius de ipſa conſtare, vt tradunt ſupra quinquaginta Doctores, quos allegat, & ſequitur Menoch. *Conſil. 1045. num. 3.* Quando enim iuriſdictio conuenit ex qualitate, remanet dubia, niſi conſtet de qualitate, & proinde debet iudex cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio *l. 2. §. ſed ſi dubitetur. & l. ſi quis ex aliena. ff. de iudic.* Et qui vult vti aliqua iuriſdictione, debet ſcire, ſe illam habere. *l. hæc autem §. 1. ff. ex quibus cauſ. in poſſeſſ. eat.* Quod in præſenti non poteſt contingere, niſi conſtet de qualitate, ex qua conuenit.

123 Præterea iuriſdictio, quæ conuenit ex qualitate, conuenit ſub conditione talis qualitatis, quia ſi deficit qualitas, deficit etiam iuriſdictio. Quando autem iuriſdictio conuenit ſub conditione, debet prius purificari conditio, quam cõpetat. Gloſ. *in Clemen. 1 ver. Reperierint de offic. deleg.* Cardin. *in Clemen. 1. num. 18. de conceſſ. præben.* Ancharan. *conſil. 36. num. 4. ver. Item ex alio capite.* Dec. *conſil. 603. nu. 9.* Gozadin. *conſil. 2. num. 16.* quos ſequitur Rota *coram Ludouiſ. deciſ. 1. num. 3.*

An regularis inferens iniuriam Epiſcopo iuriſdictionem exercenti poſsit ab ipſo puniri. Quæſt. VI.

SVMMARIVM.

124 *Regularis turbans iuriſdictionem Epiſcopi poteſt ab ipſo puniri.*

Conceſſa iuriſdictione conceduntur omnia, ſine quibus exerceri non poteſt.

124 Ad ſextum. Videtur ſic dicendum de iure: *text. in l. nullum C. de teſtib.* vbi alias exemptus punitur propter offenſas aures. Item delegatus poteſt punire extraneas perſonas, delinquentes in eius perſonam, ſi per hoc contingat ſuam iuriſdictionem turbari. Innoc. Ant. *in cap. dilectus de pœnis.* Abb. *in cap. 1. de offic. delegat.* Item conceſſa iuriſdictione cenſentur conceſſa omnia, ſine quibus exerceri non poteſt. *l. 2. ff. de Iuriſd. omn. iud. cap. præterea de offic. delegat.*

Quomodo Epiſcopi dicantur Ordinarij, Dioceſani, & an eorum iuriſdictio ſit de iure communi. Quæſt. VII.

SVMMARIVM.

125 *Verbum* Ordinarius *includit, quæ ſunt Ordinis, & iuriſdictionis.*
Verbum Epiſcopus *includit quæ ſunt ordinis tantum.*
Iuriſdictio Ordinariorum eſt de iure communi.

125 Ad ſeptimum. R. quia in verbo (*Ordinarius*) includuntur quæ ſunt ordinis, & quæ ſunt iuriſdictionis; in verbo autem (*Epiſcopus*) includuntur, quæ ſunt ordinis tantum, & ſic non comprehenditur electus ante conſecrationem; & in verbo (*Diœceſanus*) includuntur quæ poteſtatis, ſeu dignitatis ſunt, vt per iura, quæ allegat, & ſcribit Butr. *conſ. 19. num. 3.* Et iuriſdictio Ordinariorum eſt fundata in iure communi. *cap. omnes Baſilicæ 16. quæſt. 7. cap. cum perſonæ de priuileg. in 6.* ſuper omnes de Dioceſi, exceptis exemptis *cap. ſanè*, & ibi Gloſ. *de exceſſ. Prælat.*

An re-

An Regulares amittant priuilegia, ſi irregulariter viuant; & an ob non vſum. Quæſt. VIII.

SVMMARIVM.

126 *Priuilegia amittuntur ſi Regulares non viuant regulariter.*
Et per non vſum, ſeu contrarium vſum.

127 *Quid requiratur, vt ad hunc effectum non ſeruent regulam.*
Quæ priuilegia per non vſum amittantur.

126 Ad octauum. R. in foro conſcientiæ perduntur; ſecus verò in exteriori, vt latè deducit Rodr. qui alios citat *tom.* 1. *quæſt. regularium q.* 9. *ar.* 10. & Cherubin. *in compend. Bullar. in conſtit. Pij V. Et ſi Mendicantium in fin.* Perduntur autem priuilegia per non vſum, ſeu contrarium vſum, aut per præſcriptionem tolluntur, vt clarè patet ex clauſula, quæ apponitur à Summis Pontif. in confirmationibus priuilegiorum regularium ſub his verbis: Quatenus ſint in vſu, & ſacris Canonibus, & decret. ſacri Conc. Trid. non aduerſentur.

ADDITIO.

127 Quod priuilegia amittantur à Religioſis irregulariter viuentibus, hoc eſt non ſeruantibus regulam, intelligi debet quo ad eos, qui ſic viuunt; non quia in aliquibus regulam non ſeruent, ſed quia nomine tantum ſint religioſi. & præter citatos, ita etiam tradunt Miranda *tom.* 2. *Manual. prælat. quæſtio.* 43. *ar.* 3. Donat. *par.* 1. *praxis rerum Regular. tract.* 12. *queſt.* 15. Et deſumitur ex Bulla Eugenij qua conceſſit ſcholaribus Vniuerſitatis Salmanticenſis fructus beneficij in abſentia ſtudij cauſa: Si tamen re vera ſtudijs incumbunt. Et inſuper, quia cum priuilegia conceſſa ſint religioni in communi, & ratione ipſius ſe extendunt ad ſingulares perſonas quatenus communicant in eadem regulari ſocietate viuendi; dum relinquunt regulam, & ſolum habitum religioſi retinent, cum deficiat fundamentum extenſionis priuilegiorum ad ipſos, deficit etiam extenſio, & ita habet locum, quod ceſſante cauſa ceſſat effectus. Cap. *Cum ceſſante de appellat.*

Circa autem amiſſionem priuilegiorum ratione non vſus, diſtinguendum eſt, de priuilegijs facultatiuis, & non facultatiuis. Si enim ſint facultatiua, non amittuntur per ſimplicem non vſum, ſed requiritur vt amittantur prohibitione vſus, & acquieſcentia priuilegiati, vt notant Franch. *in cap. ſignificante num.* 3. *de appellat.* Felin. *in cap. paſtoralis num.* 5. *de offic. Ordinar.* Caſtrenſ. *in l. Qui luminibus num.* 2. *ff. de ſeruit.* verbo *præd.* Afflict. *deciſ.* 378. *num.* 2. Surd. *conſil.* 127. *num.* 21. Seraph. *deciſ.* 1086 *nu.* 1. Rota *deciſ.* 350, *num.* 2. *par.* 2. *recent.* & *in Calaguritana de Liqueio* 30. *Apr.* 1593. *coram Gypſio*, & *in Reatina Barchæ* 23. *Ianuar.* 1617. *coram Buratto*, & *deciſ.* 106. *num.* 9. *coram Merlino*.

An exempti poſſint ſe ſubiicere Ordinariis. Quæſt. IX.

SVMMARIVM.

128 *Exempti poſſunt ſubijcere ſe Ordinarijs, ſed alijs non præiudicant.*
Non poſſunt renunciare priuilegio exemptionis.
Intereſt Romanæ Sedis, ne quis in ſibi immediatè ſubiectos manum apponat.

128 Ad nonum. Reſp. Poterunt: ſed ſibi, & non alijs præiudicant. Ferret. *conſ.* 102. *l.* 1. *n.* 18. Cor. *conſ.* 214. *lib.* 2. *n.* 8. Rot. *in deciſ. Seraph.* 595. *n.* 7. vbi ſubdit, ſecus de exemptis, & Sedi Apoſt. immediatè ſubiectis.

ADDITIO.

Exempti, & Apoſtolicæ Sedi immediatè ſubiecti, non poſſunt renunciare priuilegio exemptionis, quia eſt priuilegium, quod habet implicatum ius tertij, nempe Summi Pontificis, & ideo non poſſunt ſe Ordinarijs ſubijcere, quia intereſt Romanæ Sedis, ne quiſquam in ſibi immediatè ſubiectos manus apponat, vt notant Abbas *in cap.* 1. *num.* 11. *de re iud.* Io. Andr. *in cap. ſcienti. in fine* ver. *Si verò de reg. iur. in* 6. Franc. *ibid. num.* 4. Felin. *in cap. cum olim num.* 3. *de præſcript.* Caſtrenſ. *Conſil.* 432. *n.* 3. *lib.* 1. Rota cum alijs *in Vlixbonenſi Monaſterij* 19. *Nouemb.* 1625. *coram Coccin.* & *in Gandauenſi Monaſterij* 24. *April.* 1641. *coram Panzirolo*.

Digitized by Google

An Ordinarij punire poſſint Regulares diſcedentes à ſuis Conuentibus ſine licentia. Quæſt. X.

SVMMARIVM.

129 *Regularis diſcedens à proprio conuentu ſine licentia, punitur tanquam deſertor ſui Inſtituti.*

130 *Ordinarij poſſunt tantum capere hos Regulares, & conſignare puniendos ſuis Superioribus.*

129 Ad decimum. Reſp. Quòd ſic: quia non licet Regularibus à ſuis Conuentibus recedere, etiam prætextu ad Superiores ſuos accedendi, niſi ab eiſdem miſſi, aut vocati fuerint. Qui verò ſine prædicto mandato, in ſcriptis obtento, repertus fuerit, ab Ordinarijs locorum, tamquam deſertor ſui inſtituti puniatur.

ADDITIO.

130 Ita videtur ſtatuere Concil. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 4. de Regul.* ibi. *Qui verò ſine prædicto mandato in ſcriptis obtento, repertus fuerit; ab Ordinarijs locorum tanquam deſertor ſui inſtituti puniatur.* Sed Ordinarios poſſe tantum capere hos religioſos, & debere conſignare puniendos ſuis Superioribus, eſt tenendum ob Decretum Vrbani VIII. *De Apoſtatis, & eiectis*, in quo decernit, quod Apoſtatæ, & fugitiui, ſiue habitum regularem dimiſerunt, ſiue non, debeant ab Epiſcopo loci, vbi moram trahunt, conijci in carceres, ac conſignari Superioribus regularibus, iuxta eorumdem regularia inſtituta puniendos. Et ita tenent Miranda *tom. 1. Manual. quæſt. 51. ar. 3.* Lezàna *tom. 1. quæſt. Regul. cap. 16. num. 17.* Ceſped. *de Exempt. Regul. cap. 16. 244. num. 2.* Vnde per hoc decretum videtur derogatum Concilio quò ad facultatem puniendi conceſſam Epiſcopis.

An Ordinarius poſſit impedire Mendicantes quærentes eleemoſynas ſuperfluas. Quæſt. XI.

SVMMARIVM.

131 *Praxis ad obuiandum, ne Mendicantes quærant eleemoſynas ſuperfluas.*
Epiſcopi tenentur prouidere neceſſitatibus pauperum.

132 *Mendicantes quærentes eleemoſynas ſuperfluas, merentur priuari priuilegio mendicandi.*
Non tamen Ordinarius poteſt circa hoc ſe ingerere.
Neque etiam titulo naturalis defenſionis.

131 Ad vndecimum. Regulares poſſunt petere eleemoſynas abſque licentia Ordinarij, ſi ad id faciendum à Sede Apoſtolica habeãt indultum: ſed ſuperfluas eleemoſynas petere non poſſunt. Neapoli vidi, quòd aliquando Vicarius Neapolitanus impediuit Mendicantes quærentes per ciuitatem eleemoſynas ſuperfluas, vt quia in vno conuentu aderat vnus, vel duo fratres ad ſummum, & mittebant quatuor, vel quinque quæſtores per ciuitatem, ſine neceſsitate, auferendo eleemoſynas verè indigentibus, de quo multi fratres fuerunt conqueſti in Vrbe; & fuit reſcriptum Vicario, quòd prædicta faceret cum benignitate, non tamen fuit prohibitum; & ſic Vicarius omnes licentias quærendi eleemoſynas, quas dicti fratres à Superioribus obtinebant, ſubſcribebat ad finem, vt cognoſceret illos, qui quærebant eleemoſynas, & quærentes ſine licentia ſubſcripta ab ipſo Vicario carcerabat: nam aliàs Mendicantes impediri non poſſunt, vt in compendio priuilegiorum Mendicantium, in verbo (*eleemoſynæ.*) Pro tali obſeruantia facit, quod mendicantes ſine neceſsitate grauiter delinquunt; cùm panem verè indigentibus auferant. *cap. Paſtor. 2. q. 1.* Ripa *de peſte, remedio præſeruatiuo num.* 169. & hac ratione prohibetur *in iure l. vnica C. de mendicantibus validis lib.* 11. & ibi Lucas de Penna; Et de ciuitate eſſe expellendos dicit Ripa vbi ſupra. Imol. *in cap. Odoardus, de ſolution.* ſed Epiſcopi ſunt Patres, & Protectores pauperum, quos defendere debent, *diſt. 87. per totum, cap. ſuper quibuſdam, de verbor. ſignificat. c. 1. 82. diſtin.* vbi dicitur, quod Epiſcopi (quantum eis eſt poſsibile) tenentur prouidere neceſsitatibus pauperum. *facit c. 8. ſeſſ. 22. de reform. Conc. Trid.* & proinde tamquam Patres, & defenſores pauperum, quorum victus aufertur, & ad obuiandum delicto, poſſunt Epiſcopi tales mendicantes ſine neceſsitate impedire, nec eorum priuilegium de mendicando, eſt intelligendum cum fraude, & præiudicio aliorum *l. 2. §. merito, & §. ſi quis à Principe ff. ne quid in loco publico.*

Digitized by Google

ADDITIO.

132 Doctrina, & praxis, de qua auctor, non poteſt vllo pacto ſubſiſtere. Licet enim conquirentes eleemoſynas ſupra ipſorum indigentiam maleſaciant, & præiudicent cæteris indigentibus, & proinde tanquam abutentes priuilegio mereantur ipſo priuari, iuxta *Cap. Vbi iſta. diſt.* 74. & *Cap. Priuilegium*, 11. *quæſt.* 3. & *Cap. Licet de Regular.* & *Cap. Tuarum de Priuileg.* Attamen non pertinet ad Ordinarium priuare Regulares exemptos priuilegio, quando eo abutuntur; neque ipſum reſtringere, aut ponere aliquod impedimentum exequutioni, aut aliquo pacto corrigere, aut in ipſorum vſu contradicere. & contrarium faciendo incurrerent pœnas interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ, & ſuſpenſionis ab adminiſtratione, & regimine ſuarum Eccleſiarũ. Quas poſuit Sixtus Quartus ad fauorem Prædicatorum, Minorum, & Carmelitarum, vt in eorumdem Mari magno, & Innocent. VIII. in fauorem Seruitarum, vt ſimiliter in ipſorum Mari magno. Et ſicuti non poſſent laici moleſtare religioſos circa priuilegium quærendi eleemoſynas, quia non ſubduntur ipſorum iuriſdictioni, ita neque Ordinarij, quia ſimiliter exempti non ſubduntur ipſorum iuriſdictioni.

Neque prætendere poſſunt titulum naturalis defenſionis, quaſi defendant alios pauperes contra nimiam auiditatem eleemoſynarum Regularium: quia tunc defenſio haberet locum, quando conſtaret, alios pauperes non habere ſufficientes eleemoſynas ex hoc capite, & quando non ſuppeteret legitimum remedium; quod tamen ſemper in promptu eſt, cum poſſint interponere querelas apud Superiores illorum religioſorum, aut recurrere ad S. Congregationem pro remedio.

An & quomodo puniantur religioſi committentes fraudes circa exemptiones ſibi conceſſas. Quæſt. XII.

SVMMARIVM.

133 *Pœnæ Regularium committentiũ fraudes circa exemptiones ſibi conceſſas.*

134 *Pœnæ religioſorum fraudantium decimas de non exemptis.*

133 Ad duodecimnm. Reſp, Clemens Quintus *in Clement.* 1. *de decimis*, Religioſis fraudem committentibus pœnas imponit, vt in dicta *Clement.* vbi ſcribentes vberrimè de hoc agunt.

ADDITIO.

134 In hac Clement. nequaquam imponuntur pœnæ religioſis committentibus fraudem circa exẽptiones ſibi conceſſas, ſed ijs ſolis, qui exempti à ſoluendis decimis committunt fraudem circa res non exemptas à decimis, vt ſi aliena animalia cum proprijs immiſceant; & cum lex ſit pœnalis, non debet extendi vltra materiam, pro qua imponitur. Vnde Gloſ. *ibid.* verbo *Immiſcentium*; quod Religioſi immiſcentes animalia decimis ſubiecta cum ſuis non ſubiectis, non perdunt priuilegium quò ad propria animalia.

An probandus dolus, vt locum habeat pœna Clemen. 1. de Decimis. Quæſt. XIII.

SVMMARIVM.

135 Clemen. 1. de Decim. *Diſpoſ. habet locum probata ſola contrauentione.*

136 *Quando dicta diſpoſitio habet locum, conſtat etiam de dolo.*

135 Ad decimumtertium. Reſp. Satis eſt probatus actus abſque probatione doli, cum Religioſi habeant contra ſe ius commune *cap. ad decim.* cum ibi notat. *de reſtit. ſpoliat.* & hoc dummodò niſi aliqua rationabilis præſumptio per Religioſos deducatur, vt aduertit Bellamer. *in repetit. dict. Clement. n.* 206. & Zabarel. *ibidem n.* 3.

ADDITIO.

136 Stando intra terminos diſpoſitionis dictæ Clemen. certum eſt, non eſſe probandum dolum, quia nunquam bona fides poteſt habere locum, quãdo pœna ibi impoſita locum habet, niſi interponatur requiſitio ab intereſſe habentibus, vt clarè diſponitur per illa verba, *Niſi poſt requiſitionem per eos, quorum intererit ſuper hoc eis factam, à præmiſſis deſtiterint infra menſem; aut ſi de ijs, quæ contra præmiſſa vſurpare, vel retinere præſumpſerint, infra duos menſes damnificatis Eccleſijs emendam non fecerint*

rint competentem, ſint, & tamdiu maneant ab officijs, adminiſtrationibus, & beneficijs ſuis ſuſpenſi &c. Vnde quando eò deuenitur, vt pœna locum habeat, iam conſtat de dolo, & contumacia: nam ſi habent aliquam exceptionem poſſunt opponere infra tempus conceſſum ad ſatisfaciendum.

Alia Dubia circa Regulares extra ſepta delinquentes notoriè &c.

SVMMARIVM.

137 *Delinquens intra Eccleſiam ſui Monaſterij an delinquat extra clauſtra.*

138 *Regularis incidens in excommunicationem ob notorium delictum, an poſſit ab Ordinario declarari excommunicatus.*

ADDITIO.

137 Circa præſentem materiam dubitari etiam poteſt, an præſens diſpoſitio Concilij locum habeat, ſi notoriè delinquat intra Eccleſiam ſui Monaſterij. Barboſa in Collect. *ad cap. ult. num. 8. de ſtatu Monach.* Sperel. *deciſ. 38. num. 15. par. 1.* Nouar. *in Lucerna regul.* verbo *Delinquens*, *num. 9.* afferunt declarationem S. Congregat. quod habeat locum diſpoſitio Concilij. At verò Nouar. *in ſum. Bullarij.* Tit. *de regular. delinquen. ad Bullam Clemen. VIII. num. 9.* affirmat oppoſitum fuiſſe declaratum. Vnde cum ex his oppoſitis declarationibus mens S. Congregat. fiat incerta, quamdiu, quid ſentiat, certum fiat, ſtandum eſt poſteriori declarationi, tanquam illi, quæ magis congruit decreto Concilij: nam vt notat Lezana *in ſum. verbo. Delinquens regularis. in fine.* Qui eſt in Eccleſia verè eſt intra clauſtra. Deinde, quia totum Monaſterium ſimul cum Eccleſia eſt de iuriſdictione Prælati Regularis, & eſt veluti territorium ipſius: vnde nullo modo delictum ſpectat ad Epiſcopum, ſicut ſpectaret, niſi obſtaret exemptio, ſi extra clauſtra committeretur, nam eſſet commiſſum in territorio Epiſcopi.

138 An autem ſi religioſus ob notorium crimen incidat in excommunicationem, poſſit ab Epiſcopo declarari excommunicatus? negatiuè reſoluendum eſt iuxta doctrinam Butrij *in cap. Non poteſt. de ſent. & re iud.* Abbatis *ibid. num. 6.* Felin. *num. 3.* ver. *Tamen non eſſet.* Et ita tradunt Graſ. *par. 1. deciſ. lib. 2. cap. 49. n. 70.* Zerola *in praxi Epiſc. par. 1.* verbo *Excommunicat.* Rodriquez *tom. 1. quæſt. regul. quæſt. 63. ar. 7.* Sorbus *in compen. priuileg.* verbo *Exemptio. §. 14. in adnotat.* Peirin. *de priuileg. ad Conſtit. 2. Sixti IV. §. 10.* Brunus *de priuil. regul. tract. 2. cap. 4. propoſ. 6.* qui alios citat. Vulpes *in praxi cap. 42. num. 25.* Nauar. *Conſil. 2. num. 2. de ſent. excommun.* Antonel. *de regim. Eccleſ. lib. 7. cap. vlt. n. 2.* Quia ad declarandum aliquem excommunicatum requiritur iuriſdictio ſupra ipſum: nam debet citari ad dicendum, quare non debeat declarari excommunicatus, & debet eo audito ferri iudicium, an incurrerit excommunicationem; quæ omnia ſunt actus iuriſdictionis, quam Ordinarius non habet in exemptos. Neque obſtat *Cap. Nulli de ſent. excom.* Quia ibi nulla datur facultas Ordinarijs declarandi excommunicatos exemptos, quod hodie extenditur ſolum ad denunciatos: vnde relinquitur iuri communi facultas denunciandi, cui derogari non poteſt niſi à Summo Pontifice, aut S. Congregat. de ſpeciali conſenſu eiuſdem.

BRE-

BVLLA
FOELICIS RECORDATIONIS
CLEMENTIS VIII.
IN QVA STATVITVR,

Quòd in crimine assassinij contra personas Ecclesiasticas, declaratio spectet ad Iudicem Ecclesiasticum; & contra Milites, aliasque personas Conuentuum, & Hospitalis S. Io. Hierosolymitani pertineat ad eorum Superiores, adiuncto Episcopo loci, antequam Iudices sæculares aliquam declaratoriam desuper ferant, vel ad pœnarum executionem deueniant.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

139 *Equa, & circumspecta Romani Pontificis prouidentia, inter cætera, quæ ei diuinitus incumbunt onera, illud etiam solicitè prospicere, & cauere debet, ne sæculares Iudices in personas Ecclesiasticas, & præsertim Hospitalis S. Io. Hierosolymitani, pro fidei catholicæ aduersus Christiani nominis hostes defensione assiduè laborantes, sub prætextu criminis assassinij, vltra quàm deceat manus extendant.*

2 *Propterea Nos pro pastoralis Officij nostri munere, his malis, atque incommodis, quæ de cætero euenire possent, opportuna ratione obuiare volentes, & vt Milites Religiosi, ac persona Hospitalis prædicti, in suis immunitatibus, & priuilegijs, vt par est, conseruentur illæsi: Motu proprio, non ad ipsius Religionis, aut alicuius pro ea nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine;*

3 *Hac nostra perpetuis futuris temporibus valitura constitutione decernimus, declarationem criminis assassinij ad Iudicem Ecclesiasticum omnino pertinere.*

4 *Ideòque omnibus, & singulis quarumcumque Ciuitatum, Prouinciarum, Terrarum, Regnorum, & Dominiorum Curijs, Tribunalibus, Magistratibus, necnon Gubernatoribus, Potestatibus, Officialibus, & Ministris, cæterisque personis quacumque etiam Regali, Imperiali, & alia auctoritate, & potestate fungentibus & functuris, auctoritate Apostolica tenore præsentium districtè prohibemus, atque interdicimus, ne sub excommunicationis maioris latæ sententiæ, à qua non nisi à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo constituti absolui queant, alijsque pœnis nostro, & successorum nostrorum pro tempore existentium arbitrio infligendis, & per quemcunque eorum ipso facto & ipso iure sine aliqua declaratione incurrendis, audeant vel quoquo modo præsumant, ex nunc de cætero in perpetuum contra aliquos dicti Hospitalis Fratres, Milites, ac Religiosos, Donatos, familiares, seruitores, necnon Presbyteros sæculares eorum Ecclesijs inseruientes, dum eis inseruiunt, & alias quasuis personas dicti Hospitalis, declaratoriam aliquam sententiam ferre, quòd assassinij crimen commiserint, neque ad pœnarum executionem deuenire, nisi prius per Superiores eorum, adiuncto sibi loci Episcopo declaratum fuerit eos tale assassinum commisisse: non obstante quauis etiam antiquissima & immemorabili consuetudine incontrarium forsan quomodolibet vigente.*

5 *Decernentes quoque sic in præmissis omnibus per quoscunque Iudices & Commissarios Ecclesiasticos & sæculares, quauis etiam Imperiali, Regia, Ducali, aut alia auctoritate & potestate fungentes, & functuros: Sublata eis & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere: ac irritum & inane quicquid secus super his à quoquam, quauis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.*

6 *Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſuis conſtitutionibus & ordinationib. Apoſt. etiam in corpore iuris clauſis, necnon ſtatutis, legibus, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apoſt. quibuſuis huiuſmodi Curijs, Tribunalibus, Magiſtratibus, & alijs ſupradictis, eorumque Iudicibus, ac alijs Superioribus, & perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis in contrarium forſan quomodolibet conceſsis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiamſi de illis eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica & indiuidua mentio facienda eſſet, illarum huiuſmodi tenores præſentibus pro plenè & ſufficienter expreſsis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, latiſſimè hac vice ſpecialiter & expreſsè derogamus, ceteriſque contrarijs quibuſcunque.*

7 *Volumus autem quòd præſentium tranſumptis etiam impreſsis, manu Notarij publici ſubſcriptis & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ,*

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 18. Decemb. 1595. Pontificatus noſtri Anno quarto.

QVÆSTIONES.

140 1 Quæ fuerit potiſſima cauſa huius Pontificiæ Conſtitutionis.

2 Quid ſentiebant Doctores ante hanc Pontificiam declarationem.

3 Quinam dicantur Aſſaſſinij; & quid, ſi occiſus non ſit Chriſtianus.

4 An Aſſaſſini hodie reperiantur in illo genere, de quo diſponitur in cap. 1. de homicidio, in 6.

5 Quid ſi ad ſuam vindicandam iniuriam ſuis manibus Petrus aliquem interficiat, & pecunia mediante aliquos alios ad ſibi auxiliandum inducit, erit ne patratum crimen aſſaſsinij?

6 Quomodo conſtare debeat, ſi pecunia pro homicidio fuerit data. Et an mandans, & mandatarius probari debeant, ſi detur corpus Aſſaſsinij.

7 An aſſaſsinij crimen detur, ſi mandans interfuerit homicidio.

8 An aſſaſsinium probetur, etiamſi interuenerit promiſſio pecuniæ, & etiamſi fuerit facta ſine aliqua ſcriptura.

9 An aſſaſſinium inducatur, ſi committatur homicidium pro complacentia alicuius.

10 An aſſaſsinium inducatur per ſimplicem pollicitationem, & an requiratur mutua promiſſio, & obligatio.

11 An, vt inducatur aſſaſsinium, requiratur, vt promiſſio fuerit acceptata, & etiam promiſsio certa.

12 An ſufficiat promiſsio incerta & generalis.

13 An vt inducatur aſſaſsinium in non ſubiecto, requiratur datio, vel promiſſio: & quidem in filio, vel alio ſubiecto, non cadat aſſaſsinium.

14 An promiſſio facta pro expenſis, damnis, intereſſe pro homicidio committendo, inducat aſſaſſinium.

15 An probetur aſſaſſinium per indicia, & coniecturas.

16 Quænam ſint iſta probabilia argumenta.

17 An proceſſus factus contra perſonam Eccleſiaſticam coram Iudice laico probet.

18 An confeſſio facta per Clericum coram Iudice laico, ſufficiat ad condēnandum, etiam ſi ſponte confeſſus fuerit.

19 Teſtes examinati per Iudicem incompetentem, an poſſint ſe referre ad primum examen, vel potius teneantur deponere per extenſum.

20 An proceſſus informatiuus Iudicis laici ſaltem ſufficiat ad examinandum Eccleſiaſticum coram Iudice Eccleſiaſtico. Et an Epiſcopi poſsint ſtare proceſſui fabricato per Curiam ſæcularem ſuper qualitate aſſaſſinij, & ſimilibus, vt in Bulla Greg. XIV. ad effectum remittend ad ipſam Curiam ſæcularem delinquentes.

Que-

Quænam fuerit cauſa Conſtitutionis Clementis VIII. circa crimen aſſaſſinii. Quæſt. I.

SVMMARIVM.

141 *Finis huius Conſtitutionis eſt, ne laici violent immunitatem Eccleſiaſticorum.*

141 Ad primum. Reſp. Ne Iudices ſæculares in perſonas Eccleſiaſticas, vltra quàm deceat, manus extendant, prætextu criminis aſſaſsinij, vtque Milites Religioſi ſuis priuilegijs perfruantur.

Declaratio criminis aſſaſinii ad quem iudicem ſpectet. Quæſt. II.

SVMMARIVM.

142 *Declarare crimen aſſaſſinij ſpectat ad iudicem Eccleſiaſticum, quo ad Eccleſiaſticos.*

143 *Iudicium Clerici non poteſt incipere à iudice laico.*

142 Ad ſecundum. R. Aliqui voluerunt hanc declarationem ſpectare ad Iudicem ſæcularem, quos refert Clar. *q.* 36. *num.* 31. ſed contrariam opinionem veriorem fatetur de iure Clar. *ibidem*, eamque probant Ignat. Lopez *in addit. ad* Diaz *in pract. Canon. crimin. cap.* 101. ſecundum poſtremam impreſsionem in littera *B.* verſ. *Notabis*. Farinac. *quæſt.* 123. *num.* 68. & Scaccia in ſuo tractat. *de Iudic. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 70. poſt Card. Alban. quem allegat, *in conſ.* 31.

ADDITIO.

143 Præter citatos Doctores ita etiam tradunt Plaza *in Epitome delict. cap.* 19. *num.* 17. Capica *deciſ.* 112. *num.* 2. Quia iudicium Clerici tanquam perſonæ exemptæ non poteſt incipere à Iudice laico; & cum non ſubijciatur Iudici laico, niſi ratione criminis aſſaſsinij, debet prius conſtare de fundamento ſubiectionis, quam incipiat iuriſdictio. Si autem iudex laicus cognoſceret de crimine, prius exerceret iuririſdictionem, quam ſciret an ſit ſua iuriſdictio: cognoſcere namque de aſſaſsinio, eſt exercere iuriſdictionem.

Quinam dicantur aſſaſsini. Quæſt. III.

SVMMARIVM.

144 *Aſſaſſinus eſt qui præmio occidit, aut facit occidere.*

Si occiſus non eſt Chriſtianus, non eſt propriè aſſaſsinium.

145 *An mandãs aliquem vulnerari dato pretio, committat aſſaſſinium.*

146 *Solum homicidium fundat aſſaſſinium.*

147 *Pœna aſſaſſinij non habent locum, quando mandatum non eſt ad occidendum.*

144 Ad tertium. R. Communis, & à conſuetudine approbata eſt opinio, quod indiſtinctè, & generaliter dicuntur Aſſaſsini omnes, qui præmio homines occidunt, ſeu occidere faciunt; ſicuti ſenſerunt plures relati per Plaz. *cap.* 19. *poſt nu.* 2. *verſ. plerique tamen*, Boſſ. *in tit. de mandat. ad homicidium nu.* 16. Clar. *in pract. §. aſſaſſinium in princ.* Brun. à Sole, *d. q.* 34. *nu.* 5. *& 6.* & *poſt nu.* 8. *iuncto n.* 19. *& ſeq.* & *num.* 25. poſt med. Decian. *in tract. crimin. to.* 1. *lib.* 4. *c.* 9. *nu.* 79. *& ſeq. fol.* 161. Tamen ſi occiſus non fuerit Chriſtianus, tunc non dicitur propriè commiſſum aſſaſſinium, nec locum habet diſpoſitio tex. noſtri *in c. pro humani*, ſecundum communem Doctorum opinionem, de qua per Boſſ. *in tit. de mand. ad homicid. n.* 22. Couar. *variarum reſol. c.* 20. *n.* 10. *verſ. hinc apparet, fol.* 669. Petr. à Plaz. *d. c.* 19. *nu.* 29. Clar. *in d. §. aſſaſſinium in princ.* Maſcard. *de probat. lib.* 1. *concluſ.* 138. *n.* 13. Peguer. *deciſ. crim.* 5. *n.* 19. *ad med.* & ab hac communi non crederem eſſe recedendum in iudicando, quamuis de ea non ſine probabili ratione dubitari iudicet. Brunorus à Sole *d. q.* 34. *num.* 23. *& 24.*

Digitized by Google

ADDITIO.

145 An autem aſſaſſinium committatur, quando quis pacto pretio mandat aliquem vulnerari. Et partem affirmatiuam videntur tenere Alexan. *conſil.* 166. *num.* 5. *lib.* 7. Hieronym. de Monte *quæſt.* 16 *variar. lib.* 1. Couarruuia *lib.* 2. *variar. reſol. cap.* 21. *num* .9. Berous *conſil.* 195. *num.* 13. *lib.* 3. Vinius *in comman. opinion.* verbo *aſſaſſini* , Plaza *in Epitome delict. cap.* 19. *num.* 2. Brunorus à Sole *quæſt.* 34. *legal. num.* 1.

146 Verum communis, & recepta ſententia tenet, quod tunc ſolum aſſaſſinium locum habeat, quãdo interpoſito pretio paciſcitur de homicidiò. Ita Archidiacon. *in cap.* 1. *de homicid. in 6.* Francus *ibid.* Geminian. §. *Cum igitur num.* 9. cæterique Doctores *ibid.* Angel. *in l. qui Sepulchra C. de ſepul. violat.* Salycet. *in l. non ideo minus ff de accuſat.* Boſſius *in pract. crimin. tit. de mand. ad homicid. num.* 35. Carrer. *in pract.* verbo . *Circa igitur tertium . de homicid. num.* 3. Iodoc. *in prax. cap.* 83. *de aſſaſſin. nu.* 1. Clar. *item in prac. crimin §. aſſaſſinium, init.* teſtans de communi. Io. Maria Monticel. *in pract. reg.* 8. *n.* 4. Corneus *conſil.* 249. *num.* 2. *lib.* 1. Burſat. *conſil.* 192 *num.* 6. *lib.* 2. Gabr. *conſil.* 170. *num.* 6. *lib.* 1. Matth. Brun. *conſil.* 115. *num.* 74. *tom.* 2. *conſil. crimin. diuer.* Riminal. *iun. conſil.* 685. *num.* 4. Tiber. *Decian. conſil.* 82. *num.* 3. *lib.* 2. Peguera *deciſ. crimin.* 5. *n.* 19. Capic. *deciſ.* 155. Bart. *in l. Non ſolum* §. *ſi mandato num.* 14. *ff. de iniur.* Caſtrenſ. *in l.* 1. §. *vlt. ff. de eo , per quem facł. er.* Et deſumitur ex dicto cap. 1. *de homicid. in 6.* vbi Pontifex crimen aſſaſsinij coarctat ad ſolum homicidium.

147 Hinc pœnæ aſſaſſinij non habent locum, quando mandatum non eſt ad occidendum , vt tradunt Archidiacon. *in cap.* 1. *num.* 1. *de homicid. in 6.* Geminian. Io. Andr. Franc. & alij *ibid.* Tiber. Decian. *lib.* 9. *cap.* 30. *num.* 41. *tom.* 2. *criminal.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 138. *num.* 10. Baiar. ad Clar. §. *aſſaſſinium . num.* 2. Farinac. *in praxi quæſt.* 123. *de homicid. num.* 139. Petrus Cabal. *de omni genere homic. num.* 499. Guazzin. *ad defen. reor. lib.* 1. *defenſ.* 1. *cap.* 38. *num.* 42. verb. *ſecus erit tom.* 1. Craſſ. *de effect. Cleric. effect.* 1. *num.* 691. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 598. *num.* 10. Caroc. *deciſ.* 39. *n.* 8. Marſil. *de indult. cap.* 29. *n.* 12. Anton. Gabr. *concluſ.* 1. *n.* 30. *lib.* 7 Honded. *conſil.* 93. *num.* 65. *lib.* 3. & communiter.

An hodie aſſaſsini ſint illius generis , de quo in cap. 1. de homicid. in 6. *Quæſt. IV.*

SVMMARIVM.

148 *Aſſaſſinium hodiernum non eſt illud, de quo in cap.* 1. de homicid. *in 6.*

149 *Pœnæ ſpirituales dicti cap. hodie non habent locum.*

150 *Sed ſolum corporales.*

148 Ad quartum. R. Aſſaſſini hodie non reperiuntur in illo genere , in quo diſponitur in *c.* 1. *de hom. lib.* 6. quia illi erant ſoli , & quidam Pagani , ſeu Saraceni , ſeu Agareni ſub ditione vel vaſſalli cuiuſdam domini , qui ſibi perſuadebant eſſe opus notabile , & heroicum, interficere aliquem , quem ſuus dominus iuberet , quomodocumque , & quacumque cauſa ille imperaret, imò non eſſe omittrndum id , quamuis opus eſſet interfici . Nauar. *c.* 27. *n.* 135. Sylueſt. in ver. *aſſaſſinus n.* 1. Ang. eo verb. *initio* . Armil. in eo verb. & in verb. *excommunicatio c. c.* 67. Gloſ. *in d. cap.* 1. in verb. *formidantem* . Hinc fit, hodie non incurri pœnas impoſitas in illo *c. niſi pœnas temporales*, prout narratur in d. tex. Iſta eſt communis ſententia. Couar. *lib.* 2. *cap.* 20. *nu.* 9. *ver.* 1. 2. *&* 3. *var. reſolut.* Sylueſt. *loc. cit. nu.* 2. §. 1. Nauar. *loc. cit.* Capyc. *deciſ.* 112. *&* 155. *n.* 22. & 25. quidquid dicant Angel. *loc. cit.* & Diaz *in pract. crim. can. c.* 91. niſi intelligant aſſaſſinum in proprio ſignificato, vt ſup. & Aegid. Boſ. *in tit. de mand. ad homicid. nu.* 16. Aret. *conſ.* 164. *col.* 16. Ioan. Andr. & Arch. *in illo cap.* & hoc nomen, aſſaſſinus , non reperitur expreſſum in iure ciuili , cum non ſit nomen artis , ſed per æquipollens fit mentio de eo. *l. non ſolum, §. ſi mandato ff. de iniur.* Bald. *l. non ideo minus , C. de accuſat.* vide Gom. *in d. cap.* & Ioan. Andr. *in c. pen. de Cler. non reſid.*

ADDITIO.

149 Præter citatos Doctores , quod diſpoſitio cap. 1. *de homicid. in 6.* non habeat locum quando conducitur Chriſtianus ad alium Chriſtianum occidendum quo ad pœnas ſpirituales, notant etiam Tiberius Decian. *lib.* 4. *tract. crimin. cap.* 9. *num.* 80. *tom.* 1. & alij . Sacra tamen Congregat. practicat oppoſitum .

150 Quod autem habeant locum pœnæ corporales , non ſecus ac ſi conduceretur infidelis aliquis illorum, de quibus procedit dicta diſpoſitio, tradunt Couarru. *in Clement. ſi furioſus . par.* 2. *init. num.* 9. Chaſſaneus *in conſuet. Burgund. Rubr.* 1 §. *videndum num.* 7. teſtans de praxi. Plaza *in Epitome delictor. cap.* 19. *num.* 10. Afflict. *ad conſuetud. Neapolitan. lib.* 1. *Rubr.* 12. *num.* 16. Tiraquel. *de pœn. leg. can.* 37. *num.* 4. Menoch. *de arbitr. caſu* 360. *numer.* 42.

Gram-

Digitized by Google

Grammat. *Voto 9.* Cabedo *ad Diaz cap.* 100. ver. *Secundus cetus* Feder. Scot. *resp.* 8. *num.* 17. Et merito. Quia aſſaſſini huius temporis ſubrogati ſunt in locum antiquorum, & ideo induunt eorumdem naturam, *l. ſi eum §. Qui iniuriarum. ff. ſi quis caut.* imo atrocius delinquunt, quia Chriſtiani Chriſtianos occidunt accepto pretio.

Inducens pacta pecunia ad ſibi auxiliandum in homicidio, an ſit aſſaſſinus. Quæſt. V.

SVMMARIVM.

151 *Solum mandans pretio dato, aut interficiens accepto, eſt aſſaſſinus.*

152 *Aſſaſſinium requirit mandantem, & mandatarium.*

151 Ad quintum. R. Non, quia aſſaſſinus ille eſt, qui præmio aliquem interficit, vel interfici mandat. Clar. *in §. aſſaſſinium, in princ.* & Vinc. de Franc. *deciſ.* 176. *n.* 3. Petrus autem non corruptus pecunia deliquit, nec premio homicidium ab eis fieri mandauit, vt præclarè ſcribit Gabr. *conſ.* 170. *lib.* 1. *n.* 7. & 13. quem emendat, & ei alios cumulat Farinac. *quæſt.* 123 *num.* 148.

ADDITIO.

152 In præſenti caſu, aſſumpti in auxilium pro homicidio ſunt tantum cooperatores homicidij, & acceſſorij ad principalem occidentem, & ideo ſequûtur naturam ipſius, qui cum non occidat ex mandato cum pacto de præmio, non eſt aſſaſſinus, & proinde nec etiam cooperatores. Rurſus, ipſe non mandat, homicidium, ſed facit vt principalis. Vt ergo locum habeat aſſaſſinium, requiritur mandans, & mandatarius, qui intuitu præmij ſuſcipiat in ſe negotium homicidij.

Quomodo conſtare debeat de aſſaſſinio. Quæſt. VI.

SVMMARIVM.

153 *Vt aſſaſſinium probetur debet probari mandatum, & pactum de pecunia.*

154 *Pœnæ* cap. 1. de homicid. in 6. *an locum habeant in mandatario.*

153 Ad ſextum. Reſp. In iſto crimine aſſaſſinij dicitur conſtare de illius corpore, quando probatur, quod aliquis accepta pecunia ab aliquo, mediante mandato, alterum occidit. Cap. *pro humani de homicid. in ſexto*, qui tex. licet videatur loqui de mandante, tamen communiter receptum eſt, vt habeat etiam locum in mandatario. Ant. Gomez *tit. de delict. cap.* 3. *nu.* 2. & *ſeqq.* vbi de recepta ſententia. Ant. Gabr. *lib.* 7. *concl.* 1. *n.* 1. & 32. Decian. *in tract. crim. lib.* 6. *cap.* 28. *n.* 18. cum alijs congeſtis per Modern. Rom. *quæſt.* 123. *n.* 1. & aſſaſſinium dicitur homicidium ex propoſito factum ab vno, & ab altero mandatum precio, ſiue pecunia, vel alia re data, vel promiſſa. Caualc. *de Brach. reg. part.* 1. *n.* 76. Et oportet, vt probentur mandans, & mandatarius, alias non diceretur conſtare de corpore aſſaſſinij, late Eugen. *conſ.* 76. *num.* 135 vbi ſubdit, quod ſi quis occidit aliquem ſub ſpe ſucceſſionis, non erit aſſaſſinium; prout ſi quis occidat aliquem in ſtrata publica, & illum derobet, non erit aſſaſſinium, ſed homicidium cum furto. Boſſ. *de tit. de foro competen. num.* 142. Caualc. *d. part.* 1. *num.* 78.

ADDITIO.

154 Comprehendi tantum mandantem in diſpoſitione *cap.* 1. *de homicid. in* 6. tenent Arnald. Albertin. *in c. Quoniam.* ver. *octauo, & vltimo fallit, de hæret. in* 6. Aretin. *conſil.* 165. ver. *Tertio allegant.* & proinde pœnas aſſaſſinij habere locum ſolum in mandante. Verum habere locum etiam in mandatario tenent communiter Angel. *in l.* 1. *C. de ſepulch. viol.* Paris de Puteo *De ſyndicatu*, verbo *Inquiſitio*: Thomas Grammat. *voto in fine.* Capic. *deciſ.* 155. Couarru. *lib.* 2. *variar. reſol. cap.* 20. *n.* 10. Plaza *in Epitome delict. cap.* 19. *num.* 9. Decian. *li.* 9. *praxis crimin. cap.* 30. Chaſſan. *ad conſuet. Burgund. Rubr.* 1. poſt ver. *Item etiam tenetur num.* 7. Clarus *lib.* 5. *ſenten. §. aſſaſſinium, num.* 7. Menoch. *de arbitr. caſu* 360. *num.* 42. Cabedo *ad Diaz cap.* 100. ver. *In interficiente.* Et meritò, quia qualitas delicti, cuius intuitu pœnæ conſtitutæ ſunt, ipſum qualificat etiam in mandatario: imo in ipſo habet maiorem turpitudinem, cum ratione mercedis inducatur ad occidendum.

Digitized by Google

Si mandans ſit præſens homicidio, an ſit aſſaſſinium. Quæſt. VII.

SVMMARIVM.

155 *Præſentia mandantis excludit aſſaſſinium.*

156 *Quid teſtis deponere debeat, vt probetur aſſaſſinium.*

155 Ad ſeptimum. Reſp. Debet probari abſentia mandantis: quia ſi fuerit commiſſum homicidium eo preſente, etiam pecunia interueniente, non dicetur aſſaſſinium, vt poſt alios quos allegat, & firmat Bertazzol. *conſ.* 143. *num.* 13. *volumine primo*, Hier. Gabr. *conſ.* 170. *in* 1. *dub. vol.* 1. Andr. Fachin. *conſ.* 83. *num.* 10. *lib.* 3.

ADDITIO.

156 Si non conſtet de abſentia principalis, neq; etiam conſtat de aſſaſsinio, quia non conſtat de mandato, quod neceſſarium eſt ad inducendum aſſaſſinium. Si enim principalis ſit præſens, cæteri habent ſolum rationem ſociorum auxiliantium; & proinde ſolum tenentur de aſſiſtentia ad delictum. Et ideo, vt conſtet de aſſaſſinio, depoſitio teſtis debet verſari circa mandatum, ita vt deponat de mandante, & mandatario, iuxta ea quæ tradunt, Bar. *in l. ſi is qui* 2. *§. ſi tu Titium. ff. de furtis* Alexand. *conſil.* 114. *num.* . . *vol.* 3. Bald. *conſil.* 259. *vol.* 1. Anton. Gabr. *tit. de maleſic. concl.* 2. *n.* 42. *li.* 7.

An probetur aſſaſsinium, ſi ſolum ſit promiſſa pecunia etiam ſine ſcriptura. Quæſt. VIII.

SVMMARIVM.

157 *Sola promiſſio pecuniæ etiam ſine ſcriptura inducit aſſaſsinium.*

158 *Etiamſi promiſſio non ſit de re certa, ſed generalis.*

157 Ad octauum. R. Conſtaret de aſſaſsinio, ſi probaretur promiſsio pecuniæ. Salic. *in l. non ideo minus n.* 36. *C. de accuſat.* Carret. *in praxi crimin. tit. de homicid. §. circa tertium in princ.* vbi do comm. Flamin. Pariſ. *de reſident. q.* 32. *n.* 49. vbi etian de communi. Ant. Gabriel. *lib.* 7. *de crim. concluſ.* 1. *n.* 1. *& ſeqq.* vbi de comm. idem Pariſ. *de conſid. q.* 66. *nu.* 24. etiamſi promiſsio fuerit facta ſine ſcriptura, vel alia cautela, Gram. *vot.* 9. *num.* 2. Iodoc. *in pract. crimin. cap.* 83. Rub. *de aſſaſ. num.* 2. Maſcard. *de probat. concl.* 138. *num.* 1. *in prima ampliat. lib.* 2. Anton. Gabr. *concl.* 1. *n.* 3. *lib.* 7. cum alijs allegatis per Modern. Roman. *queſt.* 123. *nu.* 36. *ſeq.* & ita etiam diſponitur hic in Curia per bannimenta edita *de anno* 1591. *capit.* 36.

ADDITIO.

158 Quamuis promiſſio non ſit de re certa, ſed tantum generalis, adhuc tamen ſufficiet ad inducendum aſſaſſinium, vt notant Aret. *conſ.* 164. ver. *Tertio allegant.* Alexan. *conſil.* 166. *vol.* 7. Anton. Gab. *lib.* 7. *concluſ.* 1. *num.* 3. Vincent. de Franchis *deciſion.* 176. *num.* 5. *& ſequent.* Nam licet promiſſio ſit de re incerta, adhuc tamen paciſcitur de vita hominis, & ſubijcitur pretio: quod ſufficit ad inducendum aſſaſſinium.

An ſit aſſaſsinus, qui non pretio occidit, ſed vt alijs complaceat. Quæſt. IX.

SVMMARIVM.

159 *Non eſt aſſaſſinus occidens, vt rem gratam alteri præſtet.*

160 *Ad aſſaſsinium quid requiratur.*

159 Ad nonum. Reſp. Qui vero non ſub ſpe prçmij, ſed vt alicui complaceat, aliquem interficiat; licet aliqui voluerint, quod dicatur committi crimen aſſaſſinij, & probata complacentia dicatur conſtare de aſſaſsinio. Decian. *in tract. crim. lib.* 9. *cap.* 30. *nu.* 16. Viu. *opin.* 74 *ſub n.* 1. Addentes ad Iul. Clar. *in §. aſſaſsinium in littera N.* cum alijs adductis per Mod. Rom. *queſt.* 23. *nu.* 38. Tamen veritas eſt, quod etiamſi probaretur dicta complacentia, non diceretur probatum corpus aſſaſsinij, Hier. Gabr. *conſ.* 170. *n.* 15. *& ſeqq. lib.* 1. vbi late, & ibi red-

dit

Digitized by Google

dit bonas rationes, & concordantes adducit late Honded. *conſ.* 93. *num.* 97. *& ſeq. volum.* 2. vbi relatis contrarijs, hanc opinionem tuetur. Moder. Rom. *conſ.* 10. *n.* 6. *vbi de communi*, Viu. *opin.* 14. *ſub num.* 1. *verſ.* 3. *quod aſſaſſinij*, vbi relatis contrarijs, hanc opinionem tuetur.

ADDITIO.

160 Hanc eandem opinionem, quod ſcilicet occidens animo complacendi alteri non committat aſſaſſinium, tenet etiam Bald. *conſil.* 372. *in fine vol.* 5. & approbat Anton. Gabr. *lib.* 7. *com. opin. concl.* 1. *num.* 5. Deficit enim conditio neceſſaria, quod vita hominis ſubijciatur pretio.

An ad aſſaſsinium requiratur mutua obligatio inter mandantem, & mandatarium. Quæſt. X.

SVMMARIVM.

161 *Ad aſſaſsinium requiritur contractus. Non attenditur tractatus, ſed concluſio.*
162 *Non ſufficit tractatus.*

161 Ad decimum. Reſp. Nec ſi probaretur ſimplex pollicitario, diceretur conſtare de corpore aſſaſsinij, niſi probetur tractatus, Gram. *vot.* 11. *nu.* 19. Riminald. iun. *conſ.* 685. *n.* 12. *& ſeq. volum.* 6. Honded. *conſ.* 93. *n.* 66. *vol.* 2. vbi de communi, latiſsimè Modern. Roman. *conſ.* 10. *n.* 4. vbi de communi, & ibi refert, quod Doctores volunt, vt interueniat contractus mutuæ voluntatis, vt ſi contractus fuiſset licitus, potuiſſet cogi ad ſoluendum.

ADDITIO.

162 Imo neque ſufficit, quod probetur tractatus, quia non attenditur, quid tractetur, ſed quid concludatur, *l. ſi voluntate C. de reſcin. vendit.* vbi Bald. Salycet. *not.* 1. Dec. *conſil.* 488. *num.* 10. Alexand. *conſil.* 28. *num.* 3. *lib.* 1. Rota *deciſ.* 76. *nu.* 1. *par.* 3. *recent.* Vnde ſi tractatus probaretur, & non concluſio, quamuis homicidium ſequutum fuiſſet, non probaretur aſſaſsinium, quia potuiſſet ſequi ex alia cauſa; nec ex tractatu rectè infertur ad concluſionē, & effectuationē. Bald. *in l. Multum intereſt n.* 2. ver. *Quandoque probatur. Cod. ſi quis alteri vel ſibi.* Alexan. *conſil.* 18. *num* 2. Dec. *in l. Non omnis. n.* 2. *ff. ſi cert. pet.* Rota *deciſ.* 148. *num.* 2.

An ad aſſaſsinium requiratur acceptatio promiſſionis Quæſt. XI.

SVMMARIVM.

163 *Ad aſſaſsinium requiritur acceptatio promiſſionis de pretio.*
164 *Non accepta promiſsione non habet locum pœna ordinaria aſſaſsinij ſequuto homicidio.*

163 Ad vndecimum. Reſp. Requiritur, vt promiſsio ſit acceptata, Doct. cumulati per Add. ad Modern. Roman. *in conſ.* 5. *in littera K. verſiculo, limitatur tamen*, & latiſsimè ipſe Modern. Roman. *conſ.* 10. *num.* 4. & ibi teſtatur de communi: nec in hoc ſufficeret dicere, quod præſumatur acceptaſſe oblationem, vt ſibi fauorabilem, ſed requiritur, vt dicta acceptatio expreſſe probetur, vt latè etiam declarat Rim. *Iun. conſ.* 685. *num.* 14. *ſeq. vol.* 6.

ADDITIO.

164 Hoc ſequitur ex modo dictis, quia ſi non acceptatur promiſſio, non habetur concluſio tractatus. Vnde ſi non acceptaretur, quamuis occideret non committeret aſſaſſinium, nec locum haberet pœna ordinaria aſſaſsinij, vt notant Bald. *conſil.* 82. *vol.* 3. Grammat. *voto* 11. *num.* 19. Quia non occideret inductus promiſsione, et proinde neque vt mandatarius. Vt autem locum habeat aſſaſſiniū, debet requiri occiſio in virtute mandati.

Digitized by Google

An pro aſſaſsinio ſufficiat promiſsio incerta. Quæſt. XII.

SVMMARIVM.

165 *Ad aſſaſſinium requiritur promiſsio certa.* *Promiſsiones iactatiuæ non inducunt obligationem.*
166 *Qualiter debet eſſe certa.*

165 Ad Duodecimum. Reſp. Debet probari promiſsio certa, quia non ſufficeret, ſi eſſet generalis. Riminald. Iun. *conſ. 76. num. 148. lib. 1.* & Hond. *conſ. 193. num. 66.* verſ. *aſſerentes* & *num. 88.* verſ. *nam ſi promiſſio generalis*, vbi de communi, & alios adducit *vol. 1.* ſed pro iſto artic. vide Doct. adductos per addentes ad Moder. Rom. *in conſ. 5. in littera K. verſ. limitatur 2.*

ADDITIO.

166 Hæc doctrina videtur contrariari dictis *num. 158.* Sed concordari poſſunt inter ſe ſic Doctores: quod nimirum intelligant, quod promiſſio debeat eſſe certa in ſeipſa, & non per verba generalia. Aliud enim eſt promiſſionem eſſe in ſe certam, & aliud eſſe de re incerta. Tunc enim promiſſio eſt certa in ſe, quando concipitur talibus verbis, vt habeat vim inducendi obligationem, ſi acceptetur; tunc enim habet veram ſubſtantiam promiſſionis, licet ſit de re incerta, quia in exequutione debet determinari ad rem certam iuxta ſubiectam materiam. Tunc autem eſt incerta, quando per talia verba generalia concipitur, aut per æquiuoca, vt non habeat vim inducendi obligationem, quales ſunt promiſſiones, quæ fiunt iactatiuo, & oſtentatiuo modo, quia non prouenit ex efficaci intentione, & proinde non eſt habenda ratio ipſorum *l. ſciendum §. 1. ff de ædilit. edic.* & *l. 3. §. fin. ff. de act. & obliga.* & notant Bart. *in l. Si verò, §. cum quidam. ff. Mandati.* Boer. *deciſ. 165. num. 37.* Cardin. *in cap. cum veniſſent de inſtit.* vbi & cæteri Doctores.

An ſi mandatarius ſit ſubiectus mandanti, aut filius, inducatur aſſaſſinium. Quæſt. XIII.

SVMMARIVM.

167 *Si mandatarius ſit ſubiectus, ad aſſaſſinium requiritur datio, vel promiſsio, ſecus ſi ſit filius:*
168 *In ſubiecto non cadit qualitas aſſaſſinij: An etiam in amicis & coniunctis.*

167 Ad decimumtertium. Reſp. Doctores videntur diſtinguere, quòd in non ſubiecto præfata omnia requirantur, ſed in filio, vel alio ſubiecto non requiritur datio, vel promiſsio, vt latè declarat Rim. Iun. *d. conſ. 685. n. 2. volum. 2.* vbi concordantes allegat Honded. *conſ. 93. n. 68. verſ. ſolum quidem, volum. 2.* qui etiam concordantes cumulauit: ſed benè dicunt, quòd deindo in ſubiecto non cadat qualitas aſſaſsinij, latè Maſcard. *de prob. concluſ. 138. num. 15. vol. 1.*

ADDITIO.

168 Ita conſuluit Bald. *conſil. 246. num. 1. vol. 2.* Quia nimirum tam filius, quàm quiuis alius ſubditus præſumitur occidiſſe ob morem gerendum patri, aut domino. Quod etiam videtur poſſe extendi ad coniunctos, & etiam in intrinſecos amicos, nã quò ad hos quoque præſumi poteſt, quod ſint inducti ad occidendum, ob morem gerendum. Si tamen conſtaret de mandato, & acceptatione mediante re aliqua promiſſa pretio æſtimabili, certè locum haberet aſſaſſinium, quia concurrerent omnia, quæ inducunt aſſaſſinium, & tunc præſumptio cederet veritati.

An promiſſio de reſarciendis expenſis, damno, &c. inducat aſſaſſinium. Quæſt. XIV.

SVMMARIVM.

169 *Promiſsio de reſarciendis expenſis, & indemnem præſtando, non inducit aſſaſsinium.*
170 *Promiſsio, vt inducatur aſſaſsinium, debet eſſe pro homicidio.*

169 Ad decimumquartum. Reſp. Nec minus, ſi probaretur, quòd fuerit aliquid promiſſum pro expenſis in delicto committendo, vel ſi delictum committeret, faceret ipſum à Curia libe-

Digitized by Google

liberari, vel ſoluet quicquid opus erit, pro liberatione obtinenda, vel, ſi aliquid ſibi fuit largitum pro reditu ad locum, vnde venerat ad delictum committendum, diceretur probatum aſſaſsinium, Eugen. *conſ.* 86.*n.* 139. vbi alios concordantes allegat; nec ſi aliquid ſibi fuerit commodatum, vel mutuo datum. Mod. Rom. *conſ.* 10.*n.* 5. & multa alia, ſi fuerint probata in iſto crimine, adhuc non diceretur conſtare de aſſaſsinio, quæ cumulauit Moder. Rom. *in q.* 123. *n.* 19. *cum multis ſeqq.*

ADDITIO.

170 Quicquid fuerit promiſſum, & intuitu cuiuſcunque tituli, niſi ſit promiſſum intuitu homicidij, non inducit aſſaſſinium, quia non ſubijcietur pretio, & contractui vita hominis. Quod enim pecunia, aut quid pretio æſtimabile ſit dandum pro homicidio ipſo, colligitur ex cap. *Pro humani, de homicid. in 6.* vt tradunt Archidiacon. *ibid.* Dominic. *§. Cum igitur, not.* 1. Ancharan. *not. 6. & alij.*

Aſſaſſinium an probetur per indicia, coniecturas, &c. Quæſt. XV.

SVMMARIVM.

171 *Ad probandum aſſaſsinium ſufficiunt præſumptiones &c.*
172 *Sufficiunt probabilia argumenta.*
173 *Quæ probabilia argumenta ſufficiant. Remanente aliquo dubio non dicitur conſtare.*

171 Ad decimumquintum. Reſp. Videntur concludere Doctores, quod in iſto crimine aſſaſſinij, ad illud probandum ſufficiant præſumptiones, coniecturæ, & argumenta, vt apertè legitur in capitulo, *pro humani, de homicid. in 6.* vbi omnes Doctores. Gram. *vot.* 18.*n.* 6. *Carrer. in pract. crim. in* 3. *tract. de homicid. & aſſaſs. §. circa igitur, num.* 29. *in fine*. Maſcard, *de probat. concluſ.* 137. *num.* 1. *vol.* 1. vbi de communi, Decian. *in tract. crim. par.* 2. *lib.* 9. *c.* 30. *tit. de mand. puer. interced.*

ADDITIO.

172 Quod ſufficiant probabilia argumenta per dictum *tex.* concludunt etiam Felin. *in cap. Afferte limit.* 3. *de præſump.* Hippolit. *in Pract. crimin. §. Examinanda.* Anton. Gabr. *lib.* 7. *concluſ.* 1. *de Malefic. num.* 20. Rolan. *conſil.* 27. *num.* 4. *lib.* 1. Farinac. *quæſt.* 123. *num.* 40. Cardoſus *in praxi* verbo *Aſſaſsinus, num.* 8. Boer. *deciſ.* 146. *num.* 5. Gutierer. *lib.* 3. *pract. quæſt.* 7. *num.* 21. Diaz *in praxi cap.* 100. *num.* 2. Lopez *l.* 3. ver. *Como los otros tit.* 27. *par.* 7. Quod non ſolum locum habet quò ad pœnam extraordinariam, ſed etiam quò ad ordinariam, vt notant Clar. *§. Aſſaſsinium*, ver. *Quamuis*. Plaza *in Epitome delict. cap.* 19. *num.* 16. Monticel. *in Reg. crimir.* 8. *num.* 23. Decian. *tract. crimin. lib.* 9. *cap.* 38. *num.* 22. Ioſeph Ludouiſ. *concluſ.* 45. *ampliat.* 1.

173 Verum hoc contrariari videtur illi regulæ, quod in criminalibus debent probationes eſſe luce meridiana clariores. neque enim hanc claritatem exhibere poſſunt ſola probabilia argumenta. Verum ceſſabit difficultas, ſi conſiderentur verba textus; inquit enim. *Et poſtquam probabilibus conſtiterit argumentis*. Dum enim coniungitur verbum, *Conſtiterit*, cum verbis, *probabilibus argumentis*, coarctantur probabilia argumenta ad illud genus, quod ſufficiens eſt, vt faciat conſtare de delicto. Et proinde admittendæ erunt probationes cuiuſcũque generis, ſiue ex coniecturis, ſiue ex præſumptionibus, ſiue ex teſtibus inhabilibus, quatenus poſſunt conducere ad venandam certitudinem facti; nam quandiu remanet aliquod dubium de crimine aſſaſſinij, non dicetur de ipſo conſtare, iuxta doctrinam Romani *conſil.* 329. *num.* 10. Tuſchi *littera C. concluſ.* 781. *num.* 2.

Quænam ſint probabilia argumenta, quæ ſufficiunt pro probando crimine aſſaſſinij. Quæſt. XVI.

SVMMARIVM.

173 *Probabilia argumenta pro crimine aſſaſſinij ſunt indicia indubitata.*
174 *Probabilia argumenta ſufficiunt, tantum coram iudice Eccleſiaſtico in ordine ad reum relaxandum Curiæ ſæculari.*
Probabilia argumenta quænam ſint.

Ad

173 Ad decimumsextum. Resp. Ista indicia, ac probabilia argumenta in isto crimine ad effectum condemnandi in pœnam ordinariam, interpretantur, vt sint indicia indubitata, secundum veriorem, & communem opinionem attestatam per Moder. Rom. *in dicta quæst.* 86. *n.*43. *&* 48. vbi licèt referat alios contrarium sentientes, vt non requirantur indicia indubitata, & quòd dicta probabilia argumenta non interpretentur in indicijs indubitatis: tamen ipse residet cum opinione supra firmata, cui ego etiam toto pectore assentio. & Carrer. vbi supra etiam dicit, quòd dicta opinio, vt sufficiant probabilia argumenta, procedat coram Iudice Ecclesiastico, secus coram Iudice sæculari, ad effectum puniendi, & quòd contrarium obseruare, alijs non concurrentibus, periculosum esset. & idem post alios, quos allegat, sequitur Moder. Rom. *dicta quæst.*123. *num.*47.

ADDITIO.

174 Retenta opinione, quod probabilia argumenta sufficiant coram tantum iudice Ecclesiastico, quæ videtur probabilior, quia agitur, de relaxando Curiæ sæculari: Rectè probabilia argumenta tunc dicuntur, quæ faciunt certum iudicium de assassinio, vt tradunt Plaza *in Epitome delict. cap.*19. *n.*14. Grammat. *voto* 11. *num.*22. Carrer. *in praxi tit. de homicid. §. Circa igitur tertium.* ver. *de homicid. num.*20. Farinac. *in praxi quæst.* 86. *num.* 43. *&* 48.

An processus factus à laico contra Ecclesiasticum probet coram iudice Ecclesiastico. Quæst. XVII.

SVMMARIVM.

175 *Processus iudicis laici non probat coram Ecclesiastico.*

176 *Est nullus defectu iurisdictionis.*

175 Ad decimumseptimum. Resp. Processus coram Iudice Ecclesiastico contra Clericum exhibitus nihil probat, quia fuit fabricatus à Indice laico, & ideo Iudex Ecclesiast. ei stare non debet, sed denuò testes examinare, & assumere informationes, Iul. Clar. *quæst.* 36. *num.* 44. Grammat. *consil.*42. *num.*2. Viui. *commun. opin.* in verb. *Iudex laicus,* Farinac. *consil.*77. *num.* 1. qui omnes testantur de communi, Alex. Ambros. *in tract. de immunit. Eccles. cap.*11. *num.*3. vbi alios allegat, & non valet, neque in negotio principali, neque in pœnam contumaciæ ob non comparitionem, Aufred. *de Capell. Tolos. decis.*165. *num.*1. nec si factus fuerit processus per Iudicem, vel Rectorem laicum contra scholarem Clericum, Aufrer. *decis.* 168. *num.* 3. *ad Capell. Tolos.*

ADDITIO.

176 Supradictis adde Felin. *in cap. At si Clerici de iudic.* vbi & cæteri Doctores. Feder. de Senis *consil.* 135. Tiber. Decian. *tract. crimin. lib.* 4. *cap.* 11. *num.*5. *par.*1. Quia nimirum fabricatio talis processus est actus omnino nullus defectu iurisdictionis, & ideò nullum effectum parere potest. *l. Non putauit §. Non quæuis ff. de bonor. possess. con. tab.* & *cap. illud de iurepatr.*

An spontanea confessio Clerici coram iudice laico sufficiat ad condemnandum. Quæst. XVIII.

SVMMARIVM.

177 *Confessio Clerici coram iudice laico non valet ad condemnandum.*

178 *An valeat vt extraiudicialis.*

177 Ad decimumoctauum. Resp. confessio facta coram Iudice sæculari, non operabitur, vt ex ea possit condemnari, *cap. At si Clerici, in princ. de Iudic.* Anton. de Butr. *cons.*161. *n.*3. *& num.*28. Anan. *num.*2. Abb. *num.*2. Villalob. *comm. opin. in littera C. num.*142. vbi de communi. Farinac. *tit. de reo confess. & conuict. quæst.*81. *cap.*6. *num.*193. etiamsi spontè confessus fuerit. Doct. *in d. cap. At si Clerici, & præcipuè Hostiens. num.*1. *in fin. Bellam. num.*15. Anchar. *n.* 7. Farinac. *dicto cap.*6. *quæst.*81. *num.*106.

Ad-

Digitized by Google

ADDITIO.

178 Sed an confessio facta coram Iudice laico valeat tanquam extraiudicialis confessio, negant Abbas *in cap. At si Clerici de iud.* latè Andreas Sicul. *ibi.* Alexand. *consil.* 13. *vol.* . . . At communis sententia tenet, quod valeat tanquam extraiudicialis confessio, vt notant Doctores in dict. cap. *At si Clerici*, *num.* 17. Tiber. Decian. *tract. crimin. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 64. *par.* 1. Nam quod sit facta coram Iudice laico, non tollit ab ipsa naturalem eius substantiam, sed solum operatur, quod tanquam iudicialis sit nulla: vnde cum adhuc secundum suum esse naturale sit manifestatiua delicti, nihil videtur obstare, quin abiecta iudicialitate possit adhiberi tanquam extraiudicialis. Solum obstare videtur, quod habuerit causam à Iudice laico, & proinde in odium vsurpatæ iurisdictionis non videtur adhibenda, neq; tanquam extraiudicialis; & hoc solum credo voluisse Doctores in oppositum citatos. Verum, quamuis fortasse regulariter ita esset faciendum, secus tamen in atrocioribus delictis, ne impunita remaneant.

An testes examinati coram iudice incompetenti, debeant per extensum deponere, quando repetuntur à competenti. Quæst. XIX.

SVMMARIVM.

179 *Testes debent deponere per extensum, quando repetuntur à iudice competenti.*

180 *Testis cur in causa Ecclesiastica non potest se remittere ad examen factum coram iudice laico.*

181 *Confessio coram iudice competente, si sit diuersa à confessione coram incompetente, quid faciendum si prima fuit iurata.*

182 *Quid si non fuerit iurata.*

179 Ad Decimum nonum. Resp. Videtur dicendum, quòd debet ita per extensum deponere, vt nulla ratio haberi debeat de primo examine, propter præsumptionem, quæ resultat contra illum, qui recepit primum examen nullum, ex eo quod errauit in suo officio, vt tradit decisio Auenionen. 91. *num.* 5. *per l.* 3. *§. quia potest. ff. de suspect. Tut.* idemque erit in examine recepto metu excom. Houit. *in Sylu. nupt.* in verbo *monitorie*, *num.* 6. Rip. *in tract. de remed. ad curand. pest. num.* 128. *dicta decis. Auenionen.* 91. *num.* 5. *vers. vnde*, vbi tamen subdit, et si sequatur in testibus variatio cum reuelatione facta metu excommunicat. erit nullius momenti, neque considerabilis, cum illa prima reuelatio nullam fidem faciat.

ADDITIO.

180 Procul dubio non potest testis se remittere ad depositionem factam coram iudice laico. Tum quia non extat in actis iudicis competentis. Tum quia est nulla, & non potest habere aliquem effectum, atque adeo nec influere in sententiam: nec sufficit quod videatur conualidari per id, quod testis ad illam se remittat: quia actus iudicij competentis non possunt influere in actus iudicij alterius incompetentis; & cum iudicium primum fuerit nullum à fundamentis defectu iurisdictionis, neque vlla pars ipsius conualidari potest, tanquam destituta fundamento necessario. Tum quia iudex ecclesiasticus acceptaret testimonium exhibitum coram laico, & tacitè depositionem approbaret.

181 Sed hic oritur dubium, quid faciendum, si testis deponens coram iudice ecclesiastico variaret à prima depositione. Resp. Quod cum depositio coram iudice laico sit consideranda tanquam extraiudicialis, vt dictum est *num.* 178. videndum est an fuerit coniuncta cum iuramẽto: & si fuit coniuncta, neutri deferendum est, quia stante dicto iurato extraiudiciali, si iudiciale ab ipso variet, neutri creditur, vt docent Abbas *in cap. per tuas.* ver. *Puta tamen de probat.* Dec. ver. *Primus quando.* Felin. *in cap. cum in tua*, ver. *Si tamen primum*, *de testib.* Cuman. *in l. qui falsa* ver. *in Glos. fin. ff. de testib.* Bald. *consil* 384. *circa fin. vol.* 3. Ruin. *consil.* 149. *num.* 25. *vol.* 15. Alexan. *consil.* 154. *circa fin.* verbo *Et quando*, *vol.* 1. Cruet. *consil.* 6. *num.* 16. & 44. Cepol. *consil. crim.* 60. ver. *Et potest etiam.* Boer. *decis.* 108. ver. *Et hoc quando.* Nam sic deponens non est integer testis, nec meretur aliquam fidem tanquam periurus. Vnde nec facit indicium ad torturam, vt tradunt Bald. *consil.* 471. *in fine.* ver. *Item posito. vol.* 2. Crueta *consil.* 6. *num.* 42.

182 At si forte in primo iudicio non exhibuisset iuramentum, standum esset posteriori depositioni iuratæ: quia nulla haberetur ratio de priori depositione, tanquam de dicto extraiudiciali, vt tradunt Abbas *in cap. per tuas*, ver. *Et hæc faciunt*, *de probat.* Aret. ver. *in glos. posita.* Ananias *in cap. Inquisitionis*, S. 3 *de accusat.* Felin. *in cap. cum in tua num.* 10. *de testib.* Dec. *in dict. cap. per tuas*, *in fine de probat.* Bald. *in l. nullum*, ver. *Sed quid si testis. C. de testib.* Roman. *in l.* 2 *§. creditum* ver. *aliquando testis ff. si cert. pet.* Salycet. *in l. si quis Decurio* ver. *Quæro, testis C. de fals.* Cuman. *in l. qui falsa* ver. *in glos. fin. ff. de testib.* Tyndar. *de testib. lib.* 2. *capit.* 1. *num.* 7. & alij, quos cumulat Antor. Gabr. *lib.* 7. *com. conclus.* 31. *num.* 1. ver. *Contrarium.*

Digitized by Google

An proceſſus iudicis laici ſufficiat, vt reus examinetur a iudice eccleſiaſtico: & an ſufficiat vt reus remittatur Curiæ ſæculari. Quæſt. XX.

SVMMARIVM.

183 *Clericus examinari poteſt à ſuo iudice vigore proceſſus fabricati à laico.*

Proceſſus iudicis laici an ſufficiat, vt aſſaſſinus Clericus remittatur Curiæ regulari.

184 *Clericus non poteſt à ſuo iudice interrogari vigore proceſſus fabricati à iudice laico.*

185 *Proceſſus iudicis laici poteſt inſeruire pro inſtructione Eccleſiaſtico.*

186 *Pœna aſſaſsinij an locum habeat, attentata, & non ſequuto effectu.*

187 *An degradandus aſſaſsinus, antequam conſignetur Curiæ ſæculari.*

183 Ad vigeſimum. Reſp. Vigore dicti proceſſus fabricati per Iudicem laicum, Clericus poteſt examinari ſuper delicto per Iudicem Eccleſiaſticum, *Praxis Archiep. Neapolit. c. 6. per totum*, de quo valde vidi dubitare in vrbe Romæ, cum ille proceſſus coram Iudice laico nullam fidem probatoriam faciat, nam conſtare debet coram Iudice Eccleſiaſtico per probationes per eum deſumptas ſuper qualitate aſſaſsinij, & ſimilium. Si producatur proceſſus etiam cum ſententia contra delinquentem fabricatus per Iudicem ſecularem, Iudex Eccleſiaſticus non poteſt ſtare dicto proceſſui, & ſententiæ, ad effectum remittendi, & conſignandi delinquentem ipſi Curiæ ſeculari; ſed tenetur ipſe Iudex Eccleſiaſticus nouas deſumere probationes, cū ille proceſſus Iudicis laici nullam fidem probatoriam faciat: & hæc valde ſtringunt pro deciſione iſtius dubij. Sed quia aliquando delictum eſt antiquum, vel fuit commiſſum in longinquis partibus, & adeo eſt occultum, vt forſan denuo probari non poſsit coram Iudice Eccleſiaſtico; & ne tam grauia crimina impunita remaneant, Epiſcopi ſolent bene percunctari proceſſum, informationes, teſtium depoſitiones, ſententiam, & alias circumſtantias, & qualitates reſultantes ex proceſſu fabricato per Iudicem laicum, & coram dicto Iudice Eccleſiaſtico reproducto; ac habitis informationibus extraiudicialibus de qualitate proditionis, aſſaſsinij, & ſimilium, ea omnia ſcribere Eminentiſſimis D. D. Cardinalibus ſacræ Congregat. ſuper Epiſcopis, & ab eis obtinere aliquando, vt delinquens tradatur Curiæ ſæculari. Et licet ex illis verbis (*iudicio tuo*) in Bulla appoſitis, poſſet dici Epiſcopos potuiſſe talem delinquentem remittere, & fidem adhibere proceſſui Curiæ ſæcularis, & alijs informationibus extraiudicialibus: tamen omnino arbitror, quod Epiſcopi nihil ex ſe facere debeant, ſed bene dictam ſacram Congregationem conſulere, & ab ea reſolutionem reportare: quia ille proceſſus factus coram Iudice laico, & reproductu coram Iudice Eccleſiaſtico, ſufficiet ad inſtructionem iudicis Eccleſiaſtici, vt ex eo poſſit examini ſubijcere Clericum, vt latè tuetur *Prax. Archiep. Neapolit. cap. 6. per totum*, vbi reſpondet ad contraria, & aſſerit ita vigere conſuetudinem in illa Curia Archiep. *& ſub num. 4. in fin.* teſtatur de veriori opinione, vt ſufficiat ad inſtructionem Iudicis.

ADDITIO.

184 Quamuis *Praxis Archiepiſcopal. Neapol.* ab Auctore citata conetur defendere, quod Clericus vigore proceſſus fabricati a Iudice laico, poſſit per Eccleſiaſticum interrogari; quæ tamen affert, nullo pacto probant intentum, & ideo nullo modo eſt audienda. Obſtat enim cap. *At ſi Clerici de iudic.* Et quamuis reſpondeat, quod tex. tantum vult, quod vigore talis proceſſus non poſsit reus condemnari; non tamen euadit: Nam Pontifex decernit quod Clericus coram ſæculari iudice conuictus, aut confeſsus, non ſit condemnandus; & reddit rationem his verbis. *Sicut enim ſententia à non ſuo iudice lata non tenet, ita nec facta confeſsio coram ipſo.* Hæc autem ratio militat etiam quo ad interrogationem, quia nullitas afficit omnia acta coram Iudice laico, & facit quod omnia & ſingula non teneant, tanquam ſi non eſſent; vnde idem eſset, ac ſi interrogaretur nullo exiſtente fundamento ad interrogandū. Et ita tradunt communiter Doctores, præſertim Ruin. *conſ. 7. n. 6. vol. 1.* Baiard. *ad Clar. q. 36. n. 53.*

185 Nec obſtat quod proceſſus coram iudice laico inſeruire poſsit ad inſtructionem iudicis Eccleſiaſtici, vt ait Baldus *in Authent. Clericus Cod. de Epiſcop. & Cleric.* Lanfranc. *deciſ 399.* Suarez *in praxi tom. 2. prælud. 2. num. 12.* Quia ſolum volunt quod inſeruire poſsit tanquam quid extraiudiciale, vnde incipere poſsit proceſsus; non autem quod inſeruire poſsit tanquam actus iudicialis, ſuper quo fundari poſsit interrogatio iudicialis rei. Quod ſi alicubi viget praxis in contrarium, recurrendum eſt ad regulas conſuetudinis, & videndum an poſſint ipſi aptari.

186 Verum vlterius inquiri poſset, An pœna aſſaſsinij locum habeat, non ſequuto, ſed attentato tantum effectu. De conſuetudine enim omnium tribunalium non punitur conatus pro effectu, ſed tantum extraordinaria pœna. Attamen, cum aſſaſſaſſinium ſit atrociſſimū crimen, punitur etiam conatus pœna ordinaria, quando deuentum eſt ad aliquē effectum proximum, ita vt indicet non ſtetiſſe

per

Digitized by Google

per aſſaſsinium; quia ſequeretur effectus, & ita decernit tex. in cap. *pro human. de homicid. in 6.* ibi: *Quamquam mors ex hoc forſitan non ſequatur*, & concorditer tradunt Doctores in hunc locum. Plaza *in Epit. delict. cap. 19. num. 9.* Couarruuias *in Clem. ſi furioſus par. 2. num. 9.* Decian. *lib. 9. praxis crim. cap. 30. num. 2.* Chaſſaneus *ad conſuet. Burgun. rubric. 1. ver. Item etiam tenetur num. 7.* Clar. *lib. 5. ſent. §. aſſaſsinium num. 7.* Menoch. *conſil. 360. n. 42.* Vulteius §. *Item lex Cornel. num. 5.* Inſtit. *de publ. iudic.* Diaz *in praxi cap. 100. num. 6.* Cabedo *ibid. littera D.* Gutierez *lib. 3. pract. quaeſt. 7. num. 26.* Farinac. *in praxi quæſt. 123. num. 79.* Gomez *de delict. cap. 3. rubr. de homicid. num. 10.* Brunor. à Sole, verbo *aſſaſsinium, num. 1.* Monticel. *regul. crimin. 7. num. 77.* Lopez *l. 3. ver. Mandandole matar, tit. 27. par. 7.* Gotofred. à Bruco *in praxi criminal. §. Senatus num. 15.* teſtans id iudicatum à Senatu Sabaudiæ.

187 An autem præmittenda ſit degradatio, antequam aſſaſsinus cõſignetur puniendus Curiæ ſeculari, negatiuè reſpondent Lupus *in cap. 1. de homicid. in 6.* Dominicus *ibid. in fine*. Hippolyt. *in l. unicam num 107. C. de rapt. virg.* Tyrreus *in l. Neceſſarios §. non alias num. 448. ff ad ſyllan.* Chaſſan. *ad conſuet. Burgun. rubr. §. in Gloſſa S. il n'a grace num. 50.* Couarruuias *lib. 2. variar. cap. 20. num. 10.* Grammat. *voto 8.* Capic. *deciſ. 155. num. 26.* Remig. Goni *de immunit. Eccleſ. fallent. num. 10.* Kuffer. *in Clemen. 1 fallent. 18. de offic. Ordin.* reſerens de communi. Diaz *in praxi cap. 100. num. 4.* Cabedo *ibid. littera B.*

DECRETVM
FOELICIS RECORDATIONIS
CLEMENTIS VIII.
PROHIBENS LITANIARVM VSVM

Præter in Breuiarijs, Miſſalibus, Pontificalibus, & Ritualibus contentas, & Litanias de B. Virgine in ſacra Aede Lauretana decantari ſolitas, aut à ſacra Congregatione Rituum approbatas. Contrauenientes, præter peccatum, arbitrio Ordinarij, & Inquiſitoris ſeuerè coerceri iubet.

188 QVONIAM *multi hoc tempore priuati etiam homines, prętextu alienæ deuotionis, nouas quotidie Litanias euulgant, vt iam prope innumerabiles formæ Litaniarum circumferantur, & in nonnullis ineptæ ſententiæ, in alijs (quod grauius eſt) periculoſæ, & errorem ſapientes inueniantur: Sanctiſſ. Dominus Noſter Clemens Papa VIII. pro ſolicitudine ſua prouidere volens vt animarum deuotio, Deique, ac Sanctorum inuocatio, ſine vllius detrimenti ſpiritualis periculo foueatur, præcipit, ac mandat, vt retentis antiquiſſimis, & communibus Litanijs, quæ in Breuiarijs, Miſſalibus, Pontificalibus, ac Ritualibus continentur, necnon Litanijs de Beata Virgine, quæ in Sacra Aede Lauretana decantari ſolent: quicunque alias Litanias edere, vel iam editis, in Eccleſijs, ſiue Oratorijs, ſiue Proceſſionibus, vti voluerint, eas ad Congregationem Sacrorum Rituum recognoſcendas, & ſi opus fuerit corrigendas mittere teneantur: neque ſine licentia prædictæ Congregationis, eas in publicum edere, aut publicè recitare præſumant, ſub pœnis (vltra peccatum) arbitrio Ordinarij, & Inquiſitoris ſeuerè infligendis. Præſens Decretum factum fuit in generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & vniuerſalis Inquiſitionis, habita in Palatio Apoſtolico in Monte Quirinali coram prædicto Sanctiſſimo Domino Noſtro, ac Illuſtriſſimis, & Reuerendiſſimis Dominis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, aduerſus hæreticam prauitatem generalibus Inquiſitorib. octauo Idus Septembris, Anno à Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti M. DC. I.*

Quintilianus Adrianus Notarius.

QVÆSTIONES.

189 1 Litaniarum nomen vnde ſumptum.
2 Quid eſt, quod fertur de Litanijs maioribus.

Ad primum. Reſp. à verbo græco λιτανεύειν, quod eſt ſupplicare, & vota ſuſcipere. *cap.* 3. vbi *gloſ. & G. communiter. de conſecr. diſt.* 3. quibus ſupplicationibus, & Litanijs S.R.E. per vniuerſum orbem & quibuſcumque temporibus vti conſueuit, ad rogandum Deum, vt etiam interceſsione Sanctorum, non ſolum à peccatorum nexu, ſed ab alijs calamitatibus, peſtilentijs, ſeditionibus, bellis, alijſque huius generis malis liberet, vt notiſſimum eſt.

190 Ad ſecundum. Reſp. Litania maior fit in feſto S. Marci, die 25. Aprilis, alia minor fit tribus diebus ante Aſcenſionem Domini: illa vocatur maior, quia à Beato Gregorio Magno inſtituta, vel potius innouata fuit, ad euitationem maximi (qui tunc irrepſerat) morbi in Vrbe, quæ mundi caput eſt: iſta verò minor inſtituta fuit à Beato Mammerto Epiſcopo Viennenſi

nenſi, ob maximam peſtem ferarum, quæ in Gallijs homines perimebant, vt ſcribit Turrecrem. *in d. cap.* 3. *de conſecrat. diſt.* 3. *num.* 16. Baron. *in Martyrolog. dicta die* 23. *Aprilis*, & Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 195. *num.* 29. & prout etiam teſtatur Cherubinus *in Compendio Bullarij in ſupradicta Bulla fol.* 133.

Dubia circa Decretum Clemen. VIII. circa Litanias.

SVMMARIVM.

191 *Litaniæ non poſſunt edi, niſi approbatæ. An poſſint priuatè recitari.*

192 *Si bona fide edantur, non habet locum decretum.*

193 *An in Sabbato Sancto in Litanijs ſit geminandum illud,* Per ſanctam Reſurrectionem tuam.

194 *An liceat addere Litanijs nomina Sanctorum, qui ſunt in Breuiario, præſertim ſi ſint Patroni.*

ADDITIO.

191 Hoc decretum duo tantum prohibet, nempe edere Litanias non aprobatas à S. Rituum Congregatione; & eaſdem publicè recitare. Vnde quantum eſt ex vi ipſius, licebit eas retinere, niſi aliàs errorem contineant, & etiam priuatè recitare, quia prohibitio non eſt extendenda vltra ſuos terminos.

192 Si tamen edantur, aut publicè recitentur, non committitur peccatum, de quo decretum, nec locum habent pœnæ, ſi interueniat bona fides. Quia verbum *præſumant*, excludit bonam fidem, & importat contumaciam. Vnde requiritur, quod quis ſciens, & volens contraueniat, & proinde excuſandæ erunt perſonæ idiotæ, quæ ex affectu deuotionis etiam publicè recitarent. Peccatum autem de quo loquitur decretum, eſt mortale, quia ſumus in materia graui.

193 Notat Gauant. *in rubr. Miſſal. par.* 4. *tit.* 10 *num.* 30. *litera C.* in Sabbato Sancto ad Litanias non eſſe geminandum illud, *Per ſanctam Reſurrectionem tuam*; quia ex Pio V. nihil licet addere. Verum neque Pius V. loquitur de Litanijs, ſed tantum de officio diuino iuxta formam Breuiarij Romani reformati, vt conſtat ex eius *Conſtitutionibus* 64. & 122. Imo dato, quod loqueretur de Litanijs, conſequentia non teneret, quia repetere aliquem earumdem verſiculum non eſt additio, ſed repetitio eiuſdem. Et praxis ipſa declarat, hoc eſſe licitum: vnde non poteſt verti in dubium.

194 Idem Gauant. *in Manual.* verbo *Litaniæ*, *num.* 5. habet, non licere addere Litanijs Sanctorum nomina, etiam quæ habentur in Breuiario, quantumuis ſint Patroni locorum, aſſerens ita declaraſſe S. Rit. Congreg. 22. *Martij* 1631. Verum vix adducor, vt credam hanc reſolutionem à S. Congregatione emanaſſe in his terminis ita generalibus, ſed potius fuiſſe aliquod decretum particulare ex aliqua ſpeciali cauſa. Cum enim iuxta Rubricas Miſſalis ſit facienda commemoratio de patrono, & titulari, non video cur non poſſint etiam in Litanijs ſuo loco inuocari, cum hoc ſit conforme Rubricis.

Digitized by Google

DECRETVM
FOELICIS RECORDATIONIS
CLEMENTIS VIII.
IN QVO DAMNAT, ET PROHIBET.

Propoſitionem, qua dicitur licerè per litteras, ſeu internuncium, Confeſſario abſenti peccata ſacramentaliter confiteri, & ab eodem abſolutionem obtinere. §. 1. prohibet hanc propoſitionem de cætero doceri, defendi, imprimi, aut ad praxim deduci, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, & alijs pœnis arbitrio infligendis. §. 2.

195 *SANCTISSIMVS Dominus noſter, auditis Votis Patrum Theologorum, & re cum Illuſtriſſimis & Reuerendiſſimis Dominis Cardinalibus, contra hæreticam prauitatem generalibus Inquiſitoribus maturè ac diligenter conſiderata; hanc propoſitionem, ſcilicet* (licere per literas, ſeu internuncium Confeſſario abſenti peccata ſacramentaliter confiteri, & ab eodem abſente abſolutionem obtinere) *ad minus vti falſam, temerariam, & ſcandaloſam damnauit, ac probibuit: præcipitque ne deinceps iſta propoſitio, publicis, priuatiſue lectionibus, concionibus, & congreſſibus doceatur, neve vnquam tanquam aliquo caſu probabilis defendatur, imprimatur, aut ad praxim quouis modo deducatur. Quod ſi quis illam docuerit, defenderit, imprimi fecerit, aut de ea etiam diſputatiuè tractauerit (niſi forſan impugnando) vel ad praxim directè, ſeu indirectè, deduxerit, præter excommunicationem latæ ſententiæ, quam ipſo facto incurrat, & a qua non poſſit (præterquam in articulo mortis) ab alio, quacunque etiam dignitate fulgente, etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ maiori Pœnitentiario, niſi à pro tempore exiſtente Romano Pontifice abſolui, alijs etiam pœnis arbitrio infligendis ſubiaceat.*

Quintilianus Adrianus Not. Publicata fuit Romæ die 19. Iulij 1602.

QVÆSTIONES.

196 1 Quid ſi quis ſit inter infideles, vel in carceribus ſecretis.
2 Quid ſi non per internuncium, ſed per interpretem.
3 An poſsit infirmus pœnitens tempore peſtis, ſiue alio periculo mittere peccata ſua Confeſſario, per literas ſigillatas, & Confeſſarius in his priuatim ea legere, & deinde in præſentia eiuſdem Confeſſarij ſtans à longe dicere ſe de his omnibus accuſare, & Confeſſarius poſſit illum abſoluere.

Exiſtentes inter infideles, aut in carceribus ſecretis, an poſſint abſenti confiteri. Quæſt. I.

SVMMARIVM.

195 *Stante quacunque neceſsitate, confeſsio non poteſt fieri abſenti.*
196 *In nullo caſu eſt probabile quod confeſsio fieri poſsit abſenti.*
Ex natura ſacramenti id repugnat.

Ad

195 Ad primum. Reſp. adhuc intrat prohibitio, quia Confeſſio eſt actus perſonalis, id eſt, fienda perſonaliter ſacerdoti. Præcepit enim Dominus mundandis, vt irent & oſtenderent ora ſacerdotibus, *c. quem pœnitet 88. de pœnit. diſt. 1. vbi gloſ. allegat tex. concord.* Sufficit autem contritio carcerato, vel apud infideles exiſtenti, ſecundum verioremm, & magis communem opinionem, de qua teſtatur Graff. *lib. 1. ſuarum deciſionum, parte prima. cap. 24. num. 31. & ſeq. & in Append. lib. 1. cap. 5. num. 3.* vbi vrgentes admodum rationes adducit.

ADDITIO.

196 Ex ipſo Decreto Pontificis deſumitur, in prædicto caſu non licere confiteri abſenti, nam ſi liceret in aliquo caſu, eſſet probabilis opinio, quod liceat abſenti confiteri: quod tamen damnat Pontifex, dum decernit, quod non defendatur tanquam probabilis in aliquo caſu. Vbi eſt aduertendum, quod celebratio ſacramenti inter abſentes eſt illicita, non quia prohibita, ſed ex natura ſacramenti; & proinde Decretum Pontificis eſt declaratiuum. Verba enim abſolutionis, *Abſoluo te*, requirunt præſentiam abſoluendi, quia pronomen *Te* non verificatur de abſente, *ſed coarctat loquutionem ad præſentem*.

Confeſſio an fieri poſſit per interpretem. Quæſt. II.

SVMMARIVM.

197 *Confiteri poteſt pœnitens ex cauſa per interpretem.*
198 *Imo etiam ſine cauſa, & etiam publicè.*
199 *An aliquando adſit obligatio confitendi per interpretem. Secretum confeſſionis excuſat ab integritate.*

197 Ad ſecundum. Reſp. Valet Confeſſio, ſi fiat ex cauſa, vt ſi Confeſſarius non habet notam linguam confitentis, vel mutus alicuius muti, aut infirmi balbutientis: iſte enim id agit cum ſacerdote, qui mediante interprete poteſt Confitentem diligenter examinare; quod non eſt, ſi fiat Confeſſio per litteras, vel etiam internuncium, vt ex D. Thom. *in 4. diſt. 17. quæſt. 3. art. 4.* explicat Graff. vbi ſupra, *poſt ſcribb. in cap. quem pœnitet*.

ADDITIO.

198 Quamuis non adſit cauſa, ob quam ſit neceſſarius interpres, poteſt tamen quis per ipſum præſentialiter ſacerdoti confiteri. Quia non eſt de ratione confeſſionis, quod fiat ſecretò, ſed poteſt etiam publicè fieri, quando pœnitens poteſt ſine peccato ſua crimina manifeſtare, vt communiter cum D. Th. *quodlib. 1. ar. 10.* & deſumitur ex Concilio Tridentino *ſeſſ. 14. cap. 5.* vbi habet, Chriſtum non vetuiſſe, quin aliquis publicè ſua delicta confiteretur.

199 Aduertendum tamen eſt, quod licet confeſſio fieri poſſit per interpretem, nunquam tamen adeſt obligatio ſic confitendi etiam in articulo mortis, vt tradunt Maior *in 4. diſt. 17. quæſt. 4.* Palud. *q. 2.* Souſ. *diſt. 18. q. 2. ar. 3.* Caiet. verbo *Confeſſio, condit. 11.* Ratio eſt, quia iuxta Concil. Trid. *ſeſſ. 14. c. 5.* non adeſt obligatio, niſi ad confeſſionem ſecretam: & confeſſio ſecreta eſt illa, per quam apud ſolum ſacerdotem manifeſtantur peccata; & ideo obligatio ad hanc ſolum coarctatur. Vnde pœnitens, quãdo non poſſet, niſi per interpretem confiteri, poſſet ſe generaliter accuſare, & ita vrgente neceſſitate obtinere abſolutionem. Secretum enim confeſſionis excuſat ab integritate, vt docent Suarez *diſp. 36. de pœnit. ſect. 6. num. 5.* Coninch. *diſp. 5. dub. 10. num. 77.* Molfeſ. *par. 1. ſum. tract. 7. cap. 11. n. 12.* Auerſa *de pœnit. quæſt. 10. ſect. 5.* ver. *Hinc verò*. Philiar. *de offic. ſacer. tom. 1. lib. 5. c. 3.* Sotus *lect. 11. de pœnit.* Marchin. *de peſte par. 2. cap. 4. num. 4.* Ita vt in tali caſu ſufficiat confiteri aliquod veniale, & in communi de mortalibus ſe accuſare, vt tradunt Coninch, Molfeſ. citatis locis. Auerſa ver. *Sed etiamſi*. Eſcobar *tract. 7. theol. moral. exam. 4. cap. 7.* ver. *An teneatur quis*.

An ſi per epiſtolam explicet pœnitens ſua peccata abſenti, poſſit à præſente abſolui, ſi in genere tunc ſe accuſet de explicatis. Quæſtio III.

SVMMARIVM.

200 *Pœnitens ſe accuſans apud præſentem ſacerdotem de peccatis abſenti explicatis, abſolui poteſt.*
201 *Quid requiratur, vt hoc habeat locum. Non ſolum abſolutio non poteſt impendi abſenti, ſed nec abſenti confiteri.*

Ad

200 Ad tertium. Reſp. Poteſt infirmus pœnitens mittere ſua peccata Confeſſario per literas ſigillatas, & Confeſſarius in his priuatim ea legere, deinde in præſentia eiuſdem Confeſſarij ſtans a longe, ita vt audire, vel videre poſſit ſacerdotem abſoluentem. ita Nugnus *in addit. quæſt. 6. art. 3. diffic. ſecunda, concl. 2.* Pitinianus *ſecunda parte, diſt. 17. quæſt. vnica, art. 8. concl. 2.* Bonacina *diſp. 5. de ſacrament. quæſt. 4. punct. 4. & alij*, dum de abſoluendo moribundo.

Ratio, eſt, quia tam Abſolutio, quam Confeſſio cenſetur in præſentia pœnitentis, & confeſſarij fieri, & nihil videtur deſiderari ad valitudinem Confeſſionis, cum pœnitens præſens ſe accuſet integrè, & cum dolore de omnibus peccatis, & ſacerdos præſentem abſoluat. vnde nihil fit contra Conſtitutionem Clementis Octaui de non abſoluendo abſente, aut per litteras.

ADDITIO.

201 Hæc reſponſio temperanda eſt, vt ſubſtineri poſſit, quod tunc ſolum habeat locum, ſi pœnitens recognoſcat literas à ſe ſcriptas, in quibus peccata ſua explicauit abſenti, & in præſentia ſacerdotis de ipſis ſe accuſet, alias confeſſio eſſet facta abſenti, & proinde contra Decretum Clementis VIII. in quo nedum prohibetur impenſio abſolutionis abſenti, ſed etiam ſeorſim ab abſolutione, quod confeſſio fiat abſenti, vt declaratum fuit ab eodem Pontifice *die 14. Iulij 1605. & die 18. Auguſti eiuſdem anni* ex occaſione, quod quidam interpretabantur primum Decretum Pontificis, quod ſolum damnauerit coniunctim confeſſionem factam abſenti cum abſolutione, ita vt totum ſacramentum celebraretur inter abſentes. Niſi enim interueniat accuſatio coram præſente ſacerdote, non poteſt ſaluari confeſſio facta abſenti; & niſi pœnitens recognoſcat ſcripturam ſuorum peccatorum, non poteſt confeſſio eſſe certa, & determinata.

BVLLA
FOELICIS RECORDATIONIS
CLEMENTIS VIII.

PVBLICATA ROMAE 24. DECEMBRIS 1604.

Super modo, & forma per quoſcunque Regulares Ordines, Religiones, Inſtituta ſeu Archiconfraternitates, & Congregationes ſæculares, tam Vrbis, quàm aliarum ciuitatum, & locorum, in erectionibus, inſtitutionibus, & aggregationibus Confraternitatum, & Congregationum, & Communicationibus Priuilegiorum, Indulgentiarum, facultatum, aliarumque ſpiritualium gratiarum, & indultorum, eiuſdem Confrat. & Congregationibus, faciendis impoſterum obſeruanda.

CLEMENS PAPA VIII.

202 QVAECVNQVE à Sede Apoſtolica ad promouendam Chriſtifidelium ſalutem aliquando conceſſa ſunt, etſi ea maturo conſilio, magnaque prudentia, & cautione ſancita, & decreta ſint; tamen cùm Romanus Pontifex de animarum ſalute ſolicitus progreſſu temporis animaduertit ſenſim aliquos abuſus in eiſdem ſtatutis, & decretis obſeruandis prouenire; debet pro ſui Paſtoralis officij munere illis opportuna ratione occurrere, & quantùm cum Domino poteſt, adhibito ſalutari remedio prouidere. Cùm itaque à pluribus Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris, & forſan etiam à Nobis, nonnullis Regularibus Ordinibus, Religionibus, & Inſtitutis, ac etiam Chriſtifidelium ſæcularium Archiconfraternitatibus, & Congregationibus diuerſarum nationum, nominum, & inſtitutorum, tam in Alma Vrbe noſtra, quàm in alijs Ciuitatibus, & locis Chriſtiani Orbis inſtitutis, facultas erigendi in eorum, & alijs Eccleſijs, & Collegijs, nec non etiam ſibi aggregandi Confraternitates, & Congregationes in eadem Vrbe, & in alijs locis exiſtentes, eiſque Priuilegia, Indulgentias, facultates, aliaſque ſpirituales gratias, & indulta ſibi conceſſa reſpectiuè communicandi attributa fuerit; ac nulla certa forma, vel ratio præſcripta ſit, quæ in huiuſmodi erectionibus, inſtitutionibus, aggregationibus, & communicationibus faciendis ſeruari debeat; propterea ſiue negligentia Superiorum Ordinum Religionum, & Inſtitutorum, vel officialium Archiconfraternitatum, & Congregationum erigentium, inſtituentium, aggregantium, & communicantium, quæ Confraternitatibus & Congregationibus erigendis, inſtituendis, & aggregandis, & quibus communicationes priuilegiorum, indulgentiarum, aliarumque gratiarum prædictarum fiunt, non ſeruant formam in huiuſmodi erectionibus, inſtitutionibus, aggregationibus, & communicationibus ſeruari debitam, neque præſcribunt modum, quo priuilegia, indulgentias, facultates, aliaſque ſpirituales gratias, & indulta prædicta conſequi debeant; ſeu ipſarum Confraternitatum & Congregationum incuria, quæ non inquirunt ea, quæ præſtare oportet, vt illa conſequantur, nonnullæ praue conſuetudines irrepſerunt, multaque incommoda inde prouenerunt, quibus Nos pro commiſſo Nobis Apoſtolicæ ſolicitudinis officio, paternaque erga omnes Chriſtifideles charitate proſpicere volentes, hac noſtra conſtitutione perpetuò valitura decernimus, atque ſtatuimus, vt in poſterum tam huius Almæ Vrbis noſtræ, quàm aliarum Ciuitatum, & locorum totius Chriſtiani Orbis Regularium Ordinum, Religionum, & Inſtitutorum, quibus in eorum, & quibuſcunque alijs Eccleſijs, & Collegijs Confraternitates ſæcularium erigendi, & inſtituendi facultas conceſſa eſt, nec non etiam Archiconfraternitatum, & Congregationum, cuiuſuis nationis, nominis, & inſtituti illæ ſint, & in quibuſcumque Eccleſijs, Domibus, & Oratorijs, tam ſæcularium, quàm, vt præfertur, quarumcumque, etiam Mendicantium, Ordinum, Religionum, & Inſtitutorum Regularium quauis tam Ordinaria, quàm Apoſtolica auctoritate erectæ, ac inſtitutæ exiſtant, ſeu aliàs quouis modo introductæ reperiantur,

tur, quibus alias Confraternitates, & Congregationes inſtituendi, erigendi, ac ſibi aggregandi, illiſque priuilegia, indulgentias, facultates, aliaſque ſpirituales gratias, & indulta prædicta elargiendi, & communicandi poteſtas à Romanis Pontificibus, Prædeceſſoribus noſtris, vel à Nobis, & Apoſt. Sede attributa fuit, Magiſtri, Priores, Præpoſiti, Rectores, Gubernatores, Præceptores, Primicerij, Prælati, Cuſtodes, Guardiani, Præfecti, Adminiſtratores, & alij Officiales ſeu Superiores quouis modo nuncupati, Regularium ſiquidem Ordinum, Religionum, & Inſtitutorum vnam tantùm Confraternitatem, & Congregationem de conſenſu tamen Ordinarij loci, & cum literis eius teſtimonialibus, quibus Confraternitatis, & Congregationis erigendæ, & inſtituendæ pietas, & Chriſtianæ charitatis officia, quæ exercere cupit, apud eos commendentur, in eorum, & quibuſcunque alijs Eccleſijs, & Collegijs erigere, & inſtituere: cæterarum verò Archiconfraternitatum, & Congregationum in ſingulis Ciuitatibus, Oppidis, vel locis vnam etiam Confraternitatem, & Congregationem, dumtaxat, quæ Apoſtolica, vel Ordinaria auctoritate prius erecta nulli alteri Ordini, Religioni, Inſtituto, Archiconfraternitati, & Congregationi eiuſdem, vel alterius nationis, nominis, & inſtituti aggregata ſit, præuio ſimiliter loci Ordinarij conſenſu, & cum eius literis teſtimonialibus, quibus eiuſdem Confraternitatis, & Congregationis aggregandæ inſtitutum, pietas, & Chriſtianæ charitatis officia, quæ exercere conſueuit, apud eos commendetur, ſibi adiungere, & aggregare poſſint: Huic verò confraternitati, & congregationi erigendæ, inſtituendæ, ſeu aggregandæ ea tantum priuilegia, indulgentias, facultates, aliaſque ſpirituales gratias, & indulta, quæ ipſi Ordini, Religioni, Inſtituto erigenti inſtituenti, ac communicanti, ſeu Archiconfraternitati, & congregationi aggreganti nominatim, & in ſpecie, non autem, qua per extenſionem, vel communicationem ſibi quouis modo conceſſa ſunt, & illa quidem non ſub generali forma verborum, vel ad inſtar, ſed expreſſè, & in ſpecie communicare valeant. Statuta autem pro regimine Ordinum, Religionum, & inſtitutorum erigentium, & inſtituentium, ac communicantium, ſeu Archiconfraternitatum, & congregationum aggregantium edita: confraternitatibus, & congregationibus erigendis, inſtituendis, & aggregandis, & quibus communicationes priuilegiorum, & aliorum prædictorum fiunt impartiri non poſſint, niſi ea prius ab Epiſcopo Diœceſano examinata, & pro ratione loci approbata fuerint, quæ nihilominus eiuſdem Epiſcopi decretis, ac moderationi, & correctioni omnibus ſemper ſubiecta remaneant. Inſuper volumus, & ordinamus, vt prædicti Ordines, Religiones, inſtituta erigentia, inſtituentia, ac communicantia, nec non Archiconfraternitates, & congregationes aggregantes etiam erigendi, inſtituendi, aggregandi, & communicandi formulam à Nobis nouiſſimè approbatam diligenter obſeruent, ſecundum quam priuilegia, indulgentias, facultates, aliaſque ſpirituales gratias, & indulta ipſis Ordinibus, Religionibus, Inſtitutis erigentibus, & communicantibus, ſeu Archiconfraternitatibus, & congregationibus aggregantibus nominatim, & expreſſe, non autem per communicationem, neque ad inſtar, vt ſupra, conceſſa ipſis confraternitatibus, & congregationibus erigendis, inſtituendis, & aggregandis, & quibus communicationes fiunt, communicare poſſint: quibus confraternitates, & congregationes, eiuſdem dumtaxat nationis, & nominis, Ordinis, Religionis, Inſtituti, Archiconfraternitatis, & congregationis, cui aggregantur, tam hactenus aggregatæ, quàm in poſterum aggreganda, vtantur, potiantur, & gaudeant: ita vt dictarum confraternitatum, & congregationum erectarum, inſtitutarum, & aggregatarum, ac quibus communicationes factæ ſunt, & Miniſtri, & officiales, & alij ſupradicti priuilegia, indulgentias, facultates, aliaſque ſpirituales gratias, & indulta huiuſmodi, præuia tamen recognitione Ordinarij loci, qui adhibitis duobus de eiuſdem Eccleſiæ Capitulo, illa iuxta Sacri Concil. Trident. decretum promulganda decernat, debitis temporibus promulgare valeant: quibus etiam Miniſtris officialibus, & alijs prædictis Eleemoſynas, & alia oblata chriſtianæ charitatis ſubſidia, iuxta modum, & formam per Ordinarium loci præſcribendam, remotis tamen menſis, & peluibus, & capſis, quæ in Eccleſijs, & Oratorijs dictarum confraternitatum, & congregationum publicè ad hoc exponi conſueuerant, excipiendi poteſtas detur. Atque hoc ipſum Ordines, Religiones, inſtituta erigentia, inſtituentia, ac communicantia, ſeu Archiconfraternitates, & congregationes aggregantes tam Almæ Vrbis noſtræ, quàm aliarum Ciuitatum, & locorum quorumcumque, iuxta modum à Vicario Vrbis, & ab Ordinarijs locorum reſpectiuè præſcribendum, obſeruare teneantur. Eleemoſynas autem ſic collectas in reparationem & ornatum Eccleſiarum, tam Ordinum, Religionum, Inſtitutionum erigentium, inſtituentium, & communicantium, ac Archiconfraternitatum, & Congregationum erigendarum, inſtituendarum, & aggregandarum, & quibus communicationes fient, aut in alios earum pios vſus arbitrio eiuſdem Vicarij noſtri in Vrbe, nec non Ordinariorum locorum reſpectiuè fideliter exponere, atque erogare procurent, vt omnes intelligant cæleſtes Eccleſiæ theſauros, non quæſtus, aut alicuius lucri cauſa, ſed pietatis, & charitatis excitandæ gratia, ex Apoſtolicæ Sedis benignitate, Chriſti fidelibus aperiri. Præterea volumus, vt confeſſarij, qui vigore priuilegiorum ipſis Ordinibus, Religionibus, inſtitutis erigentibus, inſtituentibus, & communicantibus, ſeu Archiconfraternitatibus & Congregationi-

bus

bus aggregantibus concessorum, ac confraternitatibus & congregationibus aggregandis communicandorum pro tempore eligi possint, & poterunt: seculares, scilicet in Alma Vrbe à prædicto nostro Vicario; extra Vrbem verò à locorum Ordinarijs: Regulares autem non solum à prædicto nostro, & à locorum Ordinarijs, respectiuè, sed etiam à suis Superioribus approbati sint: vtque Confratres confitentes à criminibus, casibus, & censuris, iuxta dictorum priuilegiarum (quatenus tamen sint in vsu, & Sacris Concilij Tridentini decretis, ac Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, & nostris constitutionibus non aduersentur, nec reuocata, aut sub aliquibus reuocantibus comprehensa sint) formam, & tenorem, duntaxat absoluere valeant. Decernimus insuper, vt ijdem Confessarij prædictos fratres cuiuscunque gradus, status, conditionis, & præeminentiæ, etiamsi speciali nota dignæ fuerint, à casibus contentis in literis, quæ die Cœnæ Domini legi consueuerunt, nec non violationis immunitatis, & libertatis Ecclesiasticæ, & clausuræ Monasteriorum Monialium, si videlicet sine necessaria, & vrgenti causa, ac sine Superiorum licentia, vel etiam si causa, & licentia concessa abutentes, prædicta Monasteria ingressi fuerint; nec non violentæ manus iniectionis in Clericum, & singularis certaminis, seu duelli; ac ab alijs etiam casibus tam à Nobis, quàm à prædicto nostro in Vrbe Vicario, & locorum Ordinarijs respectiuè reseruatis, & pro tempore reseruandis, & etiam à quauis excommunicatione, ab homine lata, absoluere, & super irregularitatibus tam ex aliquo defectu prouenientibus, quàm occasione delicti contractis cum aliquo, dispensare prætextu dictorum priuilegiorum nullo modo possint. Demum statuimus & pariter ordinamus, vt Confraternitates, & Congregationes vbiuis locorum, quauis auctoritate, vt præfertur, erectæ, & institutæ, quibus communicationes prædictæ factæ sunt, ac quicunque ex dictis Ordinibus, Religionibus, Institutis, Archiconfraternitatibus, & Congregationibus vbilibet existentibus hactenus aggregatæ ab eisdem respectiuè Ordinibus, Religionibus, Institutis, Archiconfraternitatibus, & Congregationibus nouas erectionum, institutionum, communicationum, & aggregationum literas, iuxta formam à Nobis nouissimè approbatam, infra annum si in Europa sint, & si extra Europam fuerint, infra biennium à die publicationis præsentium in Romana Curia facienda computandos impetrare teneantur: alioquin dicto tempore elapso, erectiones, institutiones, & quæcunque communicationes priuilegiorum, facultatum, indulgentiarum, aliarumque spiritualium gratiarum, & indultorum, & aggregationes illarum vigore ipsis concessæ, nullius sint roboris & momenti; ac reuocatæ, & abolitæ censeantur eo ipso erectionum, aut institutionum, communicationum, & aggregationum, tam hactenus factarum, quàm deinceps faciendarum litera ab ipsis Ordinibus, Religionibus, Institutis, seu Archiconfraternitatibus & Congregationibus gratis omnino ac nulla prorsus mercede; etiam à spontè dantibus accepta expediri, & concedi debeant. Quod si Ministri aliqui Superiores, vel officiales quæcunque nomine nuncupati Ordinum, Religionum, Institutionum, seu Archiconfraternitatum, Congregationum, & Confraternitatum huiusmodi, quauis auctoritate, vel priuilegio, & officio fungantur, & præfulgeant, contra præmissa in aliquo venire, vel facere præsumpserint, erectiones, institutiones, & communicationes priuilegiorum, indulgentiarum, facultatum, spiritualiumque gratiarum, & indultorum, aliorumque præmissorum, concessiones, necnon aggregationes per ipsos facienda, seu renouanda nullius sint roboris, & momenti, & quilibet eorumdem Ministrorum, Superiorum, Officialium, & aliorum prædictorum priuationis officiorum, quæ obtinet, ac inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda pœnam, quæ ab alio, quàm à Nobis, vel Rom. Pontif. pro tempore existente remitti non possit, incurrat eo ipso. Decernentes præsentes literas perpetuò validas, & efficaces existere & fore, ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, inuiolabiliter obseruari debere, sicque nostræ mentis, & intentionis existere: & ita & non aliter per quoscunque Iudices, &c. Non obstantibus, &c. Vt autem præsentes literæ ad omnium quos concernunt, notitiam facilius deueniant, volumus illas ad valuas Basilicarum S. Ioan. Lateranen. & Principis Apostolorum de Vrbe, & in Acie Campi Floræ more solito publicari, & affigi, atque ijs inde amotis, earumdem exempla etiam impressa ibi affixa relinqui, factaque publicatione huiusmodi omnes Regulares Ordines, Religiones, Instituta, & Archiconfraternitates, Congregationes, & Confraternitates secularium, quæ in Vrbe quidem post mensem, quæ verò in Europam, post decem menses à die publicationis huiusmodi computandos perinde afficere & arctare, ac si earum cuilibet nominatim insinuatæ fuissent. Et nihilominus, vt ipsa præsentes literæ notoriæ fiant, magisque omnibus innotescant, vniuersis & singulis Venerabilibus fratribus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs locorum Ordinarijs per eosdem præsentes committimus, & mandamus, vt per se, vel alium, seu alios, hasce nostras literas, postquam earum exemplum receperint, seu earum notitiam habuerint, semel, aut pluries, prout eis magis expedire visum fuerit, in suis Cathedralibus, & maioribus respectiuè Ecclesijs Ciuitatum, oppidorum:

rum, & locorum quorumcumque eorum Diœceſum, dum in eis maior populi multitudo ad Diuina conuenerit, ſolemniter publicent, & publicari auctoritate noſtra mandent, ac faciant. Caterum quia &c.

Obſeruationes circa erectionem, & aggregationem Confraternitatum.

SVMMARIVM.

203 *Confraternitates erigendæ, & aggregandæ iuxta formam Conſtit. Clement. VIII. Quæcumque à Sede; & erectæ iuxta ipſam renouandæ.*

204 *Dicta Conſtitutio afficit omnes etiam Capitulum S. Io. Lateranenſis.*

205 *Habentes facultatem, vnam tantam Confraternitatem erigere, aut aggregare, poſſunt in ſingulis locis, idque de futuro.*

Plures eiuſdem nominis in eodem loco poſſunt renouari &c.

Quid poſſint Regulares.

206 *Pro Confraternitatibus requiritur conſenſus Ordinarij.*

207 *Quæ priuilegia &c. in aggregatione communicentur.*

208 *Quid de priuilegijs communicatis per Summos Pontifices.*

209 *Statuta Confraternitatum approbanda ab Epiſcopis.*

210 *Confraternitates non poſſunt publicare priuilegia, indulgentias, &c. niſi recognoſcantur ab Epiſcopis &c.*

211 *Confraternitates poſſunt eleemoſynas colligere iuxta formam ab Epiſcopo præſcriptam.*

Regulares non poſſunt Confraternitatibus communicare priuilegium colligendi eleemoſynas inconſulto Epiſcopo.

212 *Eleemoſyna collecta per Confraternitates in quid expendendæ.*

213 *An expendendæ arbitrio Ordinarij.*

Dictio, Seu, diſtinguit partes diſpoſitionis.

214 *Confeſſarij Confraternitatum approbandi ab Ordinario; & ſi Regulares, etiam à ſuis Superioribus.*

215 *Non poſſunt abſoluere à reſeruatis Pontifici, & Ordinario.*

216 *Priuilegia quando aduerſentur Decretis Concilij Tridentini.*

217 *An intelligatur de Decretis, quæ non habent annexam reuocationem priuilegiorum.*

218 *Priuilegia non reuocata an contrarientur Concilio.*

219 *Quid illa clauſula* Dummodo non ſint reuocata &c.

220 *Pro litteris Inſtitutionis, ſeu aggegationis nihil recipiendum.*

An miniſtri inferiores poſſint aliquid recipere ſponte oblatum.

221 *Pœnæ violantium Conſtitut. Clemen. VIII. circa Confraternitates.*

222 *Officiales Confraternitatum quotannis eligendi per ſecreta ſuffragia, & confirmandi ab Epiſcopis, exceptis illarum, quæ ſunt ſub immediata protectione Regum.*

223 *Confratres non poſſunt exponere Euchariſtiã ſine licentia Epiſcopi.*

224 *Parochus debet intereſſe funeribus in Eccleſijs Confratrum, cantare miſſas &c.*

225 *Confraternitates non poſſunt inſtitui in Eccleſijs Monialium.*

Regulares quales Confraternitates ſine licentia Epiſcopi non poſſint inſtituere.

226 *Quæ prohibeantur Capellanis Confraternitatum.*

227 *Confraternitates quas proceſſiones poſſint inſtituere.*

Quid de Confraternitatibus Regularium.

Quomodo incedant in proceſſionibus.

228 *Confraternitates non poſſunt accedere ad funeralia, niſi expreſſè curatæ, & ſint Cruce.*

229 *Confraternitates, quæ habent reditus tenentur ad contributionem pro Seminario.*

230 *Confraternitates, niſi ſubſint immediatæ protectioni Regum, ſubduntur viſitationi Ordinarij.*

ADDITIO.

203 Hæc conſtitutio edita eſt pro reformatione erectionis Confraternitatum, & aggregationis earumdem, vt omnium cura ſit forma erectionis, & aggregationis. Et proinde etiam iam erectæ, licet canonicæ, ad hanc formam renouandæ ſunt, vt conſtat ex ipſa Conſtitutione. Et quia forma præſcripta eſt coniuncta cum decreto irritante, ideo ea non ſeruata, erectio, & aggregatio eſt nulla, & proinde non erunt veræ Confraternitates, nec participare poterunt gratias, indulgentia, priuilegia &c. per Summos Pontifices conceſſas. Et quia plura præſcribuntur in hac Conſtitutione, ideo niſi omnia collectiuè concurrant, deficiet forma præſcripta. Hoc autem debet intelligi de ijs, quæ cernunt ſubſtantiam erectionis, & aggregationis.

204 Hæc autem Conſtitutio afficit omnes quicunq; ſint, ità vt nulla prorſus Confraternitas ſubſiſtere poſſit, niſi ſeruando præſcriptam formam. Et proinde cum dubitaretur, an Canonici, & Capitulum S. Io Lateranenſis de Vrbe ſub hac Conſtitutio-

Digitized by Google

tione comprehenderentur. Quod comprehendantur declarauit Paulus V. *in ſua conſtit.* Quæ ſalubriter *edita* 1610. & eſt 68. *tom.* 3. *Bullar.* vt obſeruant Cherub. *in compen. Bullar. ſchol.* 2. *ad conſtit.* 115. *Clemen. viij.* & Lezana *tom.* 2. *quæſt. Regul. cap.* 15. *num.* 7.

205 Quod autem ſpectat ad formam erectionis & aggregationis, vnam tantum in ſingulis locis poſſunt erigere, aut aggregare, qui habent facultatem aggregandi: & ideo ſi plures erigerentur, poſteriori loco erectæ, eſſent nullæ, ſicut etiam aggregatæ. Hoc tamen procedit de futuro, non autem de iam canonicè erectis; nam quamuis ſint plures in eodem loco eiuſdem nominis, & inſtituti, poſſunt omnes renouari iuxta formam præfatæ Conſtitutionis ex declaratione S. Congregationis, quæ ab Auctore inferius affertur: Hoc tamen procedit ſolum quoad erectas in Eccleſijs Regularium, qui ſaltem ſint numero duodecim, vt obſeruat etiam Lezana *to.* 2. *quæſt. Regul. cap.* 15. *num.* 8. Imo in eadem declaratione habetur, quod Regulares habentes facultatem erigendi Confraternitates, poſſint & antiquas confirmare, & nouas inſtituere, quamuis loca ipſarum non obtineant illam diſtantiam, quæ præſcribitur in literis Apoſtolicis, accedente tamen conſenſu Ordinarij, qui in ſcriptis eſt exhibendus priuſquam diſpenſetur ſuper diſtantia, & non aliter.

206 Rurſus pro forma inſtitutionis nouarum Confraternitatum, aut antiquarum confirmationis, requiritur conſenſus Ordinarij, vt conſtat ex illis verbis. [Et cum literis eius teſtimonialibus, quibus Confraternitatis erigendæ, & inſtituendæ pietas, & Chriſtianæ charitatis officia, quæ exercere cupit, apud eos commendetur.] Atque idem conſenſus requiritur etiam pro aggregatione, vt ibid. habet Pontifex, & notant Gauant. *in Manuali* verbo *Confraternitas num.* 3. Lezana *tom.* 2. *quæſt. regul. capit.* 15. *num.* 19. Ceſpedes *de exempt. regul. cap.* 24. *dub.* 376. *num.* 4. *& ſequent.* Ex declarat. tamen S. Congreg. de qua ſupra, poterant Regulares, vbi ſunt duodecim de familia, confirmare abſque conſenſu Ordinarij canonicè erectas in ſuis Eccleſijs ante promulgationem Conſtitutionis Clement VIII. taliſque facultas durauit per annum à promulgatione pro Europa, & per biennium extra Europam.

207 Inſuper pro forma aggregationis, & inſtitutionis requiritur, quod ea tantum priuilegia, indulgentiæ, aliæque gratiæ, & indulta, quæ in ſpecie conceſſa ſunt Ordini, Religioni, Archiconfraternitati, & Confraternitanti erigenti, ſeu aggreganti, & nominatim, communicentur; non autem quæ inſtituens, aut aggregans participat per communicationem, ſeu extenſionem, aut ſub generali forma verborum, ſeu ad inſtar. Circa quod Lezana, *tom.* 2. *quæſt. Regular. cap.* 15. *num.* 11. dubitat: An inſtitutores, & aggregatores Confraternitatum poſſint frui priuilegijs, gratijs, & indultis non ſibi ſpeciatim, & nominatim conceſsis, ſed per communicationem, extenſionem &c. dum non poſſunt alijs communicare. Et affirmatiue reſoluit, licet poſtea aliorum iudicio relinquat, quia Pontifex non ea abrogat, & caſſat, ſed prohibet tantum communicare.

208 Mihi tamen videtur procedendum cum diſtinctione. Si enim Confraternitas habet talia priuilegia, gratias, indulta &c. ſibi communicata per aggregationem ad aliam, nequaquam poterit frui, ſed habenda ſunt pro abrogatis, quia cum Pontifex aggregationes omnes iam factas abroget, & caſſet, & ſimiliter etiam cõmunicationes priuilegiorũ, &c. & iubeat renouari, ſeu confirmari iuxta formam ſuæ Conſtitutionis, non poſſunt habere alia priuilegia, & indulta &c. niſi quæ ſecundum dictam Conſtitutionem communicari poſſunt. Si vero non habeat communicata ex vi aggregationis, poterit vti, & frui; quia ex vi præſentis conſtitutionis prohibetur tantum communicatio reſpectu aliorum, non vero vſus ipſorum habentibus ex communicatione Summorum Pontificum.

209 Denique pro forma requiritur, quod ſtatuta Confraternitatum tam inſtituendarum, quam aggregandarum, quæ ipſis exhibentur, dum eriguntur, aut aggregantur, examinentur, ac approbentur ab Epiſcopo Diœceſano, & ſemper illius moderationi, ac correctioni ſubſint. Circa quod notat Lezana *tom.* 2. *quæſt. Regular. cap.* 15. *num.* 12. quod intelligitur de primæuis inſtitutis, quæ ipſis exhibentur, dum inſtituuntur, aut aggregantur: & proinde poterunt ſine conſenſu, ſeu approbatione Epiſcopi ſucceſſu temporis aliquid de nouo inſtituere, quod conferat ad bonum regimen, prout occaſio tulerit. Hæc tamen quæ de nouo ſtatuentur, ſuberunt moderationi, & correctioni Epiſcopi, quia ſi principale inſtitutum ſubeſt, à fortiori ſuberunt etiam, quæ ſunt acceſſoria. Hæc autem ſunt quæ ſtatuit Pontifex ſeruanda pro forma erectionis, & aggregationis Confraternitatum.

210 Nonnulla autem alia decernit Pontifex, quæ non pertinent ad formam. Et primò, quod non poſſint promulgare priuilegia, indulta, gratias, indulgentias &c quæ ab inſtituentibus aut aggregantibus communicantur, niſi prius recognoſcantur ab Ordinarijs, adhibitis duobus de Capitulo, & interponat Decretum pro promulgatione. Circa quod notat Lezana *tom.* 2. *quæſt. Regular. cap.* 15. *num.* 14. Quod hoc non eſt neceſſarium, vt ipſi Confratres vti poſſint priuilegijs, gratijs, indulgentijs ſibi communicatis, ſed vt poſſint promulgari. Ex quo deducendum eſt, quod neque vti poſſint abſque prædicto decreto priuilegijs, gratijs, &c. quorum vſus prærequirit promulgationem.

211 Secundo decernit: Quod poſſint quidem Confraternitates eleemoſynas colligere, ſed iuxta formam præſcribendam ab Ordinarijs, ita tamen vt remoueantur menſæ, pelues, & capſæ, quæ in Eccleſijs, & Oratorijs Confraternitatum publicè, ad hoc exponi conſueuerunt. Ex quo deducitur, quod Regulares habentes priuilegium colligendi eleemoſynas inconſulto Epiſcopo non poſſunt tale priuilegium communicare Confraternitatibus, quas erigunt, vt notant Leo *par.* 4. *theſauri cap.* 2. *de Confrater. num.* 147. Ceſped. *de exemption. regular. capit.* 24. *dub.* 376. *num.* 19. Tum quia in præſenti Conſtitutione requirit Pontifex quod ſolum poſſint colligere eleemoſynas iuxta formam ab Ordinario præſcriptam. Tum quia tale priuilegium non eſt cæteris communicabile, vt notat Nauar. *conſil.* 13. *num.* 2. *de temp. ordin. in* 2. *edit.* Et proinde in dicta

DECRETVM
FOELICIS RECORDATIONIS
CLEMENTIS VIII.
PROHIBENS LITANIARVM VSVM

Præter in Breuiarijs, Miſſalibus, Pontificalibus, & Ritualibus contentas, & Litanias de B. Virgine in ſacra Aede Lauretana decantari ſolitas, aut à ſacra Congregatione Rituum approbatas. Contrauenientes, præter peccatum, arbitrio Ordinarij, & Inquiſitoris ſeuerè coerceri iubet.

188 *QVONIAM multi hoc tempore priuati etiam homines, prætextu aliena deuotionis, nouas quotidie Litanias euulgant, vt iam prope innumerabiles formæ Litaniarum circumferantur, & in nonnullis inepta ſententiæ, in alijs (quod grauius eſt) periculoſæ, & errorem ſapientes inueniantur: Sanctiſ. Dominus Noſter Clemens Papa VIII. pro ſolicitudine ſua prouidere volens vt animarum deuotio, Deique, ac Sanctorum inuocatio, ſine vllius detrimenti ſpiritualis periculo foueatur, præcipit, ac mandat, vt retentis antiquiſsimis, & communibus Litanijs, quæ in Breuarijs, Miſſalibus, Pontificalibus, ac Ritualibus continentur, necnon Litanijs de Beata Virgine, quæ in Sacra Aede Lauretana decantari ſolent: quicunque alias Litanias edere, vel iam editis, in Eccleſijs, ſiue Oratorijs, ſiue Proceſſionibus, vti voluerint, eas ad Congregationem Sacrorum Rituum recognoſcendas, & ſi opus fuerit corrigendas mittere teneantur: neque ſine licentia prædictæ Congregationis, eas in publicum edere, aut publicè recitare præſumant, ſub pœnis (vltra peccatum) arbitrio Ordinarij, & Inquiſitoris ſeuerè infligendis. Præſens Decretum factum fuit in generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & vniuerſalis Inquiſitionis, habita in Palatio Apoſtolico in Monte Quirinali coram prædicto Sanctiſſimo Domino Noſtro, ac Illuſtriſsimis, & Reuerendiſsimis Dominis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, aduerſus hæreticam prauitatem generalibus Inquiſitorib. octauo Idus Septembris, Anno à Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti M. DC. I.*

Quintilianus Adrianus Notarius.

QVÆSTIONES.

189 1 Litaniarum nomen vnde ſumptum.
2 Quid eſt, quod fertur de Litanijs maioribus.

Ad primum. Reſp. à verbo græco λιτανεύειν, quod eſt ſupplicare, & vota ſuſcipere. *cap.* 3. vbi *gloſ. & G. communiter. de conſecr. diſt.* 3. quibus ſupplicationibus, & Litanijs S.R.E. per vniuerſum orbem & quibuſcumque temporibus vti conſueuit, ad rogandum Deum, vt etiam interceſsione Sanctorum, non ſolum à peccatorum nexu, ſed ab alijs calamitatibus, peſtilentijs, ſeditionibus, bellis, alijſque huius generis malis liberet, vt notiſſimum eſt.

190 Ad ſecundum. Reſp. Litania maior fit in feſto S. Marci, die 25. Aprilis, alia minor fit tribus diebus ante Aſcenſionem Domini: illa vocatur maior, quia à Beato Gregorio Magno inſtituta, vel potius innouata fuit, ad euitationem maximi (qui tunc irrepſerat) morbi in Vrbe, quæ mundi caput eſt: iſta verò minor inſtituta fuit à Beato Mammerto Epiſcopo Viennenſi

nenſi, ob maximam peſtem ferarum, quæ in Gallijs homines perimebant, vt ſcribit Turrecrem. *in d. cap.* 3. *de conſecrat. diſt.* 3. *num.* 16. Baron. *in Martyrolog. dicta die* 23. *Aprilis*, & Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 195. *num.* 29. & prout etiam teſtatur Cherubinus *in Compendio Bullarij in ſupradicta Bulla fol.* 133.

Dubia circa Decretum Clemen. VIII. circa Litanias.

SVMMARIVM.

191 *Litaniæ non poſſunt edi, niſi approbatæ. An poſſint priuatè recitari.*

192 *Si bona fide edantur, non habet locum decretum.*

193 *An in Sabbato Sancto in Litanijs ſit geminandum illud,* Per ſanctam Reſurrectionem tuam.

194 *An liceat addere Litanijs nomina Sanctorum, qui ſunt in Breuiario, præſertim ſi ſint Patroni.*

ADDITIO.

191 Hoc decretum duo tantum prohibet, nempe edere Litanias non aprobatas à S. Rituum Congregatione; & eaſdem publicè recitare. Vnde quantum eſt ex vi ipſius, licebit eas retinere, niſi aliàs errorem contineant, & etiam priuatè recitare, quia prohibitio non eſt extendenda vltra ſuos terminos.

192 Si tamen edantur, aut publicè recitentur, non committitur peccatum, de quo decretum, nec locum habent pœnæ, ſi interueniat bona fides. Quia verbum *præſumant*, excludit bonam fidem, & importat contumaciam. Vnde requiritur, quod quis ſciens, & volens contraueniat, & proinde excuſandæ erunt perſonæ idiotæ, quæ ex affectu deuotionis etiam publicè recitarent. Peccatum autem de quo loquitur decretum, eſt mortale, quia ſumus in materia graui.

193 Notat Gauant. *in rubr. Miſſal. par.* 4. *tit.* 10 *num.* 30. *litera C.* in Sabbato Sancto ad Litanias non eſſe geminandum illud, *Per ſanctam Reſurrectionem tuam*; quia ex Pio V. nihil licet addere. Verum neque Pius V. loquitur de Litanijs, ſed tantum de officio diuino iuxta formam Breuiarij Romani reformati, vt conſtat ex eius *Conſtitutionibus* 64. & 122. Imo dato, quod loqueretur de Litanijs, conſequentia non teneret, quia repetere aliquem earumdem verſiculum non eſt additio, ſed repetitio eiuſdem. Et praxis ipſa declarat, hoc eſſe licitum: vnde non poteſt verti in dubium.

194 Idem Gauant. *in Manual.* verbo *Litaniæ*, *num.* 5. habet, non licere addere Litanijs Sanctorum nomina, etiam quæ habentur in Breuiario, quantumuis ſint Patroni locorum, aſſerens ita declaraſſe S. Rit. Congreg. 22. *Martij* 1631. Verum vix adducor, vt credam hanc reſolutionem à S. Congregatione emanaſſe in his terminis ita generalibus, ſed potius fuiſſe aliquod decretum particulare ex aliqua ſpeciali cauſa. Cum enim iuxta Rubricas Miſſalis ſit facienda commemoratio de patrono, & titulari, non video cur non poſſint etiam in Litanijs ſuo loco inuocari, cum hoc ſit conforme Rubricis.

Digitized by Google

DECRETVM
FOELICIS RECORDATIONIS
CLEMENTIS VIII.
IN QVO DAMNAT, ET PROHIBET.

Propoſitionem, qua dicitur licerè per litteras, ſeu internuncium, Confeſſario abſenti peccata ſacramentaliter confiteri, & ab eodem abſolutionem obtinere. §. 1. prohibet hanc propoſitionem de cætero doceri, defendi, imprimi, aut ad praxim deduci, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, & aliis pœnis arbitrio infligendis. §. 2.

195 *SANCTISSIMVS Dominus noſter, auditis Votis Patrum Theologorum, & re cum Illuſtriſſimis & Reuerendiſſimis Dominis Cardinalibus, contra hæreticam prauitatem generalibus Inquiſitoribus maturè ac diligenter conſiderata; hanc propoſitionem, ſcilicet* (licere per literas, ſeu internuncium Confeſſario abſenti peccata ſacramentaliter confiteri, & ab eodem abſente abſolutionem obtinere) *ad minus vti falſam, temerariam, & ſcandaloſam damnauit, ac prohibuit: præcipitque ne deinceps iſta propoſitio, publicis, priuatiſue lectionibus, concionibus, & congreſſibus doceatur, neve vnquam tanquam aliquo caſu probabilis defendatur, imprimatur, aut ad praxim quouis modo deducatur. Quod ſi quis illam docuerit, defenderit, imprimi fecerit, aut de ea etiam diſputatiuè tractauerit (niſi forſan impugnando) vel ad praxim directè, ſeu indirectè, deduxerit, præter excommunicationem latæ ſententiæ, quam ipſo facto incurrat, & a qua non poſſit (præterquam in articulo mortis) ab alio, quacunque etiam dignitate fulgente, etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ maiori Pœnitentiario, niſi à pro tempore exiſtente Romano Pontifice abſolui, aliis etiam pœnis arbitrio infligendis ſubiaceat.*

Quintilianus Adrianus Not. Publicata fuit Romæ die 19. Iulij 1602.

QVÆSTIONES.

196 1 Quid ſi quis ſit inter infideles, vel in carceribus ſecretis.
2 Quid ſi non per internuncium, ſed per interpretem.
3 An poſſit infirmus pœnitens tempore peſtis, ſiue alio periculo mittere peccata ſua Confeſſario, per literas ſigillatas, & Confeſſarius in his priuatim ea legere, & deinde in præſentia eiuſdem Confeſſarij ſtans à longe dicere ſe de his omnibus accuſare, & Confeſſarius poſſit illum abſoluere.

Exiſtentes inter infideles, aut in carceribus ſecretis, an poſſint abſenti confiteri. Quæſt. I.

SVMMARIVM.

195 *Stante quacunque neceſſitate, confeſſio non poteſt fieri abſenti.*
poſſit abſenti.
Ex natura ſacramenti id repugnat.
196 *In nullo caſu eſt probabile quod confeſſio fieri*

Ad

195 Ad primum. Reſp. adhuc intrat prohibitio, quia Confeſſio eſt actus perſonalis, id eſt, fienda perſonaliter ſacerdoti. Præcepit enim Dominus mundandis, vt irent & oſtenderent ora ſacerdotibus, *c. quem pœnitet 88. de pœnit. diſt. 1. vbi gloſ. allegat tex. concord.* Sufficit autem contritio carcerato, vel apud infideles exiſtenti, ſecundum veriorem, & magis communem opinionem, de qua teſtatur Graff. *lib. 1. ſuarum deciſionum, parte prima. cap. 24. num. 31. & ſeq. & in Append. lib. 1. cap. 5. num. 3.* vbi vrgentes admodum rationes adducit.

ADDITIO.

196 Ex ipſo Decreto Pontificis deſumitur, in prædicto caſu non licere confiteri abſenti, nam ſi liceret in aliquo caſu, eſſet probabilis opinio, quod liceat abſenti confiteri: quod tamen damnat Pontifex, dum decernit, quod non defendatur tanquam probabilis in aliquo caſu. Vbi eſt aduertendum, quod celebratio ſacramenti inter abſentes eſt illicita, non quia prohibita, ſed ex natura ſacramenti; & proinde Decretum Pontificis eſt declaratiuum. Verba enim abſolutionis, *Abſoluo te*, requirunt præſentiam abſoluendi, quia pronomen *Te* non verificatur de abſente, *ſed coarctat loquutionem ad præſentem*.

Confeſſio an fieri poſſit per interpretem. Quæſt. II.

SVMMARIVM.

197 *Confiteri poteſt pœnitens ex cauſa per interpretem.*
198 *Imo etiam ſine cauſa, & etiam publicè.*
199 *An aliquando adſit obligatio confitendi per interpretem. Secretum confeſſionis excuſat ab integritate.*

197 Ad ſecundum. Reſp. Valet Confeſſio, ſi fiat ex cauſa, vt ſi Confeſſarius non habet notam linguam confitentis, vel mutus alicuius muti, aut infirmi balbutientis: iſte enim id agit cum ſacerdote, qui mediante interprete poteſt Confitentem diligenter examinare; quod non eſt, ſi fiat Confeſſio per litteras, vel etiam internuncium, vt ex D. Thom. *in 4. diſt. 17. quæſt. 3. art. 4.* explicat Graff. vbi ſupra, *poſt ſcribb. in cap. quem pœnitet*.

ADDITIO.

198 Quamuis non adſit cauſa, ob quam ſit neceſſarius interpres, poteſt tamen quis per ipſum præſentialiter ſacerdoti confiteri. Quia non eſt de ratione confeſſionis, quod fiat ſecretò, ſed poteſt etiam publicè fieri, quando pœnitens poteſt ſine peccato ſua crimina manifeſtare, vt communiter cum D. Th. *quodlib. 1. ar. 10.* & deſumitur ex Concilio Tridentino *ſeſſ. 14. cap. 5.* vbi habet, Chriſtum non vetuiſſe, quin aliquis publicè ſua delicta confiteretur.

199 Aduertendum tamen eſt, quod licet confeſſio fieri poſſit per interpretem, nunquam tamen adeſt obligatio ſic confitendi etiam in articulo mortis, vt tradunt Maior *in 4. diſt. 17. quæſt. 4.* Palud. *q. 2.* Souſ. *diſt. 18. q. 2. ar. 3.* Caiet. verbo *Confeſſio, condit. 11.* Ratio eſt, quia iuxta Concil. Trid. *ſeſſ. 14. c. 5.* non adeſt obligatio, niſi ad confeſſionem ſecretam: & confeſſio ſecreta eſt illa, per quam apud ſolum ſacerdotem manifeſtantur peccata; & ideo obligatio ad hanc ſolum coarctatur. Vnde pœnitens, quãdo non poſſet, niſi per interpretem confiteri, poſſet ſe generaliter accuſare, & ita vrgente neceſſitate obtinere abſolutionem. Secretum enim confeſſionis excuſat ab integritate, vt docent Suarez *diſp. 36. de pœnit. ſect. 6. num. 5.* Coninch. *diſp. 5. dub. 10. num. 77.* Molfeſ. *par. 1. ſum. tract. 7. cap. 11. n. 12.* Auerſa *de pœnit. quæſt. 10. ſect. 5.* ver. *Hinc verò*. Philiar. *de offic. ſacer. tom. 1. lib. 5. c. 3.* Sotus *lect. 11. de pœnit.* Marchin. *de peſte par. 2. cap. 4. num. 4.* Ita vt in tali caſu ſufficiat confiteri aliquod veniale, & in communi de mortalibus ſe accuſare, vt tradunt Coninch, Molfeſ. citatis locis. Auerſa ver. *Sed etiamſi*. Eſcobar *tract. 7. theol. moral. exam. 4. cap. 7.* ver. *An teneatur quis*.

An ſi per epiſtolam explicet pœnitens ſua peccata abſenti, poſſit à præſente abſolui, ſi in genere tunc ſe accuſet de explicatis. Quæſtio III.

SVMMARIVM.

200 *Pœnitens ſe accuſans apud præſentem ſacerdotem de peccatis abſenti explicatis, abſolui poteſt.*
201 *Quid requiratur, vt hoc habeat locum. Non ſolum abſolutio non poteſt impendi abſenti, ſed nec abſenti confiteri.*

200 Ad tertium. Reſp. Poteſt infirmus pœnitens mittere ſua peccata Confeſſario per literas ſigillatas, & Confeſſarius in his priuatim ea legere, deinde in præſentia eiuſdem Confeſſarij ſtans a longe, ita vt audire, vel videre poſſit ſacerdotem abſoluentem, ita Nugnus *in addit. quæſt. 6. art. 3. diffic. ſecunda, concl. 2.* Pitinianus *ſecunda parte, diſt. 17. quæſt. vnica, art. 8. concl. 2.* Bonacina *diſp. 5. de ſacrament. quæſt. 4. punct. 4. & alij*, dum de abſoluendo moribundo.

Ratio, eſt, quia tam Abſolutio, quam Confeſſio cenſetur in præſentia pœnitentis, & confeſſarij fieri, & nihil videtur deſiderari ad valitudinem Confeſſionis, cum pœnitens præſens ſe accuſet integrè, & cum dolore de omnibus peccatis, & ſacerdos præſentem abſoluat. vnde nihil fit contra Conſtitutionem Clementis Octaui de non abſoluendo abſente, aut per litteras.

ADDITIO.

201 Hæc reſponſio temperanda eſt, vt ſubſtineri poſſit, quod tunc ſolum habeat locum, ſi pœnitens recognoſcat literas à ſe ſcriptas, in quibus peccata ſua explicauit abſenti, & in præſentia ſacerdotis de ipſis ſe accuſet, alias confeſſio eſſet facta abſenti, & proinde contra Decretum Clementis VIII. in quo nedum prohibetur impenſio abſolutionis abſenti, ſed etiam ſeorſim ab abſolutione, quod confeſſio fiat abſenti, vt declaratum fuit ab eodem Pontifice *die 14. Iulij 1605. & die 18. Auguſti eiuſdem anni* ex occaſione, quod quidam interpretabantur primum Decretum Pontificis, quod ſolum damnauerit coniunctim confeſſionem factam abſenti cum abſolutione, ita vt totum ſacramentum celebraretur inter abſentes. Niſi enim interueniat accuſatio coram præſente ſacerdote, non poteſt ſaluari confeſſio facta abſenti; & niſi pœnitens recognoſcat ſcripturam ſuorum peccatorum, non poteſt confeſſio eſſe certa, & determinata.

BVL-

Digitized by Google

BVLLA
FOELICIS RECORDATIONIS
CLEMENTIS VIII.

PVBLICATA ROMAE 24. DECEMBRIS 1604.

Super modo, & forma per quoſcunque Regulares Ordines, Religiones, Inſtituta ſeu Archiconfraternitates, & Congregationes ſæculares, tam Vrbis, quàm aliarum ciuitatum, & locorum, in erectionibus, inſtitutionibus, & aggregationibus Confraternitatum, & Congregationum, & Communicationibus Priuilegiorum, Indulgentiarum, facultatum, aliarumque ſpiritualium gratiarum, & indultorum, eiuſdem Confrat. & Congregationibus, faciendis impoſterum obſeruanda.

CLEMENS PAPA VIII.

202 QVAECVNQVE à Sede Apoſtolica ad promouendam Chriſtifidelium ſalutem aliquando concessa ſunt, etſi ea maturo conſilio, magnaque prudentia, & cautione ſancita, & decreta ſint; tamen cùm Romanus Pontifex de animarum ſalute ſolicitus progreſſu temporis animaduertit ſenſim aliquos abuſus in eiſdem ſtatutis, & decretis obſeruandis prouenire; debet pro ſui Paſtoralis officij munere illis opportuna ratione occurrere, & quantùm cum Domino poteſt, adhibito ſalutari remedio prouidere. Cùm itaque à pluribus Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris, & forſan etiam à Nobis, nonnullis Regularibus Ordinibus, Religionibus, & Inſtitutis, ac etiam Chriſtifidelium ſæcularium Archiconfraternitatibus, & Congregationibus diuerſarum nationum, nominum, & inſtitutorum, tam in Alma Vrbe noſtra, quàm in alijs Ciuitatibus, & locis Chriſtiani Orbis inſtitutis, facultas erigendi in eorum, & alijs Eccleſijs, & Collegijs, nec non etiam ſibi aggregandi Confraternitates, & Congregationes in eadem Vrbe, & in alijs locis exiſtentes, eiſque Priuilegia, Indulgentias, facultates, aliaſque ſpirituales gratias, & indulta ſibi conceſſa reſpectiuè communicandi attributa fuerit; ac nulla certa forma, vel ratio præſcripta ſit, qua in huiuſmodi erectionibus, inſtitutionibus, aggregationibus, & communicationibus faciendis ſeruari debeat; propterea ſiue negligentia Superiorum Ordinum Religionum, & Inſtitutorum, vel officialium Archiconfraternitatum, & Congregationum erigentium, inſtituentium, aggregantium, & communicantium, quæ Confraternitatibus & Congregationibus erigendis, inſtituendis, & aggregandis, & quibus communicationes priuilegiorum, indulgentiarum, aliarumque gratiarum prædictarum fiunt, non ſeruant formam in huiuſmodi erectionibus, inſtitutionibus, aggregationibus, & communicationibus ſeruari debitam, neque præſcribunt modum, quo priuilegia, indulgentias, facultates, aliaſque ſpirituales gratias, & indulta prædicta conſequi debeant; ſeu ipſarum Confraternitatum & Congregationum incuria, qua non inquirunt ea, quæ præſtare oportet, vt illa conſequantur, nonnullæ praua conſuetudines irrepſerunt, multaque incommoda inde prouenerunt, quibus Nos pro commiſſo Nobis Apoſtolicæ ſolicitudinis officio, paternaque erga omnes Chriſtifideles charitate proſpicere volentes, hac noſtra conſtitutione perpetuò valitura decernimus, atque ſtatuimus, vt in poſterum tam huius Almæ Vrbis noſtræ, quàm aliarum Ciuitatum, & locorum totius Chriſtiani Orbis Regularium Ordinum, Religionum, & Inſtitutorum, quibus in eorum, & quibuſcunque alijs Eccleſijs, & Collegijs Confraternitates ſæcularium erigendi, & inſtituendi facultas conceſſa eſt, nec non etiam Archiconfraternitatum, & Congregationum, cuiuſuis nationis, nominis, & inſtituti illæ ſint, & in quibuſcunque Eccleſijs, Domibus, & Oratorijs, tam ſæcularium, quàm, vt præfertur, quorumcumque, etiam Mendicantium, Ordinum, Religionum, & Inſtitutorum Regularium quauis tam Ordinaria, quàm Apoſtolica auctoritate erectæ, ac inſtitutæ exiſtant, ſeu aliàs quouis modo introductæ reperiantur,

tur, quibus alias Confraternitates, & Congregationes inſtituendi, erigendi, ac ſibi aggregandi, illiſque priuilegia, indulgentias, facultates, aliaſque ſpirituales gratias, & indulta prædicta elargiendi, & communicandi poteſtas à Romanis Pontificibus, Prædeceſſoribus noſtris, vel à Nobis, & Apoſt. Sedè attributa fuit. Magiſtri, Priores, Præpoſiti, Rectores, Gubernatores, Præceptores, Primicerij, Prælati, Cuſtodes, Guardiani, Præfecti, Adminiſtratores, & alij Officiales ſeu Superiores quouis modo nuncupati, Regularium ſiquidem Ordinum, Religionum, & Inſtitutorum vnam tantùm Confraternitatem, & Congregationem de conſenſu tamen Ordinarij loci, & cum literis eius teſtimonialibus, quibus Confraternitatis, & Congregationis erigendæ, & inſtituendæ pietas, & Chriſtianæ charitatis officia, quæ exercere cupit, apud eos commendentur, in eorum, & quibuſcunque alijs Eccleſijs, & Collegijs erigere, & inſtituere: cæterarum verò Archiconfraternitatum, & Congregationum in ſingulis Ciuitatibus, Oppidis, vel locis vnam etiam Confraternitatem, & Congregationem, dumtaxat, quæ Apoſtolica, vel Ordinaria auctoritate prius erecta nulli alteri Ordini, Religioni, Inſtituto, Archiconfraternitati, & Congregationi eiuſdem, vel alterius nationis, nominis, & inſtituti aggregata ſit, præuio ſimiliter loci Ordinarij conſenſu, & cum eius literis teſtimonialibus quibus eiuſdem Confraternitatis, & Congregationis aggregandæ inſtitutum, pietas, & Chriſtianæ charitatis officia, quæ exercere conſueuit, apud eos commendetur, ſibi adiungere, & aggregare poſſint: Huic verò confraternitati, & congregationi erigendæ, inſtituendæ, ſeu aggregandæ ea tantum priuilegia, indulgentias, facultates, aliaſque ſpirituales gratias, & indulta, quæ ipſi Ordini, Religioni, Inſtituto erigenti inſtituenti, ac communicanti, ſeu Archiconfraternitati, & congregationi aggreganti nominatim, & in ſpecie, non autem, quæ per extenſionem, vel communicationem ſibi quouis modo conceſſa ſunt, & illa quidem non ſub generali forma verborum, vel ad inſtar, ſed expreſsè, & in ſpecie communicare valeant. Statuta autem pro regimine Ordinum, Religionum, & inſtitutorum erigentium, & inſtituentium, ac communicantium, ſeu Archiconfraternitatum, & congregationum aggregantium edita: confraternitatibus, & congregationibus erigendis, inſtituendis, & aggregandis, & quibus communicationes priuilegiorum, & aliorum prædictorum fiunt impartiri non poſſint, niſi ea prius ab Epiſcopo Diœceſano examinata, & pro ratione loci approbata fuerint, quæ nihilominus eiuſdem Epiſcopi decretis, ac moderationi, & correctioni omnibus ſemper ſubiecta remaneant. Inſuper volumus, & ordinamus, vt prædicti Ordines, Religiones, inſtituta erigentia, inſtituentia, ac communicantia, nec non Archiconfraternitates, & congregationes aggregantes etiam erigendi, inſtituendi, aggregandi, & communicandi formulam à Nobis nouiſſimè approbatam diligenter obſeruent, ſecundum quam priuilegia, indulgentias, facultates, aliaſque ſpirituales gratias, & indulta ipſis Ordinibus, Religionibus, Inſtitutis erigentibus, & communicantibus, ſeu Archiconfraternitatibus, & congregationibus aggregantibus nominatim, & expreſsè, non autem per communicationem, neque ad inſtar, vt ſupra, conceſſa ipſis confraternitatibus, & congregationibus erigendis, inſtituendis, & aggregandis, & quibus communicationes fiunt, communicare poſſint: quibus confraternitates, & congregationes, eiuſdem dumtaxat nationis, & nominis, Ordinis, Religionis, Inſtituti, Archiconfraternitatis, & congregationis, cui aggregantur, tam hactenus aggregatæ, quàm in poſterum aggregandæ, vtantur, potiantur, & gaudeant: ita vt dictarum confraternitatum, & congregationum erectarum, inſtitutarum, & aggregatarum, ac quibus communicationes factæ ſunt, & Miniſtri, & officiales, & alij ſupradicti priuilegia, indulgentias, facultates, aliaſque ſpirituales gratias, & indulta huiuſmodi, præuia tamen recognitione Ordinarij loci, qui adhibitis duobus de eiuſdem Eccleſiæ Capitulo, illa iuxta Sacri Concil. Trident. decretum promulganda decernat, debitis temporibus promulgare valeant: quibus etiam Miniſtris officialibus, & alijs prædictis Eleemoſynas, & alia oblata chriſtianæ charitatis ſubſidia, iuxta modum, & formam per Ordinarium loci præſcribendam, remotis tamen menſis, & peluibus, & capſis, quæ in Eccleſijs, & Oratorijs dictarum confraternitatum, & congregationum publicè ad hoc exponi conſueuerant, excipiendi poteſtas detur. Atque hoc ipſum Ordines, Religiones, inſtituta erigentia, inſtituentia, ac communicantia, ſeu Archiconfraternitates, & congregationes aggregantes tam Almæ Vrbis noſtræ, quàm aliarum Ciuitatum, & locorum quorumcumque, iuxta modum à Vicario Vrbis, & ab Ordinarijs locorum reſpectiuè præſcribendum, obſeruare teneantur. Eleemoſynas autem ſic collectas in reparationem & ornatum Eccleſiarum, tam Ordinum, Religionum, Inſtitutionum erigentium, inſtituentium, & communicantium, ac Archiconfraternitatum, & Congregationum erigendarum, inſtituendarum, & aggregandarum, & quibus communicationes fient, aut in alios earum pios vſus arbitrio eiuſdem Vicarij noſtri in Vrbe, nec non Ordinariorum locorum reſpectiuè fideliter exponere, atque erogare procurent, vt omnes intelligant cæleſtes Eccleſiæ theſauros, non quæſtus, aut alicuius lucri cauſa, ſed pietatis, & charitatis excitandæ gratia, ex Apoſtolicæ Sedis benignitate, Chriſti fidelibus aperiri. Præterea volumus, vt confeſſarij, qui vigore priuilegiorum ipſis Ordinibus, Religionibus, inſtitutis erigentibus, inſtituentibus, & communicantibus, ſeu Archiconfraternitatibus & Congregationi-

bus

Digitized by Google

bus aggregandibus remeſſorum, ac confraternitatibus & congregationibus aggregandis communicandorum pro tempore eligi poſſunt, & poterunt: ſeculares, ſcilicet, in Alma Vrbe à prædicto noſtro Vicario; extra Vrbem verò à locorum Ordinarijs: Regulares autem non ſolum à prædicto noſtro, & à locorum Ordinarijs, reſpectiuè, ſed etiam à ſuis Superioribus approbati ſint: vtque Confratres confitentes à criminibus, ceſſibus, & cenſuris, iuxta dictorum priuilegiorum (quatenus tamen ſint in vſu, & Sacris Concilij Tridentini decretis, ac Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, & noſtris conſtitutionibus non aduerſentur, nec reuocata, aut ſub aliquibus reuocantibus comprehenſa ſint) formam, & tenorem, duntaxat abſoluere valeant. Decernimus inſuper, vt ijdem Confeſſarij prædictos fratres cuiuſcunque gradus, ſtatus, conditionis, & præeminentiæ, etiamſi ſpeciali nota digne fuerint, à caſibus contentis in literis, quæ die Cœnæ Domini legi conſueuerunt, nec non violationis immunitatis, & libertatis Eccleſiaſticæ, & clauſuræ Monaſteriorum Monialium, ſi videlicet ſine neceſſaria, & vrgenti cauſa, ac ſine Superiorum licentia, vel etiam ſi cauſa, & licentia conceſſis abutentes, prædicta Monaſteria ingreſſi fuerint; nec non violentæ manus iniectionis in Clericum, & ſingularis certaminis, ſeu duelli; ac ab alijs etiam caſibus tam à Nobis, quàm à prædicto noſtro in Vrbe Vicario, & locorum Ordinarijs reſpectiuè reſeruatis, & pro tempore reſeruandis, & etiam à quauis excommunicatione, ab homine lata, abſoluere, & ſuper irregularitatibus tam ex aliquo defectu prouenientibus, quàm occaſione delicti contractis cum aliquo, diſpenſare prætextu dictorum priuilegiorum nullo modo poſſint. Demum ſtatuimus & pariter ordinamus, vt Confraternitates, & Congregationes vbiuis locorum, quauis auctoritate, vt præfertur, erectæ, & inſtitutæ, quibus communicationes prædictæ factæ ſunt, ac quicunque ex dictis Ordinibus, Religionibus, Inſtitutis, Archiconfraternitatibus, & Congregationibus vbilibet exiſtentibus hactenus aggregatæ ab eiſdem reſpectiuè Ordinibus, Religionibus, Inſtitutis, Archiconfraternitatibus, & Congregationibus nouas erectionum, inſtitutionum, communicationum, & aggregationum literas, iuxta formam à Nobis nouiſſimè approbatam, infra annum ſi in Europa ſint, & ſi extra Europam fuerint, infra biennium à die publicationis præſentium in Romana Curia facienda computandos impetrare teneantur: alioquin dicto tempore elapſo, erectiones, inſtitutiones, & quæcunque communicationes priuilegiorum, facultatum, indulgentiarum, aliarumque ſpiritualium gratiarum, & indultorum, & aggregationes illarum vigore ipſis conceſſæ, nullius ſint roboris & momenti; ac reuocatæ, & abolitæ cenſeantur eo ipſo erectionum, aut inſtitutionum, communicationum, & aggregationum, tam hactenus factarum, quàm deinceps faciendarum litera ab ipſis Ordinibus, Religionibus, Inſtitutis, ſeu Archiconfraternitatibus & Congregationibus gratis omnino ac nulla prorſus mercede; etiam à ſpontè dantibus accepta expediri, & concedi debeant. Quod ſi Miniſtri aliqui Superiores, vel officiales quæcunque nomine nuncupati Ordinum, Religionum, Inſtitutionum, ſeu Archiconfraternitatum, Congregationum, & Confraternitatum huiuſmodi, quauis auctoritate, vel priuilegio, & officio fungantur, & præfulgeant, contra præmiſſa in aliquo venire, vel facere præſumpſerint, erectiones, inſtitutiones, & communicationes priuilegiorum, indulgentiarum, facultatum, ſpiritualiumque gratiarum, & indultorum, aliorumque præmiſſorum, conceſſiones, necnon aggregationes per ipſos facienda, ſeu renouanda nullius ſint roboris, & momenti, & quilibet eorumdem Miniſtrorum, Superiorum, Officialium, & aliorum prædictorum priuationis officiorum, quæ obtinet, ac inhabilitatis ad illa, & alia in poſterum obtinenda pœnam, quæ ab alio, quàm à Nobis, vel Rom. Pontif. pro tempore exiſtente remitti non poſſit, incurrat eo ipſo. Decernentes præſentes literas perpetuò validas, & efficaces exiſtere & fore, ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, inuiolabiliter obſeruari debere, ſicque noſtræ mentis, & intentionis exiſtere: & ita & non aliter per quoſcunque Iudices, &c. Non obſtantibus, &c. Vt autem præſentes literæ ad omnium quos concernunt, notitiam facilius deueniant, volumus illas ad valuas Baſilicarum S. Ioan. Lateranen. & Principis Apoſtolorum de Vrbe, & in Acie Campi Floræ more ſolito publicari, & affigi, atque ijs inde amotis, earumdem exempla etiam impreſſa ibi affixa relinqui, factaque publicatione huiuſmodi omnes Regulares Ordines, Religiones, Inſtituta, & Archiconfraternitates, Congregationes, & Confraternitates ſecularium, quæ in Vrbe quidem poſt menſem, quæ verò in Europam, poſt decem menſes à die publicationis huiuſmodi computandos perinde afficere & arctare, ac ſi earum cuilibet nominatim inſinuatæ fuiſſent. Et nihilominus, vt ipſa præſentes literæ notoria fiant, magiſque omnibus innoteſcant, vniuerſis & ſingulis Venerabilibus fratribus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & alijs locorum Ordinarijs per eaſdem præſentes committimus, & mandamus, vt per ſe, vel alium, ſeu alios, haſce noſtras literas, poſtquam earum exemplum receperint, ſeu earum notitiam habuerint, ſemel, aut pluries, prout eis magis expedire viſum fuerit, in ſuis Cathedralibus, & maioribus reſpectiuè Eccleſijs Ciuitatum, oppidorum,

tum, & locorum quorumcumque eorum Diœceſum, dum in eis maior populi multitudo ad Diuina conuenerit, ſolemniter publicent, & publicari auctoritate noſtra mandent, ac faciant. Caterum quia &c.

Obſeruationes circa erectionem, & aggregationem Confraternitatum.

SVMMARIVM.

203 *Confraternitates erigendæ, & aggregandæ iuxta formam Conſtit. Clement. VIII. Quæcumque à Sede; & erectæ iuxta ipſam renouandæ.*

204 *Dicta Conſtitutio afficit omnes etiam Capitulum S. Io. Lateranenſis.*

205 *Habentes facultatem, vnam tantam Confraternitatem erigere, aut aggregare, poſſunt in ſingulis locis, idque de futuro.*

Plures eiuſdem nominis in eodem loco poſſunt renouari &c.

Quid poſſint Regulares.

206 *Pro Confraternitatibus requiritur conſenſus Ordinarij.*

207 *Quæ priuilegia &c. in aggregatione communicentur.*

208 *Quid de priuilegijs communicatis per Summos Pontifices.*

209 *Statuta Confraternitatum approbanda ab Epiſcopis.*

210 *Confraternitates non poſſunt publicare priuilegia, indulgentias, &c. niſi recognoſcantur ab Epiſcopis &c.*

211 *Confraternitates poſſunt eleemoſynas colligere iuxta formam ab Epiſcopo præſcriptam.*

Regulares non poſſunt Confraternitatibus communicare priuilegium colligendi eleemoſynas inconſulto Epiſcopo.

212 *Eleemoſynæ collectæ per Confraternitates in quid expendendæ.*

213 *An expendendæ arbitrio Ordinarij.*

Dictio, Seu, diſtinguit partes diſpoſitionis.

214 *Confeſſarij Confraternitatum approbandi ab Ordinario; & ſi Regulares, etiam à ſuis Superioribus.*

215 *Non poſſunt abſoluere à reſeruatis Pontifici, & Ordinario.*

216 *Priuilegia quando aduerſentur Decretis Concilij Tridentini.*

217 *An intelligatur de Decretis, quæ non habent annexam reuocationem priuilegiorum.*

218 *Priuilegia non reuocata an contrarientur Concilio.*

219 *Quid illa clauſula* Dummodo non ſint reuocata &c.

220 *Pro litteris Inſtitutionis, ſeu aggegationis nihil recipiendum.*

An miniſtri inferiores poſſint aliquid recipere ſponte oblatum.

221 *Pœnæ violantium Conſtitut. Clemen. VIII. circa Confraternitates.*

222 *Officiales Confraternitatum quotannis eligendi per ſecreta ſuffragia, & confirmandi ab Epiſcopis, exceptis illarum, quæ ſunt ſub immediata protectione Regum.*

223 *Confratres non poſſunt exponere Euchariſtiã ſine licentia Epiſcopi.*

224 *Parochus debet intereſſe funeribus in Eccleſijs Confratrum, cantare miſſas &c.*

225 *Confraternitates non poſſunt inſtitui in Eccleſijs Monialium.*

Regulares quales Confraternitates ſine licentia Epiſcopi non poſſint inſtituere.

226 *Quæ prohibeantur Capellanis Confraternitatum.*

227 *Confraternitates quas proceſſiones poſſint inſtituere.*

Quid de Confraternitatibus Regularium.

Quomodo incedant in proceſſionibus.

228 *Confraternitates non poſſunt accedere ad funeralia, niſi expreſſè curatæ, & ſine Cruce.*

229 *Confraternitates, quæ habent redditus tenentur ad contributionem pro Seminario.*

230 *Confraternitates, niſi ſubſint immediatæ protectioni Regum, ſubduntur viſitationi Ordinarij.*

ADDITIO.

203 Hæc conſtitutio edita eſt pro reformatione erectionis Confraternitatum, & aggregationis earumdem, vt omnium cura ſit forma erectionis, & aggregationis. Et proinde etiam iam erectæ, licet canonicæ, ad hanc formam renouandæ ſunt, vt conſtat ex ipſa Conſtitutione. Et quia forma præſcripta eſt coniuncta cum decreto irritante, ideo ea non ſeruata, erectio, & aggregatio eſt nulla, & proinde ſion erunt veræ Confraternitates, nec participare poterunt gratias, indulgentia, priuilegia &c. per Summos Pontifices conceſſas. Et quia plura præſcribuntur in hac Conſtitutione, ideo niſi omnia collectiuè concurrant, deficiet forma præſcripta. Hoc autem debet intelligi de ijs, quæ cernunt ſubſtantiam erectionis, & aggregationis.

204 Hæc autem Conſtitutio afficit omnes quicunq; ſint, ita vt nulla prorſus Confraternitas ſubſiſtere poſſit, niſi ſeruando præſcriptam formam. Et proinde cum dubitaretur, an Canonici, & Capitulum S. Io Lateranenſis de Vrbe ſub hac Conſtitutio-

Digitized by Google

tione comprehenderentur. Quod comprehendantur declarauit Paulus V. *in ſua conſtit.* Quæ ſalubriter *edita* 1610. & eſt 68. *tom.* 3. *Bullar.* vt obſeruant Cherub. *in compen. Bullar. ſchol.* 2. *ad conſtit.* 115. *Clemen. viij.* & Lezana *tom.* 2. *quæſt. Regul. cap.* 15. *num.* 7.

205 Quod autem ſpectat ad formam erectionis & aggregationis, vnam tantum in ſingulis locis poſſunt erigere, aut aggregare, qui habent facultatem aggregandi: & ideo ſi plures erigerentur, poſteriori loco erectæ, eſſent nullæ, ſicut etiam aggregatæ. Hoc tamen procedit de futuro, non autem de iam canonicè erectis; nam quamuis ſint plures in eodem loco eiuſdem nominis, & inſtituti, poſſunt omnes renouari iuxta formam præfatæ Conſtitutionis ex declaratione S. Congregationis, quæ ab Auctore inferius affertur: Hoc tamen procedit ſolum quoad erectas in Eccleſijs Regularium, qui ſaltem ſint numero duodecim, vt obſeruat etiam Lezana *to.* 2. *quæſt. Regul. cap.* 15. *num.* 8. Imo in eadem declaratione habetur, quod Regulares habentes facultatem erigendi Confraternitates, poſſint & antiquas confirmare, & nouas inſtituere, quamuis loca ipſarum non obtineant illam diſtantiam, quæ præſcribitur in literis Apoſtolicis, accedente tamen conſenſu Ordinarij, qui in ſcriptis eſt exhibendus priuſquam diſpenſetur ſuper diſtantia, & non aliter.

206 Rurſus pro forma inſtitutionis nouarum Confraternitatum, aut antiquarum confirmationis, requiritur conſenſus Ordinarij, vt conſtat ex illis verbis. [Et cum literis eius teſtimonialibus, quibus Confraternitatis erigendæ, & inſtituendæ pietas, & Chriſtianæ charitatis officia, quæ exercere cupit, apud eos commendetur.] Atque idem conſenſus requiritur etiam pro aggregatione, vt ibid. habet Pontifex, & notant Gauant. *in Manuali* verbo *Confraternitas num.* 3. Lezana *tom.* 2. *quæſt. regul. capit.* 15. *num.* 19. Ceſpedes *de exempt. regul. cap.* 24. *dub.* 376. *num.* 4. *& ſequent.* Ex declarat. tamen S. Congreg. de qua ſupra, poterant Regulares, vbi ſunt duodecim de familia, confirmare abſque conſenſu Ordinarij canonicè erectas in ſuis Eccleſijs ante promulgationem Conſtitutionis Clement VIII. taliſque facultas durauit per annum à promulgatione pro Europa, & per biennium extra Europam.

207 Inſuper pro forma aggregationis, & inſtitutionis requiritur, quod ea tantum priuilegia, indulgentiæ, aliæque gratiæ, & indulta, quæ in ſpecie conceſſa ſunt Ordini, Religioni, Archiconfraternitati, & Confraternitanti erigenti, ſeu aggreganti, & nominatim, communicentur; non autem quæ inſtituens, aut aggregans participat per communicationem, ſeu extenſionem, aut ſub generali forma verborum, ſeu ad inſtar. Circa quod Lezana, *tom.* 2. *quæſt. Regular. cap.* 15. *num.* 11. dubitat: An inſtitutores, & aggregatores Confraternitatum poſſint frui priuilegijs, gratijs, & indultis non ſibi ſpeciatim, & nominatim conceſsis, ſed per communicationem, extenſionem &c. dum non poſſunt aliis communicare. Et affirmatiue reſoluit, licet poſtea aliorum iudicio relinquat, quia Pontifex non ea abrogat, & caſſat, ſed prohibet tantum communicare.

208 Mihi tamen videtur procedendum cum diſtinctione. Si enim Confraternitas habet talia priuilegia, gratias, indulta &c. ſibi communicata per aggregationem ad aliam, nequaquam poterit frui, ſed habenda ſunt pro abrogatis, quia cum Pontifex aggregationes omnes iam factas abroget, & caſſet, & ſimiliter etiam cõmunicationes priuilegiorũ, &c. & iubeat renouari, ſeu confirmari iuxta formam ſuæ Conſtitutionis, non poſſunt habere alia priuilegia, & indulta &c. niſi quæ ſecundum dictam Conſtitutionem communicari poſſunt. Si vero non habeat communicata ex vi aggregationis, poterit vti, & frui; quia ex vi præſentis conſtitutionis prohibetur tantum communicatio reſpectu aliorum, non vero vſus ipſorum habentibus ex communicatione Summorum Pontificum.

209 Denique pro forma requiritur, quod ſtatuta Confraternitatum tam inſtituendarum, quam aggregandarum, quæ ipſis exhibentur, dum eriguntur, aut aggregantur, examinentur, ac approbentur ab Epiſcopo Diœceſano, & ſemper illius moderationi, ac correctioni ſubſint. Circa quod notat Lezana *tom.* 2. *quæſt. Regular. cap.* 15. *num.* 12. quod intelligitur de primæuis inſtitutis, quæ ipſis exhibentur, dum inſtituuntur, aut aggregantur: & proinde poterunt ſine conſenſu, ſeu approbatione Epiſcopi ſucceſſu temporis aliquid de nouo inſtituere, quod conferat ad bonum regimen, prout occaſio tulerit. Hæc tamen quæ de nouo ſtatuentur, ſuberunt moderationi, & correctioni Epiſcopi, quia ſi principale inſtitutum ſubeſt, à fortiori ſuberunt etiam, quæ ſunt acceſſoria. Hæc autem ſunt quæ ſtatuit Pontifex ſeruanda pro forma erectionis, & aggregationis Confraternitatum.

210 Nonnulla autem alia decernit Pontifex, quæ non pertinent ad formam. Et primò, quod non poſſint promulgare priuilegia, indulta, gratias, indulgentias &c quæ ab inſtituentibus aut aggregantibus communicantur, niſi prius recognoſcantur ab Ordinarijs, adhibitis duobus de Capitulo, & interponat Decretum pro promulgatione. Circa quod notat Lezana *tom.* 2. *quæſt. Regular. cap.* 15. *num.* 14. Quod hoc non eſt neceſſarium, vt ipſi Confratres vti poſſint priuilegijs, gratijs, indulgentijs ſibi communicatis, ſed vt poſſint promulgari. Ex quo deducendum eſt, quod neque vti poſſint abſque prædicto decreto priuilegijs, gratijs, &c. quorum vſus prærequirit promulgationem.

211 Secundo decernit: Quod poſſint quidem Confraternitates eleemoſynas colligere, ſed iuxta formam præſcribendam ab Ordinarijs, ita tamen vt remoueantur menſæ, pelues, & capſæ, quæ in Eccleſijs, & Oratorijs Confraternitatum publicè, ad hoc exponi conſueuerunt. Ex quo deducitur, quod Regulares habentes priuilegium colligendi eleemoſynas inconſulto Epiſcopo non poſſunt tale priuilegium communicare Confraternitatibus, quas erigunt, vt notant Leo *par.* 4. *theſauri cap.* 2. *de Confrater. num.* 147. Ceſped. *de exemption. regular. capit.* 24. *dub.* 376. *num.* 19. Tum quia in præſenti Conſtitutione requirit Pontifex quod ſolum poſſint colligere eleemoſynas iuxta formam ab Ordinario præſcriptam. Tum quia tale priuilegium non eſt cæteris communicabile, vt notat Nauar. *conſil.* 13. *num.* 2. *de temp. ordin. in* 2. *edit.* Et proinde in dicta

ta Constitutione expresse statuitur, quod forma præscribenda ab Ordinario, seruetur ab institutis Confraternitatibus per Ordines, & Religiones.

212 Hæ autem eleemosynæ per Confraternitates collectæ expendi debent in reparationem, ornatum Ecclesiarum, aut in alios pios vsus arbitrio Ordinarij. Ecclesiæ autem, quæ participare possunt fructum harum eleemosynarum, sunt omnes, quæ quocunque modo spectant ad easdem Confraternitates, nempe Ecclesiæ Ordinum, Religionum, Institutionum, erigentium, instituentium, & communicantium, ac Archiconfraternitatum, et Congregationum erigendarum, instituendarum, & aggregandarum, & quibus communicationes fient. Vnde cum possint expendi etiam in alios pios vsus, poterunt etiam expendi in Oratorij, seu Ecclesiæ. Confraternitatis vsus; nempe in certos, suppellectilem saeram, et alia huiusmodi.

213 An autem debeant expendi semper arbitrio Ordinarij. Resp. Quod quando expenduntur in ornatum, aut reparationem Ecclesiarum, de quibus in *num. præcedenti*, non requiritur arbitrium, seu consensus Ordinarij, quia iam Pontifex decreuit in sua Constitutione, quod ita expendantur. Quando autem essent expendendæ in alios pios vsus quia Pontifex non determinauit hos pios vsus, subintret arbitrium Episcopi ad eos determinandos, seu determinatos per Confratres approbandos. Dictio enim *seu* tanquam alternatiua disiungit partes dispositionis *l. si quis ita legauerit, ff. de au. & arg. leg.* & notant Bar. *in l. si is, qui §. vtrum, n. 1. ff. de reb. dub.* Socin. *ibid.* Franc. *in cap. licet num. 3. de offic. vicar. in 6.* et proinde cadit inter diuersa, per Gonzalez *ad Reg. 8. cancel. glos. 48. num. 17.* Vnde cum clausula *arbitrio Episcopi* apponatur alteri tantum parti dispositionis, non afficiet aliam partem.

214 Tertiò decernit: Quod Confessarij eligendi à Confratribus, si sint sæculares, debeant esse approbati ab Ordinario loci: Si verò sint Regulares, non solum approbari debeant ab Ordinario loci, sed etiam a suis Superioribus. An autem sufficiat, quod sint approbati generaliter pro sæcularibus, an vero requiratur specialis approbatio pro Confraternitatibus. Resp. Sufficere approbationem pro sæcularibus, quia in Constitutione Pontificia requiritur indeterminate approbatio; ad hunc autem qualitatem requisitam verificandam, sufficit, si pro sæcularibus approbati sint: mens enim Pontificis fuit prouidere, ne passim quicunque sacerdotes eligerentur, sed ij tantum, quorum idoneitas esset approbata. Ex quo fit, quod si eligerent Regularem approbatum quidem ab Ordinario, sed non a suo Superiore, defectu qualitatis requisitæ electio esset nulla, & talis Confessarius non posset exercere illas facultates, quas priuilegia Confraternitatis concedunt.

215 Quartò reuocat facultates absoluendi dictos Confratres à reseruatis, & reseruandis, tam Apostolicæ Sedi, quam Ordinario loci, & a quacunque excommunicatione ab homine lata; & dispensandi super quacunque irregularitate, vel ex defectu, vel ex delicto proueniente. Vnde quamuis expresse non renouet priuilegia, reuocat tamen implicite, quatenus prohibet posse absoluere a quibuscunque reseruatis, & reseruandis, & ab excommunicatione ab homine, & dispensandi super quacunque irregularitate. Vnde quamuis concedat vsum priuilegiorum, quatenus sint in vsu, & Concilij Tridentini Decretis, ac Romanorum Pontificum Constitutionibus non aduersentur, nec reuocata sint, aut sub aliquibus reuocationibus comprehensa: reuera tamen ita postea per prohibitionem restringit, vt fere extinguat.

216 Circa hanc materiam dubitat Lezana *to. 2. quæst. Regular. cap. 15. num. 18.* Quando priuilegia dicantur aduersari decretis Concil. Trident. Et cum Rodriquez *tom. 1. quæst. regular. quæst. 8. artic. 6.* Portel. *in dub. Regul.* verbo *Priuilegij confirmatio. num. 6.* Tunc dici aduersari, quando decreta Concilij habent annexam reuocationem priuilegiorum, quæ faciunt in contrarium; secus autem quando non habent annexam. Quod etiam videtur approbare Cespedes *de Exemp. Regul. cap. 24. dub. 376. num. 11.* Et quidem videtur probabile. Quia cum aliquando Concilium reuocet priuilegia suo decreto contraria, aliquando vero non reuocet, videtur velle adhuc priuilegia subsistere, quia si voluisset non subsistere, expressisset *l. vnica §. sin autem C. de caduc. tollen. cap. audientiam, de decimis.* Idem etiam tenent Mirand. *tom. 2. manual. quæst. 42. ar. 3. ver. sed alij.* Hieronym. Rodriquez *in compend. resolut. 116. num. 14.* Tamburin. *de iure Abbat. tom. 1. distinct. 18. quæst. 6. clauf. 1. num. 3.*

217 Alij verò volunt quod intelligatur non solum de decreta, quæ habent annexam reuocationem priuilegiorum, sed etiam de cæteris, quibus contrariantur priuilegia, quamuis ea non reuocent. Ita Peirin. *tom. 2. de priuileg. ad conflit. 1. Greg. XIII. num. 3. in fine.* Merol. *tom. 3. theol. moral. disp. 6. c. 5. dub. 1. num. 20. & 23.* Donat. *in praxi Reg. regular. par. 1. tract. 11. quæst. 15. num. 4.* Quia est quid diuersum, priuilegia esse reuocata, & esse contraria; & proinde Clemens VIII. in confir. priuilegiorum S. Benedicti Vallisoleti posuit clausulam, *Dummodo non sint reuocata à Concilio, ac Concilio Tridentino non sint contraria.* Tum quia Concil. Trident. *c. 21 de Regul. sess. 25.* habet: Hæc omnia et singula superioribus decretis contenta obseruari Sancta Synodus præcipit in omnibus Collegijs, & Monasterijs, &c. & ponit clausulam derogatoriam, *Non obstantibus eorum omnium, & singulorum priuilegijs, sub quibuscunque formis verborum conceptis.* Verum hæc reuocatio se extendit solum ad priuilegia contraria decretis editis in illa sess. de Regular. Fortius vrget quia Pius IV. in Bulla confirmationis Concilii reuocat motu proprio, & ex certa scientia omnia, & singula priuilegia, exemptiones, facultates, Mare magnum &c. quatenus contrariantur Decretis, & statutis Concilii.

218 Verum adhuc oppositæ sententiæ Doctores respondere possent, quod quando non sunt reuocata, non contrarientur Concilio, quia scilicet, Concilium nō extendit sua decreta ad priuilegiatos, quia si extenderet, reuocaret priuilegia, sicut reuocat, quando vult eos afficere. Vnde cum Decreta non sint ita vniuersalia, vt omnes complectantur, priuilegia non sunt ipsis contraria, quia vt essent contraria, deberent versari etiam circa personas priuilegiatas.

Et

Digitized by Google

219 Et hoc etiam poteſt habere locum quando additur alia clauſula, *Dummodo non ſint reuocata, nec ſub aliquibus reuocationibus contineantur*, quia licet hæc clauſula ſufficiens eſſet ad excludenda priuilegia reuocata per Concilium Trident. atque adeo quæ ſunt ipſi contraria iuxta modo dicta; attamen ponitur clauſula, *Dummodo Concilij Trident. decretis, &c.* vt expreſsè excludantur priuilegia per ipſum reuocata, ne pretextu, quod per aliquam innouationem, aut confirmationem reuixerint, non cenſerentur excludi per clauſulam generalem, *dummodo non ſint reuocata, &c.*

220 Quinto præcipit Pontifex, quod pro literis Inſtitutionis, ſeu Aggregationis nihil recipiatur, ſed gratis omnino expediantur. Circa quod occurrit dubitandum, an miniſtri inferiores, qui de ordine Superiorum literas ſcribunt, &c. poſſint aliquod recipere ſponte, & liberaliter exhibitum. Videtur enim negatiuè reſoluendum, quia Pontifex prohibet ne recipiatur à ſponte dantibus. Verum probabile quoque eſt, quod id non prohibeatur, quia Pontifex loquitur de mercede ſponte oblata; vt conſtat ex illis verbis, *Ac vlla prorſus mercede, etiam à ſponte dantibus accepta*; vnde ſolum prohibet id, quod facit, quod expeditio literarum non ſit gratuita: non autem prohibet oſtenſionem aliquam liberalitatis poſt literas expeditas.

221 Denique imponit pœnas violantibus hanc ſuam conſtitutionem, nempe Miniſtris, Superioribus, Officialibus, Ordinum, Confraternitatum, Archiconfraternitatum, priuationis officiorum, & inhabilitatis ad ipſa, & alia obtinenda à Summo Pontifici reſeruata. & irritat Inſtitutiones, & communicationes gratiarum, & priuilegiorum. Pro quo eſt aduertendum, quod pœna irritationis non habet locum, niſi violetur forma ſubſtantialis præſcripta à Pontifice pro inſtitutione, & aggregatione Confraternitatum, de qua dictum eſt ſupra. Conſtat enim, quod Pontifex nonnulla præſcribit, quæ ſupponunt iam inſtitutam, aut aggregatam confraternitatem, nempe circa collectionem eleemoſynarum, earumdem erogationem &c. vnde ſi hæc violentur, non habebit locum irritatio, quia ſi Confraternitas ſit ritè inſtituta, aut aggregata, non poteſt per aliquid ſuperueniens irritari.

222 Præter autem ſupradicta, nonnulla alia decreta ſunt à S. Congreg. pro Confraternitatibus. Et primo: Quod Officiales quotannis eligi debeant per ſecreta ſuffragia. Ita S. Epiſcop. Congregat. 18. *Iulij* 1594. vt refert Gauant. *in Manuali* verbo *Confraternitas num.* 10. Secundo: Quod talis electio fiat à Confratribus, confirmetur autem ab Epiſcopo; exceptis tamen Confraternitatibus, quæ ſunt ſub immediata protectione Regum. ita ſub *die vndecima Auguſt.* 1617. apud Gauantum, *numer.* 11. & Barboſam *in Collectan.* verbo *Electio*. Pro quo eſt aduertendum, quod nomine Regum non ſolum veniunt, qui hoc nomine appellantur, ſed etiam cæteri, qui habent auctoritatem regiam, quales ſunt Principes, & Reſpublicæ, quæ regio ritu in ſuis Legatis excipiuntur à Summo Pontifice, ſicut eſt Reſpublica Veneta. Tertio, prohibentur Officiales eligere ſibi ſucceſſores. Eadem S. Congreg. 24. *Apr.* 1585. apud Gauant. *num.* 13.

223 Quarto, Prohibentur Confratres exponere Euchariſtiam in ſuis Oratorijs, aut Eccleſijs abſq; licentia Epiſcopi pro quadraginta horis. S. Epiſcop. Congregat. 20. *Auguſt.* 1601. apud Gauant. *in Manuali*. verbo *Confraternitas num.* 23. Imo nec in ipſis conſeruare Euchariſtiam. Eadem Congregat. 21. *Martij* 1594. apud Gauant. *num.* 21. Ex cauſa tamen, & cum licentia Ordinarij conſeruari poterit. S. Congregat. apud Barboſ. *in Collect. Bul.* verbo *Confraternitas*.

224 Quinto: Quando contingit in Eccleſ. Confraternitatum celebrari funera, debet adeſſe Parochus, intra cuius Parochiæ fines eſt Eccleſia, ipſeque debet cantare Miſſas ſolemnes, ſi vult. Congregat. Epiſcopor. 20. *Auguſt.* 1601. Gauantum, *num.* 41. Et cum ſunt Eccleſiæ ſub gubernio laicorum, functiones Sacerdotales, nempe Benedictio cinerum, candelarum ramorum, celebratio in feria v. Cœnæ Domini &c. pertinent ad Parochum. S. Congregat. Rituum 18. *Maij* 1602. Gauantus, verbo *Parochor. mun. num.* 21. In his tamen ſtandum eſt conſuetudini. Et cum Parochi hæc debeant exercere in proprijs Eccleſijs, non poterunt exercere in alienis. Vnde S. Congregat. apud Barboſ. *in Collect. Bullar.* verbo *Confraternitas*, declarauit, quod poſſint benedicere ramos, aquam, ignem, &c.

225 Sextò: Circa inſtitutionem Confraternitatum S. Epiſcopor. Congregatio decreuit, quod non poſſint inſtitui in Eccleſijs Monialium. ita ſub *die 6. Nouembris* 1595. apud Gauantum, verbo *Monial. Eccleſ. num.* 15 Neque Regulares inſtituere poſſunt Confraternitates cum vſu ſaccorum ſine licentia Ordinarij loci, vt cenſuit eadem S. Congregat. *die 6. Decemb.* 1616. apud eundem Gauantum *in Manuali*, verbo *Confraternitates, num.* 2.

226 Septimò: Quòd ad Capellanos Confraternitatum decreuit S. Congregat. Quod non poſſint ſolemniter celebrare in Eccleſijs Confraternitatum, confeſſiones audire, & alia Sacramenta miniſtrare, mortuos ſepelire, ſine expreſſa licentia Ordinarij, & Parochi, apud Barboſ. *in Collect. Bullar.* verbo *Confraternitas*. Nec poſſe ex ſuo arbitrio ſine expreſſa licentia Epiſcopi Proceſſiones facere. Non eſſe tamen prohibendos ab Archipresbyteris Eccleſiarum, vbi ſunt fundatæ Confraternitates, ne celebrent in diebus feſtis earumdem Confraternitatum. apud eundem Barboſ. *ibid.* verbo *Capellanus*.

227 Octauò: quòd ad Proceſſiones decreuit S. Cõgat. apud Barboſ. *in Collect. Bullar.* verbo *Confraternitas*. Quod poſſint facere conſuetas proceſſiones, quando non fiunt in Parochiali, aut prima Eccleſia. S. autem Rituum Congregat. *die 26. Febr.* 1628. & Congregat. Epiſcop. *6. Auguſt.* 1591. apud Gauantum, verbo *Proceſſio, num.* 49. decreuit, quod Proceſſiones Confraternitatum, quæ ſunt in Eccleſijs Regularium, non debeant extendi per vias, ſed ſolum circa muros Regularium. Quod tamen debet intelligi ſecluſa conſuetudine, aut priuilegio, vt aduertit Lezana *tom.* 2. *quæſt. Regular. cap.* 15. *num.* 25. Rurſus, non poſſunt Confraternitates cogi, vt accedant ad proceſſiones, etiam ab Epiſcopo; ſed ſolum inuitari poſſunt, vt cenſuit S. Congregatio Concilij apud Quarantam *in ſum. Bullar.* verbo *Præcedentia*, & Gauant. verbo *Proceſſio, num.* 13. & obſeruant

uant Leo *par.1. Theſauri, cap.8. num.* 18. Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſcop. allegat. 77. num.* 24. Vide tamen quæ dicta ſunt ſupra *num.* 9. In proceſſionibus autem incedunt Confraternitates ante omnes Regulares, vt refert deciſum Barboſa *in collect. Bullar.* verbo *Confraternitas*. Quo ad præcedentiam autem in proceſsionibus inter eaſdem Confraternitates, manutenendæ ſunt, quæ ſunt in poſſeſſione. Quod ſi de hoc non conſtet, illæ præcedere debent, quæ prius ſaccis vſæ ſunt. Ita decreuit Gregor. XIII. in Bulla ſuper præcedentia in proceſſionibus, de qua ſupra *num.* 58.

228 Nono. Quo ad funeralia: Non poſſunt accedere ad funeralia mortuorum, niſi ſpecialiter expreſſe vocentur, & dum vocatæ aſſociant cadauera, non poſſunt erigere Crucem. Sic refert deciſum à S. Congregat. Barboſa *de poteſt. paroch. c.* 26. *num.* 61. Non tenentur autem ſoluere Parocho quartum funeralem de candelis ſibi exhibitis, vt cenſuit S. Congregat. Epiſcop. apud Barboſ. *de parochi. c.* 25 *num.* 40. Excipiuntur tamen Confratres Confraternitatis Roſarij, qui ex ſpeciali priuilegio Pij V. conceſſo anno 1569. vt in ſua *Conſtit.* 86. *tom.* 2. *Bullar.* erigere poſſunt propria inſignia cum ad proceſſiones accedunt, aut ad aſſocianda corpora defunctorum.

229 Decimo, Confraternitates, quæ habent redditus Eccleſiaſticos, quamuis ſint erectæ in Eccleſijs Regularium, tenentur ad contributionem pro Seminario puerorum Clericorum, vt S. Congregat. cenſuit apud Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 77. *num.* 10.

230 Vndecimo. Confraternitates omnes ſubduntur Viſitationi Ordinarij, ijs exceptis, quæ ſunt ſub immediata protectione Regum, vt decernit Concil. Trident. *ſeſſ* 22. *capit.* 8. *de reformat.* Quod etiam procedit quo ad Confraternitates laicorum erectas in Eccleſiis Regular. ex Decreto S. Congregat. Epiſc. & Regul. 17. *Iulij* 1615. Quod intelligi debet de Confraternitatibus ſecundum formam Conſtit. Clement. VIII. de qua ſupra: non autem de Congregationibus, in quibus laici coadunantur pro ſuis ſpiritualibus exercitiis.

DICHIARATIONE, ET DECRETO FATTO Dalla ſacra Congregatione dell' Indulgenze, approuato dalla S. di N. S. ſopra la Bolla della fel. mem. di Papa Clemente Ottauo, per lettere dell' Illuſtriſs. & Reuerendiſſ. S. Card. Arigone, ſcritte à Monſig. Illuſtriſs. & Reueren. Arciueſ. di Bologna.

Publicato in Bologna alli 20. d'Ottobre 1607.

231 *MOlto Illuſtre, & Reuerendiſſ. Monſig. Hauendo riſoluto queſti miei Illuſtriſſimi Signori della Congregatione delle Indulgenze, con autorità, & ordine particolare hauuto,* viuæ vocis oraculo, *dalla Santità di N. S. di leuare alcune difficoltà, che ſi trouano nell'eſſequire la Conſtitutione di Clemente VIII. fel. mem. fatta già ſopra le Aggregationi delle Confratrie, dichiarando ancora alcune coſe concorrenti le Inſtitutioni antiche fatte da' Superiori delle Religioni, fanno ſapere à V. S. che ſi contentano, che i Superiori regolari, a' quali è ſtata conceſſa nuoua facoltà da ſua Beatitudine d'inſtituere Confraternità ſecolari, ſecondo la forma della ſudetta Conſtitutione, poſſino confermare ſenza conſenſo dell'Ordinario de' Luoghi quelle Confraternità, quali ſi trouauano canonicamente erette da' medeſimi Superiori regolari, auanti ſi publicaſſe l'iſteſſa Conſtitutione, nelle Chieſe proprie loro regolari Collegiate, doue ſtiano almeno dodici Religioſi di famiglia ordinaria, non oſtante, che nella patente della confermatione ſi dica eſpreſſamente, farſi ciò di conſenſo dell'Ordinario medeſimo. Dichiarando però, che nel fare nuoue Inſtitutioni nelle Chieſe proprie loro regolari, quanto ſecolari di qualunque ſorte, & nel confermare etiandio le antiche, erette in Chieſe ſecolari ancora, nelle quali non ſtiano dodici Religioſi, ſi debbia neceſſariamente hauere il teſtimonio, & conſenſo dell'Ordinario, & ſeruare tutto il reſtante, che ſi preſcriue nell'iſteſſa Conſtitutione.*

Permettono ſimilmente, che i medeſimi Regolari, a' quali è ſtata conceſſa la detta nuoua facoltà d'inſtituire, poſſino confermare le Confratrie antiche, & inſtituirne di nuouo, ancorche non ſia tutta quella diſtanza de' luoghi, our ſono, ò ſaranno tali Confratrie, che viene preſcritta da' Breui Apoſtolici: mentre però, oltre tutti gli altri requiſiti, concorra anco à queſto il conſenſo particolare dell' Ordinario del Luogo, il quale ſi dourà eſſibire in ſcritto, prima che ſi diſpenſi ſopra tal diſtanza, & non altrimente.

Permettono ancora, che ritrouandoſi diuerſe Confratrie de' ſecolari antiche, erette canonicamente, come ſopra, in Chieſe regolari Collegiate di dodici Religioſi almeno, ſi poſſino confermare: ſeruata però in tutto il reſto la forma data dalla medeſima Conſtitutione; & parimente, che eſſendo in una Città, o Terra più d'una Confraternità antica dell'iſteſſo nome, & inſtituto, eretta canonicamente da' Superiori regolari, ſi poſſino confermare ſecondo la ſudetta forma; ma nell'inſtituire nuoue Confraternità, vogliono le

SS. Illu-

Digitized by Google

SS. Illustrissime, che vna sola se ne possi fare in qualunque Città, Terra, ò Luogo: eccettuando però la Compagnia del SS. Sacramento, quale concedono anzi desiderano, sia eretta in ogni Chiesa Parochiale non ostante, che ci si troui eretta prima qualsiuoglia altra Confraternità.

Et perche molti dubitano, se per la Constitutione di sua Beatitudine sopra le Indulgenze concesse vltimamente alle persone religiose, con riuocatione delle antiche, venghino riuocate anco le Indulgenze concesse alle Chiese Regolari, & à quei, che le visitano: ancorche la Constitutione comprendi chiaramente solo le persone regolari, senza estendersi alle Chiese loro; Tuttauia la Congregatione per leuare ogni dubbio, dichiara che le Indulgenze concesse à quelli che visitano le Chiese de' Regolari, stanno nella lor forza & vigore, fin che la Santita sua sarà altra deliberatione, & però si possono lasciare publicare, quando non ossi altra cosa.

Tutto questo è parso alla Congregatione di scriuere à V.S. accio nelle occorenze di cotesta Chiesa sappia ciò che passa in questo particolare, & lo faccia sapere à V escoui della sua Prouincia: & io prego à V.S. dal Signore ogni vero bene.

Di Roma alli 7. di Settembre 1607.

Di V. Sig.

per seruirla

P. Card. Arigone.

Dominicus Maria Peregrinus Secret. Illustriss. ac Reuerendiss. D. Archiep. Bon. de mand.

Stampata in Bologna, & ristampata in Lucca per il Guidoboni. Con licentia de' Superiori

Dubia circa Confraternitates Sanctissimi Corporis Christi.

SVMMARIVM.

232 *An omnis Confraternitas Corporis Christi potiatur priuilegijs &c. Archiconfraternitatis eiusdem nominis S. Mariæ super Mineruam.*

Concessio facta omnibus & singulis, neminem prorsus prætermittit.

233 *Confraternitates Corporis Christi an possint alteri aggregari.*

Quæ pro fauore conceduntur, non debent in odium retorqueri.

232 Cum iuxta positum Decretum S. Congregat. Confraternitates Sanctissimi Sacramenti erigi possint in qualibet Ecclesia Parochiali, dubitatur, an quæcunque ex istis Confraternitatibus potiatur gratijs, priuilegijs, indulgentijs, &c. concessis Archiconfraternitati eiusdem nominis erectæ in Ecclesia S. Mariæ supra Mineruam de Vrbe. Et affirmatiuè resoluendum est, dummodo canonicè erectæ sint seruata forma *Constitutionis* Clemen. VIII. pro erectione Confraternitatum: nam Paulus III. *in sua Constitutione* 20. *tom.* 1. *Bullar. num.* 19. concedit quod omnes, & singulæ aliæ Confraternitates sub eadem inuocatione Sanctissimi Corporis Christi vbilibet institutæ, & instituendæ, eisdem priuilegijs concessionibus, indulgentijs, facultatibus, gratijs, & indultis in Ecclesia de Minerua institutæ huiusmodi per nos concessis, & concedendis, vtantur, potiantur, & gaudeant, ac vti, potiri, & gaudere possint, & debeant. Quod etiam declarauit postea de speciali ordine Summi Pontificis Pauli V. S. Indulgentiarum Congregatio *die* 15. *Februar.* 1608. vt in infrapositio Decreto. Vnde cum concessio fiat omnibus, & singulis Confraternitatibus, nulla prorsus prætermissa censetur, iuxta ea, quæ tradunt Glos. *in cap. vt circa.* ver *Omnia*, *& singula de election. in* 6. Ias. *in l. Titia §. fin. num.* 3. *ff. de verbor. obligat.* Socin. *consil.* 10. *num.* 2. Mandos. *in Reg.* 31. *cancel. quæst.* 2. *num.* 2. Corn. *consil.* 207. *num.* 12. *vol.* 2. Aduertendum est tamen prædicta priuilegia, indulgentias, &c. suscipienda esse iuxta formam Breuis Pauli V. *sub die* 3. *Nouemb.* 1606.

233 Rursus circa has Confraternitates Sanctissimi Corporis Christi occurrit dubitandum, an possint aggregari alicui alteri Confraternitati. Et videtur negatiue respondendum, quia de iure sunt aggregatæ Archiconfraternitati eiusdem nominis S. Mariæ supra Mineruam de Vrbe, eadem autem Confraternitas non potest pluribus aggregari. Existimo tamen probabile esse, quod possint aggregari; ex opposito fundamento, quod alteri non sint aggregatæ. Nam licet singulæ Confraternitates gaudeant priuilegijs, gratijs, indultis, indulgentijs concessis Archiconfraternitati Sanctiss. Corporis Christi S. Mariæ supra Mineruam de Vrbe, non tamen gaudent ratione alicuius aggregationis, sed quia sunt ipsis principaliter concessa à Paulo III. *in sua Constit. num.* 19. *tom.* 1. *Bullar.* & confirmatæ à S. Congregat. Indulgentiarum de ordine Pauli V. secundum ipsius formam, vt dictum est: vnde non tollitur, quin sint capaces aggregationis respectu alterius Confraternitatis. Deinde hæc priuilegia sunt concessa his Confraternitatibus ob specialem fauorem ipsarum, & ad fouendum cultum Sanctiss. Sacramenti, vt declarauit Paulus III. & S. Congreg. nomine Pauli V. Non continerent autem specialem fauorem, si impedirent aggregationem, quia possent hæc omnia habere per aggregationem. Quæ autem pro fauore conceduntur, non debent in odiũ retorqueri, iuxta regulam *l. quod fauore C. de legib.* & cap. *quod ob gratiam, de reg. iur. in* 6. Denique quia in prædicto Decreto declaratur, quod participent quascunque concessiones, &c. Archiconfraternit. prædictæ absq; alia aggregatione. Vnde cum non aggregentur, remanent capaces variæ aggregationis.

DECRETVM S. CONGREGAT. INDVLGENTIARVM, Quo declaratur, sanctissimi Sacramenti Confraternitates omnes canonicè vbique erectas, vel erigendas, posse iuxta sel record. Pauli Tertij constitutiones, frui Indulgentijs, Priuilegijs, & Gratijs spiritualibus Archiconfraternitati Sanctæ Mariæ supra Mineruam à Sanctiss. D.N. Paulo V. nuper concessis, ac in posterum concedendis.

234 *Licèt sel. rec. Paulus Papa III. per binas suas Constitutiones concesserit, vt sanctissimi Corporis Christi Confraternitates omnes, & singulæ, vbiuis locorum tunc instituæ, ac instituendæ, ijsdem priuilegijs, concessionibus, indulgentijs, gratijs, & indultis, quæ Confraternitati ipsius sanctissimi Sacramenti in Ecclesia S. Mariæ supra Mineruam de Vrbe erectæ, à se largitæ fuerant, ac in posterum elargirentur, vti, potiri, & gaudere possent, ac deberent: Quia tamen per nonnullas Apostolicas Constitutiones, & Ordinationes, quæ deinceps emanarunt, præsertim verò per recol. mem. Clementis VIII. Constitutionem de aggregationibus editam, facultates, & indulgentiæ tàm supradictæ S. Mariæ de Minerua, quàm cæteris omnibus Confraternitatibus antea concessæ; aut abrogatæ, aut saltem moderatæ comperiuntur; alia hoc de genere decreta sunt, ex quibus in dubium reuocari posse videtur, an huiusmodi Pauli III. concessiones pristinum suum robur adhuc retineant.*

Congregatio Illustrissimorum, & Reuerendissimorum S.R.E. Cardinalium à Sanctissimo D.N. Paulo diuina Prouidentia Papa V. indulgentiarum reformationi præfectorum, optans summopere sacratissimi Sacramenti venerationem, & cultum in dies magis augeri, ad idque Christifideles spiritualibus gratijs excitari; speciali Sanctitatis suæ ordine, viuæ vocis oraculo habito, decernit, ac declarat, iuxta easdem Pauli Tertij Constitutiones, omnes & singulas Confraternitates sanctissimi Corporis Christi vbique terrarum hactenus Apostolica, vel Ordinaria auctoritate erectas, vel de cætero erigendas, absque noua, aut peculiari alia concessione, communicatione, vel aggregatione fore, ac esse debere participes quorumcumque priuilegiorum, concessionum, indulgentiarum, facultatum, gratiarum, & indultorum à Sanctitate sua Archiconfraternitati sanctissimi Sacramenti de Minerua, per Breue datum Romæ apud Sanctum Petrum die 3. Nouembris 1606. nominatim, & expressè concessorum, ac in posterum à Sede Apostolica concedendorum; illisque omnibus, & singulis vti, potiri, & gaudere posse, ac debere, statim atque Confraternitatum earumdem erectio Apostolica, vel Ordinaria auctoritate facta fuerit: seruata tamen in reliquis omnibus prædicta Clementis Octaui Constitutione. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis de Indulgentijs ad instar non concedendis, nec alijs contrarijs quibuscunque. Datum Romæ die 15. Februarij 1608.

QVÆSTIONES.

235 1 Nunquid Confratres volentes ingredi Confraternitatem, debeant personaliter adire locum, vbi sunt patres ad scribendum deputati.

2 Si Confraternitas statuerit, ne quis eam intret, nisi certum sibi persoluat, valeret, nec ne.

3 An peccans concepta spe de consequendis Indulgentijs Confraternitatis, cui est adscriptus, poterit eas consequi.

4 An Confrater, pro altero Confratre suæ Confraternitatis, qui arduis est negotijs occupatus, valeat consequi indulgentias.

5 An Indulgentia concessa visitantibus certis festiuitatibus, semel, vel tantùm eadem die acquiri possit.

236 Ad primum. Resp. Dubitauit de hoc Nauarr. dum in Confraternitate Rosarij se scribi fecit: sed tandem id licere affirmat, eo quòd nulla lege diuina, naturali, positiua, aut alia lege prohibitum est. *In miscell. de oration. sub n. 23. vers. dubitatur secundò.*

AD-

Digitized by Google

ADDITIO.

237 Idem etiam docet Bordon. *tom. 2. consil. Regul. resol. 72. num. 16.* Quia actus est talis conditionis, vt per alium celebrari possit, cum solum requirat exhibitionem nominis, acceptationem, & descriptionem in libro. Addit tamen idem Bordon, requiri præsentiam, quando ingrediens Confraternitatem aliquo habitu induendus est, aut cingulo cingendus. Verum hoc quoque præstari potest per aliũ, cui id munus committatur. Sic etiam per tertiam personam solet exhiberi habitus Equitum.

An valeat statutum, ne quis admittatur in Confraternitatem, nisi aliquid soluat. Quæst. II.

SVMMARIVM.

238 *Statutum, quod aliquid soluatur in ingressu in Confraternitatem, quando valeat.*
239 *Quod soluitur est pro manutentione Confraternitatis.*
Non potest solui aliquid pro ingressu.

238 Ad secundum. Resp. Valeret, si in pios vsus casurum esset: secus si in profanos, vt subdit Nauarr. vbi supra, *vers. dubitatur tertio*, & conuenit dispositio Concil. Trident. *sess. 24. de reform. cap. 14.*

ADDITIO.

239 Idem etiam sentit Bordon. *resol. 72. n. 15. tom. 2. consil. moral.* Quia quod soluitur, non est pro ingressu, sed pro manutentione Confraternitatis, aut alio opere pio, atque adeo ex titulo eleemosynæ. Idem etiam tenet Cherub. *in Compen. Bullar. schol. 2. ad Constit. 98. Clemen. 8.* Et in praxi seruandum esse, inquit Lezana *tom. 2. quæst. Regul. cap. 15. num. 30.* si sit approbatum ab Episcopo. Qui optime notat contra Sanchez, *lib. 2. consil. moral. cap. 3. dub. 23. num. 8.* Non posse dari aliquid pro ipso ingressu, quia oleret simoniam. Nam licet Confraternitas non sit religio, sed tantum laicorum Congregatio ad benefaciendum; attamen affert secum participationem spiritualium gratiarum, ita vt eo ipso, quod quis fit Confrater, fiat particeps ipsarum, vnde si daret aliquid pro ingressu, daret pro participatione spiritualium.

An peccans sub spe indulgentiarum Confraternitatis, possit eas consequi. Quæst. III.

SVMMARIVM.

240 *Peccans sub spe indulgentiarum, potest illas consequi.*
241 *Incidens in reseruata sub spe iubilæi, potest absolui.*

240 Ad tertium. Resp. Poterit quidem secundum sententiam Nauarri vbi supra, *num. 6. quæst. 3.* vbi tamen id limitat, cùm in Bulla Concessionis indulgentiarum diceretur, ne spe illarum peccantes &c. *& in conf. 10. incip. quæritur, num. 3. de priuilegio, lib. 5.* sequitur Graff. *suarum decis. lib. 1. par. 1. cap. 13. num. 59.*

ADDITIO.

241 Est communis fere omnium sententia, dum loquuntur de eo, qui incidit in reseruata, spe obtinendæ absolutionis virtute iubilæi, aut alterius facultatis, seu indulti. Ita Syluester, verbo *Indulgentia, num. 28.* Corduba *lib. 5. de Indul. quæst. 37. propos. 3.* Rodriquez *in Bullam Cruciatæ, §. 9. num 97.* Zerola *lib. 2. de iubilæo cap. 3. quæst. 3.* Conrad. *part. 1. resp. quæst. 208.* Lauor. *par. 1. de iubil. cap. 21. num. 63.* Acosta *in Bullam Cruciatæ, quæst. 33.* Leonius *par. 2. de iubil. cap. 14.* Ledesma *par. 1. sum. cap. 13. de pœnit. dub. 10. post 1. conclus* Villalob *par. 1. sum. tract. 27. claus 9. §. 2. num. 19.* & alij, quos citaui *in praxi iubilæi quæst. 234. num. 2.* Spes enim in peccante, obtinendæ remissionis, includit virtualiter propositum emendationis, & ideo non inducit nouum peccatum, sed præsens minuit, vt notat D. Th. *2. 2. quæst. 21. ar. 1. ad 3.*

An Confrater possit consequi indulgentias pro Confratre. Quæst. IV.

SVMMARIVM.

242 *Nemo potest indulgentias sibi concessas alteri applicare.*

243 *Opera iniuncta pro indulgentijs sunt personaliter implenda.*

Quæ opera iniuncta, per alium impleri possint.

242 Ad quartum, Resp. Non, quia alteri applicare Indulgentias tibi ob visitationem Ecclesiæ S. Benedicti, vel quid simile à Papa concessas, esset illi applicare merita Cristi, quod solius est Pontificis, secundum D.Thom. *in* 4. *sentent. dist.*20. *quæst.* 31.*art.*4.Richard. 3. *sent. dist.* 10.

ADDITIO.

243 Cum indulgentiæ sint concessæ æqualiter pro omnibus Confratribus, consequi indulgentiam pro alio non esset applicare ipsi merita Christi, quia iam essent applicata à Summo Pontifice,sed exequi pro ipsis opus iniunctum pro obtinenda indulgentia. Quia tamen opera pro consequenda indulgentia ita iniunguntur, vt sint personaliter implenda, vt notant Rodriquez *in Bul. Cruc.* §.8.*num.*14. Graf. *lib.*2. *Append.cap.*5.*num.*62.Homobon. *par.*2.*Exam. eccles. tract.*8. *quæst.*21. Armilla,verbo *Indulgentia, num.*19. Mercer. *de sacram.quæst.*27. *supplem.ar.*4. *dub.*1.*quæst.*21. Lambert. 3. *par.tom.*3. *disp.* 5. *de indulgen. ar.*3. *quæst.*3. Duual. 2.2. *tract. de indulgent. par.*1. *dub.*3. *conclus.*3.Villalob. *par.*1. *sum.tract.*26. *difficul.*15. *num.*1. & alij communiter; ideo neque hoc pacto potest quis pro alio applicare indulgentias, exercendo scilicet pro ipso opera iniuncta. Excipienda sunt tamen illa opera, quæ ita possunt ministerialiter per alium exerceri, vt hoc non obstante adhuc sint opera ipsius committentis,vt esset erogatio eleemosynæ, vt notant etiam Mercer. & Villalob.*citati*. Nauar. *in Miscel.de Rosar.* Bossius *sect.*4. *de iubil.casu* 8.*num.*15. Bonac. *disp.*6.*de sacram.q.*1. *pun.* 5. *num.*24.

An indulgentia concessa visitanti &c. pluries eadem die acquiri possit. Quæst. V.

SVMMARIVM.

244 *Indulgentia concessa visitanti, semel tantum acquiri potest.*

245 *Multiplicato opere iniuncto pluries acquiri potest per alios.*

244 Ad quintum. Resp. Semel tantùm, secundum D. Thom. *in* 4.*dist.*20. *q.*3. *ar.*2. Gomin. & alios *in cap. fin.de pœnit. & remission.* Nauarr. qui alios cumulat in suo Tractatu de *Iubil. & Indulg. notab.* 31. *num.*36. *pag. mihi* 162.

ADDITIO.

245 Non desunt tamen, qui absolutè teneant, quod toties acquiritur indulgentia, etiamsi sit concessa pro tali die,quoties exercetur opus iniunctum. Ita Cardin. *in Clemen.*1. ver. *Quibus, quæst.*3.*de priuileg.* & *in Clemen.* 2. ver, *Ad hæc, quæst.*2. *de pœn. & remis.* Rosella, verbo *Indulgentia*, *num.* 12. Angel, *num.*4. Nauar. *de indulg.cor.*32. *num.*46. Rodriquez *in Bul. Cruc.* §. 8. *num.*15. Vega *part.*2. *sum. cap.*7.*casu* 30.Gobat. *de indulgent. par.*2. *c.*5. *n.*349. Et fundatur hæc opinio in probabilissima ratione. Quia quando verba, quibus conceditur indulgentia, non continent aliquam restrictionem ad vnicam vicem,sunt apta significare tanquam indefinita non minus vnum, quam plures vices; ergo cum tanquam continentes gratiam amplè sint accipienda debent accipi de pluribus vicibus.

Digitized by Google

DECRETVM
SACRAE CONGREGATIONIS
CONC. TRIDENTINI.
EMANATVM AVTH. FEL. RECORD.
CLEMENTIS OCTAVI

Super Ordinatione Regularium.

246 DE mandato S. D. N. Clem. Diu. Prouid. Papæ VIII. Tenore præſentium mandatur omnibus, & ſingulis quorumcumque Regularium Superioribus, vt de cætero obſeruent, & obſeruari faciant, quæ in Decreto Sac. Congreg. Conc. Tridentini continentur, cuius tenor eſt talis.

Congr. Concilij cenſuit, Superiores Regulares poſſe ſuo ſubdito itidem regulari, qui præditus qualitatibus requiſitis ordines ſuſcipere voluerit, literas dimiſſoriales concedere, ad Epiſcopum tamen Diœceſanum, nempe illius Monaſterij, in cuius familia ab ijs, ad quos pertinet, is regularis poſitus fuerit: & ſi Diœceſanus abſuerit, vel non eſſet habiturus ordinationes, ad quemcumque alium Epiſcopum; dum tamen ab eo Epiſcopo, qui ordines contulerit, examinetur quo ad auctrim. m; & dum ipſi regulares non diſtulerint de induſtria conceſſionem dimiſſoriarum in id tempus, quo Epiſcopus Diœceſanus vel abſuturus, vel nullas habiturus eſſet ordinationes. Verùm, cùm a Superioribus, Epiſcopo Diœceſano abſente, vel ordinationes non habente, literæ dimiſſoriæ dabuntur, ab eis vtique huiuſmodi cauſam abſentiæ Diœceſani Epiſcopi, vel ordinationum ab eo non habendarum exprimendam eſſe. Quod, qui non fecerint, officij, & dignitatis, ſeu adminiſtrationis, ac vocis activæ, & paſſiuæ priuationis, ac alias arbitrio eiuſdem Sanctiſs. D. N. Papæ reſeruatas pœnas incurrent. In quorum fidem. Dat Romæ die 15. menſis Martij 1599.

247 [*Notandum, quod eadem Sac. Congreg. Card. declarans id, quod in Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 10. de refor. ſtatuitur, videlicet. Quod Abbatibus, & alijs quibuſcumque quantumuis exemptis non liceat in poſterum intra fines alienius Diœceſis conſiſtentibus, etiamſi nullius Diœceſis, vel exempti eſſe dicantur, cuiquam, qui regularis ſubditus ſibi non ſit, tonſuram, vel minores ordines conferre, nec literas dimiſſorias Clericis ſecularibus, vt ab alijs ordinentur, concedant. Ait ipſa Congregatio, quod Abbates regulares habentes ius baculum deferendi, & Mitram, poſtquam ſacerdotalem ordinem, & munus benedictionis ſuſceperint, poſſunt tonſuras, & Ordines minores ſecularibus Epiſcopi iuriſdictioni ſubiectis conferre: ſi modo ipſius Epiſcopi conſenſus accedat: & à dicto Epiſcopo quiſque literas dimiſſorias impetrauerit, ita, vt ſatis non ſit, id generatim ab Epiſcopo conceſſum eſſe, ſed hac conceſſione ſemper opus ſit ſingulis.*

Poſſint etiam ipſi Abbates eoſdem ordines conferre alijs Regularibus, qui dimiſſorias ſpeciales ſuperiorum ſuorum, & ſpecialem conſenſum Epiſcopi loci habuerint, ac præterea alijs ſæcularibus, qui aliorum Epiſcoporum iuriſdictioni ſubiecti ſint, dum modo Superiorum dimiſſorias attulerint, & ſpecialem conſenſum Epiſcopi loci, in quo Ordines huiuſmodi cupiunt ſuſcipere. Præfatæ declarationes referuntur à Quaranta in verbo, Ordo.]

Dubia circa præfatum Decretum.

SVMMARIVM.

248 *Superior Regularis an poſſit transferre ſubditum ad alium Conuentum, vt effugiat examen prioris Ordinarij pro ordinibus.*

249 *Non violat præceptum iuris communis accedens vel locum, vbi non obligat.*

250 *Dilatio dimiſſoriarum, vt poſſit ad alium Epiſcopum dimitti ordinandus, inducit fraudem. Quod directe prohibetur, non poteſt fieri per indirectum.*

251 *Regulares, qui poſſunt ex priuilegio ordinari extra*

extra tempora, an possint dimitti ad alium Ordinarium, si Diœcesanus nolit admittere priuilegia. Quando considerat effectus, non attenditur modus, quo inducitur.

Concesso priuilegio censentur concessa omnia necessaria pro exequutione.

ADDITIO.

248 Stante supradicto decreto dubitatur, an liceat Superioribus Regularibus transferre subditum de vno Conuentu ad alium, eum incorporando familiæ in eum finem, vt effugiat examen Diœcesani prioris Conuentus, probabiliter timens de reprobatione. Et videtur resoluendum quod non liceat, quia in præsenti Decreto prohibetur differre de industria concessionem dimissoriarum in tempus, in quo Diœcesanus non est habiturus ordinationes, vel abfuturus: quod etiam in casu proposito videtur committi eadem fraus, dum mutando subditum de vna ad aliam familiam, subtrahitur Diœcesano, cui alias quoad ordinationem subijceretur.

249 Tenendum tamen est, quod liceat, quia hoc non reperitur prohibitum ex vi præsentis Decreti. Neque hoc est violare Decretum, sed quærere alium modum obseruantiæ ipsius, nam adhuc ad Episcopum Diœcesanum conceduntur dimissoriæ iuxta ipsius præscriptionem: & proinde nedum seruatur Decretum secundum verba, sed etiam secundum substantiam, & finem. Et sicuti non violaret præceptum ieiunij, qui relinqueret locum proprium, & ad alium se transferret vbi ieiunium cum ouis celebratur: ita nec in præsenti. Imo posset etiam accedere ad locum, vbi aliquod ieiunium de iure communi non obligat, vt ad ipsum non teneatur, vt tradunt Nauar. *in Manual. cap.* 23. *nu.* 120. Couarr. *lib.* 4. *variar. cap.* 20. *num.* 8. ver. *Fuit & in dicto*. Pedraza *in sum. præcep.* 3. §. 14. Sanchez *lib.* 3. *de matrim. disp.* 19. *num.* 19. Ledesma *q.* 45. *de matrim. ar.* 5. *punct.* 3. *dub. vlt.* §. *Secundo arguitur*. Suarez *tom.* 1. *de relig. tract.* 1. *lib.* 2. *c.* 14. *num.* 29. Pontius *de matr. lib.* 5. *cap.* 8. *num.* 2. Palat. *in* 4. *dist.* 15. *disp.* 8. *part.* 6. *concluf.* & alij quos citaui *in tract. de ieiun. dscif.* 208. *num.* 1. Q in hoc non est fugere obseruantiam prædicti decreti, sed eum eligere exequendum cum alio Diœcesano.

250 Neque est eadem ratio de dilatione concessionis dimissoriarum. Quia ipsa inducit fraudem, nam per indirectum ordinãdus dimittitur ad alium Episcopum, & subtrahitur Diœcesano; atque adeo fit indirectè, quod directè prohibetur; quod non licet. *l. Seius, & Augerius. ff. Ad leg. Falcid. & cap. cum quid de reg. iur. in* 6.

251 Secundo circa idem Decretum occurrit dubium. An Regulares habentes priuilegium, vt possint extra tẽpora ordinari, possint dimitti ad quemcunque Episcopum, si Diœcesanus nolit admittere priuilegia. Resp. posse dimitti à suo Superiore ad quemcunq; Episcopum, si Diœcesanus nolit admittere priuilegia. Ratio est. Quia sumus in casu, in quo iuxta præfatum Decretum licet dimitti. Solum enim prohibet dimitti, quando Diœcesanus habet ordinationes; & cum non habet, concedit dimitti. Dum autem non vult admittere priuilegia, non habet ordinationes, neq; vult habere. Quod enim nolit ex hoc, vel illo motiuo habere, non considerat in ipso decreto, sed tantum effectus non habendi ordinationes. Quando autem considerat effectus, non attenditur modus, quo inducitur, *l.* 3. *C. de instit. & substit.* vbi Bald. Feder. de Senis *consil.* 244. ver. *Secundo quia*. Oldrad. *consil.* 257. *num.* 4. ver. *Effectus*, Tusch. *litera E concluf.* 51. Deinde concesso priuilegio censentur concessa omnia necessaria pro illius exequutione, *l.* 2. *ff. de iurisd. omn. iud.* & *l. in* §. *fin. ff. de offic. eius, cui man. est iurisd.* Et ideo concessum quoque censetur dimittere subditum ad alium Episcopum, si Diœcesanus nolit admittere priuilegia, alioquin esset in potestate ipsius ea frustrare.

QVÆSTIONES.

252 1 Quid debet afferre Episcopo Regularis ordinandus.

2 An in ordinatione Regularium dispensatio super interstitijs pertineat ad Episcopum, vel ad Superiorem Regularem.

3 An fieri debeat mentio in literis dimissorialibus Superiorum Regularium, vt super interstitijs dignetur dispensare Episcopus ordinans, attenta necessitate, & vtilitate Ecclesiæ, vel Religionis.

4 Quomodo intelligatur arbitrium Episcopo concessum in dispensando super interstitijs.

5 An Episcopus ordinans tacitè aliquem, dispensare censeatur, & quid si ipse ordines non conferat, sed dimissorias concedit.

6 Quæ dicatur Ecclesiæ necessitas, vel vtilitas, vt sufficiens causa reputetur ad dispensandum.

7 An circa annum interponendum ab vno ad alterum Ordinem sacrum, attendendus sit annus Ecclesiasticus, vel solaris.

8 Clericus sæcularis, vel regularis ordinatus cum literis dimissorijs falsis, quam pœnam incurrat, & quid si celebrat in ordine sacro.

9 An dimissoria ad Ordines suscipiendos ab alieno Episcopo, ita requiratur, vt non sufficiat Episcopo promouenti cognitam esse personam pro idonea.

Quid

Digitized by Google

10 Quid ſi proprius Epiſcopus ratificet promotionem ab altero Epiſcopo factam abſque literis dimiſſorialibus.

11 An in literis dimiſſorialibus ſint exprimendi Ordines ſacri.

12 An expirent literæ dimiſſoriales per mortem concedentis.

13 An Epiſcopus, cui diriguntur literæ dimiſſoriales, debeat examinare Clericos ſeculares, vel regulares de vita, & moribus.

14 An ſacroſancti Trid. Conc. Decretum *ſeſſ.23. cap. 7. de Reform.* (quo Epiſcopis iniungitur, vt antequam ad ſacrorum ordinum miniſterium Ordinandi accedant, ſumma diligentia, inter alia inquirant ea, quæ ad genus Ordinandorum ſpectant) nouum Ordinis impedimentum induxerit.

15 Si quis nõ ſuſcepto ſacramento Confirmationis ad Ordines promoueatur, an incurrat aliquam cenſuram, vel pœnam.

16 Quæ ætas præſcripta eſt ſingulis Ordinibus, & an incepta, vel completa.

17 Prima Tonſura poteſtne quolibet die conferri.

18 Minores Ordines, & ſacri, quo tempore conferri poſſunt, & quare potius in Sabbato, quam alijs diebus Ordines ſacri conferuntur.

19 Quæ ſcientia requiratur in Ordinandis.

20 An miniſtrans in ſacris Ordinibus ante ætatem, fiat irregularis, & quid in minoribus.

21 Quid ſi quis habuerit literas dimiſſoriales ſpeciales, vt à tali Epiſcopo Ordinibus inſigniri poſſit, ſi ab alio ordinetur, incurrat aliquam pœnam.

22 An Ordinatus ante ætatem ſacris ordinibus, ſit ſuſpenſus vſque ad ætatem legitimam, vel perpetuo ita vt indigeat Papæ diſpenſatione.

23 An Ordinatus ante ætatem, qui potuit, & debuit ſuis parentibus credere, ſit excuſatus.

24 Si quis ſacris Ordinetur ante legitimam ætatem, & propter bonam fidem à principio, ob quam à ſuſpenſione ipſo facto liberatus fuerit, ſi poſtea aduenerit mala fides, & ſciens ſe non habere legitimam ætatem, celebrauerit, contrahat irregularitatem.

25 Epiſcopus ordinans non ſubditum ſuum, quam pœnam incurrat, & quando non incurrat.

26 Furtiuè ordinari quis dicatur.

27 Furtiuè Ordinatus, an poſsit in ſuſcepto ordine miniſtrare, & ad ſuperiorem aſcendere.

28 Si Epiſcopus tempore, quo confert Ordines, dicat ſe non intendere ordinare non examinatos, & approbatos; qui ſe ingerit, eritne Ordinatus.

29 An Epiſcopus, qui ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ antequam Ordinare incipiat, præcipit, ne aliquis accedat ad Ordines ſine dimiſſorijs, & alijs requiſitis, & poſtea eos abſoluit, & diſpenſat, prout eſt videre in Pontificalibus, ſi quis illorum eſſet innodatus aliqua cenſura Eccleſiaſtica, vel irregularitate, poſſit, & valeat cum illa abſolutione abſolui, & cum illa diſpenſatione diſpenſari.

30 An promoti ad Ordines minores ante legitimam ætatem ſint ſuſpenſi.

31 Ordinatus in ſacris ante legitimam ætatem, & ſic ſuſpenſus, an efficiatur irregularis, concelebrans cum Epiſcopo in actu ordinationis.

32 An qui ordinatur, non ſeruatis interſtitijs, ſit ſuſpenſus, vel irregularis.

33 An ordinatus ſacris ordinibus metu, teneatur continere.

34 An Religioſus ante profeſsionem ſe promoueri faciens ad ordines ſacros, ſit ſuſpenſus ipſo iure ab exequutione ordinum ſuſceptorum.

35 An Regularis teneatur accipere atteſtationes ordinum ſuſceptorum ab Epiſcopo ordinante.

36 An Epiſcopus ordinans ignaros, vel homines malæ vitæ, vel nullam in hoc, aut paruam faciens diligentiam, peccet mortaliter.

37 An Epiſcopus admittens ad Ordines non ſibi idoneos notos in doctrina, ſine examine, debeat deponi; & quid legatur de S. Leone Papa, & quid aduertat in hoc S. Bernardus.

38 Quæ mala oriantur ex ordinatione indignorum.

39 An propter penuriam aliorum poſsint non idonei ordinari.

40 An Epiſcopus ordinans ſacris ſine titulo, peccet.

41 An Ordines bis ſuſcipiens, aut conferens, efficiatur irregularis.

42 Non promotus ad Presbyteratus ordinem celebrans Miſſam, quam pœnam incurrat.

Quid

Digitized by Google

Quid Regularis ordinandus afferre debeat Episcopo. Quæst. I.

SVMMARIVM.

253 *Ordinandus Regularis debet afferre dimissorias: & quid ipsæ testificari debeant.*
254 *Episcopus an possit exigere iuramentum a Superioribus Regularibus de eo, quod testificantur in dimissorijs.*

253 Ad primum. Resp. Quòd Regularis ordinandus afferre debet litteras dimissorias à Superiore de ordine suscipiendo, quo eorum quispiam initiandus est. Quæ litteræ, ne vetustiores sint, duobus, tribusque mensibus à die sacræ ordinationis supputandis; nisi ob absentiam Superioris, aliamue causam, eas longiori tempore datas, renouatasue accipi, probariue debere censuerimus: Testimonium etiam scriptum à Superiore suo, qui ostendat eum vita, & moribus præditum esse, qui dignus sit vt illi ordini adscribatur, quo is initiari vult; sit verò hoc testimonium non antiquius duobus mensibus, declaratum. Si verò diutius à Monasterio abfuerit, hoc testatum afferat à Superiore Monasterij, in quo proximè commoratus est. Testificationem item de ordine, qui proximè præcedit, iam suscepto. Si verò statum tempus, præscriptum à Conc. Trid. quod interiectum esse debet inter susceptionem vnius, & alterius ordinis, nondum expletum est; tunc à suo Superiore scriptum afferat, quo testatum fiat, vtile, ac necessarium Ecclesiæ suæ, Monasterioue esse, secum dispensari super eo interstitio. Item in Religione cum laude versatum esse, loco tituli afferat testificationem præstitæ, riteque emissæ professionis regularis, & exercitationem frequentem functionum illius ordinis, quem proximè suscepit.

ADDITIO.

254 Circa supradicta aduertendum est, quod non possunt Episcopi exigere iuramentum à Superioribus Regularibus quò ad ea, de quibus in fauorem subditorum, quos præsentant, testificantur, vt tradit Bordon. *in decis. miscel. decis.* 431. loquens de præsentatis pro confessionibus; & pro confirmatione plura cumulat, & ego quoque dixi *quæst.* 210. *moral. canonic. Cent.* 3. Et ratio est: Quia Concil. Trident. non subijcit Regulares Episcopis in ordine ad suscipiendos ordines, nisi quo ad examen, & quò ad recognitionem dimissoriarum: vnde cum alias sint exempti, non possunt vltra hoc aliquid aliud exigere. Deinde vel exigunt hoc iuramentum auctoritatiuè, & tunc cum exactio iuramenti sit actus iurisdictionis, exercerent iurisdictionem in exemptos. Vel solum exigunt priuato modo, & tunc aggrauarent Regulares Superiores sine iusta causa, & detraherent eorumdem auctoritati, quasi non esset ipsis credendum, nisi interponerent iuramentum. Imo neque hoc posteriori modo iuramentum potest locum habere, si quidem est accessorium ad litteras testimoniales, & pro earumdem confirmatione; & ideo sicut ipsæ exiguntur auctoritatiuo modo, ita etiam iuramentum.

An dispensatio interstitiorum pertineat ad Episcopum, an ad Superiorem Regularium. Quæst. II.

SVMMARIVM.

255 *Superiores Regulares non possunt cum suis subditis dispensare super interstitijs.*
256 *Secundum alios possunt. Vicarius Capitularis, & Vicarius Episcopi quando concedunt dimissorias, possunt dispensare super interstitijs.*
257 *In dispensatione interstitionum requiritur causæ cognitio.*

255 Ad secundum. Resp. Quod Sacra Cong. Conc. Trid. censuit per hæc verba. An Superiores Regularium possint quemadmodum Episcopi, *vt in sess.* 25. *c.* 11. & 13. dispensare super temporum interstitijs cum subditis suis: Sancta Cong. censuit Superiores regulares non posse dispensare super interstitijs regularium ordinandorum, sed id pertinere ad Episcopum ordinantem, qui tamen quo ad causam dispens. iudicium suum formare debet ex attestatione Superiorum Regularium. Paul. Emil. Cardinalis S. Marcelli.

AD-

Digitized by Google

ADDITIO.

256 Quod diſpenſare ſuper interſtitijs pertineat ad Superiorem Ordinandi, à quo concedendæ ſunt dimiſſoriæ, declarauit S.Congreg. apud Piaſec. *in praxi par.1. cap. 1.num.11.* Quæ declaratio emanauit ſub *die 9. Auguſt.* 1593. Et proinde cum ad Superiores Regulares ſpectet concedere dimiſſorias, ſpectabit etiam diſpenſatio interſtitiorum, vt tradunt Suarez *tom.4 de relig. lib.2.de relig.Prælat.c.12. num.22.* Sanchez *lib.7. conſil. moral. cap. 1. dub.* 54. Cæleſtin. *in Compen. Theol. moral. tract. 8. cap. 4. quæſt.4.* De quo ego late *quæſt.* 353. *canon. moral. num.3. & ſequent. cent.4.* Hinc etiam Vicarius Capitularis, & Vicarius Epiſcopi, quando concedunt dimiſſorias, remittunt etiam interſtitia, vt declarauit S. Congregrat. ſub *die 21.April.*1595. apud Gallemart. *ad cap. 11. de Refor. ſeſſ.23.*

Congregatio Concilij cenſuit, facultatem remittendi interſtitia Epiſcopo competentem ex cauſis comprehenſis in cap.11.& 14. ſeſſ.23. tranſire in Vicarium Capituli Sede Vacante.

Et ſub *die* 5. *Martij* 1597.

Congregatio Concilij cenſuit, Epiſcopi Vicarium habentem generale mandatum in forma, poſſe abſente Epiſcopo concedere dimiſſorias ad ordines, atque item remittere interſtitia.

Ex quibus conſtat, quod diſpenſatio ſuper interſtitijs ſpectat ad Superiorem Ordinandi, ad quem ſpectat etiam conceſſio dimiſſoriarum.

257 Imo cum Epiſcopus ordinans procedat ſine cauſæ cognitione, quæ requiritur pro diſpenſatione interſtitiorum iuxta Concil. Trident. & ſtet atteſtationi Superioris, cui tenetur ſtare ex declaratione S. Congregat. ſub *die* 30. *Martij* 1597. non poteſt diſpenſare, quia cum diſpenſandum ſit in lege Superioris, nempe Conciliari, non poteſt fieri diſpenſatio ſine cauſæ cognitione. Vnde declaratio Congregat. quam affert Auctor, mihi ſuſpecta eſt, cum in ea ſimul habeat, quod diſpenſatio pertineat ad Epiſcopum, & tamen, quod debeat ſtare iudicio Superioris Regularis: quod eſt procedere ſine cauſæ cognitione.

An in Dimiſſorijs rogari debeat Epiſcopus, vt diſpenſet ſuper interſtitijs &c. Quæſt. III.

SVMMARIVM.

258 *Epiſcopus rogandus vt diſpenſet ſuper interſtitijs à Superiore Regularis Ordinandi.*

259 *Cur ita rogandus.*
Quod fruſtra fit, non cenſetur factum.

258 Ad tertium. Reſp. Quod debet fieri mentio in litteris dimiſſorialibus ſuorum Superiorum petentium ab Epiſcopo, vt ſuper interſticijs diſpenſare dignetur, attenta neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiæ, ſeu Religionis, prout declarauit S. Cong. *die 7.Septembris* 1597. vt teſtatur Sorbus *in compendio Mendicantium*, & Ioannes Baptiſta Confectus in verb *Ordin. Sacri*.

ADDITIO.

259 In litteris dimiſſorijs eſt facienda mētio diſpenſationis interſtitiorum, ita vt Superior Regularis rogare debeat Dominum Epiſcopum vt diſpenſare dignetur ſuper interſtitijs: quia cum ad ipſum pertineat ordinare, pertinet etiam admittere diſpenſationem, quam ſi non admittat, nihil proderit, quod facta ſit à Superiore Regulari. Et proinde antequam admittatur eſt diſpenſatio ſine effectu, quia licet reddat habilem ordinandum, vt poſſit ordinem ſuſcipere, poteſt tamen Epiſcopus nolle admittere diſpenſationem, & reddere fruſtratoriam; & ideo rogandus eſt, vt dignetur diſpenſare, hoc eſt admittere diſpenſationem, & non ſinere eſſe fruſtratoriam, quia tunc tanquam inutilis cenſeretur non facta *l.Quoties, ff. Qui ſatisd. cog.* Vbi Gloſ. & Doctores. Et proinde Epiſcopus cenſetur diſpenſare, quia facit, quod diſpenſatio non ſit inutilis.

Quomodo intelligatur arbitrium Epiſcopo conceſſum ſuper diſpenſatione interſtitiorum. Quæſt. IV.

SVMMARIVM.

Arbitrium Epiſcopi circa interſtitia eſt adminuendum tempus.

Eſt arbitrium prout de iure.

258 Ad quartum. Reſp. Arbitrium Epiſcopo conceſſum auctoritate Conc. Trid. *ſeſſ. 23. c. 11.* in diſpenſando ſuper interſtitijs, intelligitur ad hoc, vt interſtitia hæc eius arbitrio abbreuiari poſſint, non autem, vt eadem die Sacros Ordines duos conferre poſſit, vel vltimum mi-

Quid Regularis ordinandus afferre debeat Epiſcopo. Quæſt. I.

SVMMARIVM.

253 *Ordinãdus Regularis debet afferre dimiſſorias: & quid ipſæ teſtificari debeant.*
254 *Epiſcopus an poſſit exigere iuramentum a Superioribus Regularibus de eo, quod teſtificantur in dimiſſorijs.*

253 Ad primum. Reſp. Quòd Regularis ordinandus afferre debet litteras dimiſſorias à Superiore de ordine ſuſcipiendo, quo eorum quiſpiam initiandus eſt. Quæ litteræ, ne vetuſtiores ſint, duobus, tribuſque menſibus à die ſacræ ordinationis ſupputandis; niſi ob abſentiam Superioris, aliamue cauſam, eas longiori tempore datas, renouataſue accipi, probariue debere cenſuerimus: Teſtimonium etiam ſcriptum à Superiore ſuo, qui oſtendat eum vita, & moribus præditum eſſe, qui dignus ſit, vt illi ordini adſcribatur, quo is initiari vult; ſit verò hoc teſtimonium non antiquius duobus menſibus, declaratum. Si verò diutius à Monaſterio abfuerit, hoc teſtatum afferat à Superiore Monaſterij, in quo proximè commoratus eſt. Teſtificationem item de ordine, qui proximè præcedit, iam ſuſcepto. Si verò ſtatum tempus, præſcriptum à Conc. Trid. quod interiectum eſſe debet inter ſuſceptionem vnius, & alterius ordinis, nondum expletum eſt; tunc à ſuo Superiore ſcriptum afferat, quo teſtatum fiat, vtile, ac neceſſarium Eccleſiæ ſuæ, Monaſterioue eſſe, ſecum diſpenſari ſuper eo interſtitio. Item in Religione cum laude verſatum eſſe, loco tituli afferat teſtificationem præſtitæ, riteque emiſſæ profeſſionis regularis, & exercitationem frequentem functionum illius ordinis, quem proximè ſuſcepit.

ADDITIO.

254 Circa ſupradicta aduertendum eſt, quod non poſſunt Epiſcopi exigere iuramentum à Superioribus Regularibus quò ad ea, de quibus in fauorem ſubditorum, quos præſentant, teſtificantur, vt tradit Bordon. *in deciſ. miſcel. deciſ.* 431. loquens de præſentatis pro confeſſionibus; & pro confirmatione plura cumulat, & ego quoque dixi *quæſt.* 210. *moral. canonic. Cent.* 3. Et ratio eſt: Quia Concil. Trident. non ſubijcit Regulares Epiſcopis in ordine ad ſuſcipiendos ordines, niſi quo ad examen, & quò ad recognitionem dimiſſoriarum: vnde cum alias ſint exempti, non poſſunt vltra hoc aliquid aliud exigere. Deinde vel exigunt hoc iuramentum auctoritatiuè, & tunc cum exactio iuramenti ſit actus iuriſdictionis, exercerent iuriſdictionem in exemptos. Vel ſolum exigunt priuato modo, & tunc aggrauarent Regulares Superiores ſine iuſta cauſa, & detraherent eorumdem auctoritati, quaſi non eſſet ipſis credendum, niſi interponerent iuramentum. Imo neque hoc poſteriori modo iuramentum poteſt locum habere, ſi quidem eſt acceſſorium ad litteras teſtimoniales, & pro earumdem confirmatione; & ideo ſicut ipſæ exiguntur auctoritatiuo modo, ita etiam iuramentum.

An diſpenſatio interſtitiorum pertineat ad Epiſcopum, an ad Superiorem Regularium. Quæſt. II.

SVMMARIVM.

255 *Superiores Regulares non poſſunt cum ſuis ſubditis diſpenſare ſuper interſtitijs.*
256 *Secundum alios poſſunt.*
Vicarius Capitularis, & Vicarius Epiſcopi quando concedunt dimiſſorias, poſſunt diſpenſare ſuper interſtitijs.
257 *In diſpenſatione interſtitionum requiritur cauſæ cognitio.*

255 Ad ſecundum. Reſp. Quod Sacra Cong. Conc. Trid. cenſuit per hæc verba. An Superiores Regularium poſſint quemadmodum Epiſcopi, *vt in ſeſſ.* 25. *c.* 11. & 13. diſpenſare ſuper temporum interſtitijs cum ſubditis ſuis: Sancta Cong. cenſuit Superiores regulares non poſſe diſpenſare ſuper interſtitijs regularium ordinandorum, ſed id pertinere ad Epiſcopum ordinantem, qui tamen quo ad cauſam diſpenſ. iudicium ſuum formare debet ex atteſtatione Superiorum Regularium. Paul. Emil. Cardinalis S. Marcelli.

AD-

ADDITIO.

256 Quod diſpenſare ſuper interſtitijs pertineat ad Superiorem Ordinandi, à quo concedendæ ſunt dimiſſoriæ, declarauit S. Congreg. apud Piaſec. *in praxi par. 1. cap. 1. num. 11.* Quæ declaratio emanauit ſub *die 9. Auguſt.* 1593. Et proinde cum ad Superiores Regulares ſpectet concedere dimiſſorias, ſpectabit etiam diſpenſatio interſtitiorum, vt tradunt Suarez *tom. 4 de relig. lib. 2. de relig. Prælat. c. 12. num. 22.* Sanchez *lib. 7. conſil. moral. cap. 1. dub. 54.* Cæleſtin. *in Compen. Theol. moral. tract. 8. cap. 4. quæſt. 4.* De quo ego late *quæſt. 353. canon. moral. num. 3. & ſequent. cent. 4.* Hinc etiam Vicarius Capitularis, & Vicarius Epiſcopi, quando concedunt dimiſſorias, remittunt etiam interſtitia, vt declarauit S. Congregat. ſub *die 21. April.* 1595. apud Gallemart. *ad cap. 11. de Refor. ſeſſ. 25.*

Congregatio Concilij cenſuit, facultatem remittendi interſtitia Epiſcopo competentem ex cauſis comprehenſis in cap. 11. & 14. ſeſſ. 23. tranſire in Vicarium Capituli Sede Vacante.

Et ſub *die 5. Martij* 1597.

Congregatio Concilij cenſuit, Epiſcopi Vicarium habentem generale mandatum in forma, poſſe abſente Epiſcopo concedere dimiſſorias ad ordines, atque item remittere interſtitia.

Ex quibus conſtat, quod diſpenſatio ſuper interſtitijs ſpectat ad Superiorem Ordinandi, ad quem ſpectat etiam conceſſio dimiſſoriarum.

257 Imo cum Epiſcopus ordinans procedat ſine cauſæ cognitione, quæ requiritur pro diſpenſatione interſtitiorum iuxta Concil. Trident. & ſtet atteſtationi Superioris, cui tenetur ſtare ex declaratione S. Congregat. ſub *die 30. Martij* 1597. non poteſt diſpenſare, quia cum diſpenſandum ſit in lege Superioris, nempe Conciliari, non poteſt fieri diſpenſatio ſine cauſæ cognitione. Vnde declaratio Congregat. quam affert Auctor, mihi ſuſpecta eſt, cum in ea ſimul habeat, quod diſpenſatio pertineat ad Epiſcopum, & tamen, quod debeat ſtare iudicio Superioris Regularis: quod eſt procedere ſine cauſæ cognitione.

An in Dimiſſorijs rogari debeat Epiſcopus, vt diſpenſet ſuper interſtitijs &c. Quæſt. III.

SVMMARIVM.

258 *Epiſcopus rogandus vt diſpenſet ſuper interſtitijs à Superiore Regularis Ordinandi.*

259 *Cur ita rogandus.*
Quod fruſtra ſit, non cenſetur factum.

258 Ad tertium. Reſp. Quod debet fieri mentio in litteris dimiſſorialibus ſuorum Superiorum petentium ab Epiſcopo, vt ſuper interſtitijs diſpenſare dignetur, attenta neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiæ, ſeu Religionis, prout declarauit S. Cong. *die 7. Septembris* 1597. vt teſtatur Sorbus *in compendio Mendicantium*, & Ioannes Baptiſta Confectus in verb *Ordin. Sacri*.

ADDITIO.

259 In litteris dimiſſorijs eſt facienda mētio diſpenſationis interſtitiorum, ita vt Superior Regularis rogare debeat Dominum Epiſcopum vt diſpenſare dignetur ſuper interſtitijs: quia cum ad ipſum pertineat ordinare, pertinet etiam admittere diſpenſationem, quam ſi non admittat, nihil proderit, quod facta ſit à Superiore Regulari. Et proinde antequam admittatur eſt diſpenſatio ſine effectu, quia licet reddat habilem ordinandum, vt poſſit ordinem ſuſcipere, poteſt tamen Epiſcopus nolle admittere diſpenſationem, & reddere fruſtratoriam; & ideo rogandus eſt, vt dignetur diſpenſare, hoc eſt admittere diſpenſationem, & non ſinere eſſe fruſtratoriam, quia tunc tanquam inutilis cenſeretur non facta *l. Quoties, ff. Qui ſatisd. cog.* Vbi Gloſ. & Doctores. Et proinde Epiſcopus cenſetur diſpenſare, quia facit, quod diſpenſatio non ſit inutilis.

Quomodo intelligatur arbitrium Epiſcopo conceſſum ſuper diſpenſatione interſtitiorum. Quæſt. IV.

SVMMARIVM.

Arbitrium Epiſcopi circa interſtitia eſt ad minuendum tempus.

Eſt arbitrium prout de iure.

258 Ad quartum. Reſp. Arbitrium Epiſcopo conceſſum auctoritate Conc. Trid. *ſeſſ. 23. c. 11.* in diſpenſando ſuper interſtitijs, intelligitur ad hoc, vt interſtitia hæc eius arbitrio abbreuiari poſſint, non autem, vt eadem die Sacros Ordines duos conferre poſſit, vel vltimum mi-

norem cum primo ex Sacris: quod adeo verum est, quòd si sabbato vnum Sacrum Ordinem conferat alicui, & continuato ieiunio alterum ei conferat in Dominica, suspensus esset Episcopus à collatione ordinum, & ordinatus ab exequutione, donec Sedes Apost. dispensationem indulgeat. text. *in c. literas, de temp. ordinat.*

ADDITIO.

259 Non solum excluditur ab arbitrio Episcopi conferre duos Sacros Ordines in eadem die; quia hoc est specialiter prohibitum etiam in Concil. Trident. *sess. 23. cap. 13. de reformat.* sed etiam est coarctatum ad causas, quas requirit idem Concilium pro dispensatione interstitiorum: vnde potest solum arbitrari circa sufficientiam, vel insufficientiam causæ. Quando tamen agitur de interstitijs inter Subdiaconatum, & Diaconatum, arbitrium est magis amplum, quia Concilium non assignat aliquam causam, sed solum dicit, *Nisi aliud Episcopo videatur*; & proinde sufficit quæcunque causa, quæ reddat dispensationem rationabilem, & arbitrium tale, quale debet esse, nempe prout de iure *l. fin. §. sed etsi C. communia de leg.* Lodouis. cum alijs, *decis.* 189. *n.* 3. de iure autem non potest fieri dispensatio in lege Superioris sine causa.

An Episcopus ordinans, aut dans dimissorias, super interstitijs censeatur dispensare. Quæst. V.

SVMMARIVM.

260 *Dispensat si sciens ordinat, aut dimissorias concedit, super interstitijs; secus, si ignorans.*
261 *Vt habeat locum dispensatio requiritur notitia inhabilitatis, quæ actui obstat.*
Non valet in dispensationibus Papalibus.

260 Ad quintum. Resp. Si Episcopus ignorans fecerit, nullo modo dispensare censetur; At verò si sciens, ordines contulerit, dispensare censetur: idemque iudicandum est, si ipse non conferat ordinem, sed dimissorias litteras concedat, quia hæc à pari procedunt. Sil. in verbo *irregularitas in fine*, Glos. *not. ab. in c. qui aliquando*, in verbo *qui concubinas* 52. *dist.* Abb. *not. in c. veniens, de fil. presb. Fel. in c. præterea, num.* 18. *& q. de test. eorum*. Simon. Maiol. *de irreg. lib.* 3. *cap.* 24. *num.* 14. Menoch. *de arbitr. Iudic. lib.* 2. *cent.* 5. *casu* 564. Nauar. *cons.* 27. *num.* 2. *de temp. ord. in antiq.*

ADDITIO.

261 Vt habeat locum dispensatio, quæ per ipsũ inducitur, requiritur in gerente actum scientia illius specialis inhabilitatis, quę obstat actui gesto, iuxta Glos. *in cap. Statutum*, verbo *Litterarum de rescript. in 6.* Nattam *consil.* 420. *num.* 22. Sarnensem *in Reg. de iure quæsito non tollendo, quæst.* 18. *num.* 4. Ludouis. *decis.* 109. *num.* 8. Hoc tamen non habet locum quo ad dispensationes Papales, ob regulã 49. Cancellariæ, per quam decernitur, quod non censeatur dispensatum, nisi specialiter concedatur dispensatio, vt notat etiam Paris. *de resignat. lib.* 4. *quæst.* 3. *num.* 66. Gonzalez *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 15. *num.* 29.

Quæ dicatur Ecclesiæ necessitas, vel vtilitas, vt sit sufficiens causa ad dispensandum super interstitijs. Quæst. VI.

SVMMARIVM.

262 *Quæ necessitas, aut vtilitas requiratur pro dispensatione interstitiorum, remissiuè.*
263 *Necessitas, & vtilitas sunt attendenda secundum mensuram functionum.*
Stante vnico tantum ministro, adhuc adest necessitas.

262 Ad sextum. Resp. Quòd Ecclesiæ necessitas, & vtilitas, vt sufficiens causa ad dispensandum reputetur, declaratur à Sorbo in compendio Mendicantium in verbo *Ordines sacri*, & à glos. *in dist.* 74. & ab Abb. Zabarella *in c. quæris de ætate, & qualitate*. Cum constitutio in minor. b. ad subdiaconatum super anni circulo, sufficit si sit necessitas, vel vtilitas Ecclesiæ disiunctiuè; à subdiaconatu ad diaconatum quæliber leuis causa, cum iudicio Episcopi id relinquatur;

tur: à Diaconatu ad Presbyteratum vtilitas, & necessitas Ecclesiæ coniunctiuè: ita habetur *in cap.* 11. *&* 14. *sess.*23. *de refor.* considerat etiam Sorbus, vbi supra,

ADDITIO.

263 Necessitas, & vtilitas pensanda est iuxta prudens iudicium, & iuxta mensuram functionum, quæ in Ecclesia sunt exercendæ. Vnde non solum aderit necessitas, quando nullus alius minister adest, & vtilitas, quando Ecclesia indiget ministris, & non est alius idoneus, vt in alia materia dicit Syluester verbo *Ordo* 3. *num.* 10. *in fine*. Sed tunc etiam censenda erit adesse vtilitas, quando Ecclesia ex tali ordinatione per dispensationem commodum percipiat, quia nimirum seruitium ipsius meliori modo, & cum maiori decore præstatur. Tunc vero censenda est adesse necessitas, quando functiones exhibendæ requirunt maiorem numerum, ita vt etiam si adsint tot ministri, quot sunt præcisè necessarij, adhuc adsit necessitas; si quidem si aliquis ex aliquo casu impediretur à sua functione, non esset, qui suppleret: & proinde necessitas se extendit etiam ad eos ministros, qui requiruntur, vt substituantur necessarijs, quando contingit impediri. Et ideo, si adsit tantum vnicus Diaconus, aut Subdiaconus, vbi horum Ordinum munera exercentur, adhuc aderit necessitas, nam si infirmaretur, aut alio impedimento detineretur, non esset, qui suppleret, & ita videtur sentire D. Antonin. 3. *par. tit.* 14. §. 18. Capucin. *in Adnotat ad priuileg. mendican.* verbo *Ordines sacri, num.* 3. ver. *Et quia*.

An annus interstitiorum sit Ecclesiasticus, an Solaris. Quæst. VII.

SVMMARIVM.

264 *Annus interstitiorum est Ecclesiasticus.*
265 *An Ordinatus in Sabbato Sancto possit ordinari anno sequenti in temporibus Quadragesimæ absque dispensatione.*

264 Ad septimum. Resp. Circa annum interponendum ab vno ad alterum ordinem sacrum, attendendum esse annum Ecclesiasticum, non autem solarem. Hinc sacra Congregatio declarauit, eos, qui ad Subdiaconatus ordinem quatuor Temporibus Quadragesimæ promoti fuerint, posse anno sequente eisdem quatuor Temporibus Quadragesimæ ad Diaconatum promoueri, licet annus naturalis integer tunc lapsus non fuerit, cum futuro anno Paschæ festum celeriùs, quàm superiori celebretur.

ADDITIO.

265 Hinc resolui potest illud dubium. An qui Ordinem suscepit in Sabbato Sancto, possit absque dispensatione interstitiorum ordinari in Temporibus Quadragesimæ. Et affirmatiuè resoluendum est, quia Summus Pontifex cum voto S. Congregat. apud Marzillam *ad Concil. Trident. tit.* 13. *cap.* 13. declarauit, quod annus, qui interponi debet inter vnum, & alium sacrum Ordinem, non debet esse necessariò duodecim mensium, sed sufficit, quod sint elapsa quatuor interstitia; à Sabbato autem Sancto vsque ad Tempora Quadragesimæ elapsa sunt quatuor interstitia, nempe à Sabbato Sancto ad Pentecostem. Secundum à Pentecoste ad Tempora Septembris. Tertium à Temporibus his ad Tempora Decembris. & Quartum ab his ad Tempora Quadragesimæ. Et ratio est, quia Ordinatio Sabbati ante Dominicam Passionis, & Sabbati Sancti pertinent ad Ordinationem Temporum Quadragesimæ tanquam partes, aut appendices ipsius, & constituunt vnicum terminum interstitiorum.

Quam pœnam incurrat Ordinatus cum dimissorijs falsis, & quid si celebret. Quæst. VIII.

SVMMARIVM.

266 *Ordinatus cum dimissorijs falsis est suspensus, & celebrans fit irregularis. Excusatur si bona fide ministret in ordine sic suscepto.*
267 *Culpabiliter ignorans hanc pœnam, eam non incurrit.*

266 Ad octauum resp. Quod Clericus secularis, siue regularis, ordinatus cum literis dimissorijs falsis, est suspensus, quia habetur ac si sine dimissorijs: super quo tamquam indubitato non insisto; idque ex pluribus comprobat Mandos. *in reg.* 24. *q.* 2. & si celebrat, efficitur irregularis. Excusatur tamen si ministrauerit bona fide, sine dolo, & sibi licere putans, alioquin non facturus. Nauar. *in c. accepta oppos.* 8. *sub num.* 34. *de restit. spoliat.* Nam dispositio

tio puniens aliquid præſumentem, non comprehendit eum, qui id bona fide ignorantet, aut imprudens, ſeu inaduertens facit, iuxta doctrinam ſingularem Card. *in Clem.1. quæſt. 39. de priuileg.* & tenet Quaranta in verbo *alienatio* ſub *num. 9.* & in verbo *Ordo*.

ADDITIO.

267 Hanc ſuſpenſionis pœnam non incurrunt, etiam qui culpabiliter ignorant talem pœnam impoſitam, quia requiritur præſumptio, atque adeo attentatio cum ſcientia legis, & pœnæ impoſitæ: vnde vtens dimiſsorijs falſis, peccabit quidem, non tamen incurret pœnam ſuſpenſionis, ſi quandocunque ignoret, impoſitam fuiſſe. Ita Nauar. *conſil. 3. de ætat. & qualit. ordin. & conſil. 2. de fil. presbyt.* & *par. 2. conſil. in addit. lib. 1. conſil. 50. de tempore ordinat.* Auila *de cenſur. par. 3. diſp. 5. dub. 7. ver. Pro intelligentia*. Henriquez *lib. 13. ſum. capit. 38. num. 5. in fine* & *in ſchol. litera E*, Diaz *in praxi capit. 26. litera C.* Et conſonant Doctores, qui id vniuerſaliter tradunt quo ad omnes cenſuras. Quos citaui *quæſt. 358. canon. moral. num. 3. centur. 4.* Vnde neque etiam in tali caſu exercendo ordinem ſuſceptum fiet irregularis, quia irregularitas imponitur ſuſpenſis exercentibus.

An dimiſſoriæ ſint ita neceſſariæ, vt non ſufficiat Epiſcopum cognoſcere idoneitatem ordinandi. Quæſt. IX.

SVMMARIVM.

268 *Dimiſſoriæ ſunt neceſſariæ etiamſi Ordinans notam habeat idoneitatem ordinandi.*
Omiſſio formæ vitiat actum.
269 *Quid ſi Ordinans ſciret adeſſe conſenſum prij Epiſcopi.*
Forma inducta ad certum effectum ſufficit impleri per æquipollens.

268 Ad nonum reſp. Dimiſſoria Ordinarij ita neceſſaria eſt, vt nullam, quoad exequutionem, non quoad characterem reddat promotionem abſque ea factam de perſona, quantuncunque idonea, & cognita, quia forma dat eſſe rei, eiuſque omiſſio actum vitiat, vt colligitur ex dictis Bald. *in cap. conſtitutis 46. de appellat. num. 5. ac Dec. num. 7.* & in terminis noſtris Mandoſ. eleganter *in Reg. cancellar. ſuper Reg. 24. de male promotis num. 11. & ſeq. quæſt. 3.*

ADDITIO.

269 Sed quid ſi Ordinans ſciret, nedum perſonam eſſe idoneam, ſed etiam adeſſe conſenſum ſui Ordinarij, quamuis non literis commendatitijs explicatum? Videtur adhuc pœna impoſita à Concilio Tridentino *ſeſſ. 23. cap. 8. de Reformat.* habere locum quia non ſeruatur forma præſcripta à Concilio, qua non ſeruata ſubintrat pœna. Verum probabilius puto, non habere, quia forma præſcripta à Concilio eſt inducta ad certum effectum, vt nimirum non admittantur ad Ordines, qui non ſunt idonei, & niſi cum conſenſu ſuorum Ordinariorum, & hoc ſolum præſtant literæ dimiſſoriæ. Quare ſi ordinans habeat notitiam idoneitatis, & conſenſus Ordinarij ipſius Ordinandi, ſeruatur forma per æquipollens. Quando autem forma eſt inducta ad certum effectum, ſufficit ſeruari per æquipollens, ita vt obtineatur ille effectus, vt notat Mantica *lib. 2. de Tacit. tit. 4. num. 45.* afferens deciſ. Rotæ, inſuper *Rota in Portugallienſi decimar. 11. Februar. 1591. coram Orano*, & Aurienſi *parochial. 7. April. 1598. coram Lancellotto*.

An ſi proprius Epiſcopus ratificet ordinationem ab alio factam, habeat locum pœna, &c. Quæſt. X.

SVMMARIVM.

270 *Ratificatio ordinationis non facit euitari pœnam ſuſpenſionis.*
271 *In ratificatione conſideratur tempus ratificationis.*
Ratificatio non retrotrahitur.

270 Ad decimum, reſp. optime huic quæſito Mandoſ. *in Reg. cancell. ſuper dicta reg. 24. quæſt. 4.* vbi articulo plenè diſcuſſo eleganter demonſtrat ratificationem non ſatis eſſe ad euitandam pœnam *d. Conſtit. Pij II. num. 6. & ſeq.*

AD-

Digitized by Google

ADDITIO.

271 Quia in ratificatione conſideratur tempus ipſius ratificationis, vt cum alijs docet Surd. *deciſion.* 241. *num.* 7o. Quia ſcilicet non retrotrahitur, ſed ſolum operatur vt ex nunc, vt notat Pariſ. cum alijs *lib.* 9. *de reſignat. quæſt.* 17. *num.* 71. Honded. *conſil.* 38. *num.* 19. Rota *deciſ.* 557. *num.* 3. *par.* 1. *recent.* ideo ratificatio ſuperueniens ordinationi factæ abſque dimiſſorijs, non operatur, quin ſit violata Conſtitutio Pij, & Concilij Trident. *ſeſſ.* 23. *c.* 8. *de reformat.* Et ita docent Mandoſ. *ad Reg.* 24. *cancel. quæſt.* 4. Cherub. *ad Conſtit.* 40. *Clemen. VIII. ſchol.* 2.

An in dimiſſoriis ſint exprimendi Ordines ſacri. Quæſt. XI.

SVMMARIVM.

272 *In dimiſſorijs exprimendi Ordines ſacri. Nomine Ordinum non veniunt ſacri.*
273 *Dimiſſoriæ conceſſæ ad omnes Ordines non ſe extendunt ad ſacros. Dictio, Omnes, verificatur in Minoribus.*

272 Ad vndecimum, reſp. Quod in dimiſſorijs debent exprimi Ordines ſacris alias ſi exprimantur minores Ordines, vel Ordines tantum, non veniunt Sacri, *cap.* 1. *de tempor ordinat.* & Rebuff. *in prax. de literis dimiſſ. num.* 5. & dictæ literæ requirunt ſcripturam, ſed in licentijs celebrandi, non. Rebuff. *vbi ſupra.*

ADDITIO.

273 Procedit quando dimiſſoriæ conceduntur etiam ad Ordines ſacros. Quod adeo verum eſt, quod ſi concederentur etiam ad omnes ordines, non venirent ſacri, ſed tantum minores, iuxta ea, quæ tradunt Maiol. *de irregular. lib.* 1. *capit.* 8. *num.* 16. Sayr. *lib.* 6. *de cenſur. cap.* 11. *num.* 10. Henriquez *lib.* 14. *ſum. cap.* 8. *num.* 10. Sanctarel. *quæſt.* 38. *n.* 1. *par.* 1. *variar. reſol.* dictio enim *Omnes* verificatur in Minoribus, iuxta doctrinam Gloſ. verbo, *Ad omnes cap. fin. de filijs presbyteror. in* 6.

An dimiſſoriæ expirent morte concedentis. Quæſt. XII.

SVMMARIVM.

274 *Dimiſſoriæ non expirant morte concedentis.*
275 *Conceſſio dimiſſoriarum eſt gratia.*
276 *Dimiſſoriæ conceſſæ a Vicario Capitulari non expirant &c.*
277 *Succeſſor poteſt reuocare dimiſſorias conceſſas.*
Superior regularis an poſſit reuocare dimiſſorias conceſſas.
278 *Dimiſſoriæ non admittendæ ſi longum tempus à conceſſione fluxerit.*
Concedens dimiſſorias ſubdito per longum tempus abſenti, quid facere debeat.

274 Ad duodecimum reſp. Literas dimiſſoriales non expirare per mortem concedentis. Rebuff. *vbi ſupra.* Nauar. *conſ.* 1. *de tempore ord.* Nec eas cenſetur reuocaſſe Epiſcopus ſi dicat ordinando, ne ab alio ordinaretur, quia ipſe volebat ordinationes tenere. Nauar. *conſ.* 29. *de tempore ordinat.*

ADDITIO.

275 Quod dimiſſoriæ non expirent morte concedentis, non ſolum tradit Rebuff. *Tit. de dimiſſor. num.* 43. Sed etiam eſt communis ſententia, quam tradunt Gonzalez *ad Reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 12. *n.* 38. Pauin. *de poteſt. capit. ſede vacant. par.* 1. *num.* 9. Quaranta *in ſum. Bullar.* verbo *Ordo* ver. *ver titur in dubium.* Henriquez *lib.* 10. *ſum. cap.* 22. *in fine*. Suarez *lib.* 8. *de legib. cap.* 31. *num.* 19. Vgolin. *de poteſt. Epiſc. cap.* 26. *§.* 20. *num.* 14. Guttierez *q.* 75. *num.* 5. *lib.* 3. *pract.* Rodriquez *par.* 2. *ſum. cap.* 14. *num.* 5. Sanchez *lib.* 8. *de matrim. diſp.* 28. *num.* 83. vbi plures alios citat. Et fundantur eo, quod conceſsio dimiſſorialium ſit gratia, quæ non expirat morte concedentis. *cap. ſi ſuper gratia. de offic. deleg. in* 6.

276 Et ob eamdem rationem neque expirant dimiſſoriæ conceſſæ à Vicario Capituli ſede vacante, vt tradunt Gutierez, Gonzalez, Quaranta modo *citati*. Molina *tract.* 5. *de iuſt. & iure diſp.* 11. *num.* 14. Ledeſma *par.* 1. *ſum. cap.* 8. *de ſacram. ordin. concluſ.* 4. Moneta *de commut. vlt. volunt. c.* 10. *num.* 179.

277 Poterit tamen ſucceſſor reuocare conceſſas dimiſſorias ſiue à ſuo prædeceſſore, ſiue à Vicario Capituli, quatenus non ſunt effectum conſequutæ, ſiue quo ad illam partem, ſecundum quam non habuerunt

buerunt effectum, vt notant Rebuff. *in praxi* Tit. *de dimiſ. num.* 44. cum Panorm. *in cap. cum olim.* ver. *ſeptimo, de maior. & obed.* Marchin. *de ordine tract.* 1. *par.* 6. *cap.* 6. *num.* 13. *argum. cap. ſi qua de reb.* 12. *quæſt.* 2. Et ratio eſt. Quia poteſt recognoſcere, quæ ſunt circa proprios ſubditos, & approbare, vel reprobare, prout expediens iudicauerit. Imo poteſt ceſſare cauſa, ob quam conceſſæ ſunt, & proinde etiam ex hoc capite reuocari poterunt. Quod autem ſpectat ad Regulares, quando ſubditi non promouentur ad Ordines ex arbitrio ipſius, ſed etiã ex conſenſu Capituli, vel etiam Superiorum maiorum, quamuis poſsit mutare, prout occaſio tulerit: non poterit tamen reuocare, niſi ſuperueniat talis cauſa, quæ exigat reuocari. Neque tamen tunc poterit ex proprio arbitrio reuocare, ſed ſolum cum conſenſu eorum, quorum ſimiliter exigitur pro promotione ad ordines; quia quæ ſolus non poteſt perducere ad actum, nec etiam iam perducta poteſt ſolus deſtruere.

278 Et tamen aduertendum, quod cum dimiſſoriæ continere debeant teſtimonium de vita, & morum qualitate, quibus præditi eſſe debent ordinandi, iuxta Decret. Concil. Trident. *ſeſſ.* 23. *c.* 5. *de Reformatione*, ſi poſt illarum conceſſionem tantum temporis effluxerit, quod probabiliter ſufficiat potuiſſe mores probatos mutari, non eſſe recipiendas niſi aliunde de continuatione bonorum morum conſtare poſſit; alioquin eas recipiens ſe exponeret periculo ordinandi indignum, & non habentem requiſitas qualitates. Et proinde, quando Superior concedit dimiſſorias ſubdito, qui per longum tempus fuit abſens, debet quo ad mores habere teſtimonium ab incolis, vel Ordinario loci, vbi moratus eſt, vt tradunt Ianuenſ. *in praxi cap.* 83. *nu.* 4. Madius *de ſacris Ordin. cap.* 14. *num.* 11. Marchin. *de ordine tract.* 1. *par.* 6. *cap.* 3. *in fine.*

An Epiſcopus, ad quem diriguntur dimiſſoriæ, debeat examinare ordinandos. Quæſt. XIII.

SVMMARIVM.

279 *Epiſcopus ordinans alienos ſubditos debet quo ad doctrinam examinare.*

280 *Debent etiam examinari à dimittente.*

279 Ad decimumtertium, reſp. Quod Epiſcopus, cui diriguntur dimiſſoriæ, debet examinare tantum de literatura, vt declarauit Sixtus V. Sorbus, *vbi ſupra*, facit *c.* 11. *ſeſſ.* 7. *Concil. Trid.* & etiam ſeruatur vbique, nec requiritur, quòd in litteris dicatur, in conſcientia mea vt dicit Sorbus, expreſſio enim eorum, quæ tacitè inſunt, nihil operatur *l.* 3. *ff. de legat.* 1.

ADDITIO.

280 Qui à non ſuo Epiſcopo ordinatur, à duobus eſt examinandus, nempe ab eo, à quo dimittitur, ſiquidem iuxta Concil. Trident. *ſeſſ.* 23. *cap.* 3. *de reformat.* non poſſunt dimitti ad alium Epiſcopum, niſi examinati; & ab eo ad quem dimittuntur, qui ipſe quoque examinare debet iuxta Decretum Concil. Trident. *ſeſſ.* 7. *capit.* 11. *de reformat.* vbi requirit diligens exãmen præuium. Et ita obſeruant Campanil. *in diuer. iur. rubr.* 9. *cap.* 8. *n.* 31. ver. *ſed ne.* Gutierez *lib.* 5. *canon. quæſt. cap.* 26. *n.* 24. Piaſec. *in praxi Epiſc. par.* 1. *cap.* 1. *num.* 11. Bonacina *diſp.* 8. *de ſacram. quæſt. vnic. punct.* 4. *num.* 33. Barboſa *de poteſt. Epiſc. allegat.* 7. *num.* 22. Madius *de ſacr. Ordin. cap.* 4. *num.* 2. Marchin. *de ſacram. Ordin. tract.* 1. *par.* 6. *cap.* 2. *num.* 14.

An Concil. Trident. induxerit nouum impedimentum, dum iniungit inquirendum de genere Ordinandorum. Quæſt. XIV.

SVMMARIVM.

281 *Inquiſitio de genere Ordinandorum non inducit nouum impedimentum.*

282 *Non prohibentur ordinari qui originem trahit à Iudæis, aut quorum maiores fuerunt hæretici.*

281 Ad decimumquartum, reſp. Quod ſic intelligatur Sacroſanctum Concilij Tridentini Decretum, *ſeſs.* 23. *cap.* 7. *de reform.* Quo Epiſcopis iniungitur, vt antequam ad ſacrorum Ordinum miniſterium accedant, ſumma diligentia inter alia inquirant ea, quæ ad genus ordinandorum ſpectant; non tamen Concilium Catholicum, nouum Ordinis impedimentum induxit, ſed duntaxat, quæ antiquo iure ſtatuta erant, ſeruari ad vnguem præcepit: quod non vulgariter notandum cenſeo, quia multa circa hoc hallucinantur.

AD DI-

ADDITIO.

282 Per Decretum prædictum præcipi tantum diligens scrutinium promouendorũ ad sacros Ordines iuxta sacros Canones, & proinde non prohiberi ordinari, qui aliàs a iure non prohibentur, & in specie qui originem trahunt à Iudæis, vel quorum maiores, licet hæretici fuerint, constat tamen fuisse Ecclesiæ reconciliatos, aduertunt Sanchez *lib. 2. sum. cap. 28. n. 10. & sequent.* Armendariz. *ad leg. Nauar. lib. 1. tit. 21. l. vnic. num. 5.* Barbos. *ad hunc locum Concil. num. 6.*

An si quis non susceptа confirmatione ordinetur, incurrat aliquam censuram. Quæst. XV.

SVMMARIVM.

283 *Ordinatus ante susceptam confirmationem non incurrit aliquam censuram, sed peccat mortaliter.*
284 *Ordinantes non debent admittere non confirmatos.*
285 *Suscipientes primam tonsuram sine præuia confirmatione peccant mortaliter.*
286 *Alij contrarium tenent.*
287 *Suscipiens primam tonsuram absque præuia confirmatione, non fit irregularis.*

283 Ad decimum quintum, resp. Si quis non susceptо Sacramento Confirmationis, ad Ordines promoueatur, nullam censuram incurrit, vel pœnam, quia iure expressum non reperitur. Nec Sacrosanctum Trid. Conc. *sess. 23. cap. 4. de refor.* pœnam aliquam imponit, quam quod ante confirmationem, nullus ad primam tonsuram admittatur. Quin & Dom. Soto *in 4. sent. dist. 24. q. 1. art. 4. ad finem*, in ea est sententia, vt existimet, mortalem culpam non incurrere, qui suscepit Ordines sacros, vel in eisdem ministrauit, ante confirmationem, quem sequitur insignis Nauarr. *in Manu. confess. c. 12. num. 9.* sed opinio hæc hodie defendi non potest: nam cum dictum Concilium præceptum contineat, & in materia graui Sacramentorum Ecclesiæ eius transgressores ad peccatum mortale obligat, vt latè colligitur ex D. Tho. *1. 2. q. 69. ar. 4. & 2. 2. q. 60. ar. 5. ad 1.* Archiep. Flor. *in 1. par. tit. 18. c. vni. §. 2. Sylu. in* verb. *lex q. 8.* Baptista Trouamala in verbo *lex q. 17.* F. Alph. à Cast. *in lib. 1. de potest. leg. pœna cap. 4.* Ioan. à Meth. *de ref. q. 36.* ver. *Quo præmisso. tex. in l. 16. tit. 1. par. 1. ibi.* Et ita ipse Nauar. sibi aduersatur palinodiamque recantat in eod. Manual. *c. 25. num. 69. in princ.* tamen eum excusari censeo, qui legitima ignorantia ductus id fecerit.

ADDITIO.

284 Non video, quomodo ex hoc loco Concilij colligatur, quod peccet, qui primam tonsuram susсipit non confirmatus; nam Concilium prohibet non initiare non confirmatus; & ideo prohibitio non dirigitur ad initiandos, sed ad ordinantes, qui proinde seruare debent decretum Concilij.

285 Quod autem peccent mortaliter susсipientes primam tonsuram, absque præuia confirmatione, tradunt etiam Fornar. *de ordine cap. 3. nu. 3.* Maiol. *lib. 4. de irregular. cap. 12.* Nugn. *3. par. q. 25. supplement. ar. 4.* Tolet. *lib. 1. sum. cap. 71. num. 6.* Bonac. *disp. 8. de sacram. quæst. vnic. pun. 5. nu. 10.*

286 Contrarium tamen, nempe, quod non sit peccatum mortale initiari non confirmatos, tenent Viual. *in candelabr. tit. de confir. num. 41.* Valent. *3. par. disp. 5. quæst. 2. punct. 3.* Suarez *de sacram. disp. 38. sect. 1.* Coninch. *disp. 20. dub. 10. num. 103.* Victor. *in sum. num. 232.* Auila *de censur. par. 7. disput. 9. sect. 1. dub. 3.* Azor. *par. 2. lib. 3. capit. 48. quæst. 1.* Molsest. *par. 1. sum. tract. 2. cap. 11. nu. 7.* Henriquez *lib. 14. sum. capit. 6. num. 3.* Fernandez *par. 3. Examin. theol. moral. cap. 3. §. 5.* Diana *p. 2. tract. 2. miscel. resol. 4.* & alij non pauci. Vnde cum tot, & tales Doctores hanc partem susstineant, non video quomodo Auctor dicat, non posse susstineri. Et respond. quod Concilium Tridentin. non imponit præceptum, sed solum præscribit Episcopis, quid facere debeant.

287 Insuper contra Maiol. & Tolet. *num. 285.* citatos aduertunt, & rectè Henriquez, Auila, Nauar. *cap. 22. Manual. num. 9.* Sotus *in 4. dist. 24. quæst. 1. ar. 4.* Suarez *3. par. tom. 4. disp. 42. sect. 3. num. 14.* Susсipientem primam tonsuram absque præuia confirmatione nullam contrahere irregularitatem. Neque enim hæc irregularitas alicubi imponitur, & iuxta communem regulam non est asserenda, nisi à iure imponatur.

Qua

Digitized by Google

Quæ ætas ſingulis ordinibus præſcripta, & an annus incœptus, an vero completus. Quæſt. XVI.

SVMMARIVM.

288 *Aetas pro ſingulis ordinibus ſacris; & ſufficit annus incœptus.*

289 *An remaneat ſuſpenſus, qui ordinatur aliqua hora ante ætatem præſcriptam.*

288 Ad decimum ſextum, reſp. Quod ſingulis Ordinibus præſcriptæ ſunt ætates, quamvis pro varietate temporum diuerſis menſuris ſtatutæ. Tonſura etenim fere ſemper in ſeptennio obſeruata eſt. tex. *cum glo. in c. nullus de temp. ord. in* 6. qui annus debet eſſe completus, *cap. in ſingulis* 77. *diſtinct. Regia l.* 27. *tit.* 6. *part.* 1. Reliquorum ordinum varij fuerunt termini, vt conſtat in dicto cap. *in ſingulis*, & *in c. placuit*, eadem *diſt.* 77. poſtea autem in Concilio Viennen. ſacris ordinibus certus ſtatutus eſt terminus, nempe Subdiaconatui annus 18. Diaconatui 20. Sacerdotio 25. vt *in Clemen. generalem, de ætate, & qualitate*. Epiſcopatui ſemper annus trigeſimus neceſſarius fuit. *cap. cum in cunctis de electio*. At Concilium Trid. *ſeſſ.* 23. *c.* 12. ſumma conſideratione huic rei prouidit; nam Subdiaconatum permittit exiſtenti in vigeſimo ſecundo anno, Diaconatum vigeſimo tertio, Presbyteratum vigeſimo quinto. Reliquis verò minoribus ordinibus nullum tempus præfixit, quaſi plus momenti habendus ſit in literis, & moribus, quàm in ætate: ad quod mirè congruit ſententia Diui Thomæ *in* 4. *ſent. diſt.* 25. Hi autem anni omnes in Ordinibus recipiendis neceſſarij, non exacti, ſed cœpti ſufficiunt, vt *in d. Clemen. generalem*, vbi Glo. & Doct. & notat noſter Greg. in dicta *l.* 27. *par.*

ADDITIO.

289 Solet dubitari, an peccet, & ſuſpenſus remaneat ab ordine ſuſcepto, qui ordinatur eo die, quo complet annum, ſed ante horam, in qua complet: vt ſi quis ordinaretur Sacerdos mane eodem die, quo complet annum 24. ita tamen, vt compleat aliqua hora poſt ordinem ſuſceptum. Et negatiuè reſpondet Ledeſma *par.* 1. *ſum. cap.* 16. *de ſacram. Ordin. num.* 1. & probabile putat Diana *par.* 2. *tract.* 16. *reſol.* 27. ver. *hæc ſententia*. Sed tenendum eſt, quod peccet, & remaneat ſuſpenſus, vt tenent Nauar. *Conſil.* 9. *de temp. ord.* Villalob. *tom.* 1. *ſum. tract.* 11. *difficul* 11. *num.* 2. Ratio eſt. Quia Trident. prohibet ordinari Sacerdotem ante annum vigeſimum quintum, & ſic de cæteris. Qui autem ordinatur per trigeſimam partem horæ, antequam compleatur annus, ordinatur ante aetatem præfixum à Concilio, & proinde facit ad aequate contra prohibitionem, ita vt tranſgreſſio contineat totam materiam prohibitam.

Prima tonſura an conferri poſſit quolibet die. Quæſt. XVII.

SVMMARIVM.

290 *Prima tonſura poteſt conferri quolibet die.*

291 *An conferri poſſit in omni loco extra propriam Diœceſim.*

292 *Conferre primam tonſuram continet exercitia Pontificalium.*

Pontificalia non poſſunt exerceri in aliena Diœceſi.

293 *Conferens primam tonſuram in aliena diœceſi an poſſit excuſari à ſuſpenſione.*

290 Ad decimumſeptimum, reſp. Quod prima tonſura quolibet die conferri poteſt, cum iura certum diem ad eam conferendam non præfigant, & ſic de conſuetudine generali ſeruari teſtantur Hoſtien. Ioann. Andr. & Cardin. *in c. pen. de temp. ordin.* per ca. *cum contingat, de ætate & qualitate*.

ADDITIO.

291 An autem poſſit conferre primam tonſuram etiam in omni loco extra propriam Diœceſim, dummodo tamen conferat ſuis ſubditis, non conueniunt Doctores. Partem affirmatiuam tenent Fornar. *de Ordine cap.* 5. *§.* 4. *not.* Rubeus *in Aphoriſmis Epiſcop.* verbo *Prima tonſura*. Riccius *par.* 4. *praxis reſol.* 431. Merol. *tom.* 3. *theecol. moral. diſp.* 7. *c.* 5. *num.* 197. Diana *par.* 3. *tract.* 4. *reſol.* 143. Azor. *par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 48. *quæſt.* 5. ver. *Quæres*. Bonac. *diſp.* 3 *de ſacram. quæſt. vn. pun.* 2. *num.* 13. Villalob. *par.* 1. *ſum. tract.* 8. *difficul.* 7. *num.* 17. Salzedo *in praxi par.* 2. *cap.* 5. *num.* 18. Henriquez *lib.* 3. *ſum. cap.* 6. *num.* 6. Marchin. *de ſacram. Ordin. tract.* 1. *par.* 5. *cap.* 10. *num.* 9. Rebuf. *tract. nomin. quæſt.* 14. *num.* 29. & 65.

Digitized by Google

& 65. Quia id reducunt ad exercitium voluntariæ iurisdictionis.

292 E contra non posse conferre, tradunt Sanchez *lib.7.consil. moral.cap.1.dub,5.num.2.* Campanil. *in Diuersor.iur.rub.6. cap.1. num.2.* Madius *de sacr. Ordin. cap.2.num.4.* Garzias *par.1. de benefic. cap. 5. num.142.* Sayr. *lib.4.de censur.cap 16 num.29.* Barbosa *de potest.Epis. illeg.6. num.15.* Thesaur. *de pœn. Eccles. par.2.* verbo *Episcopus, cap.5.* Acunha *ad cap. Illud, num.3. dist.71.* Conrad. *lib.4. praxis dispensat. cap.6.num.25.* Narbona *ad l. 20. glos. 2. num. 135. tit.1 lib.4.* Quod vid tur probabilius,quia cum collatio tonsuræ pertineat ad munus Pontificale, & sit aggregatio ad clerum, non videtur,quomodo salua-ri possit,quod ipsius collatio non sit exercitium Pontificalium, quamuis priuato modo conferatur. Exercere autem Pontificalia in aliena Diœcesi sine Diœcesani licentia, est prohibitum in Concil. Trident. *sess.6. cap.5. de reformat.*

293 Stante tamen priori opinione, si quis Episcopus suo subdito in aliena diœcesi primam tonsuram conferret,excusari posset à pœna suspensionis à Pontificalibus, quam ibi imponit Concilium, quia esset sequutus opinionem, quam tot Doctores reddunt probabilem, secundum quam, quia transgressio decreti conciliaris non haberet locum,nec etiam locum haberet pœna.

Ordines minores quo tempore, & die conferri possint, & cur in Sabbato. Quæstio XVIII.

SVMMARIVM.

294 *Minores Ordines conferri possunt quolibet die.*

Sacri Ordines non possunt conferri, nisi in Sabbato Quatuor temporum.

Quando Ordinatio continuari possit etiam die sequenti Dominico.

295 *Collatio Minorum ad dies festos, & ad quos coarctetur.*

296 *Minores ita extra tempora conferri possunt, vt tamen non instituatur publica Ordinatio. Intra quam numerum ordinari possint.*

297 *Minores Ordines conferri possunt vespere præcedente ordinationem publicam.*

298 *Minores Ordines conferri possunt in domo Episcopali.*

299 *Ordines Sacri vbi conferendi.*

294 Ad decimumoctauum. Resp. Minores Ordines, quando Episcopo, & vbi sibi videbitur, dari possunt: licet Dominicis, & alijs Festiuis diebus conferri debeant,*c.de eo de temp.ordin.* sacri verò Ordines nunquam, nisi in publica ordinatione conferuntur *c. quando 75. dist.* & in maiori Ecclesia, Gloss. *not.in c.ordinationes d. dist.* Conc. Trid. *sess.23.c.8.de reform.* vbi decretum est, Sacros Ordines in Cathedrali Ecclesia conferendos esse, præsentibusque ad id Ecclesiæ Canonicis: si autem in alio Diœcesis loco celebrentur, semper in Ecclesia, & Clero præsente, fieri debet. Vnde non erit valida illa consuetudo, cuius ratione Episcopi hos Ordines, vbi eis placebat, conferebant. Quam validam esse scribit Floren. *in 3. par.c.14.§.17.* Et in Sabbato sane potius, quam alijs diebus,ordines conferri debent, quia dies illa Spiritui Sancto consecrata est, cuius dona in Ordinibus longa manu recipiuntur *c. quod à patribus 75.dist.* notat *Rebuff. d. gl. 1. num. 9.* Ita autem Sabbatorum tempora duob. casib. transferri possunt in sequentes dies dominicos. Primò, si ab ordinaturis, & ordinandis ieiunium seruetur, vsque ad sequentem diem dominicum: tunc equidem ipso dominico die ministrare ordines possunt, *tex. in d. c.quòd à patrib.* Sed quia tale ieiunium indiscretum, & maximè periculosum esse censetur, vt bene not. Inn. Host. & omnes *in cap. litteras de temp. ord.* minimè decet, vt tanta dicti ieiunij productio fiat. Secundò, si die Sabbati tanta esset ordinandorum multitudo, vt non possent omnes ordinib.insigniri: tunc equidem in diem dominicum Ordinum collatio differri potest, ex Inn. sententia *in d.c.litteras*, quem sequitur Sylu. *in sum. in* verbo *ordo 2.q.6.*

ADDITIO.

295 Quod Ordines Minores conferri possint, quando, & vbi Episcopo libuerit, habetur ex cap. *Quando, dist.75.* coarctatur tamen hæc potestas quò ad tempus ad dies festos per cap. *De eo autem de tempor. Ordinat.* vt obseruant communiter Doctores. Hos autem dies festos debere esse de præcepto, volunt Viual. *in Candel.tit. de sacram. Ord.num.35.* ver. *Tertia concluf.* Villalob. *par. 1. sum. tract. 11. difficul.13. num.4.* Naldus *in sum.* verbo *Ordo n.15.* Pontius *lib.5.de matrim.cap.30. num.7.* Vega *par.2. spec. cap.14.§ 9. num.56.* Ledesma *de sacramen Ordin. dub.15.* Azor. *par.2. lib.1. cap.17.quæst.vlt.* Viguer. *cap.16. instit. theol. §.6.* ver. *6.* Syluester verbo *Ordo 2. quæst.2.* D.Antonin. *3, par.tit.4. c.16. §.16.* Zanard. *par.1.direct. cap.3. de sacram.Ordin.* Sufficere tamen solemnitatem festi particularis, notant Henriquez *lib.9. sum.cap.28. num.1.* Barbosa *de potest.Epis. allegat.11.num.18.* At per festum intelligi diem, in quo celebratur officiū duplex,tradunt Præpos it. *3. par. quæst. vn. de sacram. Ordin. dub. 15. num.151.*

num. 151. Facundez *præcep.* 1. *Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 15. cum Rodriquez *tom.* 3. *quæſt. Regul. quæſt.* 23. *ar.* 5. Homobonus *reſponſ.* 207. *par.* 5. *vol.* 2 Tanner. *tom.* 4. *diſp.* 7. *quæſt.* 3. *dub.* 2. *num.* 4. Gauant. *in Manuali.* verbo *Ordines minores*, *num.* 15. Hallier. *de ſacr. Electi. par.* 2. *ſect.* 7. *cap.* 1. *ar.* 1. *num.* 2. Qui tres poſteriores id colligunt ex Pontificali Romano. Diana *par.* 5. *tract.* 13. *reſol.* 97. *in fine*.

296 Ita tamen conferri poſſunt Ordines minores extra tempora ſtatuta, vt non inſtituatur publica ordinatio, quia hæc ſolum conceditur in temporibus ſtatutis. & ita decernitur in cap. *De eo autem de tempor. ordinat.* vbi dicitur, quod licet ordinare vnum, aut duos. Ideo autem reſtringitur ad vnum, aut duos, non quia non poſſint plures ordinari, ſed ne inſtituatur publica ordinatio, vt notat gloſſ. *ibid.* in verbo, *Aut duos*. Vnde ij omnes poterunt ſimul ordinari vſque ad eum numerum, ex quo non poſſit argui publica ordinatio, iuxta prudens iudicium, habita ratione circumſtantiarum, quia *text.* ponit vnum, aut duos exemplificatiuè pro priuata ordinatione. & ita etiam notant Goffred. Innocent. *in illum locum*. Sylueſter verbo *Ordo* 2. *quæſt.* 6. Marchin. *De ſacramen. Ordin. tract.* 1. *part.* 7. *n.* 5.

297 Quando autem in Sabbato iuxta præfixa tempora habentur Ordinationes, poſſunt Minores Ordines conferri in veſpere feriæ ſextæ immediatè præcedentis; ita enim conſuetudo obtinuit. Et ita tradunt Henriquez *lib.* 10. *ſum. cap.* 12. *num.* 12. Reginal. *lib.* 30. *praxis fori pœnit. tract.* 1. *cap.* 5. *n.* 26. Vaſquez 3. *par. diſp.* 246. *cap.* 5. *num.* 25. Diana *par.* 2. *tract.* 16. *reſol.* 28. ver *Notandum eſt*, Barboſa *de poteſt. Epiſcopi par.* 2. *allegat.* 11. *num.* 17. Talis autem conſuetudo ideo eſt rationabilis, quia cum ſit tempus publicæ ordinationis, cenſetur tunc moraliter incipere dies deſtinatus, ſi quidem incipit dies quò ad officia Eccleſiaſtica; & proinde hæc inceptio extenditur etiam ad functionem Ordinationis.

298 Poſſunt autem Ordines minores conferri etiam in domo Epiſcopali, vt notant Henriquez *lib.* 10. *ſum. cap.* 11. *num.* 8. Riccius *in praxi aureæ reſol.* 274. Squillante *de obligat. & priuileg. Epiſcop. par.* 3. *cap.* 1. *num.* 15. ver. *Ordines vero*. Imo poſſe conferri in qualibet domo, tenent Squillant. Campanil. *in diuer. iur. canon. rubr.* 6. *cap.* 2. *num.* 17. teſtans, ſe pluries vidiſſe ita practicari. Sylueſter verbo *Ordo* 2. *quæſt.* 8. Maiol. *lib.* 3. *de irreg. cap.* 23. *n.* 5. Marchin. *de Ordine trac.* 1. *par.* 7. *cap.* 6. *num.* 19.

299 Ordines autem ſacri ex præſcripto Concilij Tridentini conferri debent in Cathedrali Eccleſia, præſentibus Canonicis, aut ſi in alio loco dicecesis celebretur Ordinatio, dignior Eccleſia, quam fieri poteſt eligenda eſt, præſente Clero illius loci: ita *ſeſſ.* 23. *cap.* 8. *de reformat.* Conſuetudo tamen obtinuit, vt Ordinationes celebrentur in quauis Eccleſia ad libitum Epiſcopi, vt notant Henriquez *lib.* 10. *ſum. cap.* 11. *num.* 3. Campanil. *in diuer. iur. Rubr.* 6. *cap.* 2. *num.* 17. Barboſa *de poteſt. Epiſc. par.* 2. *allegat.* 11. *num.* 20. Squillan. *de obligat. & priuileg. Epiſcop. par.* 3. *cap.* 1. *num.* 15. Pax Iordan. *tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 6. *de Ordine num.* 28. Semper tamen debent interuenire Canonici. Vnde à fortiori id licebit in priuatis ordinationibus, quæ extra tempora celebrantur. Quia Concilium Tridentinum citato *loco* loquitur de publicis Ordinationibus, quæ ſtatutis temporibus celebrantur. Vnde hìc Romæ vidi frequenter Viceſgerentem conferre Ordines ſacros etiam Sacerdotij, extra tempora in ſacello intra clauſuram Monaſterij S. Andreæ de Valle. Circa autem protractionem Ordinationis ad aliam Dominicam vide, quæ dixi *quæſt.* 50. *canon. moral. Centur.* 1.

Quæ ſcientia requiratur in Ordinandis. Quæſt. XIX.

SVMMARIVM.

300 *Ordinandus ſcire debet, quæ pertinent ad Ordinem.*

301 *Ordinandi nationis Illyricæ non tenentur ſcire linguam latinam.*

302 *In Regularibus non requiritur tanta ſcientia.*

Quid ſi ſecularis ordinetur tantum, vt poſſit celebrare.

300 Ad decimumnonum. Reſp. De hoc agi in Conc. Trid. *ſeſſ.* 23. *can.* 12. ibi, dignos dum taxat. & in eadem *ſeſſ. can.* 14. ibi, diligenti examine præcedente. *& can.* 13. dum vult, quod inſtructi debent eſſe literis, & his, quæ pertinent ad exercendum Ordinem, id eſt, vt ſciant, quæ nam pertineant ad illum Ordinem, quem volunt ſuſcipere: & ratio, eſt quia illiterati ordinari prohibentur *cap. fin. de ætate, & qualitate c. illiteratos* 36. *diſt.* & iſta literarum idoneitas eſt adeo neceſſaria, & de iure Diuino, vt Papa non poſſit diſpenſare in ea, vt dicit Felin. *in cap. ſi quando, colum. penult. verſ. ſed dicas, de reſcriptis*, Gom. *in cap.* 1. *num.* 113. *de conſtit. lib.* 6. Nauar. *cap.* 27. *num.* 205. *notab.* 2. dicit Papam ratò, aut nunquam in hoc diſpenſare defectu directo, nec minus poteſt Epiſcopus. Sylu. *tract. de benefic.* 4. *par. q.* 7. *num.* 8. *verſ.* 28. *cap. fin. de temp. or. lib.* 6. *cap. illiteratos* 99. *diſt.* Diaz *prax. crim. can. cap.* 18. Sot. *ſent. diſt.* 25. *q.* 1. *art.* 4. *concl.* 3. Aſtenſ. *lib.* 1. *tit.* 13. Et vt à primo ordine incipiamus, dicas, quod ad primam tonſuram quidem ordinandus ſufficit, ſi ſciat fidei rudimenta, legere, ſcribere, Conc. Trid. *ſeſſ.* 23. *cap.* 4. *de reform.* at alij minores promouendi, linguam latinam intelligere debent, *ib. cap.* 5. & 11. Ad acros maiores ordinandi, ſcire debent ea, quæ exercendo eorum ordini conueniunt. *Ibi cap.* 13. Ad Presbyteratum, talis ſcientia requiritur, vt ordinatus Sacramenta adminiſtrare, &

po-

Digitized by Google

populum in his, quæ ad ſalutem ſcitu neceſſaria ſunt, inſtituere valeat. *ib. cap.* 14. licet ad ſummum in Presbytero requiritur, & ſufficit, vt ſciat cantare, legere, & conſtruere, & intelligere illius idiomatis, in quo eſt miſſaturus *gloſſ. in Clemen. 1. de conceſſ. præb. diſt.* 6. Gemin. *in cap. ſi pauper. de præb. lib.* 6. Nauar. *in c. 1. §. caueat, num.* 19. *de pœnit. diſt.* 6. ſed Conc. Trid. *ſeſſ* 23. *c.* 14. *de reform.* plus requirit, nempe, circa ſacramenta miniſtranda, & ad alios docendum. vt teſtatur Riccius *in prax. fori Eccleſiaſtici deciſ.* 311.

ADDITIO.

301 Excipiendi ſunt ordinandi nationis Illyricæ, nam etiamſi linguam Latinam omnino ignorent, niſi aliud obſtet, & linguam Illyricam teneant, ordinari poſſunt, non obſtante Decreto Concilij Trident. *ſeſſ* 23. *c.* 11. *de reformat.* vt declarauit S. Congregat. Conc. *die* 20. *Septemb.* 1591. Vnde nec etiam obſtat Cõſtitutio Sixti V. Hoc autem eis indulgetur, qui celebrant diuina Officia in lingua Illyrica ex antiquiſſima conſuetudine, & conceſſione Romanæ Sedis: vnde non opus habent lingua Latina.

302 In Regularibus verò non requiri tantam ſcientiam, quanta requiritur in Clericis ſæcularibus, notant Sylueſter verbo *Clericus* 2. *num.* 1. Henriquez *lib.* 10. *ſum. cap.* 16. Rodriquez *tom.* 1. *quæſt Regul. quæſt.* 24. *ar.* 7. ver. *Tertio inſurgitur*. Graff. *par.* 2. *deciſ. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 24. Hieronym. Rodriquez *in compen. quæſt. Regul. tr. Reſol.* 106. *num.* 24. Maiol. *lib.* 1. *de irregular. cap.* 31. *num.* 5. Miranda *tom.* 2. *Manual. quæſt.* 8. *ar.* 7. Peirin. *tom.* 1. *de priuileg. ad Conſtit.* 16. *Leonis X.* § 13. *num.* 25. Tamburin. *de iure Abbat. tom.* 2. *diſp.* 2. *quæſt.* 21. *n.* 5. Diana *par.* 3. *tract.* 2. *de dub. Regul reſol.* 8. Marchin. *de ordine tract.* 1. *par.* 5. *cap.* 1. *num.* 9. Et ratio eſt, quia ſæculares ordinantur in ordine ad functiones Eccleſiaſticas concernentes curam animarum ſaltem indirectè, & ideò debent habere ſcientiam ſufficientem in ordine ad ipſas. At religioſi ordinantur ſolum in ordine ad celebrandum, vnde ſufficit ſi ſciant, quæ neceſſaria ſint pro celebranda Miſſa. Quod ſi applicentur alijs functionibus concernentibus curam animarum, vt eſt concionari, audire confeſſiones; indigent noua approbatione, & proinde ij ſolum applicantur, qui idonei ſunt.

303 Ex quo fit: Quod ſi aliquis ſæcularis ordinaretur in eũ finem, vt ex ſua deuotione celebraret, & non vt in aliquo ſe applicaret curæ animarum: neque etiam quòd ad ipſum eſſet neceſſaria tanta ſcientia, quanta eſt neceſſaria in alijs; ſed ſufficeret, ſi eſſet idoneus ad celebrandum, & proinde ſufficeret ſcientia eorum, quæ pro celebratione neceſſaria ſunt.

Diana. Anſonel. & vgin. Valey.

An miniſtrans in Ordinibus ante legitimam ætatem ſuſceptis, fiat irregularis. Quæſt. XX.

SVMMARIVM:

304 *Suſcipiens Ordines ante legitimam ætatem, de iure veteri non erat ſuſpenſus. Nec irregularis, ſi in ijs miniſtraret.*

305 *De iure nouo eſt ſuſpenſus.*

304 Ad vigeſimum. Reſp. Qui ante legitimam ætatem ſacris Ordinibus fuit inſignitus, non poteſt eoſdem ordines exercere, donec legitima ætas acceſſerit: qua quidem accedente, ceſſat omne impedimentum, & ea ratione liberè poterit in ſuſceptis miniſtrare, *cap. non eſt compos, de temp. ordin.* not. Archid. & Præpoſ. *in cap. placuit 77. diſtinct.* Henric. *in cap. conſultationi de temp. ordin.* & hanc opinionem communem eſſe fatetur inſignis D. Couar. *in Clemen. ſi furioſus de hom.* 1. *par.* §. 1. *num.* 5. Nec ante legitimam ætatem ordinatus, eſt ipſo iure ſuſpenſus, ſed ſuſpendendus, vt in dicto *cap. non eſt compos*. Quem interpretatur Archid. Præpoſ. Cardin. à Turre cremat. *in d. cap. placuit*. Gonſal. à Villadiego *de irreg. cap. de ſuſpenſion. col* 2. Mart. Nauar. in Manua. *conſeſſ. cap.* 25. *num.* 70. & eam ſequitur Magiſt. 4. *ſent. diſt.* 24. *quæſt.* 5. Fuerunt tamen multi maximæ auctoritatis viri, qui expreſſim tenuerunt, ante legitimam ætatem ad ordines promotum ipſo iure ſuſpenſum eſſe. At ſi communem ſententiam amplectimur, omni prorſus difficultate caret in ordinibus minoribus miniſtrantem ante ætatem à iure diffinitam minimè irregularitatem contrahere, cum nec à iure, vel ab homine ſuſpenſio impoſita fuerit. Quòd ſi quis contrarium ſequi maluerit, idem aſſeuerare neceſſe erit, cum ſuſpenſio hæc, non ob crimen, ſed ob defectum à iure fuerit ſtatuta. Ita tenuerunt Card. *in d. Clem. generalem* 5. & 6. *q.* Domini. *in c. eos, de temp. ordin. in* 6. Card. *in c. ſi celebrat de Cleri. excom.* Villadiego *in d. c. de ſuſpenſione col.* 2. quam opinionem communem eſſe fatentur, eam ſequuti Floren. *in* 3. *par. tit.* 28. *c.* 1. §. 1. *col.* 2. D. Couar. *d.* §. 1. *n.* 4. & hoc de iure veteri.

AD-

ADDITIO.

305 Quamuis de iure veteri ordinans ante legitimam ætatem non esset ipso iure suspensus, de iure tamen nouo est ipso facto suspensus per Constitutionem Pij II. quæ incipit, *Cum ex sacrorum*. Quæ est 7. *huius Pontificis tom.* 1. *Bullar.* vt constat ex illis verbis: *A suorum Ordinum exequutione ipso iure suspensi sint; & si huiusmodi suspensione durante in eisdem Ordinibus ministrare præsumpserint, eo ipso irregularitatem incurrant.* Et ita notant communiter scribentes post dictam Constitutionem.

Habens dimissorias ad vnum Episcopum, & ordinatus ab alio, an incurrat aliquam pœnam. Quæst. XXI.

SVMMARIVM.

306 *Litteræ dimissoriæ ad vnum Episcopum non iuuant pro alio.*
Vnius concessio est alterius exclusio.
307 *Quid si dimissoriæ sint ad certum Episcopum ad instantiam Ordinandi:*
Nullus Episcopus potest ordinare alienum subditum, nisi ei constet de voluntate proprij Ordinarij.

306 Ad vigesimumprimum. Resp. Si literæ istæ sint speciales, nempe, vt possit quis à tali Episcopo ordinibus insigniri, & tunc ab alio ordinetur, ordinibus collatis minimè iuuabitur, cum nullam ad hoc facultatem habuerit, & vnius concessio, alterius censetur exclusio. *l. cum prætor ff. de iud. ca. non. de præsumpt.* Solent etiam literæ generales concedi, vt possit quis ordinari à quocunque Antistite gratiam, & communionem Sedis Apost. habente *c. pœn. de præb.* not. Pet. Rebuff. *in pract. benefic.* de literis dimissorijs *num.* 3. Quibus quidem literis, oportet, vt exprimatur, qui ordines illarum ratione sunt ministrandi, quia concedendo solum recipi minores, vel ordines tantum, maiores ordines minimè comprehenduntur *cap.* 1. *de temp. ordin.*

ADDITIO.

307 Sed quid si literæ dimissoriæ essent directæ ad certum Episcopum ad instantiam Ordinandi, quas etiam obtinuisset ad alium quemcumque Episcopum, si perijsset: poterit ne in vigore ipsarum ordinari ab alio, si non possit ordinari ex aliqua contingentia ab eo, ad quem directæ sunt? Resp. non posse ordinari. Quia nullus Episcopus ordinare potest alienum subditum *cap.* 1. & *cap cum nullus de tempor. ordinat. in 6.* & ideo necessarium est, quod talis potestas ab Ordinario ordinandi ei concedatur, & si constet de eius voluntate per patentes literas, iuxta *cap.* 1. *de tempor. ordinat. in 6.* & notant Felin. *in cap. super lit. num.* 12. *de accusat.* Alexand. *consil.* 117. *in fine vol.* 7. Per id autem quod Ordinandus habeat dimissorias ad alium Episcopum, non constat, quod dimittens contentus sit, suum subditum ordinari ab alio, quam ab eo, ad quem dimittit; nec tales literæ patentes dant indifferenter potestatem ordinandi cuicunque, sed determinato Episcopo. Et proinde non potest habere locum tacita concessio.

Ordinatus ante legitimam ætatem quousque maneat suspensus. Quæstio XXII.

SVMMARIVM.

308 *Ante legitimam ætatem ordinatus est perpetuo suspensus.*
309 *Ignorantia suspensionis, an excuset ne incurratur.*

308 Ad vigesimumsecundum. Resp. Quòd in ordinato ante legitimam ætatem dupliciter potest iuris ignorantia contingere: & primo, ignorando ætatem à iure præscriptam ad sacros Ordines suscipiendos; & tunc, (nisi esset inuincibilis) quia accedens ad ipsos Ordines suscipiendos, illud ius tanquam vulgare, & commune scire tenetur, vix sine culpa illud ignorare potest. Secundo modo accidere potest, ignorando hoc ius speciale extrauag. Pij II. imponentis suspensionis pœnam ipso iure: quo casu etiam illius pœnæ ignorantia non impedit, neque excusat, quominus illas incurrat: conferret tamen dum ignoraret, se suspensum ipso facto, ad excusandam irregularitatem, si in ordine sic suscepto ministraret. ita concludit Suarez *de censuris*

ſuris diſput. 31. *ſect.* 1. *ſuſpenſione* 5. De iure communi ſuſpenſio huiuſmodi durabat vſq; ad ætatem legitimam. *cap. vel non eſt, de tempor. ordin. c. ex ratione, de ætate, & qualitate.* & hanc fuiſſe communem opinionem de iure communi, dicit Ant. *in tract. de irregular. c.* 1. *num.* 13. Nihilominus poſt Bullam Pij II. ex *ſacrorum*, que promotos ante ætatem legitimam ipſo iure ſuſpendit, contrarium eſt dicendum, vt ſit perpetuo ſuſpenſus: ſiquidem verba, ipſo iure, perpetuitatem iudicant, cum vim Canonis latæ ſententiæ habeant. Tiraquellus, qui alios congerit *in l. ſi vnquam* C. *de reuocandis donat.* in verbo, *reuertatur n.* 144. & ita ſentit Stephan. & Caiet. *in cap. ad limina* 30. *q.* 1. *§.* 3. quo fit, vt ſententia iuris pœnam abſque præfinitione temporis imponens, perpetuò imponere cenſeatur *l. ſeruus* C. *de pœni. c. ſi autem*, vbi gloſ. fin. *de cohab. Cler. & mulierum*, gloſ. *in c. cupientes §. cæterum*, in verb. *perpetuo de elect. in* 6. Abb. late *in c. ex literis n.* 10. *de conſt.* eandem opinionem tenet Rebuf. *in prax. tit. de male promotis*, vbi dicit ſuſpenſum indigere Apoſt. abſolutione. Nauar. *conſ.* 30. *in fin. &* 35. *n.* 1. *de tempor. ordin.*

ADDITIO.

309 Imo quod ignorantia ſuſpenſionis excuſet, ne incurratur ab ijs, qui ante legitimam ætatem ordinantur, colligitur ex eorum doctrina, qui generaliter docent de omnibus cenſuris, quod vt incurrantur, ſit neceſſaria ſcientia non ſolum prohibitionis, ſed etiam pœnæ impoſitæ tranſgreſſoribus. Ita Sylueſter. verbo *ignorantia quæſt.* 8. Angelus *nu.* 4. iuncto verbo *excommunicatio* 7. *caſu vlt. numer.* 3. Innocent. *in cap. ff. nobis* 3. ver. *adde, quod dicimus, de ſent. excommunicat.* Nauar. *cap.* 23. Manual. *n.* 45. *& cap.* 27. *num.* 274. ver. *tertio decimo.* Rodriquez *par.* 1. *ſum. cap.* 155. *num.* 3. *in* 2. *edit.* Philiarcus *tom.* 1. *de offic. Sacer. par.* 1. *lib.* 3. *cap.* 4. §. *Tertio obijcitur.* Sanchez *lib.* 9. *de matrim. diſp.* 32. *n.* 21. *in fine.* Et loquentes de hac ſuſpenſione idem Nauar. *conſil.* 3 *de ætate, & qualitate ordinan.* & Conſil. 2. *de fil. presbyt.* Diaz *in pract. cap.* 26. *litera* 6. ver. *Primò quod eius.* Henriquez *lib.* 13. *ſum. cap.* 38. *num.* 1. *in fine*, & *in ſchol. litera E.* Auila *par.* 3. *de cenſur. diſp.* 5. *dub.* 7. ver. *Pro intelligentia.* Cum enim cenſuræ ſint in ſubſidium legis in ordine ad obſeruantiam, non poſſunt ipſi opitulari, niſi ſciantur. Et ideo ſicuti non opitulantur, quando ignorantur, ita nec poſſunt ſortiri ſuum effectum contra tranſgreſſores legis, tum quia non fiunt contumaces contra comminationem pœnæ; tum quia ipſis non applicatur lex cum ſuo ſubſidio, & proinde non exercet vim conſtringendi ſub tali pœna: tum quia ſicuti ignorata lege non violatur, & violans non fit reus tranſgreſſionis; ita nec ignorata cenſura appoſita, fiet reus ipſius.

An ordinatus ante legitimam ætatem in bona fide ob parentum atteſtationem, excuſetur. Quæſt. XXIII.

SVMMARIVM.

310 *Stans atteſtationi parentum circa ætatem, excuſatur, ſi ante legitimam ordinetur.*

311 *Innixus teſtimonio probabili, probabiliter operatur.*

312 *Ordinatus bona fide ante legitimam ætatem, poteſt miniſtrare ſtatim ac ad ipſam peruenerit.*

310 Ad vigeſimum tertium. Reſp. Nauar. *conſ.* 50. *de temp. ord. par.* 3. excuſat eum, qui circa ætatem potuit, & debuit ſuis parentibus credere: quæ uidetur ignorantia probabilis; & hoc nota.

ADDITIO.

311 Idem ſentiunt communiter, præſertim Graſſ. *par.* 1. *deciſ. lib.* 4. *cap.* 27. *num.* 22. Rodriquez *par.* 2. *ſum. cap.* 16. *num.* 2. & *tom.* 3. *quæſt. regular. quæſt.* 23. *ar.* 11. Suarez *lib.* 7. *de matrimon. diſp.* 3. *in fine.* Vgolin. *de offic. Epiſc. cap.* 26. *§.* 6. *num.* 5. Suarez *diſp.* 31. *de cenſur. ſect.* 1. *numer.* 6. Miranda *tom.* 1. *Manual. quæſt.* 39. *ar.* 6. Cum enim innitatur teſtimonio parentum, aut alterius fide digni, probabiliter procedit, atque adeo non peccat: vnde cum non adſit delictum, nec etiam locum habet pœna impoſita pro delicto.

312 Quare ſi poſtea ſciat, ſe fuiſſe ordinatum ante legitimam ætatem, ſtatim ac ad illam peruenerit, poterit exercere actum ordinis ſuſcepti, abſq; alia diſpenſatione, quia nunquam fuit ſuſpenſus, vt notant Medina *lib.* 1. *ſum. cap.* 11. §. 8. Sotus *in.* 4. *diſt.* 25. *quæſt.* 1. *ar.* 2. *in fine.* Scortia *theor em.* 109 *in ſelect. Bull. Pontif.* Diana *par.* 3. *tract.* 4. *de ſacrament. reſol.* 182. Marchin. *de ordine tract.* 1. *par.* 5. *cap.* 3. *num* 11. *in fine.*

Digitized by Google

An ordinatus bona fide ante legitimam ætatem, si aduenìente mala fide miniſtret, fiat irregularis. Quæſt. XXIV.

SVMMARIVM.

313 *Ordinatus bona fide, ſi miniſtret poſt malam fidem, an fiat irregularis.*
314 *Ceſſante ſuſpenſione ordinatus ante legitimam ætatem, non fit irregularis ſi miniſtret.*
Ordinatus bona fide ante legitimam ætatem, ſi poſt malam fidem miniſtret, an peccet mortaliter.
Prohibito antecedenti, prohibetur etiam conſequens.

313 Ad vigeſimum quartum, reſp. Huic dubitationi negatiuè Roderic. *tom.* 3. *q. regular. q.* 23. *art.* 14. licet toties quoties ſacra fecerit, mortaliter peccaſſet: ſed ſibimetipſi contradicit, cum contrarium cum Medin. ſentiat *in ſum. par.* 1. *c.* 165. *ſub num.* 1.

ADDITIO.

314 Quod incurrat irregularitatem tenet etiam Marchin. *de ordin. tract.* 1. *par.* 5. *cap.* 3. *num.* 11. Verum alij tenent, quod non contrahat irregularitatem, præſertim Peirin *de priuileg. tom.* 1. *ad conſtit.* 1. *Iulij II. §.* 16. *num.* 29. cum Quaranta, Miranda, & Nauar. Diana *par.* 3. *tract.* 4. *de ſacram. reſol.* 182. ver. *difficultas eſt*. Quod quidem magis placet. Quia irregularitas imponitur exercentibus actum Ordinis, à quo ſuſpenſi ſunt, atque adeo in pœnam violationis ſuſpenſionis, atque adeo ſupponit ſuſpenſionem. Si ergo deſit ſuſpenſio, non aderit delictum, nempe violatio ſuſpenſionis, cui imponitur irregularitas.

An autem peccet mortaliter, qui bona fide ordinatus, aduenìente mala fide exercet actum ordinis ante legitimam ætatem. Negat cum Nauar. Ledeſma *tom.* 1. *ſum. cap.* 7. *de ſacramen. ordin. concluſ.* 1. Quia recipiens ordinem acquirit ius ad actum ipſius, vnde cum receperit ordinem abſque peccato, non poteſt priuari hoc iure. Et Concil. Trident. ſolum prohibet ante talem ætatem aliquẽ ordinari, non autem prohibet ordinatos exercere actum ordinis. At quod mortaliter peccet, tenet ſpecialiter Villalob. *par.* 1. *ſum. tract.* 11. *difficul.* 11. *num.* 7. & ita cenſendum eſt, quia dum prohibetur ordinis ſuſceptio ante talem ætatem, prohibetur etiam ſimul exercitium ipſius: & inhabilitas ad habitum eſt etiam inhabilitas ad actum, vnde ſubintrat regula, quod remoto antecedenti remouetur etiam eius conſequens *l.* 1. *§. huius rei ff. de offic. eius.* Cravet. *conſil.* 231. *n.* 2. Bald. *in l.* 1. *oppoſit.* 9. *C. de fideicommiſſ.* Mantica *deciſ.* 15. *num.* 5. Euerar. *in Top. iur. loco* 96. & ideo prohibita ſuſceptione ordinis prohibetur, vt eius conſequens, exercitium ipſius.

Epiſcopus ordinans non ſubditum, quam pœnam incurrat: et quando non incurrat. Quæſt. XXV.

SVMMARIVM.

315 *Ordinans non ſubditum, per annum eſt ſuſpenſus a collatione Ordinum.*
An ſit ſuſpenſio à collatione omnium Ordinum.
316 *Qui ſentiant eſſe à collatione omnium ordinum*
317 *Qui ſentiant oppoſitum.*
318 *Ordinans vltramontanum, non ſubditum ſine dimiſſorijs recognitis, eſt ſuſpenſus à collatione omnium ordinum, & exercitio Pontificalium.*
Pontificalia quænam ſint.
319 *Epiſcopus ſuſpenſus à collatione ordinis inferioris poteſt conferre ſuperiores.*

315 Ad vigeſimum quintum. Reſp. Pœna Epiſcopi ordinantis eum, qui ſibi ſubditus non eſt, ſed alterius Diœceſis, non habita eius Ordinarij licentia, habetur *in cap.* 2. *& fin. de temp. ord. in* 6. & in Conc. Trid. *ſeſſ.* 22. *de reſor. c.* 8. in quibus iuribus diſponitur, vt per annum ſit ſuſpenſus ab ordinum collatione. Hinc oritur dubium, an iſta ſuſpenſio extendatur ad omnes ordines, an verò reſtringatur tantum quo ad eos quos ſic male contulit, de quo vide Ioan. Monach. *in d. c.* 2. *num.* 6. & Gemin. *ſub num.* 5. vbi Ioan. Andreas *num.* 2. inquit, Epiſcopum hac pœna in duobus caſibus non teneri. Primus eſt, quando ipſo probabiliter ignorante alienus Clericus furtiuè, vel ex ſimplicitate ſe in multitudine ordinandorum ingeſſerit. Secundus caſus, ſi deceptus eſſet iuſta ignorantia facti, potuit enim eſſe, quod ordinatus detulerit literas furtim impetratas à Cancellario ſui Epiſcopi.

AD-

Digitized by Google

ADDITIO.

316 Hanc ſuſpenſionem eſſe quo ad collationem omnium ordinum, tenet Gloſ. *in cap.* 2. verbo *omnium de tempor. ordinat. in 6.* Sayr. *lib.* 4. *de cenſur. cap.* 12. *num.* 30, Barboſa *de poteſt. Epiſc. allegat.* 8. *num.* 1. Campanil. *in diuer. tur. rubr.* 9. *cap.* 1. *n.* 16 Quia Concilium Trident. ſuſpendit à collatione ordinum in plurali, atque adeo non illius tantum, quem illegitimè confert.

317 Alij tamen tenent, quod ordinans non ſubditum remaneat ſuſpenſus per annum à collatione illius ordinis, quem male contulit. Ita Caniſtæ *in cap.* 2. *de tempor. ordinat. in 6.* præſertim Franch. Geminian. Archidiacon. Graf. *conſil.* 2. *de tempor. ordinat.* Nauar. *conſil.* 39. *eod. tit.* Molfeſ. *par.* 1. *ſum. tract.* 2. *cap.* 2. *num.* 12. Riccius *in Praxi deciſ.* 297. *num.* 1. Marchin. *de ordine tract.* 1. *par.* 5. *cap.* 10. *num.* 3. *argum. ex cap. fin. de tempor. ordin. in 6.* Vbi conferens primam tonſuram non ſubdito ſuſpenditur tantum à collatione primæ tonſuræ. Quia nimirum debet ſolum puniri in eo, in quo delinquit. Nec obſtat, quod Concilium Trident. dicat: *à collatione ordinum*, quia non accipitur collectiue pro collatione omnium ordinum, ſed diſtributiuè pro collatione huius vel illius ordinis, quem non ritè confert non ſubdito.

318 Eſt tamen aduertendum, quod ſi quis ordinaret vltramontanum non ſubditum ſine dimiſſorijs ſui Ordinarij recognitis à Nuncijs, ſeu Collectoribus Apoſtolicæ Sedis, & à Vicario Vrbis, remaneret ſuſpenſus à collatione omniũ ordinum, ex Conſtitutione Vrbani VIII. *edita die* 11. *Decembris* 1624 nam ſuſpendit per annum ab exercitio Pontificalium quæ ſuſpenſio cum ſit ab omnibus actibus, in quibus Pontificalia exercentur, erit etiam à collatione omnium ordinum. Pontificalia enim important omnes illos actus, qui ſunt Ordinis, vt alios citantes tradunt Barboſa *de poteſt. Epiſ all gat.* 6. *num.* 4. Riccius *in praxi reſol.* 350. *par.* 1. Diana *par.* 5. *tractat.* 10. *reſol* 4.

319 An autem Epiſcopus ſuſpenſus à collatione alicuius ordinis inferioris poſſit conferre ſuperiores affirmatiuè reſoluendum eſt, vt reſoluunt Coninch *de ſacram. diſp.* 15. *dub.* 2, *num.* 10. Laiman. *lib.* 1. *theol. moral. tract.* 5. *par.* 3. *cap.* 1. *num.* 6. Suarez *diſp.* 26. *de cenſur. ſect.* 4. *num.* 11. & 14. Præpoſit. 3. *par. quæſt.* 3. *de ſuſpen. dub.* 2. *num.* 18. Diana *par.* 5. *tract.* 10. *de ſuſpen. reſol.* 6. Antonel. *lib.* 2. *de regim. Eccleſ. cap.* 10. *num.* 8. & alij contra Henriquez *lib.* 13. *ſum. cap.* 2. *num.* 2. Tolet. *lib.* 1. *c.* 43. *num.* 5. Vgolin. *de cenſur. tab.* 4. *cap.* 6. *§.* 6. *nu.* 3. Sayr. *lib.* 4 *de cenſur. cap.* 4. *num.* 19. Auila *par.* 3. *de cenſur. diſp.* 2. *dub.* 2. *concluſ.* 11. Et ratio eſt. Quia cum eadem poteſtas habeat diuerſos actus, dum prohibetur vnus, non cenſentur cæteri prohibiti, quia in pœnis eſt facienda ſtricta interpretatio. Vnde cum collatio ſingulorum ordinum ſit actus eiuſdem poteſtatis Epiſcopalis quo ad ordinem, dum ſuſpenditur à collatione vnius ordinis, non erit ſuſpenſus à collatione alterius licet dignioris. Sic etiam ſuſpenſus ab audiendis confeſſionibus non eſt ſuſpenſus à cęteris actibus ſacerdotalis poteſtatis; vnde celebrare poteſt, licet actus ſit dignior.

Quis dicatur furtiuè ordinari. Quæſt. XXVI.

SVMMARIVM.

320 *Furtiue ordinatur, qui ſe ingerit non admiſſus &c.*

321 *Furtiue ordinatur, qui accedit ſine licentia, & approbatione.*

320 Ad vigeſimum ſextum. Reſp. Furtiuè quis ordinem recipit, quando ſine ordinatione, & copia ſuperioris, & ſine examinatione quis ingerit ſe cum multitudine ordinandorum, ignorante ordinatore, & ſic ordines recipit, vt per gloſſ. *in c.* 1. in verbo *Furtiuè eodem tit.* & per Hoſt. *in ſum. §.* 1. & latius per Abb. *in rubr. eiuſd. tit.*

ADDITIO.

321 Generaliter ille eſt furtiuè ordinatus, qui ſine licentia, & approbatione ſui ſuperioris, inſcio Epiſcopo accedit ad Ordines ſuſcipiendos, vt colligitur ex cap. 1. *de eo qui fur. ordin.* Vnde etiam remanet ſuſpenſus ab ordine ſuſcepto furtiue.

Furtiuè ordinatus an poſsit miniſtrare, & ad ſuperiorem ordinem aſcendere. Quæſt. XXVII.

SVMMARIVM.

322 *Lata excommunicatione contra furtiue ordinatos, non poteſt ſic ordinatus miniſtrare &c. Quid ſi cum ſit lata.*

323 *Furtiue ordinatus ſit irregularis, & à quo diſpenſetur.*

324 *An id locum habeat in quocunque ordine.*

Digitized by Google

325 *Si delictum ſit occultum, diſpenſatur ab Epiſcopo.*

326 *Regularis an poſſit diſpenſari à ſuis prælatis. Facultas prælatorum Regularium.*

322 Ad vigeſimum ſeptimum. Reſp. Qui tali modo receperit, ſi erit lata excommunicatio contra illud facientes, non poteſt in ordine ſic ſuſcepto miniſtrare, vel ad ſuperiorem aſcendere ſine diſpenſatione Papæ. Si tamen excommunicatio lata non erit, Epiſcopus, & Abbas poterunt diſpenſare, vt patet *in c. 1. cum duobus ſequent. eiuſdem tit.* de quo per Ang. *in ſumma in verbo irregularitas in §. 23.* & per Sylu. *in ſumma in eod. verbo in §. 3. quæritur*. Item nota, quod dicitur, quis furtiuè ordinem recipere, quando recipit quatuor minores ordines, & ſubdiaconatum in vna eadem die, vel quando recipit duos ordines ſacros ſimul, vt probatur *in c. 2. & fin. de eo, qui ordin. furtiu. ſuſcepit*, & notat Hoſt. *in dicto §. 1.* Adde quod iam de more conſueuerunt Epiſcopi in ordinib. conferendis ſub excomm. latæ ſent. pœna prohibere, ne quis audeat ſe ingerere, qui non fuerit approbatus; & tunc is ordinatus non poterit in ſuſcepto ordine miniſtrare, nec ad ſuperiores aſcendere, ſine Romani Pontif. diſpenſatione, & vide de hoc vltra ordinarios interpretes, *ſummam confeſſ. tit. de ætate ordinand. q. 13. & ſeq.* Symon. Maiolum *de irregular. lib 4. c. 8.* & vide Regiam legem 18. *tit. 6. par. 1.* & ibi Gregor. Lopez. Hodie verò, ſi crimen hoc occultum ſit, & non deductum ad forum contentioſum, Epiſcopus poteſt indulgere diſpenſationem, auctoritate Conc. Trid. *ſeſſ. 24. c. 7.*

ADDITIO,

323 Qui furtiue ordinatur, incurrit irregularitatem, vt habetur ex cap. 1. *de eo, qui furtiuè ordinatur*; Super hac tamen irregularitate diſpenſare poteſt Epiſcopus, ex dicto *cap. 1.* & *cap. fin. eodem tit.* Si tamen Epiſcopus ſub pœna excommunicationis intimauerit, ne quis furtiue accedat ad ordines ſuſcipiendos, tunc quia furtiuè accedens ſubijcitur excommunicationi, non poterit diſpenſari ab Epiſcopo, ex ijſdem textib.

324 Circa quod eſt aduertendum, quod non rectè Bonacina *diſp. 7. de cenſur. quæſt. 3. punct. 4. num. 6 in fine* docet, licet cum dubitatione, quod dicta irregularitas incurratur tantum, quando furtiuè ſuſcipitur Diaconatus; eo, quod lex loquatur ſolum de Diaconatu; nam non imponitur, quia ſuſcipiatur Diaconatus, ſed quia furtiuè ſuſcipitur: vnde tota ratio, ob quam imponitur, eſt furtiua ſuſceptio, & ideo vbicunque talis ratio habet locum, habet etiam diſpoſitio. Hinc in cap. *fin. eod. tit.* ſtatuitur, quod qui ſe ingeſſerunt ad duos ordines ſuſcipiendos contra prohibitionem ſub pœna excommunicationis, ſuſpenſi ſint ab exercitio ſuſceptorum ordinum, & ſolum poſſit cum ipſis Epiſcopus diſpenſare, ſi religionem ingreſſi pœnitentiam egerint.

325 De iure tamen nouo, quandiu delictum remanet occultum, diſpenſare poterit Epiſcopus, quia per Concil. Trident, *ſeſſ. 24. cap. 6. de reform.* diſpenſare poteſt ſuper quacunq; irregularitate proueniente ex delicto occulto, præterquam ex homicidio voluntario, vt notant etiam Laiman. *lib. 1. theol. mor. tract. 5. par. 5. cap. 3. num. 1.* Bonac. *d. ſp. 7. de cenſur. quæſt. 3. punct. 3. num. 7.* Lezana *in ſumma* verbo *Irregularitas num. 53.*

326 Imo etiam prælati Religionum, vt de quibuſdam aſſerit Lezana modo *citat.* ſed de omnibus id tenendum eſt, qui habent communicationem priuilegiorum ex *conſtit. 132.* Pij V *ſub die 21. Iulij 1571.* vbi concedit, quod Superiores regulares poſſint cum ſuis ſubditis, quicquid cum ſuis poſſunt Epiſcopi: & in ſpecie quo ad diſpenſationem ſuper irregularitatibus conceſſam per Concil. Trident. dict. *ſeſſ. 24. cap. 6.* Quod priuilegium confirmatum fuit in ſpecie à Gregor. XIII. in fauorem Congregat. S. Bernardi in Hiſpan. vt habetur *in compend. priuileg. dicti ordin.* verbo *Abſolutio quo ad fratres §. 11.* Et quod hæc facultas conueniat Superioribus regularium, notant etiam Doctores, quos citaui *q. 353. moral. canon. num. 4. centur. 4.*

Epiſcopo proteſtante ſe non intendere ordinare non approbatos, an furtiuè accedens ſit ordinatus. Quæſt. XXVIII.

SVMMARIVM.

327 *Furtiuè accedens non eſt ordinatus, ſi Epiſcopus tempore ordinationis dicat ſe non intendere ordinare non approbatos.*

328 *Imo eſt ordinatus.*

Quæ intentio in ordinante ſufficiat.

Intentio vaga non præiudicat determinatæ in actu practico.

327 Ad vigeſimum octauum. Reſp. Si Epiſcopus tempore, quo confert ordines, his verbis vtatur. *Non intendimus ordinare non examinatos, & approbatos*, tunc qui ſe ingeſſit, non erit ordinatus: ideo oporteret denuo ordinari, iniungendaque priùs illi erit pœnit. quia valde delin-

Digitized by Google

delinquit ſe ingerendo ordinum ſuſceptioni ante approbationem. Ita tenet Fet. Rebuff. *in d. gloſſ. 4. num. 18.*

ADDITIO.

328 Quod non obſtante tali proteſtatione, qui ſe ingeſſit contra prohibitionem, adhuc ſit verè ordinatus, mihi reſoluendum videtur iuxta doctrinam Victoriæ *de ſacram.* Tit. *de baptiſ. num.* 34. Suarez *diſp.* 13. *de ſacram. ſect.* 3. *circa concluſ.* 4. Laiman. *lib.* 5. *Theol. moral. tract.* 1. *cap.* 4. *num.* 6. Henriquez *lib.* 14. *ſum. cap.* 6. *num.* 5. Sanchez *lib.* 7. *de matrim. diſp.* 18. *num.* 11. Bonac. *diſp.* 2. *de ſacram. quæſt.* 2. *punct.* 4. *num.* 26. Coninch *de ſacrament. quæſt.* 64. *ar.* 8. *dub.* 4. Granadi 3. *par. controuer.* 3 *tract.* 5. *diſſ.* 4. *ſect.* 2. *num.* 15. *circa fin.* Portel. *in dub. regular.* verbo *Irregularitas num.* 10. Prado *ſt.* 3. *par. quæſt.* 64. *ar.* 10. *dub.* 2. *num.* 79. ver. *Petes, vtrum.* Lezana *in ſum.* verbo *ordines ſacri num.* 20 & dixi latè *quæſt.* 127. *moral. canon. num.* 2. *& ſ q. centur.* 3. Et ratio eſt. Quia ordinans in illa ordinatione intendit facere circa ſingulos accedentes, quod facit Eccleſia; ita vt in actu practico, & exercito circa quemlibet proſequendo formam, & exhibendo materiam, intendat, quod intendit Eccleſia: hæc autem intentio eſt ſufficiens pro validitate faciendi, vnde per illam intentionem practicam, & per factum ſuum recedit ab illa proteſtatione, & intentione non ordinandi, qui non accedunt legitimè. Rurſus intentionem ordinandi non legitimè accedentes, eſt vaga, & indeterminata, ita vt non reſpiciat certam perſonam: intentio autem practica, & exercita faciendi, quod facit Eccleſia, atque adeo ordinandi eſt determinata, & ſingularis, & determinate ſingulos reſpiciens. Ergo præualere debet, & excludere quicquid inducere poſſet intentionem confuſa, & indeterminata. Deberent tamen omnes ordinantes abſtinere ab hac proteſtatione, cum ſufficiat prohibitio ſub pœna excommunicationis, ne generent ſcrupulos circa validitatem ordinationis.

Abſolutio generalis à cenſuris Ordinantis an proſit pro excommunicatione lata contra non approbatos accedentes &c. Quæſt. XXIX.

SVMMARIVM.

329 *Abſolutio generalis pro ordinandis à cenſuris proderit etiam pro excommunicatione tunc lata contra indebite accedentes,*

330 *Ordines ſuſcipiens cum excommunicatione fit irregularis.*
Item ſi cum aliqua alia cenſura.

329 Ad vigeſimum nonum. Reſp. Quod ſic: ita Nauar. *conſ.* 49. *num.* 12. *verſ. ad quintum, de ſententia excomm.* ratio eſt, quia verba illa abſolutoria, & diſpenſatoria debent aliquid operari, *l.* 1. *& ibi gloſſ. quod metus cauſa. c. ſolitæ, de maior. & obed.*

ADDITIO.

330 Quod habet Auctor, accipiendum eſt quo ad abſolutionem, & diſpenſationem, quæ non excedunt facultatem ordinantis, alioquin nulla eſſet defectu poteſtatis. Et ordinandus ſuſcipiens ordines cum excommunicatione fierer irregularis, iuxta *cap.* 1. vbi Abbas *not.* 4. *& cap. fin.* vbi item Abbas *num.* 4. *de eo, qui fur. ord* & *cap. cum illorum §. fin. de ſent. excomm.* Imo etiamſi ſuſciperet cum aliqua alia cenſura, vt notant Sylueſter verbo *Irregularitas quæſt.* 2. Angelus *num.* 22. Suarez *diſp.* 31. *de cenſur. ſect.* 1. *num.* 1 Bonac. *diſp.* 8. *de ſacrament. quæſt. vnic. punct.* 5. *num.* 38.

An promoti ad Ordines minores ante legitimam ætatem, ſint ſuſpenſi. Quæſt. XXX.

SVMMARIVM.

331 *Promotus ante legitimam ætatem ad minores Ordines, non eſt ſuſpenſus.*

332 *Doctores idem ſentientes.*

331 Ad trigeſimum, Reſp. Quod non, Nauar. *conſ.* 49. *num.* 7. *verſ. quia*: nec Bulla Pij II. nec Conc. Trid. ponit ſuſpenſionem in minoribus: & licet Sixtus V. contrarium ſanciuerit, tamen illa Bulla fuit reuocata, & reducta ad terminos iuris per Greg. XIV. & tenet Rebuff. *in praxi tit. de Cler. ad ſacr. ord. male prom. gloſ.* 3. Nauar. *in Manual. c.* 25. *n.* 70. *verſ. dixi ordine ſacro*, Sayr. *d. c.* 12. *n.* 9.

ADDITIO.

332 Idem etiam tenent Nauar. *consil.* 31. *n.* 4. *de tempore ordinat.* Bellet. *par.* 1. *disquisit. Cler. Tit. de discip. Cler.* §. 5. *num.* 61. Marchin. *de ordine tract.* 1. *par.* 5. *cap.* 3. *num.* 9. Antonel. *de regim. Ecclesiast. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 2. Pax Iordan. *tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 6. *de sacram. Ordin. num.* 215. Quicquid in contrarium dicat Riccius *in praxi par.* 3. *resol.* 236.

Ordinatus ante legitimam ætatem, an celebrans cum ordinante fiat irregularis. Quæst. XXXI.

SVMMARIVM.

333 *Celebrans cum ordinante non fit irregularis ex eo, quod sit suspensus, quia non habeat legitimam ætatem.*

334 *Qui sentiant incurrere.*

335 *Qui sentiant non incurrere.*

336 *Pœna suspensionis contra suscipientes ordines ante legitimam ætatem non habet locum, nisi consummata ordinatione. Ponitur tantùm contra exercentes ordines iam susceptos.*

337 *Celebrans simul cum ordinante non exercet actum prohibitum sub pœna suspensionis.*

338 *Diaconi, & Subdiaconi cantantes Euangelium, & Epistolam in Ordinatione, non sunt irregulares, si suscipiant ordines ante legitimam ætatem.*

333 Ad trigesimumprimum. Resp. Quòd si quis Presbyteratum ante legitimam ætatem assumeret, non incurrit irregularitatem concelebrando, & consecrando cum Episcopo in actu ordinationis, sed quando ipse solus aliàs celebraret. Medin. *in sum. lib.* 1. *cap.* 11. §. 8. & post eum dicit Henriquez *in sum. lic.* 4. *c.* 16. *n.* 23. *& lib.* 6. *c.* 12. *n.* 11. & probabiliorem demonstrat Suarez *de censur. disput.* 31. *sect.* 1. *n.* 70. quicquid aliter sentiant Nauar. *cons.* 8. *de Cler. excom.* & Lopez ad Diaz *in pract. crim. canon. cap.* 26.

ADDITIO.

334 Quod incurrat irregularitatem, sentiunt etiam Sorbus *in Compen. Privileg.* verbo *Ordines sacri*. Conarru. *in cap. Alma mater. par.* 2. §. 3. *num.* 5. *ver.* 9. Bonac. *disp.* 8. *de sacram. quæst. un. pun.* 5. *num.* 13. Barbosa *de potest. Episcopi allegat.* 16. *num.* 16. Antonel. *de regim. Eccles. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 3. Quia in virtute potestatis acceptæ exercet actum sub pœna irregularitatis prohibitum consecrando simul cum Episcopo.

335 Quod non incurrant, tenent etiam Rodriquez *par.* 1. *sum. cap.* 168 *num.* 2. Sayr. *lib.* 4. *Thesauri, cap.* 16. *num.* 23. Naldus verbo *Sacerdos n.* . . Auila *par.* 3. *de censur. disp.* 5. *dub.* 7. *ver. Dico secundo*. Homobon. *par.* 1. *Exam. Eccles. tract.* 4. *cap.* 9. *quæst.* 73. Vgolin. *de offic. Episc. cap.* 26. §. 6. *num.* 5. Quaranta *in sum. Bul.* ver. *Ampliatur*. Marchin. *de sacram. Ordin. tract.* 2. *par.* 5. *cap.* 3. *n.* 16. Vulpes *in praxi, cap.* 3. *num.* 31. Diana *par.* 5. *tr. act.* 10. *resol.* 34. Mercer. *de sacram. quæst.* 24. *de Ordine dub.* 7. Coninch *de sacram. disp.* 16. *dub.* 5. *num.* 36. Pax Iordan. *tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 6. *de sacram. Ordin. num.* 218. ver. *Verior tamen*. & concordat praxis Cancellar. nam non habet pro irregulari, nisi eum, qui extra ordinationem celebrauit.

336 Et ita deducitur ex Constitutione Pij V. nam pœna suspensionis imponitur ijs, qui se fecerint promoueri ad aliquem ex sacris ordinibus, atque adeo pro actu prohibito completo, & consummato. Irregularitas vero imponitur, non pro hoc actu prohibito, sed pro alio, nempe pro exercitio ordinis durante suspensione, atque adeo supponente, quod subintrauit dicta pœna suspensionis, vt constat ex tenore Constitutionis. *Ad aliquem ex sacris Ordinibus se fecerint promoueri,* (quibus verbis significatur actus consummatus, cum explicetur per verbum præteritum) *à suorum ordinum exequutione ipso iure suspensi sint. Et si huiusmodi suspensione durante in ijsdem ordinibus ministrare præsumpserint, eo ipso irregularitatem incurrant.* Quando autem ordinatus consecrat simul cum celebrante, adhuc durat actus ordinationis, quia non completur, nisi completa Missa ordinationis, & quia sacerdos nondum accepit totam potestatem sacerdotalem, cum nondum acceperit potestatem dimittendi peccata; & proinde, tunc pœna suspensionis nondum subintrauit. Et modus loquendi ipsius Pontificis clarè ostendit, quod loquatur de exercitio ordinis subsequente ordinationem; præsertim cum loquatur de exequutione ordinum, quæ supponit ordines iam acceptos: illa verò consecratio simul cum Episcopo pertinet ad acceptionem ordinis, quia tanquam accessoria ordinationi sequitur naturam ipsius; non autem ad exequutionem ordinis iam accepti.

337 Hinc non exercet actum ordinis prohibitum sub pœna irregularitatis, quia non exequitur de per se ordinem acceptum, sed tanquam subordinatus ordinanti perficit ritum ordinationis, ab ipso tanquam principali manuductus; vnde functio ordinati se habet accessoriè ad functionem ordinantis, & tanquam pars integralis ritus ordinationis.

338 Quare Diaconi quoque, & Subdiaconi cantantes Euangelium, & Epistolam in Missa Ordina-

tio-

tionis, non fiunt irregulares, ob easdem rationes, vt in specie notant Diana, Suarez, Mercerus, Coninch *num. 325.* cirati contra Hurtad. *de censur. tract. de suspens. difficul. 13. num. 36. in fine.*

An qui ordinatur non seruatis interstitijs, sit suspensus, aut irregularis. Quæst. XXXII.

SVMMARIVM.

339 *Non seruans interstitia non remanet suspensus, nec irregularis.*
340 *Nec alia imponitur pœna.*
341 *Suscipient eadem die Minores ordines, & Subdiaconatum, aut duos sacros, est suspensus, sicut etiam conferens.*

339 Ad trigesimumsecundum. Resp. quòd non, idque probat Nau. *conf. 4.* & licèt Bulla Sixti V. aliter disposuerit, tamen fuit reuocata, vt sæpe dictum est, à Greg. XIV. & reducta ad terminos iuris communis: ratio rationis fuit, quia Bul. Sixti V. nil aliud agebat, quàm innouare sacrum Conc. Trid. & addere nouas pœnas: ideo prætatus Greg. XIV. videns conseruari pœnas, arbitratus fuit reuocare eas, ad auferendos laqueos, & sufficere dictum sacri Conc. ius commune, Bullam Pij II. & Pij V. Dices. Si quis promotus, non seruatis interstitijs, non efficitur nec suspensus, nec irregularis, cur opus non est Ordinarij dispensatione cum illo, qui vult promoueri, non decurfis interstitijs? Respondetur, quòd ante factum requiritur ad hoc, vt fiat cum causa, & auctoritate Episcopi; post factum non incurruntur pœnæ prædictæ, per regulam, Multa facta tenent, & ad euitandum peccatum, vt patet de impedimentis impedientibus Matrimonium, sed non dirimentibus, ante factum impediunt, post factum verò non: & tamen ante factum requiritur dispensatio Episcopi saltem, vide Nauarr. *conf. 6. & 12. loc. tit.* & patet vulgatis.

ADDITIO.

340 Quod nulla sit pœna imposita ordinantibus, & ordinatis non seruatis interstitijs, notant communiter, praxis Episcop. *par. 1. verbo Ordo n. 8.* Piasec. *in praxi Epis.* Tit. *de confer. ordin. num. 50.* Suarez *disp. 31. de cens. fur. fid. 1. num. 43.* Sayr. *de cis. 56. de tempor. ordinat.* Madius *de sacr. ordin. cap. 9. num. 11* Diana *par. 4. tract. 2. resol. 55.* Marchin. *de sacram. ordin. tract. 1. par. 7. cap. 2. num. 12.* Riccius *decis. 356. par. 3.* & *Collect. 576.* Barbosa *de potest. Episcopi all. g. 18. in fine* Pax Iordan. *tom. 1. lib. 3. tit. 6. de sacrament. ordin. num. 443.* Vulpes *in praxi cap. 7. num. 17* Bonac. *de censur. in partic. disp. 3. quæst. 1. punct. 4. §. 2. n. 1.* Antonel. *de regim. Eccles. Episcop. lib. 2. cap. 3. num. 10.* Cum enim nulla pœna in iure reperiatur imposita, nec etiam est asserenda. Notant tamen Bonac. Barbosa, Marchin. Antonel. quod tam ordinans, quam ordinatus peccarent mortaliter, licet Henriquez *lib. 6. sum. cap. 10. num. 3.* videatur contrarium sentire.

341 Est tamen aduertendum, quod si quis secluſa consuetudine reciperet eodem die minores, & Subdiaconatum, ordinator fieret suspensus à collatione ordinum, & ordinatus ab executione. Aut eadem die duos sacros ordines, siue etiam duobus diebus continuato ieiunio, iuxta cap. *Ex literis de temporib. ordinat.* vt notant etiam Syluester, verbo *Ordo 2. num. 6* Gutierez *lib. 1. quæst. canon. cap. 26 num. 31.* Bonac. & Pax Iordanus *n. præcedenti citati*

An metu ordinatus sacris Ordinibus teneatur ad continentiam. Quæst. XXXIII.

SVMMARIVM.

342 *Metu sacris ordinatus non tenetur continere.*
343 *Qui sentiant teneri ad continentiam.*
344 *Qui sentiant non teneri.*
345 *Sententia asserens non teneri est secundum praxim Curiæ Romanæ.*
Metu suscipiens ordines sacros, metu etiam censetur emittere votum continentiæ.
346 *Si metus sit levis, an ordinatus teneatur ad continentiam.*
347 *Accessorium ponitur ad positionem principalis, quando ex eadem causa prouenium.*
348 *Adiectum iudicandum secundum terminos rei cui adijcitur, quomodo accipiendum.*
349 *Non licet retinere statum Ecclesiasticum, & coniugalem, prætextu quod inuitus quis assumpserit Ordines.*
350 *Inuitè baptizatus tenetur ad fidem, & leges Ecclesiasticas.*
Coactio ad id, ad quod quis non tenetur, non inducit obligationem.

342 Ad trigesimumtertium, Resp. Quod inuenio tres aureas decisiones; quarum prima est, Cæsaris de Grass. 20. *de his, quæ vi, metusue causa fiunt*, vbi fuit dictum, talem sic ordinatum non teneri continere. Ratio est secundum Rubin. *in decis.* 35. quoniam continentia de sui natura requirit qualitatem libertatis, & à coactione debet esse aliena; & est voti, & non præcepti, quia continentia suaderi potest, & non præcipi nolenti, iuxta tex. & ibi notata *in c. integritas* 32. *q.* 1. Secunda est decisio eiusdem Cæsar. de Grass. 1. *cit. tit.* vbi distinguitur, quod ordinatus, per vim conditionalem in Subdiaconatu, si prius habebat vxorem, non tenetur continere; si vero non habebat, tenetur. Tertia decisio est, Sayr. 3. *cit. tit.* vbi fuit dictū quod ordinatus sacris, metu, characterem recipit, sed continere non tenetur. ita refert etiam Balb. *in decis.* 16.

ADDITIO.

343 In hac controuersia Doctores sunt inter se diuisi: aliqui enim tenent, quod quantumuis metus sit cadens inconstantem virum ab extrinseco illatus, & iniustus, adhuc teneantur continere. Goffred. *in sum. tit. de ætate, & qualit. ordinan. numer.* 11. Hostiens. *eod. tit. num.* 5. ver. *sed numquid.* Io. And. *in cap. maiores in fin. de baptis.* Anton. §. *vlt. num.* 7. Abbas *eod. §. & num.* Card. *in Clem. vlt. in fin. de ætat. & qualit. ord.* Alberic. *in dicto verbo ordinatus* 1. ver. *vtrum coacte*. Raymun. *in sum. tit. de ætate, & qualit. ordinan.* Syluester verbo *Ordo* 2. *in fine* Armilla *num.* 14. *supplem.* Pisanel. verbo *Ordinatus* 1. *num.* 6. Gaeta *in repet. cap. ad limina* 30. *quæst.* 1. §. 3. *quæst.* 19. *num.* 96. Rota *decis.* 568. *num.* 7. *in nou. iss. par.* 1. Palud. *in* 4. *dist.* 38. *quæst.* 3. *artic.* 4. *conclus.* 6. *num.* 28. D. Antonin. 3. *par. tit.* 14. *c.* 16. *in fine*. Sotus *lib.* 7. *de iust. & iure quæst.* 2. *artic.* 5. *in resp. ad vlt.* quos citat Sanchez *lib.* 7. *de matrim. disp.* 29. *num.* 4. Præterea Archidiacon. *in cap.* 2. *in fine de Iudæis*, Boichius *in cap. maiores num.* 5. *de baptis.* Ledesma *de matr. quæst.* 5. *artic.* 4. Pontius *lib.* 7. *de matr. cap.* 29. Comitol. *lib.* 1. *resp. moral. quæst.* 55. *num.* 3. Diana *par.* 3. *tract.* 4. *de sacram. resol.* 193.

344 At magis communis est opposita sententia, quod scilicet non obligetur ad continentiam, qui metu sacros ordines suscepit. Ita Glos. *in cap. vti* verbo *honorem dist.* 74. vbi Hugo, Archidiacon. *in fine*, Dominicus, Item glos. *in cap. maiores* §. *fin.* verbo *conditionaliter in fine, de baptis.* Hostiens. *numer.* 38. verbo *conditionaliter*. Henr. *num.* 7. *in fine* Calderin. *consil. cit. in fine, tit. qui cler. vel non*. Imola *in cap. Io. num.* 21. *de cler. coniug.* Cardin. *in cap. Nauar.* § *vlt. num.* 1. *quæst.* 1. *de baptism.* Astens. *par.* 2. *sum. lib.* 6. *tit.* 2. *ar.* 4. *quæst.* 2. *in fine*. Friburg. *in sum. tit. de ætate, & qualit. ordin. quæst.* 50. & 51. Petrus Rauen. *in compen. iur. canon. tit. de baptis.* Angelus verbo *Ordo* 3. *in fine*. Rosel. *num.* 6. Præpos. *in sum. num.* 2. *dist.* 74. Turrecrem. *ar.* 2. *in fin.* Nauar. *consil.* 2. *num.* 4. *de his, quæ vi lib.* 1. *in priori edit. in posteriori vero cons.* 4. *num.* 4. & *in Manual. cap.* 22. *num.* 51. Gregor. Lopez *l.* 32. ver. *que le tomará tit.* 6. *par.* 1. Mogollon *de metu cap.* 8. §. 2. *num.* 3. vbi *num.* 5. ait, se pro hac sententia obtinuisse tres sententias. Rebuf. *in concor. tit. de reg. ad præbat. nomin.* §. 1. verbo *sponte*. Barbatia *consil.* 60. *num.* 1. *vol.* 5. Richar. *in* 4. *dist.* 25. *ar.* 4 *quæst.* 2. *ad* 3. Maior. *dist.* 24. *quæst.* 2 *ad* 5. Sotus *dist.* 25. *quæst.* 1. *ar.* 2. *ad* 3. vers. *Hinc autem emergit.* Henriquez *lib.* 10. *sum. cap.* 14. *nu.* 3. Azor. *par.* 1. *lib.* 13. *cap.* 18. *quæst.* 8. Viual. *in Candel. par.* 1. *de sacram. ord. num.* 26. Petrus de Ledesma *par.* 1. *sum. tract. de sacram. ordin. cap.* 6. *difficult.* 3. *dict.* 1. Rodriquez *par.* 1. *sum. cap.* 224. *n.* 5 Sá, verbo *Ordo num.* 24. Bartholom. Ledesma *de sacram. dub.* 14. ver. *Adnotare hic oportet. de sacram. ordin.* Vega *par.* 2. *sum. cap.* 57. *casu* 6. quos citat, & sequitur Sanchez *lib.* 7. *de matrim. disp.* 29. *num.* 5. præterea Tancred. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 29. *num.* 2. Bonac. *de sacram. quæst.* 3. *de matr. pun.* 9. *num.* 4. Coninch. *disp.* 20. *dub.* 14. Ochagauia *tr.* 3. *de matrim. disquisit.* 28. *ar.* 9. *dub.* 8. Machad. *de perfect. confessar. tom.* 1. *lib.* 2. *par.* 3. *tract.* 10. *docum.* 13. *num.* 5. Hieron. Garzia *lib.* 1. *sum difficul.* 1. *dub.* 5. *punct.* 6. *num.* 60 de Gras. *decis.* 19. & 20. *de his, quæ vi, met.* ver. *fiuni*. Graffius *par.* 2. *decis. lib.* 1. *cap.* 11. Vgolin. *de offic. Episc. cap.* 13. *nu.* 3. Madius *de sacram. ordin. cap.* 3. *num.* 7. Sayr. *lib.* 6. *clau. reg. cap.* 4. *num.* 10. Squillan. *de obligat. Cler. par.* 1. *num.* 80. Marchin. *de sacram. ordin. tract.* 1. *par.* 6. *cap.* 8. *difficul.* 9. *num.* 6. Villalob. *par.* 2. *sum. tract.* 34. *difficul.* 5. *num.* 9.

345 Ab hac sententia non est discedendum, præsertim quia est iuxta praxim Curiæ Romanæ; nam si quisquis metu ordinatus instat, obtinet delegationem iudicis, qui cognoscat de metu, & declaret, si de eo constet, non teneri ad continentiam. Oportet tamen, vt sit solutus ab obligatione continentiæ; quod ordinationem non ratificauerit, aut exercendo ordinem susceptum, aut alio modo; si tamen ratificatio non processerit ex metu. Ratio autem est, quia continentia non est annexa ordini sacro ex natura rei, sed ex lege Ecclesiastica, quæ non obligat ordinatos ad continendum, sed ad emittendum votum, dum suscipiunt Ordines sacros iuxta ea, quæ tradit Sanchez *lib.* 7. *de matr. disp.* 27. *num.* 14. Quod quidem votum tacitè emittitur à suscipiente ordines, dum consentit in ordinem suscipiendum. Ex quo fit, quod votum habeat eam qualitatem, quam habet consensus in ordinem, dum tacitè emittitur, aut si expresse quam habet voluntas emittere votum. Dum autem suscipiens ordinem metu consentit in ipsum, metu etiam votum emittit. Quando autem votum metu emittitur, est nullum. cap. *ante triennium dist.* 21. & cap. *Præsens* 29. *quæst.* 3. & cap. *Perlatum* & cap. *Cum dilectus, de his, quæ vi.*

346 Ex quo deducunt Nauar. *consil.* 3. *num.* 4. *de his*

de his quæ vi, in priori edit. & *consil.* 5. in posteriori edit. Rodriquez *tom.* 2. *sum. cap.* 8. *num.* 9. Bossius *de matrim. cap.* 12. *num.* 297. Quod etiamsi metus sit leuis, dummodo fuerit causa emittendi votũ, seu suscipiendi ordines sacros, adhuc tamen sic ordinatus non tenebitur ad continentiam, nam adhuc votum illud implicitum non prouenit ex libera voluntate, sed habuit pro causa metum.

347 Nec ex eo, quod voluntas coacta sufficiat ad impressionem characteris, sequitur quod sufficiat etiam ad validitatem voti annexi, tanquam accessorij, quod sequitur naturam sui principalis. Quia hic non agitur de accessorio iam præexistente, quod proinde debeat iudicari secundum quod iudicatur principale; sed agitur tam de ponendo principali, quam de ponendo accessorio. Tunc autem accessorium ponitur ad positionem principalis, quando ex eadem causa prouenium, ita, vt sufficiens sit tam pro vno ponendo, quam pro alio. Secus autem si non sit sufficiens pro vtraq; Voluntas autem coacta metu sufficit pro suscipiendo ordine, quia suscipiens passiue in hoc se habet; non sufficit autem pro voto quia hoc prouenit actiue à vouente, & requirit in ipso perfectam libertatem. Sic etiam iuramentum est accessorium ad promissionem de soluendis vsuris, & tamen valet iuramentum licet accessorium, quãuis principale, non se promissio, sit irrita. cap. *debitores de iure iur.* Quod si regula semper valeret, deberet etiam iuramentum esse irritum.

348 Nec obstat regula, quod adiectum alicui iudicandum sit secundum terminos rei, cui adijcitur *l. Grege ff. de leg.* 1. *& l. peculium ff de leg.* 2. & notant Bart. *in l si conuenerit* 2. §. *si nuda num.* 2. *ff. de pignorat. act.* Bald *in l. etiam num.* 4. *C. de iure dot.* & proinde cum votum castitatis adiectum sit ordini sacro, erit iudicandum iuxta terminos ordinis, qui si validus est, validum quoque erit votum. Nam hæc regula valet, quando est eadem ratio in adiecto & re, cui addijcitur, vt notant Abbas *in cap. debitores num.* 2. *de iure iur.* Imola *num.* 5. Felin. *nu.* 3. Grauia *lib.* 2. *de iudic. cap.* 11. *num.* 307. Rota *dec.* [illegible] *par.* 1. *nouiss.* Quando enim est diuersa ratio, non [illegible] inseparabilem, & proinde non reputantur pro indiuiduis, sed separari possunt, & proinde cessat regula, quæ fundatur in indiuiduitate, seu inseparabilitate connexorum. Est autem diuersa ratio in voto, & charactere ordinis, quò ad ipsorum positionem, vt constat ex dictis *num. præced.*

349 Nec etiam obstat Concil. Tolet. 8. in quo decernitur, quod assumpti ad sacros ordines, quamuis inuiti, non possint redire ad coniugia sub pœna priuationis omnis Ecclesiasticæ dignitatis, & Apostasiæ. Nam respondet Suarez, Hoc Concilium fuisse prouinciale, & sequutum fuisse primam opinionem. Vel esse intelligendum de ijs, qui ratificauerunt susceptionem ordinis, atque consequenter etiam votum. Quæ tamen responsio non videtur congruere, nam Concil. vniuersaliter loquitur, nec assignat pro ratione ratificationem. Quare videtur probabilius, quod loquatur de ijs, qui prætextu, quod inuiti ordines susceperint, prætendebant retinere statum Ecclesiasticum, & simul etiam transire ad coniugia, eo quod non consensissent libere in votum annexũ: quod colligitur ex pœna imposita à Concilio priuationis omnis Ecclesiasticę dignitatis: ad quid enim priuasset, si ipsi voluissent deserere statum ecclesiasticum? Contra hos igitur decernit Concilium prohibens iuxta sacros canones coniunctionem nuptiarum cum statu ecclesiastico.

350 Maior difficultas vrget ex eo, quod si quis baptizetur, quamuis coacte ex metu, tenetur seruare fidem, ac leges Ecclesiasticas cap. *de Iudæis dist.* 45 Ergo sicut necessitas obseruandi legem Christianam oritur ex coacta susceptione baptismi, quia consequuntur ad characterem baptismalem; ita cum votum consequatur ad ordines sacros, ex susceptione ordinis, licet coacta, orietur necessitas seruandi votum. Omissis aliorum responsionibus resp. esse diuersam rationem. Quia cum quisque teneatur suscipere fidem Christi ex præcepto diuino tanquam necessariam necessitatem illi ad salutem, ato; adeo seruare etiam legem Christianam quamuis inuitus susciptat, & patiatur iniuriam, cum cogitur: facit tamen id, ad quod obligatur, & ideo tenetur, & compelli potest ad seruandam legem Christianam, quia est iam sub obligatione, cui tenebatur se submittere, nec potest ab ipsa recedere. Sicuti si quis per metum cogeretur soluere, quod debet, quamuis in coactione iniuriam pateretur, teneretur tamen stare solutioni, nec posset repetere, quod soluit; quia repetendo faceret actum iniustitiæ. Non sic in susceptione ordinis coacti, nam coactio est ad id, quod nullo modo tenetur; & proinde vt subsistat, requirit plenam libertatem, cum tota obligatio prouenire debeat ab intrinseco voluntatis: obligatio vero legis Christianæ prouenit ab extrinseco, & ideo assumpto fundamento ipsius, nempe baptismo, superuenit ab extrinseco obligatio ad legem Christianam, quæ potest cogere etiam inuitum, sicut etiam cæteræ leges cogunt inuitos. Lex autem Ecclesiastica non cogit ad seruandam continentiam habentes ordines sacros, sed solum ad emittendum votum, supposito statu ordinis sacri: & proinde non obligat nisi secundum terminos voti, quod si est validum obligat mediante ipso, si vero non est validum non obligat.

An religiosus suscipiens ordines sacros ante professionem, sit ipso iure suspensus ab exequutione Ordinum.
Quæst. XXXIV.

SVMMARIVM.

351 *Religiosus ante professionem suscipiens Ordinem sacrum, est ipso iure suspensus ab ipsius exequutione.*

Digitized by Google

quutione.

352 *Decretum Concil. Trident. cap. 2. de reformat. ſeſſ. 21. non comprehendit Regulares.*

Pius V. prohibet ſub pœna ſuſpenſionis nouitios cæteros q. in Congregatione viuentes, qui diſcedere poſſunt, promoueri ad ordines ſacros abſque patrimonio, ſeu beneficio.

Excipiuntur Ieſuitæ. Et quid ſi dimittantur.

351 Ad trigeſimumquartum. Reſp. Quòd Religioſi, ſeu Canonici, ſiue Clerici Regulares, ſeu intra clauſtra Monaſteriorum, ſiue Domorum more Regularium in communi viuentes, qui nunquam, ſeu non niſi ad certum tempus profeſſionem emittunt, & ex clauſtro exire, vel dimitti ad ſæculum liberè, & licitè poſſunt, ſi prætextu Religionis ante profeſſionem ſe faciunt promoueri ad Ordines ſacros abſque titulo Beneficij Eccleſiaſtici, ſeu patrimonij, iuxta decretum Conc. Trid. *ſeſſ. 21. c. 2. de reform.* ſunt ſuſpenſi ipſo Iure ab executione Ordinum prædictorum, & ſi in illis miniſtrauerint, eo ipſo irregularitatem incurrunt, vt ſtatuit Pius V. *in ſua Conſtit. 74. incip. Romanus Pontifex*, publicata *die* 12. *Nouembris anno* 1568. Cuius tenor ponitur in fine huius capituli.

ADDITIO.

352 Decretum Concilij Trident. *cap. 2. de reformat.* non comprehendit Regulares, vt conſtat ex illis verbis, *Ne deinceps Clericus ſæcularis*. Vnde etiam Sixtus V. in ſua *Conſtit. 29. contra male promotos*, habet, *Aut quo ad ſæculares ſine titulo ſufficiente beneficij, vel patrimonij*, & obſeruant Henriquez *lib. 10. ſum. cap. 17. num. 3.* Sanctarel. *variar. reſol. quæſt. 49. num. 5.* Rodriquez *tom. 3. quæſt. regular. quæſt. 23. ar. 3.* Barboſa *de poteſt. Epiſcopi allegat. 19. num. 4.*

Comprehenduntur tamen ſub *Conſtit. 74.* Pij V. vbi Pontifex ſpecialiter diſponit de nouitijs, cæteriſque in Congregatione viuentibus, qui exire, vel dimitti poſſunt, quibus ſub pœna ſuſpenſionis ab ordine interdicit ſuſcipere ſacros ordines, abſque patrimonio, aut beneficio congruenti. Ita obſeruant Piaſeq. *par. 1. prax. cap. 1. num. 43.* Sanchez *lib. 7. conſil. moral. cap. 1. dub. 35. num. 9.* Vgolin. *de offic. Epiſcopi cap. 26. §. 8. num. 1.* ver. *Hæc autem regula.* Garzia *de benefic. par. 2. cap. 5. num. 12.* Naldus *in ſum.* verbo *Ordo num. 28.* Alzedo *par. 2. prax. cap. 5. num. 51.* Molfeſ. *par. 1. ſum. tract. 2. cap. 15. num. 11.* Salzedo ad Diaz *cap. 18. num. 2.* Homobon. *tract. 2. exam. eccleſ. quæſt. 21.* Sanctarel. *variar. reſol. quæſt. 49. n. 10.* Lezana *tom. 1. quæſt. regular. capit. 14. num. 10.* Barboſa *de poteſt. Epiſcop. allegat. 19. num. 4.* Tragurienſ. *tom. 1. lib. 3. tit. 6. de ſacram. ordin. num. 366.* Marchin. *de ſacrament. ordin. tract. 2. par. 6. capit. 5. numer. ſecundo.* Vvlpes *in praxi cap. 8. num. 16.* Antonel. *de regim. Eccleſ. lib. 2. cap. 2. num. 14.* Vnde titulus paupertatis ad quem ordinantur Religioſi, inſeruit tantum pro profeſſis ſolemniter, & irreuocabiliter.

Ex priuilegio tamen Gregorij XIII. *in ſua Conſt. Aſcendente Domino*, excipiuntur Ieſuitæ, qui de licentia Generalis poſſunt promoueri ad ſacros ordines, antequam ad ſolemnem, & irreuocabilem profeſſionem admittantur, vt obſeruant communiter Doctores, præſertim, quos citat Barboſa *ad c. 2. num. 6. ſeſſ 21. Concil. Trident.* Si tamen contingat, quod à Religione dimittantur, obſeruant Marchin. *tract. 2. de ſacram. ordin. par. 6. cap. 5. numer. 5.* Barboſa *de poteſt. Epiſc. allegat. 19. num. 7.* Quod tenetur religio prouidere de honeſto victu, ſeu de redditu ſaltem 40. aureorum annuorum: alioquin ſequeretur illud inconueniens, cui intendit obuiare Concilium Tridentinum, & Pius V. in prædicta *Conſtit.* Et ita declarauit S. Congregat. cuius declarationem refert Marchin. *cit.*

An Regularis teneatur ad extrahendam atteſtationem è Cancellaria Epiſcopali Ordinis ſuſcepti. Quæſt. XXXV.

SVMMARIVM.

353 *Regularis tenetur exhibere atteſtationem ordinis ſuſcepti extractam à Cancellaria Epiſcopo.*

354 *De iure non tenentur exhibere.*

Ordinarij, ſi non ſtent atteſtationi Superiorum quo ad ordines ſuſceptos à Regularibus, aggrauant ipſos, & ſuperiores.

Teſtis vnicus probat, vbi non agitur de alterius præiudicio.

353 Ad trigeſimum quintum. Reſp: Quod ſic, quia Clericatus probatur per Bullas, & oſtenſionem Ordinum receptorum. Rebuff. *in tit. de forma literarum conſ. n. 28.* Crauet. *conſil. 134.* Maſcard. *de probat. concluſ. 304. n. 13. & concluſ. 1145. num. 6.* Menoch. *de præſumpt. li. 6 præſumpt. 76. n. 3.* aſſignant rationem, quia per ſaltum poſſet eſſe promotus, prout ego expertus ſum multoties. Multi enim Regulares aliquando non approbantur in exam. & dicunt ſuis Superioribus deinde initiatos fuiſſe, cum re non ſint initiati, & Superior ſequendo fidem ſuorum Religioſorum, concedit illis alia vice litteras dimiſſoriales, & teſtatur dictos Religioſos promotos, in quibus non fuerunt promoti: & ideo Sacra Congregatio iure optimo decreuit

Digitized by Google

creuit, vt Regulares teneantur accipere Bullas Ordinum receptorum ab Epiſcopis, qui illos contulerunt, & Bullæ gratis illis dentur; prout paſſim obſeruatur.

ADDITIO.

354 Quod hic ab Auctore requiritur, licet ſecundum praxim, eſt vltra ius; nam iura requirunt ſolum quò ad ordinationes Regularium, quod habeant literas dimiſſorias, ſeu teſtimoniales ſuorum Superiorum, & quod examinentur ab Epiſcopo, quò ad doctrinam, vt *in cap. 12. de reformat. ſeſſ. 23.* Concil. Trident. & *in Decreto S. Congregat.* iuſſu Clement. VIII. ſuper ordinatione Regularium. Et ideo ſi his contenti non ſunt, ſed aliquid vlterius requirunt, aggrauant exemptos, cum ſibi ſupra ipſos vſurpent ius, quod iura non concedunt, & derogant eorumdem honori, & exiſtimationi, dum pro fraudolentis habent. præſertim Superiorem, quia prædicto facto declarant, quod concedant teſtimoniales literas, aut falſas, aut cum tanta iniuria, vt poſſint continere falſum, & ipſorum negligentia ſit per miniſtros Epiſcopi corrigenda. Et cum teſtis vnicus probet in ijs, quæ nemini nocent, & alicui proſunt. *cap. Cum itaque.* & *cap. Paruulis de conſecrat. diſt. 4.* & notant Gloſſ. *in cap. Nuper.* verbo *Numerus de teſtib.* & *in cap. Placuit de conſecrat. diſt. 4.* & *in cap. In tanta diſt. 86.* & *in cap. Quanto 2. quæſt. 4.* vbi etiam Dominic. Speculat. *Tit. de teſtib. Fallent. 9.* & *16.* Felin. *in cap. Licet vniuerſis in fine de teſtib.* Hippolyt. *in l. 1. Idem Cornelio ff. de quæſt.* & alij, grauem iniuriam inferri Superiori Regulari, dum non ſtatur illius atteſtationi. Nec obſtat quod aliquis feſellerit ſuum Superiorem, & Epiſcopum: quia non debet Epiſcopus ob malitiam vnius vſurpare ſibi ius, quod non conuenit, nec alios aggrauare; ſed debet eſſe contentus pœnis à iure impoſitis.

Epiſcopus ordinans ignaros, aut malæ vitæ, aut prætermittens debitam diligentiam, peccat mortaliter. Quæſt. XXXVI.

SVMMARIVM.

355 *Epiſcopus peccat mortaliter ordinans ignaros, aut malæ vitæ, aut omittens circa hoc debitam diligentiam.*

356 *Peccatum mortale vnde colligatur.*

Expedit eſſe in Eccleſia paucos miniſtros, quam multos malos.

Quid præſtandum circa promouendos ad Ordines.

Regulares non ſubſunt diſpoſitioni Concil. Trident. ſeſſ. 23. cap. 5. de reformat.

Epiſcopus quando poſſit omittere informationes capiendas de Ordinandis.

355 Ad trigeſimumſextum. Reſp. Quòd Epiſcopus admittens ad Ordines, ignaros, aut homines malæ vitæ, nullamque in hoc, aut paruam faciens diligentiam, peccat mortaliter *c. penult. de ætate, & qualitate.* Archidiac. *in c. ſi qui 1. q. 1.* Card. Toletus *in inſtruct. ſacer. lib. 5. c. 4.* & etiam ordinati peccant. *d. c. penult.*

ADDITIO.

356 Peccatum mortale colligitur ex grauitate materiæ, quia plurima mala oriuntur ex indignorum ordinatione: vnde ſi in hoc Epiſcopi negligentes ſint, lædunt in re graui Eccleſiaſticam hierarchiam, quia melius eſt in Eccleſia eſſe paucos miniſtros, quam multos malos. *cap. Cum ſit de ætate, & qual. ordinan.*

Et proinde Concil. Trident. *ſeſſ. 23. cap. 5. de reformat.* præcipit. Quod promouendi ad minores habeant bonum teſtimonium à Parocho, & à Magiſtro ſcholæ. Qui verò promouendi ſunt ad ſingulos maiores, debent ante menſem ſe præſentare Epiſcopo. Qui debet Parocho, aut alteri committere, vt ordinandorum nomina publicè in Eccleſia denunciet, & inquirat de eorumdem natalibus, ætate, moribus, à fide dignis, & tranſmittat litteras teſtimoniales inquiſitionem factam continentes ad Epiſcopum. Vnde ex præſcriptione diligentiæ faciendæ colligitur grauitas materiæ.

Huic tamen diſpoſitioni Concilij non ſubſunt Regulares, vt notant Henriquez *lib. 10. ſum. cap. 23. num. 4. in com. Litter. L.* Vgolin. *28. §. 18. num. 2.* Rodriquez *tom. 3. quæſt regul. quæſt. 24. ar. 1.* Campanil. *in diuer. iur. rubr. 12. cap. 13. nom. 35.* Genuenſ. *in praxi Cur. Archiepiſc. cap. 8. num.* Marchin. *de ſacram. ordin. tract. 2. par. 6. cap. 11. num. 2.* Qui aduertunt, ita etiam declaraſſe S. Congregat. Concil. Extat autem declaratio apud Collect. Gallemart. *ad cap. 5. de reformat. ſeſſ. 23. Concil. Trident.* cuius tenor eſt.

Regulares promouendi ad Ordines, inter alia non non tenentur etiam nomen, & deſiderium ſuum in Eccleſia publicè proponi facere, & teſtimonium deferre ad præſcriptum huius cap. ſed ſufficit teſtimonium à ſuis ſuperioribus collatum.

Similiter etiam poteſt Epiſcopus hanc inquiſitionem omittere, quorum mores ſibi cogniti ſunt. tamen vt ſciat, ordinandum eſſe prædictum requiſitis qualitatibus, vt notauit etiam Vgolin. *de offic. Epiſc. cap. 26. §. 18. num. 2.* Et ita S. Congregat. Concilij decla-

declarauit apud Gallemart. *num. præced. citat.* & tenor est.

Potest Episcopus sine attestationibus, & inquisitione, quæ in hoc decreto iniungitur, aliquem promouere, si ipsum omnes qualitates requisitas habere sciuerit. sed non debet facere ordinarie.

Ex quibus constat, quod id conceditur Episcopo non regulariter, sed pro aliquo casu.

An Episcopus admittens, quos non nouit idoneos, sine examine ad ordines deponi debeat. Quæst. XXXVII.

SVMMARIVM.

357 *Episcopus deponendus ordinans sine examine, quos non nouit idoneos.*

358 *Talis pœna esset congrua, sed non de iure. Pœna de iure.*

357 Ad trigesimuseptimum. Resp. Episcopus ordinans sine examine debet deponi. *d.c. si qui*. Terribile est exemplum S. Leonis Papæ, de quo legitur, quòd dum precaretur à Deo veniam peccatorum, habuit responsum, omnia peccata ei fuisse dimissa, præter peccatum manuum impositionis, pro quo maiorem pœnitentiam agere deberet. In Sacra Scriptura habetur exemplum de Ieroboam impio, qui constituebat Sacerdotes de nouissimis populi, & quoscunque, intercedente pecunia, *lib.3. Reg. cap.* 13. qui fuit grauiter à Deo punitus: & de *Iuda* Machabeo *c.* 3. Dicit Bernardus *de considerat. lib.3. cap. vlt.* Homines malæ vitæ non sunt hìc ordinandi, sed vbi nullus ordo, & sempiternus horror inhabitat. Sanctus Ambrosius noluit ordinare quosdam iuuenes in incessu leuiter se habentes. Beatus Carolus viros graues cum dignitate, & genere præstantes, qui interdum prouecta ætate, ad Ecclesiasticum Ordinem transibant, compellebat ad humilis Cleri munera exequenda, in custodienda, ac mundanda Ecclesia, Campana pulsanda, seruiendo Presbyteris in Missa. Si Nabucodonosor Rex mandauit introduci in eius domum pueros eruditos omni sapientia, vt possint stare in Palatio Regis. Daniel. *c.* 1. Quales debet ordinare Episcopus, qui possint stare in domo Dei?

ADDITIO.

358 Dictum *cap. Si qui Episcopi* 1. *quæst.* 1. est D. Leonis *Epist.* 85. *alias* 87. *cap.* 2. *Ad Episcop. Africæ*. Non imponit tamen pœnam depositionis, sed solum significat, quod esset congrua pœna. Pœna autem, quam imponit, est priuatio iuris ordinandi, vt notat etiam Glos. verbo *Ordinationis*, & addit, quod hodie in pœnis mitius agitur. ex *cap. Graue de præben.* Et verbo *Illi*, aduertit, quod priuatio ordinandi est solum quò ad illum ordinem, quem indignis contulit, quia pœna non debet amplius extendi, quam extendatur delictum. Vt tamen ordinans subsit huic pœnæ, oportet vt scienter ordinet indignos, vt notat etiam Glos. dicto ver. *Ordinationis*.

Quæ mala oriantur ex Ordinatione indignorum. Quæst. XXXVIII.

SVMMARIVM.

359 *Mala ex ordinatione indignorum.*

360 *Mala ex ordinatione eorum, qui assumunt ordinem, vt fugiant forum laicale.*

Assumens Clericatum in fraudem sæcularis iudicij non potest initiari prima tonsura.

Peccat mortaliter.

361 *Quid si ordinatus scandalosè viuat?*

359 Ad 38. Incredibile est, quot mala oriantur ex ordinatione indignorum: sæpe hæreses ortas esse, tradit Alphons. de Castro *de Iust. hæretic. punit. lib.3. cap.* 5. Nam Hussitarum hæresis initia enarrans Æneas Syluius *lib. de orig. Bohemorum c.* 5. ait: Sequebantur Ioannem Hus Clerici fere omnes, ære alieno grauati, sceleribus, ac seditionibus insignes, qui rerum nouitate euadere pœnas arbitrabantur: refert idem Alphons. delicta quæ committuntur à Clericis, qui ad hunc finem suscipiunt, vt sint exempti à foro sæculari, sunt innumerabilia; quod ex negligentia Episcoporum, qui idiotas, & facinorosos passim ordinant, sine aliqua diligentia, euenire dicit, & deplorat Aluarez *in spec. Sum. Rom. Pontif. c.* 55. *§.* 9. Vidi quamplures idiotas sacerdotes ex ignorantia tandem deueniisse ad conuersationem cum bannitis, & miserè interfectos fuisse: cuius rei causa fuit, quòd cum essent idiotæ, non considerabant sacerdotalem dignitatem,

Digitized by Google

tatem, & omnium malorum causa Episcopi, qui diligentiam in conferendo ordines non adhibuerant. Sanctus Ludouicus Episcopus Tholosanus non, nisi probatos, & ab ipsomet examinatos, ad ordines admittebat.

ADDITIO.

360 Mala quæ proueniunt ex indignorum ordinatione, vt plurimum oriuntur ex eorum promotione, qui assumunt Clericatum ad euitandum forum sæculare. Quia enim apud forum Ecclesiasticum delicta mitius puniuntur, & facilè etiam transeunt absque pœna, ideo vt licentiosè viuant, assumunt Clericatum. Et proinde Concil. Trident. *sess. 23. cap. 4. de reformat.* prohibet initiari primam tonsuram eos, qui assumunt Clericatum in fraudem sæcularis iudicij, & non vt Deo inseruiant. Et proinde satis communiter, sentiunt Doctores, eum peccare mortaliter, qui ordinatur, vt fugiat forum sæculare. vt tradidi *in quæst. canon. 48. Centur. 1.* cum pluribus, quibus nunc addo Victor. *in sum.* Tit. *de sacr. ordin. num. 240.* Rodriquez *par. 2. sum. par. 17. num. 2.*

361 Quod si quis ex ordinatis scandalosè viuat, expediet eum cogere ad præstandam cautionem de benè viuendo, vt de obseruantia Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ testatur Riccius, *decis. 165. par. 2.* & notat Squillante *de priuileg. Episcop. par. 2. cap. 31. num. 5.* Id enim præstari potest officio iudicis. *l. congruit ff. de offic. præsid.* & *l. Aequissimum. ff. de usufructu.* Hoc enim pacto scandalosi fræno quodam cohibebuntur ad euitanda scandala.

An propter pecuniam possint non idonei ordinari. Quæst. XXXIX.

SVMMARIVM.

362 *Ignari, & inhabiles in nullo casu ordinandi.*
363 *Quæ indignitas impediat ordinandos in penuria ministrorum.*
364 *In penuria notabili possunt ordinari minus habiles.*

362 Ad trigesimumnonum. Resp. Aliquos dicere, quòd propter penuriam aliorum, possunt non tam idonei ordinari: Quibus respondetur, quòd nunquam ignari, aut aliàs inhabiles sunt promouendi, neque propter penuriam aliorum. Archid. *in d. c. si qui.* nam sanctiùs est ordinare paucos bonos, quàm multos malos, *c. Tales, dist. 23.* & *d. c. pen. de ætat. & qualitat.* Quia Episcopi sub peccato mortali tenentur promouendos instruere, *d. c. penult.* Et Episcopus ordinans illiteratos, est suspensus per annum à collatione Ordinum, *c. Nullus, de tempore ord. in 6.*

ADDITIO.

363 Ordinatio metienda est ijsdem regulis proportionaliter, quibus metiri solet electio; vnde sicuti nunquam licet eligere indignum, cum hoc sit intrinsecè malum, vt communiter docent cum D. Th. *quodlib. 6. ar. 9.* ita nec vnquam licebit assumere ad ordines, indignos. Quia tamen indignitas ex diuerso capite prouenire potest: Ideo si proueniat ex inhabilitate ad exercendum ordinem, & sit totalis inhabilitas, facit, quod ex nulla necessitate ordinari possit, quia est incapax exercitij ordinis. Si proueniat ex turpitudine morum, si sit tanta, vt non obstante ministrorum paucitate scandalo futura sit, & non adsit spes emendationis, impedit omnino ordinationem. At si proueniat ex aliquo impedimento canonico, tunc tolli potest per dispensationem, atque adeo huiusmodi indigni promoueri poterunt ad ordines, stante necessitate Ecclesiæ, cum hæc sit sufficiens ratio dispensandi.

364 Quando tamen penuria esset notabilis, possent ordinari minus habiles, si meliores non adessent, qui ordinarentur. Tunc enim, qui assumerentur essent digniores ex illis, qui possent assumi; nec obligatio assumendi digniores ad aliud obligat, quàm ad respectiuè digniores, respectu eorum, qui assumi possunt. Vnde *in cap. Nimis graue, de præbend.* reprehenduntur ij, qui cum possint assumere idoneos, assumunt indignos; & proinde obligatio promouendi digniores, est iuxta possibilitatem.

An Episcopus peccet, si ordinet in sacris non habentes titulum. Quæst. XL.

SVMMARIVM.

365 *Episcopus ordinans in sacris non habentes titulum; peccat.*

366 *Quid ſi ordinet non ſubditum? Ad quem ſpectet inquirere de titulo.*
367 *Quid ſi remittat alijs inquiſitionem tituli, examen &c.*
An tunc teneatur prouidere ordinato de alimentis.

365 Ad quadrageſimum, Reſp. Quod peccat Epiſcopus ordinans ſacris ſine titulo, Hoſtienſ. *in ſum. de pœnit. §. cum Epiſcopus*, & *c. neminem*, & *c. ſanctorum* 71. *diſt.* & *c. Epiſcopus, de prebendis*, & debet illos alere.

ADDITIO.

366 Tunc peccat Epiſcopus ordinans ſine titulo, quando ordinat ſuum: ſecus autem ſi ordinet alienum cum dimiſſorijs, quia ſpectat ad concedentem dimiſſorias inquirere de titulo. cap. 5. *ſi Epiſc. §. ſi 1. de prebend. in 6.* vbi Gloſ. Quaranta verbo *Ordo*. ver. *Obligatio*. Maiol. *lib. 4. de irregular. cap. 13. n. 8.* Barboſa *de poteſt. Epiſc. allegat. 20. num. 21.* Vgolin. *de offic. Epiſc. cap. 26. num. 15.* Marchin. *de ordine tract. 2. par. 6. cap. 7. difficul. 4.* ver. *quinto deducitur*.

367 Similiter neque peccat ordinando abſque titulo, quando remittit alijs ordinandorum examen, & inquiſitionem titulis, quia tunc procedit bona fide, & nixus alienæ atteſtationi, vt notat Marchin. *de ſacram. ordin. tract. 2. par. 6. cap. 7. difficul. 4.* ver. *Secundo deducitur*: vnde neque tenetur ſubmiſtrare alimenta, niſi ij, quibus negotium commiſit, impotentes ſint. Quo ſolum caſu conueniri poteſt Epiſcopus, vt notant Gloſ. *in cap. ad hæc de officio Archidiacon.* & *in cap. cum ſecundum, de præben.* verbo *ſucceſſores*. Quaranta *in ſum. Bullar.* verbo *Ordo* ver. *Obligationem*. Bonac. *diſput. 8. de ſacram. quæſt. vn. punct. 5. num. 27.* ver. *Idem dic.* Marchin. *de ſacram. ordin. tract. 2. par. 6. c. 7. difficul. 4.* ver. *ſecundo deducitur*. Tragurienſ. *tom. 1. lib. 3. titul. 6. de ſacram. Ordin. num.* 381.

An bis ſuſcipiens, aut conferens ordines, ſit irregularis.
Quæſt. XLI.

SVMMARIVM.

368 *Conferens, aut ſuſcipiens bis ordines, non fit irregularis.*
369 *Irregularitas quando imponatur pro mala ordinum ſuſceptione.*

368 Ad quadrageſimum primum, Reſp. Quod Ordines, ſiue Chriſma bis ſuſcipiens, ſiue conferens, non efficitur irregularis, Sot. *in 4. diſt. 5. q. 5.* D. Thom. *de ſacram. diſput. 38. lect. 1. & 2.* Turrecrem. *in c. dictum de conſecr. d. 4.* Couar. *in d. Clem. ſi furioſus par. 1. in princ. num. 8.* Tabien. *verb. irregularitas 4. §. 7. in fin.* Tolet. *in ſum. lib. 1. c. 65. num. 3.* & de veriori opinione, & quod ſit ſequenda poſt multos allegatos, dicit Sayr. *theſ. caſ. conſc. lib. 7. cap. 8. n. 27. cum ſeqq.* licet contrarium ſcribant Archid. *in c. qui bis, de conſecr. d. 4.* Anton. *3. p. tit. 28. c. 6.* Nauar. *in Manual. d. c. 37. n. 246.* qui ſe fundant ſuper *c. ſicut, 68. diſt.* & *d. c. dictum*. Sed cum talis irregularitas non ſit in iure expreſſa, non eſt inducenda irregularitas, quæ non eſt iure expreſſa, *c. is, qui*, & ibi DD. *de ſent. excom. in 6.* Card. *in d. Clem. ſi furioſus q. 12.* Vbi etiam Couar. *n. 3.* Tolet. *in ſum. lib. 1. c. 52. n. 7.* & *d. c. 65. n. 3.* & *lib. 3. c. 12. in fin.* Quia cum irregularitas ſit iure Pontificio inducta, conſequens eſt, vt nulla alia irregularitas ſit, niſi quæ eodem iure exprimitur. Sayr. *theſ. caſ. conſc. lib. 6. c. 2. num. 14. in fine*.

ADDITIO.

369 Ita prorſus tenendum: quia in duobus tantum caſibus pro mala ordinum ſuſceptione imponitur à iure irregularitas; primus eſt, quando quis furtiue ordinatur, vt in cap. 1. *de eo, qui furtiuè ordinatur*. Secundus, quando quis ſuſcipit ſacros ordines durante matrimonio, licet non conſummato, vt in Extrauag. *Antiquæ concertationi*. Et ita notant Gaſpar. Hurtad. *de cenſur. diſp. 2. de irregular. difficult. 1. num. 3.* Præpoſit. *3. par. quæſt. 5. de irregular. dub. 5. num. 27.* quos ſequitur Diana *par. 4. tract. 2. reſol. 55.* ver. *nota etiam*.

Cele-

Celebrans, ſi non ſit ordinatus ſacerdos, quam pœnam incurrat. Quæſt. XLII.

SVMMARIVM.

370 *Celebrans ſi non ſit ſacerdos, traditur Curiæ ſæculari.*
371 *Hoc delictum diuerſimode punitum.*
372 *Celebrans ſi non ſit ſacerdos, ſit irregularis.*

370 Ad quadrageſimum ſecundum. Reſp. Quod ex Conſtit. ſel. rec. Clem. VIII. edita 1601. quæ incipit, *Eccleſias*, Statuitur contra perditos, & nefarios homines ad ſacrum Presbyteratus ordinem non promotos, Miſſarum celebrationem vſurpare præſumentes per hæc verba. [Vt quicunque non promotus ad ſacrum Presbyteratus Ordinem, repertus fuerit Miſſarum celebrationem vſurpare, vel ſacramentalem Confeſſionem audiuiſſe, à Iudicibus ſanctæ Inquiſitionis, vel locorum Ordinarijs, tamquam Eccleſiæ miſericordia indignus, à foro Eccleſiaſtico abijciatur, & ab Ordinibus Eccleſiaſticis, ſi quos habuerit, ritè degradatus, ſtatim Curiæ ſæculari tradatur, per Iudices ſæculares debitis pœnis plectendus.]

ADDITIO.

371 Antea Paulus IV. Gregor. XIII. & Sixtus V. ſtatuerunt hoc delictum ſpectare ad tribunal Inquiſitionis, & pœnas comminati ſunt: ſed cum nihilominus adhuc hoc delictum committeretur, ideo Clemens VIII. noua Conſtitutione, quæ eſt 81. *in Bullario*, compeſcuit horum audaciam decernendo tam grauem pœnam. Licet enim non ſint hæretici, quando ſentiunt ſacrificium Miſſæ à ſolis ſacerdotibus offerri poſſe, vt definiuit Concil. Trident. *ſeſſ.* 14 *can.* 9. & *de ſacrific. Miſſ.* attamen in facto ſe oſtendunt hæreticos, dum hæreticæ doctrinæ in ipſo ſe confirmant.

372 Quod ſi euadant præfatam pœnam, nec delictum ad forum deducatur, præter grauiſſimum peccatum, fiunt etiam irregulares, quia exercent actum ordinis, quem non habent. cap. 1. *de cler. non ordin. miniſt.* vt notant Syluester verbo *Irregularitas*, *quæſt.* 12. Sotus *in* 4. *diſt.* 18. *quæſt.* 4. *ar.* 1. Baldus *ibid.* Nauar. *in Manual. cap.* 27. *num.* 242. Suarez 3. *par. tom.* 4. *diſp.* 32. *ſect.* 7. *num.* 4. & alij contra Ledeſmam 2. *par.* 4. *quæſt.* 7. *ar.* 3. Victoriam *in ſum. num.* 143.

Conſtitutio PII QVINTI contra non profeſſores ad ſacros Ordines promotos pretextu Religionis.

PIVS PAPA V.

373 *ROmanus Pontifex ſacrorum Conciliorum auctor, & interpres, illa quæ in huiuſmodi Concilio a prudentibus Patribus in Spiritu Sancto legitimè congregatis ſalubriter ſancita ſunt, pro ſui paſtoralis officij debito, dum æquitas, honeſtas, & decus ſuadet, ſicuti declarare, & moderari, ita etiam alios caſus extendere conſueuit. Sanè cum non deceat diuino miniſterio aſcriptos cum ordinis dedecore mendicare, aut ſordidum aliquem quæſtum exercere, Sacro Trid. Concilio inter alia decretum fuit, ne quis deinceps clericus ſæcularis, quamuis aliàs moribus, ſcientia, & ætate eſſet idoneus, ad ſacros Ordines promoueretur, niſi prius legitimè conſtaret eum beneficium Eccleſiaſticum, quod ſibi ad vitam honeſtè ſufficeret, pacificè poſſidere, vel aliàs ordinari non poſſet, niſi iuxta decreti ab ipſo Concilio deſuper editi formam, & tenorem. Cùm autem nulla in huiuſmodi decreto religioſorum clericorum mentio facta fuerit, ac propterea nonnulli (vti moleſtè accepimus) cæterorum Ordinum Religioſi ſeu Canonici, vel Clerici, intra clauſtra Monaſteriorum, ſeu domorum, more Regularium in communi viuentes, qui nunquam, ſeu nonniſi ad certum tempus profeſſionem emittunt, & ex clauſtro exire, vel dimitti, ad ſæculum redire liberè, & licitè poſſunt, Religionis pretextu abſque titulo ſufficientis beneficij, nec iuxta dicti decreti tenorem, ad ſacros ordines ſe promoueri prætendunt, & à nonnullis Epiſcopis paſſim promoueantur, atque inde plerumque illud inconueniens eueniat, vt ſic promoti, & à clauſtro exeuntes, & per ſæculum vagantes, vel mendicare, vel ſordidum quæſtum exercere, non ſine ipſorum dedecore, ac Ordinis vilipendio, & quamplurimorum Chriſtifidelium ſcandalo cogantur. Nos igitur qui ſingulorum Dei miniſteriorum honorem, & decus (quantum nobis eſt) ſinceris exoptamus affectibus: Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hac perpetuò valitura ſanctione, decretum prædictum de Clericis ſæcularibus loquens ad omnes, & ſingulos etiam cuiuſcunque ordinis Clericos religioſos, ſiue ſæculares, more Religioſorum viuentes in communi, non pro-*

Digitized by Google

ſeſſos harum ſerie extendimus, & ampliamus, ac Religioſis, & aliis prædictis non profeſſis, vt ad ſacros Ordines promoueri, necnon omnibus, & ſingulis venerabilibus fratribus noſtris Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, gratiam, & communionem Sedis Apoſtolicæ habentibus, vt ordines ipſos huiuſmodi Religioſis perſonis impendere, niſi obſeruata forma dicti decreti, nos virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub indignationis noſtræ pœna interdicimus, & probibemus, ac contrafacientes per annum à præſtatione talium Ordinum ipſo iure ſuſpendimus. Statuentes, & decernentes, promotiones quarumlibet Religioſarum perſonarum prædictarum ad ordines huiuſmodi contra ipſius decreti Concilij Trid. formam, etiam cuiuſuis licentiæ illis ab Apoſtolica Sede, vel illarum ſuperioribus cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, & præeminentiæ exiſtant, etiamſi Pontificali dignitate fungantur, vel Cardinalatus honore præfulgeant, conceſſæ, prætextu factas executione prædictorum ordinum omnino carere, nullaſque prorſus, & irritas exiſtere, ſicque promotas perſonas in altaris miniſterio miniſtrare non poſſe. Quinimo miniſtrantes, priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus, & aliis gratijs clericis conceſſis omnino priuari, & irregularitatis, aliaſque in dicto decreto contentas pœnas eo ipſo incurrere, à quibus, niſi à Romano Pontifice, vel in mortis articulo, minimè abſolui poſſint. Non obſtantibus, &c.

Dubia circa Conſtitutionem Pij V. contra non profeſſos ad ſacros Ordines promotos prætextu religionis.

SVMMARIVM.

374 *Conſtitutio Pij V. contra non profeſſos promotos ad ordines ſacros prætextu religionis, afficit nulliter profeſſos.*

375 *Si tamen ſciant nullitatem profeſſionis.*

Ordinatus bona fide ante legitimam ætatem excuſatur.

376 *Ceſſante bona fide ſi nulliter profeſſus exerceat ordinem ſuſceptum bona fide ſit irregularis.*

377 *Praxis cuiuſdam Curiæ Archiepiſcopalis, quæ violat exemptionem Regularium.*

Vſurpat ius Romanæ Sedis.

Epiſcopi circa ordinandos Regulares debent ſtare atteſtationi eorumdem Superiorum.

Praxis laudabilis Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ.

ADDITIO.

374 Circa præſens decretum dubitatur, an comprehendat regulares nulliter profeſſos. Et affirmatiue reſoluendum, vt reſoluunt etiam Maiol. *lib.* 4. *de irregular. cap.*15. *num.*1. Riccius *deciſ.*283. *par.*2. Sanctarel. *Variar. reſolut. quæſt.*49. *num.* 10. Garzias *de Benefic. par.*2. *cap.*5. *num.*11. Bonac. *quæſt.*2. *de clauſura punct.*10. *difficul.*5. *num.* 4. Diana *par.* 4. *tract.*2. *reſol.*82. Marchin. *de Ordine tract.* 2. *par.* 6. *cap.* 5. *num.* 7. & ſenſit Rota *in Vrgellenſi Canon.* 3. *Martij* 1595. *coram Blanchetto*. Siquidem nulliter profeſſus reuera non eſt profeſſus, cum illa profeſſio nullam inducat obligationem, nec aliquem ſortiatur effectum.

375 Hoc tamen limitandum eſt, vt habeat locum in nulliter profeſſo, qui ſcit nullitatem ſuæ profeſſionis: nam ſi putaret, ſe eſſe profeſſum, ſicut non peccaret, quia ordinaretur cum bona fide, ita nec incurreret pœnas, nec exercendo actum ordinis fieret irregularis; vt in ſimili de eo, qui bona fide ordinatur ante legirimam ætatem, reſoluunt Nauarr. *cap.*27. *Manual. num.*156. Henriquez *lib.*13. *ſum. cap.*38. *num.*1. Sanchez *lib.*7. *de matr. diſp.*30. *in fine.* Miranda *tom.*1. *Manual. quæſt.*39. *ar.*6. *in fine.* Portell. *in Dub. regular.* verbo *Ordines, in Addit. num.*2. Præpoſit. 3. *par. quæſt. de ſacram. Ordin. dub.* 57. *num.*167. Villalob. *par.*1. *ſum. tract.* 11. *difficul.* 11. *num.*6. Hurtad *de cenſur. tract. de ſuſpenſ. difficul.*13. *num.* 36.

379 An autem ſi ſciat poſtea, ſe nulliter profeſſum, & non ratificet profeſſionem, & exerceat actum ordinis, irregularis fiat? negatiuè reſoluendum eſt, vt in ſimili de ordinato bona fide ante legitimam ætatem reſoluunt Peirin. *de priuileg. ad Conſtit.*1. *Iulij II. §.*16. *num.*29. cum Nauarr. Quaranta, & Miranda, Diana *par.*3. *tract.*4. *de ſacram. reſol.*182. ver. *difficultas eſt*. Et ratio eſt. Quia tunc non habet locum ſuſpenſio, cum ſit pœna impoſita pro delicto, quod non adfuit in ordinatione; nec ſuperuenit ex eo, quod ſuperuenerit notitia nullitatis profeſſionis, quia acquirere talem cognitionem, non eſt delinquere. Suſpenſio autem cum ſit pœna, non habet locum ſecluſo delicto. Hinc autem fit quod exercens actum ordinis non fiat irregularis: nam irregularitas imponitur pro pœna violationis ſuſpenſionis, qua ceſſante, ſicut non habet locum violatio, ita nec irregularitas.

377 Ad euitandum autem, ne quis nulliter profeſſus ordinetur, in quadam Curia Archiepiſcopali introductum fuit, vt refert Marchin. *de ſacram. ordin. tract.*2. *par.* 6. *cap.* 5. *num.* 3. Quod exigeretur iuramentum ab ordinando, quo confiteretur, ſe ſponte ſolemnem profeſſionem emiſiſſe, vel nunc ratam, & firmam habere, & hoc iuramentum propria ordinandi manu firmabatur. Verum licet hoc videatur ſecundum zelum, non eſt tamen ſecundum iura; imo violat exemptionem Regularium, qui ſolum

Digitized by Google

ſolum in ordine ad exhibendas dimiſſorias ſuorum Superiorum, & in ordine ad examen quò ad doctrinam ſubduntur Ordinarijs. Violat etiam iuriſdictionem Summi Pontificis, quia trahit ſubditos ipſius ad ſubiectionem Ordinariorum in eo, in quo non ſunt ſubiecti; vnde continet vſurpationem iuris Superioris, de cuius proprietate ſunt. *cap. Cum tempore de arbitr.* & *cap. Cum olim. §. Nos igitur. de priuileg.* Imò tacitè redarguunt Romanos Pontifices, quod non ſatis prouiderint per ſuas Conſtitutiones, quibus deberent eſſe contenti, & ſtare atteſtationi Regularium Superiorum, quibus debent ſtare, vt notat Abbas *in cap. Tua nos, num. 3. de cler. peregr.* vbi etiam Maſcard. *de probat. concluſ.* 114. *in fine*. Et huiuſmodi diligentijs vti deberent cum ſuis ſubditis, qui non rari fraudes committunt circa patrimonia, ad quorum titulum ordinantur. Et proinde laudabilis eſt conſuetudo Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ, de qua Quaranta verbo *Ordo*, ver. *Quod intellige*, in fine. Nempe; quod quando donatio, vel aſſignatio patrimonij fit ab alijs, producatur inſtrumentum ab vtraque parte iuramento firmatum, quod dicta aſſignatio ſit realis, omni dolo, & fraude carens, & quod neque de præterito factus fuerit, neque in futurum fiet aliquis actus ſiue contractus in præiudicium dictæ aſſignationis, cum annullatione &c.

Digitized by Google

DECRETVM APOSTOLICVM

QVO DECLARATVR

IN ECCLESIIS REGVLARIVM

EPISCOPIS PONTIFICALIA EXERCENTIBVS, Aut Pontificalibus paramentis cum Mitra, vel etiam ſola Cappa indutis, licere Baldachinum erigere.

378 *DECET, Epiſcopis, pro eo, quo in Eccleſia Dei excellunt* **dignitatis gradu**, *in quocunque ſuarum Diœceſum loco, quoties eos ibi* **Pontificalia** *exercere, aut in Pontificalibus adeſſe, & aſſiſtere contingit, eam, quam par eſt, reuerentiam & honorem, decoro cultu, & ornatu exhiberi. Quare non ſine graui animi dolore auditum eſt, nonnullos Regulares, vano quarundam immunitatum, & priuilegiorum prætextu, Epiſcopis in eorum Eccleſijs in Pontificalibus intereſſentibus, non modo renuiſſe in eis ſupra locum Epiſcopalis ſolij, Baldachinum erigere, verùm id etiam iuſſu ipſorummet Epiſcoporum curantes, prohibere, & arcere auſos fuiſſe. Atque ideò Sacra Congregatio S.R.E. Cardinalium negotijs & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, facto verbo cum Sanctiſſimo Domino noſtro Clemente Papa VIII. ac de Sanctitatis ſuæ ſpeciali & expreſſo mandato hoc præſenti decreto, perpetuis futuris temporibus valituro, declarat, ſtatuit, decernit, & mandat, vt de cetero Epiſcopi, vbi tam ex conſuetudine, & priuilegio, quàm ex ſacrorum Canonum conſtitutionibus, & Pontificalis Romani præſcripto, aut alio iure, Pontificalia exercere, aut Pontificalibus paramentis, cum Mitra, vel etiam ſola Cappa induti, in quibuſuis Regularium tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, Monachorum, etiam Caſſinenſium, Clericorum, Presbyterorum, & cuiuſuis alterius Ordinis, & Religionis, Militiæ, Societatis, aut Congregationis Eccleſijs intereſſe poſſunt, ipſi Regulares, quoties opus fuerit, teneantur ibi, & debeant, in loco ad ſolium Epiſcopi conſtituendum opportuno & congruo, Baldachinum attollere. Eis autem id facere negligentibus, aut nolentibus, liceat eiſdem Epiſcopis illud aſportari, & in quacunque eorundem Regularium, aut alia quantumuis exempta Eccleſia, ſupra Epiſcopale ſolium, ſeu Pontificale Faldiſtorium, erigi facere, atque ſub eo ſedere & ſtare, quemadmodum in proprijs & Cathedralibus eorum Eccleſijs ſtare & ſedere ſolent: eo tamen duntaxat tempore, quo Pontificalibus aderunt, peragetur. Si qui verò Regularium huic declarationi, ſtatuto, decreto, & mandato, inobedientes, & contumaces fuerint, ſciant ſe ab eiſdem Epiſcopis ad id, per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, huius Decreti virtute, cogi, & compelli poſſe, alijſque pœnis, tam ſpiritualibus, quàm temporalibus arbitro Summi Romani Pontificis ſubiacere, & obnoxios fore. Non obſtantibus quibuſuis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dictorum Ordinum, Religionum, Militiarum, Societatum, & Congregationum quocunque nomine cenſeantur, ſtatutis, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apoſtolicis cum quibuſcunq; tenoribus, & formis & cum quibuſlibet etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſque efficacioribus & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & alijs decretis in contrarium præmiſſorum hactenus quomodolibet conceſſis, confirmatis & approbatis: quibus omnibus & ſingulis, etiam ſi talia eſſent, quæ ſub generali expreſſione & derogatione non venirent, ſed de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & individua mentio habenda foret, eorum tenores, præſentibus pro expreſſis, & ad verbum inſertis habens eadem Sanctitas ſua, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſè derogat, ceteriſque in contrarium facientibus quibuſcunque. Romæ die 10. Iunij 1603.*

Alex. Card. Flor. Epiſc. Præneſtin.

Hier. Agucchius Secret.

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆSTIONES.

379 1 An Epiſcopi ante huiuſmodi decretum poterant prohiberi ab exemptis eligere Baldachinum in eorum Eccleſijs, & ipſis inuitis, exercere ea, quæ continentur in ſupradicto decreto.

2 Quæ ſunt potiſſimæ cauſæ, ob quas Regulares negligentes, vel nolentes permittere erigi Baldachinum in eorum Eccleſijs Epiſcopis, debeant excommunicari.

3 Baldachinum quid ſit.

4 Sedes Epiſcopalis, ſiue Thronus Epiſcopalis, quid ſignificet?

An ante decretum præfatum potuerit Epiſcopis prohiberi, ne erigerent baldachinum in Eccleſijs Regularium.

Quæſt. I.

SVMMARIVM.

380 *De iure communi Epiſcopi poſſunt aliquando erigere Baldachinum in Eccleſijs Regularium.*

381 *Poſſunt cenſuris compellere Regulares contradicentes.*

382 *Non tamen id competit Vicarijs Epiſcoporum etiam abſentium.*

383 *An ſi regulares non habeant commoditatem, teneantur prouidere Epiſcopo de Baldachino.*

384 *Epiſcopi an poſſint erigere Baldachinum in Monaſterijs exemptis Regularium.*

385 *In hoc caſu, an ſi contradicant Regulares, poſſint cenſuris compelli.*

380 Ad primum Reſp. Quod antea non poterant prohiberi ab exemptis *Clem. Archiep. de priuileg.* Card. Zabar. *in Clement. 9. §. fin.* imo etiam eis inuitis, poterant exercere ea, quæ in dicta Clement. continentur: ſed antea oportebat agere coram Superiore exemptorum, vt dicit Card. *in dicta Clem. §. finali, in fine*: ſed hodie iuxta terminum huius decreti, Regulares negligentes, vel nolentes poſſunt per Epiſcopos compelli cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis vigore huius decreti.

ADDITIO.

381 Per hoc decretum nihil de nouo conceditur Dominis Epiſcopis quo ad vſum Baldachini in Eccleſijs Regularium, & exemptorum, ſed ſolum declaratur, quod poſſint cenſuris compelli Regulares, & alij exempti nolentes aſſentiri vſui Baldachini. Et ita notant etiam Tamburin. *de iure Abbat. tom. 1. diſput. 15. quæſt. 15. num. 5.* Nouar. *par. 1. Bullar. tit. de Baldach.* Campanil. *in diuer. iur. rubr. 9. c. 5. n. 3.* Riccius *par. 3. deciſ. 21.* Ceſpedes *de exempt. regul. cap. 13. dub. 222.* Nam antea quoque poterant vti Baldachino, quoties Pontificalia exercere poterant, aut in Pontificalibus intereſſe; cum enim Baldachinum ſit acceſſorium ad Pontificalia, de iure poſſunt illo vtiquoties in Pontificalibus interueniunt in dictis Eccleſ. cum conceſſo principali concedantur etiã acceſſoria.

382 Hoc tamen non debet extendi ad Vicarios Epiſcoporum etiam abſente Epiſcopo, vt notat etiam Nouar. *in Lucerna regular.* verbo *Baldachinũ, num. 7.* ex declarat. S. Congregat. Rit. *die 10. Iulij 1621.* Quæ declarauit, non poſſe inuitis Regularibus erigere Baldachinum. Hoc enim conceſſum eſt Pontificiæ dignitati, & proinde conceſſum eſt quando in Pontificalibus interuenit.

383 Et licet præſens Decretum habeat; *Ipſi Regulares quoties opus fuerit, teneantur ibi, & debeant in loco ad ſolium Epiſcopi conſtituendum opportuno, & congruo, Baldachinum attollere*; quando tamen non haberent Baldachinum, nec commoditatem comparandi, tunc teneretur Epiſcopus ſibi prouidere: tum quia decretum non obligat ad comparandum Baldachinum, ſed ad erigendum, quod ſaluari poteſt, etiamſi non ſub miniſtrent Baldachinum, ſed ſubminiſtratum erigant. Tum quia ſubdit ſub diſtinctione, *Eis autem id facere negligentibus, aut nolentibus*, nempe negligentibus, ſi habeant; aut nolentibus, ſi ſubminiſtretur.

384 An autem poterint Epiſcopi erigere Baldachinum in Monaſterijs exemptis Regularium, Reſp. affirmatiue. Fuſch. *de viſit. lib. 2. cap. 8. num. 5.* Nauar. *in ſum. Bullar. tit. de Baldach. num. 4.* Ceſpedes *de exempt. regular. cap. 13. dub. 222. num. 5* per text. Clemen. *2. de priuileg.* quia licet loquatur de Archiepiſcopo, extendit tamen poſtea ad Epiſcopũ, vt conſtat ex illis verbis, *Idem Archiepiſcopus, vel Epiſcopus exerceat*, & ita notat cum alijs Nouar. *citat.* ibi enim hoc conceditur circa quæuis loca exempta, & proinde etiam in Monaſterijs exemptis.

385 Sed magis dubitabile eſt. An facultas conceſſa Epiſcopis per præſens decretum coercendi per cenſuras contradicentes Regulares, ſe extendat, quãdo contradicerent erectioni in Monaſterijs tantum, non autem in Eccleſijs. Et videtur non extendi, quia decretum loquitur tantum de erectione Baldachini in Eccleſijs, & proinde non videtur extendi ad erectionem in Monaſterijs, quia odia, & pœnalia ſtricte accipienda ſunt. E contra verò, cum talis facultas

Digitized by Google

cultas ſit conceſſa in ſubſidium iuris, quod habent ad vſum Baldachini in locis exemptorum, & pro conſeruatione Epiſcopalis honoris; videtur extendi quouſque ſe extendit ius Baldachini, præſertim, quia etiam Monaſteria venire poſſunt nomine Eccleſiæ.

Quæ ſint cauſæ, ob quas Regulares nolentes erigere Baldachinum, debeant excommunicari. Quæſt. II.

SVMMARIVM.

386 *Cauſa honoris eſt ardua.*
Honor pari paſſu cum vita ambulat.
Non præſtando debitum honorem puniendus eſt.
387 *Materia honoris eſt ſufficiens pro materia excommunicationis.*
Epiſcopus in ſua Diœceſi honorandus.
An ſemper Regulares, quando reſiſtunt erectioni Baldachini pro Epiſcopo, cenſuris compelli poſſint.
Iuris correctio eſt vitanda.
Ius poſterius debet interpretari, vt non corrigat prius.

386 Ad ſecundum Reſp. Ex diſpoſitione ſacri Conc. Trid. *in ſeſſ. 25. cap. 3.* vbi cenſuræ relaxantur ex cauſa ardua: ſed quæſtio honoris dicitur cauſa ardua, per tex. *in l. inimicitia, in fine ff. de his quibus vt indignis*: etenim in tanto pretio honor haberi debet, quod pari paſſu cum vita ambulet, *l. . . . ff. de manumiſ. vindict.* quia intereſſe honoris dicitur & eſt maior omni alia re, Chaſſan. *in ſuo Catalogo gloriæ mundi, conſiderat. 2. par. 1.* Et ideo de Iure ciuili, qui non præſtat honorem, puniendus eſt, *l. ſinguli, & l. ſciant. C. de offic. diuerſ. iudic. l. 1. C. de domeſt. & protect. lib. 12.* Eapropter iure optimo ex ſupradictis rationibus, & ex dicti decreti præfati diſpoſitione, Epiſcopi poſſunt compellere in præmiſſis per cenſuram Eccleſiaſticam Regulares contumaces in prædictis.

ADDITIO.

387 Quamuis prima facie non videatur cauſa adeo grauis, vt ſit materia excommunicationis, attamen ſi penitius conſideretur, reuera valde grauis apparebit: nam Epiſcopus eſt caput Diœceſis, & tanquam talis vbique in ſua Diœceſi honorandus eſt vt habet Concil. Trident. *cap. 6. de reformat. ſeſſ. 25.* Præſertim quando pontificaliter ſe habet. Vnde denegare ei honorem debitum in vſu Baldachini, non ſolum importat contumaciam contra ſacros Canones id ei concedentes, ſed etiam redundat in contemptum dignitatis Epiſcopalis, & proinde lædit bonum publicum, cuius intereſt, quod Principes, & Paſtores honorentur, nam læſo capite læditur totum corpus; & proinde iniuria, quæ fit Principi, grauius punitur.

Dubitatur tamen, an ſemper quando Regulares reſiſtunt erectioni Baldachini, poſſit Epiſcopus vti facultate conceſſa per hoc decretum. Et videtur affirmatiuè reſoluendum, quia abſolute conceditur ſine aliqua reſtrictione. Verum probabilius eſt, non poſſe vti, nec deuenire ad cenſuras, quando ſuppetunt alia remedia, quibus coerceri poſſint contradicentes. Quia facultas compellendi per cenſuras debet accipi ſecundum diſpoſitionem Concilij Tridentini, quia cum iuris correctio ſit vitanda, *l. ſi quando 6. de inoffic. teſt.* & cap. *cum expediat de elect. in 6* ita ius poſterius interpretari debet, vt non corrigat prius, vt notant Abbas *conſil. 78. init. lib. 2.* Roman. *conſil. 392. num. 23.* Geminian. *conſil. 131. init* Bec. *conſil. 1. num. 13.* Vnde cum per Concil. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 3. de reformat.* remedium cenſurarum ſit ſubſidiarium, vt non debeat adhiberi, quando alia via procedi poteſt, facultas ferendi cenſuras ſemper eſt accipienda tanquam de remedio ſubſidiario.

Baldachinum quid ſit. Quæſt. III.

SVMMARIVM.

388 *Baldachinum eſt tegimen throni.*

388 Ad tertium. Reſp. Quod Baldachinum apud antiquos Romanos non inuenitur, & eſt vox Itala, quam ſolùm inueni in lib. 1. *ſacrarum ceremon. Eccleſiæ cap. de conſecrat. & coronat. ſummi Pontif.* & *cap. de proceſſ. Pontif. & Cæſaris per Vrbem*, in plurib. locis. Eſt igitur Baldachinum Epiſcopi, tegmen ſolij ipſius Epiſcopi in throno ſtantis, ſiue inſidentis. Regina Saba ſalutando Salomonem 3. *lib. Reg. cap. 10. verſ. 9.* dicit: *Dominus Deus tuus benedictus, cui complacuiſti, & poſuit te ſuper thronum Iſrael, eo quod dilexiſti Dominum in ſempiternum: & conſtituit te Regem, vt faceres iudicium, & iuſtitiam*, dicit ibi gloſſa. *Thronum Regis tegmine adornatum eſt*: & Prouerb. *cap. 20. verſ. 8. Rex qui ſedet in ſolio iudicij, diſſipat omne malum.* Item Athen. *lib. 12 cap. 3.*

Digitized by Google

cap. 3, ait : *Perſarum Reges, quamuis delicijs addicti, tamen Ius in aureo ſolio, & purpureo tegmine cooperto dicebant.*

Thronus Epiſcopalis quid ſignificet. Quæſt. IV.

SVMMARIVM.

389 *Thronus Epiſcopalis ſignificat poteſtatem in Eccleſia.*

389 Ad quartum. Reſp. Ex decretis Vrbani Papæ Primi, vt habetur *in ſum. Concil.* in hæc verba : *Quòd autem ſedes in Eccleſijs Epiſcoporum excelſæ, conſtitutæ, & præparatæ inueniuntur, vt thronus, ſpeculationem, & poteſtatem iudicandi, & ſoluendi, atque ligandi à Domino ſibi datam materiam docet* vt *Matth. c.*16. legitur : *Quæcunque ligaueris, &c.* & *Ioan. c.*20. *Quorum remiſeritis*, & inferiùs. *Valde enim timenda eſt ſententia Epiſcopi, licet iniuſtè liget aliquem*, cap. *Quibus Epiſcopis* 11. *quæſt.* 3. ſignificat vigilantiam Epiſcopi ſuper gregem, Ezechiel. *cap.* 23. *&* 24. vbi habetur : *Speculatorem dedi te domui Iuda, &c.*

Dubia quædam circa vſum Baldachini.

390 *Abbates Caſſinenſes poſſunt ter in anno vti Baldachino.*

391 *An quando Abbates Regulares vtantur Baldachino, poſſit Epiſcopus ipſum erigere in eorumdem Eccleſijs.*

392 *Quid in hoc attendendum.*

Priuilegium ſpeciale derogat generaliori.

Priuilegium Abbatum circa Baldachinum eſt magis ſpeciale.

393 *Quando agitur de damno vitando, priuilegium eſt potentius.*

394 *Exteri Epiſcopi de conſenſu Diœceſani, an poſſint erigere Baldachinum in Eccleſijs Regularium.*

Epiſcopus poteſt delegare Pontificalia.

395 *Abbates habentes vſum Baldachini poſſunt vti in Eccleſijs Monialium ſibi ſubiecturum.*

396 *Decretum circa ſolemnem celebrationem Abbatum.*

397 *Aliæ declarationes* S. *Congregat. in eadem materia.*

Abbates vtentes pretioſiori Baldachino, aut pluſquam tribus vicibus &c. peccant.

398 *Rubricæ directiuæ non obligant ad mortale.*

ADDITIO.

390 Circa vſum Baldachini nonnulla alia notãda ſunt. Et primo, quod Abbates Caſſinenſes, dum pontificaliter celebrant, poſſunt ter in anno erigere Baldachinum, vt declarauit S. Rituum Congregatio 29. *Ianuarij* 1628. Et idem conceſſum fuit Monachis Oliuetanis *die* 17. *Martij* 1629. & pro Monachis Cœleſtinis *die* 30. *Iunij* 1629. In quo attendenda eſt etiam conſuetudo, & præſcriptio, nam ſumus in materia, quæ præſcribi poteſt, & per conſuetudinem ius acquiri.

391 Secundo eſt aduertendum, quod Ceſpedes *de Exempt. Regul. cap.* 13. *dub.* 222. *num.* 2. mouet dubium. An quando iuxta priuilegium Abbates Regulares erigunt Baldachinum, & in Pontificalibus celebrant, poſſit Epiſcopus Baldachinum erigere, & exercere Pontificalia. Et negatiuè reſoluit. Quod etiam tenet Donat. *in præxi* ver. *regul. par.* 2. *tract.* 13. *quæſt.* 76. Quia quod Epiſcopi poſſint in locis exemptis erigere Baldachinum eſt priuilegium, quod eſt odioſum quò ad Regulares ; & ideò debet ſtrictè accipi, vt non ſit pro illis diebus, in quibus Abbates Regulares vti poſſunt. Præſertim quia priuilegium Abbatum eſt abſolutè, nec eſt limitatum, vt non poſſint erigere contradiente Epiſcopo. E contra vero Squillante *de obligat. & priuileg. Epiſcop. par.* 3. *cap.* 32. *num.* 5. ver. *Et affirmatiuè* aſſerit, poſſe erigere etiam illis diebus.

392 Verum conſiderandum exiſtimo. An Epiſcopus erigendo Baldachinum impediat Abbatem, ne erigat : an verò non impediat. Si enim non impedit, non video, quid impedire poſſit, ne erigat, cum inde nullum præiudicium proueniat Abbati. Si verò impedit, exiſtimo, non poſſe erigere. Quia tunc concurrit priuilegium Abbatum cum priuilegio Epiſcopi, quod debet præferri. Primò : Quia priuilegium Abbatum eſt magis ſpeciale, vtpote coarctatum ad tres vices, quod proinde debet præualere, quia priuilegium magis ſpeciale derogat generaliori, etiamſi de ipſo non fiat mentio. *cap.* 1. *de reſcrip.* & *cap. Quamuis* 2. & *cap. Dudum* §. *Nos igitur de præben. in* 6. & notant Dec. *in dict. cap.* 1. Ripa *ibid. num.* 49. Barbatia *num.* 35. Felin. *num.* 3. & cæteri ſcribentes. Et quia priuilegium Abbatum eſt magis ſpeciale, vt notant Decius citat. *in dict. cap.* 1. *num.* 7. Ripa *num.* 65. & 67. Berous *n.* 49. Bald. *in l. hæc conſultiſſima num.* 1. ver. *Tu verò*. C. *Qui teſtam. facere poſ.* Bart. *in Extrau. Ad reprimendam*. ver. *Non obſtantibus num.* 9.

393 Secundò. Quia ſi Abbates impedirentur, priuarentur vſu ſui priuilegij, cum Epiſcopus poſſit alibi erigere, & non impedire Abbates. Vnde cum agatur de damno vitando quò ad Abbates, potentius

tius eſt ipſorum priuilegium iuxta doctrinam Bar. *in authen. quas actiones num.* 3. *C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Dec. *in capit. In præſentia num.* 178. *de probat.* Ferret. *ibid. num.*85. Menoch. *præſumpt.* 189. *n.*124. *lib.*4. Cephal. *conſil.*7. *per totum*, Rouitus *deciſ.*90. *num.* 32. Oddo *de reſt. in integr. quæſt.* 18. *artic.*4. *num.* 33. *par.* 1. Trentacinq. *reſol.* 1. *num.* 6. *de reſcrip. par.* 1. Leo *deciſ. Valent.* 90. *num.*23. Ludouiſ. *deciſ.* 164. *num.* 12. Rota *deciſ.* 114. *num.*3. & *deciſ.* 218. *num.* 6. *par.* 2. *recent.* Accedit etiam, quod decretum concedens Baldachinum, habet clauſulas præſeruatiuas, ibi. *Super præmiſſis quouis modo impedirt, moleſtari &c.* & eſt approbatum à Summo Pontifice Vrbano VIII.

394 Tertiò eſt aduertendum. Quod Ceſpedes *de exemptione regul. cap.* 13. *dub.* 222. *num.* 7. ver. *Oppoſita tamen*, probabile putat, exteros Epiſcopos de conſenſu Diœceſani non poſſe erigere Baldachinum in Eccleſijs Regularium ipſis inuitis, quia hoc eſt priuilegium perſonale, quod non poteſt alteri communicari; quod tenet etiam Donat. *in praxi rer. regul. par.* 2. *tract.* 13. *quæſt.* 75. E contra verò Nouar. *par.* 1. *ſum. Bullar. tit. de Baldachino*, Squillante *de obligat. & priuileg. Epiſcop. par.* 3. *capit.* 32. *num.* 4. partem affirmatiuam tradunt: quia de iure communi poteſt Epiſcopus exercere pontificalia in Eccleſijs Regul. per Clemen. 2. *de priuileg.* ſiquidem tale priuilegium eſt inſertum in corpore Iuris. Vnde cum delegare poſſit, quæ ſibi conueniunt de iure communi, poterit etiam extero Epiſcopo delegare pontificalia in Eccleſijs Regularium. Pontificalia autem trahunt ſecum vſum Baldachini, & proinde cenſebitur incluſus in delegatione pontificalium.

395 Quartò eſt aduertendum. Quod Abbates habentes vſum Baldachini poſſunt illud erigere in Eccleſijs Monialium ſibi ſubiectarum, ijs vicibus, quibus conceditur. Nec poſſunt ab Epiſcopis impediri. Ita Pellizar. de Monialibus *cap.*9. *quæſt.* 21. Ceſpedes *de exempt. Regul. cap.* 13. *dub.* 222. *numer.* 9. Squillan. *de priuileg. & obligat. Epiſcop. par.* 3. *c.*32. *num.*7. Quia declaratio S. Congregat. habet, quod poſſint vti in ſuis proprijs Eccleſijs. Eccleſiæ autem Monialium ſubiectarum ſunt propriæ ipſius, cum ibi habeat iuriſdictionem; vnde non extenditur ius Baldachini extra locum iuriſdictionis.

396 Quinto eſt aduertendum, circa ſolemnem celebrationem Abbatum Regularium extare ſubſequens Decretum S. Rituum Congregat.

Cum Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Dominus Cardinalis Caraffa Archiepiſcopus Neapolitanus Sac. Rituum Congregationi expoſuerit, Monachos Eccleſiæ S. Seuerini Ordinis S. Benedicti in feſto eiuſdem Sancti die 7. *Ianuarij præter ſolitum, & conſuetum in plano eiuſdem Eccleſiæ extra Chorum in cornu Euangelij erexiſſe ſolium cum quinque gradibus, & ſuper illud collocaſſe ſedem pro Abbate eiuſdem Monaſterij cum duobus alijs gradibus, ornatam ſerico villoſo cremeſino cum paſtorali eiuſdem ſerici, cum Baldachino deſuper tela aurea confecto, & ſplendidè ornato, & cum duobus ſcabell's eodem ſerico villoſo cremeſino coopertis hinc inde pro aſſiſtentibus. In qua ſede ſedit Abbas dicti Monaſterij in dicto feſto S. Seuerini, & celebrauit Veſperas, & die ſequenti Miſſam, habens vnum ex ſuis Monachis, qui vicem Magiſtri cæremoniarum gerebat, deferens manibus virgam de auorio contextam, & ſuper altare Crucem, & ſeptem candelabra cum totidem candelis accenſis collocare fecerunt ad Veſperas, & Miſſam. Quæ omnia an Abbati prædicto, & Monachis, cæteriſque ſimilibus Abbatibus aliorum Monachorum, qui in dicta Ciuitate, & Diœceſi Neapolitana habent Eccleſias, & Monaſterium, facere, & vti liceat, idem Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus Dominus Cardinalis Caraffa declarari petijt. Et propoſito huiuſmodi negocio in Congregatione prædicta ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Cardinali Vrſino, cui hæc cauſa commiſſa fuerat, hac die, infraſcripta viſis, & auditis iuribus hinc inde deductis, & audita relatione eiuſdem Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Cardinalis Vrſini.*

Eadem S. Rituum Congregatio à Decreto alias in ſimili cauſa facto in vna Firmana ſub die 28. *Ianuarij* 1606. *non eſſe recedendum cenſuit. Nempe, vt Abbas prædictus Monaſterij S. Seuerini Ordinis S. Benedicti, & cæteri omnes ſimiles Abbates eiuſdem, vel alterius Ordinis in Ciuitate, & Diœceſi Neapolitana, & vbique, quando ſolemniter in proprijs eorum Eccleſijs celebrant, contenti ſint, & eſſe debeant ſiue propria, & conueniente ſede, quæ locata ſit, & eſſe debeat in cornu Euangelij in plano presbyterij, cum duobus tantum gradibus paruis, & ſine vllo ſuppedaneo ſuggeſtu lapideo, vel ligneo, ac ſine Baldachino deſuper, ſed cum poſtergali tantum ex aliquo panno, vel ſerico leui ſiue auro, coloris conuenientis ſolemnitati, quæ celebratur. Nec dicti Abbates, quando celebrant ſolemniter, vt ſupra, habeant duos Diaconos aſſiſtentes, ſed contenti ſint, & eſſe debeant Subdiacono, & Diacono, qui in Miſſa cantaturi erunt Epiſtolam, & Euangelium; & vno Monacho, ſiue Capellano cum pluuiali, qui aſſiſtat ad librum; nec alios miniſtros habeant præter prædictos, niſi aliquos Monachos, ſeu Clericos, & Miniſtros cum cotta, qui Abbatibus prædictis celebrantibus ſolemniter de Mitra, & Baculo, & alijs neceſſarijs miniſtrent, & Altari inſeruiant. Super quo Altare ſex tantum, & non ſeptem candelabra cum totidem candelis, & ſua Cruce locentur; nec Abacus alius, præterquam parua menſa in cornu Epiſtolæ paretur, ſuper qua duo locari poſſint cãdelabra, Mitra, qua Abbas vtetur, Calix, Miſſale, Thuribulum cum nauicula, & alia neceſſaria pro actu celebrationis. Et vt dicti Abbates ſub Mitra vtantur paruo bireto nigro, & non alterius coloris. Et ita cenſuit, & declarauit, & tam à dicto Abbate, & Monachis S. Seuerini Ordinis S. Benedicti, quam alijs omnibus ſimilibus Abbatibus, & Monachis Oliuetanis, vel alterius Ordinis, quando ſolemniter in eorum Eccleſijs celebrant, tam in Ciuitate, & Diœceſi Neapolitana, quam vbique terrarum, ſeruandum eſſe cenſuit, & declarauit die* 18. *Martij* 1617.

397 Verum poſt hoc Decretum emanauerunt aliæ declarationes, de quibus ſupra *num.* 390. Quibus prædictis Abbatibus conceditur vſus Baldachini ter in anno. Circa quod Dubium occurrit, an dicti Abbates peccarent mortaliter, ſi vltra illas tres vices aliqua alia vice vterentur Baldachino, aut cooperirent ſedem panno pretioſiori conceſſo, aut aliquid aliud adhiberent ex ijs, quæ non conceduntur. Et

quidem

Digitized by Google

quidem non eſſe ex natura ſua peccatum, certum exiſtimo, cum non contineat aliquam diſſonantiam ad rectam rationem, ſed potius augeat accidentalia cultus diuini, & ipſius magnificentiam; ſicut etiã contingit, quando ornamenta ſacerdotalia, & altaris valde pretioſa ſunt. Nec ex eo indecens eſſe videtur, quia parificentur Abbates ipſis Epiſcopis: nam etiam parificantur in vſu Mitræ, baculi, &c. quæ ſunt magis propria dignitatis. Et ſi hoc procederet, non debent Abbates, & multominus cæteri ſacerdotes inferiores, ſiue Regulares, ſiue ſæculares vti planetis, pluuialibus, ex pretioſiori materia, quam vtantur Epiſcopi, cum tamen praxis oppoſitum doceat, neque in hoc quiſquam notet aliquam indecentiam, quia huiuſmodi cultus non eſt menſurandus ex perſona, quæ illo vtitur, ſed ex cultu Dei, ad quem ordinatur, atque adeo ex dignitate perſonæ, cui inſeruitur.

398 Itaque non poteſt interuenire peccatum, niſi ratione prohibitionis, quæ tamen non videtur inducere grauem obligationem, vt videntur declarare verba illa Decreti, *ſeruandum cenſuit, & declarauit*. Quæ verba non videntur continere præceptum, ſed ſolum quandam præſcriptionem ritus ſeruandi. Vnde cum ſimus in materia rituali, eodem modo procedendum videtur, ac proceditur in Rubricis. Et ideo, cum Rubricæ directiuæ non obligent ad mortale, vt tradunt Gauant. *in Rubr. Miſſal. par. 3. tit.* 11. Marchin. *de ſacram. ordin. tract. 3. par. 3. cap. 6. num.* 4. Nec etiam in præſenti inducetur obligatio ſub mortali, cum præſcriptio ſit directiua. Si tamen frequenter non ſeruaretur præſens Decretum, poſſent tranſgreſſores in foro externo puniri, nam præferrent quemdam contemptum S. Congregationis, & Rituum præſcriptorum.

Digitized by Google

BVLLA
FOELICIS RECORDATIONIS
CLEMENTIS VIII.

QVAE ORDINARIIS LOCORVM PROHIBET Licentiam concedere, cuiuſcunque Mendicantium Ordini, nouos Conuentus erigendi, niſi vocatis, & auditis aliorum Conuentuum Procuratoribus, & aliis intereſſe habentibus, & cauſa cognita ſine aliorum detrimento commode ſuſtentari poſſe. §. 1. Appellationem etiam ſuſpenſiuam ab eorum ſententiis ad Sedem Apoſt. concedit. §. 2.

399 QVONIAM ad inſtitutam Regularium locorum, & perſonarum reformationem promouendam, & conſeruandam maximè pertinet, vt in quibuſque domibus, & Monaſterijs is tantus numerus Religioſorum, qui commodè ibidem ali poſſit, contineatur, ac eo pariter ſpectat, vt in quibuſque Ciuitatibus, & locis, aliorum domorum, & Monaſteriorum in eis exiſtentium habita ratione, commodè ſuſtentari poſſe dignoſcantur.

1 Hac igitur nos conſideratione ducti, & in præmiſſis pro noſtro Paſtorali munere opportunè prouidere volentes, Motu proprio & ex certa noſtra ſcientia, ac matura deliberatione, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ex voto etiam venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium ſuper Conſtitutionibus, & negotijs Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum, harum ſerie declaramus, locorum Ordinarios non poſſe licentiam ad nouos Conuentus, cuiuſcunque Mendicantium Ordinis, in Ciuitatibus & locis eorum ordinariæ iuriſdictioni ſubiectis erigendos impertiri, niſi vocatis & auditis aliorum in eiſdem Ciuitatibus, & locis exiſtentium Conuentuum Prioribus, ſeu Procuratoribus, & alijs intereſſe habentibus, & cauſa ſeruatis ſeruandis cognita conſtiterit, in eiſdem Ciuitatibus & locis nouas huiuſmodi erigendos Conuentus, ſine aliorum detrimento commodè ſuſtentari poſſe.

2 Si verò ab eorum in huiuſmodi cauſis, & ſententijs ad Nos, & Apoſtolicam Sedem prouocari, & appellari contigerit, ipſos Ordinarios tandiu erectionem nouorum Conuentuum ſuſpendere debere, quouſque à Nobis, & Apoſtolica Sede in eadem cauſa pronunciatum extiterit. Irritum nihilominus, & inane decernentes, quicquid ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

3 Quo circa vniuerſis venerabilibus fratribus noſtris Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & alijs locorum Ordinarijs per præſentes in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus, vt præſentes noſtras litteras obſeruent, & obſeruari curent & faciant.

4 Non obſtan. quibuſuis Apoſtolicis, ac in vniuerſalibus, prouincialibus, & ſynodalibus Concilijs, editis generalibus vel ſpecialibus Conſtitutionibus & ordinationibus, ac quibuſcunque ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, Priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis, eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſsè derogamus. Cæteriſque contrarijs quibuſcunque.

5 Volumus autem vt præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S. Marcum ſub annulo Piſcatoris die 23. Iulij, anno milleſimo ſexcenteſimo tertio, Pontificatus noſtri Anno duodecimo.

Confirmatio, & Ampliatio Conſtitutionis CLE. M. VIII. circa nouorum Conuentuum Regularium erectiones.

GREGORIVS PAPA XV.

400 1 *CVm aliàs ſel. rec. Clemens Papa Octauus decreuerit, Ordinarijs locorum licentiam ad nouos Conuentus cuiuſcunque, præſertim Mendicantium, Ordinis, in Ciuitatibus, & in locis eorum ordinariæ iuriſdictioni ſubiectis erigendos, impartiri non poſſe, niſi vocatis, & auditis aliorum in eiſdem Ciuitatibus, & locis exiſtentium Conuentuum Prioribus, ſeu Procuratoribus, & alijs intereſſe habentibus, & cauſa ſeruatis ſeruandis cognita, in eiſdem Ciuitatibus & locis nouos huiuſmodi erigendi Conuentus, ſine aliorum detrimento, commodè ſuſtentari poſſe conſtiterit. Si verò ab eorum ſententijs ad Sedem Apoſtolicam prouocari, & appellari contigerit, ipſos Ordinarios tandiù erectionem nouorum Conuentuum ſuſpendere debere, quamdiù à dicta Sede in ea cauſa pronunciatum extiterit, ac aliàs prout in decreto huiuſmodi pleniùs continetur.*

2 *Verùm per piæ mem. Paulum Papam Quintum accepto, pleroſque ex Ordinarijs prædictis, fauore, vel nimia expoſcentium importunitate ad nouos Conuentus, ſeu Domus, præter, & contra tenorem prædicti decreti erigendos, plerumque adduci: quo fit, vt, non habita debita eleemoſynarum, ſeù reddituum cuiuſcumque Monaſterij, Conuentus, ſeù Domus ratione, Monachi, ſeu Fratres aut Religioſi ibi degentes, manuteneri nequeant, & ad tam exiguum numerum reducantur, vt cultus diuinus in eorum Eccleſijs deſtituatur, ibique regularis diſciplina, vt conuenit, conſeruari non valeat. Sacra Congregatio Illuſtriſſimorum DD. Cardinalium negotijs Regularium præpoſitorum, ad quos idem P. Papa V. negotium huiuſmodi reiecerat, tot incommodis obuiam ire, eiſque aliquod opportunum remedium adhibere cupiens, Decreti huiuſmodi veriores, ac totos tenores præſentibus, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, pro plene & ſufficienter expreſſis habens, viuæ vocis oraculo à S. D. N. Gregorio Papa XV. habito, decretum prædictum, quatenus opus ſit, innouat & in vſum reducit.*

3 *Volens, quòd de cætero Monaſterium, Conuentus, Domus, Congregatio, vel Societas Religioſorum, ſeu Regularium cuiuſcunque, etiam Mendicantium, Ordinis, Societatis, & Inſtituti, quocunque nomine nuncupentur, etiamſi de illis particularis, expreſſa, & ſpecifica mentio habenda eſſet, in quacunque Ciuitate, vel Oppido, ſeu quocumque alio loco non erigantur, niſi in eo ſaltem duodecim Fratres, aut Monachi, ſeù Religioſi inhabitare, ac ex redditibus, & conſuetis eleemoſynis ſuſtentari valeant, ac Priores, ſeu Procuratores aliorum Monaſteriorum, Conuentuum, ſeu Domorum, aliarum Religionum, vel Congregationum, aut Societatum, ſeu Inſtitutionum huiuſmodi, non ſolùm in prædictis, ſed etiam in alijs per quatuor millia paſſuum circuntuicinis locis, ad id vocati, & auditi fuerint, ac tali erectioni conſenſerint, vel aliàs Ordinarijs locorum conſtiterit, Religioſos Monaſterij, Conuentus, ſeù Domus regularis ſic erigendi, ſeu erigendæ, abſque detrimento Religioſorum in Monaſterijs, ſeu Domibus anteà in Ciuitatibus, ſeu locis huiuſmodi erectis degentium ibi in numero duodecim commodè, & congruè manuteneri, & ali poſſe. Si verò noui Conuentus, Domus, Congregatio, vel Societas huiuſmodi inſtituendæ erunt, nullique alij Regulares inibi reperiantur, Ordinarij locorum nihilominus diligenter inquirant, ac locorum incolæ, & habitatores, quorum & conſenſum requirant, ac adhibeant, huiuſmodi duodecim Religioſos in Conuentibus, vt præmittitur, inſtituendis, commodè alere, & manutenere valeant.*

4 *Si verò à decreto, ſeu decretis per Ordinarios prædictos in cauſis huiuſmodi ferendis legitimè applelari contigerit, ex nunc prout ex ea die, qua appellatio interponetur, ea ad eamdem Sacram Congregationem vnà cum toto negotio principali denoluta cenſeatur. appellationeque huiuſmodi pendente, nihil innouandum eſſe, irritumque, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernentes, quibuſcunque in contrarium facien. non obſtantibus. Romæ 17. Auguſti, 1622.*

Ant. Card. Saulius.

Reuocatio quarumcumque licentiarum à Prædeceſſoribus Pontificibus, loca Regularia erigendi, non ſeruata forma Conſtit. Clem. VIII. & Decretorum Sedis Apoſtolicæ conceſſarum, quæ nondum effectum ſuum ſortitæ ſunt. Ac prohibitio illa de cætero erigendi abſque licentia Ordinariorum, & ſacris Canon. Concilioque Trident. necnon Clem. Octaui, & Gregorij XV. Conſtitutionibus non ſeruatis: In hac reuocatione ſunt Sacri Canones enunciati Bonifacij Octaui in c. 1. de ſtatu Regul. in 6. & Concil. Trid. cap. 3. & 5. ſeſſ. 25. necnon Clem. Octaui Conſt. 99. in Bull. tom. 3. pag. 146. & Conſt. 41. Greg. XV. prout ſupra.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

401 ROmanus Pontifex, cui Saluator, & Dominus noſter, qui Caritas eſt, & Deus pacis, Vniuerſalis Eccleſiæ credidit Principatum, ea interdum, quæ certis etiam rationabilibus de cauſis, à Sede Apoſtolica conceſſa ſunt, ipſa ſubinde rerum experientia ſuadente, & maioribus ex cauſis, quibus præſertim perſonarum ſub ſuaui Religionis iugo Altiſſimo famulantium paci, & quieti conſulitur, litibuſque ac controuerſijs inter eos obuiam itur, reuocat & immutat, in biſque paſtoralis ſollicitudinis, & prouidentiæ ſuæ ſtudium interponit, prout rerum, & temporum qualitatibus debitè penſatis, conſpicit in Domino ſalubriter expedire.

1 *Cum itaque, ſicut Nobis innotuit, complures licentiæ, ſiue facultates à nonnullis Romanis Pontt. prædeceſſoribus noſtris per diuerſos Ordinum etiam Mendicantium, Congregationum, Societatum, & aliorum regularium Inſtitutorum Superiores, ſeu alios eorum nomine, vbique locorum Monaſteria, Domos, Collegia, Conuentus, & alia loca regularia, quouis nomine nuncupata, ſeruata duntaxat Sacrorum Canonum, & Concilij Tridentini decretorum forma, de ſola Ordinarij licentia, ſeu etiam forſan non ſeruata forma, & abſque licentia huiuſmodi, & contra decreta à Sede Apoſtolica ſuper præmiſſis edita, fundandi, erigendi, & inſtituendi, importunis precibus, ſeu etiam motu proprio, vel aliàs obtentæ & extortæ fuerint: Idcircò Nos, omnes, & quaſcunque licentias, ac facultates huiuſmodi, litteraſq; deſuper tàm ſub plumbo, quàm in huiuſmodi forma Breuis deſuper expeditas, earumque teñ. etiam veriores, & Dat. præſentibus, ac ſi ſpecificè, & ſigillatim exprimerentur, & inſererentur, pro plenè & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, iuſtis de cauſis animum noſtrum mouentibus, Motu proprio, non ad alicuius Nobis ſuper hac oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine omnes, & quaſcunque licentias, & facultates huiuſmodi, litteraſque deſuper tam ſub plumbo, quàm in eadem forma Breuis expeditas, omniaque & ſingula in eis quomodolibet contenta, & expreſſa, etiam quoad erectiones, fundationes, & inſtitutiones Monaſteriorum, Collegiorum, Domorum, Conuentuum, & aliorum regularium locorum huiuſmodi, quæ ſuum nondum ſortitæ ſunt effectum, tenore præſentium perpetuò reuocamus, caſſamus, abrogamus, & annullamus, viribuſque, & effectu prorſus euacuamus.*

2 *Preterea Ordinum etiam Mendicantium, Congregationum, Societatum, & aliorum Inſtitutorum regularium Superioribus quocunque nomine nuncupatis, cæteriſque perſonis ad quos ſpectat, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub priuationis vocis activæ, & paſſivæ, necnon officiorum quorumcumque, ac inhabilitatis ad illa, & alia in futurum obtinen. necnon etiam excommunicationis ipſo facto incurrendis pœnis interdicimus, & prohibemus, ne licentiarum, ſeu facultatum per nos, vt præfertur, reuocatarum, & annullatarum, ſiue alio quouis prætextu vel cauſa, etiam quantumuis priuilegiata, noua Monaſteria, Collegia, Domos, Conuentus, & alia loca regularia huiuſmodi, niſi de expreſſa Ordinariorum licentia, ac ſeruata in omnibus, & per omnia ſacrorum Canonum, & Conc. Trid. necnon conſtitutionibus ſel. rec. Clem. VIII. quæ incipit, Quoniam ad inſtitutam, ſub dat. Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die xxiij. Iulij 1603. ac Decretorum de mandato eiuſdem Clementis, necnon ſim. me. Gregorij XV. Rom. Pont. prædeceſſorum ſuper editorum forma recipere, erigere, fundare, ſeu*

aliàs

aliàs quomodolibet instituere, seu incepta finire, & absoluere audeant seu præsumant.

3 *Decernentes præsentes literas etiam ex eo, quòd causæ propter quas illæ emanarunt, expressè verificatæ, & iustificatæ, aut quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere prætendentes, ad hoc vocati, citati, & auditi non fuerint, neque illis consenserint, vetualias, ex quibuscunque capite, prætextu, colore, ingenio, vel causa de subreptionis vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quouis defectu notari, impugnari, redargui, refringi, retractari, in ius, vel controuersiam vocari, ad terminos iuris reduci, aut contra eas quoduis gratiæ vel iustitiæ remedium impetrari, seu concedi nullatenus posse: sed eas, ac omnia, & singula in eis contenta, semper, & perpetuò valida, firma, & efficacia esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit, inuiolabiliter, & obseruari. Sicque & non aliter per quoscunque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales de latere Legatos, & Nuncios, quauis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere: ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.*

4 *Quocirca Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs locorum Ordinarijs per præsentes committimus & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes litteras, & in eis contenta quæcunque solemniter publicari faciant, illas, & illa ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inuiolabiliter obseruari: contradictores quomodolibet, & rebelles per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis.*

5 *Non obstantibus præmissis, ac regula nostra de iure quæsito non tollendo, & fel. me. Bonifacij Papæ VIII. similiter prædecessoris nostri de vna, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad iudicium non trahatur, alijsque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quoruncumque Ordinum, Congregationum, Societatum, & Institutorum Regularium, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, etiam Mare magnum, vel aliàs quomodolibet nuncupatis, & litteris Apostolicis, illis, eorumque Superioribus, & personis sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusuis derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritan. & alijs decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, & consistorialiter, ac aliàs quomodolibet in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & sæpius innouatis. Quibus omnibus & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, eorum omnium tenoribus præsentibus, pro plenè & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque.*

6 *Volumus autem, quòd præsentes in valuis Basilicarum Sancti Ioannis Lateranensis, & Principis Apostolorum de Vrbe, ac in acie Campi Floræ, vt moris est, affixæ, omnes, quos illæ concernunt, ita arctent, & afficiant, perinde ac si vnicuique personaliter intimatæ fuissent.*

7 *Quodque earumdem præsentium transumptis etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.*

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris, die 28. Augusti 1624. Pontificatus nostri Anno Secundo.

QVÆSTIONES.

402 1 Si Regulares vellent mutare de vno loco ad alium Ciuitatis, an requiratur licentia Ordinariorum.

2 Quid si solummodò vellent ampliare.

3 An supradicta Bulla Clementis VIII. de non concedenda licentia Mendicantibus noua ædificare monasteria, comprehendat hospitia.

Digitized by Google

4 An Episcopus concedere possit licentiam construendi noua Monasteria absque causæ cognitione.

5 An appellatione Conuentuum comprehendatur Congregatio Regularium.

6 Vt construatur monasterium non mendicantium, quantum de iure assignandum sit.

7 An quis cogi possit vendere domum propriam pro conseruanda, vel amplificanda Ecclesia.

8 An Episcopus possit quem cogere ad vendendum suum pro reædificatione Monasterij, vel loci pij, & an pro Claustro, & scholis fabricandis.

9 An Episcopus compellere valeat vicinum ad vendendum Religiosis seruitutem altiùs non tollendi, etiam via publica intermedia.

10 An cogere possit Episcopus vicinos ad vendendum domos pro ampliatione hospitij Religiosorum.

11 An habens domum communem, si mandat in ea construi Ecclesiam, teneatur socius inuitus vendere partem suam.

12 An priuilegium concessum Ecclesiæ, & locis pijs, vt possit cogi vicinus ad vendendum domum pro eorum ampliatione, possit Episcopus extendere etiam ad locationem.

13 An valeat iudex sæcularis arbitrari, an vicinus possit cogi ad vendendum, consideratis circunstantijs ad mouendum arbitrum.

14 An legatum factum Monasterio, vel Ecclesiæ construendæ debeat tradi cum fructibus medij temporis.

15 An si legatum sit factum pro aliquo pio loco construendo, possint exequutores, si bona relicta ab alijs detinentur, auocare à quolibet possessore.

16 An debeatur legatum factum Monasterio, vel alteri pio loco construendo, si adhuc locus ædificij non esset designatus.

17 Monasterium, vel Collegium, si cœptum esset & non perfectum, an habeatur pro perfecto, vt possit capere donationes sibi factas.

18 An construens Monasterium, vel Ecclesiam sine consensu Episcopi, possit deinde facere destrui.

19 Si testator mandat Ecclesiam construi in fundo suo, an censeatur donasse totum fundum Ecclesiæ.

20 An legatum dotis factæ Ecclesiæ construendæ, debeatur statim ante consummationem.

21 An Episcopus possit prorogare tempus à testatore statutum ad constructionem Ecclesiæ.

22 An certus Religiosorum numerus cuicunque Monasterio, Conuentui, ac Domui regulari præfigendus sit.

An si Regulares velint transferre conuentum de loco ad locum, requiratur licentia Ordinarii &c. Quæst. I.

SVMMARIVM.

403 *Regulares non possunt transferre conuentum de loco ad locum sine licentia Ordinarij &c.*

404 *De iure communi requiritur licentia Ordinarij.*

405 *Ratione priuilegiorum transferre possunt.*

406 *Nec obstant Decreta Clementis VIII. Vrbani &c.*

407 *Nec præiudicium, quod alteri conuentui afferre possent.*

408 *Mutatio de loco ad locum non est noua erectio Monasterij.*

409 *Quid si in translatione construatur noua Ecclesia.*

410 *Regulares contra translationem Monasteriorum possunt se tueri priuilegijs, si non seruetur debita distantia.*

403 Ad primum. Resp. Quòd affirmatiua opinio verior videtur: quia mutare, & de nouo construere, æquiparantur in hac materia, ob identitatem rationis, vt mihi probat text. *in cap. 1. de excessib. Prælatorum in 6.* & in *Clem. 3. de pœnis*.

AD-

ADDITIO.

404 Quod pro mutatione Monaſterij requiratur conſenſus Ordinarij, tenent etiam Rodriquez *tom.1.quæſt.Regul.quæſt.23.ar.7.* Portel. verbo *Monaſterij, num.5.* Larrea *deciſ. Granatenſ. 97. par. 2.* Ventriglia *in praxi, adnot. 18.num.25.* Nouar. *in praxi noui iur. Pontif.*tit.*de ædif. Monaſt. concluſ.2. num.2.* Donat.*in praxi* ver. *Reg.tract.1. de Monaſt. ædific. quæſt. 26. num.6.* Cum limitatione autem procedunt Lezana *in ſum. verbo Monaſterium.* Ceſpedes *de exempt. Regular. cap. 1. dub. 7. num.2.* nimirum, vt non poſſit mutari Monaſterium de vno oppido, aut ciuitate ad aliam: intra tamen eamdem ciuitatem mutari poſſit ſine conſenſu Ordinarij, ſi nullum interueniat præiudicium aliorum: ſecus autem, ſi interueniat. Et quidem loquendo de iure communi requiritur conſenſus Epiſcopi, vt conſtat ex cap. *Si quis 16. quæſt.7.*

405 Ratione tamen priuilegiorum poſſunt intra eamdem ciuitatem, ſeu oppidum transferri de vno loco ad alium ſine licentia Epiſcopi, quia ad hoc habent ſufficientem facultatem Regulares communicantes in priuilegijs ex priuilegio Clemen. IV. Ordini Minorum, vt *in Compendio eorum priuileg.* Tit. *Aedificare §.2.* Et Sixti IV. Ordini Prædicatorum apud Confect. *in Bulla 1. eiuſdem Pontif.* & Sixti V. Congregationi S. Benedicti Portugalliæ apud Rodriquez *in ſuo Bullario Conſtit. 21. eiuſdem Pontificis.* Et ita tradunt Miranda *tom.1. Manual. quæſt. 33. ar.2. concluſ. 2.* Idem Rodriquez *tom. 2. quæſt. 49. ar.4.* Portel. *in dub.regular.* verbo *Monaſterium num.7.* Hieronym. Rodriquez *in Compendio reſol.55. num.4.* Diana *par.3. tract.2.de dub. regul. reſol. 136.* Bordonus *deciſ. miſcellan. 125.* ver. *Requiri,* cum limitatione, de qua infra. Antonel. *de regim.Eccleſ. lib.7.cap.1.num.6.*

406 Neque obſtant ſupradicta Decreta Clementis VIII. Gregor. XV. & Vrbani VIII. Quia procedunt de noua erectione, per quam in aliquem locum recipitur de nouo aliqua Religio: vt conſtat ex ratione finali, quæ eſt, ne vna religio inferat cæteris præiudicium in ordine ad ſubſtentationem, dum de nouo recipitur. Et proinde iniungitur Ordinarijs, vt examinent, an ſimul cum cæteris commodè ſubſtentari poſſit. Hæc autem ratio finalis non poteſt accommodari mutationi Monaſterij intra eumdem locum, quia iam illius religioſi ſubſtentabantur ſimul cum cæteris, nec neceſſaria ſunt noua alimenta, cum non introducantur de nouo.

407 Et quamuis alicui religioni, cui appropinquaret, poſſint præiudicium afferre, in quo caſu non poſſe mutare, ait Lezana *num.404. citat.* hoctamen præiudicium eſt per accidens, nec fit diminutio eleemoſynarum in communi, cum non diuidantur in plures religioſos, ſed adhuc in eoſdem; &, ſi ratione mutationis aliqui religioſi amittunt aliquam eleemoſynam, poſſunt etiam alias acquirere ab inhabitantibus in domibus prope locum derelictum; vnde hoc non poterit obſtare mutationi.

408 Neque etiam obſtat Concilium Trident. *ſeſſ.25. cap.3. de reformat.* vbi prohibet ne de cætero, noua Monaſteria erigantur ſine licentia Epiſcopi. Quia quando fit mutatio de loco ad locum, non erigitur de nouo, ſed transfertur erectum, vt notant etiam Rodriquez, & Bordonus citati. Qui benè aduertit, quod ſi non relinqueretur prius Monaſterium, eſſet noua erectio, quia inciperet eſſe nouum monaſterium, quod non erat.

409 Vnde etiam ſi conſtruenda eſſet de nouo Eccleſia in loco, ad quem transfertur Monaſterium, non eſſet neceſſaria licentia Epiſcopi, quamuis oppoſitum videatur ſentire Bordonus citat. Quia, vt modo dicebatur, non eſſet noua Eccleſiæ erectio, ſed tranſlatio prioris; & cum iam Regulares habeant ius ad habendam Eccleſiam in tali loco, non indigent noua licentia. Si tamen reciperent aliquam præexiſtentem Eccleſiam ſubiectam Ordinario, deberent eam recipere de manu ipſius, vt notat etiam Bordon. *citat. deciſ.*

410 Eſt tamen aduertendum. Quod Regulares habentes priuilegium, ne poſſint Monaſteria, Eccleſiæ &c. erigi prope ipſos, niſi vltra certum ſpatium, poterunt dicto priuilegio ſe tueri contra mutantes monaſteria, ſi non ſeruent diſtantiam conceſſam per priuilegium: quia hoc priuilegium nedũ eſt quò ad nouam introductionem religioſorum &c. ſed etiam quò ad præexiſtentes. Quia abſolutè concedit, ne poſſint appropinquare intra talem diſtantiam: & ratio finalis priuilegij, quæ eſt ne ratione vicinitatis aliarum Eccleſiarum patiantur priuilegiati aliquod damnum, militat etiam in mutationibus.

An in ampliatione Conuentus requiratur licentia. Quæſt. II.

SVMMARIVM.

411 *Pro ampliatione conuentus non requiritur ſolemnitas, quæ requiritur in erectione.*
412 *Doctores ita ſentientes.*
413 *Quando ſit prohibita ampliatio conuentus.*

411 Ad ſecundum. Reſp. Licentiam non eſſe neceſſariam. Quia additamentum diiudicatur, ſicut antiquum monaſterium, cui additur. Ita per text. *in cap. fin. de conceſſ. præb. in 6.* & tenet in puncto Roderic. *de quæſt.Regular.tom.2.quæſt.49. art.9.*

Digitized by Google

ADDITIO.

412 Idem quoque sentiunt Suarez *de censur. disput. 23. sect. 5. num. 33.* Tamburin. *de iure Abbat. tom. 3. disp. 5. quæst. 1. num. 9.* Hieronym. Rodriquez *in Compen. resol. 45. num. 10.* Lezana verbo *Monasteria num. 34.* Cespedes *de exempt. reg. cap. 1. dub. 10. num. 3.* Lapus *allegat. 128.* Sylvester ver. *Excommunicatio 9. num. 86.* Ventriglia *in praxi adnot. 18. num. 24.* Donat. *in praxi rer. Regul. tract. 1 quæst. 23. num. 1.* Quia iura requirentia solemnitatem, & licentias, procedunt de erectione Ecclesiarum, & Monasteriorum, non autem de amplificatione iam erectorum.

413 Est tamen aduertendum. Quod si ratione amplificationis inferretur alicui præiudicium, quia scilicet non seruaretur debita distantia concessa per priuilegia, aut alio modo, esset censenda prohibita dicta ampliatio, quia esset ita qualificata, vt excederet facultatem simplicem amplificandi: & ita etiam notant Anton. Thesaur. *in praxi Eccles.* verbo *Religiosas domos cap. 1. in fine*. Ventriglia item *in praxi loco num. præced. cit.* Rursus si aliqua Regularium loca essent incœpta sine solemnitate, de qua in Constit. Clement. VIII. non possent compleri, nisi superueniente dicta solemnitate, cum ita decreuerit Vrbanus VIII. in sua præfata Constit. ibi. *seu cœpta finire, & absoluere audeant*.

An Constitutiones circa erectionem Conuentuum comprehendant hospitia. Quæst. III.

SVMMARIVM.

414 *Constitutiones de fundandis Conuentibus non comprehendunt hospitia.*
Hospitia non veniunt nomine Conuentus.
415 *Doctores huius opinionis.*
416 *Quid requiratur vt hospitia fundari possint sine solemnitatibus iuris.*

414 Ad tertium. Resp. Quod cum hic casus propositus esset in Curia Archiep. Neapolit. fuit resolutus iuxta Bullam Clem. VIII. disponentem non posse Ordinarios licentiam ad nouos Conuentus cuiusque, etiam Mendicantium, Ordinis, in Ciuitatibus, & locis eorum ordinariæ Iurisdictioni subiectis, erigendos impartiri, nisi vocatis, & auditis aliorum in eisdem Ciuitatibus, & locis existentium Conuentuum Prioribus, seu Procuratoribus, & alijs interesse habentibus, & causa, seruatis seruandis, cognita constiterit in eisdem Ciuitatibus, & locis, nouos huiusmodi erigendos Conuentus sine aliorum detrimento commodè sustentari posse, non comprehendere hospitia, ex regula iuris, quod appellatione Monasterij, non venit hospitium, Gallin. *cons. 326. num. 6.* Hartman. *cons. 12. num. 4. & seq.* Hinc est, quod Heremitis Ordinis Camaldulensium, quibus prohibetur Conuentus facere prope Ciuitates, secundum Tap. *in auth. ingressi, in verb. Monasteria cap. 40. C. de sacrosan. Eccles.* permittitur tamen habere prope ciuitates hospitia, quia tunc ibid. considerantur vti viatores, secundum Ias. *in l. plerique, num. 18. ff. de in ius voc.* nec dici possunt ibidem propriè, & verè habitare *l. 1. §. habitare ff. de his, qui deiecer. vel effud. l. pen. §. in factum ff. nautæ, caup. & stabular.* Quare dixit Bald. *in l. ea, quæ in fin. C. quom. & quand. iud.* quem sequitur Ias. *in cit. l. quia plerique*, quod si statutum puniet offendentem aliquem in domo, non comprehendit offendentem in hospitio, sequitur Alciat. *in l. subsignatum num. 4. ff. de verbor. signif.* Alex. *cons. 213. num. 5. vol. 2.* Rub. *cons. 22.* Cancer. *cons. 22. num. 5.* Non obstat, quod Monasterium dicitur omnis Monachorum statio, secundum Panorm. *in c. Monasteria de vit. & honest. Cler.* quem sequitur Ias. *in l. 2 §. mutui datio ff. si cert. pet.* Quia respondetur, procedere de firma habitatione Monachorum, non autem de illa, quæ fit per tranſitum, vt in hoc casu, prout dicit Aloys. Riccius in *prax. rer. for. Ecclesiast. dec. 652. fol. 699.*

ADDITIO.

415 Consentiunt Suarez *disp. 23. de censur. sect. 5. num. 35.* Nauar. *cap. 27. manual. num. 144.* Nouar. latè *de nouo iure Pontif.* Tit. *de ædif. seu Monast. erect. conclus. 2. aliat 11. num. 5.* Anton. Thesaur. *in prax. Eccles.* verbo *Religiosas domos cap. 1. in fine*. Riccius *decis. 139. par. 2.* Lezana verbo *Monasteria regul. num 6.* Cespedes *de exempt. regul. cap. 1. dub. 6. num. 1.* Ventriglia *in praxi adnot. 18. num. 26* Alter Nouar. *in sum. Bullar. par. 1. tit. de ædificat. Monast. num. 11. limit. 7.* Tamburin. *de iure Abbat. tom. 3. disp. 5. quæst. 1. num. 10.* Graf. *in append. lib. 4. cap. 21. num. 9.* Bordon. *in consil. regular. resol. 41. quæst. 2. de secundo casu* Vulpes *in praxi cap. 42. n. 21.* Antonel. *de reg. Eccles. lib. 7. cap. 3. num. 5.*

416 Verum est aduertendum, quod hæc opinio procedit, vt notant Lezana, & Cespedes citati, Donatus

Digitized by Google

natus *in praxi rer. regular. par. 2. tract. 1. de Monaster. ædifican. quæst. 22. num. 5.* id procedere de hospitijs, quæ sunt merè hospitia, ita vt non habeant campanas, nec publicas Ecclesias, nec quærant eleemosynas, nec recipiant eleemosynas pro Missis, nec sacramenta administrent. Alioquin si hæc præstarent inferrent præiudicium cæteris Regularibus, & diuerterent populum ab eorumdem Ecclesijs, & proinde subintraret ratio finalis, quam contemplati sunt Summi Pontifices de vitando præiudicio præexistentium religiosorum, atque adeo essent seruandæ forma, & solemnitates præscriptæ in Pontificijs Constitutionibus.

An Episcopus concedere possit erectionem nouorum Monasteriorum sine causæ cognitione. Quæst. IV.

SVMMARIVM.

417 *Licentia fundandi noua Monasteria requirit causæ cognitionem.*
Constitutio Clemen. VIII. de fundandis Monasterijs induxit formam.
Decretum irritans omnia in oppositum destruit.
418 *Causæ cognitio pro licentia erigendi noua monasteria, an requirat quod audiantur procuratores &c.*
419 *Ordinarij sine assensu aliorum possunt introducere nouas religiones, si alias ipsis constet, quod sine aliorum detrimento, &c.*
420 *Hoc arbitrium non est reuocatum per Constitutionem Vrbani.*
421 *Nulliter procederent, si verè non constaret de commoda subsistentatione sine aliorum præiudicio.*
422 *Ordinarij non possunt extorquere consensum religionum pro noua introducenda, nec religiosi exhiberent nisi saluo fine Constitutionum &c.*
423 *Ordinario vt possit nouam religionem introducere, constare debet quod duodecim subsistentari possint.*
424 *Et quod commode subsistentari possint.*
Aliud poss: subsistentari, & aliud commode.

417 Ad quartum. Resp. Bullæ Clem. VIII. dispositionem, & tenorem adeo inducere formam, & esse de substantia, vt eius omissio vitiet concessionem, vt scribit Gratian. *lib. 3. discept. forensium cap. 527.* Cuius ratio est, quia in dicta Bulla extat clausula decreti irritantis, quæ operatur nullitatem, & omnia in oppositum destruit, Rota *diuers. decis. 24. nu. 5. par. 2.* Menoch. *de recuperand. remed. 16. n. 444.* Gonzal. *ad Reg. 8. Cancell. glos. 67. n. 12. cum seqq.* ita, vt per dictam clausulam etiam inficiatur omnis titulus, & possessio, quæ prætenditur capta: Bisignettus *decis. 1. n. 6. ad med. vers. & esto, quod sufficeret, de restitut. spoliat.* Caputaq. *decis. 17 nu. 1. par. 3.* Gomez *de annali reg. 14. n. 5.* vers. *postremo*, Cassador. *decis. 11. n. 5. super regul.* cum alijs per Soc. *cons. 63. eadem die col. penult. ad fin. n. 9. lib. 3.*

ADDITIO.

418 Occurrit vlterius dubitandum, an pro causæ cognitione requiratur necessariò, quod audiantur Superiores, seu Procuratores aliorum Conuentuum in ordine ad consensum. Affirmant Riccius *decis. 222. par. 4.* Nouar. *in sum. Bull. par. 1. tit de monaster. ædific. num. 5. ampliat. 4.* Peirin. *in addit. ad Constit. Vrbani VIII. cap. 12.* Quia constitutio Clementis VIII. absolutè requirit hanc conuocationem; vnde cum formam præscribat, est omnino seruanda.

419 At non esse necessariam tenent Io. Maria Nouar. *in praxi noui iur. Pont. tit. de ædif. nouas, conclus. 2. alias 11. num. 4.* Cespedes *de regular. exempt. cap. 1. dub. 4. num. 2.* Donat. *in praxi rer. regul. par. 2. tit. 1. de ædifican. Monast. quæst. 27. nu. 2.* Quia Gregor. XV. in Constitutione supra relata addit, quod possunt Ordinarij introducere nouas religiones vel obtento assensu aliorum religiosorum, vel alias, si eis constiterit posse sine aliorum detrimento commodè subsistentari. ibi. *Vel alias Ordinarijs locorum constiterit Religiosos Monasterij, Cœuentus, seu domus Regularis sic erigendi, seu erigendæ, absque detrimento religiosorum in Monasterijs, seu domibus antea in Ciuitatibus, seu locis huiusmodi erectis degentium ibi in numero duodecim commode, & congrue manutenerí, & alí posse.*

420 Quod arbitrium concessum Episcopis non fuit reuocatum per Constitutionem Vrbani VIII. super Monasteriorum erectione, sicut putauit Peirinus *num. 418. citat.* imo fuit confirmatum, siquidem confirmat tam Decretum Clementis VIII. quam Gregorij XV. vt constat ex illis verbis. *Seruata in omnibus, ac per omnia sacrorum Canonum, & Concilij Tridentini, nec non Constitutionis fœlicis record. Clementis VIII. quæ incipit, Quoniam ad institutum sub Datum Romæ apud S. Marcum sub annulo piscatoris die 23. Iulij 1603. ac Decretorum de mandato eiusdem Clemen. necnon fœlicis memor. Gregor. XV. Roman. Pontif. prædecessor nostri.*

421 Cum autem debeat Ordinarijs constare de commoda subsistentatione absque præexistentium detrimento, si verè non constaret, nulliter procederent concedendo erectionem, & grauiter peccarent; nam in re graui violabunt Constitutionem Pontificiam, & poterit à cæteris Regularibus opponi de nullitate, quia non erit seruata præscripta

forma

forma, si reuera non constet. Et proinde, quando præexistentes religiosi ægrè substentantur, facit euidens argumentum, quod de nouo introducendi non poterunt commode substentari absque aliorum detrimento, nam quælibet eleemosynarum diuersio, stante ægra substentatione, erit notabile detrimentum.

422 An autem possit Ordinarius extorquere consensum ab alijs religiosis pro introductione aliorum, aut ipsi Regulares consentire possint, si reuera cognoscant, nouos Regulares sibi detrimento futuros, cedendo iuri suo, & ipsos non posse congruè substentari. Negatiuè resoluendum est. Quia quocunque modo extorqueat, facit in re graui iniuriam Regularibus: & si reuera ipsi non constet, nouos religiosos commodè substentari posse sine aliorum detrimento, violat Constitutiones Pontificias, & nulliter procedit, quia non seruat formam præscriptam. Religiosi verò non possunt consentire; quia finis Pontificiarum Constitutionum est bonum publicum, nempe decor Religionum, & commodum Religionum, cui non possunt renunciare, nec contra ipsum, seu in ipsius præiudicium præstare consensum:

423 Rursus circa formam seruandam pro introductione nouarum Religionum, seu Congregationum, debet Ordinario constare, quod duodecim religiosi commode; & congrue substentari possint, & inhabitare; & proinde, quod possint omnia suppetere, quæ necessaria sunt non solum ad victum, & vestitum, sed etiam ad medicinalia, reparationem, fabricæ, manutentionem Ecclesiæ, & Sacristiæ, & alia omnia, quæ requiruntur pro communitate religiosorum; & quod habeant sufficientem habitationem, aut possint habere cum necessarijs officinis, quia nedum constare debet de substentatione, sed etiam de habitatione; ex illis verbis, *ali, & inhabitare possint*, & ita etiam notat Ventriglia *in praxi adnot. 18. num. 20.*

424 Rursus etiam est aduertendum cum eodem Ventriglia *num. 22.* circa formam seruandam. Quod debet constare Ordinario, quod religiosi de nouo introducendi, ne dum substentari possint, sed etiam commode, & congrue, ex illis verbis Decreti Gregorij XV. *congruè, & commodè manuteneri, & ali*. Aliud enim est, posse substentari, & aliud posse commodè, & congruè, iuxta doctrinam Glos. *in cap. vnic. §. sanè* verbo *penuria*, *de relig. domib.* Abbat. *in cap. postulasti*, *not. 2. de rescrip.* Addit. ad Quaran. *in sum. Bul.* verb. *Benefic. resignat.* ver. *Octaua causa*, & proinde debebit constare quod non solum suppetere possint necessaria, sed etiam cum aliqua abundantia intra terminos status religiosi.

An appellatione Conuentuum comprehendatur Congregatio Regularium. Quæst. V.

SVMMARIVM.

425 *Conuentus appellatione venit Congregatio Regularium.*
426 *Ex Constitutione Gregorij XV.*
427 *Constitutiones de erigendis Conuentibus an comprehendant Congregationes Clericorum sæcularium.*
428 *Non solum ex identitate rationis, sed etiam ratione verborum comprehendunt.*
429 *Comprehenduntur ratione verbi* Religiosorum.
430 *Constitutiones circa erectionem Conuentuum sunt absolutè fauorabiles.*
Debent extendi quantum admittit quælibet verborum significatio.

425 Ad quintum. Resp. Quod sic. ita Gemin: *in c. si Religiosus §. quia verò notab. 3. de elect. in 6.*

ADDITIO.

426 Hoc ipsum constat etiam ex supra inserta Constit. Gregor. XV. ibi. *Volens, quod de cætero Monasterium, Conuentus, Domus, Congregatio, vel Societas Religiosorum, seu Regularium cuiuscunque etiam Mendicantium, Ordinis, Societatis, & Instituti, quocunque nomine nuncupentur, etiamsi de illis particularis, expressa, & specifica mentio habenda esset.*

427 Sed hic oritur graue dubium, an dictæ Constitutiones Clementis, Gregorij, & Vrbani comprehendant Congregationes Clericorum sæcularium. Quam difficultatem late tractaui *quæst. 160. moral. canonicar.* & probaui, quod comprehendant, cum Nouar. *decis. 206.* Riccio *decis. 222. par. 4.* Quibus nunc addo Cespedem *de exempt. regular. cap. 1. dub. 3 num. 1. in fine*, quamuis postea rationes in contrarium afferat, & in fine videatur recedere ab hac sententia. Donatum *in praxi rer. regular. par. 2. tit. 1. de Monaster. ad. fican. quæst. 20. per totam.* Et præcipuum fundamentum ibi attuli, quia etiam hæ Congregationes comprehenduntur sub his dispositionibus, ob identitatem rationis, tanquam comprehensa sub ipsa ratione, & anima legis.

428 Verum ne dum comprehenduntur sub his Constitutionibus ratione identitatis rationis, sed etiam ratione verborum. Nam Decretum Gregorij XV. procedit non solum de Monasterijs, & Conuentibus, sed etiam de Congregationibus religiosorum, seu regularium cuiuscunque Ordinis, Societatis &c. vt constat ex verbis allatis *num. 426.* Verba autem, Congregatio, & Societas, cum omni proprietate congruunt his Congregationibus Clericorum

Digitized by Google

rum ſæcularium; & proinde lex quoque de ipſis loquitur, & habet locum diſpoſitio, *l. ſi ancillas omnes ff. de legat. 1.* & cap. *indemnitatibus §. ſed cum eos de elect. in 6.*

429 Rurſus comprehenduntur Congregationes Clericorum ſæcularium ſub illis verbis, *Religioſorum ſeu regularium*: cum enim Pontifex diſtinguat Regulares à religioſis, non poteſt nomine religioſorum intelligere, niſi illos, qui non ſunt adſtricti aliqua regula, religioſo tamen modo viuunt, vt ſunt Clerici ſæculares viuentes in his Congregationibus.

430 Accedit, quod iſtæ Conſtitutiones, ſeu Decreta emanarunt ex intentione conſeruandi decorem, & ſplendorem religionum, atque earumdem regularem obſeruantiam; quam ſane intentionem clarè exprimunt: & proinde quia regularis obſeruantia facile ruit, niſi religioſi commodè ſubſtententur, ideo Summi Pontifices ſuper hoc prouidere voluerunt; vnde hæc Decreta, & Conſtitutiones tanquam contemplantes principaliter fauorem religionum abſolutè fauorabiles ſunt, iuxta doctrinam Gloſ. *in cap. ſunt cuncti* verbo *alias de elect. in 6.* Fe. lin. *in cap. 1. num. 14.* ver. *Quoties de ſponſalib.* Calderin. *conſil. 14. de verbor. ſignificat.* Bald. *conſil. 439. num. 4.* ver. *ſed dicet aliquis.* Io. Nicolaus *in l. 1. §. generaliter not. 2. num. 22. ff. de leg. præſt.* Bertran. *in l. hac edictali num. 1. & 2. C. de ſecund. nupt.* Rota *deciſ. 457. num. 2. par. 1. diuerſ.* & *deciſion. 53. num. 7. par. 3. recent.* & communiter Doctores *in l. qui exceptione ff. de condit. indeb.* Et proinde debent extendi, quantum admittit quælibet verborum ſignificatio, vt tradunt communiter Doctores, Caſtrenſ. *in l. qui ſe patris. C. vnde liberi*, vbi Bald. & Salycet. Cancer. *variar. reſol. par. 2. cap. 1. num. 186.* Salas *diſp. 21. de legib. ſect. 3.* Suarez *lib. 6. de legib. cap. 2. num. 5.* Merol. *cum alij tom. 2. theol. moral. cap. 9. diſp. 4. dub. 3. num. 20.* atque adeo etiã ad Congregationes Clericorum ſæcularium. Vnde miror, quod Ceſpedes agnouerit tantum in his Decretis, & Conſtitutionibus priuatum fauorem, nec perceperit, quod ſit publicus fauor, dum agitur de manutentione omnium religionum in ſuo ſplendore, & regulari obſeruantia: Et econtra agnoſcat præiudicium Congregationum Clericorum ſæcularium, ſi ſubſint his Decretis, & Conſtitutionibus: cum tamen præiudicium ſupponat ius, nec vti Clerici habeant ius aliquod ad fundandas Congregationes, imo de iure non poſſint fundare ſine licentia Superiorum.

Vt conſtruatur Monaſterium non mendicantium quantum de iure ſit aſſignandum. Quæſt. VI.

SVMMARIVM.

431 *Pro quibus aſſignanda dos pro conſtruendo Monaſterio Mendicantium.*

432 *De iure nouo quid ſufficiat.*

431 Ad ſextum. Reſp. Quod ad conſtruendum Monaſterium tanta dos de iure aſſignari debet, quod in eo eſſe poſſint Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, Cantores, & Lectores, & quod in eo debent hoſpiter tecipi, & iura Epiſcopalia ſolui. text. in terminis *in c. de Monach. de prebendis*, & text. *in c. is, cui eod. tit. in 6.* Menoch. *in conſ. 159. n. 3. & ſeqq.*

ADDITIO.

432 Hoc procedit de iure veteri: nam de iure nouo ſufficit, ſi duodecim religioſi ſubſtentari poſſint, vt conſtat ex allatis Conſtitutionibus, & Decretis. Imo praxis obtinuit, vt cum minori numero fundata ſint Monaſteria. Vnde ſtante Conſtitutione Sanctiſſimi D. N. Papæ Innocentij X. ſuper extinctione Monaſteriorum exiguorum, S. Congregatio ſuper hoc negotio deputata remiſit Monaſteria cum aſſenſu eiuſdem Sanctiſſimi, vbi ſex religioſi ſubſtentari poſſunt.

An quis cogi poſsit vendere propriam domum pro conſeruanda aut amplianda Eccleſia. Quæſt. VII.

SVMMARIVM.

433 *Pro conſtruenda aut amplianda Eccleſia cogitur quis vendere domum propriam.*

Etiam pro habitatione Clericorum, & pro atrio Eccleſiæ.

434 *Fundamentum iuris huius doctrinæ.*

435 *Lex, ſi quis ſepulchrum, ſtrictè accipienda.*

436 *Vicinus non cogitur ad vendendum cum magno detrimento.*

437 *Nobilitas, & antiquitas familiæ præſeruat, ne ratione vicinitatis cogatur vendere ſingulare ædificium.*

438 *Religioſa loca poſteriora inſigni palatio non poſſunt cogere ad vendendum.*

439 *Non poteſt quis cogi ad vendendum ædificium inſigne in ordine ad demoliendum.*

Ad

433 Ad ſeptimum. Reſp. Communis eſt Doctorum concluſio, quod pro Eccleſiæ conſtruenda, vel ampliãda Religionis fauore cogi poſsit quilibet ad vendendum domum ſuam: ita Bald. & Ang. *in l. 1. ff. ſolut. matrim.* Florian. *in l. ſi quis ſepulchrum ff. de Relig. & ſumpt. fun.* Fel. *in c. omnes diſt. 1.* Cepoll. *de ſeruit. vrb. prad. cap. 82. de ſepulchro.* Afflict. *in prob. conſtit. Regni q. 3.* dicens ita fuiſſe deciſum, nempe in fauorem Monaſterij S. Hieronymi: & multi alij, quos refert, ac teſtatur de communi opin.

Amplia 1. ſupradictã communem opinionem non ſolum in ampliatione, & conſtruct. Eccleſ. ſed etiam pro conſtruenda domo prope Eccleſiam, in qua habitet Clericus, qui debet Eccleſ. inſeruire, vt poſſit quis compelli ad vendendum domum ſuam. Ita Paul. de Cittadin. *de iure p. 1. q. 3. n. 174.* Surd. pulchrè *conſ. 62. vol. 1. Amplia ſecundo non ſolum pro ampliat. Eccl. ſed etiam pro atrio ante Eccl. conſtruendo*, cum atrium dicatur pars Eccl. & ſine eo eſſe non debeat, *cap. ſi quis in atrio 17. q. 4. arg. l. quæ tota ff. de rei vendic.* & ita fuit Neap. iudicatum, vt tradit Carol. Tapia pragm. per me mali.

ADDITIO.

434 Hæc communis doctrina fundatur in *l. ſi quis ſepulchrum ff. de relig. & ſumpt. funer.* vbi licet diſponatur de ſepulchro, & via ad ipſum, ex identitate tamen, imo ex maioritate rationis habet locum in Eccleſijs, & Monaſterijs, & ipſorum ampliatione. Et ita notant præter citatos ab auctore Iaſ. *in l. 2. num. 4. ff. ſoluto matrimonio.* Socin. *Reg. vendere rem ſuam num. 8. & 9.* Grammat. *deciſ. 75 num. 1. & 2.* Vincent. de Franch. *deciſ. 227. nu. 5. & 6.* Giurba *deciſ. 86.* Marc. *deciſ. 536.* Molina *de iuſt. & iure diſp. 341. num. 2.* Gaſpar Theſaur. *q. 64 par. 1.* Coſta *de remed. ſubſid. remed. 76. n. 9.* Ceſpedes *de exempt. regular. cap. 1. dub. 19. num. 1.* Rota *in Neapolitana Monaſter. 29. April. 1602. coram Lancellotto.* & *in Romana demolitionis 19. Februar. 1608. coram Manzanedo.*

435 Circa hanc tamen communem doctrinam eſt aduertendum, quod lex illa, *Si quis ſepulchrum ff. de relig. & ſumpt. fun.* in qua fundatur, eſt valde extraordinaria, & exorbitans, vt ibi notat Gloſ. ver. *Sed extra*, vbi & cæteri Doctores: quia nemo cogitur inuitus vendere ſuum. *l. nullum C. de contrahen. empt.* Et proinde ſtrictè, & cum æquitate eſt accipienda, iuxta doctrinam Baldi *in l. 2. num. 10. ver. ſed ideo C. de reſcind. vendit.* Bart. *in l. cum poſtulaſſem num. 1. ff. de damn. inf.* c. Angel. *ibid. init.* Iaſon. *in l. 1. num. 8. ff. de iuriſd. omn. ind.* Aretin. *ſ. actio num. 5. inſtit. de act.* Alban. *ad Bart. in dict. l. 1. num. 8. ff. de iuriſd. omn. iud.* Felin. *in cap. 2. ver. Sed index de offic. iud.* Abbas *num. 8.* Anan. *in fine.* Surd. *de alimen. quæſt. 1. tit. 3. num. 7.* Signorol. *conſil. 100. n. 13.* Quem ſequitur Rota *deciſ. 401. n. 3. & ſequen. par. 3. recent.*

436 Ex qua doctrina infertur, quod non debet cogi vicinus ad vendendum, quando ſoluto iuſto pretio adhuc magnum patitur detrimentum. Quod etiam notarunt Gloſ. *in l. reſcripta* verbo, *non lædat. C. de precib. Imperat. offer.* Alberic. *in dict. l. ſi quis ſepulchrum num. 2. ff. de relig. & ſumpt. fun.* Florian. *num. 4.* Couarruia *lib. 3. variar. reſolut. cap. 14. in fine.* Quod etiam indicat tex. ipſe ibi. *Præſes etiam compellere debet iuſto pretio iter ei præſtari, ita tamen vt index etiam de opportunitate loci proſpiciat, ne vicinus magnum patiatur detrimentum.* Si ergo lex vult proſpici de opportunitate loci, ne vicinus patiatur graue detrimentum, vult certè procedi in hoc cum magna æquitate; & proinde diſpoſitionem non habere locum, quando ex venditione graue prouenit detrimentum. Nam cum hoc detrimentum non compenſetur, quia exhibetur ſolum iuſtum pretium domus, eſſet contra iuſtitiam vicinum tali detrimento efficere.

437 Ex quibus deducit Rota dicta *deciſ.* quod concurrente inſigni, & extraordinariã nobilitate, familiæ, antiquitate, & ſingularitate ædificij, poſteriotate habitationis eorum, qui prætendunt cogi dominos ad venditionem, & quod poſſint aliundè ſibi prouidere de ſitu, quamuis cum aliquo incommodo pro Eccleſia, aut Monaſterio &c. non eſſe cogendos dominos ad venditionem.

438 Et iuxta hanc doctrinam Rotæ videtur, poſſe inferri, quod quando religioſa loca ſunt poſteriora aliquo inſigni palatio pertinente ad aliquam familiam, non poſſit dominus cogi ad venditionem, quia eſſet nimis durum priuari tali dubitatione præſertim antiqua, cum tales habitationes multum conferant ad ſplendorem familiæ, vt notant Tiraquel. *de nobilit. cap. 37. num. 23.* Garzias *item de nobilit. gloſ. 18. num. 28.* Ottalora. *tract. eod. capit. 4. & ſequent. par. 2.* Et aliàs qui erigunt loca religioſa debuiſſent prænidere, an habeant ſitum capacem abſque tali ædificio vicino; & ſibi ante erectionem proſpicere: alioquin fraudibus via pateret. quod etiam fuit ponderatum in Neapolitana Monaſterij 28. *Nouemb. 1601.* & 29. *April. 1602. coram Lancellotto.*

439 Et hoc mihi videtur ampliandum, vt non habeat locum diſpoſitio *l. ſi quis ſepulchrum*, quando ædificium vendendum, eſſet inſigne, & eſſet demoliendum. Nam cum talia ædificia conferant multum ad ſplendorem Ciuitatis, eſſet contra vtilitatem publicam ea demoliri, quæ tamen priuatæ præferenda eſt. cap. *licet* ver. *illa ſemper, de regul.* & cap. *ſuas 7. quæſt. 5.* & *l. 2. ff. de his qui ſunt ſu. vel al. iur.* & *l. vnica S. fin. C. de caducit. tollen.* Imo talia ædificia ſunt æquè priuilegiata, ac religioſa, ſiquidem per *Conſtit. Gregor. XIII. ſuper iure congrui. S. et ſi quis*, coguntur vicini ad vendendas ſuas domos pro ipſorum ædificatione, vnde in tali caſu conquaſſarentur priuilegia, & poſſidens vinceret.

Epiſco-

Episcopus an possit cogere ad venditionem pro ædificatione Monasterij, loci pij, scholarum &c. Quæst. VIII.

SVMMARIVM.

440 *Episcopus potest cogere ad vendendum pro ædificatione Monasterij loci pij, scholarum &c.*
441 *An quis possit cogi ad vendendam propriam domum pro ampliatione viridarij Monasterij. Vendita domo venit etiam viridarium.*

440 Ad octauum. Resp. Quòd sic. Ita tenent Franc. Marc, *decis.* 536. *par.* 1. Giurb. *decis.* 86. Gaspar Thesl. *quæst.* 64. *par.* 1. Costa *de remed. subsidiarijs cap.* 65. & quod quis cogatur etiam vendere pro claustro, & scholis fabricandis, tenet idem Marc. *decis.* 534. *num.* 5. *par.* 1. & Crot. *cons.* 3. *n.* 19. Cost. *de remed. subsidiar. remed.* 76 *n.* 9. Molin. *disp.* 341. *num.* 3. & pro dormitorio extendendo Socc. *regu.* 435. *Fallen.* 8. Crot. *d. cons.* 3. *num.* 17. Gramm. *decis.* 75. Ball. *pragm.* 1. *num.* 4. & pro Monasterij viridario, eiusdemque viridarij ampliatione, Cost. *de remed.* 76. *n.* 9. Mar. Ant. Macer. *lib.* 1. *resol.* 112. *cas.* 29. Cepol. *in tract. de seruit. in rubr. de sepul. c.* 82. *num.* 5. Guliel. *in c. Rainutius*, in verb. *domum*, *n.* 27. *de test.* Limitatur tamen hæc conclusio, quando ampliatio petitur ad complacendum alijs, non pro cultu diuino: tunc enim non debet quis cõpelli ad vendendum, Guido Papæ *decis.* 411. Vincent. de Franchis *decis.* 223. quod non videtur procedere in dubio, & Bald. *in l. altius C. de seruit.* Cepol. *loc. cit. rub. de fenest.*

ADDITIO.

441 Addit Maceratens. dicto *casu* 29. *resol.* 112. *lib.* 1. Quod potest quis cogi ad vendendam propriã domum etiam pro ampliatione viridarij, quia idem iudicandum est de viridario, quod de ipso Monasterio, ob connexionem: vt proinde vendita domo veniat etiam viridarium, vt notat Ias. *in l. Beneficium, num.* 14. *ff. de constit. princip.* Quod verum existimo, si agatur de religiosis, aut Monialibus, cum his non minus sit necessariũ viridarium, quàm commoda habitatio, & sit pars Monasterij gaudens priuilegio clausuræ, & immunitatis. Idem etiam tradit Costa *de remed. subsid. remed.* 76. *num.* 9.

An Episcopus compellere possit vicinos, vt vendant Religiosis seruitutem non attolendi altius ædificium. Quæst. IX.

SVMMARIVM.

442 *Vicinus cogi potest ad vendendum religiosis seruitutem non attollendi altius ædificium, etiam interiacente via publica.*
443 *Vt locum habeat coactio, requiritur indigentia religiosorum.*
Cogi potest vicinus ad vendendam seruitutem solum secundum mensuram priuilegij.

442 Ad nonum. Resp. Quòd sic, dummodo Ecclesia pro se petat, non vt alijs complaceat. Franc. *decis.* 223. *n.* 4. *n.* 5. & 7. Pallel. *in l. altius n.* 19. *C. de seruitut.* & Riccius *decis.* 138. *par.* 1.

ADDITIO.

443 Idem etiam tenet Ball. *in prag.* 1. *num.* 10. Vincent. de Franch. *decis.* 223. *per totam*. Gomez *in l.* 46. Tauri. *num.* 9. Mascar. *concl.* 621. *num.* 9. Hermosil. *glos.* 1. *num.* 44. & *seqq. l.* 3. *tit.* 5. *par.* 5. Giurba *decis.* 86. *num.* 8. Sed est aduertendum. Quod vt quis cogi possit ad vendendum seruitutem altius non tollendi, oportet quod id fiat ad vitandum aliquod damnum Ecclesiæ, seu Monasterio, quale esset diminutio luminis, aëris salubris, si inhabitantes Monasterium inspicerentur, aut in viridario inspicerentur, aut quid simile, vt notat Crot. *consil.* 3. *num.* 20. Alioquin secluſa indigentia talis seruitutis, præsumeretur prætendi ad alterius instantiam interesse habentis. Et ratio est, quia vicinus solum cogi potest ad vendendum talem seruitutem, quia Ecclesia, & Monasteria sunt loca priuilegiata: & proinde cogi potest solum secundum mensuram priuilegij. *l. Si quis sepulchrum. ff. de relig. & sumpt. fun.* hoc autem priuilegium habet locum solum suppositâ indigentia, vt constat ex textu. Est tamen verum, quod si adesset indigentia Ecclesiæ, aut Monasterij, quamuis tertius haberet interesse in tali seruitute, posset ad huc cogi ad venditionem, etiamsi Ecclesia officium iudicis imploraret, ad complacendum illi tertio, nam adhuc interueniret vtilitas Ecclesiæ.

An.

Digitized by Google

An Episcopus possit cogere ad vendendum domum pro ampliatione hospitii. Quæst. X.

SVMMARIVM.

444 *Episcopus non potest cogere ad vendendum domum pro ampliatione hospitij.*

445 *Probabile est oppositum.*

444 Ad decimum. Resp. Quòd non, quia priuilegium Ecclesiæ concessum cogendi vicinos ad vendendum Ecclesijs non extenditur ad Hospitia. Ricc. *d. decis.* qui allegat alios Authores.

ADDITIO.

445 Quamuis Riccius *citat.* ab Auctore asserat, sic fuisse resolutum in Curia Archiepisc. Neapol. attamen plures rationes in contrarium affert, nec eas dissoluit. & Auctores, quos allegat, non allegat pro hoc puncto. Et proinde probabilius puto, etiam pro ampliatione hospitij posse cogi vicinum ad vendendum domum, nam etiam hospitia religiosorum sunt loca religiosa, & Ecclesiastica. cap. *Ad hæc*. & cap. *de Xenodochijs. de religiosis domib.* Vnde habet locum in ipsis ratio, ob quam dispositio *l. Si quis sepulchrum. ff de relig. & sumpt. fun.* extenditur ad Ecclesias, monasteria & alia loca huiusmodi.

Mandante socio construi Ecclesiam in domo communi, tenetur alter socius vendere suam partem. Quæst. XI.

SVMMARIVM.

446 *Si socius mandet in domo communi construi Ecclesiam, tenetur alter socius vendere suam partem.*

Legata libertate seruo communi, tenetur alter vendere suam partem.

447 *Non potest quis in re communi inuito socio fabricare.*

Priuilegium l. Si quis Sepulchrum. *conuenit tantum cum existentibus.*

Constitutio iuris congrui Gregor. XIII. non habet locum, nisi in ædificijs inchoatis.

Non cogitur quis vendere domum pro ædificanda Ecclesia.

446 Ad vndecimum. Resp. Quòd sic, nam Ecclesia æquiparatur libertati: & ratio, quia qui est in libertate, viget in Ecclesia, *c. cum dilecta de confir. vtil. vel inutil.* quod comprobatur ex notabili doctrina Bal. *in l. 1. C. de com. ser. manu.* vbi fauore libertatis, si lego libertatem seruo communi mihi cum Titio, tenetur Titius vendere partem inuitus, & *ibi* dicit Bal. idem esse in Ecclesia construenda, Vasq. *de succes. primogen. lib. 3. §. 29. n. 4. & seq.*

ADDITIO.

447 Resolutio Auctoris patitur difficultatem, quia de iure communi non potest quis inuito socio in re communi fabricare *l. Parietem ff. de seruit. vrban. prædior.* vbi Angelus, Bald. & cæteri Doctores. Alberic. *in l. Altius* ver. *Sed quid si laboret C. de seruit. & aequ.* Natta *consil. 215. num. 7.* Surd. *consil. 387. num. 11.* Cæpolla *de seruit. vrban. præd. cap. 36.* Tit. *Ne lumin. offic. num. 10.* ver. *Septimo quæro*. Nec potest habere locum priuilegium *l. Si quis sepulchrum C. de relig. & sump. fun.* Quia conceditur solum sepulchro iam existenti, & proinde per extensionem Ecclesiæ, Monasterio, & cæteris locis religiosis iam existentibus: Ecclesia autem, quæ non existit, non potest gaudere priuilegijs concessis Ecclesiæ. Vnde dicta resolutio ad summum locum habere potest, si Ecclesia, aut locus alius religiosus esset inchoatus: sicut etiam Bulla iuris congrui Gregorij XIII. non habet locum nisi inchoato iam ædificio, vt obseruat Rota *coram Merlino decis. 537. num. 15.* Vnde neque quis cogi potest domum vendere, vt Ecclesia ædificetur, vt notant Anton. Gomez *in l. 70. Tauri num. 27.* ver. *Ex quo*. Hermosil. *glos. 1. l. 3. tit. 5. par. 5.*

An

Digitized by Google

An priuilegium cogendi vicinum ad vendendum pro ampliatione Eccleſiæ extendatur etiam ad locationem. Quæſtio XII.

SVMMARIVM.

448 *Priuilegium cogendi ad vendendum pro ampliatione Eccleſiæ non extenditur ad locationem.*
449 *Valet de locatione ad modicum tempus tantum.*
Locatio ad longum tempus æquiparatur alienationi, & transfert vtile dominium.
Diſpoſitum de alienatione cenſetur diſpoſitum etiam de locatione ad longum tempus.
Fit extenſio de alienatione ad locationem ad longum tempus, etiam in exorbitantibus, & correctorijs, & econtra.

448 Ad duodecimum. Reſp. Quòd licet prima facie videatur dicendum, quòd ſic, cum hoc ſit in fauorem, & priuilegium Eccleſiæ, vt pro ampliatione Eccleſiæ poſſint cogi vicini ad vendendum, & debeat extendi etiam ad locationem, argum. text. *in l. quidam ff. de lib. & poſth.* maximè cùm apud ſacros Canones alienatio, & locatio pari paſſu ambulent, vt ſentit Rota in *vna Nouarienſi bonorum* 8. *Martij* 1593. *coram Penia*; Nihilominus contrarium eſt dicendum, quia iura dederunt hoc priuilegium alienationi tantùm, vt patet *in l. ſi quis ſepulchrum ff. de relig. & ſumpt. funer.* & ex latè traditis per Gram. *in deciſ.* 76. Nec obſtant contraria, præſertim illud de locatione, quòd æquiparatur alienationi, & tunc locando dicitur quis alienare, *l. ſi quis ante, ff. de acquirend. poſſ.* & ex ea transfertur poſſeſſio, & vtile dominium Gloſ. *in l.* 3. *§. ex contraria via, ff. eod. tit.* Secundò, quia locatio ad modicum tempus dominium non mutat. Maſtrill. *deciſ.*4. Item quia prohibitus alienare, non cenſetur prohibitus locare ad modicum tempus, quia locatio ad modicum tempus non dicitur alienatio, vt per Iaſ. *in l. manumiſſiones lib. de Iuſt. & iure*.

ADDITIO.

449 Idem etiam tenent Riccius *deciſ.*10. *par.* 1. Hermoſil. *Gloſ.*1. *num.*40 *l.*3. *tit.* 5. *par.* 5. Verum ad ſummum locum habere poteſt in locatione ad modicum tempus, de qua ſola procedit deciſio Riccij; non autem in locatione ad longum tempus: quia cum locatio ad longum tempus æquiparetur alienationi *l. Si quis ante, ff. de acquir. poſſeſſ.* & per ipſam transferatur poſſeſſio, & vtile dominium, per eumdem tex. & notant communiter Doctores gloſ. *in l.*3. §. *Ex contraria via. ff. de acquir. poſſeſſ.* Bald. *conſil.* 325. *num.* 4. Alexan. *conſil.* 25. *num.* 1. Tiraquel. *de retr. §.*1. *gloſ.* 14. *num.* 79. Et proinde diſpoſitum de alienatione cenſendum eſt diſpoſitum etiam de locatione ad longum tempus; nam in æquiparatis diſpoſitum de vno cenſetur etiam diſpoſitum de alio *l.* 1. *ff. de legat.* 1. & communiter cum gloſ. *in c. ip. Si poſtquam. §. fin. de elect. in* 6. ita vt fiat extenſio de vno ad aliud etiam in exorbitantibus, & correctorijs, vt tradunt Abbas *conſ.*75. *num.*6. ver. *Præterea lib.*1. Pariſ. *Conſil.*22. *num.*42. *lib.*2. Honded. *conſil.*75. *num.*25. *lib.*1. Barbatia *conſ.*26. *per tot. lib.* 3. Gabr. *conſil.* 21. *num.* 38. *lib.* 1. Oſaſch. *deciſ. Pedemon.*94. *num.* 20. Villaſ. *Rubr. de extenſ. leg. correct. & pœn. ſimul. num.*64. Imo Sperel. *deciſ* 58. *num.*25. id tenet etiam de locatione ad breue tempus.

An iudex ſæcularis poſſit arbitrari, an vicinus cogi poſſit ad vendendum. Quæſt. XIII.

SVMMARIVM.

450 *Arbitrium iudicis debet eſſe iuri conforme.*
Arbitrium officialium quale debeat eſſe.
Derogare legibus, & communi opinioni fauorabilibus religioni, non eſt in poteſtate iudicis laici.
451 *Iudex habet arbitrium ad iudicandum ſecundum æquitatem circa coactionem venditionis ad fauorem Eccleſiæ.*

450 Ad decimumtertium. Reſp. Iudicem ſæcularem nullum habere arbitrium in proferenda ſententia, moderando Leges, vel Canones, aut contra communes Doctorum opiniones pronunciando in præiudicium Religionis: arbitrium enim iudicis debet eſſe iuri conſonum *c. nunc autem*, vbi declarat Præpoſ. *diſt.*21. Bellam. *deciſ* 452. nec poteſt aliter arbitrari, quam iura, & ſcribentium authoritas ſuadeant. Bellam. *deciſ.* 748. Gabriel. *conſ.* 36. *num.* 52

vol.1.verſ.hoc autem arbitrium, & *in conſ.14.n.8. vol.1.* Gandin. *in tit. de quæſt. & tormen, num.41. verſ.nam ſecundum iura.* Marſ. *in pract. crimin.in §. diligenter num. 25.* & *in ſingul. 397.* incip. *Arbitrium,* Menoch. *de arbitr. lib.1. quæſt.9.n.3. & ſeq.* & *quæſt.77. n.1.* Matthæus Gribaldus *in 1. tomo commun. opin.in ſuis regulis, in reg. incipien. Arbitrium Iudicis,* Alber. *in 3. par. ſtatutorum q.32. Item quero n.2.* vbi, quòd licet Iudex habeat arbitrium, tamen debet ſeruare ius commune: nam arbitrium, quod conceditur Officialibus, debet ſemper reduci, atque reſtringi ad ius commune, niſi quo ad modum procedendi, & circa aliqua leuia: & ita dicit eſſe communem opinionem. quem citat, & ſequitur Clar. *in §. final. q.31. verſ. arbitrio,* & dicunt Cataldin. *in tract. de ſyndicatu q.109.* & Amedeus *in eod. tract. n.145.* quòd in caſu contrarij tenentur Iudices in ſyndicatu; & ſcribit de hoc Bertazolus *in conſ.306. n.2. & conſ.332. n.7. vol.2.* ſed derogare legibus, & communi opinioni ad fauorem Religionis, non eſt poteſtatis ſæcularis cap. *Eccleſia S. Mariæ, de conſtit.* & ibi notatur per DD. Quare nullo modo poſſet Iudex ſæcularis, iuxta opin. Couar. in præſenti caſu arbitrari, an poſſit vicinus cogi ad vendendum, conſideratis circunſtantijs ad mouendum arbitrium, ſed ſecundum Doctorum ſententiam, & conſuetudinem iudicandi, ſententiam proferre.

ADDITIO.

451 Oppoſitum eſt tenendum. Quia cum totum hoc priuilegium fundetur in *dicta l. Si quis ſepulchrum. ff. de relig. & ſump. fun.* quæ eſt valde exorbitans, debet accipi cum magna æquitate; vt dictum eſt *num.435.* & ideo relinquitur iudici arbitrium ad iudicandum ſecundum æquitatem, habita ratione circumſtantiarum. Quod etiam indicatur dict. *l. ſi quis ſepulchrum. §. Præſes.* alioquin contingere poſſet, quod quis magnum detrimentum pateretur ex cauſa aliquando non neceſſaria contra omnem æquitatem. Et proinde ita ſentiunt Couarruu. *lib.3. Variar.c.14. in fine.* Guzman *de euiction. quæſt.56. num,56.* Theſaur. *quæſt. forenſ. 64. num.9. lib.1.* Morla *in Empor. iur. par.1. tit. 9. de contraben. empt. quæſt.1. num.7.* ver. *In qua re.* Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.5. gloſ. 1. §.2. num.120.* Giurba *deciſ. 86. num. 10.* Gratian. *Diſcep. forenſ. cap. 741. num.25.* Hermoſil. *gloſ. 1. l.3. tit. 5. par. 5.* Antonel. *de reg. Eccleſ. lib.1. cap.2. num.3.* Rota *deciſ.402. num.3. & ſequent. par.3. Recent.*

An Legatum pro Monaſterio, aut Eccleſia conſtruenda tradi debeat cum fructibus medij temporis. Quæſt. XIV.

SVMMARIVM.

452 *Legatum debetur cum fructibus medijs temporis.*
453 *Secus ſi dies appoſitus Legato reſoluatur in conditionem.*
Legatum conditionatum non debetur, niſi purificata conditione.
Dies appoſitus quando faciat Legatum conditionatum.

452 Ad decimumquartum, Reſp. Quòd ſic, per tex. *in l. ſi ita relictum §. Pegaſus. ff. de leg.2.* vbi dicitur, quòd ſi relinquitur prædium in certum diem, puta poſt decem annos, vel cum legatarius erit pubes, debetur prædium cum fructibus medij temporis, ſi dies fuit appoſita fauore legatarij, non hæredis: ſed in caſu Eccleſiæ conſtruendæ apponitur dies fauore Eccleſiæ, quia ſi fuiſſet conſtructa tempore teſtamenti, teſtator reliquiſſet de præſenti, non in diem. facit tex. *in c. Nos quidem, de teſt.* vbi debetur relictum Eccleſiæ conſtruendæ ſine diminutione. Ita tradit Card. Zabar. & Abb. *in d.c. Nos quidem.*

ADDITIO.

453 Præſens doctrina habet locum, ſi dies appoſitus legato non reſoluatur in conditionem. Quia ſicuti ex legato conditionali non agitur, niſi purificata conditione *l. ſi ſcriptum §. fin. ff. de legat.2.* Ita non incipit deberi, niſi quando purificatur conditio *l. ſi poſt* & *l. ſi dies ff. Quando dies leg. ced.* & notat Peregr. *de fideicom.ar.22. num.69.* atque adeo nec debentur fructus intermedij. Vnde diligenter ſunt conſideranda verba teſtamenti, & videndum, an dies ſit appoſitus ſubſtantiæ legati, an verò præſtationi. Quia ſi eſt appoſitus ſubſtantiæ, facit, quod legatum ſit conditionale. Si verò ſit appoſitus præſtationi, tunc relinquit legatum purum, & ſolum ſuſpendit præſtationem, ſeu exequutionem, iuxta doctrinam Boerij *deciſ.38. n.28.* Surd. *conſil.268. n.55. & 61.* Aretin. *conſil.93. n.10.* Rota *deciſ.203. n.2. & ſeq. par.2. diuer.* & *deciſ.233. num.1. par.3. Recent.* Si autem legatum eſt purum ſecundum ſubſtantiam, debetur ſtatim à morte teſtatoris, & proinde fructificat legatario.

An

An exequutores possint auocare bona à quocunque possessore pro legato in pium locum construendum. Quæst. XV.

SVMMARIVM.

454 *Exequutores possunt auocare bona à quocunque possessore pro legato ad construendum locum pium.*

455 *Exequutores habent actionem in ordine ad ea, quæ concernunt vltimas voluntates.*

454 Ad decimum quintum. Resp. Quod sic, secundum Angel. *in cons.* 129. incipien. bona dicti testatoris, vbi ait, quod si est factum legatum omnium bonorum Hospitali construendo, possunt exequutores, si bona relicta, ab alijs detinentur, intentatis actionibus competentibus, auocare à quolibet possessore, iuxta *l. si quis ad declinandum*, & *l. nulli C. de Episcopis, & Cler.* & *l. si quis sepulchrum §. funeris ff. de relig. & sumpt. fun.* cum alijs. & de legato facto Ecclesiæ construendæ multa vtilia scripsit Gratianus *discep. forens. tom. 2. cap. 358.* ad quem te remitto.

ADDITIO.

455 Idem desumitur ex *l. Lucius §. 1. ff. ad Trebell.* vbi etiam Doctores, & *l. si quis Titio ff. de legat. 2.* vbi Glos. & cap. *Ioannes de testam.* vbi Doctores. Speculator *lib. 2. par. 2. tit. de instrumen. edit. §. nunc verò num. 16.* Io. Iacob. à Canib. *de exequut. vlt. volunt. par. 2. §. Consult. num. 9.* Alexand. *consil. 170. num. 2. lib. 2.* Surd. *de alimentis, tit. 8. priuileg. 32.* Valasc. *consult. 68. num. 6.* Gratian. *discept. forens. cap. 329. num. 3.* Gregor. Lopez *glos. 1. in l. 4. tit. 10. par. 6.* Anton. Lar. *in l. si quis à liberis §. vtrum num. 36. ff. de liber. agnosc.* Paz *tom. 3. præc. cap. 4. §. 1. num. 46.* Carpius *de exequut. testam. lib. 3. cap. 8. num. 4.* Nam exequutores testamentarij per dictos tex. habent actionem in ordine ad ea, quæ concernunt vltimas voluntates quo ad causas pias.

An debeatur legatum pro Monasterio &c. construendo, si nondum sit locus designatus. Quæst. XVI.

SVMMARIVM.

456 *Legatum pro Monasterio ædificando debetur, licet nondum loco assignato.*

457 *Legata pia non fiunt caduca: Conuertuntur in alium vsus pium, quando non possunt in destinatum: Finis ipsorum, et principalis legatarius semper permanent.*

456 Ad decimum sextum. Resp. Fauore vltimæ voluntatis & piæ causæ non efficitur caducum. Glos. commun. approbata *in c. 3. in verbo, in loco, de testam.* & post alios Couarr. *ibidem cap. 3. num. 12.*

ADDITIO.

457 Generaliter Legata ad pias causas non fiunt caduca, iuxta doctrinam Bart. *in l. Pater filium, §. Tusculanus ff. de legat. 3.* cum ijs, quos cumulat Muratta *resp. 14. num. 81. par. 1.* & Molfes. *par. 2. sum. tract. 13. cap. 5. num. 165.* Ratio est. Quia in legatis ad pias causas permanet semper causa finalis, quæ est salus animæ, & vtilitas testatoris, iuxta doctrinam Angeli de Perus. *consil. 124. num. 4.* ver. *Circa quod*, Rotæ *decis. 223. num. 3. par. 3. recent. per tex. l. Titio centum init. ff. de condit. & demonstrat.* Et semper permanet principalis legatarius, quando relinquitur Ecclesiæ, nempe Christus, cuius contemplatione censetur relinqui Ecclesiæ *§. si quis in nomine Authen. de Eccles. tit.* Et proinde si conuerti non potest in vsum designatum à testatore, debet conuerti in alium pium vsum, *l. legatum ciuitati ff. de vsufruct. leg.* & Clement. *Quia contingit de relig. domib.*

Digitized by Google

An Monasterium seu Collegium cœptum habeatur pro perfecto, vt sit capax donationum. Quæst. XVII.

SVMMARIVM.

458 *Monasterium cœptum seu Collegium, est capax donationum tanquam si esset perfectum.*
Primus conceptus gaudet priuilegijs nati.

459 *Donatio requirit personam, cui fiat.*
460 *Locus pius construendus est capax donationis.*
Explicatio tex. cap. Abbate, *de sent.* & re iud.

459 Ad decimumseptimum. Resp. Posset, quia partus conceptus in his, per quæ producitur in esse, habetur pro nato, & eius priuilegijs gaudet, *l. penult. ff. de stat. homin.* per quem text. sic censuit Rota *in decis. antiquior.* Bisig. *in tit. de test. decis.* 1. *n.* 4.

ADDITIO.

459 Doctrina Auctoris est certa, quia cessat ratio, ob quam dicitur, quod donatio facta loco construendo non valet; nimirum quia donatio requirit personam, vt dicunt Bar. *in l. seruo ad custodiam, ff. de alimen. & cib. leg.* Abbas *in cap. nos quidem, de testam.* nam, dum Monasterium, aut Collegium est inchoatum, sicut iam in parte existit, ita etiam incipit repræsentare personam.

460 Imo si res diligenter consideretur, Monasterium quoque construendum, licet nondum incœptum, sicuti etiam quilibet locus pius, videtur capax donationis, sicuti etiam, vt possit hæres institui. Nam cum donatio sit ad causas pias, fit contemplatione Dei, qui est principalis donatarius certus, & vbique præsens: adest persona certa, & præsens acceptans donationem iuxta tex. *ff. si quis in nomine, Authen. de Eccles. tit.* Vnde cessat ratio, cur loco construendo donari non potest, quando locus est pius. Nec obstat cap. *Abbate de sent. & re iud.* ibi. *Quia Monasterio, quod nondum erat, aliqua fieri donatio non valebat.* Quia hæc non sunt verba decisionis, sed allegationis alterius partis in sui fauorem; imo decisio tex. fauet, quia Monasterio non adiudicatur locus prætensus ex eo, quod nondum existenti donari non poterat, sed quia non docuit de donatione; vnde supponit potuisse donari nondum existenti, quia, si docuisset de donatione, fuisset adiudicatus.

An construens Ecclesiam sine licentia Episcopi possit destruere. Quæst. XIIX.

SVMMARIVM.

461 *Construens Ecclesiam sine consensu Episcopi non potest postea destruere.*
Semel Deo dicatum, in prophanos vsus reuerti non debet.

462 *Ecclesia sine licentia fabricata, adhuc fit de patrimonio Ecclesiæ.*
Ecclesia prophanata non potest alienari sine solemnitatibus.

491 Ad decimumoctaunm. Resp. Quod construens Monasterium, vel Ecclesiam sine consensu Episcopi, non potest illud postea destrui facere ex regula illa, quod semel Deo dicatum, amplius ad humanos vsus reuerti non debet. cap. *semel Deo, de reg. iur. in* 6. & dicit Domin. *in c.* 2. *de præben. in* 6. quod postquam Eccl. est ædificata, non potest reuocari donatio ei facta, quia facta est Deo: eodem modo in casu nostro, ex quo Eccl. semel fundata est pro cultu diuino, & sic pro seruitio Dei, non poterit per ipsum ædificantem dirui, & reuocari.

ADDITIO.

452 Quod Ecclesia ædificetur sine licentia Episcopi, non tollit quin fiat locus Deo dicatus, atque adeo quin tota illa fabrica fiat de patrimonio Ecclesiæ; sed solum, quod non fiat licitè: nec quod Ecclesia erigatur cum licentia Episcopi facit, quod non possit destrui ab vnoquoque, sed hoc prouenit ex natura Ecclesiæ, seu quia est locus Deo dicatus. Imo tanquam res Ecclesiastica non posset alienari absque solemnitatibus, vt de Ecclesia diruta, & prophanata tenet Ricc. *decis.* 54. *par.* 2. per cap. *sine exceptione*, 12. *quæst.* 1. Squillan. *de obligat. Episcop. par.* 2. *cap.* 1. *num.* 25.

Digitized by

Mandans Eccleſiam erigi in fundo ſuo an cenſeatur donaſſe totum fundum.
Quæſt. XIX.

SVMMARIVM.

463 *Mandans fabricari Eccleſiam in proprio fundo non donat totum fundum.*

464 *Quam quantitatem fundi cenſeatur donare. Legata pia amplè interpretanda.*

463 Ad decimum nonum. Reſp. Negatiuè. Franch. *in c. Abbate ſanè, de re iudicata in 6.* & ſimiliter ſi teſtator legauit Eccleſiæ annuam quantitatem ſuper aliqua domo, non intelligitur legaſſe dominium domus, & ideo illud in Eccleſiam non transfertur. Specul. *de locato, §. nunc aliqui verſ.* 118. & hæres poteſt alienare cum onere ſupradicto ſine conſenſu Rectoris. Ripa. *reſp. 4. vol.* 2. Mantica *de coniectur. vlt. vol. lib. 9. tit. 11. n. 46.*

ADDITIO.

464 Quamuis non cenſeatur legaſſe totum fundum Eccleſiæ, erit tamen debita tota illa quantitas fundi, quæ non ſolum neceſſaria eſt pro Eccleſia; ſed etiam pro cæteris annexis, & eligi poterit ſitus opportunior. Quia legata pia fauore animæ amplè interpretanda ſunt, *l. Titia §. Seia ff. de aur. & argen. leg.* vbi Bart. & Bald. & *l. Deo nobis & l. ſi quis ad declinandum C. de Epiſcop. & Cler.* & cap. *cum tibi*, & cap. *cum eſſes, de teſtamen.* Roman. *in authent. ſimiliter, num.* 80. *ad leg. Falcid. & ſingul.* 515 Abbas *in cap. indicante, num. 6. de teſtam. & in cap. ex parte num. 4. de cenſib.* Cagnol. *in l. ſemper in obſcuris num.* 10. *ff. de reg. iur.* teſtans de communi. Gozadin. *conſil.* 60. *num.* 15. Cephal. *conſil.* 144. *num.* 23. & 28. teſtans ſimiliter de communi, Mantica *de coniect. vlt. volum. lib. 6. tit. 3. num.* 35. Corneus *conſil.* 302. *num.* 3. *vol.* 4.

An legatum dotis debeatur Eccleſiæ antequam perficiatur.
Quæſt. XX.

SVMMARIVM.

465 *Legatum dotis debetur Eccleſiæ, licet non ſit perfecta.*
Imo non poteſt ædificari niſi aſſignata dote.

466 *Non eſt tamen neceſſarium, vt ſtatim præſtetur. Ædificans Eccleſiam poteſt compelli ad dotandum.*

465 Ad vigeſimum. Reſp. Legatum dotis factum Eccleſiæ conſtruendæ debetur ante perfectam conſtructionem. Inn. *in c. Nos quidem, de teſtam.* vbi dicit, quod debent per hæredem omnia relicta pro Monaſterio conſtruendo tradi, & ſolui, ac etiam alia, & ſic etiam ea, quæ pro Monaſterio conſtruendo relicta non ſunt. & *ibi* etiam Abb. *n.* 7. dicit, quod relicta pro Eccleſia conſtruenda, debentur ſine aliqua diminutione. Non obſtat quòd Bart. cum alijs *in l. filium ff. de optione legata*, diſtinguit, aliud eſſe legare pro Eccleſia conſtruenda, vel ſimpliciter Eccleſiæ, licet conſtructa non ſit, & tunc legatum ſtatim debetur, quia deſeruiebat pro Eccl. conſtructione. Neque quod d. Bart. *in l. ſeruus ff. de alim. leg. & conſ.* 26. dicit aliud eſſe legare pro dote, & tunc cognoſcitur, quod non deſeruit pro conſtructione: ſed habet limitatam cauſam dotis, ergo non debetur. Non enim poteſt eſſe dos ante matrimonium, *arg. l. in agris ff. de acquir. rer. domin.* quia debetur legatum dotis, non expectata conſtructione quoniam in conſtructione Eccl. hoc eſt ſpeciale, vt quando mittitur primus lapis Eccl. conſtruendæ, conſignetur dos; Imò Epiſcopus licentiam ædificandi impartiri non debet, niſi priùs conſtituta dote. *cap. nemo, de conſecr. diſt.* 1. & ſic ceſſant omnia, quæ in contrarium adduci poſſunt, nam teſtator cenſetur ſe conformare diſpoſitioni iuris, niſi aliud expreſſe determinet.

ADDITIO.

466 Quamuis ſit aſſignanda dos antequam ædificetur Eccleſia, iuxta notata ab Auctore, & iuxta cap. *ſicut*, iuncta Gloſ. *de conſecrat. Eccleſ.* & notat Piaſec. *par.* 1. *praxis cap.* 5. *num.* 2. ita vt ſi ædificetur abſque dotatione, poſſit, qui ædificauit, compelli ab Epiſcopo ad dotandum iuxta Gloſ. *in capit. nemo de conſecrat. diſt.* 1. verbo, *cuſtodum*, Vlpem *in praxi cap.* 49. *num.* 6. Bellet. *de diſcipl. Cler.* Tit. *de Cler. debit. §.* 15. *num.* 2. & 3. Riccium *in praxi reſol.* 338. *par.* 4. videtur tamen, quod ſufficiat aſſignatio

signatio, nec requiratur præstatio, nisi quando est iam completa, & incipit indigere fructibus dotis pro manutentione: quia cum dos sit pro manutentione Ecclesiæ, non videtur debita quò ad præstationem, nisi quando Ecclesia exigit manutentionem, quod non contingit nisi quando est iam constructa. Vnde cum testator leget dotem in ordine ad manutentionem, ex fine legati colligitur mens ipsius, quod velit præstari, quando incipit exigere manutentionem.

An Episcopus possit prorogare tempus præfixum pro constructione Ecclesiæ. Quæst. XXI.

SVMMARIVM.

467 *Episcopus non potest prorogare tempus præfixum à testatore pro construenda Ecclesia.*
468 *Ex rationabili causa prorogare potest.*
Id censetur dispositum à restauratore, quod interrogatus de casu respondisset.

467 Ad vigesimum primum. Resp: Negatiuè: quia id tenderet forte in damnum testatoris, & eius voluntas non obseruaretur, quæ vt seruetur, Episcopus maximè curare debet, *c. vltima voluntas* 13. *q.* 2. & ita notabiliter tradit Bart. *cons.* 58. *lib.* 1.

ADDITIO.

468 At posse prorogari ex rationabili causa, tenent Berous *consil.* 21. *num.* 7. *vol.* 2. Calderin. *consil.* 5. *de offic. Vicar.* Felin. *in cap. ex parte* verbo *Vnde cogitabam*, *de constit.* Sbrozzius *de offic. Vicar. lib.* 2. *quæst.* 51. *num.* 1. Dec. *in cap. Cum sit Romana num.* 17. *in fine de appellat.* Abbas *consil.* 40 *circa med. volum.* 1. Moneta *de commut. vltimar. voluntat. cap.* 5. *num.* 391. Et fauet ratio. Quia stante rationabili causa, habetur præsumpta voluntas testatoris, quam scilicet si considerasset, prorogasset tempus; vnde hoc non tam est differre exequutionem vltimæ voluntatis, quam interpretari mentem testatoris, quod interrogatus de casu ita disposuisset, iuxta *l. Titius* §. *Lucius ff. de lib. & posth.* & *l. fin. ff. de posth. hæred. instit.* & *l. Quoniam ff. de naturalib. lib.* & *l. qui graui ff. de iur. cod.* & *l. cum pater* §. *cum existimaret. ff. de leg.* 2. & tradunt Glos. *in l. tale pactum*, §. *fin.* verbo, *Item nota ff. de pact.* Oldrad. *consil.* 25. *num.* 3. Signorol. *cons.* 183. *num.* 10. Dec. *consil.* 214. *num.* 4. Afflict. *decis.* 44. *num.* 18. Crauetta *consil.* 25. *num.* 25. Alexan. *consil.* 17. *num.* 1. *vol.* 7. Socin. sen. *in l. ambiguo n.* 7. *ff. de reb. dub.* Socin. iun. *consil.* 179. *numer.* 11. & 47. *vol.* 2. Curt. sen. *consil.* 51. *num.* 28. Ias. *consil.* 4. *num.* 1. *volum.* 2. Grat. *consil.* 120. *n.* 17. *vol.* Cephal. *consil.* 114. *num.* 17. & scribentes in dicta *l. Titius*. Bart. Castrens. Alexan. *num.* 2. Ias. *nu.* 1. & alij.

An certus Religiosorum numerus cuique Monasterio sit assignandus. Quæst. XXII.

SVMMARIVM.

469 *Tot religiosi cuilibet conuentui assignandi, quot commode sustentari possint.*
470 *Decretum Pauli V. circa hanc materiam.*
471 *Innouatum iussu Vrbani VIII. Theatini exempti.*
472 *Generalis tamen in assignandis debet rationabiliter procedere.*
Arbitrium intelligitur prout de iure.
473 *Decretum de numero religiosorum pro quolibet conuentu obligat ad mortale; nec superiores possint excusari.*
474 *An excusentur ratione paruitatis materiæ, & quomodo accipienda: Modicum non habetur in consideratione.*
475 *Minuendus numerus religiosorum assignatorum, si deficiant prouentus.*

469 Ad vigesimumsecundum. Resp. Decreto fel. record. Pauli Quinti *die* 4. *Decembris* 1605. statuitur, vt in vnoquoque Monasterio tot Religiosi sint, quot iuxta religionis, & proprij instituti morem, victum in communi habentes, competenter valeant sustentari.

TENOR DECRETI EST INFRASCRIPTVS.

470 *SAnctissimus in Christo Pater, & Dominus noster, Dominus Paulus Diuina prouidentia Papa Quintus. Cum ex plurimis, ijsque grauissimis Decretis, quæ fel. recor. Clemens viij. ad regularem disciplinam restituendam, & augendam condidit, illud maximi momenti esse animaduertit,*

Digitized by Google

tit, quòd à Sacro Concilio Tridentino multò ante cautum etiam fuerat, vt is tantùm Religioſorum hominum numerus in ſingulis Monaſterijs, Conuentibus, & Domibus Regularibus conſtitueretur, qui vel proprijs redditibus & obuentionibus, vel conſuetis emolumentis, ac eleemoſynis ali commodè poſſent; magnamque fortaſſe obſeruantiæ regularis iacturam inde factam eſſe, quòd Ordinum Superiores illud exequi nimium diſtulerunt: vt hoc etiam adhibito remedio, huiuſmodi incommodo proſpiceret, aditumque ijs Prælatis Regularibus præcluderet, qui plures ad ſuam Religionem admittentes, quàm Monaſteriorum & Conuentuum cenſus, eleemoſynæ & qualitates ferant, non leuem ſubditis vitæ clauſtralis relaxandæ occaſionem præbere videntur.

2 *Decreuit & præcepit, ac præſentis Decreti virtute præcipit & mandat, omnibus & ſingulis Generalibus, Prouincialibus, Commiſſarijs, Miniſtris, Præſidentibus, Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Guardianis, Vicarijs & quibuſcunq; alijs Superioribus Monaſteriorum, Conuentuũ & Domorũ quouis nomine nuncupentur Ordinum Congreg. & Inſtit. tam Monachorum, quàm Mendicantiũ & non Mendicantium Regulariũ quorumcunq; exiſtentiũ intra fines Italiæ, & inſularum adiacentium, vt ſinguli ad quos pertinet, in qualibet Prouincia, adhibitis duobus aut tribus Monachis, Fratribuſue ſui Ordinis vel Congregationis probatioribus, & rerum vſu peritioribus, bona immobilia, cenſus, reditus, & prouentus omnes, conſuetas item eleemoſynas & obuentiones, tam communes Monaſteriorum, Conuentuum & Domorum eiuſdem Prouinciæ, quàm etiam ſingularibus perſonis religioſis aſſignatas ſeu permiſſas, in communem vſum deinceps conferendas, decem annorum diuerſorum habita ratione, diligenter ac maturè recognoſcant, ijs omnibus detractis, quæ reparationes, præſtationes, grandines, ſterilitates, aliaue cuiuſlibet generis onera conſueuerunt abſorbere: eaque omnia ſcripto fideliter exarata idem Superior, cuius intereſt, in primo Capitulo ſeu Congregatione Prouinciali coram tribus Iudicibus ab ipſomet Capitulo vel Congregatione deligendis proponat: qui computatis huiuſmodi reditibus, eleemoſynis & obuentionibus vniuerſis, ac oneribus, vt ſuperius, detractis, ſedulo examinent, quot Religioſi homines in vnoquoque Monaſterio, Conuentu, & Domo regulari, iuxta regionis & proprij Inſtituti morem, victum & veſtitum in communi habentes, competenter habeant ſuſtentari. Tum eorumdem bonorum, redituum, eleemoſynarum & onerum præciſam notam ipſimet Congregationi, Capitulo Prouinciali exhibeant, vt in illo diligenter omnibus diſcuſſis, cuiuſcunque familiæ, Conuentus, Monaſterij, & Domus regularis, quouis nomine nuncupata in ſingula quaque Prouincia certus earum tantùm perſonarum numerus communi Patrum Capitularium voto præfigatur, quæ redditibus, eleemoſynis & obuentionibus, vt ſuperius, ſufficienter ali poſſint.*

3 *Ne verò Superiores, qui id præſtare debent, ſerius aut remiſſius quàm par eſt, muneri ſuo ſatisfaciant, Mandauit ac mandat Sanctitas ſua, vt infra annum à die dati præſentis Decreti computandum, omnia, hoc de genere, capitulariter geſta in authenticam formam redacta ad Congregationem reformationis Apoſtolicæ ſinguli mittant, numerumque familiæ ſingulorum Conuentuum, Monaſteriorum & Domorum huiuſmodi regularium, Capitulo vel Congregationis Prouincialis ſententia & auctoritate præfinitum ijdem Superiores Ordinum, Congregationum & Inſtitutorum quorumcunque, tam Generales & Prouinciales, quàm locales omnes perpetuò ſeruare omnino teneantur.*

4 *Eos autem Superiores, cuiuſcunque ſtatus, gradus & conditionis exiſtant, qui prædicta omnia præfixo termino non præſtiterint, vel numerum huiuſmodi præſcriptum quouis modo augere præſumpſerint, priuationis omnium officiorum, quæ tunc temporis obtinebunt, vociſque activæ & paſſivæ, ac ad omnia ſuæ Religionis officia & gradus, inhabilitatis perpetuam pœnam eo ipſo incurrere, atque alijs etiam grauioribus ad Sanctitatis ſuæ & Succeſſorum ſuorum arbitrium infligendis pœnis ſubiacere voluit & declarauit.*

5 *Vult præterea Sanctitas ſua per hoc Decretum eiuſdem Congregationis Reformationis Apoſtolicæ Secretarij manu ſubſcriptum, conſuetiſque Almæ Vrbis locis affixum & publicatum, omnes & ſingulos Ordinum Regularium Superiores, ad quos ſpectat, perinde affici, ac ſi ſuiſſet cuilibet perſonaliter intimatum.*

6 *Non obſtantibus Conſtitutionibus Apoſtolicis, priuilegijs, ſtatutis, indultis, & alijs contrarijs quibuſcunque.*

Datum Romæ apud S. Petrum, die quarta Decembris 1605. Pontificatus eiuſdem S. D. N. anno primo.

AD-

ADDITIO.

471 Quod in hac constitutione decernitur, innouatum fuit iussu Vrbani VIII. à S. Congregatione Concilij *in Decreto de celebratione Missarum*. & rursus habita ratione reddituum, & consuetarum eleemosynarum fuit determinatus numerus iuxta formam præfixam religiosorum pro vnoquoque Monasterio. Quia tamen id erat difficile seruare apud nos Theatinos, qui vluimus de eleemosynis sponte oblatis, quæ nullam habent certam legem, sed in eoden conuentu modo sufficiunt pro pluribus, modo pro paucioribus, idem Vrbanus VIII. remisit arbitrio Generalis pro tempore prefigere numerum religiosorum iuxta quantitatem eleemosynarum tunc temporis obuenientium, vt constat ex rescripto, quod conseruatur in Archiuio S. Syluestri Montis Quirinalis.

472 Quia autē id est remissum arbitrio Generalis, non potest disponere de numero, nisi rationabiliter, & tenetur minuere numerum, quando diminutis eleemosynis redderetur grauis. Tum quia non est absolutè relaxatum decretum de præfigendo numero, sed remissa arbitrio Generalis pro tempore eius obseruantia, ita vt habita ratione eleemosynarum præfigat numerum conuenientem. Tum quia arbitrium intelligitur, prout de iure *l. fin. §. sed & si. C. communia de legat.* vbi Bart. *n.16.* Cæsar de Graf. *decis. 7. num. 7. de re iud.* Peregrin. *decis. 239. lib. 2.* Ludouis. *decis. 189. num. 3.* Palcot. *decis. 290.* Rota *in Vlixbonensi bonorum 8. Ianuar.* 1594. Vndesi Patres alicuius conuentus instarent, quod numerus diminueretur, quia eleemosynæ non sufficerent, tenetur diminuere in virtute huius Decreti. Verum modo non est possibilis casus, quia singuli conuentus habent minorem numerum religiosorum, quàm sufficiat pro consuetis functionibus.

473 Est autem aduertēdum, quod præsens Decretum obligat ad mortale, vt notant etiam Sanchez *lib. 7. sum. cap. 23. num. 3.* Peirin. *quæst. 2 de subdito. cap. 2. §. 2.* Thomas à Iesu *in cap. Non dicatis de statu Monach. par. 4. cap. 6.* Lezana *in sum. verbo Monasteria Regul. num. 14.* Quod satis constat tum ex grauitate materiæ, tum etiam ex grauitate pœnarum, quæ transgressoribus imponuntur. Notant tamen Sanchez, & Peirin. quod possunt Superiores excusari, si augeant numerum ex rationabili causa, vt nimirum adsint sufficientes ministri pro ministerijs iuxta institutum, aut alia simili. Sed non video, quod liceat, cum augmentum numeri religiosorum præfixi sit expressè prohibitum in Decreto celebrationis Missarum, etiam prætextu augmenti reddituum. Vnde solum censerem excusari, si aliquo accidenti, nempe belli, aut incendij, aut alio simili cogerentur retrahere religiosos ex aliquo conuentu, & inter cæteros distribuere.

474 An autem excusarentur ratione paruitatis materiæ, vr si supra numerum præfixum adderent vnum religiosum; Affirmatiuè videtur resoluendum, quo ad illos conuentus, in quibus substentatur magnus numerus religiosorum, quia exiguè grauaretur. Quod enim pertinet ad vestiarium, esset exigua quantitas, quæ respectu magni Monasterij non esset considerabilis. Quod verò spectat *ad victum*, nullum grauamen afferret, quia quod paratur *pro* triginta, sufficit etiam pro triginta & vno. Vnde grauamen esset, quid modicum, quod non haberetur in consideratione *l. Si oleum. §. fin. ff. de dolo*, & *l. In rebus. §. Possunt. ff. commodati*. Præsertim inspecto fine legis, qui est, ne excessus in numero faciat deficere congruentem substentationem, & inde relaxetur regularis disciplina; quod non contingeret aucto numero in paruitate materiæ in magnis conuentibus. Secus autem in paruis, quia respectu ipsorum vnius personæ augmentum esset considerabile.

475 Est etiam aduertēdum. Quod si præfixo numero contingat, aliquod Monasterium amittere aliquos prouentus, tenentur Superiores minuere numerum cum proportione. Quia supponitur quod sit præfixus totus ille numerus, qui congruenter substentari potest, & ideo deficiente notabili prouentu non possent congruenter substentari in toto *illo* numero prius præfixo, & ideo esset minuendus. Quia cum per Con. Trident. & Decreta Sum. Pontificum non possit esse maior numerus, quàm congruè substentari valeat, ne relaxetur regularis disciplina, Superiores, cum teneantur eam conseruare, tenentur etiam adhibere media necessaria pro conseruatione, atque adeo non permittere maiorem numerum religiosorum, quàm competenter substentari valeat.

Resolutio aliarum difficultatum circa materiam Monasteriorum.

SVMMARIVM.

476 *Monachi comprehenduntur sub Constitutionibus de erectione monasteriorum.*

477 *Monasteria Monialium non possunt erigi sine licentia Episcopi.*

478 *An comprehendantur sub constitutionibus de erectione monasteriorum.*

479 *Quid si non mendicent.*

480 *An exquirendus consensus aliorum religiosorum, quando introducendi habent victum, & vestitum. vbi pars negatiua.*

481 *Doctores asserentes.*

Generalis loquutio comprehendit omnes casus.

482 *Noui religiosi, si sacramenta ministrent, præiudicant prioribus.*

Diminutio concursus respectu Regularium, est diminutio eleemosynarum.

Lex

Lex abhorret diminui alimenta neceſſaria.

In introductione nouæ religionis debet conſiderari præiudicium aliarum ex quocunque capite proueniat.

483 *Noua religio tunc ſolum introducenda, quando commode ſubſtentari poteſt ſine aliorum detrimento.*

484 *Actus facultatiui, ſi alicui ſubtrahantur, non fit iniuria.*

Detrimentum ex ſubtractione actuum facultatiuorum conſiderari debet in introductione nouæ religionis.

485 *An ſi religio de nouo introducenda det cautionem omittenda ea omnia, vnde cæteræ detrimentum pati poſſent, ſit admittenda abſque citatione &c.*

486 *Qualiter iſta cautio præſtanda.*

487 *Quam aliam obligationem præſtare debebit.*

Adhuc conuocandi cæteri Regulares.

488 *Solemnitas pro introductione nouæ religionis, an ſeruanda, quando recuperantur monaſteria de manu Hæreticorum, aut bello diruta.*

489 *Monaſteria an reædificari poſſint ſine conſenſu Epiſcopi, & præſenti ſolemnitate.*

490 *Quid ſi religioſi amiſerint ius inhabitandi &c.*

491 *Solemnitas an neceſſaria cum religioſi volunt reaſſumere loca dimiſſa.*

492 *Quid ſi reaſſumendo afferant nouum incommodum ſupra antiquum.*

493 *Quid ſi monaſterium ſit abſolutè dimiſſum.*

494 *Licentia Ordinarij, & aliæ ſolemnitates requiruntur pro ædificando monaſterio in loco exempto.*

495 *Sufficit licentia Sedis Apoſtolicæ.*

496 *Si ædificarent in loco exempto ſine licentia, non acquireretur Epiſcopo.*

497 *Conſenſus exquirendus pro introducenda noua religione, an ſuppleri poſſit per Generales, aut Prouinciales.*

498 *Non poteſt ſuppleri niſi cauſa cognita.*

Peccant mortaliter exhibentes conſenſum pro introducenda noua religione, ſi ſit futura detrimento cæteris, aut ſibi.

499 *De iure communi requiritur licentia quoque Sedis Apoſtolicæ pro ædificandis nouis Monaſterijs.*

500 *Ratione priuilegiorum ſufficit licentia Epiſcopi.*

501 *Conſtitutiones circa erectionem conuentuum quatenus remoueant priuilegia.*

502 *Seclusis priuilegijs, neque requiritur licentia Summi Pontificis pro fundandis conuentibus.*

503 *Ordinarij omnes concedere poſſunt licentiam fundandi conuentus.*

Ordinarij appellatione qui veniant.

504 *Vicarius generalis Epiſcopi an poſſit concedere licentiam fundandi conuentus.*

505 *Poteſt ſi habeat ad hoc ſpeciale mandatum.*

506 *Vicarius Capituli ſede vacante an poſſit concedere licentiam erigendi conuentus.*

507 *Si Pontifex concedat Eccleſiam Regularibus, an adhuc requiratur conſenſus Epiſcopi.*

Epiſcopus ſuſpendere poteſt conceſſionem Eccleſiæ factam Regularibus à Pontifice.

508 *Epiſcopus an poſſit concedere Regularibus Eccleſias derelictas, ſine conſenſu Capituli.*

Epiſcopus quando tenetur procedere cum conſilio Capituli, debet illud ſequi.

509 *Licentia Ordinarij pro conſtruenda noua Eccleſia an debeat eſſe in ſcriptis.*

Quid in foro conſcientiæ.

510 *An pro erigendo nouo Monaſterio ſufficiat tacitus conſenſus Ordinarij.*

511 *Conceſſio erigendi nouum monaſterium non ſeruata forma conſtitutionum Apoſtolicarum, eſt nulla.*

Forma non ſeruata corruit actus.

Decretum irritans annullat quicquid in contrarium fit.

512 *Religiones non mendicantes an conuocandæ pro introducenda noua religione.*

513 *Regulares an poſſint retinere conuentum, pro cuius fundatione nequeunt oſtendere conſenſum Epiſcopi.*

514 *De præſenti quò ad hoc non proſunt priuilegia.*

515 *Pacta contraria exemptioni appoſita in erectione monaſterij, an valeant.*

516 *Renunciari non poteſt exemptioni.*

Iuri proprio non poteſt renunciari in præiudicium tertij.

Vitiatur pactum de iure impoſſibile, & ſubſiſtit conceſſio.

517 *Quid faciendum Epiſcopo ſi aliqui Regulares ſine eius licentia attentent erigere monaſteria.*

Non poteſt incarcerare, nec excommunicare.

518 *Quid faciendum Ordinario, ſi religioſi conuocati irrationabiliter denegent conſenſum pro noua religione introducenda.*

519 *Quid faciendum ſi aliqui religioſi reclament à conceſſione introductionis nouæ religionis.*

520 *Exceptio, quod aliquæ religiones non ſint auditæ pro introducenda noua religione, an debeat admitti.*

Exceptio de iure tertij quando admittatur.

521 *Regulares conuocati an debeant omnes conſentire pro introductione nouæ religionis.*

Quod omnes tangit ab omnibus approbari debet.

522 *Quando ſufficit maior pars, requiritur vnio collegialis.*

523 *Quando aliquæ religiones conſentiunt, & aliæ non pro introducenda noua religione, non obtinetur finis Conſtitutionum Apoſtolicarum.*

524 *Pœnæ contra violantes Conſtitutiones circa erectionem Monaſteriorum.*

Excommunicatio tolli poteſt à quocunque confeſſario.

525 *Violantes Conſtitutiones circa erectionem Monaſteriorum, abſolui poſſunt à pœnis à ſuis prælatis.*

Quod poteſt Epiſcopus cum ſuis ſubditis, poteſt etiam Prælatus regularis cum proprijs.

526 *Facultas prælatorum Regularium circa proprios ſubditos ex priuilegio Pij V.*

527 *Quatenus ſe extendat ad forum externum.*

Exceptio firmat regulam in contrarium.

528 *Regulares priuati dignitatibus, quando poſſint ad eas reſtitui.*

Di-

Dictio, Eum, *importat identitatem*, *ne illius, ad quem de iure ſpectat collatio.*

529 *Priuatio officiorum ponit ipſa ſub diſpoſitio-*

ADDITIO.

476 Circa ſupradicta adhuc ſuperſunt nonnulla alia dubia: vnde vigeſimo tertiò quæritur, an comprehendant Monachos tãquam eos, qui non viuunt ex eleemoſynis. Et affirmatiuè reſoluendum eſt, vt reſoluit etiam Donat. *in praxi rer. Regular. par.* 2. *tract.* 1. *de Monaſter. ædifican. queſt.* 19. Et conſtat ex Decreto Gregorij XV. vbi expreſſe nominantur Monachi. ibi, *Monachi, ſeu Fratres, &c.* Et infra. *Volens, quod de cætero Monaſterium, Conuentus, Domus, Congregatio, vel Societas Religioſorum, ſeu Regularium cuiuſcunque etiam Mendicantium Ordinis, Societatis, & Inſtituti, quocunque nomine nuncupentur &c.* Ex quibus conſtat Decretum eſſe generaliſſimum, & non pro ſolis Mendicantibus, cum ipſos includat expreſsè cum dictione, *etiam*, quaſi dubitari poſſet, an includerentur, niſi fuiſſent in ſpecie expreſſi: vnde à fortiori ſequitur includi Monachos tanquam eos, de quibus non poterat dubitari, an includerentur.

477 Vigeſimo quarto quæritur. An dicta Decreta comprehendant Monaſteria Monialium. Et quidem, quod non poſſint erigi ſine licentia Epiſcopi, decernitur à Concilio Tridentino *ſeſſ.* 25. *cap.* 3 *de Regularib. in fine*. Et notant Nouar. *in ſumma Bullar. par.* 2. *tit. de Monaſter. ædifican. num.* 4. & alter Nouar. *in Lucerna Regul.* verbo *Monaſteria, num.* 6. Barboſa *lib.* 2. *de iure Eccleſiaſt. cap.* 12. *n.* 6. Tamburin. *de iure Abbatis diſp.* 33. *quæſt.* 1. *num.* 4. Ceſpedes *de exempt. Regular. cap.* 1. *dub.* 5. *num.* 1. Sed dubium eſt, an in concedenda licentia ſeruari debeat forma præſcripta Clement. VIII. & Greg. XV.

478 Affirmatiuam partem tenent Tamburinus modo *citatus*, Donatus *in praxi rerum Regular. par.* 2. *tit.* 1. *de Monaſter. ædifican. quæſt.* 21. Quia in dictis Decretis præſcribitur forma ad dandum conſenſum pro nouo Monaſterio, ſiue ſit virorum, ſiue mulierum. Negatiue autem reſpondent Ceſpedes *num. præced citat.* Lezana *in ſum.* verbo *Monaſteria num.* 5. Quia verba Decreti loquuntur de religioſis Monachis, &c. nec illa pars, quod non erigantur, niſi ſaltem duodecim inhabitare, & ſubſtentari valeant, poteſt comprehendere Moniales.

479 Et quidem, ſi Moniales non mendicent, non videntur comprehendi earum Monaſteria ſub forma dictorum Decretorum, quia non poſſunt religioſis præexiſtentibus afferre præiudicium; cum neque poſſint eorumdem eleemoſynas diminuere quæritando nec diuertendo concurſum ab eorumdem Eccleſijs: Finis autem Decretorum eſt conſeruare illæſa Monaſteria præexiſtentia, vt poſſint congruè ſubſtentari, qui proinde ceſſat in Monialibus non mendicantibus. Si verò quærunt eleemoſynas, quia poſſunt præiudicium afferre cauſando diminutionem eleemoſynarum, ideo eſſent audiendi cæteri religioſi quia vigeret finis Decretorum.

480 Vigeſimo quarto quæritur. An exquirendus ſit conſenſus aliorum Regularium, quando introducendi habent victum, & veſtitum, ita vt non ſint præiudicium allaturi præexiſtentibus. Et negatiuè reſpondent Io. Maria Nouar. *in praxi nouæ iur. Pontificij concluſ.* 2. *alias* 11. *num.* 4. Ceſpedes *de exempt. regular. dub.* 8. *num.* 2. Donat. *in praxi rer. regul. par.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 27. *num.* 2. Quia cauſa finalis, ob quam conuocandi ſunt cæteri Regulares, eſt ad videndum, an introducendi poſſint commodè ſubſtentari abſque aliorum detrimento, vt conſtat ex Decreto Clemen. 8. ibi. *Cauſa cognita conſtiterit &c. ſine aliorum detrimento commodè ſubſtentari poſſe*. & ex Decreto Gregorij XV. ibi. *Vel alias Ordinarijs locorum conſtiterit, Religioſos Monaſterij, Conuentus, ſeu Domus regularis ſic erigendi, ſeu erigenda, abſque detrimento religioſorum in Monaſterijs &c. erectis degentium &c. congruè, & commodè manuteneri, & ali poſſe*. Vnde Rota *deciſ.* 745. *par.* 2. *recent.* cenſuit potuiſſe Ordinarium Cæſarauguſtanum concedere licentiam erigendi nouum Collegium, quia ipſi conſtabat nullum præiudicium allaturum præexiſtentibus, quia collegialibus erat prouiſum de victu, & veſtitu.

481 Affirmatiuè autem reſpondent Io. Anton. Nouar. *in ſum. Bul. tit. de ædifican. Monaſt. num.* 5. *ampliat.* 4. Riccius *deciſ.* 222. *par.* 4. aſſerens, in fuiſſe deciſum in Curia Archiepiſcopali Neapol. in cauſa Reformat. S. Auguſt. Ventriglia *in praxi annot.* 18. *num.* 26. ver. *dubium eſt*. Quia cum Decretum Clemen. VIII. & Gregorij XV. generaliter loquatur, comprehendit omnes caſus, *l. qui generaliter ff. de legat. præſt.* & *l. de pretio ff. de publ. in rem act.* Quod procedit etiam in Conſtit. pœnali Rota *deciſ.* 41. *num.* 41. *par.* 1. *recent.*

482 Quam poſteriorem ſententiam locum habere exiſtimo ſi de nouo introducendi ea præſtaturi ſint, quibus prioribus Eccleſijs concurſus, & emolumenta ſint diminuenda, vt eſt miniſtratio ſacramentorum, acceptatio eleemoſynarum pro Miſſis celebrandis, tumulatio defunctorum: dum enim concurſus diminuitur, indirectè minuuntur eleemoſynæ præexiſtentium, & cauſatur detrimentum in ordine ad congruam ſubſtentationem, quam inde percipiebant. Quod pulchrè conſiderauit Rota *in Ianuenſi priuilegiorum die* 24. *Ianuarij* 1647. *coram Roias* ad fauorem Patrum Theatinorum, pro quibus tulit ſententiam. ibi, *Etenim conſideratum fuit maximum detrimentum fore allaturum PP. Theatinis ſi presbyteri Oratorij reſiderent in Eccleſia Sancti Panerati, quæ non diſtat ab Eccleſia S. Siri, vt ſupradictum eſt, ſpatio* 40. *cannarum. Quo ſtante diminueretur concurſus populi in prædicta Eccleſia S. Syri, & conſequenter eleemoſynæ, quæ ex Chriſti fidelium concurſu vberiores fiunt erga PP. Theatinos ex illis viuentes. Ita vt ex diminutione dicti concurſus, & eleemoſynarum diminuerentur etiam alimenta Theatinis ex eiſdem prouenientia, quod lex abhorret, ad tex. in l. ſolent. ff. de alimen. & cibar. leg.* Bar. *in l. cum hi §. vult igitur ff. de tranſact.* Iaſon *ibid. num.* 22. Ruin. *conſil* 81. *ſub num.* 4. ver. *Quia vbi à pluribus, lib.* 2. & *conſil.* 144. *ſub num.* 6. ver. *vel ſi non poteſt, lib.* 5. Ancaran. *conſil.* 254. *circa fin.*

fin. ver. *Nisi ad ipsorum*. Rota *in Romana alimentorum* 20. *Iulij* 1642. *coram R. P. D. meo Bichio*. *Nec obstat, quod Patres Oratorij habeant proprios redditus à fundatore assignatos. Quia non ab eorum, sed à Theatinorum egestate præiudicium desumitur; & sufficit omne præiudicium aliunde etiam, quam ex mendicitate, seu quæstuatione Ecclesiæ vicinæ resultans, vt tradit Modernus Carmel. Matrit. in sum. quæst. Regul. tom.* 3. verbo *Monasteria Regularium sub num.* 6. ver. *Adde etiam, fol.* 400.

483 Nec obstant, imo fauent Decreta Clemen. tis VIII. & Gregor. XV. Quia volunt, quod introducendi de nouo tunc demum possint introduci, quando constat subsistentari posse sine aliorum detrimento: quod non contingit, quando diminuuti sunt concursum aliarum Ecclesiarum, & alia emolumenta, quamuis non sint mendicaturi, iuxta ponderata à Rota *num. præced.* Nec obstat decisio Rotæ 475. *par.* 2. *recent.* quia agebatur de erigendo Collegio, in quo tantum celebrarentur Missæ, & Eucharistiæ sacramentum conseruaretur, vt constat ex ead. *decis. init.*

484 Nec obstat, quod electio sepulturæ, eleemosynæ pro celebrandis Missis, & anniuersarijs sunt actus facultatiui, cum possit quilibet, si vult, pia opera facere, & vbi vult eligere sepulturam, qui proinde, si alicui subtrahantur, nullum ipsi infertur præiudicium, vt ponderauit Rota *dicta decis.* 475. Quia imo Gregor. XV. consideranit præiudicium ex actibus facultatiuis, qualis est largitio eleemosynarum, ibi. *Quo fit, vt non habita debita eleemosynarum, seu redditnum cuiuscunque Monasterij, Conuentus, seu Domus ratione &c.* sicut etiam consideranit Rota in dicta *Ianuensi priuilegiorum*, de eua, *num.* 482. Quia præiudicium non sumitur strictè, prout dicit læsionem iustitiæ, sed pro quocunque damno, seu quacunque diminutione alimentorum, seu eleemosynarum.

485 Vigesimo sexto quæritur. An si aliqua religio vellet intrare cum cautione non quærendi eleemosynas, nec faciendi aliquid, vnde nocumentum eueniret alijs religiosis, esset adhibenda forma præscripta in his Decretis. Non esse necessarium in tali casu citare alios Regulares, tradunt Peirin. *in formular. littera Z. cap.* 3. *not. vlt.* Lezana verbo *Monasteria num.* 0. *in fine*. Donat. *in praxi rer. regular. par.* 2. *tract.* 1. *de Monas. ædifican. quæst.* 28. Quia cessat causa finalis horum Decretorum, quę est, quod non inferatur præiudicium cæteris; vnde cessat etiam dispositio. Cap. *Cum cessante, de appellat.*

486 Aduertit tamen Donat. quod ista cautio est præstanda, sicut oportet, nempe in Prouinciali Capitulo, & de licentia Generalis, vel in Capitulo Generali, & stipulari debet. Et quod Prouincia se obliget ad subsistentandos religiosos de nouo introducendos, medio iuramento, & cum assignatione annuorum reddituum sufficientium: quod intelligitur, si ibi non habeant prouentus, vnde subsistententur.

487 Verum adhuc se obligare debebunt ad non exercenda ea ministeria, quæ concursum ab alijs Ecclesijs auertere possint, nec ad ea admittenda, quibus consueta emolumenta cæteris minuantur iuxta dicta *num.* 482. cum, vt ibi ponderatum fuit, ex his causetur detrimentum præexistentibus. Rursus quamuis in tali casu debeant cæteri Regulares assensum præbere, adhuc tamen erunt conuocandi; quia per accidens est, quod non sint passuri detrimentum & proinde seruanda ea forma, quæ non cessat obligare, licet aliquando per accidens non sit necessaria, & cum interesse habeant, debent certificari de obligatione, quam suscipiunt de nouo introducendi, & debent illam recognoscere.

488 Vigesimo septimo quæritur. An solemnitas horum Decretorum seruandæ, sit, quando recuperantur Monasteria occupata ab hæreticis, aut in bello diruta reædificantur. Negatiuè resp. Rodriquez *tom.* 2. *quæst. regular. quæst.* 49. *ar.* 9. Lezana verbo *Monasteria num.* 49. Donat. *in praxi rer. regular. par.* 2. *tract.* 1. *de Monaster. ædifican. q.* 24. Et rectè. Quia per talem occupationem, aut destructionem non amittunt Regulares ius suum, cum sic violenter, & iniuste spolientur. Et ideo possunt semper vti iure proprio. Deinde hæc Decreta procedunt de noua erectione Monasteriorom, recuperatio autem proprij Monasterij, aut restauratio non est noua erectio.

489 Vigesimo octauo. An Monasteria ræedificari possint sine consensu Episcopi, & solemnitatebus horum Decretorum. Cum distinctione procedunt Glos. *in cap. de Monachis* 18. *quæst.* 2. Afflictus *decis.* 392. *num.* 14. vbi Vrsil. *num.* 3. & 4. Nouar. *in pragmat. rubr. de ædificat. num.* 2. Alter Nouar. *in sum. Bullar. par.* 1. *tit. de Monaster. ædificat. nu.* 9. *limit.* Cespedes *de exemptione regular. cap.* 1. *dub.* 10 *num.* 1. Donat. *in praxi rer. regul. par.* 2. *tit.* 1. *de ædifi an. monast. quæst.* 23. nempe non requiri licentiam Episcopi, & solemnitatem decretorum, si monasterium non sit in totum dirutum: secus autem, si sit totum dirutum. Tunc autem dicitur totum dirutum, quando ita est funditus euersum, vt neque remaneant fundamenta. Et ratio est. Quia si est totum dirutum, est noua ædificatio, & ideo requirit solemnitates: at si non est totum dirutum, non habent locum præsentia Decreta, quia loquuntur de noua ædificatione.

490 Verum cum præsentia decreta non tam considerent Monasteria secundum materiale fabricæ, sed secundum formale inhabitationis Religiosorum, & ea, vnde cæteris præiudicium prouenire potest, parum videtur referre, quod Monasterium sit, vel non sit in totum dirutum, cum fieri possit, quod sit in totum dirutum, & tamen religiosi ibi degentes retineant sua iura inhabitandi, ministrandi Sacramenta, &c. vt si in totum diruerętur Monasterium occasione belli. Et ideo videndum est, an ex totali dirutione Monasterij amittant religiosi sua iura inhabitandi, ministrandi Sacramenta, & aliàs Ecclesiasticas functiones exercendi. Quia si amiserunt, non poterunt recuperare sine consensu Episcopi, & cæteris solemnitatibus, quia erunt de nouo acquirenda. Si verò non amiserunt, poterunt sine solemnitatibus reædificare Monasterium, quia sicuti retinent ius ad inhabitandum, ita etiam ad erigendum dirutum Monasterium.

491 Vigesimo nono. An solemnitates sint necessariæ quando religiosi recipere volunt loca ab ipsis dimissa. Partem negatiuam tradunt Rodriquez

tom. 2.

tom. 2. *quæſt. regular. quæſt.* 49. *ar.* 9. Miranda *to.* 1 *Manual. prælat. quæſt.* 33. *ar.* 5. *concluſ.* 1. Quia non agitur de nouo Conuentu erigendo, de quo procedunt Decreta, ſed de antiquo reaſſumendo. Econtra verò requiri conſenſum Epiſcopi, & alias ſolemnitates, tradunt Peirin. *de priuileg. ad Conſt. 6. Gregor. XV. num.* 2. Cherubin. *in compend. Bullar. conſtit. 99. Clement. VIII. ſchol.* 2. Quia hæc Decreta non procedunt de Conuentu quo ad materiam ſeu fabricam, ſed quo ad cohabitationem in vnum religioſorum, quæ fit de nouo.

492 Alij vero procedunt cum diſtinctione. Lezana *in ſum.* verbo *Monaſteria num.* 46. ait, quod ſi per reaſſumptionem inferatur nouum detrimentum religioſis cæteris, requiruntur ſolemnitates: Secus autem, ſi non inferatur, quia iam antiquum detrimentum eſt ſuperatum. Et videtur ſequi Ceſpedes *de exempt. regular. cap.* 1. *dub.* 13. *numer.* 2. Aliter procedit Donat. *in praxi rer. regular. par.* 2. *tit.* 1. *de monaſter. ædifican. qu.* 39. *num.* 6. & vult requiri ſolemnitates, ſi fit incorporatum iuribus Epiſcopi, aut alijs conceſſum, nam in tali caſu Monaſteriũ definit eſſe de proprietate dimittentium.

493 Mihi autem abſolutè concludendum videtur, quod quotieſcunque Monaſterium eſt abſolute dimiſſum, ita vt non ſit dimiſſum ad tempus, & ſponte facta ſit dimiſſio, non poſſit reaſſumi, niſi cum omnibus ſolemnitatibus requiſitis in erectione. Et ratio eſt, quia dum abſolutè, & ſponte dimittitur, amittitur ius per tacitam renunciationem celebrandi in tali loco, & exercendi ibi functiones Eccleſiaſticas, & proinde non poteſt reaſſumi, niſi de nouo acquiratur ius. Vnde eodem pacto res ſe habet, ac ſi ageretur de noua erectione, quia Decreta non diſponunt de erectione fabricæ, ſed de iure inhabitandi, & exercendi in loco functiones Eccleſiaſticas, quia diſponunt de eo vnde præiudicium cæteris generari poteſt, quod non contingit in erectione fabricæ.

494 Trigeſimo. An licentia Ordinarij requiratur cum cæteris ſolemnitatibus, quando ædificandum eſt Monaſterium in loco exempto. Partem affirmatiuam tenent Cochier *de iuriſdict. Ordinar. in exemp. par.* 2. *quæſt.* 45. *num.* 36. Riccius *dec.* 168 *numer.* 3. *par.* 4. Nouar. *in pract. noui iur. Pontif. concluſ.* 1. *aliàs* 10. *num.* 3. per cap. *Auctoritate, de priuileg. in* 6. Verum tex. ipſis non fauet, quia ibi tantum prohibetur, ne ſine licentia Sedis Apoſtolicæ, in locis exemptis erigantur Monaſteria. Ita enim habet. *Inhibemus inſuper, ne in locis, etiam exemptis, hoc ipſi exempti facere audeant, niſi ſuper his licentiam, vel priuilegium habeant Sedis Apoſtolicæ.*

495 Vnde tenendum eſt, quod non requiratur, ſed ſufficiat licentia, aut priuilegium Sedis Apoſtolicæ. Ita Ceſpedes *de exempt. regul. cap.* 1. *dub.* 17. *num.* 2. Donat. *in praxi rer. regul. par.* 2. *tract. de monaſter. ædif. quæſt.* 41. Et ratio eſt. Quia Epiſcopus non poteſt in locis exemptis exercere iuriſdictionem, nec circa ea, quæ ſunt annexa loco, nec per præſentia decreta conceditur ipſis aliqua iuriſdictio circa huiuſmodi loca. Imo diſponunt tantum de fundatione in locis ſubiectis ordinariæ ipſorum iuriſdictioni, vt conſtat ex decreto Clement. VIII. ibi. *In ciuitatibus, & locis eorum ordinariæ iuriſdictioni ſubiectis.*

496 Quod autem addunt Riccius, & Cochier, citati Franc. *in cap. auctoritate num.* 2. *de priuileg. in* 6. Quod ſi Regulares erigunt Monaſteria in loco exempto ſine licentia, totum acquiritur Epiſcopo: non ſubſiſtit. Quia nec id habetur ex dicto cap. *Auctoritate*, nec de iure procedit, quia cum locus exemptus non pertineat ad ipſum, nec etiam pertinent, quæ ſunt in loco.

497 Trigeſimo primo. An conſenſus iuxta præſentia decreta exquirendus, à Superioribus locorum, ſeu procuratoribus ſuppleri poſſit per Prouinciales, ſeu Generales. Partem affirmatiuam tradit Donat. *in praxi rer. regul. par.* 2. *tract.* 1. *de monaſter. ædific. quæſt.* 29. *num.* 1. & *num.* 3. refert Sacram Congregationem ita decreuiſſe in Senogalien. Carmelit. *die* 26. *Iunij* 1615. & in cauſa noui Monaſt. Patrum Congregat. de Coloriſo Eremitarum S. Auguſt. in Burgo S. Antonij Ciuit. Neapol. nolentibus conſentire Superioribus localibus, conſenſerunt Romæ Generales. Et ratio eſt. Superiores locales, & Procuratores ſunt ſubordinati Prouincialibus, & Generalibus, & tota illa iuriſdictio, quæ eſt in ipſis, eſt eminentiori modo in Superioribus maioribus, quibus ita ſubduntur, ſicut ipſis ſubduntur cæteri ſubditi, ita vt ipſorum voluntas tranſlata ſit in eorumdem voluntatem. Et ideo ſupplere poſſunt, quicquid inferiores poſſunt præſtare.

498 Eſt tamen aduertendum. Quod Superiores maiores non poſſunt ſupplere hunc conſenſum, niſi cauſa cognita. Et ratio eſt. Quia iuxta præſentia decreta præſcribitur talis forma pro nouis erectionibus, vt innoteſcat, an de nouo introducendi congruè poſſint ſubſtentari abſque aliorum detrimento. Quod tunc contingit, quando exquiritur conſenſus aliorum, nam conſentiendo, quod inde detrimentum eſſent paſſuri? Vnde non poſſunt Superiores maiores ſupplere hunc conſenſum, *niſi* cauſa cognita eis conſtet, quod introducendi ſubſtentari poſſint ſine ſuorum detrimento. Imo neque Superiores locales, ſeu Procuratores conſentire poſſunt, niſi exiſtiment ſuis non futuros detrimento. Nam finis horum decretorum eſt conſeruare ſplendorem religionum, regularem obſeruantiam, & proinde manutenere religiones cum commoda ſubſtentatione tanquam neceſſario medio. Vnde conſenſus pro introducenda noua religione, quando cæteris eſſet futurum detrimento, eſſet contra finem horum decretorum in re graui, & ideo non poſſet præſtari ſine graui peccato. Nec prodeſt quod poſſit quiſque præiudicio proprio renunciare, & quod volenti non fit iniuria; nam hoc ſolum locum habet, quando præiudicium eſt priuatum: non autem quando eſt publicum, & contra publicam vtilitatem, vt in caſu præſenti: decreta namque circa erectionem Conuentuum emanauerunt ob publicam vtilitatem religionum, vt conſtat ex decreto Gregorij XV. §. *Verum*. Nam cauſa finalis eſt conſeruare ſplendorem religionum, & regularem obſeruantiam.

499 Trigeſimo ſecundo. An præter licentiam Epiſcopi requiratur etiam licentia Sedis Apoſtolicæ pro ædificandis nouis Monaſterijs. Et quidem certum

Digitized by Google

ſum eſt requiri de iure communi *ex cap. 1. de exceſſib. Prælat.* & *cap. vnico de relig. domib. in 6.* & Clemen. *Cupientes de pœnis*. & notant Campanil. *in diuerſ. iur. Rubr. 12. cap. 13. num. 80. in fine* cum Rodriquez, & Sorbo. Zerola *in praxi par. 1.* verbo *Monachi §. 1. & 2.* Nouar. *in prac. concluſ. noui iur. Pontif. concluſ. 1. alias 10. num. 4.* Riccius *deciſ. 168. num. 4. par. 4* Barboſa *de poteſt. Epiſ. allegat. 26. n. 4.* Tamburin. *de iure Abbat. diſp. 33. quæſt. 1. num. 6.* Ventriglia *in pract. annot. 18. num. 7.* & alij infra citandi. Quia licet Concil. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 3. de regular.* diſponat, quod non poſſint fundari noui conuentus ſine licentia Epiſcopi, non tamen derogat iuri communi, ſed addit.

500 Attentis tamen priuilegijs fundari poſſunt cum ſola licentia Epiſcopi, vt aduertunt Rodriquez *tom. 1. quæſt. regul. quæſt. 23. ar. 7.* Lezana verbo *Monaſteria num. 4.* Ceſpedes *de exempt. Regular. cap. 1. dub. 2. num. 2.* Donat. *in praxi* ver. *regular. par. 2. tit. de ædifican. Monaſter. quæſt. 13. num. 4.* Nouar. *num. præced. citat.* Et hoc voluit Rota *deciſ. 745. par. 2. Recent.* dum habet, hodie per Concilium Trident. fuiſſe hanc facultatem Ordinarijs attributam: quod intelligitur ſtantibus priuilegijs, quæ ob communicationem facta ſunt omnibus communia. Recentia autem priuilegia conceſſa ſunt à Paulo V. *anno 1605.* Carmelitis diſcalceatis in ſua *Conſtit. 10* quæ incipit. *Ad Eccleſia*. & 1618. Monachis Fulienſibus *in Bulla* incipiente *Miniſterio*. Vnde ſicut Concil. Trident. derogauit priuilegijs conſtruendi Monaſteria ſine licentia Epiſcopi; ita priuilegia derogant iuri communi, quatenus requirit licentiã Pontificis. Imo *cap. vnicum de relig. domi 6. in 6.* procedit ſolum de quibuſdam Mendicantibus inſtitutis poſt Concil. Lugdunenſe, quos Gregor. X. extingui voluit, vt aduertunt Lezana, & Donat. *cit.* Suarez *diſp. 23. de cenſur. ſect. 5. num. 32.* & *cap. 1. de exceſſib. Prælat.* procedit ſolum de Mendicantibus, ſub quorum nomine non veniunt Monachi in odioſis, vt notant Suarez *num. 19.* Donat. *num. 7.* cum Nauar. *cap. 27. Manual. num. 144.*

501 Neque obſtant recentia Decreta Clemen. VIII. Gregor XV. Vrbani VIII. Quia licet reuocent priuilegia, licentias, indulta fundandi noua monaſteria, non reuocant tamen abſolutè, ſed ſolum, quatenus contraria ſuis diſpoſitionibus, quæ ſolum requirunt licentiam Ordinarij, & illam ſpecialem formam præſcriptam, vnde relinquunt priuilegia in ſuo robore, quatenus eximunt à petenda licentia à Summo Pontifice.

502 Imo, quod hodie etiam ſecluſis priuilegijs ſufficiat licentia Epiſcopi, nec requiratur Summi Pontificis, tenent Nouar. *in prac. noui iur. Pont. ſecij concluſ. 1. aliàs 10. num. 8.* alter Nouar. *in ſum. Bul. tit. de ædifican. Monaſter.* Donat. *in praxi rer. Regul. par. 2. tit. 1. de ædifican. monaſ. quæſt. 14.* Ceſpedes *de exempt. Regular. cap. 1. dub. 2. num. 4.* Quia Concil. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 3. de regular.* videtur hoc negotium delegaſſe Ordinarijs. Nec recentia Decreta præſcribentia formam pro noua fundatione requirunt aliam licentiam, quam Epiſcopi Cæterum ex nouiſſima Conſtitutione Innocentij X. quæ incipit *Inſtaurandæ*. Idib. Octob. 1652. Non poſſunt de nouo fundari Conuentus abſque ſpeciali licentia Sedis Apoſtolicæ, in qua fiat expreſſa mentio de huiuſmodi prohibitione: & licentia eſt concedenda præuia examinatione Congregat. Epiſcop. & Regular. Qua forma non ſeruata irritatur fundatio.

503 Trigeſimotertio. An ſoli Epiſcopi concedere poſſint licentiam fundandi monaſteria. Reſp. Non ſolum Epiſcopos, ſed etiam quoſcunque alios habentes auctoritatem quaſi Epiſcopalem, ſeu iuriſdictionem, ordinariam, poſſe concedere talem licentiam. Ita Ceſpedes *de exempt. regular. cap. 1. dub. 21. num. 1.* Donat *in praxi rer. Regular. par. 2. tract. 1. de Monaſt. edificat. quæſt. 17.* Et ratio eſt, Quia licet Concil. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 3. de Regular.* dicat ſine Epiſcopi licentia; conſiderat tamen Epiſcopum non tanquam Diœceſanum, neque ſecundum characterem, ſed tanquam Ordinariam, & ſecundùm iuriſdictionem; vnde in Decretis Clemen. VIII. & Gregorij XV. requiritur licentia, non Epiſcopi, ſed Ordinarij. Appellatione autem Ordinarij venit quicunque habet iuriſdictionem ordinariam quaſi Epiſcopalem, vt notant Gloſ. *in cap. Ordinarij*. verbo *Locorum de offic. Ordin. in 6.* Vbi Franc. *num. 3.* Gemin. *num. 5.* Item Gloſ. *in cap. Animarum*. verbo *Ordinariorum de conſtit. in 6.* per illum tex. Abbas *in cap. poſt ceſſionem. num. 1. de probat.* Felin. & Dec. *ibid.* Zabarel. *in Clemen. quia Regulares. num. 11.* ver. *Quæres de ſupplen. negligen. Prælat.* Seraphin. *deciſ. 1402. num. 5.* Coccinus *deciſ. 341. num. 1.* Rota *deciſ. 798. num. 3. par. 4. diuer.*

504 Trigeſimoquarto. An Vicarius Generalis Epiſcopi concedere poſſit hanc licentiam. Affirmat Ceſpedes *de exemptione Regular. cap. 1. dub. 21. num. 4.* Quia Vicarius quoque Epiſcopi eſt verè Ordinarius, vt notant communiter cum Gloſ. *in cap. Romano*. verbo *Generaliter de appellat. in 6.* Couarruu. *lib. 3. variar. cap. 20. num. 5.* Sanchez *cum aliis lib. 3. de matrim. diſp. 29. num. 5.* Sbrozius *de offic. Vicar. lib. 5. quæſt. 43.* & *quæſt. 51. num. 1.* & alij, quos citat Ceſpedes.

505 At pars negatiua eſt tenenda cum Donato *in praxi rer. regular. par. 2. tract. 1. de monaſter. ædificat. quæſt. 18. num. 1.* niſi tamen habeat ad hoc ſpeciale mandatum. & ita decidiſſe S. Congregat. *die 11. Iulij 1620.* refert Sellius *in relect. canon. cap. 90. num. 4.* apud Barboſ. *ad cap. 3. num. 31. ſeſſ. 25. Concil. Trident.* & *die 19. Ianuarij 1633.* apud Nouar. *in Lucerna Regular.* verbo *Monaſteria. num. 1.* Et ratio eſt. Quia talis licentia eſt de maioribus, quæ non cenſentur venire in ordinaria, & generali iuriſdictione communicata Vicarijs, ſed debent ſpecialiter committi.

506 An autem Vicarius Capitularis ſede vacante poſſit hanc licentiam tribuere? Affirmat Ceſpedes *eodem dub. 21. num. 5. cap. 1. de exempt. Regular.* Quia ſimiliter talis Vicarius eſt Ordinarius, & in ipſum tranſit ordinaria iuriſdictio Epiſcopi. Sed oppoſitum eſt tenendum cum eodem Donato *in praxi rer. regul. par. 2. tract. 1. de Monaſter. edifican.* Io. Anton. Nouar. *par. 2. ſum. Bullar. Tit. de edifican. Monaſt. ad Conſtit. Vrbani VIII. num. 5.* ex deciſione dicta *anni 1633. ſub die 19. Januar.* S. Congregat. Quia licet talis licentia ſit actus iuriſdictionis, eſt tamen de reſeruatis

An Monasterium seu Collegium cœptum habeatur pro perfecto, vt sit capax donationum. Quæst. XVII.

SVMMARIVM.

458 *Monasterium cœptum seu Collegium, est capax donationum tanquam si esset perfectum.*
Primus conceptus gaudet priuilegijs nati.

459 *Donatio requirit personam, cui fiat.*
460 *Locus pius construendus est capax donationis.*
Explicatio text. cap. Abbate, *de sent. & re iud.*

459 Ad decimumseptimum. Resp. Posset, quia partus conceptus in his, per quæ producitur in esse, habetur pro nato, & eius priuilegijs gaudet, *l. penult. ff. de stat. homin.* per quem text. sic censuit Rota *in decis. antiquior.* Bisi. *in tit. de test. decis.* 1. *n.* 4.

ADDITIO.

459 Doctrina Auctoris est certa, quia cessat ratio, ob quam dicitur, quod donatio facta loco construendo non valet; nimirum quia donatio requirit personam, vt dicunt Bar. *in l. seruo ad custodiam, ff. de alimen. & cib. leg.* Abbas *in cap. nos quidem de testam.* nam, dum Monasterium, aut Collegium est inchoatum, sicut iam in parte exiſtit, ita etiam incipit repræsentare personam.

460 Imo si res diligenter consideretur, Monasterium quoque construendum, licet nondum inceptum; sicuti etiam quilibet locus pius, videtur capax donationis, sicuti etiam, vt possit hæres instituí. Nam cum donatio sit ad causas pias, fit contemplatione Dei, qui est principalis donatarius certus, & vbique præsens: adest persona certa, & præsens acceptans donationem iuxta tex. *§. si quis in nomine. Authen. de Eccles. tit.* Vnde cessat ratio, cur loco construendo donari non potest, quando locus est pius. Nec obstat cap. *Abbate de sent. & re iud.* ibi. *Quia Monasterio, quod nondum erat, aliqua fieri donatio non valebit.* Quia hæc non sunt verba decisionis, sed allegationis alterius partis in sui fauorem; imo decisio tex. fauet, quia Monasterio non adiudicatur locus prætensus ex eo, quod nondum exiſtenti donari non poterat, sed quia non docuit de donatione; vnde supponit potuisse donari nondum exiſtenti, quia, si docuisset de donatione, fuisset adiudicatus.

An construens Ecclesiam sine licentia Episcopi possit destruere. Quæst. XLIX.

SVMMARIVM.

461 *Construens Ecclesiam sine consensu Episcopi non potest postea destruere.*
Semel Deo dicatum, in prophanos vsus reuerti non debet.

462 *Ecclesia sine licentia fabricata, adhuc fit de patrimonio Ecclesiæ.*
Ecclesia prophanata non potest alienari sine solemnitatibus.

491 Ad decimumoctaunm. Resp. Quod construens Monasterium, vel Ecclesiam sine consensu Episcopi, non potest illud postea destrui facere ex regula illa, quod semel Deo dicatum, amplius ad humanos vsus reuerti non debet. cap. *semel Deo, de reg. iur. in* 6. & dicit Domin. *in c.* 2. *de præben. in* 6. quod postquam Eccl. est ædificata, non potest reuocari donatio ei facta, quia facta est Deo: eodem modo in casu nostro, ex quo Eccl. semel fundata est pro cultu diuino, & sic pro seruitio Dei, non poterit per ipsum ædificantem dirui, & reuocari.

ADDITIO.

452 Quod Ecclesia ædificetur sine licentia Episcopi, non tollit quin fiat locus Deo dicatus, atque adeo quin tota illa fabrica fiat de patrimonio Ecclesiæ; sed solum, quod non fiat licitè: nec quod Ecclesia erigatur cum licentia Episcopi facit, quod non possit destrui ab vnoquoque, sed hoc prouenit ex natura Ecclesiæ, seu quia est locus Deo dicatus. Imo tanquam res Ecclesiastica non posset alienari absque solemnitatibus, vt de Ecclesia diruta, & prophanata tenet Ricc. *decis.* 54. *par.* 2. per cap. *sine exceptione*, 12. *quæst.* 1. Squillan. *de obligat. Episcop. par.* 2. *cap.* 1. *num.* 25.

Digitized by Google

Mandans Eccleſiam erigi in fundo ſuo an cenſeatur donaſſe totum fundum. Quæſt. XIX.

SVMMARIVM.

463 *Mandans fabricari Eccleſiam in proprio fundo non donat totum fundum.*

464 *Quam quantitatem fundi cenſeatur donare. Legata pia amplè interpretanda.*

463 Ad decimum nonum. Reſp. Negatiuè. Franch. *in c. Abbate ſanè, de re iudicata in 6.* & ſimiliter ſi teſtator legauit Eccleſiæ annuam quantitatem ſuper aliqua domo, non intelligitur legaſſe dominium domus, & ideo illud in Eccleſiam non transfertur. Specul. *de locato, §. nunc aliqui verſ.* 118. & hæres poteſt alienare cum onere ſupradicto ſine conſenſu Rectoris. Ripa *reſp. 4. vol.* 2. Mantica *de coniectur. vlt. vol. lib. 9. tit. 11. n. 46.*

ADDITIO.

464 Quamuis non cenſeatur legaſſe totum fundum Eccleſiæ, erit tamen debita tota illa quantitas fundi, quæ non ſolum neceſſaria eſt pro Eccleſia; ſed etiam pro cæteris annexis, & eligi poterit ſitus opportunior. Quia legata pia fauore animæ amplè interpretanda ſunt, *l. Titia §. Seia ff. de aur. & argen. leg.* vbi Bart. & Bald. & *l. Deo nobis & l. ſi quis ad declinandum C. de Epiſcop. & Cler.* & cap. *cum tibi*, & cap. *cum eſſes, de teſtamen.* Roman. *in authent. ſimiliter, num.* 80. *ad leg. Falcid. & ſingul.* 515 Abbas *in cap. indicante, num. 6. de teſtam.* & *in cap. ex parte num. 4. de cenſib.* Cagnol. *in l. ſemper in obſcuris num.* 10. *ff. de reg. iur.* teſtans de communi. Gozadin. *conſil.* 60. *num.* 15. Cephal. *conſil.* 144. *num.* 23. & 28. teſtans ſimiliter de communi, Mantica *de coniect. vlt. volum. lib. 6. tit. 3. num.* 35. Corneus *conſil.* 302. *num.* 2. *vol.* 4.

An legatum dotis debeatur Eccleſiæ antequam perficiatur. Quæſt. XX.

SVMMARIVM.

465 *Legatum dotis debetur Eccleſiæ, licet non ſit perfecta.*
Imo non poteſt ædificari niſi aſſignata dote.

466 *Non eſt tamen neceſſarium, vt ſtatim præſtetur. Ædificans Eccleſiam poteſt compelli ad dotandum.*

465 Ad vigeſimum. Reſp. Legatum dotis factum Eccleſiæ conſtruendæ debetur ante perfectam conſtructionem. Inn. *in c. Nos quidem, de teſtam.* vbi dicit, quod debent per hæredem omnia relicta pro Monaſterio conſtruendo tradi, & ſolui, ac etiam alia, & ſic etiam ea, quæ pro Monaſterio conſtruendo relicta non ſunt. & *ibi* etiam Abb. *n.* 7. dicit, quod relicta pro Eccleſia conſtruenda, debentur ſine aliqua diminutione. Non obſtat quòd Bart. cum alijs *in l. filium ff. de optione legata*, diſtinguit, aliud eſſe legare pro Eccleſia conſtruenda, vel ſimpliciter Eccleſiæ, licet conſtructa non ſit, & tunc legatum ſtatim debetur, quia deſeruiebat pro Eccl. conſtructione. Neque quod d. Bart. *in l. ſeruus ff. de alim. leg.* & *conſ.* 26. dicit aliud eſſe legare pro dote, & tunc cognoſcitur, quod non deſeruit pro conſtructione: ſed habet limitatam cauſam dotis, ergo non debetur. Non enim poteſt eſſe dos ante matrimonium, *arg. l. in agris ff. de acquir. rer. domin.* quia debetur legatum dotis, non expectata conſtructione quoniam in conſtructione Eccl. hoc eſt ſpeciale, vt quando mittitur primus lapis Eccl. conſtruendæ, conſignetur dos; Imò Epiſcopus licentiam ædificandi impartiri non debet, niſi priùs conſtituta dote. *cap. nemo, de conſecr. diſt.* 1. & ſic ceſſant omnia, quæ in contrarium adduci poſſunt, nam teſtator cenſetur ſe conformare diſpoſitioni iuris, niſi aliud expreſſe determinet.

ADDITIO.

466 Quamuis ſit aſſignanda dos antequam ædificetur Eccleſia, iuxta notata ab Auctore, & iuxta cap. *ſicut*, iuncta Gloſ. *de conſecrat. Eccleſ.* & notat Piaſec. *par.* 1. *praxis cap.* 5. *num.* 2. ita vt ſi ædificetur abſque dotatione, poſſit, qui ædificauit, compelli ab Epiſcopo ad dotandum iuxta Gloſ. *in capite nemo de conſecrat. diſt.* 1. verbo, *cuſtodum*, Vlpem *in praxi cap.* 49. *num.* 6. Bellet. *de diſcipl. Cler.* Tit. *de Cler. debit.* §. 15. *num.* 2. & 3. Riccium *in praxi reſol.* 338. *par.* 4. videtur tamen, quod ſufficiat aſſignatio

ſignatio, nec requiratur præſtatio, niſi quando eſt iam completa, & incipit indigere fructibus dotis pro manutentione: quia cum dos ſit pro manutentione Eccleſiæ, non videtur debita quò ad præſtationem, niſi quando Eccleſia exigit manutentionem, quod non contingit niſi quando eſt iam conſtructa. Vnde cum teſtator leget dotem in ordine ad manutentionem, ex fine legati colligitur mens ipſius, quod velit præſtari, quando incipit exigere manutentionem.

An Epiſcopus poſsit prorogare tempus præfixum pro conſtructione Eccleſiæ. Quæſt. XXI.

SVMMARIVM.

467 *Epiſcopus non poteſt prorogare tempus præfixum à teſtatore pro conſtruenda Eccleſia.*
468 *Ex rationabili cauſa prorogare poteſt.*
Id cenſetur diſpoſitum à reſtauratore, quòd interrogatus de caſu reſpondiſſet.

467 Ad vigeſimum primum. Reſp: Negatiuè: quia id tenderet forte in damnum teſtatoris, & eius voluntas non obſeruaretur, quæ vt ſeruetur, Epiſcopus maximè curare debet, *c. vltima voluntas* 13. *q.* 2. & ita notabiliter tradit Bart. *conſ.* 58. *lib.* 1.

ADDITIO.

468 At poſſe prorogari ex rationabili cauſa, tenent Berous *conſil.* 21. *num.* 7. *vol.* 2. Calderin. *conſil.* 5. *de offic. Vicar.* Felin. *in cap. ex parte* verbo *Vnde cogitabam*, *de conſtit.* Sbrozzius *de offic. Vicar. lib.* 2. *quæſt.* 51. *num.* 1. Dec. *in cap. Cum ſit Romana num.* 17. *in fine de appellat.* Abbas *conſil.* 40 *circa med. volum.* 1. Moneta *de commut. vltimar. voluntat. cap.* 5. *num.* 391. Et ſauet ratio. Quia ſtante rationabili cauſa, habetur præſumpta voluntas teſtatoris, quam ſcilicet ſi conſideraſſet, prorogaſſet tempus; vnde hoc non tam eſt differre exequutionem vltimæ voluntatis, quam interpretari mentem teſtatoris, quod interrogatus de caſu ita diſpoſuiſſet, iuxta *l. Titius* §. *Lucius ff. de lib. & poſth.* & *l. fin. ff. de poſth. hæred. inſtit.* & *l. Quoniam ff. de naturalib. lib.* & *l. qui graui ff. de iur. cod.* & *l. cum pater* §. *cum exiſtimaret. ff. de leg.* 2. & tradunt Gloſ. *in l. tale pactum*, §. *fin.* verbo, *Item nota ff. de pact.* Oldrad. *conſil.* 25. *num.* 3. Signorol. *conſ* 183. *num.* 10. Dec. *conſil.* 214. *num.* 4. Afflict. *deciſ.* 44. *num.* 18. Cranetta *conſil.* 25. *num.* 25. Alexan. *conſil.* 17. *num.* 1. *vol.* 7. Socin. ſen. *in l. ambiguo n.* 7. *ff. de reb. dub.* Socin. iun. *conſil.* 179. *numer.* 11. & 47. *vol.* 2. Curt. ſen. *conſil.* 51. *num.* 28. Iaſ. *conſil.* 4. *num.* 1. *volum.* 2. Grat. *conſil.* 120. *n.* 17. *vol.* Cephal. *conſil.* 114. *num.* 17. & ſcribentes in dict. *l. Titius*. Bart. Caſtrenſ. Alexan. *num.* 2. Iaſ. *nu.* 1. & alij.

An certus Religioſorum numerus cuique Monaſterio ſit aſſignandus. Quæſt. XXII.

SVMMARIVM.

469 *Tot religioſi cuilibet conuentui aſſignandi, quot commode ſubſtentari poſſunt.*
470 *Decretum Pauli V. circa hanc materiam.*
471 *Innouatum iuſſu Vrbani VIII.*
Theatini exempti.
472 *Generalis tamen in aſſignandis debet rationabiliter procedere.*
Arbitrium intelligitur prout de iure.
473 *Decretum de numero religioſorum pro quolibet conuentu obligat ad mortale; nec ſuperiorii poſſunt excuſari.*
474 *An excuſentur ratione paruitatis materiæ, & quomodo accipiendũ: Modicum non habetur in conſideratione.*
475 *Minuendus numerus religioſorum aſſignatorum, ſi deficiant prouentus.*

469 Ad vigeſimumſecundum, Reſp. Decreto fel. record. Pauli Quinti *die* 4. *Decembris* 1605. ſtatuitur, vt in vnoquoque Monaſterio tot Religioſi ſint, quot iuxta religionis, & proprij inſtituti morem, victum in communi habentes, competenter valeant ſuſtentari.

TENOR DECRETI EST INFRASCRIPTVS.

470 *Sanctiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus noſter, Dominus Paulus Diuina prouidentia Papa Quintus. Cum ex plurimis, iiſque grauiſſimis Decretis, quæ ſel. recor. Clemens* VIII. *ad regularem diſciplinam reſtituendam, & augendam condidit, illud maximi momenti eſſe animaduertit,*

tit, quòd à Sacro Concilio Tridentino multò ante cautum etiam fuerat, vt is tantùm Religioſorum hominum numerus in ſingulis Monaſterijs, Conuentibus, & Domibus Regularibus conſtitueretur, qui vel proprijs redditibus & obuentionibus, vel conſuetis emolumentis, ac eleemoſynis ali commodè poſſent; magnamque fortaſſe obſeruantiæ regularis iacturam inde factam eſſe, quòd Ordinum Superiores illud exequi nimiam diſtulerunt: vt hoc etiam adhibito remedio, huiuſmodi incommodo proſpiceret, aditumque ijs Prælatis Regularibus præcluderet, qui plures ad ſuam Religionem admittentes, quàm Monaſteriorum & Conuentuum cenſus, eleemoſynæ & qualitates ferant, non leuem ſubditis vitæ clauſtralis relaxandæ occaſionem præbere videntur.

2 *Decreuit & præcepit, ac præſentis Decreti virtute præcipit & mandat, omnibus & ſingulis Generalibus, Prouincialibus, Commiſſarijs, Miniſtris, Præſidentibus, Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Guardianis, Vicarijs & quibuſcunq; alijs Superioribus Monaſteriorum, Conuentuũ & Domorũ quouis nomine nuncupentur Ordinum Congreg. & Inſtit. tam Monachorum, quàm Mendicantiũ & non Mendicantium Regulariũ quorumcunq; exiſtentiũ intra fines Italiæ, & inſularum adiacentium, vt ſinguli ad quos pertinet, in qualibet Prouincia, adhibitis duobus aut tribus Monachis, Fratribuſue ſui Ordinis vel Congregationis probatioribus, & rerum vſu peritioribus, bona immobilia, cenſus, reditus, & prouentus omnes, conſuetas item eleemoſynas & obuentiones, tam communes Monaſteriorum, Conuentuum & Domorum eiuſdem Prouinciæ, quàm etiam ſingularibus perſonis religioſis aſſignatas ſeu permiſſas, in communem vſum deinceps conferendas, decem annorum diuerſorum habita ratione, diligenter ac maturè recognoſcant, ijs omnibus detractis, quæ reparationes, præſtationes, grandines, ſterilitates, aliaue cuiuſlibet generis onera conſueuerunt abſorbere: eaque omnia ſcripto fideliter exarata idem Superior, cuius intereſt, in primo Capitulo ſeu Congregatione Prouinciali coram tribus Iudicibus ab ipſomet Capitulo vel Congregatione deligendis proponat: qui computatis huiuſmodi reditibus, eleemoſynis & obuentionibus vniuerſis, ac oneribus, vt ſuperius, detractis, ſedulo examinent, quot Religioſi homines in vnoquoque Monaſterio, Conuentu, & Domo regulari, iuxta regionis & proprij Inſtituti morem, victum & veſtitum in communi habentes, competenter habeant ſuſtentari. Tum eorumdem bonorum, redituum, eleemoſynarum & onerum præciſam notam ipſimet Congregationi, Capitulo Prouinciali exhibeant, vt in illo diligenter omnibus diſcuſſis, cuiuſcunque familiæ, Conuentus, Monaſterij, & Domus regularis, quouis nomine nuncupatæ in ſingula quaque Prouincia certus earum tantùm perſonarum numerus communi Patrum Capitularium voto præfigatur, quæ redditibus, eleemoſynis & obuentionibus, vt ſuperius, ſufficienter ali poſſint.*

3 *Ne verò Superiores, qui id præſtare debent, ſerius aut remiſſius quàm par eſt, muneri ſuo ſatisfaciant, Mandauit ac mandat Sanctitas ſua, vt infra annum à die dati præſentis Decreti computandum, omnia, hoc de genere, capitulariter geſta in authenticam formam redacta ad Congregationem reformationis Apoſtolicæ ſinguli mittant, numerumque familiæ ſingulorum Conuentuum, Monaſteriorum & Domorum huiuſmodi regularium, Capitulo vel Congregationis Prouincialis ſententia & auctoritate præfinitum ijdem Superiores Ordinum, Congregationum & Inſtitutorum quorumcunque, tam Generales & Prouinciales, quàm locales omnes perpetuò ſeruare omnino teneantur.*

4 *Eos autem Superiores, cuiuſcunque ſtatus, gradus & conditionis exiſtant, qui prædicta omnia præfixo termino non præſtiterint, vel numerum huiuſmodi præſcriptum quouis modo augere præſumpſerint, priuationis omnium officiorum, quæ tunc temporis obtinebunt, vociſque activæ & paſſiuæ, ac ad omnia ſuæ Religionis officia & gradus, inhabilitatis perpetuam pœnam eo ipſo incurrere, atque alijs etiam grauioribus ad Sanctitatis ſuæ & Succeſſorum ſuorum arbitrium infligendis pœnis ſubiacere voluit & declarauit.*

5 *Vult præterea Sanctitas ſua per hoc Decretum eiuſdem Congregationis Reformationis Apoſtolicæ Secretarij manu ſubſcriptum, conſuetiſque Almæ Vrbis locis affixum & publicatum, omnes & ſingulos Ordinum Regularium Superiores, ad quos ſpectat, perinde affici, ac ſi ſuiſſet cuilibet perſonaliter intimatum.*

6 *Non obſtantibus Conſtitutionibus Apoſtolicis, priuilegijs, ſtatutis, indultis, & alijs contrarijs quibuſcunque.*

Datum Romæ apud S. Petrum, die quarta Decembris 1605. Pontificatus eiuſdem S. D. N. anno primo.

AD-

ADDITIO.

471 Quod in hac conſtitutione decernitur, innouatum fuit iuſſu Vrbani VIII. à S. Congregatione Concilij *in Decreto de celebratione Miſſarum*. & rurſus habita ratione reddituum, & conſuetarum eleemoſynarum fuit determinatus numerus iuxta formam præfixam religioſorum pro vnoquoque Monaſterio. Quia tamen id erat difficile ſeruare apud nos Theatinos, qui vltimus de eleemoſynis ſponte oblatis, quæ nullam habent certam legem, ſed in eoden conuentu modo ſufficiunt pro pluribus, modo pro paucioribus, idem Vrbanus VIII. remiſit arbitrio Generalis pro tempore prefigere numerum religioſorum iuxta quantitatem eleemoſynarum tunc temporis obuenientium, vt conſtat ex reſcripto, quod conſeruatur in Archiuio S. Syluestri Montis Quirinalis.

472 Quia autẽ id eſt remiſſum arbitrio Generalis, non poteſt diſponere de numero, niſi rationabiliter, & tenetur minuere numerum, quando diminutis eleemoſynis redderetur grauis. Tum quia non eſt abſolutè relaxatum decretum de præfigendo numero, ſed remiſſa arbitrio Generalis pro tempore eius obſeruantia, ita vt habita ratione eleemoſynarum præfigat numerum conuenientem. Tum quia arbitrium intelligitur, prout de iure *l. fin. §. ſed & ſi. C. communia de legat.* vbi Bart. *n.16.* Cæſar de Graſ. *deciſ. 7. num. 7. de re iud.* Peregrin. *deciſ. 239. lib. 2.* Ludouiſ. *deciſ. 189. num. 3.* Palcot. *deciſ. 290.* Rota *in Vlixbonenſi bonorum 8. Ianuar. 1594.* Vnde ſi Patres alicuius conuentus inſtarent, quod numerus diminueretur, quia eleemoſynæ non ſufficerent, tenetur diminuere in virtute huius Decreti. Verum modo non eſt poſſibilis caſus, quia ſinguli conuentus habent minorem numerum religioſorum, quàm ſufficiat pro conſuetis functionibus.

473 Eſt autem aduertẽdum, quod præſens Decretum obligat ad mortale, vt notant etiam Sanchez *lib. 7. ſum. cap. 23. num. 3.* Peirin. *queſt. 2 de ſubdito. cap. 2. §. 2.* Thomas à Ieſu *in cap. Non dicatis de ſtatu Monach. par. 4. cap. 6.* Lezana *in ſum. verbo Monaſteria Regul. num. 14.* Quod ſatis conſtat tum ex grauitate materiæ, tum etiam ex grauitate pœnarum, quæ tranſgreſſoribus imponuntur. Notant tamen Sanchez, & Peirin. quod poſſunt Superiores excuſari, ſi augeant numerum ex rationabili cauſa, vt nimirum adſint ſufficientes miniſtri pro miniſterijs iuxta inſtitutum, aut alia ſimili. Sed non video, quod liceat, cum augmentum numeri religioſorum præfixi ſit expreſsè prohibitum in Decreto celebrationis Miſſarum, etiam prætextu augmenti reddituum. Vnde ſolum cenſerem excuſari, ſi aliquo accidenti, nempe belli, aut incendij, aut alio ſimili cogerentur retrahere religioſos ex aliquo conuentu, & inter cæteros diſtribuere.

474 An autem excuſarentur ratione paruitatis materiæ, vt ſi ſupra numerum præfixum adderent vnum religioſum; Affirmatiuè videtur reſoluendum, quo ad illos conuentus, in quibus ſubſtentatur magnus numerus religioſorum, quia exiguè grauaretur. Quod enim pertinet ad veſtiarium, eſſet exigua quantitas, quæ reſpectu magni Monaſterij non eſſet conſiderabilis. Quod verò ſpectat ad victum, nullum grauamen afferret, quia quod paratur pro triginta, ſufficit etiam pro triginta & vno. Vnde grauamen eſſet, quid modicum, quod non haberetur in conſideratione *l. Si oleum. §. fin. ff. de dolo*, & *l. In rebus. §. Poſſunt. ff. commodati*. Præſertim inſpecto fine legis, qui eſt, ne exceſſus in numero faciat deficere congruentem ſubſtentationem, & inde relaxetur regularis diſciplina; quod non contingeret aucto numero in paruitate materiæ in magnis conuentibus. Secus autem in paruis, quia reſpectu ipſorum vnius perſonæ augmentum eſſet conſiderabile.

475 Eſt etiam aduertendum. Quod ſi præfixo numero contingat, aliquod Monaſterium amittere aliquos prouentus, tenentur Superiores minuere numerum cum proportione. Quia ſupponitur quod ſit præfixus totus ille numerus, qui congruenter ſubſtentari poteſt, & ideo deficiente notabili prouentu non poſſent congruenter ſubſtentari in toto *illo* numero prius præfixo, & ideo eſſet minuendus. Quia cum per Con. Trident. & Decreta Sum. Pontificum non poſſit eſſe maior numerus, quàm congruè ſubſtentari valeat, ne relaxetur regularis diſciplina, Superiores, cum teneantur eam conſeruare, tenentur etiam adhibere media neceſſaria pro conſeruatione, atque adeo non permittere maiorem numerum religioſorum, quàm competenter ſubſtentari valeat.

Reſolutio aliarum difficultatum circa materiam Monaſteriorum.

SVMMARIVM.

476 *Monachi comprehenduntur ſub Conſtitutionibus de erectione monaſteriorum.*

477 *Monaſteria Monialium non poſſunt erigi ſine licentia Epiſcopi.*

478 *An comprehendantur ſub conſtitutionibus de erectione monaſteriorum.*

479 *Quid ſi non mendicent.*

480 *An exquirendus conſenſus aliorum religioſorum, quando introducendi habent victum, & veſtitum. vbi pars negatiua.*

481 *Doctores aſſerentes.*

Generalis loquutio comprehendit omnes caſus.

482 *Noui religioſi, ſi ſacramenta miniſtrent, præiudicant prioribus.*

Diminutio concurſus reſpectu Regularium, eſt diminutio eleemoſynarum.

Lex

Lex abhorret diminui alimenta neceſſaria.

In introductione noue religionis debet conſiderari præiudicium aliarum ex quocunque capite proueniat.

483 *Noua religio tunc ſolum introducenda, quando commode ſubſtentari poteſt ſine aliorum detrimento.*

484 *Actus facultatiui, ſi alicui ſubtrahantur, non fit iniuria.*

Detrimentum ex ſubtractione actuum facultatiuorum conſiderari debet in introductione noue religionis.

485 *An ſi religio de nouo introducenda det cautionem omittenda ea omnia, vnde cæteræ detrimentum pati poſſent, ſit admittenda abſque citatione &c.*

486 *Qualiter iſta cautio præſtanda.*

487 *Quam aliam obligationem præſtare debebit.*

Adhuc conuocandi cæteri Regulares,

488 *Solemnitas pro introductione noue religionis, an ſeruanda, quando recuperantur monaſteria de manu Hæreticorum, aut bello diruta.*

489 *Monaſteria an reædificari poſſint ſine conſenſu Epiſcopi, & præſenti ſolemnitate.*

490 *Quid ſi religioſi amiſerint ius inhabitandi &c.*

491 *Solemnitas an neceſſaria cum religioſi volunt reaſſumere loca dimiſſa.*

492 *Quid ſi reaſſumendo afferant nouum incommodum ſupra antiquum.*

493 *Quid ſi monaſterium ſit abſolutè dimiſſum.*

494 *Licentia Ordinarij, & aliæ ſolemnitates requiruntur pro ædificando monaſterio in loco exempto.*

495 *Sufficit licentia Sedis Apoſtolicæ.*

496 *Si ædificarent in loco exempto ſine licentia, non acquireretur Epiſcopo.*

497 *Conſenſus exquirendus pro introducenda noua religione, an ſuppleri poſſit per Generales, aut Prouinciales.*

498 *Non poteſt ſuppleri niſi cauſa cognita.*

Peccant mortaliter exhibentes conſenſum pro introducenda noua religione, ſi ſit futura detrimento cæteris, aut ſibi.

499 *De iure communi requiritur licentia quoque Sedis Apoſtolicæ pro ædificandis nouis Monaſterijs.*

500 *Ratione priuilegiorum ſufficit licentia Epiſcopi.*

501 *Conſtitutiones circa erectionem conuentuum quatenus reuocent priuilegia.*

502 *Secluſis priuilegijs, neque requiritur licentia Summi Pontificis pro fundandis conuentibus.*

503 *Ordinarij omnes concedere poſſunt licentiam fundandi conuentus.*

Ordinarij appellatione qui veniant.

504 *Vicarius generalis Epiſcopi an poſſit concedere licentiam fundandi conuentus.*

505 *Poteſt ſi habeat ad hoc ſpeciale mandatum.*

506 *Vicarius Capituli ſede vacante an poſſit concedere licentiam erigendi conuentus.*

507 *Si Pontifex concedat Eccleſiam Regularibus, an adhuc requiratur conſenſus Epiſcopi.*

Epiſcopus ſuſpendere poteſt conceſſionem Eccleſiæ factam Regularibus à Pontifice.

508 *Epiſcopus an poſſit concedere Regularibus Eccleſias derelictas, ſine conſenſu Capituli.*

Epiſcopus quando tenetur procedere cum conſilio Capituli, debet illud ſequi.

509 *Licentia Ordinarij pro conſtruenda noua Eccleſia an debeat eſſe in ſcriptis.*

Quid in foro conſcientiæ.

510 *An pro erigendo nouo Monaſterio ſufficiat tacitus conſenſus Ordinarij.*

511 *Conceſſio erigendi nouum monaſterium non ſeruata forma conſtitutionum Apoſtolicarum, eſt nulla.*

Forma non ſeruata corruit actus.

Decretum irritans annullat quicquid in contrarium fit.

512 *Religiones non mendicantes an conuocandæ pro introducenda noua religione.*

513 *Regulares an poſſint retinere conuentum, pro cuius fundatione nequeunt oſtendere conſenſum Epiſcopi.*

514 *De præſenti quò ad hoc non proſunt priuilegia.*

515 *Pacta contraria exemptioni appoſita in erectione monaſterij, an valeant.*

516 *Renunciari non poteſt exemptioni.*

Iuri proprio non poteſt renunciari in præiudicium tertij.

Vitiatur pactum de iure impoſſibile, & ſubſiſtit conceſſio.

517 *Quid faciendum Epiſcopo ſi aliqui Regulares ſine eius licentia attentent erigere monaſteria.*

Non poteſt incarcerare, nec excommunicare.

518 *Quid faciendum Ordinario, ſi religioſi conuocati irrationabiliter denegent conſenſum pro noua religione introducenda.*

519 *Quid faciendum ſi aliqui religioſi reclament à conceſſione introductionis noue religionis.*

520 *Excepto, quod aliquæ religiones non ſint auditæ pro introducenda noua religione, an debeat admitti.*

Exceptio de iure tertij quando admittatur.

521 *Regulares conuocati an debeant omnes conſentire pro introductione noue religionis.*

Quod omnes tangit ab omnibus approbari debet.

522 *Quando ſufficit maior pars, requiritur vnio collegialis.*

523 *Quando aliquæ religiones conſentiunt, & aliæ non pro introducenda noua religione, non obtinetur finis Conſtitutionum Apoſtolicarum.*

524 *Pœna contra violantes Conſtitutiones circa erectionem Monaſteriorum.*

Excommunicatio tolli poteſt à quocunque confeſſario.

525 *Violantes Conſtitutiones circa erectionem Monaſteriorum, abſolui poſſunt à pœnis à ſuis prælatis.*

Quod poteſt Epiſcopus cum ſuis ſubditis, poteſt etiam Prælatus regularis cum proprijs.

526 *Facultas prælatorum Regularium circa proprios ſubditos ex priuilegio Pij V.*

527 *Quatenus ſe extendat ad forum externum.*

Exceptio firmat regulam in contrarium.

528 *Regulares priuati dignitatibus, quando poſſint ad eas reſtitui.*

Di-

Digitized by Google

Dictio, Eum, *importat identitatem*, *ne illius, ad quem de iure ſpectat collatio.*

529 *Priuatio officiorum ponit ipſa ſub diſpoſitio-*

ADDITIO.

476 Circa ſupradicta adhuc ſuperſunt nonnulla alia dubia: vnde vigeſimo tertiò quæritur, an comprehendant Monachos tãquam eos, qui non viuunt ex eleemoſynis. Et affirmatiuè reſoluendum eſt, vt reſoluit etiam Donat. *in praxi rer. Regular. par.* 2. *tract.* 1. *de Monaſter. ædifican. queſt.* 19. Et conſtat ex Decreto Gregorij XV. vbi expreſſe nominantur Monachi. ibi, *Monachi, ſeu Fratres, &c.* Et infra. *Volens, quod de cætero Monaſterium, Conuentus, Domus, Congregatio, vel Societas Religioſorum, ſeu Regularium cuiuſcunque etiam Mendicantium Ordinis, Societatis, & Inſtituti, quocunque nomine nuncupentur &c.* Ex quibus conſtat Decretum eſſe generaliſſimum, & non pro ſolis Mendicantibus, cum ipſos includat expreſsè cum dictione, *etiam*, quaſi dubitari poſſet, an includerentur, niſi fuiſſent in ſpecie expreſſi: vnde à fortiori ſequitur includi Monachos tanquam eos, de quibus non poterat dubitari, an includerentur.

477 Vigeſimo quarto quæritur. An dicta Decreta comprehendant Monaſteria Monialium. Et quidem, quod non poſſint erigi ſine licentia Epiſcopi, decernitur à Concilio Tridentino *ſeſſ.* 25. *cap.* 3 *de Regularib. in fine*. Et notant Nouar. *in ſumma Bullar. par.* 2. *tit. de Monaſter. ædifican. num.* 4. & alter Nouar. *in Lucerna Regul.* verbo *Monaſteria*, *num.* 6. Barboſa *lib.* 2. *de iure Eccleſiaſ. cap.* 12. *n.* 6. Tamburin. *de iure Abbatis diſp.* 33. *quæſt.* 1. *num.* 4. Ceſpedes *de exempt. Regular. cap.* 1. *dub.* 5. *num.* 1. Sed dubium eſt, an in concedenda licentia ſeruari debeat forma præſcripta Clement. VIII. & Greg. XV.

478 Affirmatiuam partem tenent Tamburinus modo *citatus*, Donatus *in praxi rerum Regular. par.* 2. *tit.* 1. *de Monaſter. ædifican. quæſt.* 21. Quia in dictis Decretis præſcribitur forma ad dandum conſenſum pro nouo Monaſterio, ſiue ſit virorum, ſiue mulierum. Negatiue autem reſpondent Ceſpedes *num. præced citat.* Lezana *in ſum.* verbo *Monaſteria num.* 54. Quia verba Decreti loquuntur de religioſis Monachis, &c. nec illa pars, quod non erigantur, niſi ſaltem duodecim inhabitare, & ſubſtentari valeant, poteſt comprehendere Moniales.

479 Et quidem, ſi Moniales non mendicent, non videntur comprehendi earum Monaſteria ſub forma dictorum Decretorum, quia non poſſunt religioſis præexiſtentibus afferre præiudicium; cum neque poſſint eorumdem eleemoſynas diminuere quæritando nec diuertendo concurſum ab eorumdem Eccleſijs: Finis autem Decretorum eſt conſeruare illæſa Monaſteria præexiſtentia, vt poſſint congruè ſubſtentari, qui proinde ceſſat in Monialibus non mendicantibus. Si verò quærunt eleemoſynas, quia poſſunt præiudicium afferre cauſando diminutionem eleemoſynarum, ideo eſſent audiendi cæteri religioſi quia vigeret finis Decretorum.

480 Vigeſimo quarto quæritur. An exquirendus ſit conſenſus aliorum Regularium, quando introducendi habent victum, & veſtitum, ita vt non ſint præiudicium allaturi præexiſtentibus. Et negatiuè reſpondent Io. Maria Nouar. *in praxi noui iur. Pontificij concluſ.* 2. *alias* 11. *num.* 4. Ceſpedes *de exempt. regular. dub.* 8. *num.* 2. Donat. *in praxi rer. regul. par.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 27. *num.* 2. Quia cauſa finalis, ob quam conuocandi ſunt cæteri Regulares, eſt ad videndum, an introducendi poſſint commodè ſubſtentari abſque aliorum detrimento, vt conſtat ex Decreto Clemen. 8. ibi. *Cauſa cognita conſtiterit &c. ſine aliorum detrimento commodè ſubſtentari poſſe*. & ex Decreto Gregorij XV. ibi. *Vel alias Ordinarijs locorum conſtiterit, Religioſos Monaſterij, Conuentus, ſeu Domus regularis ſic erigendi, ſeu erigenda, abſque detrimento religioſorum in Monaſterijs &c. erectis degentium &c. congruè, & commodè manuteneri, & ali poſſe*. Vnde Rota *deciſ.* 745. *par.* 2. *recent.* cenſuit potuiſſe Ordinarium Cæſarauguſtanum concedere licentiam erigendi nouum Collegium, quia ipſi conſtabat nullum præiudicium allaturum præexiſtentibus, quia collegialibus erat prouiſum de victu, & veſtitu.

481 Affirmatiuè autem reſpondent Io. Anton. Nouar. *in ſum. Bul. tit. de ædifican. Monaſt. num.* 5. *ampliat.* 4. Riccius *deciſ.* 222. *par.* 4. aſſerens, ita fuiſſe deciſum in Curia Archiepiſcopali Neapol. in cauſa Reformat. S. Auguſt. Ventriglia *in praxi annot.* 18. *num.* 26. ver. *dubium eſt*. Quia cum Decretum Clemen. VIII. & Gregorij XV. generaliter loquatur, comprehendit omnes caſus, *l. qui generaliter ff. de legat. præſt.* & *l. de pretio ff. de publ. in rem act.* Quod procedit etiam in Conſtit. pœnali Rota *deciſ.* 41. *num.* 41. *par.* 1. *recent.*

482 Quam poſteriorem ſententiam locum habere exiſtimo ſi de nouo introducendi ea præſtaturi ſint, quibus prioribus Eccleſijs concurſus, & emolumenta ſint dimiuuenda, vt eſt miniſtratio ſacramentorum, acceptatio eleemoſynarum pro Miſſis celebrandis, tumulatio defunctorum: dum enim concurſus diminuitur, indirectè minuuntur eleemoſynæ præexiſtentium, & cauſatur detrimentum in ordine ad congruam ſubſtentationem, quam inde percipiebant. Quod pulchrè conſiderauit Rota *in Ianuenſi priuilegiorum die* 24. *Ianuarij* 1647. *coram Roias* ad fauorem Patrum Theatinorum, pro quibus tulit ſententiam. ibi, *Etenim conſideratum fuit maximum detrimentum fore allaturum PP. Theatinis ſi presbyteri Oratorij reſiderent in Eccleſia Sancti Pancratij, quæ non diſtat ab Eccleſia S. Siri, vt ſupradictum eſt, ſpatio* 40. *cannarum. Quo ſtante diminueretur concurſus populi in prædicta Eccleſia S. Syri, & conſequenter eleemoſyna, quæ ex Chriſti fidelium concurſu vberiores fiunt erga PP. Theatinos ex illis viuentes. Ita vt ex diminutione dicti concurſus, & eleemoſynarum diminuerentur etiam alimenta Theatinis ex eiſdem prouenientia, quod lex abhorret, ad text. in l. ſolent. ff. de alimen. & cibar. leg.* Bar. *in l. cum hi §. vult igitur ff. de tranſact.* Iaſon *ibid. num.* 12. Ruin. *conſil* 81. *ſub num.* 4. ver. *Quis vbi à pluribus, lib.* 2. & *conſil.* 144. *ſub num.* 6. ver. *vel ſi non poteſt, lib.* 5. Ancaran. *conſil.* 254. *circa fin.*

fin. vet. Niſi ad ipſorum. Rota *in Romana alimentorum* 20. *Iulij* 1642. *coram R. P. D. meo Buchio*. *Nec obſtat, quod Patres Oratorij habeant propr os redditus à fundatore aſſignatos. Quia non ab eorum, ſed à Theatinorum egeſtate præiudicium deſumitur; & ſufficit omne præiudicium aliunde etiam, quam ex mendicitate, ſeu quæſtuatione Eccleſiæ victuæ reſultans, vt tradit Modernus Carmel. Matrit. in ſum. quæſt. Regul. tom.* 3. verbo *Monaſteria Regularium ſub num.* 6. ver. *Adde etiam, fol.* 400.

483 Nec obſtant, imo faucnt Decreta Clemen. tis VIII. & Gregor. XV. Quia volunt, quod introducendi de nouo tunc demum poſſint introduci, quando conſtat ſubſtentari poſſe ſine aliorum detrimento: quod non contingit, quando diminuturi ſunt concurſum aliarum Eccleſiarum, & alia emolumenta, quamuis non ſint mendicaturi, iuxta ponderata à Rota *num. præced.* Nec obſtat deciſio Rotæ 475. *par.* 2. *recent.* quia agebatur de erigendo Collegio, in quo tantum celebrarentur Miſſæ, & Euchariſtiæ ſacramentum conſeruaretur, vt conſtat ex ead. *deciſ. init.*

484 Nec obſtat, quod electio ſepulturæ, eleemoſynæ pro celebrandis Miſſis, & anniuerſarijs ſunt actus facultatiui, cum poſſit quilibet, ſi vult, pia opera facere, & vbi vult eligere ſepulturam, qui proinde, ſi alicui ſubtrahantur, nullum ipſi infertur præiudicium, vt ponderauit Rota *dicta deciſ.* 475. Quia imo Gregor. XV. conſiderauit præiudicium ex actibus facultatiuis, qualis eſt largitio eleemoſynarum, ibi. *Quo fit, vt non habita debita eleemoſynarum, ſeu redditnum cuiuſcunque Monaſterij, Conuentus, ſeu Domus ratione &c.* ſicut etiam conſiderauit Rota in dicta *Ianuenſi priuilegiorum*, de qua, *num.* 482. Quia præiudicium non ſumitur ſtrictè, prout dicit læſionem iuſtitiæ, ſed pro quocunque damno, ſeu quacunque diminutione alimentorum, ſeu eleemoſynarum.

485 Vigeſimo ſexto quæritur. An ſi aliqua religio vellet intrare cum cautione non quærendi eleemoſynas, nec faciendi aliquid, vnde nocumentum eueniret alijs religioſis, eſſet adhibenda forma præſcripta in his Decretis. Non eſſe neceſſarium in tali caſu citare alios Regulares, tradunt Peirin. *in formular. litter. Z. cap.* 3. *not. vlt.* Lezana verbo *Monaſteria num.* 0. *in fine*. Donat. *in praxi rer. regular. par.* 2. *tract.* 1. *de Monaſ. ædifican. quæſt.* 28. Quia ceſſat cauſa finalis horum Decretorum, quę eſt, quod non inferatur præiudicium cæteris; vnde ceſſat etiam diſpoſitio. Cap. *Cum ceſſante, de appellat.*

486 Aduertit tamen Donat. quod iſta cautio eſt præſtanda, ſicut oportet, nempe in Prouinciali Capitulo, & de licentia Generalis, vel in Capitulo Generali, & ſtipulari debet. Et quod Prouincia ſe obliget ad ſubſtentandos religioſos de nouo introducendos, medio iuramento, & cum aſſignatione annuorum reddituum ſufficientium: quod intelligitur, ſi ibi non habeant prouentus, vnde ſubſtententur.

487 Verum adhuc ſe obligare debebunt ad non exercenda ea miniſteria, quæ concurſum ab alijs Eccleſijs auertere poſſint, nec ad ea admittenda, quibus conſueta emolumenta cæteris minuantur iuxta dicta *num.* 482. cum, vt ibi ponderatum fuit, ex his cauſetur detrimentum præexiſtentibus. Rurſus quamuis in tali caſu debeant cæteri Regulares aſſenſum præbere, adhuc tamen erunt conuocandi; quia per accidens eſt, quod non ſint paſſuri detrimentum & proinde ſeruanda ea forma, quæ non ceſſat obligare, licet aliquando per accidens non ſit neceſſaria, & cum intereſſe habeant, debent certificari de obligatione, quam ſuſcipiunt de nouo introducendi, & debent illam recognoſcere.

488 Vigeſimo ſeptimo quæritur. An ſolemnitas horum Decretorum ſeruandæ, ſit, quando recuperantur Monaſteria occupata ab hæreticis, aut in bello diruta reædificantur. Negatiuè reſp. Rodriquez *tom.* 2. *quæſt. regular. quæſt.* 49. *ar.* 9. Lezana verbo *Monaſteria num.* 49. Donat. *in praxi rer. regular. par.* 2. *tract.* 1. *de Monaſter. ædifican. q.* 24. Et rectè. Quia per talem occupationem, aut deſtructionem non amittunt Regulares ius ſuum, cum ſic violenter, & iniuſte ſpolientur. Et ideo poſſunt ſemper vti iure proprio. Deinde hæc Decreta procedunt de noua erectione Monaſteriorom, recuperatio autem proprij Monaſterij, aut reſtauratio non eſt noua erectio.

489 Vigeſimo octauo. An Monaſteria ræedificari poſſint ſine conſenſu Epiſcopi, & ſolemnitatehorum Decretorum. Cum diſtinctione procedunt Gloſ. *in cap. de Monachis* 18. *quæſt.* 2. Afflictus *deciſ.* 392. *num.* 14. vbi Vrſil. *num.* 3. & 4. Nouar. *in pragmat. rubr. de ædificat. num.* 2. Alter Nouar. *in ſum. Bullar. par.* 1. *tit. de Monaſter. ædificat. nu.* 9. *limit.* Ceſpedes *de exemptione regular. cap.* 1. *dub.* 10 *num.* 1. Donat. *in praxi rer. regul. par.* 2. *tit.* 1. *de ædifi an. monaſt. quæſt.* 23. nempe non requiri licentiam Epiſcopi, & ſolemnitatem decretorum, ſi monaſterium non ſit in totum dirutum: ſecus autem, ſi ſit totum dirutum. Tunc autem dicitut totum dirutum, quando ita eſt funditus euerſum, vt neque remaneant fundamenta. Et ratio eſt. Quia ſi eſt totum dirutum, eſt noua ædificatio, & ideo requirit ſolemnitates: at ſi non eſt totum dirutum, non habent locum præſentia Decreta, quia loquuntur de noua ædificatione.

490 Verum cum præſentia decreta non tam conſiderent Monaſteria ſecundum materiale fabricæ, ſed ſecundum formale inhabitationis Religioſorum, & ea, vnde cæteris præiudicium prouenire poteſt, parum videtur referre, quod Monaſterium ſit, vel non ſit in totum dirutum, cum fieri poſſit, quod ſit in totum dirutum, & tamen religioſi ibi degentes retineant ſua iura inhabitandi, miniſtrandi Sacramenta, &c. vt ſi in totum dirueretur Monaſterium occaſione belli. Et ideo videndum eſt, an ex totali dirutione Monaſterij amittant religioſi ſua iura inhabitandi, miniſtrandi Sacramenta, & aliàs Eccleſiaſticas functiones exercendi. Quia ſi amiſerunt, non poterunt recuperare ſine conſenſu Epiſcopi, & cæteris ſolemnitatibus, quia erunt de nouo acquirenda. Si verò non amiſerunt, poterunt ſine ſolemnitatibus reædificare Monaſterium, quia ſicuti retinent ius ad inhabitandum, ita etiam ad erigendum dirutum Monaſterium.

491 Vigeſimo nono. An ſolemnitates ſint neceſſariæ quando religioſi recipere volunt loca ab ipſis dimiſſa. Partem negatiuam tradunt Rodriquez

Digitized by Google

tom. 2. *quæſt. regular. quæſt.* 49. *ar.* 9. Miranda *to.* 1 *Manual. prælat. quæſt.* 33. *ar.* 5. *concluſ.* 1. Quia non agitur de nouo Conuentu erigendo, de quo procedunt Decreta, ſed de antiquo reaſſumendo. Econtra verò requiri conſenſum Epiſcopi, & alias ſolemnitates, tradunt Peirin. *de priuileg. ad Conſt. 6. Gregor. XV. num.* 2. Cherubin. *in compend. Bullar. conſtit.* 99. *Clement. VIII. ſchol.* 2. Quia hæc Decreta non procedunt de Conuentu quo ad materiam ſeu fabricam, ſed quo ad cohabitationem in vnum religioſorum, quæ fit de nouo.

492 Alij vero procedunt cum diſtinctione. Lezana *in ſum.* verbo *Monaſteria num.* 46. ait, quod ſi per reaſſumptionem inferatur nouum detrimentum religioſis cæteris, requiruntur ſolemnitates: Secus autem, ſi non inferatur, quia iam antiquum detrimentum eſt ſuperatum. Et videtur ſequi Ceſpedes *de exempt. regular. cap.* 1. *dub.* 13. *numer.* 2. Aliter procedit Donat. *in praxi rer. regular. par.* 2. *tit.* 1. *de monaſter. ædifican. qu.* 39. *num.* 6. & vult requiri ſolemnitates, ſi ſit incorporatum iuribus Epiſcopi, aut alijs conceſſum, nam in tali caſu Monaſteriũ deſinit eſſe de proprietate dimittentium.

493 Mihi autem abſolutè concludendum videtur, quod quotieſcunque Monaſterium eſt abſolute dimiſſum, ita vt non ſit dimiſſum ad tempus, & ſponte facta ſit dimiſſio, non poſſit reaſſumi, niſi cum omnibus ſolemnitatibus requiſitis in erectione. Et ratio eſt, quia dum abſolutè, & ſponte dimittitur, amittitur ius per tacitam renunciationem celebrandi in tali loco, & exercendi ibi functiones Eccleſiaſticas, & proinde non poteſt reaſſumi, niſi de nouo acquiratur ius. Vnde eodem pacto res ſe habet, ac ſi ageretur de noua erectione, quia Decreta non diſponunt de erectione fabricæ, ſed de iure inhabitandi, & exercendi in loco functiones Eccleſiaſticas, quia diſponunt de eo vnde præiudicium cæteris generari poteſt, quod non contingit in erectione fabricæ.

494 Trigeſimo. An licentia Ordinarij requiratur cum cæteris ſolemnitatibus, quando ædificandum eſt Monaſterium in loco exempto. Partem affirmatiuam tenent Cochier *de iuriſdict. Ordinar. in exemp. par.* 2. *quæſt.* 45. *num.* 36. Riccius *dec.* 168 *numer.* 3. *par.* 4. Nouar. *in pract. noui iur. Pontif. concluſ.* 1. *aliàs* 10. *num.* 3. per cap. *Auctoritate, de priuileg. in* 6. Verum tex. ipſis non fauet, quia ibi tantum prohibetur, ne ſine licentia Sedis Apoſtolicæ, in locis exemptis erigantur Monaſteria. Ita enim habet. *Inhibemus inſuper, ne in locis, etiam exemptis, hoc ipſi exempti facere audeant, niſi ſuper his licentiam, vel priuilegium habeant Sedis Apoſtolicæ.*

495 Vnde tenendum eſt, quod non requiratur, ſed ſufficiat licentia, aut priuilegium Sedis Apoſtolicæ. Ita Ceſpedes *de exempt. regul. cap.* 1. *dub.* 17. *num.* 2. Donat. *in praxi rer. regul. par.* 2. *tract. de monaſter. ædif. quæſt.* 41. Et ratio eſt. Quia Epiſcopus non poteſt in locis exemptis exercere iuriſdictionem, nec circa ea, quæ ſunt annexa loco, nec per præſentia decreta conceditur ipſis aliqua iuriſdictio circa huiuſmodi loca. Imo diſponunt tantum de fundatione in locis ſubiectis ordinariæ ipſorum iuriſdictioni, vt conſtat ex decreto Clement. VIII. ibi. *In ciuitatibus, & locis eorum ordinariæ iuriſdictioni ſubiectis.*

496 Quod autem addunt Riccius, & Cochier, citati Franc. *in cap. auctoritate num.* 2. *de priuileg. in* 6. Quod ſi Regulares erigunt Monaſteria in loco exempto ſine licentia, totum acquiritur Epiſcopo: non ſubſiſtit. Quia nec id habetur ex dicto cap. *Auctoritate*, nec de iure procedit, quia cum locus exemptus non pertineat ad ipſum, nec etiam pertinent, quæ ſunt in loco.

497 Trigeſimo primo. An conſenſus iuxta præſentia decreta exquirendus, à Superioribus locorum, ſeu procuratoribus ſuppleri poſſit per Prouinciales, ſeu Generales. Partem affirmatiuam tradit Donat. *in praxi rer. regul. par.* 2. *tract.* 1. *de monaſter. ædific. quæſt.* 29. *num.* 1. & *num.* 3. refert Sacram Congregationem ita decreuiſſe in Senogalienſ. Carmelit. *die* 26. *Iunij* 1615. & in cauſa noui Monaſt. Patrum Congregat. de Coloriſo Eremitarum S. Auguſt. in Burgo S. Antonij Ciuit. Neapol. nolentibus conſentire Superioribus localibus, conſeſerunt Romæ Generales. Et ratio eſt. Superiores locales, & Procuratores ſunt ſubordinati Prouincialibus, & Generalibus, & tota illa iuriſdictio, quæ eſt in ipſis, eſt eminentiori modo in Superioribus maioribus, quibus ita ſubduntur, ſicut ipſis ſubduntur cæteri ſubditi, ita vt ipſorum voluntas tranſlata ſit in eorumdem voluntatem. Et ideo ſupplere poſſunt, quicquid inferiores poſſunt præſtare.

498 Eſt tamen aduertendum. Quod Superiores maiores non poſſunt ſupplere hunc conſenſum, niſi cauſa cognita. Et ratio eſt. Quia iuxta præſentia decreta præſcribitur talis forma pro nouis erectionibus, vt innoteſcat, an de nouo introducendi congruè poſſint ſubſtentari abſque aliorum detrimento. Quod tunc contingit, quando exquiritur conſenſus aliorum, nam conſentiendo, quod inde detrimentum eſſent paſſuri? Vnde non poſſunt Superiores maiores ſupplere hunc conſenſum, niſi cauſa cognita eis conſtet, quod introducendi ſubſtentari poſſint ſine ſuorum detrimento. Imo neque Superiores locales, ſeu Procuratores conſentire poſſunt, niſi exiſtiment ſuis non futuros detrimento. Nam finis horum decretorum eſt conſeruare ſplendorem religionum, regularem obſeruantiam, & proinde manutenere religiones cum commoda ſubſtentatione tanquam neceſſario medio. Vnde conſenſus pro introducenda noua religione, quando cæteris eſſet futurum detrimento, eſſet contra finem horum decretorum in re graui, & ideo non poſſet præſtari ſine graui peccato. Nec prodeſt quod poſſit quiſque præiudicio proprio renunciare, & quod volenti non fit iniuria; nam hoc ſolum locum habet, quando præiudicium eſt priuatum: non autem quando eſt publicum, & contra publicam vtilitatem, vt in caſu præſenti: decreta namque circa erectionem Conuentuum emanauerunt ob publicam vtilitatem religionum, vt conſtat ex decreto Gregorij XV. §. *Verum*. Nam cauſa finalis eſt conſeruare ſplendorem religionum, & regularem obſeruantiam.

499 Trigeſimoſecundo. An præter licentiam Epiſcopi requiratur etiam licentia Sedis Apoſtolicæ pro ædificandis nouis Monaſterijs. Et quidem certum

ſum eſt requiri de iure communi *ex cap. 1. de exceſſib. Prælat. & cap. vnico de relig. domib. in 6.* & Clemen. *Cupientes de pœnis*, & notant Campanil. *in diuerſ. iur. Rubr. 12. cap. 13. num. 80. in fine* cum Rodriquez, & Sorbo. Zerola *in praxi par. 1.* verbo *Monachi §. 1. & 2.* Nouar. *in prac. concluſ. noui iur. Pontif. concluſ. 1. alias 10. num. 4.* Riccius *deciſ. 168. num. 4. par. 4* Barboſa *de poteſt. Epiſ. allegat. 26. n. 4.* Tamburin. *de iure Abbat. diſp. 33. quæſt. 1. num. 6.* Ventriglia *in præct. annot. 18. num. 7.* & alij infrà citandi. Quia licet Concil. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 3. de regular.* diſponat, quod non poſſint fundari noui conuentus ſine licentia Epiſcopi, non tamen derogat iuri communi, ſed addit.

500 Attentis tamen priuilegijs fundari poſſunt cum ſola licentia Epiſcopi, vt aduertunt Rodriquez *tom. 1. quæſt. regul. quæſt. 23. ar. 7.* Lezana verbo *Monaſteria num. 4.* Ceſpedes *de exempt. Regular. cap. 1. dub. 2. num. 2.* Donat. *in praxi* ver. *regular. par. 2. tit. de ædifican. Monaſter. quæſt. 13. num. 4.* Nouar. *num. præced. citat.* Et hoc voluit Rota *deciſ. 745. par. 2. Recent.* dum habet, hodie per Concilium Trident. fuiſſe hanc facultatem Ordinarijs attributam: quod intelligitur ſtantibus priuilegijs, quæ ob communicationem facta ſunt omnibus communia. Recentia autem priuilegia conceſſa ſunt à Paulo V. *anno* 1605. Carmelitis diſcalceatis in ſua *Conſtit. 10* quæ incipit. *Ad Eccleſiæ*. & 1618. Monachis Fulienſibus *in Bulla* incipiente *Miniſterio*. Vnde ſicut Concil. Trident. derogauit priuilegijs conſtruendi Monaſteria ſine licentia Epiſcopi; ita priuilegia derogant iuri communi, quatenus requirit licentiã Pontificis. Imo *cap. vnicum de relig. domi 6. in 6.* procedit ſolum de quibuſdam Mendicantibus inſtitutis poſt Concil. Lugdunenſe, quos Gregor. X. extingui voluit, vt aduertunt Lezana, & Donat. *cit.* Suarez *diſp. 23. de cenſur. ſect. 5. num. 32. & cap. 1. de exceſſib. Prælat.* procedit ſolum de Mendicantibus, ſub quorum nomine non veniunt Monachi in odioſis, vt notant Suarez *num. 19.* Donat. *num. 7.* cum Nauar. *cap. 27. Manual. num. 144.*

501 Neque obſtant recentia Decreta Clemen. VIII. Gregor XV. Vrbani VIII. Quia licet reuocent priuilegia, licentias, indulta fundandi noua monaſteria, non reuocant tamen abſolutè, ſed ſolum, quatenus contraria ſuis diſpoſitionibus, quæ ſolum requirunt licentiam Ordinarij, & illam ſpecialem formam præſcriptam, vnde relinquunt priuilegia in ſuo robore, quatenus eximunt à petenda licentia à Summo Pontifice.

502 Imo, quod hodie etiam ſecluſis priuilegijs ſufficiat licentia Epiſcopi, nec requiratur Summi Pontificis, tenent Nouar. *in prac. noui iur. Pontificij concluſ. 2. aliàs 10. num. 8.* alter Nouar. *in ſum. Bul.* tit. *de ædifican. Monaſter.* Donat. *in praxi rer. Regul. par. 2. tit. 1. de ædifican. monaſ. quæſt. 14.* Ceſpedes *de exempt. Regular. cap. 1. dub. 2. num. 4.* Quia Concil. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 3. de regular.* videtur hoc negotium delegaſſe Ordinarijs. Nec recentia Decreta præſcribentia formam pro noua fundatione requirunt aliam licentiam, quàm Epiſcopi Cæterum ex nouiſſima Conſtitutione Innocentij X. quæ incipit *Inſtaurandæ*. Idib. Octob. 1652. Non poſſunt de nouo fundari Conuentus abſque ſpeciali licentia Sedis Apoſtolicæ, in qua fiat expreſſa mentio de huiuſmodi prohibitione: & licentia eſt concedenda præuia examinatione Congregat. Epiſcop. & Regular. Qua forma non ſeruata irritatur fundatio.

503 Trigeſimotertio. An ſoli Epiſcopi concedere poſſint licentiam fundandi monaſteria. Reſp. Non ſolum Epiſcopos, ſed etiam quoſcunque alios habentes auctoritatem quaſi Epiſcopalem, ſeu iuriſdictionem, ordinariam, poſſe concedere talem licentiam. Ita Ceſpedes *de exempt. regular. cap. 1. dub. 21. num. 1.* Donat *in praxi rer. Regular. par. 2. tract. 1. de Monaſt. ædificat. quæſt. 17.* Et ratio eſt, Quia licet Concil. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 3. de Regular.* dicat ſine Epiſcopi licentia; conſiderat tamen Epiſcopum non tanquam Diœceſanum, neque ſecundum characterem, ſed tanquam Ordinariam, & ſecundùm iuriſdictionem; vnde in Decretis Clemen. VIII. & Gregorij XV. requiritur licentia, non Epiſcopi, ſed Ordinarij. Appellatione autem Ordinarij venit quicunque habet iuriſdictionem ordinariam quaſi Epiſcopalem, vt notant Gloſ. *in cap. Ordinarij*. verbo *Locorum de offic. Ordin. in 6.* Vbi Franc. *num. 3.* Gemin. *num. 5.* Item Gloſ. *in cap. Animarum*. verbo *Ordinariorum de conſtit. in 6.* per illum tex. Abbas *in cap. poſt ceſſionem, num. 1. de probat.* Felin. & Dec. *ibid.* Zabarel. *in Clemen. quia Regulares. num. 11.* ver. *Quæres de ſupplen. negligen. Prælat.* Seraphin. *deciſ. 1402. num. 5.* Coccinus *deciſ. 341. num. 1.* Rota *deciſ. 798. num. 3. par. 4. diuer.*

504 Trigeſimoquarto. An Vicarius Generalis Epiſcopi concedere poſſit hanc licentiam. Affirmat Ceſpedes *de exemptione Regular. cap. 1. dub. 21. num. 4.* Quia Vicarius quoque Epiſcopi eſt verè Ordinarius, vt notant communiter cum Gloſ. *in cap. Romano*. verbo *Generaliter de appellat. in 6.* Couarruu. *lib. 3. variar. cap. 20. num. 5.* Sanchez *cum alijs lib. 3. de matrim. diſp. 29. num. 5.* Sbrozius *de offic. Vicar. lib. 5. quæſt. 43. & quæſt. 51. num. 1.* & alij, quos citat Ceſpedes.

505 At pars negatiua eſt tenenda cum Donato *in praxi rer. regular. par. 2. tract. 1. de monaſter. ædifican. quæſt. 18. num. 1.* niſi tamen habeat ad hoc ſpeciale mandatum. & ita decidiſſe S. Congregat. *die 11. Iulij 1620.* refert Sellius *in relect. canon. cap. 90. num. 4.* apud Barboſ. *ad cap. 3. num. 31. ſeſſ. 25. Concil. Trident.* & *die 19. Ianuarij 1633.* apud Nouar. *in Lucerna Regular.* verbo *Monaſteria. num. 1.* Et ratio eſt. Quia talis licentia eſt de maioribus, quæ non cenſentur venire in ordinaria, & generali iuriſdictione communicata Vicarijs, ſed debent ſpecialiter committi.

506 An autem Vicarius Capitularis ſede vacante poſſit hanc licentiam tribuere? Affirmat. Ceſpedes *eodem dub. 21. num. 5. cap. 1. de exempt. Regular.* Quia ſimiliter talis Vicarius eſt Ordinarius, & in ipſum tranſit ordinaria iuriſdictio Epiſcopi. Sed oppoſitum eſt tenendum cum eodem Donato *in praxi rer. regul. par. 2. tract. 1. de Monaſter. ædifican.* Io. Anton. Nouar. *par. 2. ſum. Bullar.* Tit. *de ædifican. Monaſt. ad Conſtit. Vrbani VIII. num. 5.* ex deciſione dicta *anni 1633. ſub die 19. Ianuar.* S. Congregat. Quia licet talis licentia ſit actus iuriſdictionis, eſt tamen de reſeruatis

Epiſcopo tanquam quid arduum, & in quo requiritur ſpecialis induſtria, cum diſcernendum ſit, an nouum monaſterium commodè ſubſtentari poſſit ſine aliorum detrimento.

507 Trigeſimoquinto. An ſi Summus Pontifex concedat Eccleſiam, aut conuentum Regularibus, requiratur adhuc licentia, & conſenſus Epiſcopi. Affirmatiuè reſoluendum eſt, ita etiam Vener. *lib.* 11. *Examin. Epiſc. cap.* 14. *num.* 11. Ceſpedes *de exempt. Regular. cap.* 1. *de Monaſter. edifican. dub.* 8. *num.* 1. Donat. *par.* 2. *prax. rer. regul. tract.* 1. *de Monaſter. edificat. quæſt.* 25. Rodriquez *tom.* 3. *quæſt. Regular. quæſt.* 8. *ar.* 1. Et caſus eſt deciſus *in cap. Paſtoralis de priuileg.* vbi decernitur, quod Regulares obtinentes Eccleſias pro ſuo vſu, non poſſunt inconſulto Epiſcopo in ipſarum poſſeſſionem introire. Quia ſcilicet conceſſio cenſetur facta ſaluo iure Epiſcopi, & ideo vt non ſit neceſſarius eius conſenſus, requiritur, quod in conceſſione ſpecialiter exprimatur, quod non requiſito ipſius conſenſu poſſint poſſeſſionem apprehendere; nam tunc Summus Pontifex auctoritate propria ſupplet conſenſum Epiſcopi. Ex quo deducitur. Quod ſtante conceſſione Summi Pontificis, poſſet Epiſcopus ſuſpendere exequutionem, & reſcribere eidem Pontifici, ſi iudicaret, non expedire, tales religioſos admitti ad locum conceſſum, præſertim ſi futuri eſſent cæteris detrimento. Quia non eſt veriſimile, quod Summus Pontifex intendat concedere, quod non eſt expediens concedi, cum ſemper reſpiciat æquitatem, & quod eſt contra communem vtilitatem religionum præexiſtentium in illo loco. Imo teneretur etiam reſcribere, quia tenetur obuiare in conuenientibus, quæ ex talì exequutione oriri poſſunt, cum ſit ſub ipſius diſpoſitione.

508 Trigeſimoſexto. An Epiſcopus ſine conſenſu Capituli poſſit concedere Regularibus Eccleſias derelictas, quæ non ſunt ſub alicuius dominio. Negatiuè reſoluunt Ceſpedes *de exempt. regul. cap.* 1. *de monaſt. ædificat. dub.* 20. *num.* 2. Donat. *par.* 2. *praxis rer. regular. tract.* 1. *de Monaſt. edifican.* aſſerentes, impetrandum eſſe conſenſum Apoſtolicum ſuper donatione facta ab Epiſcopo ſine licentia Capituli, ne poſtea moleſtentur. Verum cum Eccleſiæ exiſtentes intra territorium ſint in poteſtate Epiſcopi per *cap. Omnes Baſilicæ* 16. *quæſt.* 7. & *cap. Conquerenti de offic. Ordin.* & *cap. Conſult. de donat.* & proinde de ipſis diſponere poſſit, ſolum poteſt requiri ex eo, quod in rebus grauibus debet vti conſilio Capituli: ex eo autem, quod debeat vti conſilio Capituli, debet etiam obtinere conſenſum, quia per *cap. Quanto, de his quæ fiunt à prælat. ſine con. Cap.* iniungitur, vt in Eccleſiæ negocijs cum Canonicorum conſilio procedat, vel ſanioris partis. Dum autē debet procedere cum conſilio, neceſſe eſt, vt ipſorum ſenſui ſe accommodet, alioquin non procederet cum conſilio, ſed contra conſilium. Imo in *cap. Cum nos eod. tit.* decernitur conceſſionem factam ab Epiſcopo reclamante Capitulo irritam eſſe, vbi Gloſ. *in figuratione caſus* notat, talem conceſſionem fuiſſe de quadam Eccleſia. Quia tamen Epiſcopi in exquirendo conſenſu Capituli poſſunt contra ipſum præſcribere, ideo videndum eſt, an etiam in hoc præſcripſerint.

509 Trigeſimoſeptimo. An licentia Ordinarij pro ædificanda noua Eccleſia, ſeu monaſterio erigendo, debeat eſſe in ſcriptis. Affirmant Gloſ. *in cap. Placuit.* verbo *Dote* 1. *quæſt.* 2. Donat. *in praxi rer. regular. par.* 2. *tract.* 1. *de Monaſter. edifican. quæſt.* 11. *num.* 1. Intelligi autem debet pro foro externo. Quia in ipſo conſtare debet de licentia, quoties opus fuerit, & proinde requiritur ſcriptura: & ita ſeruatur in praxi non ſolum in his licentijs, ſed etiam in cæteris omnibus, iuxta doctrinam Pennæ *in l. Vnicuique C. de prox. ſacr. ſcrin.* Quò ad forum autem conſcientiæ, ſufficit conſenſus quocunque modo manifeſtatus, ſicut etiam ſufficit in cæteris, iuxta *cap. Inſtitutionis.* 25. *quæſt.* 2. & *cap. Tibi de reſcrip. in* 6. & Clemen. *Dudum de ſepulturis.*

510 Trigeſimooctauo. An pro introducenda noua religione, ſeu erigendo nouo monaſterio, ſufficiat tacitus conſenſus Ordinarij: vt ſi videat de nouo erigi, & non contradicat. Affirmant Silua *de Benefic. par.* 1. *quæſt.* 6. *num.* 21. Azor. *par.* 2. *lib.* 9. *cap.* 3. *quæſt.* 2. Riccius *deciſ.* 168. *num.* 2. *par.* 4. Merol. *tom.* 3. *Theol. Moral. diſp.* 7. *num.* 146. Nouar. *in nouo iure Pontific. concluſ.* 1. *aliàs* 10. *num.* 2. *de ædificat. monaſter.* Donat. *in praxi rer. regular. par.* 2. *tract.* 1. *de monaſ. ædifican. quæſt.* 11. *num.* 2. qui tamen *num.* 3. videtur ſe corrigere, dum vult teneri, Ordinarios ſeruare formam præſcriptam in nouis Decretis. Quare, licet fortè ſufficeret tacitus conſenſus ante noua Decreta, modò tamen nullo modo ſufficit, quia Ordinarij non poſſunt concedere talem licentiam, niſi vocatis intereſſe habentibus, & cognito, quod nouiter introducendi in debito numero commodè poſſint ſubſtentari ſine aliorum detrimento. Vnde cum non poſſint concedere licentiam, niſi ſeruata hac forma; tacitus conſenſus non ſufficiet, quia caret huiuſmodi forma.

511 Trigeſimonono. An ſi Ordinarius concedat licentiam erigendi monaſterium, non ſeruata forma præſcripta in nouis Decretis, teneat conceſſio, & valeat erectio. Negatiuè reſoluendum eſt: Ita Riccius *deciſ.* 75. *par.* 2. Nouar. *in ſum. Bul. par.* 2. Tit. *de ædifican. Monaſ. num.* 2. Ceſpedes *de exempt. Regular. cap.* 1. *dub.* 23. *num.* 1. Donat. *par.* 1. *praxis rer. regular. tract.* 1. *de monaſterijs edifican. q.* 16. *num.* 1. Primò quidem, quia conceſsio corruit, defectu poteſtatis, ſi quidem poteſtas Ordinariorum quò ad hoc non eſt abſoluta, ſed conditionata, dependens ab obſeruantia formæ præſcriptæ, vt conſtat ex Decreto Clement. VIII. ibi. *Locorum Ordinarios non poſſe licentiam ad nouos conuentus erigendos impertiri, niſi vocatis, & auditis &c.* Si enim non poſſunt, niſi vocatis &c. dum hæc conditio deficit, poteſtas quoque deficit. Secundo: Quia in his Decretis præſcribitur forma ſeruanda in conceſsione licentiæ; forma autem non ſeruata corruit actus. *l. Cum hi. S. ſi præter. ff. de tranſact.* & *l. Qui Romæ. S. Plautius: ff. de verbo. obligat.* & *cap. Quæritur §. Epiſcopus*, 22. *quæſt.* 2. & communiter cum Gloſ. *in cap. Dilecta.* verbo *Irritum*, *de reſcriptis*: vbi etiam Felin. *num.* 6. Abbas *num.* 4. Tertio, quia in dictis Decretis adeſt Decretum irritans, quod reddit irritum, & nullum quicquid in contrarium fit. *cap.* 1. ver. *Adijciebatur de conceſſ. præbend. in* 6. &

cap.

Digitized by Google

cap. ſi eo tempore de elect. in 6. Caſſador. *deciſ.* 1. *n.* 7. *de reſt. ſpoliat.* Rota *deciſ.* 142. *num.* 4. *par.* 2. *recent.* et communiter Doctores. Vnde licentia conceſſa non ſeruata forma horum Decretorum, eſt nulla.

511 Quadrageſimo. An ſoli Mendicantes, vel etiam Monachi; & aliæ religiones mendicantium conuocandæ ſint. Mouet dubium Ceſped. *de exempt. Regular. cap.* 1. *dub.* 23. ſed non reſoluit, quamuis videatur in eam partem magis propendere, quod ſoli Mendicantes conuocandi ſint, quia ſoli intereſſe habeant, & decreta ſunt facta ſolum in fauorem mendicantium. Verum abſolutè tenedum eſt, quod omnes ſint conuocandi: verba enim decreti Gregorij XV. ſunt ampliſſima, & comprehendunt omne genus religioſorum ibi. *Monaſteriorum, Conuentuum, ſeu domorum, aut ſocietatum, ſeu inſtitutionum huiuſmodi &c. Ad id vocati, & auditi fuerint;* Quæ verba apta ſunt comprehendere loca tam mendicantium, quam non mendicantium; nec Pontifex tam diuerſas ſpecies locorum expreſſiſſet, niſi omnes religiones voluiſſet comprehendere. Accedit etiam ratio, nam non vocantur, vt explicent, an ſint detrimentum paſſuri, ex erectione noui conuentus: ſed vt informent Epiſcopum, an nouiter introducendi manuteneri congruè poſſint, quod præſtare poſſunt etiam qui ſunt ſecuri, quod nullum detrimentum patientur. Et cum finis horum decretorum ſit ſplendor Religionum, & conſeruatio regularis obſeruantiæ, intereſt omnium religionum quod in nullo Monaſterio detrimentum patiantur, nam dedecus vnius cedit in dedecus religionis in genere.

513 Quadrageſimo primo. An regulares poſſint retinere Monaſteria, pro quorum fundatione nequeunt oſtendere conſenſum Epiſcopi. Affirmant Ceſpedes *de exempt. regular. cap.* 1. *dub.* 14. Donat. *par.* 2. *præx. rer. regular. tract.* 1. *de monaſter. adif. quæſt.* 12. & afferunt ex Confecto priuilegium Sixti V. & eſt *Conſtit.* 40. *ipſius in Bullar.* per quod concedit, quod poſſint Minores, Conuentus omnes, & Monaſteria, & Eccleſias in quibuſcunque mundi partibus, de quibus non conſtat an legitimè poſſideantur, retinere: dummodo à decem annis ſupra poſſiderent & poſſeſſa à decem annis infra poſſint retinere cum conſenſu Ordinarij. Hoc autem priuilegium participatur ab omnibus religionibus habentibus communicationem.

514 Verum licet tunc temporis potuerit hoc priuilegium cæteris religionibus prodeſſe, de præſenti tamen non poteſt, neque etiam ipſis Minoribus, quia coarctatur à Pontifice ad Monaſteria tunc poſſeſſa vſque ad diem datæ, & diſponit quo ad acquiſita, non quoad acquirenda, vt conſtat ex illis verbis, *Quæ vos in hunc vſque diem in quibuſcunq; Mundi partibus &c. Ea videlicet, quæ à decem annis ſupra; quæ vero à decem annis citra, de conſenſu Ordinariorum poſſidetis, liberè, & licitè retinere, &c.* Solum ergo ratione præſcriptionis iuuari poſſunt pro retinendis Monaſterijs, de quibus non conſtat, an ſint legitimè fundata, quia præſumitur iuſtus titulus poſſidendi, cum de contrario non conſtet.

515 Quadrageſimo ſecundo. An pacta, & conuentiones poſita in erectione Monaſterij contraria exemptioni, aut ſtatutis, aut priuilegijs Ordinis ſubſiſtant, ſiue irrita ſint cum ſæcularibus, ſiue cum alijs Regularibus. Et negatiue reſoluunt Ceſpedes *de exempt. Regular. cap.* 1. *dub.* 22. *num.* 1. Cochier *de iuriſdict. Ordinar. in exempt. par.* 2. *q.* 123 loquentes de pacto recognoſcendi Ordinarium in ſuperiorem. Donat. *par.* 2. *praxis rer. regular. tract.* 1. *de adfican. Monaſter. quæſt.* 47. *num.* 5. Quia huiuſmodi pacta prohibentur, ac declarantur irrita ab Alexandro IV. in fauorem Minorum, cuius Conſtitutio habetur in *priuileg. illius Ordinis conceſſ.* 17. *lib.* 2. Idem etiam præſtitit Honorius IV. quando non adeſt licentia Generalis, ſeu Capituli generalis, vt refert Caſarub. *in compend. priuilegior.* verbo *Conceſſiones*. Et licet Bonifacius VIII. reuocauerit has conceſſiones cap. *quia ex eo de pact. in 6.* fuerunt tamen reualidatæ, & de nouo conceſſæ à Sixto IV. prout habet Caſarub. *citat.* & Rodriquez *tom.* 1. *quæſt. regular. quæſt.* 27. *artic.* 3. Nec obſtat quod Leo X. *in Concil. Lateranenſi* ſtatuerit, quod pacta inita inter fratres, & Curatos valeant, niſi per ſubſequens Capitulum generale, aut prouinciale reprobata fuerint, & reprobatio legitime intimata. Nam non ſolum poſtea idem Pontifex confirmauit priuilegia Regularium apud Caſarub. ver. *Communicatio priuilegiorum num.* 20. cum clauſulis derogatorijs ampliſſimis; ſed etiam Iulius II. in ſua Conſtitutione, *Aliam venerabilem ſub die* 29. *Martij* 1507. apud Confect. *Conſtit.* 2. *huius Pontif.* de nouo irritauit huiuſmodi pacta, niſi in Capitulo generali coram Magiſtro Ordinis ratificentur.

516 Et quod ſpectat ad renunciationem exemptionis, ſecluſis etiam priuilegijs, de iure communi eſt irrita, quia agitur non ſolum de intereſſe religioſorum, ſed etiam Romanæ Sedis, cui immediate ſubijciuntur: vnde ius exemptionis eſt ius implicatum cum iure tertij, & ideo, quod fit in ipſius præiudicium, non tenet tanquam cedens etiam in præiudicium tertij. Cap. *Cum tempore de arbitr.* & cap. *Cum olim §. nos igitur de præſcript.* & iuxta ea, quæ tradunt Caſtrenſ. *conſil.* 431. *num.* 3. *init.* Roman. *conſil.* 369. *num.* 18. Cardin. *conſil.* 138. *in fine*. Gratian. *deciſ.* 78. *num.* 50. Afflict. *deciſ.* 173. Tuſch. *littera C. concluſ.* 1227. *num.* 3. Coſta *de ſcient. & ignoran. centur.* 2. *diſt.* 76. *num.* 5. Gail. *obſeruat* 40. *num.* 3. *lib.* 1. Vnde etiamſi accederet conſenſus Generalis, aut Capituli generalis, non teneret pactum præiudicans exemptioni, ſed tanquam de iure impoſſibile vitiaretur, & ſubſiſteret conceſſio fundationis, iuxta *l. cum donationis. C. de tranſact.* & *l.* 2. *C. de condit. ob cauſ.* vbi defectus modi ex caſu quoque fortuito non vitiat contractum, & *l. Diuorum C. eodem*, argum. à contrario ſenſu, & late Duran. *de condit. & modis impoſſibil. par.* 5. *cap.* 2.

517 Quadrageſimo tertio. Quid debeat facere Ordinarius, ſi aliqui religioſi attentent erigere Eccleſias, & Monaſteria abſque eius conſenſu, & ſine ſpeciali priuilegio Sedis Apoſtolicæ. Reſp. Contra hoc attentantes pœnas eſſe conſtitutas in decreto Vrbani VIII. *de erigendis Monaſter.* nempe priuationem vocis actiuæ, & paſſiuæ, ac omnium officiorum, & inhabilitatis ad ipſa & excommunicationem latæ ſententiæ. Vnde cum delictum ſit notorium, & extra clauſtra, inſtare poterunt apud eorumdem

Superiores, vt declarentur incurriſſe dictas pœnas iuxta diſpoſitionem Concil. Trident. *cap. 14. de regular. ſeſſ. 25.* & decretum Clement. VIII. de quo ſupra *num. 105.* Vnde reijciendus eſt Venerus *lib. 6 Examin. Epiſc. cap. 10. numer.* .... qui vult quod Epiſcopus debeat iubere, quod reuerenter conſumatur Euchariſtiæ ſacramentum, & incarcerentur dicti Regulares, & eos excommunicare, & mittere ad ſuos Superiores, inuocato etiam, ſi opus ſit, brachio ſæculari, Cum enim pœnæ ſint determinatæ per Clemen. VIII. nec ad ipſum ſpectet eos punire, ſolum poteſt inſtare apud eorumdem Superiores, quod puniantur. Poſſunt tamen prohibere erectionem, iuxta cap. *Auctoritate de priuileg. in 6.*

518 Quadrageſimo quarto. Quid faciendum Ordinario, ſi religioſi conuocati, gratis, & ſine rationabili cauſa non conſentiant. Reſp. Lezana verbo *Monaſteria Regularium num. 7.* Ceſpedes *de exempt. Regular. cap. 1. dub. 8. num. 3.* Vener. *lib. 6. exam. Epiſcop. cap. 10. num. 8.* Poſſe tunc concedere licentiam. Verum vt poſſit concedere talem licentiam, requiritur, quod conſtet, quod poſſint nouiter introducendi ſine aliorum detrimento manuteneri. Quia iuxta formam præſcriptam in decreto Gregorij XV. requiritur ſub diſiunctione, aut quod alias conſtet, poſſe ſine aliorum detrimento manuteneri. Vnde ex hoc eodem decreto reijcitur quod habet Venerus citatus: Quod ſcilicet Epiſcopus debeat in ſcriptis redigere, quæ ab vnoquoque ex conuocatis proferuntur, & poſtea ſolus dare, vel negare licentiam. Nam ſi conuocati non conſentiant, non poteſt concedere licentiam, niſi conſtet, nouiter introducendos poſſe ſine aliorum detrimento ſubſtentari.

519 Quadrageſimo quinto, Quid faciendum ſi Regulares, aut eorum aliqui reclament, aut appellent à conceſſione conceſſa. Reſp. Tunc ex decreto Gregorij XV. rem totam ſuſpendi, & deuolui ad S. Congregationem Epiſcoporum, & Regularium, & interim nihil innouandum, ſed irritum futurum, quicquid attentetur, etiam ignoranter. Ita *§. vltimo eiuſdem Decreti.* Quod etiam notant Vener. *li 6. exam. Epiſcop. cap. 10. num. 11.* Nouar. *in ſum. Bullar. par. 2. tit. de Monaſt. ædificat. num. 2.* Ceſpedes *de exempt. regular. cap. 1. de monaſ. ædif. dub. 23. num. 6.* Quod remedium fuit neceſſarium, ne Religioſi grauarentur ab Ordinarijs, aut conſenſum extorquerent, aut dicerent quod ipſis conſtat, poſſe nouiter introducendos ſine aliorum detrimento ſubſtentari. Et proinde totum negotium examinandum erit coram S. Congregat.

520 Quadrageſimo ſexto. An ſi aliqua religio contra nouam erectionem excipiat, quod aliquæ religiones non ſint auditæ, ſit admittenda exceptio. Et negatiuè reſpondet Donatus *par. 2. prax. rer. regular. tract. 1. quæſt. 30.* aſſerens ita fuiſſe deciſum à S. Congregat. anno 1646. in cauſa noui Monaſterij Eremitarum S. Auguſtini Congregationis de Colorita. Et addit rationem, quia non conuenit exceptio de iure tertij, & nulli competit agere de alterius præiudicio. Verum dicta Declaratio, tanquam emanata in caſu particulari, ratione habita circumſtantiarum non videtur trahenda in legem generalem, quia S. Congregatio potuit habere tunc talia motiua pro illa cauſa, vt potuerit iudicare, non releuare, quod aliquæ religiones non ſint auditæ. Et proinde ſecluſa dicta declaratione, probabilius puto eſſe admittendam talem exceptionem; nam etiam exceptio de iure tertij admittitur, quando excludit ius, & intentionem agentis; nam hoc propriè non eſt excipere de iure tertij, ſed de non iure agentis *l. fin. C. de rei vendicat.* Bar. *in l. 2. poſt. med. ff. de excep. rei iudicat.* Corneus *conſil. 66. n. 3. ver. Nec obſtat lib. 1.* Caſtrenſ. *conſil. 367. num. 2. lib. 1.* Crauet. *conſil. 191. num. 3.* Surd. *conſil. 415. num. 16. in fine.* Theſaur. *deciſ. 4. num. 1.* Rota *coram Ludouiſio deciſ. 415. num. 3.* Vnde dum aliqua religio excipit, quod aliqui non ſint auditi, intendit excludere ius ad nouam fundationem, tamquam conceſsio Ordinarij ſit nulla, vtpote non ſeruata forma præſcripta in nouis decretis de conuocandis, & audiendis omnibus.

521 Quadrageſimoſeptimo. An regulares conuocati debeant omnes conſentire an vero ſufficiat quod maior pars conſentiat. Et quidem videtur ſufficere quod maior pars conſentiat; quia quod fit à maiori parte ab omnibus cenſetur factum. Cap. 1. *de ijs, quæ fi. à maz. par. cap.* Verum cum agatur de re, quæ non pertinet ad religiones tanquam facientes Vniuerſitatem, & Collegium, ſed quæ pertinet tanquam ad ſingulos, ſiquidem agitur, an ſint paſſuræ præiudicium in ordine ad congruam ſubſtentationem, ſubintrat regula. Quod omnes tangit ab omnibus approbari debere, *l. per fundum ff. de ſeruit. ruſticor. prad. & cap. quod omnes de regul. iur. in 6.* quæ regula procedit quò ad ea, quæ pertinent ad ſingulos, vti ſingulos. Ita Gloſ. *in dict. capit. quod omnes*, vbi Decius *numer. 5.* Felin. *num. 15* & cæteri Doctores communiter.

522 Accedit etiam. Quod ſi ſufficeret maior pars, deberet conſenſus exquiri ab omnibus religioſis conuocatis, collegiater vnitis, ita vt collegialiter modo id præſtarent, quia in tantum ſufficit pars maior, in quantum in ipſa repræſentatur conſenſus totius corporis, quod fieri non poteſt, niſi in vnum corpus vniantur. Quod tamen eſt contra praxim.

523 Tertio. In decreto Gregor. XV. requiritur ſub diſiunctione quod aut Regulares conuocati conſentiant, aut aliàs conſtet Ordinario introducendos poſſe manuteneri commodè ſine aliorum detrimento. Vnde cum pars poſterior diſiunctiuæ æquipolleat priori, ſiquidem vtraque ordinatur ad eumdem finem, requiritur prior, nempe conſenſus conuocatorum, vt per ipſum conſtet, an introducendi poſſint congruè ſubſtentari in debito numero. Dum autem aliqui conſentiunt, alij vero non conſentiunt, res redditur dubia, & proinde non poteſt conſtare, quod congrue ſubſtentari poſſint.

524 Quadrageſimo octauo. Circa pœnas impoſitas violantibus decreta de erigendis Monaſterijs, quæ ſunt excommunicatio latæ ſententiæ, priuatio officiorum, inhabilitas perpetua ad ipſa, & priuatio vocis actiuæ, & paſſiuæ: dubitatur à quibus poſſint tolli. Et quod ſpectat ad excommunicationem, certum eſt, poſſe tolli pro foro interno à quocunq; Confeſſario; & pro foro externo à quocunque Prælato regulari, concurrentibus ijs, quæ neceſſaria ſunt pro abſolutione ab excommunicatione: quia non

eſt

eſt reſeruata. Quod notat etiam Lezana verbo *Monaſteria regular. num.* 11.

525 Quod verò ſpectat ad alias pœnas. Adhuc ab ipſis à ſuis prælatis abſolui poterunt. Quia ſi delictum eſt minus graue adulterio, poterunt diſpenſare de iure communi; nam Epiſcopus de iure communi diſpenſare poteſt in pœnis latis ob adulterium & alia crimina minora etiam in foro externo, cap. *At ſi Clerici* §. *de adulteriis, de iudic.* Quod autem poteſt Epiſcopus cum ſuis ſubditis, poteſt etiam Prælatus regularis cum proprijs, ex conceſſione Pij V. *ſub die* 21. *Iulij* 1571. *Conſtit.* 132. *in Bul.* eiuſdem Pontificis. Quæ conceſſio fuit in ſpecie confirmata à Gregorio XIII. in fauorem Congregat. S. Bernardi Hiſpaniæ, vt in *compend. priuileg. dicti Ordin.* ver. *abſolutio quò ad fratres* §. 11.

526 Si verò delictum cenſeatur maius adulterio poterunt abſoluere virtute priuilegiorum etiam pro externo, præſertim vigore priuilegij conceſſi a Pio V. Monachis Sancti Benedicti Congregat. Caſſinenſis, atque adeo omnibus habentibus communicationem priuilegiorum, *in ſua Conſtitutione*, quæ incipit. *Dum ad Congregationem. Idib. Iulij* 1571. & eſt 129. *eiuſdem Pontificis tom.* 2. *Bullar.* ibi. *Motu proprio, non ad ipſorum Abbatum, & Prælatorum, ſeu alicuius pro eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, & de mera liberalitate noſtra, Apoſtolicæque poteſtatis plenitudine omnibus, & ſingulis modernis pro tempore exiſtentibus Abbatibus, & Prælatis Congregationis huiuſmodi, quoſcunque illius pro tempore exiſtentes Monachos, Conuerſos, Commiſſos, & Oblatos tam profeſſos, quam nouitios, in ea tamen perſeuerantes, à quibuſuis crimtnibus, reatibus, culpis, cenſuris, & pœnis per eos, & eorum quemlibet tam ante, quam poſt illorum in Congregationem huiuſmodi, ac Monaſteria ſub illius obedientia exiſtentia ingreſſum, ſeu profeſſionem regularem per eos emiſſam, ob quamuis cauſam, & ob quemuis exceſſum, & delictum publicum, vel occultum caſu, ſeu data opera quomodolibet ab eis, & ſingulis, etiamſi homicidium voluntarium, ſeu membri mutilatio, non tamen poſt ingreſſum huiuſmodi pro tempore ſubſequutum, ſeu ſubſequuta fuerit, incurſis, & in futurum incurrendis, etiamſi de caſibus reſeruatis Sedi Apoſtolicæ, vel de comprehenſis in Bulla, quæ in die Cœnæ Domini ſingulis annis legi conſueuit, fuerint, plenariè toties quoties opus fuerit, iniunctâ ſibi pro modo culpæ pœnitentia ſalutari, quo ad reatum homicidij tantum in foro conſcientiæ tantum, abſoluendi, & liberandi, ac in priſtinum, & eum, in quo ante præmiſſa quomodolibet erant, & fuerant, ſtatum redintegrandi; omnemque inhabilitatis, & infamiæ maculam, ſiue notam inde quomodolibet inſurgentem ab eis, & eorum quolibet prorſus abolendi &c. tenore præſentium concedimus, & elargimur.* Quod quidem eſt maximum priuilegium, præſertim cum ſit conceſſum poſt Concilium Tridentinum, & derogationem priuilegiorum factam à Pio IV. quæ obſtabant Decretis ciuſdem Concilij.

527 In quo priuilegio illud eſt notandum, quod tantum homicidium reſtringitur ad forum conſciotiæ tantum; & ideo facultas conceſſa quo ad reliqua tanquam non reſtricta ad forum conſcientiæ, ſe extendet etiam ad forum externum, nam exceptio firmat regulam in contrarium, *l. quæſitum* §. *denique de fund. inſtruct.* & Glo. & Doctor. *in rubr. de regul. iur. in* 6.

528 Ex quo deducitur. Quod ſi officia, & dignitates, quibus priuatur ratione tranſgreſſionis, non ſint interim alteri collatæ, poterit ad ipſas denuo reſtitui virtute huius priuilegij, nam concedit facultatem, *In priſtinum, & eum, in quo ante præmiſſa, quomodolibet erant, & fuerant, ſtatum redintegrandi*, quod non eſt aliud quam reſtituere officia, & dignitates deperditas. vbi notanda ſunt verba; *Et eum*, nam ſignificat illum ipſum ſtatum, quem ante priuationem obtinebat, vt declarãt verba ſubſequentia, *Et eum in quo erant*, quæ ſignificat eumdem ſtatum, quem ante delictum obtinebant, & proinde importat identitatem in omnibus iuxta Glo. *in l. cum hi.* §. *qui in perpetuum, ff. ſi ager vectig.* Menoch. *præſumpt.* 173. *num.* 10. *lib.* 4. Surd. *deciſ.* 125. *num.* 1.

529 Cum autem in hoc priuilegio concedatur Abbatibus, atque adeo per communicationem Superioribus localibus aliarum religionum, poterunt facere quicquid in ipſo exprimitur, excepta tamen reſtitutione illorum officiorum, quorum collatio de iure non pertinet ad ipſos. Quando enim ſubintrat priuatio horum officiorum, ſunt vacantia, & ideo remanent ſub diſpoſitione illius, ad quem de iure pertinet collatio; nec poteſt inferior ea reſtituere iuſte priuato, alioquin ſibi vſurparet ius ordinarij collatoris. Et proinde facultas reſtituendi in priſtinum ſtatum, quatenus ſe extendit ad reſtitutionem officiorum debet accipi ſecundum ſubiectam materiam, vt ſcilicet cenſeatur conceſſa ijs, ad quos pertinet collatio. Quia Pontifex in hoc priuilegio non dat minoribus ſuperioribus, quæ ſunt propria maiorum: ſed tantum, quæ de iure religioni non conuenit.

Digitized by Google

BVLLA
FOELICIS RECORDATIONIS
PAVLI QVINTI
IN QVA

FIT REVOCATIO FACVLTATVM SVPERIORIBVS quoruncunque Ordinum, & Religioſorum quoquomodo conceſſarum, cognoſcendi cauſas ſuorum ſubditorum ad Officium ſanctæ Inquiſitionis hæreticæ prauitatis quomodolibet pertinentes.

530 PIVS IV. *in ſua Conſtit.* 51. *de qua ſub tom.* 2. *contra Religioſos, ab Inquiſitoribus procedi poſſe decreuit, dummodo ab eorum Superioribus non eſſet prauentum.* §. 1. *Hic Pontifex quaſcunque facultates, cuiuſcumque Ordinis Prælatorum cognoſcendi Regularium cauſas ad officium ſanctæ Inquiſitionis ſpectantes reuocat. Sed eas Ordinarijs denunciari mandat* §. 3. *& pendentes coram dictis Superioribus, ad Inquiſitores, & Ordinarios remittit* §. 4. *Et omnia acta ad eoſdem tranſmitti iubet* §. 5. *Contrauenientibus pœnam imponit* §. 6. *Clauſulas huic Bullæ præſeruatiuas apponit* §. 7. *Derogatoriaſque* §. 8. *Formam, & effectum eius publicationis præſcribit* §. 9. *Tranſumptiſque credi mandat* §. 10.

TENOR BVLLAE EST.

PAVLVS EPISCOPVS
SERVVS SERVORVM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

531 ROmanus Pontifex ea interdum, quæ à prædeceſſoribus ſuis temporum, & rerum qualitate id tunc expoſcente, prouidè pro hæreſum extirpatione ſancita ſunt, nouis emergentibus rationibus reuocat, & immutat, aliaque deſuper diſponit, & ordinat prout in Domino ſalubriter conſpicit expedire. Dudum ſiquidem fel. rec. Pius Papa IV. prædeceſſor noſter, ſua perpetuo valitura Conſtitutione ſtatuit, ordinauit, & declarauit, quòd ex tunc deinceps in omnibus Chriſtiani orbis partibus Inquiſitores hæreticæ prauitatis, tam generales, quàm in quibuſuis Prouincijs, ciuitatibus, oppidis, terris, & locis pro tempore deputati particulares, contra omnes quorumcunque Ordinum, etiam exemptorum, etiam Mendicantium profeſſores, & religioſos, ac etiam alios quoſcunque quouis modo priuilegiatos, & exemptos, de hæreſis crimine quomodolibet ſuſpectos aut culpabiles, dummodo ab eorumdem profeſſorum, & Religioſorum Superioribus, vel Prælatis in cauſis huiuſmodi præuenti non fuiſſent, iuxta facultates officij Inquiſitionis ipſius prauitatis inquirere, & procedere, ac culpabiles, & delinquentes repertos ſecundum canonicas ſanctiones caſtigare, atque punire poſſent, & valerent, ac aliàs prout in literis ipſius Pij prædeceſſoris latiùs continetur. Cùm autem rerum vſu compertum ſit, occaſione præuentionum huiuſmodi nonnulla interdum impedimenta orta eſſe, quominus cauſæ huiuſmodi ea, qua decet, diligentia cognoſcantur. Nos de conſilio Venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium contra hæreticam prauitatem generalium Inquiſitorum, illa de medio tollere volentes, motu proprio, & ex certa

Digitized by Google

ta ſcientia noſtra, ac matura deliberatione, hac noſtra etiam perpetuò valitura Conſtitutione, omnia & quæcunque priuilegia, indulta, facultates, & conceſſiones Generalibus, Superioribus, & Prælatis quorumcunque Ordinum, ſiue Mendicantium, ſiue Clericorum Regularium, cuiuſuis ordinis, & inſtituti, etiam in dicta Conſtitutione non expreſſorum, & quantumuis exemptorum, & quocumque nomine nuncupentur, per dictum Pium, ac quoſcunque Roman. Pontif. Prædeceſſores noſtros, & Sedem Apoſtolicam conceſſa, approbata, & innouata, & quantumuis etiam longiſſimo tempore obſeruata, cauſas ad dictum officium quouis modo ſpectantes cognoſcendi, & terminandi, ſeu in illis quoquo modo ſe intromittendi: quorum omnium, & ſingulorum tenores, etiamſi de illis ſpecialis, & expreſſa mentio habenda eſſet, præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, Apoſtolica authoritate tenore præſentium perpetuò caſſamus, reuocamus, & abolemus: ipſiſque Generalibus, Superioribus, & Prælatis, vt de cætero quouis quæſito colore, vel prætextu præuentionis, vel conſuetudinis, & præſcriptionis immemorabilis, ſeu cognoſcendi, an delationes huiuſmodi calumnioſæ ſint, necne, in eiſdem cauſis, tam motis, quàm mouendis, quoquomodo ſe intromittere, ſeu immiſcere, denunciationes recipere, teſtes examinare, proceſſus conficere, cauſas ipſas cognoſcere, definire, vel determinare minimè audeant, ſeu præſumant, ſimili authoritate diſtrictius inhibemus. Volentes, & expreſsè mandantes, vt ipſi Religioſi poſſint, & debeant omnes, etiam Ordinum huiuſmodi profeſſores, de hæreſi ſuſpectos, Inquiſitoribus, ivel Ordinarijs locorum vicinioribus liberè denunciare, abſque eo, quòd Superiores prædicti perſonas denunciatas, & cauſas perquirere, vel quoquomodo id impedire, vel retardare audeant, ſeu præſumant. Inſuper omnes, & quaſcunque cauſas ad dictum officium quomodolibet ſpectantes, & pertinentes coram Generalibus, Superioribus, & Prælatis huiuſmodi, in quibuſcunque locis exiſtentibus, ac contra quoſcunque Religioſos, vt præfertur, exemptos motas, & pendentes, ad Nos harum ſerie auocamus, eaſque omnes in ſtatu, & terminis, in quibus de præſenti reperiuntur, ipſius prauitatis Inquiſitoribus, vel Ordinarijs locorum vicinioribus, terminandas committimus. Præterea ipſis Generalibus, Superioribus, & Prælatis pari auctoritate præcipimus, atque mandamus, vt omnes proceſſus, & acta cauſarum huiuſmodi Inquiſitoribus, ſeu Ordinarijs prædictis reſpectiuè remittant, & conſignent; nec non profeſſores, fratres, & Religioſos ſupra dictos, quos hæreſis labe infectos, vel ſuſpectos, etiam in viſitatione, eſſe nouerint, abſque alia conſultatione cum proprijs Superioribus facienda, eiſdem Inquiſitoribus, vel Ordinarijs locorum vicinioribus reſpectiuè denuncient. Quod ſi Generales, aliiſque prædicti præſentibus literis non paruerint, eos omnes priuationis quarumcunque dignitatum ſeu prælaturarum, vel officiorum ſuorum ordinum, ac vocis actiuæ, & paſſiuæ, perpetuæque inhabilitatis ad eaſdem, necnon contra fautores hæreticorum, & impeditores officij ſtatutas, & inflictas pœnas, aliaſque cenſuras Eccleſiaſticas, etiam excommunicationis maioris latæ ſententiæ, à qua non, niſi à Nobis, vel à Romano Pontifice pro tempore exiſtente, præterquam in mortis articulo abſolutionis beneficium valeant obtinere, eo ipſo incurriſſe. Necnon præſentes literas, licet Generales, Superiores, & Prælati prædicti, aut quicumque alij, quauis authoritate, dignitate, vel officio, ſeu honore fulgentes, in præmiſſis quomodolibet intereſſe habentes, vel habere prætendentes ad hoc vocati non fuerint, ſemper, & perpetuo validas, & efficaces exiſtere, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnib. inuiolabiliter obſeruari. Sicque per quoſcunqi Iudices, & Commiſſarios, quauis authoritate fungentes, etiam Sanctæ Eccleſiæ Romanæ Cardinales, Sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere: Irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus. Non obſtan. prædictis, ac quibuſuis alijs Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon ordinum, & inſtitutorum quorumcunque iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis, etiam Mare magnum, vel aliàs quomodolibet nuncupatis, eiſdem ordinibus, eorumque Generalibus, Superioribus, & Prælatis, ac perſonis, etiam per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac Sedem prædictam, & per Nos quouis modo conceſſis, confirmatis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis. Quibus ac alijs omnibus, quæ præſentibus quomodolibet obſtare poſſent, etiamſi de illis, eorumque totis tenorib. ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac individua, & de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, eorum tenores, pro plenè, & ſufficienter præſentibus expreſſis, & totaliter inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, ceteriſque contrarijs quibuſcunque. Vt autem præſentes literæ ad omnium notitiam deducantur, neue aliquis ignorantiam earum prætendere, aut contra eas ſe excuſare valeat, illas in valuis S. Ioan. Lateranen. & Principis Apoſtolorum Baſilicarum de Vrbe, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ, ac Acie Campi Florę de more affigi, & publicari, earumque exempla inibi

affi-

Digitized by Google

affixa dimitti, ac poſt publicationem huiuſmodi, omnes & ſingulos, quos concernunt, & concernent in futurum, perinde arctent, & afficiant, ac ſi eorum cuilibet perſonaliter intimatæ fuiſſent: quòdque earum tranſumptis etiam impreſſis, Notarij publici manu ſubſcriptis, & ſigillo alicuius Prælati, ſeu perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, munitis, eandem prorſus fidem in iudicio, & extra vbique gentium & locorum adhiberi volumus, & mandamus, quæ eiſdem originalibus literis adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Et nihilominus, vt ad maiorem notitiam ſingulorum, & quorumcunque Religioſorum prædictorum præſentes deueniant, etiam volumus, & in virtute ſanctæ obedientiæ præcipimus, & mandamus Generalib. Superioribus, & Prælatis prædictis, vt in primis proximis futuris Capitulis, ſeu Congregationibus prouincialibus, vel generalibus cuiuſcunque Prouinciæ, tam in Italiæ, quàm extra, præſentes noſtras literas legi, & publicari faciant, & procurent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ caſſationis, reuocationis, abolitionis, inhibitionis, mandatorum, auocationis, commiſſionis, præceptorum, decreti, declarationis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud S. Marcum anno incarnationis Dominicæ 1606. Kal. Septembris, Pont. noſtri anno ſecundo. P. Prodat. Regiſtrata apud Scipionem Secretarium. Scipio Cobellutius. S. De Vrſinis. Anno à Natiuitate D. N. Ieſu Chriſti 1606. indictione 4. Pont. autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris & D. N. D. Pauli diuina Prouidentia PP. V. anno ſecundo, die verò tertia menſis Octobris, ſupradictæ literæ Apoſtolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Baſilicarum Sancti Ioannis Lateranenſis, Principis Apoſtolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apoſtolicæ, ac in Acie Campi Floræ, vt moris eſt, per me Io. Baptiſtam Menochium, eiuſdem Sanctiſſ. D. N. Papæ, & Sanctiſſimæ Inquiſitionis Curſorem. Romæ ex Typographia Reuer. Cameræ Apoſtolicæ M. D. C. VI.

Cauſæ quæ pertinent ad Tribunal Inquiſitionis.

ADDITIO.

532 Cauſæ, quæ pertinent ad Tribunal Inquiſitionis, & de quibus prohibentur per hanc Conſtitutionem ſuperiores Regulares cognoſcere, ſunt imprimis cauſæ hæreſis, ſeu quocunque modo ad hæreſim pertinentes. Quia hoc tribunal principaliter erectum contra hæreſim, ſe extendit ad omnia illa delicta, quæ quocunque pacto hæreſim concernunt: & proinde cauſæ Fautorum, Receptorum, Defenſorum hæreticorum, Apoſtatarum à fide, Schiſmaticorum, ſuſpectorum de hæreſi, blaſphemantium hæreticaliter, Magorum, Sortilegorum, quorum ſortilegia hæreſim continent aut ſapiunt, & aliæ huiuſmodi, quæ quocunque modo ad hæreſim dicunt relationem. Et proinde cauſæ quoque religioſorum contrahentium matrimonium ſiue publicè, ſiue ſecretè, quia ſunt ſuſpecti de hæreſi. Plures etiam aliæ cauſæ pertinent ad Tribunal Inquiſitionis ex Decretis Summorum Pontificum, vt eorum, qui non ordinati Miſſam celebrant, aut audiunt confeſsiones, ex Conſtit. 2. Gregor. XIII. quæ incipit. *Officij noſtri* Clemen. VIII. quæ incipit: *Et ſi alias.* Item ſollicitantium in confeſſione, vel occaſione, & prætextu confeſsionis. etiam confeſsione non ſequuta, etiam ſi ſollicitatio pro alijs fiat. & Gregor. XV. *Conſtit.* 4. Quæ cauſæ & cæteræ omnes huiuſmodi pertinent ad hoc tribunal, quia ſemper exhibent aliquam ſuſpicionem hæreſis.

QVÆSTIONES.

533 1 Quæ fuit potiſſima cauſa huius Conſtitutionis.

2 An Epiſcopus ſine Inquiſitore, & Inquiſitor ſine Epiſcopo procedere poſsint, & quando poſsint.

3 Quid agendum eſt in cauſis, vbi Epiſcopus & Inquiſitor inſimul procedunt, & inter ſe diſcordant.

4 An Regulares pro quo fidei negotio ad Sanctum Officium recurrerint, ſeu confugerint, vel in eo teſtimonium veritatis perhibuerint, poſsint à ſuis Superioribus grauari?

5 An in cauſis ad S. Inquiſitionem hæreticæ prauitatis ſpectantibus, Iudices, & Officiales gratis omnia expedire debeant?

Que

Quæ ſit cauſa finalis prohibendi Prælatis regularibus, ne cognoſcant cauſas pertinentes ad Tribunal Inquiſitionis.

Quæſtio I.

SVMMARIVM.

534 *Finis prohibendi Regularibus, ne cognoſcant cauſas pertinentes ad Inquiſitiones, eſt, vt debito modo tractentur.*

135 *Et non ſegniter.*

534 Ad primum. Reſp. Iuſtiſsimè huiuſmodi cauſarum cognitio à cæteris abdicata, & ad ſolos Epiſcopos, & Inquiſitores delata fuit, quia in eorum Tribunalibus magis iuridicè, & ſecretè cuncta geruntur, & ob quotidianam experientiam diligentiùs fabricantur proceſſus. Hi enim meliùs intelligunt modum, & ordinem interrogandi, examinandi, & conueniendi Reos, quàm quilibet alij Religionum Superiores, qui, etſi eſſent Iuris peritiſsimi, tamen ob non frequentatum hunc iudicandi modum, non poſſent ita diligenter proceſſus fabricare, ſicut Epiſcopus, & Inquiſitor. Ita aduertit Pegna *in Directorio Inquiſitorum par. 3. Comment. 77. verb. Illuſtriſſime*; vbi propter alias fortaſſe grauiores cauſas, quas prudens ibi omittere ſubdit, ſic decretum fuiſſe iudicat.

ADDITIO.

535 Cauſam finalem huius Conſtitutionis aſsignat ipſe Pontifex illis verbis. *Cum autem rerum uſu compertum ſit occaſione præuentionum huiuſmodi nonnulla interdum impedimenta orta eſſe, quominus cauſæ huiuſmodi ea qua decet, diligentia cognoſcantur*. Vnde cauſa finalis fuit, ne huiuſmodi cauſæ ſegniter, & abſque debita diligentia tractentur. Cum enim plurimum interſit Chriſtianæ Reipublicæ fidem puram, & illibatam ſeruari, neceſſarium quoque fuit, vt cauſæ omnes, vnde aliquod præiudicium ipſi ſuboriri poſſet, ſedulo, & cum maxima cura tractarentur.

An Epiſcopus, & Inquiſitor poſſint ſeorſim procedere.

Quæſtio II.

SVMMARIVM.

536 *Epiſcopus, & Inquiſitor, quæ ſeorſim præſtare poſſint.*

Vnus ſine alio non poteſt deuenire ad arctum carcerem, tormenta, & ſententiam.

537 *Poteſt vnus ſine alio ferre ſententiam abſolutoriam.*

538 *Inquiſitor quando poſſit ſine Epiſcopo torquere, & proferre definitiuam ſententiam.*

539 *Inquiſitor poteſt ſolus procedere in cauſis laiarum.*

536 Ad ſecundum. Reſp. Quatuor per ſe poteſt Epiſcopus ſine Inquiſitore, & è contra; nempe inquirere, citare, arreſtare, & capere, ac tutæ cuſtodiæ mancipare. Tria verò non poteſt vnus ſine alio, ſcilicet tormentis reos exponere, ad ſententiam procedere contra eos, & tradere carceri arcto, quod magis ad pœnam, quàm ad cuſtodiam videatur, vt patet in Clem. *Multorum in princ. de Hæret.* vbi dicitur ſic: *Multorum querela*, & infra: *vt negotium Inquiſitionis huiuſmodi eò proſperetur feliciùs, quò deinceps eiuſdem labis indago ſolemniùs, diligentiùs, & cautiùs peragetur, ipſum tam per Diœceſanos Epiſcopos, quàm per Inquiſitores à Sede Apoſtolica deputatos* (omni carnali amore, odio, vel timore, ac cuiuslibet commodi temporalis affectione ſemotis) decernimus exerceri: ſic quòd quilibet de prædictis, ſine alio citare poſsit, & arreſtare, ſiue capere, ac tutæ cuſtodiæ mancipare: ponendo etiam in compedibus, vel manicis ferreis, ſi ei viſum fuerit faciendum, ſuper quo ipſius conſcientiam oneramus. Necnon inquirere contra illos, de quibus pro huiuſmodi negotio ſecundùm Deum, & Iuſtitiam videbitur expedire. Reos tamen tradere carceri arcto, qui magis ad pœnam, quam ad cuſtodiam videatur: vel tormentis exponere illos: aut ad ſententiam procedere contra eos, Epiſcopus ſine Inquiſitore, aut Inquiſitor ſine Epiſcopo Diœceſano, aut eius Officiali, vel, Epiſcopali ſede vacante, Capituli ſuper hoc delegato, ſi ſui ad inuicem copiam habere valeant, intra octo diernm ſpatium, poſtquam ſe inuicem exquiſierint, non valebit, & ſi ſecùs præſumptum fuerit, nullum ſit,

Digitized by Google

ſit, & irritum ipſo iure. Quod autem vnus ſine alio procedere ad ſententiam non poſſit, ante iſtam Clementinam iam erat cautum, *in c. Per hoc de hæret. lib. 6.* ſed perfectius habetur hic *in c. Multorum*, allegato. Cauſas quoque ſuperſtitionum, incantationum, veneficiorum, & blaſphemiarum, niſi ſapiant manifeſtè hæreſim, abſque Inquiſitorum interuentu, Epiſcopus terminare poteſt, tex. *in c. accuſatus, de hæret. in 6.* Abb. *in c. 1. de ſortileg. num. 4. verſ. Et aduerte.* Et ita cenſuit Sacra generalis Congregatio Rom. & vniuerſalis Inquiſitionis *ſub die 2. Decembris anni 1602.* Vt refert Franciſcus Leo *in Theſ. fori Eccleſiaſtici in tit. de ſortileg.*

ADDITIO.

537 Quod dicitur, quod Epiſcopus non poteſt ſine Inquiſitore, aut econtra Inquiſitor ſine Epiſcopo ferre ſententiam, intelligitur de condemnatoria, non autem de abſolutoria, nam hanc poteſt ferre vnus ſine alio, vt tradunt Pegna *in directorio num. 93. par. 3.* Clarus §. *hæreſis num. 5.* Souſa *in aphoriſmis Inquiſitorum lib. 2. cap. 37. num. 2.* Molina *de iuſt. & iure tract. 5. diſp. 28.* Palaus *tract. 4. oper. moral. diſp. 8. punct. 13. num. 20.* Carena *de offic. Inquiſit. par. 1. tit. 4. §. 1. num. 10.* Conſentiunt etiam, quamuis tutiorem appellent oppoſitam opinionem, Farinac. *de hæreſi quæſt. 186. n. 81.* Roias *ſingul. 27. num. 7.* Azor. *par. 1. lib. 8. cap. 18. quæſt. 16.* & alij, Et ratio eſt, Quia quod proferatur ſententia ſimul ab Epiſcopo, & Inquiſitore, eſt in fauorem rei, ad vitandum eius grauamen in ſententia; hæc autem ratio finalis omnino ceſſat, quando ſententia eſt abſolutoria.

538 Rurſus etiam limitanda eſt reſolutio auctoris, vt non habeat locum quò ad torturam, & definitiuam ſententiam condemnatoriam, ſi Epiſcopus eſt abſens à Diœceſi, vel reperiri non poteſt; vel ſi intra octo dies nolit cum Inquiſitore conuenire, vt habetur ex Clemen. 1. *de hæret.* Ita notant Eymeric. *par. 3. Direct. quæſt. 49.* vbi etiam Pegna. Souſa. *in aphoriſ. Inquiſit. lib. 1. cap. 3. num. 8. & 10.* Palaus *tract. 4. oper. moral. diſp. 8. punct. 13. num. 11. & 12.* Carena *de offic. Inquiſit. par. 1. tit. 4. §. 2. n. 15.* Quia propter abſentiam vnius iudicis non debet impediri curſus cauſarum huius tribunalis, in quo cum ſumma æquitate procedendum eſt. Et proinde, ſine vnus tantum compilet proceſſum, ſiue diuiſim procedant, compilato proceſſu antequam ad torturam, vel ſententiam deueniatur, debet inuicem communicari, & vnus alterum requirere in ordine ad procedendum, & expectare iuxta terminum à iure præfixum.

539 Poſſunt etiam Inquiſitores ſoli procedere ſine Epiſcopis in cauſis Lamianum, ex vi Conſtitutionis Alexand. VI. quæ incipit, *Cum acceperimus*, quam refert Pegna *inter literas pro S. Officio*. Ita ipſe Pegna *in addit. ad Lucer. Inquiſit. tract. de ſtrig. vet. quod ſi quæras*. Carena *de offic. Inquiſit. par. 2. tit. 12. §. 19. num. 170.*

Quid agendum quando Epiſcopus, & Inquiſitor inter ſe non conueniunt. Quæſt. III.

SVMMARIVM.

540 *Quando Epiſcopus, & Inquiſitor non conueniunt, inſtructio cauſæ mittenda ad Sedem Apoſtolicam.*

541 *Idque non ſolum in ſententia definitiua, ſed etiam in cæteris, in quibus vnus non poteſt procedere ſine alio:*

540 Ad tertium, Reſp. Vterque eorum negotium bene inſtructum Sedi Apoſtolicæ denunciare debet, vt decreuit Bonifac. VIII. *in cap. per hoc, de hæret. in 6.* & tradit Eymer. *in Directorio Inquiſit. quæſt. 50.* & ſequitur Pegna *in ſuo Commentario 99. in principio.*

ADDITIO.

541 Idem etiam notant Souſa *in aphoriſ. Inquiſit. lib. 1. cap. 3. num. 8. & 10.* Palaus *tract. 4. oper. moral. diſp. 8. punct. 13. num. 15.* Carena *de offic. Inquiſit. par. 1. tit. 4. §. 2. num. 15.* Vbi eſt aduertendum, Quod licet cap. *per hoc de hæret. in 6.* loquatur de diffinitiua ſententia, Id tamen eſt obſeruandum in cæteris omnibus, in quibus vnus non poteſt procedere ſine alio; nam ideo dict. tex. loquitur tantum de ſententia definitiua, quia tunc ſolum in hac debebant ſimul procedere Epiſcopus, & Inquiſitor: vnde cum modo ex Clemen. 1. *de hæret.* debeant in pluribus alijs ſimul procedere, debent in omnibus recurrere ad Sedem Apoſtolicam, quando inter ſe diſcrepant. Ita præter Eymer. & Pegnam ab auctore citatis locis, Farinac. *de hæreſ. quæſtion. 186. num. 64.* Molina *tract. 5. de iuſt. & iure diſp. 28. num. 14.* Palaus *loco cit.*

An Regulares recurrentes ad S. Officium, vel teſtificantes, poſſint à ſuis Superioribus grauari. Quæſt. IV.

SVMMARIVM.

542 *Regulares recurrentes, aut teſtificantes apud S. Officium, non poſſunt à Superioribus grauari.*
543 *An prohibeantur ipſis imponere regulares pœnas.*
544 *Quid ſi aliquis ex his notoriè delinquat, & cum ſcandalo extra clauſtra.*

542 Ad quartum. Reſp. Quod non. Ita ſtatuit fel. record. Pius V. vt ſequitur.

Sanctiſſimus D. N. Pius Papa Quintus in generali Congregatione Sancti Officij, conſulens libertati ipſius Sancti Officij, & indemnitati recurrentium ad illud, vel in eo teſtimonium perhibentium; ſtatuit, & decreuit, vt Regulares quorumuis etiam Mendicantium ordinum perſonæ, quæ pro tempore ad Officium Sanctæ Inquiſitionis pro quocunque fidei negotio recurrerint, ſeu confugerint, vel in eo teſtimonium perhibuerint veritatis, aut alias quomodolibet depoſuerint, nequaquam à ſuis Superioribus per quinquennium continuum à die recurſus, ſeu diſpoſitionis huiuſmodi moleſtari, vel ex quacunque cauſa, vel exceſſibus prætenſis perſonarum iſtarum, & de debitis propterea pœnis, ſeu pœnitentijs eiſdem imponendis, niſi ipſi Illuſtriſſimi Cardinales Inquiſitores generales certiores facti fuerint, vel eis clarè notificatum, & ab ipſis Cardinalibus deſuper reſponſum fuerit.

ADDITIO.

543 Dubitari poteſt, an per hoc Decretum prohibeantur Superiores Regulares imponere ſubditis regulares pœnas, quas iuxta regulam, & religionis conſuetudinem incurrunt, dum peccant cõtra regularem diſciplinam. Non crederem prohiberi, quia intentio Pontificis eſt tantum prouidere indemnitati eorum, in quorum fauorem diſponit, ne ſcilicet grauari poſſint, vt conſtat ex verbo, *moleſtari*: dum autem puniuntur regulariter pro tranſgreſſionibus contra regulam, non moleſtantur, neque grauantur, ſed perficiuntur, quia regularis punitio tendit ad ducendos religioſos ad perfectionem adeoque ad eorumdem profectum. Deinde intentio Summi Pontificis non eſt relaxare regularem diſciplinam, ſicut relaxaretur, niſi poſſent regulariter puniri, nam ſubditi mendicarent occaſiones adeundi Officium Inquiſitionis, vt hoc prætextu ſe ſubtraherent regulari diſciplinæ. Si tamen in his regularibus punitionibus Superiores modum excederent, præſumerentur, quod vellent ſubditos moleſtare, quia ille exceſſus eſſet effectus malæ voluntatis.

544 Sed quid, ſi aliquis ex his religioſis delinqueret notorie, & cum ſcandalo extra clauſtra, & iuxta diſpoſitionem Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 14 *de regular.* & Conſtitutionem Clementis VIII. *Suſcepti muneris* 18. *Martij* 1596. Epiſcopus inſtaret apud Superiorem, quod puniretur. Reſp. Tunc poſſet punire. Quia tunc inſtantia Epiſcopi, & diſpoſitio legis excluderet præſumptionem, quod puniret animo moleſtandi: & proinde ceſſaret finis huius decreti; neque tunc Superior prætenderet cauſam, vel exceſſum, ſed Epiſcopus illi exhiberet delictum puniendum. Decretum autem procedit quando Superior regularis prætendit cauſam, vel exceſſum, vt conſtat ex illis verbis; *Ex quacunque cauſa, vel exceſſibus prætenſis perſonarum iſtarum.*

An in cauſis Inquiſitionis omnia gratis ſint expedienda. Quæſt. V.

SVMMARIVM.

545 *In tribunali Inquiſitionis omnia gratis expedienda.*
546 *Quid ſi non ſit ſatis prouiſum Miniſtris Inquiſitionis.*
547 *Superiores Regulares quando poſſint procedere in cauſis Inquiſitionis.*
548 *Superior Regularis abſque præſumptione exercens aliquem actum in cauſis Inquiſitionis, excuſatur.*
Diſpoſitio quæ punit præſumentes, non habet locum ſtante ignorantia, aut bona fide.
549 *Generales, Prælatique cæteri debent ſuos denunciare hæreſi infectos, aut ſuſpectos, repertos etiam in actu viſitationis.*
550 *An ſufficiat, quod moneant, à quo audiunt; vt denunciet.*
551 *Quando teneantur denunciare.*
552 *An teneantur denunciare Nouitios.*

545 Ad quintum, Reſp. Quod ſic, & extat Decretum fel. recor. Clementis VIII. tenoris ſequentis.

San-

1 *Sanctissimus Dominus noster volens, ac intendens prouidere, vt causa & negocia quouis modo spectantia ad Sanctam Inquisitionem cognoscantur, & expediantur omni qua decet integritate, amotis quibusuis sordibus, ac pecunarijs solutionibus, statuit & decreuit, vt imposterum omnes Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, ac quiuis Ecclesiarum Prælati, seu inferiores Ordinarij, eorumque Vicarij, & Officiales, in causis, & negocijs Sancti Officij, pro examine testium seu principalium reorum, pro sportulis sententiarum, pro quouis decreto seu actu, seu quacunque expeditione, nihil omnino exigant, & recipiant, etiam à sponte dantibus: sed gratis omnia expediant.*

2 *Ac eorum Secretarij, Cancellarij, & Notarij pro scripturis processuum, informationum, seu repetitionis testium Fisci, quas mittunt ad Sanctam, & Vniuersalem Inquisitionem Romanam, nihil penitus exigant, sed gratis illas mittant.*

3 *Insuper mandauit omnibus supradictis, eorumque Vicarijs, & Officialibus, vt cum aliquid eis significatur, nomine supradictæ Inquisitionis, quamprimum literis referibant, & negocia iuncta exequutioni demandent.*

4 ***Et hoc Decretum, tam ipsi Prælati inuiolabiliter obseruent, quam ab alijs obseruari curent, & eius exemplaria in eorum Cancellarijs affixa retineri, vt omnibus innotescat, & in Archiuijs registrari faciant, sub pœna indignationis Sanctissimi Domini Nostri, & alijs arbitrio Sanctitatis Suæ infligendis.***

5 *In generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis habita in Palatio Apost. apud S. Petrum, coram Sanctissimo D. ac Illustriss. & Reuerendissimis Dominis S. R. E. Cardinalibus aduersus hæreticam prauitatem generalibus Inquisitoribus. Nonis Ianuarij, Anno à Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi. 1601.*

Quintilianus Adrianus Not.

ADDITIO.

546 Quando non est sufficienter prouisum pro expensis in Ministros Inquisitionis, possunt reis pœnæ pecuniariæ imponi, vt obseruant Farinac. *de hæresi. quæst. 193. num. 108.* Sousa *in Aphorismis Inquisitorum lib. 3. cap. 28. num. 1. & 2.* Carena *quæst. 3. ad consil. Fulcod. num. 6.* quæ in necessitates Officij Inquisitionis impendantur, & obseruat Carena *citat.* quod huiusmodi pœnæ pecuniariæ non solent imponi, nisi re participata cum supremo Tribunali, vt dum cum tanta maturitate proceditur, cognoscant rei, quod solum in hoc tribunali intenditur salus animarum.

547 Est autem aduertendum cum Carena, *de offic. Inquisit. par. 2. tit. 17. §. 10. num. 35.* ver. *vbi tamen*. Quod si Superiores Regulares habeant in loco iurisdictionem quasi Episcopalem, possunt procedere in causis Inquisitionis contra Regulares suos subditos, ita tamen, vt non possint per se solos exercere illos actus, quos neque Episcopi possunt sine Inquisitoribus, sed eum modum seruare tenebuntur, quem seruant Episcopi. Sicut etiam ratione iurisdictionis quasi Episcopalis habent auctoritatem in tribunali Inquisitionis, & possunt procedere contra reliquos, ita etiam contra proprios subditos.

548 Rursus est etiam aduertendum. Quod si quis Superior regularis ignoranter, aut bona fide absque præsumptione exerceret aliquem ex actibus prohibitis in hoc Decreto, non fieret obnoxius pœnis in ipso statutis, quia ad eas incurrendas requiritur præsumptio, atque adeo, quod sciens, & volens exerceat talem actum, vt constat ex verbis illis Decreti. *Quoquo modo id impedire, vel retardare audeant, seu præsumant.* Et proinde talis dispositio, cum puniat præsumentes, non punit procedentes ignoranter, seu cum bona fide, vt tradunt Nauar. *cap. 27. manual, num. 274.* ver. *Tertiodecimo*. Rodriquez *par. 1. sum cap. 155. num. 3.* Angelus verbo, *Ignorantia num. 4.* iuncto verbo, *Excommunicatio 7, num. 3.* Sylvester verbo *Ignorantia quæst. 8.* Innocent. *in cap. a nobis 1.* ver. *Adde, quod dicimus, de sent. excommunicat.* Auendan. *de exequen. mand. lib. 1. cap. 4. num. 38.* Diaz *in prac. cap. 26. litera C.* ver. *primo quod eius*, Rota *decis. 431 num. 4. par 4. recent.* & in *Ofcen. Archidiacon. 18. Maij 1603. coram Lancellotto.*

549 Tertio est etiam aduertendum. *Quod in* hac constitutione iniungitur sub excommunicationis pœna latæ sententiæ, nec non priuationis quarumcunque dignitatum, seu prælaturarum, officiorum, & vocis actiuæ, & passiuæ, ac perpetuæ inhabilitatis Generalibus, Prælatis, & Superioribus, quod suos debeant denunciare, si sunt hæresi infecti, aut suspecti, etiamsi in actu visitationis id reperiant. Quam dispositionem non afficere subditos, imo nec Superiores, qui præsunt Monasterijs, cum sola administratione, sed absque iurisdictione, notat Bonac. *disp. 2. de censur. in par. quæst. 9. punct. 7. n. 6.* Quia Pontifex loquitur gradatim descendendo à Generalibus, ad Superiores, & vltimo ad Prælatos; atque adeo loquitur de iurisdictionem habentibus, quia Prælati qui sunt omnium inferiores inter eos, de quibus Pontifex loquitur, illum habent.

550 Dubitatur tamen; An debeat Superior per seipsum denunciare, quando audit aliquem esse *infectum* de hæresi, aut suspectum, an sufficiat, quod moneat eum, à quo audit, vt denunciet. Bonac. *cit. disp. 2. de censur. in partic. quæst. 9. punct. 7. n. 7* putat sufficere, si curet denunciationem fieri ab eo, à quo audiuit, quia hoc pacto satisfacit fini, & intentioni legis; & quia, cum Superior nihil aliud sciat, quam quod audiuit eius denunciationem, pa-

reret

reret maiorem notitiam. Exiſtimo tamen, neceſſarium eſſe, quod is, cui committitur denunciatio, ſuſcipiat in ſe obligationem denunciandi: nam cum obligatio denunciandi ſit perſonalis Superioris, non poteſt ab ipſa liberari, niſi in alium transferat.

551 Pro cuius intelligentia eſt aduertendum, quod non ſtatim ac aliquid audiunt Superiores de hæreſi, aut ſuſpicione, tenentur denunciare, ſed debent conſiderare, an veriſimile ſit, quod audiunt, qualitatem perſonæ referentis, & alia huiuſmodi, & an adſit ſufficiens fundamentum procedendi, ſeu inquirendi contra denunciandum. Quia cum Pontifex prohibeat, ipſos procedere in cauſis Inquiſitionis ſed velit denunciare, conſequenter intendit tantum obligare ad denunciandum quo ad eos caſus, in quibus prohibet procedere. Vnde iubentur denunciare, quando alias poſſent procedere: atque adeo tunc ſolum tenentur denunciare, quando adeſt ſufficiens fundamentum ad procedendum, ſi non prohiberentur procedere.

552 Quarto eſt aduertendum, quod præſens Decretum non obligat Superiores ad denunciandos nouitios, ſi forte inficiantur hæreſi, aut de ea ſuſpecti ſint, vt notat Bonac. *de cenſur. in par. diſp. 2. queſt. 9. punct. 7. num. 3.* Quia loquitur ſolum de profeſſoribus, fratribus, & religioſis, quales non ſunt Nouitij, cum nondum ſint membra religionis. Vnde hoc Decretum non afficit in ordine ad nouitios, reſpectu quorum non adeſt hæc ſpecialis obligatio ad denunciandum, ſed eodem modo ſe gerere poſſunt cum ipſis ac cum cæteris, qui non ſunt de corpore religionis.

CONSTITVTIO
FOELICIS RECORDATIONIS
GREGORII XV.
DECRETIS CONCILII ADIVNCTA,

In qua infrascripta statuuntur.

553 1 TAM Regulares, quàm quomodolibet exempti, animarum curæ personarum sæcularium in Monasterijs, seu domibus Regularibus, aut quibuscuis alijs ædificijs exemptis incumbentes, seu aliàs Ecclesiastica Sacramenta exercentes, in his, quæ huiusmodi curam, & administrationem concernunt: omnimodæ Iurisdictioni, visitationi, & correctioni Diœcesani Episcopi, tanquam Sedis Apost. delegati, plenè in omnibus subijciantur.

2 Tam Regulares, quàm sæculares huiusmodi, nullis priuilegijs tueri se possint, quò minus si deliquerint circa personas intra septa degentes, aut intra clausurã, aut circa bonorum administrationem Monasteriorum Monialium, etiam Regularibus subiectorum, ab Episcopo loci similiter tanquam ad hoc Sedis Apost. delegato, quoties, & quando opus fuerit, puniri, & corrigi valeant.

3 Vt Confessarij, siue sæculares quomodocumque exempti, tam ordinarij, quàm extraordinarij, ad confessiones Monialium, aut Regular. subiectarum audiendas, nullatenus deputari valeant, nisi priùs ab Episcopo Diœcesano idonei iudicentur.

4 Vt administrantes bona ad huiusmodi Monasteria sanctimonialium etiam Regularibus subiectarum pertinentia, quomodolibet exempti, Episcopo loci, adhibitis etiam superioribus Regularibus, singulis annis rationes administrationis, gratis tamen exigendas, reddere teneantur.

5 Liceat Episcopo ex rationabili causa Regulares superiores admonere, vt eiusmodi Confessores atque administratores admoneant; ipsisque superioribus id facere detrectantibus, habeat Episcopus facultatem prædictos Confessarios, atque administratores amouendi.

6 Vt possit Episcopus, vna cum Superioribus regularibus, quarumcumque Abbatissarum, vel Præpositarum electionibus per se, vel per alium, interesse, ac præsidere, absque vlla tamen ipsorum Monasteriorum impensa.

7 Episcopus tanquam Sedis Apost. delegatus potest punire quoscumque exemptos, qui in alienis Ecclesijs, aut quæ suorum Ordinum non sunt, absque Episcopi licentia, & in Ecclesijs suis aut suorum Ordinum, non petita illius benedictione, aut ipso contradicente, prædicare præsumpserint, delinquentes toties, & quando opus fuerit, etiam extra visitationem, ad aliasque pœnas procedere, omnemque iurisdictionem exercere liberè, & licitè valeat.

TENOR CONSTITVTIONIS.

GREGORIVS EPISCOPVS,
SERVVS SERVORVM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

INscrutabili Dei prouidentia vniuersalis Ecclesiæ regimini, meritis licet imparibus, præsidentes, pastoralis nostræ solicitudinis partes esse dignoscimus in eam curam præcipuè incumbere, vt à dignis, & probatis tan-

tantùm Sacerdotibus ſanctè adminiſtrentur Eccleſiaſtica Sacramenta, atque vt Virginum Deo ſacrarum Monaſteria diligentiſsimè cuſtodiantur, & vt viri aſſumantur idonei ad prædicationis officium ſalubriter exequendum. Sanè Trid. Synodi decretis prouide cautum eſt, nullum Presbyterum etiam regularem, poſſe Confeſſiones ſæcularium, etiam Sacerdotum, audire, nec ad id idoneum reputari, niſi aut Parochiale beneficium habeat, aut ab Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut aliàs idoneus iudicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat.

Nec non vt in Monaſterijs, ſeu domibus virorum, ſeu mulierum, quibus imminet animarum cura, perſonarum ſæcularium, præter eas, quæ ſunt de illorum Monaſteriorum, ſeu locorum familia, perſonæ tam regulares, quàm ſæculares eiuſmodi curam exercentes ſubſint immediatè in iis, quæ ad dictam curam & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent, iuriſdictioni, viſitationi, & correctioni Epiſcopi, in cuius Dioceſi ſunt ſita. Itemque vt Epiſcopi vniuerſi ſub obteſtatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ, in omnibus Monaſterijs ſibi ſubiectis ordinaria, in alijs verò Sedis Apoſtolicæ auctoritate, Clauſuram ſanctimonialium, vbi violata fuerit, diligenter reſtitui, & vbi inuiolata eſt, conſeruari maximè procurent; inobedientes, atque contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas, aliaſque pœnas, quacumque appellatione poſtpoſita compeſcentes.

Atque vt Regulares in Eccleſijs ſuorum ordinum prædicare volentes, ſe coram Epiſcopis præſentare, & ab eis benedictionem petere teneantur, in Eccleſijs verò, quæ ſuorum ordinum non ſunt, nullo modo prædicare poſſint ſine Epiſcopi licentia: contradicente autem Epiſcopo, nulli, etiam in ſuorum ordinum Eccleſijs prædicare præſumant.

Verùm, quia experientia compertum eſt, Eccleſiaſtici regiminis rationes poſtulare, vt decretis eiuſmodi aliquid adiungatur; matura deliberatione noſtra, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine hac generali, ac perpetuò valitura conſtitutione decernimus, ſtatuimus, & declaramus, vt deinceps tam regulares, quàm ſæculares, quomodolibet exempti ſint, animarum curam perſonarum ſæcularium in Monaſterijs, ſeu domibus regularibus, aut quibuſuis alij Eccleſijs, vel beneficijs, ſiue regularibus, ſiue ſæcularibus incumbentem exerceant, ſiue alijs Eccleſiaſtica Sacramenta, aut vnus ex illis, miniſtrent præuia Epiſcopi licentia, & approbatione: ſiue quomodolibet in dictæ curæ exercitio, aut in eorumdem Sacramentorum, aut alicuius ex illis adminiſtrationi de facto abſque vlla authoritate ſe ingerant. In his, quæ huiuſmodi curam, ſeu adminiſtrationem concernunt, omni modo iuriſdictioni, viſitationi, & correctioni Dioceſani Epiſcopi, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegati, plenè in omnibus ſubijciantur. Ad hæc tam regulares, quàm ſæculares huiuſmodi nullis priuilegijs, aut exemptionibus tueri ſe poſſint, quominus ſi deliquerint, circa perſonas intra ſepta degentes, aut circa clauſuram, aut circa bonorum adminiſtrationem Monaſteriorum monialium, etiam regularibus ſubiectarum, ab Epiſcopo loci ſimiliter tanquam ad hoc Sedis Apoſtolicæ delegato, quoties & quando opus fuerit, puniri, & corrigi valeant.

Confeſſores verò, ſiue ſæculares quomodocumque exempti, tam ordinarij, quàm extraordinarij, ad Confeſſiones monialium, etiam regularibus ſubiectarum, audiendas nullatenus deputari valeant, niſi prius ab Epiſcopo Dioceſano idonei iudicentur, & approbationem, quæ gratis concedatur obtineant: ſed & adminiſtrantes bona ad eiuſmodi Monaſteria ſanctimonialium, vt præfertur, etiam regularibus ſubiectarum pertinentia, ſiue regulares extiterint, ſiue ſæculares quomodolibet exempti, Epiſcopo loci adhibitis etiam ſuperioribus regularibus, ſingulis annis rationes adminiſtrationis, gratis tamen exigendas, reddere teneantur, ad idque iuris remedijs cogi, & compelli queant. Liceatque Epiſcopo, ex rationabili cauſa, regulares ſuperiores admonere, vt eiuſmodi Confeſſores atque adminiſtratores amoueant, ijſque ſuperioribus id facere detrectantibus aut negligentibus, habeat Epiſcopus facultatem prædictos Confeſſores, & adminiſtratores amouendi, quoties & quando opus eſſe iudicauerit. Ac ſimiliter poſſit Epiſcopus, vna cum Superioribus regularibus quarumcumque Abbatiſſarum, Priorißarum, Præfectarum, vel Præpoſitarum eorundem Monaſteriorum, quoquo nomine appellentur, electionibus, per ſe, vel per alium, intereſſe, ac præſidere, abſque vlla tamen ipſorum Monaſteriorum impenſa.

Ac demum habeat Epiſcopus, tanquam dictæ Sedis delegatus, authoritatem coercendi, ac puniendi quoſcunque exemptos tam ſæculares, quàm regulares, qui in alienis Eccleſijs, aut quæ ſuorum ordinum non ſunt, abſque Epiſcopi licentia, & in Eccleſijs ſuis aut ſuorum ordinum, non petita illius benedictione, aut ipſo contradicente, prædicare præſumpſerint. Ita vt Epiſcopi in ſupraſcriptis caſibus, in prænominatas perſonas, in præmiſſis omnibus, & ſingulis, aut circa ea quoquo modo delinquentes, quoties & quando opus fuerit, etiam extra viſitationem, per cenſuras Eccleſiaſticas, aliaſque pœnas, vt eiuſdem Sedis delegati, procedere, omnemque iuriſdictionem exercere liberè, & licitè valeant.

Decernentes ſic per quoſcunque iudices quauis authoritate fungentes, etiam ſacri Palatij Auditores, nec non Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere; Irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his à quo-

quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis in fauorem quarumcumque personarum atque ordinum, tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, militiarum, etiam sancti Ioannis Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, & cuiusuis instituti, etiam necessario, & in indiuiduo exprimendi, Monasteriorum, Conuentuum, Capitulorum, Ecclesiarum, & aliorum quorumque, tam sæcularium, quam regularium locorum, nec non illorum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis Statutis, vel consuetudinibus etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, indultis, & priuilegijs etiam in corpore iuris clausis, aut ex causa, & titulo oneroso, vel in limine fundationis concessis, etiam Mari magno seu Bulla aurea, aut aliàs nuncupatis, Conseruatorum deputationibus, eorumque, atque alijs inhibitionibus, quibus Episcopi deferre minime teneantur, & quibusquis alijs sub quibusque tenoribus, & formis, ac cum quibusdam, etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus decretis etiam motu proprio & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet etiam per viam communicationis seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque tenoribus, & formis specialis, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio seu quæuis alia expressio habenda, aut alia aliqua exquisita forma seruanda esset. Tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata, inserti forent præsentibus, pro expressis habentes: quibus quoad ea, quæ eisdem præsentibus aduersantur, illis aliàs in suo robore permansuris, specialiter & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Cæterum quia difficile foret præsentes litteras ad singula quæque loca deferri, vt ea tamen omnibus innotescant, mandamus illas ad valuas Lateranen. & Principis Apostolorum de Vrbe Basilicarum, atque Cancellariæ Apostolicæ, & in Acie Campi Floræ publicari, & inibi affigi, & per aliquod temporis spatium admitti, eisque detractis, earum exempla eo in loco relinqui.

Ac volumus vt earumdem præsentium litterarum transumptis etiam impressis, manu alicuius notarij publici subscriptis, & sigillo Prælati seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis in iudicio, & extra illud vbi opus fuerit, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis originalibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, declarationis, decretorum, derogationis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ M. DC. XXII. nonis Februarij, Pontificatus nostri Anno II.

DECLARATIONES
ALIQVOT
SACRAE CONGREGATIONIS CONCILII
Super Constitutione san. me. Gregorij XV. de exemptorum priuilegijs, &c.

DVBITATVR

554 1 AN liceat Episcopis visitare Altaria regularium Ecclesiarum, quibus cura animarum personarum sæcularium non incumbit, aut loca, vbi in ijsdem Ecclesijs asseruatur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, vel vbi audiuntur Confessiones personarum sæcularium?

2 An Episcopi possint Regularibus præscribere, vt certis tantùm in locis ac temporibus, aut certarum personarum Confessiones audiant, vel aliàs illorum priuilegia restringere, ac moderari in sacramentis administrandis?

3 An facultas Episcopis per Constitutionem attributa in exemptos tam seculares, quàm regulares, intelligatur etiam tributa in personas nullius diœcesis?

An

Digitized by Google

4 *An eadem facultas competat inferioribus Prelatis proprium territorium, ac iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentibus?*

5 *An per eandem Conſtitutionem in illis verbis, (poſſit Epiſcopus vnà cum ſuperioribus regularibus quarumcumque Abbatiſſarum, &c. electionibus per ſe, vel per alium, intereſſe, ac præſidere) ius Abbatiſſas confirmandi Epiſcopis attributum cenſeatur.*

6 *An Confeſſores Monialium ante editam Conſtitutionem deputati, debeant ab Epiſcopo examinari, & approbari?*

7 *An Superiores regulares ſimiliter ante ipſius Conſtitutionis publicationem electi, ſeu deputati, alia indigeant Epiſcopi approbatione prò Confeſſionibus ſanctimonialium ſibi ſubiectarum audiendis?*

8 *An Confeſſiones, quas audiunt ſuperiores Regulares electi, ſeu deputati, vel confirmati poſt publicationem, & ſcientiam tenoris dictæ Bullæ, non obtenta Epiſcopi approbatione, ſint nullæ, atque irritæ, necne?*

9 *An regulares generaliter ab Epiſcopo approbati ad Confeſſiones perſonarum ſæcularium audiendas, cenſeantur etiam approbati ad audiendas Confeſſiones Monialium ſibi ſubiectarum?*

10 *An regularis ad audiendas Confeſſiones Monialium vnius Monaſterij ab Epiſcopo approbatus, Confeſſiones Monialium alterius Monaſterij audire poſſit?*

11 *An Confeſſores regulares extraordinarij ſemel ab Epiſcopo deputati, & approbati ad audiendas Monialium Confeſſiones pro vna vice infra annum, ad præſcriptum ſacri Concilij Tridentini, poſſint, virtute dictæ approbationis, pluries tanquam Confeſſores extraordinarij earumdem Confeſſiones audire, abſque noua Epiſcopi licentia?*

12 *Cum in eadem Conſtitutione ſtatutum ſit, vt liceat Epiſcopo ex rationabili cauſa ſuperiores regulares admonere, vt amoueant Confeſſores Monialium, atque Adminiſtratores bonorum ad earumdem Monialium Monaſteria pertinentium, iſque ſuperioribus id facere detrectantibus, habeat Epiſcopus facultatem prædictos Confeſſores, & Adminiſtratores amouendi quoties, & quando opus eſſe iudicauerit: An eiuſmodi cauſam Epiſcopus ſuperioribus regularibus ſignificare teneatur?*

13 *An eadem Conſtitutio qua parte ſupponit Epiſcopi iuriſdictioni Regulares delinquentes circa perſonas degentes intra ſepta Monaſteriorum Monialium, aut circa clauſuram, vel bonorum adminiſtrationem eorumdem Monaſteriorum, habeat locum in omnibus delictis, an verò ſolùm in notorijs, & cum ſcandalo populi?*

SACRA CONGREGATIO CARDINALIVM Concilij Tridentini Interpretum cenſuit, Conſtitutionem ſan. mem. Gregorij XV. de exemptorum priuilegijs, nequaquam ſubijcere Regulares exemptos, quibus cura animarum perſonarum ſæcularium non incumbit, Epiſcoporum iuriſdictioni, in his, quæ Sacramentorum adminiſtrationem concernunt, niſi cùm in Sacramentis perſonis ſæcularibus adminiſtrandis ijdem Regulares delinquunt; ac propterea

AD primum dubium reſpondit: Epiſcopis non licere in vim eiuſdem Conſtitutionis viſitare Altaria Eccleſiarum Regularium, quibus non incumbit animarum cura perſonarum ſæcularium, nec loca, vbi in ijſdem Eccleſijs aſſeruatur Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, vel vbi Confeſſiones perſonarum ſæcularium audiuntur.

Ad 2. Hac in parte Conſtitutionem nihil noui iuris induxiſſe, nec vllam nouam authoritatem Epiſcopis in Regulares attribuiſſe: Ideòque in vim ipſius Conſtitutionis non poſſe Epiſcopos Regularibus præſcribere, vt certis tantùm in locis, ac temporibus, aut certarum perſonarum Confeſſiones audiant, vel aliàs illorum priuilegia in Sacramentis adminiſtrandis reſtringere, aut moderari: Quòd ſi aliunde Epiſcopis huiuſmodi facultas competat, illam non fuiſſe ab eadem Conſtitutione ſublatam.

Ad 3. Cenſuit huiuſmodi facultatem non intelligi tributam Epiſcopis in perſonas nullius diœceſis.

Ad 4. Non competere.

Ad 5. Ius confirmandi Abbatiſſas minimè fuiſſe Epiſcopis per Conſtitutionem attributum.

Ad 6. Confeſſores quidem extraordinarios Monialium nullatenus poſſe poſt Conſtitutionem, illa-

rum Confeſſiones audire, niſi priùs ab Epiſcopo Diœceſano idonei iudicentur & approbentur. Ordinarios verò Confeſſores ante Conſtitutionis publicationem deputatos poſſe, durante triennio ab eorum deputatione inchoando, pergere in Confeſſionibus Sanctimonialium audiendis abſque alio examine, & approbatione Epiſcopi. Quòd ſi contingat, vt illorum facultas à Sede Apoſtolica vltra triennium prorogetur, tunc debere eos ab Epiſcopo examinari & approbari.

Ad 7. Superiores regulares electos, ſeu deputatos ante ipſius Conſtitutionis publicationem, quibus alioquin facultas competat audiendi Confeſſiones Monialium ſibi ſubiectarum, poſſe, durante eorum officio, pergere ſine alia Epiſcopi approbatione in Confeſſionibus audiendis illarum tantum, quæ ſponte, ac proprio motu id ab eis petierint. At verò eos, qui poſt Conſtitutionem eligentur, aut quoquo modo deputabuntur, vel qui in eorum officijs, ſeu, dignitatibus, expleto iam tempore a Conſtitutionibus cuiuſque Ordinis, vel aliàs legitimè præfinito, ad aliud tempus confirmabuntur, nequaquam poſſe Sanctimonialium Confeſſiones audire, niſi priùs à Diœceſano Epiſcopo idonei iudicati, atque approbati fuerint.

Ad 8. Confeſſiones huiuſmodi nullas, atque irritas eſſe.

Ad 9. Regulares generaliter ab Epiſcopo approbatos ad Confeſſiones perſonarum ſecularium audiendas, nequaquam cenſeri approbatos ad audtendas Confeſſiones Monialium ſibi ſubiectarum; ſed egere quoad hoc ſpeciali Epiſcopi approbatione.

Ad 10. Regularem ad audiendas Confeſſiones Monialium vnius Monaſterij ab Epiſcopo approbatum, minimè poſſe audire Confeſſiones Monialium alterius Monaſterij.

Ad 11. Confeſſores extraordinarios ſemel deputatos, atque approbatos ab Epiſcopo ad Monialium Confeſſiones pro vna vice audiendas, haud poſſe pluries in vim approbationis eiuſmodi illarum Confeſſiones audire: ſed ab Epiſcopo toties eſſe approbandos, quoties caſus deputationis contigerit.

Ad 12. Non teneri eiuſmodi cauſam ſignificare Superioribus regularibus; ſed hoc relinqui arbitrio, & prudentiæ Epiſcoporum, quorum conſcientiam Sacra Congregatio ſeriò onerauit: ne facultate ſibi hac in parte attributa quoquo modo abutantur, eius rei in diſtricto Dei iudicio rationem reddituri.

Ad 13. Conſtitutionem habere locum in omnibus delictis, non autem in notorijs tantùm, & cum populi ſcandalo.

Quæ Sacræ Congregationis reſponſa ad ſe relata ſel. rec. Gregorius XV. & Sanctiſſ. D. N. VRBANVS VIII. in omnibus approbarunt.

A. Card. Caetanus.

Proſper Fagnanus S. Congr. Secr.

QVÆSTIONES AD PRÆDICATORES.
De quibus in dicta Bulla Greg. XV.

555 1 Prædicator quomodo præſentare ſe debeat Ordinario, vt habeat licentiam concionandi.

2 An Prædicatores ante omnia teneantur emittere fidei profeſsionem.

3 An locorum Ordinarij poſsint examinare Prædicatores ſuper doctrina, & an de vita, & moribus.

4 An poſsit admitti Religioſus, vel Clericus ſacris non initiatus, ſi tamen ſit idoneus, & an Prædicatio ſit actus ordinis.

5 An prædicare olim Laicis fuerit permiſſum.

6 An idoneo præſentato ad prædicandum poſsit Epiſcopus denegare licentiam, & an ſine rationabili cauſa ſuſpendere à prædicatione.

7 An poſsit nominatim ſuſpenſus, vel interdictus prædicare.

8 A quibus debent cauere Concionatores.

9 Ad quem ſpectat munus eligendi Concionatorem, & ei tribuere eleemoſynam.

10 An poſsit Epiſcopus compellere ad præſtandum eleomoſynam laicos, qui eam præſtare tenentur, vel ſolent.

An

11 An Parochus facultatem prædicandi in eius Parochia dare poſſit.
12 An Epiſcopus non eligens idoneos Prædicatores peccet mortaliter?
13 An ipſe Epiſcopus non prædicans in eius Ciuitate, vel Diœceſi peccet mortaliter, & quando teneatur prædicare.
14 Prædicatio Epiſcopi qualis eſſe debeat.
15 Prædicatio Sancti Ioannis Chryſoſtomi qualis fuit.
16 Hæreſes ortæ ob Prædicationem Epiſcoporum non habitam.

Prædicator quomodo ſe debeat præſentare Ordinario pro licentia concionandi Quæſt. I.

SVMMARIVM.

556 *Concionatores debent ſe præſentare Ordinarijs cum fide de vita, & moribus ſuorum Superiorum.*
557 *Concionaturi in Eccleſijs non ſuis Ordinis debent obtinere licentiam.*
In iuriſdictionalibus venit Ordinarius nomine Epiſcopi.
558 *Concionaturi in Eccleſijs proprijs an debeant obtinere licentiam.*
559 *Diſpoſitio Concilij Tridentini.*
560 *Epiſcopus non poteſt contradicere concionaturis in proprijs Eccleſijs, niſi de iure adſit cauſa contradicendi;*
561 *Regulares poſſunt concionari in Eccleſijs proprijs petita benedictione, licet non obtenta.*
562 *Declaratio S. Congregat.*
563 *Declaratio Vrbani VIII.*
564 *Epiſcopus non poteſt interdicere Regularibus, ne concionentur in proprijs Eccleſijs, non reddita cauſa.*
565 *A quo puniendi Regulares non ſeruantes Decreta Concil. Trident. de Concionatoribus.*
566 *In quibus caſibus de iure poſſint Epiſcopi prohibere concionem Regularibus.*
567 *An toties quoties Regulares concionaturi ſunt, debeant ſe præſentare.*
568 *An debeant pro ſingulis vicibus obtinere licentiam à ſuis Superioribus.*
569 *Regulares an ſufficiat ſemel admitti ad concionandum ab Ordinario.*
570 *Qualiter ſe habeat licentia concionandi conceſſa Regularibus ab Ordinario.*

556 Ad primum. Reſp. Regulares, qui munus prædicationis obire volunt, à ſuis Superioribus de vita, moribus, & ſcientia examinati, cum fide eiuſmodi approbationis coram loci Ordinario perſonaliter ſe præſentent, prout in Concil. Lateranen. *capit. vlt. ſeſſ.* 1. & Conc. Trid. *etiam ſeſſ.* 5. *c.* 2. & *ſeſſ.* 24. *cap.* 4.

ADDITIO.

557 Quando Regulares concionaturi ſunt in Eccleſijs, quæ non ſunt ſui Ordinis, non ſolum ſe præſentare debent Epiſcopis, ſed etiam ab ijs licentiam obtinere: quod expreſſe diſponitur in Concilio Tridentino *ſeſſ.* 5. *cap.* 2. *de reformat.* ibi. *In Eccleſijs vero, quæ ſuorum Ordinum non ſunt, vltra licentiam ſuorum Superiorum etiam Epiſcopi licentiam habere teneantur; ſine qua in ipſis Eccleſijs non ſuorum Ordinum nullo modo prædicare poſſint.* Quia autem ſumus in illis, quæ ſpectant ad iuriſdictionem & non ad ordinem, nomine Epiſcopi venit quilibet Ordinarius loci, etiamſi non ſit Epiſcopus, iuxta ea quæ tradunt Garzias *de Benefic. par.* 12. *cap.* 2. *num.* 71. Riccius *deciſ.* 198. *num.* 4. *par.* 4. Campanil. *in diuer. iur. rubr.* 12. *cap.* 13. *num.* 76. Rodriquez *tom.* 1. *quæſt. regular. quæſt.* 24. *ar.* 13. Moneta *de commut. vlt. volun. cap.* 5. *num.* 455. Flores de Mena *lib.* 3. *variar. quæſt.* 24. *num.* 18. Duard. *in Bull. Cœnæ lib.* 3. *§.* 2. *quæſt.* 8. *num.* 55. Rota *deciſ.* 332. *num.* . . . *par.* 1. *recent.* An autem hæc licentia debeat eſſe in ſcriptis? negatiuè reſoluendum eſt: & ita etiam declarat praxis, cum regulariter Epiſcopi hanc licentiam oretenus tantum ſoleant concedere.

558 Maior difficultas eſt. An quando Regulares concionaturi ſunt in Eccleſijs proprij Ordinis requiratur licentia Epiſcopi, an vero ſufficiat petere benedictionem? Et difficultas oritur ex Concilio Trident. nam ſibi videtur contrariari. Siquidem *ſeſſ.* 5. *cap.* 2. *de reformat.* non requirit aliud, niſi vt Regulares concionaturi in Eccleſijs proprij Ordinis petant benedictionem ab Epiſcopo. Ita enim habet, *Cum qua licentia* (ſuorum ſuperiorum) *perſonaliter ſe coram Epiſcopis præſentare, & ab eis benedictionem petere teneantur, antequam prædicare incipiant;* & loquitur de prædicatione in Eccleſijs ſuorum Ordinum, in quibus vult non poſſe concionari abſque licentia ſuorum Superiorum. Deinde diſponit de concionaturis in Eccleſijs, quæ non ſunt ſui Ordinis, & vult, quod tunc vltra benedictionem obineant etiam licentiam ab Epiſcopo. ibi, *In Eccleſijs verò, quæ ſuorum ordinum non ſunt, vltra licentiam ſuorum Superiorum, etiam Epiſcopi licentiam habere teneantur, ſine quâ in ipſis Eccleſijs non ſuorum Ordinum nullo modo prædicare poſſint.* Quare cum diſtinguat inter concionatu-

ros

ros in Ecclesijs, quæ non sunt sui Ordinis; & pro illis solum disponat, quod petant benedictionem; & pro his, quod non possint concionari, nisi obtenta licentia, sequitur, quod pro concionaturis in proprijs Ecclesijs, nil aliud requiratur, nisi vt petant benedictionem, non autem licentiam.

559 Oppositum tamen videtur disponere *sess.24 cap.4. de reformat.* ibi. *Nullus autem sæcularis, siue Regularis etiam in Ecclesijs suorum ordinum contradicente Episcopo prædicare præsumat.* Et concordat etiam Constitutio Gregorij XV. suprapositа de exempt. priuileg. vbi vltimo sic disponit. *Ac demum habeat Episcopus tanquam dictæ Sedis delegatus auctoritatem coercendi, ac puniendi quoscunque exemptos tàm sæculares, quàm Regulares, qui in alienis Ecclesijs, aut quæ suorum Ordinum non sunt, absque Episcopi licentia, & in Ecclesijs suis, aut suorum Ordinum non petita illius benedictione, aut ipso contradicente, prædicare præsumserit.*

560 Verùm non est recedendum à priori dispositione Concilij, & posterior est priori concordanda, cuius intelligentiam insinuat dicta Bulla Greg XV. in allatis verbis: nam disiunctiuè requirit, quod petatur benedictio, aut quod non contradicat; & non dicit, quod petatur licentia. Cum enim dispositio concipiatur sub membris disiunctiuis, facit quod dispositum referatur ad diuersam subiectam materiam, ita vt non possint concionari Regulares non petita benedictione, quando de iure non adest causa contradicendi: non possint verò concionari in proprijs Ecclesijs, contradicente Episcopo, quando de iure adest causa contradicendi. Et hoc pacto accipienda est Constitutio Gregorij & concordanda dispositio Concilij Tridentini vnius loci cum dispositione alterius loci.

561 Et proinde posse Regulares in Ecclesijs sui Ordinis concionari petita benedictione, licet non obtenta, atque adeo contradicente Ordinario, quando de iure contradicere non potest, tradunt Galet. *in Margarita* verbo *Licentia*. Miranda *tom.1. manual. quæst. 50. ar. 3. conclus.1.* Armendariz *ad leg. Navar. lib.2. tit.18. l. 7. de relig. num. 56.* Reginal. *lib. 18. praxis fin. pœnit. num. 123.* Rodriquez *to.3. quæst. regular. quæst. 32. ar. 5.* Riccius *decis. 219. par. 2.* Barbosa *de potest. Episcopi, allegat. 76. n. 19.* Cenedus *quæst. 26. canon. num. 13.* Peirin. *de priuileg. ad Constitut. 2. Gregor. XIII. §. 2. num. 21.* Bordon. *in consil regular. resol. 7. num. 15.* Vega *par. 2. sum. cap. 86. casu 40.* Cespedes *de exempt. regular. cap. 10. dub. 200. num. 2* Diana *par. 3. tract. 2 resol. 58.* Vulpes *in praxi cap. 42. num. 3.* asserens S. Congregationem ita declarasse. Lezana *tom. 1. quæst. regular. cap. 20. num. 3.* Antonel. *de regim. Eccles. lib. 7. cap. 13. num. 3.*

562 Accedit etiam Declaratio Sac. Congregat. apud Gallemart. *ad cap. 2. de reformat. sess. 5.* Concil. Trident. tenoris sequentis. *Regulares in Ecclesijs suorum Ordinum prædicare volentes, non tenentur ab Episcopo licentiam obtinere; sed tantum à suis Superioribus de vita, moribus, & scientia examinari, & approbari debent, ac ab eis habere licentiam, & eam ea se personaliter coram Episcopo præsentare, ab eo ius petere benedictionem, tametsi eam non obtinuerint.* Et huius declarationis meminit etiam Rodriquez *tom. 3. quæst. regular. quæst. 32. ar. 5.* Et rursus ita fuisse decisum in S. Congregat. Episc. & Regular. *sub die 30. Ianuar. 1629.* refert Aldan. *in compend. decis. canonic. lib. 1. tit. 4. num. 10.* Et ego vidi declarationem manuscriptam registratam in libro Secretarij eiusdem Congregationis.

563 Denique ita etiam declarat Concil. Trident. Vrbanus VIII. *in literis in forma Breuis ad Episcop. Giennens.* quas refert Barbosa *de potest. Episcopi in allegat. 67.* Vbi hæc habet. *Ad hæc, quod in eisdem prænsertis literis dicitur, Regulares nõ posse verbum Dei prædicare sine Episcopi licentia, id locum sibi vendicare in ijs tantum Ecclesijs quæ sui Ordinis non sunt, cum in alijs Ecclesijs, sui Ordinis sufficiat Episcopi benedictio petita, licet non obtenta: ita tamen, vt si Episcopus non modo benedictionem simpliciter non concesserit, verum etiam Regularibus prohibuerit, quo minus prædicent, tunc illo contradicente, in sui quidem Ordinis Ecclesijs liceat illis prædicare quemadmodum S. Tridentini Concilij Decretis salubriter est cautum.* Quibus Pontifex declarat dispositionem Concilij, quod cum obliget tantum regulares concionaturos in proprijs Ecclesijs ad petendã benedictionem, si contradicat Episcopus, non teneat contradictio, quia iam impleta est dispositio Concilij de petenda benedictione. Quod intelligi debet, quando Episcopus de iure non potest contradicere: nam censetur derogatum facultati, quam habet à iure prohibendi aliquem à concionando stantibus illis causis, ob quas potest vti sua facultate.

564 Ex quibus deducitur, quod non subsistit, quod tradunt Leo *par. 1. Thesauri fin. Eccles. cap. 8 num. 9.* Piasec. *par. 2. prax. Episcop. cap. 3. num. 41.* ver. *Si item*, Barbosa *de potest. Episcopi allegat. 76. num. 28.* Quod scilicet possit Episcopus interdicere Regulari, ne concionetur, non reddita causa, quando est concionaturus in propria Ecclesia: quia cum possit concionari ipso contradicente, nisi assignet causam, ob quam de iure potest interdicere, non tenetur Regularis obedire. Solum poterit interdicere non reddita causa, ne concionetur in Ecclesijs, quæ non sunt sui Ordinis, quia in his ipso contradicente non potest concionari. Et in hoc sensu procedunt decisiones, per quas asserunt Doctores citati, suam opinionem fuisse decisam.

565 Si autem Regulares contraueniant Decretis Concilij Tridentini concionando in proprijs Ecclesijs, non petita benedictione, aut in alienis absq; Episcopi licentia, non posse puniri ab Episcopo, sed solum à suis Superioribus, tradunt Quaranta *in sum. Bullar.* verbo *Priuilegia Regular.* Zerola *in praxi Episcop. par. 1.* verbo *Excommunicatio caus. mater. §. 4.* Piasec. *item in praxi par. 2. cap. 3. num. 41.* ver. *Prædicans.* Campanil. *in diuer. iur. rubr. 12. cap. 13. num. 10.* Hieronym. Rodriquez *in compen. quæst. regular. resol. 112. num. 3.* Portel. *in rub. regular.* ver. *Prædicatores num. 1.* Riccius *in praxi resolut. 401.* Verum hoc procedebat ante Constitutionem Gregorij XV. modò verò ex vi dictæ Constitutionis *Inscrutabili*, vt patet ex textu ipsius allato supra *n. 559.* punire possunt Episcopi tanquam Apostolicæ Sedis delegati Regulares contrauenientes.

566 Quod si quis inquirat, quinam sint casus, in

in quibus de iure poſſunt prohibere Epiſcopi Regularibus, ne concionentur. Reſp. Ex Concil. Lateran. *ſeſſ.*11. haberi tres caſus. Primus, ſi prædicent miracula falſa, aut incerta. Secundus, ſi euulgent prophetias non contentas in Sacra Scripeura. Tertius, ſi detrahant in concionibus Epiſcopis, aut alijs Prælatis. Tres item alios caſus aſſignat Concilium Trident. *ſeſſ.* 5. *cap.* 2. *de reformat.* Primus eſt, ſi concionator doceat propoſitiones erroneas. Secundus, ſi diſſeminet propoſitiones ſcandaloſas. Tertius, ſi diſſeminet hæreſes. Qui omnes pertinent ad doctrinam. Quia tamen non complectuntur hi tres caſus totum id, in quo delinquere poteſt concionator circa doctrinam, ideo ſi alio modo delinquāt, non poterit interdicere prædicationem. Poſsunt etiam corrigere concionatores, ſi in materia Conceptionis B. Virginis non ſeruent Conſtitutiones Pontificias. quod etiam aduertunt Portel. *in dub. regular.* verbo *Conceptio Deiparæ num.*8. Rodriquez *in compen. reſol.* 123.

567 An verò teneantur Regulares, ſemper quando concionaturi ſunt, ſe præſentare Epiſcopo, & benedictionem petere, aut etiam licentiam. Affirmat Diana *par.*7. *tract.* 12. *reſol.*24. At ſolum teneri, quando concionaturi ſunt in Quadrageſima, aut in Aduentu, aſſerit Bordon. *in conſil. regular. reſol.* 7. *num.* 15. teſtans de conſuetudine. Verum ſi ſpectamus diſpoſitionem Concilij Tridētini *ſeſſ.* 5. *cap.* 2. *de Reformatione*, cum abſolutè loquatur, ſemper tenebuntur præſentare, & licentiam petere, aut benedictionem. Quia tamen lex accipit interpretationem ab obſeruantia ſubſequuta, cap. *cum dilectus de conſuet.* & *l. ſi de interpretatione ff. de leg.* ideo videndum eſt, quid in vnoquoque loco conſuetudo induxerit. In diuerſis autem locis obſeruari vidi, quod ſolum quando longo tempore concionaturi ſunt, vt in Quadrageſima, Aduentu, aut per annum, ſe præſentent Epiſcopo, non autem pro vna aut altera concione. Et hæc obſeruantia videtur fundari in diſpoſitione Concil. dicti *cap.* 2. *de reformat. ſeſſ.* 5. Quia Concilium habet, Antequam prædicare incipiant, & proinde loquitur de prædicatione, quæ habeat tractum ſucceſſiuum, & in qua deſignari poſſit inceptio, proſequutio, & finis.

568 Cum Regulares concionari non poſſint abſque licentia ſuorum Superiorum, vt diſponit Concilium Trident. *ſeſſ.* 5. *cap.* 2. *de reformat.* dubitatur, an ſufficiat licentia, qua generaliter approbantur pro Concionatoribus, an vero concedenda ſit pro ſingulis vicibus, ſaltem quando curſum aliquem ſatis longum concionum habituri ſunt. Sufficere autem licentiam, qua approbantur in Concionatores, videtur ſentire Bordonus *in deciſ. Miſcellan.*465 circa finem. Sed oppoſitum eſt tenendum; quod colligitur ex Concil. Trid. *ſeſſ.*25. *cap.* 2. *de reformat.* vbi vt regulares concionari poſsint, duo requirit ex parte ſuorum ſuperiorum. Primum vt de vita, moribus, & ſcientia examinentur, & approbentur. Alterum, vt niſi de eorum licentia etiam in Eccleſijs ſuorum Ordinum prædicare non poſsint. Ex quibus conſtat, quod non ſufficit generalis approbatio, qua conſtituuntur Concionatores, quia hæc dat tantum facultatem concionandi in habitu; ſed inſuper requiratur licentia exercendi in hoc, vel illo loco facultatem acceptam. Quod ſanè neceſſarium eſt pro regulari diſciplina, quia poſſunt inſurgere cauſæ, ob quas non expediat, eum, qui habilitatus eſt, concionari.

569 Demum, etſi ſemel Regularis concionator admittatur ab Epiſcopo, teneatur de nouo ſe præſentare, an ſufficiat, quod ſemel admittatur. Reſp. Miranda *tom.*2. *Manual. quæſt.* 50. *ar.* 7. Ceſpedes *de exempt. Regular. cap.* 10. *dub.* 101. *num.* 2. Sufficere, ſi ſemel admittatur. Quia regulares habent facultatem concionandi à Sede Apoſtolica, ſicut etiam habent facultatem audiendi confeſsiones, per Clement. *Dudum de ſepult.* Sicut ergo in ordine ad excipiendas confeſsiones ſufficit ſemel approbari, ita etiam in ordine ad conciones ſufficiet ſemel licentiam obtinere, aut benedictionem petere, iuxta diuerſitatem Eccleſiarum, in quibus ſunt concionaturi.

570 At non ſufficere ſemel præſentari, tenet Rodriquez *tom.* 3. *quæſt. Regular. quæſt.* 32. *ar.* 6. Quod mihi magis probatur, ſi ita accipiatur, vt non pro ſingulis vicibus, ſed pro ſingulis curſibus concionum, interruptis tamen per notabile tempus, debeat ſe præſentare: vt ſi ſe præſentaret pro concionibus quadrageſimæ, & rurſus anno ſequenti eſſet concionaturus in quadrageſima; aut per annum. Et quidem ſi ſe præſentet pro concionibus in propria Eccleſia, & poſtea ſit concionaturus in aliena, debet de nouo ſe præſentare, quia in prima præſentatione ſe præſentauit ſolum pro benedictione; in ſecunda autem debet etiam obtinere licentiam. Deinde iuxta Concil. Trident. debet regularis concionator pro ſuis Eccleſijs petere benedictionem, & pro alienis obtinere licentiam. Vnd, cum licentia, aut benedictio petatur pro concionando in tali, vel tali Eccleſia, & pro ipſo actu concionandi, non extenditur vltra petitionem, & conſummatur per illum actum, pro quo petitur, & ideo debet renouari pro nouo actu. Nec eſt eadem ratio de approbatione ad confeſsiones audiendas: quia approbatio cadit ſupra habilitatem, & petitur in ordine ad audiendas confeſsiones abſolutè, non autem pro tali, vel tali actu audiendi, nec pro tali, aut tali loco; ſicut contingit in petitione benedictionis, aut licentiæ pro concionando. Vnde quod ſingulis annis tam pro Quadrageſima, quam pro Aduentu, & infra annum, petenda ſit benedictio, ſtatuit Cardinalis S. Onuphrij Prouicarius Vrbis *anno* 1640. *die* 17. *Februar.* Quod intelligi debet, quando horum temporum conciones non continuantur.

An Prædicatores teneantur coram Ordinario omittere profeſſionem fidei. Quæſt. II.

SVMMARIVM.

571 *Non eſt admittendus ad concionandum niſi emittens profeſſionem fidei coram Ordinario.*
572 *Epiſcopus an poſsit exigere à Regularibus concionaturis profeſsionem fidei.*
573 *Ex nullo iure Epiſcopis conceditur facultas exigendi profeſsionem fidei à Regularibus concionaturis.*
574 *Epiſcopus quando poſsit exigere à Regularibus concionatoribus profeſsionem fidei.*

571 Ad II. Reſp. Nemo ad prædicationis munus admitti debet, niſi præſtita coram Ordinario fidei profeſsione : prout cauetur in Conſtit. Pij IV. quæ incipit : *Iniunctum nobis, &c.*

ADDITIO.

572 Aduertendum in primis, quod dicta Conſtitutio, *Iniunctum*, nihil diſponit circa fidei profeſſionem emittendam à Concionatoribus; ſed tantum præſcribit fidei formulam, ſecundum quam profitenda eſt. Vnde ſolum Auctor vult, quod concionatores profeſſionem fidei præſtent coram Ordinario, adhibita forma tradita in dicta Cõſtitutione. Cum Auctore, quod Epiſcopi poſsint exigere à concionatoribus regularibus profeſsionem fidei, ſentiunt Leo *par.1. Theſauri cap.8. num.9.* Et ſi ita expedire iudicauerit, Nouar. *in ſum. Bullar.* Tit. *de prædicat. num.6.* Alter Nouar. *in Lucerna Regular.* verbo *Fidei profeſsio, num.4.* Squillant. *de priuileg. Epiſcop. par.3. cap.19. num.18.* aſſerentes ita declaratum fuiſſe à S. Congregatione, quæ declaratio habetur apud Gallemart. *in ſua collect. ad cap. 4. de reformat. ſeſſ. 24. Concilij Trident.*

573 At Ceſpedes *de Exempt. Regul. cap. 10. dub.195. num.3.* putat, non poſſe exigere, neque in hoc grauare regulares: quia neque ex Trident. neque ex Bulla Pij V. neque ex aliquo alio iure habent Epiſcopi talem auctoritatem. Eſt enim ridiculum, quod inde eam habent, vt ait Leo *num. præced.* citato, quia Concil. Trident. *ſeſſ. 24. cap.4. de reformat.* diſponat, quod nullus regularis concionari poſsit contradicente Epiſcopo. Quia per hæc verba nullo prorſus modo ſignificatur facultas exigendi fidei profeſsionem. Idem etiam tenet Lezana *verbo Concionari, num.8.* aſſerens, ita conſuetudine receptum eſſe.

574 Verum, cum ex vna parte nullum adſit iuribuens Epiſcopis hanc facultatem, & alioquin regulares ſint exempti ab ipſorum iuriſdictione, ita vt nihil iuris in eos exercere poſsint, *niſi ipſis* concedatur. Ex altera verò parte, S. Congregatio declarauerit, poſſe exigere profeſsionem fidei à concionatoribus regularibus, ſi ita expedire iudicauerint, & declaratio non inducat nouum ius, ſed poſitum declaret; oportet quod in aliquo caſu habeant ius eam exigendi. Quia autem profeſsio fidei ordinatur ad conſeruationem fidei; & ad Epiſcopos ſpectat eam conſeruare, ita vt etiam contra regulares procedere poſsint in rebus fidei; conſequenter ratione huius iuriſdictionis eam poterunt exigere, quando in ordine ad conſeruationem *fidei* expedire iudicauerint. Et in hoc ſenſu *accipienda* eſt declaratio Sacræ Congregationis. Vnde, niſi adſit fundamentum exercendæ iuriſdictionis, quam habent circa res fidei, non poterunt exigere profeſsionem fidei, cum ſolum poſsint exigere in virtute huius iuriſdictionis, non autem ad libitum.

An Ordinarius poſſit examinare Concionatores Regulares. Quæſtio III.

SVMMARIVM.

575 *Ordinarij poſſunt examinare Concionatores.*
576 *Diſſentiunt in hoc Doctores.*
577 *Concionatores examinandi à ſuis ſuperioribus reſpectiue.*
578 *Etiamſi concionaturi ſint in Eccleſijs, quæ non ſunt ſui Ordinis.*

575 Ad 3. Reſp. Quòd ſic, & ita obſeruatur in omnibus Curijs Eccleſiaſticis; inſignes verò non examinantur ob eorum notam doctrinam. ita etiam habetur in Conſtit. Leonis X. quæ incipit: *Supremæ maieſtatis*, edita anno 1516. vbi etiam habetur, Prædicatores debere priùs examinari de vita, & doctrina, & approbari ab Ordinarijs. Contrauenientibus excommunicationis pœnas imponit, & prædicationis munus interdicit. §.8. contrarijſque derogat. §. 9. *d. Conſtit.*

AD-

ADDITIO.

576 Quod ait Auctor ita obſeruari in omnibus Curijs Eccleſiaſticis, non conſonat praxi, quæ eſt in contrarium. Nec alicubi vidi, concionatores Regulares examinari, etiam vbi rigorosè cum Regularibus proceditur. Cum Auctore autem ſentit Venerus *lib. 6. Examin. Epiſcop. cap. 9.* aſſerens Epiſcopum non poſſe alicui dare licentiam concionandi etiam Regulari, niſi præuio examine. Et Homobon. *par. 5. reſponſ. 262.* vult, poſſe examinare, quod etiam tenet Rodriquez *in quæſt. Regular. to. 3. quæſt. 32. ar. 4.* Henriquez *lib. 10. ſum. cap. 33. in Gloſ. lit. L.* quamuis Rodriquez non loquatur de examine, ſed de approbatione, quod eſt quid diuerſum. Et idem tenent, ſi adſit longa conſuetudo, Barboſa *de poteſt. Epiſc. alleg. 76. num. 23. in fine.* Antonel. *lib. 7. regim. Eccleſ. cap. 19. num. 4.* At econtra non poſſe Epiſcopum examinare concionatores Regulares, tradunt Campanilis *in diu. iur. can. rubr. 12. cap. 13. num. 9.* Ceſpedes *de exemptione regular. cap. 10. dub. 194.* Tragurienſ. *tom. 1. lib. 6. tit. 1. num. 28.* aſſerens oppoſitam opinionem carere ſolido fundamento.

577 Et ita tenendum eſt primo ex *Conſtit. 15.* Leonis X. edita *in Concil. Lateranen.* quæ incipit, *Supernæ maieſtatis*, quam malè pro ſe citat Auctor vbi decernitur, quod nullus tam Clericus ſæcularis, quam Regularis, ad quem quomodocunque pertinet facultas concionandi, *Ad huiuſmodi officium exercendum admittatur, niſi prius per ſuum ſuperiorem reſpectiuè diligenter examinatus &c.* Vnde examen per dictam Conſtitutionem ſpectat ad Superiores reſpectiuè reſpectu cuiuſcunque concionatoris, atque adeo ad Superiores regulares quò ad concionatores Regulares: non autem ad Epiſcopũ quo ad Regulares. Secundo ex Concil. Trident. *ſeſſ. 5. cap. 2. de reformat.* vbi præſcribitur forma admittendi Regulares ad concionandum. Quæ in eo conſiſtit, quod à ſuis Superioribus examinentur de doctrina, vita, & moribus, & cum approbatione, & licentia eorum de ſe præſentent coram Epiſcopis, & ab ijs benedictionem petant, ſi concionaturi ſunt in Eccleſijs proprijs Ordinis; & etiam licentiam, ſi in alienis Eccleſijs. Vnde cum tam à Leone X. quam à Concilio Trident. examen concionatorum Regularium præſcribatur Superioribus Regularibus, non poſſunt Epiſcopi ſe ingerere, vſurpando ſibi ſupra regulares exemptos hanc iuriſdictionem; alioquin violarent exemptionem ipſorum, & facerent iniuriam Superioribus Regularibus: Tum quia vſurparent ſibi ius ipſorum, & exercerent iuriſdictionem, quam non habent, ſupra ipſorum ſubditos; tum quia hoc cederet in detrimentum bonæ opinionis ipſorum, nam examinando declararent, ſe non confidere integritati ipſorum circa idoneorum præſentationem, & quod non eſſent ſufficientes pro examinandis concionatoribus. Faciunt etiam iniuriam Apoſtolicæ Sedi, dum mittunt manus in immediatè ipſi ſubiectos, vſurpando ſibi ius in ipſos, quod non habent: & facto ipſo declarantes, quod non ſufficienter prouiderit pro examine Regularium concionatorum, dum illud Superioribus Regularibus committit.

578 Ex quibus deducitur quod quamuis concionaturi ſint in Eccleſijs, quæ non ſunt ſui Ordinis, neque adhuc examinari poſſe ab Epiſcopis; tum quia Leo X. in prædicta Conſtit. abſolutè committit examen, Superioribus Regularibus. Tum quia Concil. Trident. *ſeſſ. 5. cap. 2. de Reformat.* quo ad eos, qui concionaturi ſunt in Eccleſijs, quæ non ſunt ſui Ordinis, tantum concedit Epiſcopis dare licentiam vltra benedictionem; non autem examinare.

An ſacris non initiatus admitti poſſit ad concionandum. Quæſt. IV.

SVMMARIVM.

579 *Sacris non initiatus concionari poteſt.*
580 *Concionari non eſt actus Ordinis.*
Laico non licet concionari.

579 Ad 4. Reſp. Poterit, quia nullo iure cauetur, quod mittendus ad prædicandum, debeat ordine ſacro eſſe initiatus, vt latè ſcribit Nauar. *conſ. 7. lib. 1. de offic. Iudic. deleg. num. 2 in impreſſis de anno 1610. pag. mihi 165.* vbi reſpondet, quod text. *in cap. Adijcimus 19. cauſ. 16. quæſt. 1.* quo cauetur, quod nullus præter Sacerdotes audeat prædicare: locum habet in volente prædicare auctoritate propria, & auctoritate ſui officij, quale habet Sacerdos Curatus.

ADDITIO.

580 Extat etiam declaratio S. Congregationis apud Gallemart. collect. *ad cap. 4. de reformat. ſeſſ. 24 Conc. Trident.* verbo *ſiue regularis*, tenoris ſequentis *Munus prædicationis per Epiſcopum committi poteſt etiam Clerico, qui non ſit in ſacris Ordinibus conſtitutus; non enim alicuius Ordinis ſacri videtur actus eſſe. Fuit tamen dictum, quod ſecus de laico.* Quod ea ratione fuit additum, quia in Concil. Lateranen. *ſub Leone X. ſeſſ. 11.* Laicis interdicitur concionari. Et ita etiam notant Vgolin. *de offic. Epiſc. cap. 42. §. 2. num. 1.* Rendina *tom. 1. prompt. tit. 17. num. 24* Poſſeuin. *de offic. curat. cap. 3. num. 14. in fine.* Barboſa *de poteſt. Epiſcop. allegat. 76. num. 45.*

An

Digitized by Google

An Laicis olim fuerit permiſſum prædicare. Quæſt. V.

SVMMARIVM.

581 *Laicis nunquam fuit permiſſum concionari.*
582 *Initiatus prima tonſura an veniat nomine laici in ordine ad concionandum.*
Laicis etiam Theologis non poteſt committi munus prædicandi.

581 Ad 5. Reſp. Non, vt egregiè eius reſcripto cenſuit Innoc. III. *in cap. cum ex iniuncto 2. de hæretic.* quod impreſſit etiam Eymer. *in Director. Inquiſit. par. 2.* illudque exornat Pegna, *Comment. 2.* vbi ſubdit, laicos in propoſito noſtro cenſeri, qui non ſunt in aliquo ſacro ordine conſtituti.

ADDITIO.

582 Dubitari poteſt. An initiatus tantum prima tonſura veniat nomine laici in ordine ad non ei concedendam facultatem concionandi. Reſp. Non venire appellatione laicorum, ſed poſſe ipſi committi munus prædicandi. Quia initiati prima tonſura ſunt ſegregati in ſortem Domini, & ſeparati à laicis, & proinde veniunt appellatione Clericor. cap. *Cleros diſt. 21. & cap. cum contingat. de ætate &c.* vbi Hoſtienſ. *num. 6.* Cravet. *conſil. 616. num. 14. vol. 4.* Corſet. *ſingul. 12. in fine.* Ex quibus deducitur, quod laicis, quantumuis doctis, & etiam Theologis, non poteſt committi munus prædicationis: quia cum munus concionatoris ſit exhibere populis verbum Dei, atque adeo eos paſcere, ſpectat ad Paſtores, & ideo ijs ſolis committi poteſt, qui ſunt aliquo modo coadiutores paſtorum. Vnde non tam attendenda doctrina in concionatore, quam participatio in munere paſcendi populos.

An Epiſcopus poſſit Regulari idoneo præſentato denegare licentiam concionandi, & abſque cauſa ſuſpendere. Quæſt. VI.

SVMMARIVM.

583 *Epiſcopus non poteſt idoneo præſentato denegare licentiam concionandi.*
584 *Nec poteſt ſine cauſa ſuſpendere à prædicatione*
585 *An ſi ſuſpendat teneatur aſſignare cauſam.*

583 Ad 6. Si præſentatus fuerit prædicator idoneus, ab Ordinario iuxta Decretum Sacri, Concilij Trid. *ſeſſ. 5. c. 2.* non eſt ei deneganda licentia, nec poterit Ordinarius ad libitum, & ſine rationabili cauſa ſuſpendere à prædicatione.

ADDITIO.

584 Ita declarauit S. Congregat. apud Collect. Gallemart. *ad cap. 2. de reformat. ſeſſ. 5. Concil. Trident.* & ita habet declaratio. *Si præſentatus Ordinario fuerit Prædicator idoneus, iuxta hoc Decretum non eſt ei deneganda licentia. Neque poterit Ordinarius ad libitum & ſine rationabili cauſa ſuſpendere à prædicatione.* Et ita notant Armendariz *in addit. ad leg. Nauar. lib. 4. tit. 30. l. 3. num. 8. de prædic.* Barboſa *de poteſt. Epiſcopi allegat. 76. num. 22.* Lezana verbo *Concionari*, *num. 6. in fine.*

585 An autem, quando ſuſpendit, teneatur exprimere cauſam, ob quam ſuſpendit. Negant Leo *par. 1. Theſauri fori Eccleſiaſt. cap. 8. num. 9.* aſſerens ſic deciſum fuiſſe à S. Congregat. Piaſec. *par. 2. praxis Epiſcop. cap. 3. num. 41.* ver. *Si item* Antonel. *lib. 7. de Regim. Eccleſ. cap. 13. num. 6. in fine.* Barboſa *num. præced. citat.* Campanil. *in diuer. iur. rubric. 13. cap. 12. num. 8.* Quod tamen ita vniuerſaliter prolatum apud me difficultatem habet. Nam Regulares in Eccleſijs ſui Ordinis concionari poſſunt petita licet non obtenta benedictione; & etiam contradicente. Vnde ſi Epiſcopus nulla expreſſa cauſa ſuſpendat aliquem à concionando, exiſtimare poterit, quod non habeat iuſtam cauſam, & proinde ſit mera contradictio ipſius, & conſequenter iuxta ſuperius dicta continuare ſunm munus. Vt igitur teneatur obedire, erit exprimenda cauſa ſuſpenſionis. Solum valere poteſt, quod poſſit non expreſſa cauſa ſuſpendere, quando Regulares concionantur in Eccleſijs, quæ non ſunt ſui Ordinis: quia cum tunc indigeant licentia Epiſcopi, nec poſſint concionari ipſo contradicente, poterit ex iuſta cauſa reuocare licentiam. Et in hoc ſenſu accipienda eſt declaratio S. Congregat. ſi modo extat; & etiam Conſtitutio Vrbani VIII. *alias à nobis.*

An nominatim ſuſpenſi, vel interdicti poſſint concionari. Quæſt. VII.

SVMMARIVM.

586 *Nominatim ſuſpenſis, aut interdictis non licet concionari.*
587 *De qua ſuſpenſione, & interdicto id accipiendum.*
Cœmeterium in odioſis non venit nomine Eccleſiæ.
Concio non eſt prohibita tempore interdicti.
Effectus interdicti.

586 Ad 7. Reſp. Non licebit, ſi nominatim ſint ſuſpenſi, vel interdicti: ſecus verò econtra. Nauar. *conſ.* 1. *cum teneantur lib.* 5. *de ſent. excom. n.* 2. *verſ.* 3. *pag. mihi* 553. ſecundum impreſſionem Venetijs de anno 1610. & antea *in Manuali Confeſſ. cap.* 27. *num.* 176.

ADDITIO.

587 Reſolutio Auctoris accipi debet, vt verà ſit, de ſuſpenſione, & interdicto totali. Secus autem de partiali, niſi partialis ſuſpenſio, aut interdictum ſit à concionando. Quid enim prohibet ſuſpenſum ab audiendis confeſſionibus, concionari? aut interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ concionari extra Eccleſiam in plateis, aut in alijs locis; imo etiã in Cœmeterio? Quia cum ſimus in odioſis, Cœmeterium non venit nomine Eccleſiæ, vt notant loquendo de interdicto Filliuc. *tract.* 18. *cap.* 5. *n.* 103 Diana *par.* 4. *tract.* 10. *reſol.* 75. Bonac. *diſp.* 5. *de interdic. punct.* 5. *num.* 11. Lezana verbo. *Interdictum num.* 36. Imo dato, quod interdictum eſſet totale, non cenſeretur prohibitum concionari, quia hoc non continetur ſub effectibus interdicti, qui modo tres tantum recenſeri ſolent, ex cap. *Alma mater*, & cap. *Si ciuitas, de ſentent. excommunicat. in* 6. & cap. *quod in re. de pœnitent. & remiſ.* nempe priuatio aliquorum Sacramentorum, priuatio diuinorum Officiorum, & priuatio Eccleſiaſticæ ſepulturæ. Concio autem non continetur ſub diuinis officijs, & conſequenter non pertinet ad aliquem ex his effectibus, iuxta doctrinam Nauar. *cap.* 27. *Manual. num.* 171. & 176. Sylueſtri verbo *Interdictum* 5. *num.* 5. & 6. Suarez *de cenſur. diſput.* 34. *ſect.* 3. Portel. *in dub. regular.* verbo *Interdictum. num.* 2. Bonac. *diſp.* 5. *de interdict. punct.* 4. & communiter. & habetur ex cap. *reſponſio de ſentent. excommunic.*

A quibus cauere debeant Concionatores. Quæſt. VIII.

SVMMARIVM.

588 *Cauenda à Concionatoribus.*
589 *Concionatores docere debent neceſſaria ad ſalutem.*
Debent ſuadere virtutes, & declinare à vitijs.
Satagentes excitare riſum peccant mortaliter.

588 Ad 9. Reſp. Primò debet cauere, ne publicè & incautè reprehendat, vel mordeat Epiſcopos, ſub pœna impoſita à Leone X. Bulla ſuperius citata. Secundò, non erit inutile habere libellum inſtructionum Concionatorum, confectum iuſſu Sancti Caroli Borromei Archiepiſcopi Mediolan. & habetur in actis eiuſdem Eccleſiæ: ſimiliter & Rhetoricam R.P. Aloyſij Granatenſis, & alia huius farinæ. Vide Bullam Gregorij XV. circa prædicationem Conceptionis.

ADDITIO.

589 Inter cætera, quæ Concionatores aduertere debent, illud præcipuum eſt, vt ſe accommodent capacitati auditorum, & doceant neceſſaria, & conducentia ad ſalutem, & ſuadeant à vitijs declinare, & virtutes ſequi. Quod expreſſit Concilium Trident. *ſeſſ.* 5. *cap.* 2. *de reformat.* his verbis. *Plebes ſibi commiſſas pro ſua, & illarum capacitate paſcant ſalutaribus verbis, docendo ea, quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem, annunciando eis cum breuitate, & facilitate ſermonis vitia, quæ eos declinare, & virtutes, quas ſectari oporteat, vt pœnam æternam euadere, & cœleſtem gloriam conſequi valeant.* Ex quibus deducitur non poſſe excuſari à mortali concionatores illos, qui ſcurrilitatibus diditi riſum, & chachinos in populo excitare ſatagunt, & tanquam mimos agerent, trahere populum, non ad verbum Dei, ſed ad comœdiam audiendam. Et quamuis conuertant ſcurrilia ad ſeria, debent recordari, quod non ſunt facienda mala, vt eueniant bona.

Digitized by Google

Ad quem pertineat electio Concionatoris, & erogatio eleemoſynæ.
Quæſtio IX.

SVMMARIVM:

590 *Electio concionatoris pro Cathedrali ſit ab Epiſcopo.*

Si iuxta conſuetudinem ſinat eligi à populo, poteſt compellare, vt etiam tribuat eleemoſynam; ſi tollat conſuetudinem, tenetur ipſe etiam ad eleemoſynam.

591 *Declaratio S. Congregat. circa electionem Concionatoris.*

592 *Si Epiſcopus ſinat Populum eligere concionatorem, poteſt ſucceſſor reaſſumere electionem.*

Actus facultatiuus non tribuit ius, nec inducit præſcriptionem.

593 *Qui prætendit eligere concionatorem, debet contra Epiſcopum probare conſuetudinem.*

594 *Et quod ſit immemorabilis.*

Conſuetudo immemorabilis quomodo probetur.

Ad 9. Reſp. Quòd Congregatio cenſuit, electionem, & deputationem Prædicatoris ad ſolos Epiſcopos in eorum Cathedralibus Eccleſijs ſpectare, nulla habita ratione cuiuſcunque conſuetudinis, etiam immemorabilis, qua talis deputatio Capitulo, vel Epiſcopo vna cum Capitulo, vel cuiuis alteri competeret. Eſt autem in optione Epiſcopi, vtrum ipſe malit Prædicatorem in ſua Cathedrali eligere, aut deputare, quando Populus illum etiam ab immemorabili tempore eligere, & nominare conſueuiſſet, vel prædictam nominationem ex immemorabili conſuetudine relinquere: ita tamen, vt ipſe Epiſcopus electionem, deputationemque Prædicatoris faciendo, populum ad aliquid ſuſtentationis gratia erogandum, non compellat: ſin verò Populum prædicta facultate eligendi Prædicatorem Epiſcopus vti ſinat, eundem Populum cogere poſsit ad eas impenſas, & eleemoſynas Prædicatori præſtandas, quas ipſe Populus in hanc cauſam præſtare ſolitus eſt. In alijs Eccleſijs ad Epiſcopum ſimiliter pertinet electio, & deputatio Prædicatoris, impenſis eorum, qui illas præſtare, vel tenentur, vel ſolent. Concilium tamen non ſuſtulit immemorabilem conſuetudinem, qua facultas nominandi Prædicatorem in Eccleſijs non Cathedralibus alteri, quàm Epiſcopo, competeret in ſua Diœceſi, etiamſi ſit Cathedralis.

ADDITIO.

591 Tenor declarationis, ex qua ſupradicta habentur eſt. *Congregatio cenſuit, electionem, & deputationem Prædicatoris ad ſolos Epiſcopos in eorum Cathedralibus Eccleſijs ſpectare, nulla habita conſideratione cuiuſcunque conſuetudinis, etiam immemorabilis, qua talis deputatio Capitulo, vel Epiſcopo vna cum Capitulo, ſiue de eius conſilio, aut cuiuis alteri competeret. Eſt autem in optione Epiſcopi, vtrum ipſe malit Prædicatorem in ſua Cathedrali eligere, aut deputare, quando populus illum, etiam ab immemorabili tempore eligere, & nominare conſueuiſſet: vel prædictam nominationem ex immemorabili conſuetudine relinquere. ita tamen, vt ſi Epiſcopus electionem, deputationemque prædicatoris facere voluerit, populum ad erogandas eleemoſynas non compellat. Sin verò populum prædicta facultate eligendi prædicatorem Epiſcopus vti ſinat, eumdem populum cogere poſsit ad eas impenſas, & eleemoſynas prædicatori præſtandas, quas ipſe populus in hanc cauſam præſtare ſolitus eſt.*

In alijs Eccleſijs ad Epiſcopum ſimiliter pertinet electio, & deputatio prædicatoris, impenſis eorum, qui illas præſtare, vel tenentur, vel ſolent. Concilium tamen non ſuſtulit immemorabilem conſuetudinem, qua facultas nominandi prædicatorem in Eccleſijs non Cathedralibus alteri, quàm Epiſcopo competeret in ſua Diœceſi. Hanc declarationem refert Campanil. *in diuer. iur. Rub. 12. cap. 13. num. 16.* & meminerunt Barboſa *de poteſt. Epiſ. alleg. 76. num. 67.* Armendariz *in Addit. ad l. Nauar lib. 4. tit. 30. l. 3. n. 3. de prædicat.* Vveims *ad Conſtit. 5. ex innouat. per. Concil. Trident. num. 10.* Epiſcop. Tragurienſ. *tom. 1. lib. 6. tit. 1. num. 66.*

592 Eſt autem aduertendum, quod cum ſit in poteſtate Epiſcopi relinquere deputationem, & nominationem Concionatoris populo, etiamſi reliquerit, poterit eius ſucceſſor, vel etiam ipſemet aſſumere deputationem: quia cum ſit ſublata conſuetudo etiam immemorabilis, & ius tranſlatum ad ſolum Epiſcopum priuatiuè quò ad alios pro Eccleſia Cathedrali, ſequitur, quod per id quod populo relinquatur electio pro aliquibus vicibus, non acquiratur ipſius aliquod, quia relinquere electionem eſt actus facultatiuus, qui non tribuit ius, nec inducit conſuetudinem, ſeu præſcriptionem. vt notant Calderin. *Conſil. 1. & 3. de conſuet.* Rolan. *Conſil. 53. num. 38. lib. 2.* Dec. *Conſil. 175. num. 6.* ver. *Præterea licet.* Surd. *Conſil. 127. num. 81.* Ludouiſ. *deciſ 162. num. 10.* Rota *deciſ. 178. num. 5. par. 5. diuer.* Et ſecluſa immemorabili conſuetudine, idem dicendum eſt de electione, & nominatione pro alijs Eccleſijs non Cathedralibus.

593 In dubio autem de conſuetudine, & an immemorabilis ſit, erit probanda, & probatio ad eum ſpectabit, qui eam allegat, nam de iure communi ad Epiſcopum ſpectat prouidere de concionatore: vnde

de habet ſuam intentionem fundatam quò ad prouiſionem : & ideo qui contra ius commune intendit prouidere vigore immemorabilis conſuetudinis, debet tanquam fundamentum ſuæ intentionis illam probare *l. Qui accuſare, C. de eden. & l. Hoc iure ff. de verbor. obligat.*

594 Et quod conſuetudo ſit, & immemorabilis concludenter probandum eſt, & proinde teſtes affirmatiuam, & negatiuam deponere debebunt, nempe quod concionator à talibus ſemper deputatus ſit, iuxta doctrinam Gloſ. *in cap.* 1. verbo *Memoria. de præſcript. in 6.* Bart. *in l.* 1. *§. fin. ff. de aqua plu. arcen.* Corn. *conſil.* 222. *num.* 1. *vol.* 1. Nat. *Conſil.* 154. *num.* 5. *vol.* 1. Leon. *par.* 1. *theſau. fori Eccleſ. cap.* 8. *num.* 5.

An Epiſcopus compellere poſſit ad dandam eleemoſynam Concionatori, qui ſolent dare. Quæſt. X.

SVMMARIVM.

595 *Epiſcopus compellere poteſt ad eleemoſynam pro Concionatore, qui ſolent dare.*
596 *Valet pro Eccleſijs non Cathedralibus.*
Cur Epiſcopus teneatur ad eleemoſynam ſuæ Eccleſiæ.
597 *Eleemoſyna pro concionatoribus Eccleſiarum non cathedralium danda iuxta conſuetudinem.*
598 *Secluſa conſuetudine Rector Eccleſiæ tenetur ad expenſas pro concionatore, & quid ſi redditus ſint tenues.*
599 *Quid faciendum ſi oriatur difficultas, ad quem ſpectet miniſtrare expenſas pro concionatore.*
600 *Epiſcopus cogere poteſt ad ſoluendam integram eleemoſynam concionatori.*
601 *Si expenſæ pro concionatore ſoluantur ex publico ærario, ſeruanda eſt conſuetudo.*
602 *Epiſcopus prædicans an poſſit percipere expenſas ſolitas ſolui à populo, aut de publico ærario.*
Quid ſi expenſæ ſint ex aliquo legato, aut donatione.
603 *Quando de fructibus beneficij ſoluuntur expenſæ concionatori, non eſt grauandus penſionarius.*
604 *Eleemoſyna pro concionatore an poſſit deduci in pactum.*

595 Ad 10. Reſp. Epiſcopum poſſe ad præſtandam eleemoſynam Prædicatori cogere laicos, qui eam præſtare tenetur, vel ſolent. Conc. Trid. *cap.* 4. *ſeſſ.* 24. *de reform.*.

ADDITIO.

596 Quod habet auctor intelligi debet quò ad eleemoſynam ſolitam præſtari concionantibus in Eccleſijs non cathedralibus ; quia pro concionatore Eccleſiæ Cathedralis debet Epiſcopus ſubminiſtrare expenſas, & elemoſynam, niſi fortè relinquat populo, aut ciuitati electionem concionatoris, & ſit ſolita, aut teneatur ſubminiſtrare expenſas, & eleemoſynam, iuxta declarationem S. Congregat. relatam *num.* 591. Cum enim ad Epiſcopum pertineat munus concionandi, dum per alium ſupplet, tenetur ſubminiſtrare expenſas, cum agatur de ſupplendo, quod ipſe debet. Ita inter cæteros notant Leo *par.* 1. *theſau. fin. Eccleſ. cap.* 8. Campanil. *in diuer. iur. Rubr.* 12. *cap.* 13. *num.* 16. Barboſa *de poteſt. Epiſ. alleg.* 76. *num* 11. Tragurienſ. *tom.* 1. *lib* 8. *tit.* 1. *n.* 71. Excipitur tamen caſus, in quo adeſſet conſuetudo immemorabilis, quod aliquis ſolueret expenſas, & non eligeret concionatorem, quia tunc eſſet ſeruanda, vt notant citati Doctores, aſſerentes Gregor. XIII. ita decreuiſſe.

597 Quod autem ſpectat ad Eccleſias non cathedrales, ſeruanda eſt conſuetudo, quamuis non ſit immemorabilis, vt refert deciſum Armendariz *in Addit. ad leg. Nauar. lib.* 4. *tit.* 30. *lib.* 3. *de prædicat. num.* 22. apud Barboſ. *de poteſt. Epiſ. allegat.* 76. *num.* 12. Tragurienſ. *tom.* 1. *lib.* 6. *tit.* 1. *num.* 74. & habetur ex Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 4. *de reformat.* ibi, *ſumptibus eorum, qui eas præſtare vel tenentur, vel ſolent.*

598 At ſi nulla adſit conſuetudo, ſpectat ad Rectorem Eccleſiæ ſubminiſtrare expenſas, quia agitur de ſupplendo id, quod ipſe ratione officij teneretur præſtare. Et ita notant Campanil. *in diuer. iur. rubr.* 12. *cap.* 13. *num.* 16. *in fine*. Leo *par.* 1. *theſau. fori Eccleſ. cap.* 8. *num.* 6. Barboſa *de poteſt. Epiſ. allegat.* 76. *num.* 16. Tragurienſ. *tom.* 1. *lib.* 6. *tit.* 1 *n.* 75. Excuſabuntur tamen Rectores Eccleſiarum, ſi tam tenues redditus percipiant, vt vix congruæ ſubſtentationi ipſorum ſufficiant, & tunc onus ſubminiſtrandi expenſas pro concionatore refunderetur in populũ, quia agitur de ipſius intereſſe, & quia debet paſcere corporaliter nos, à quibus ſpiritualiter paſcitur. & ita notant Doctores, Leo, Campanil. Barboſa Tragurienſ. citati. Vgolin. *de offic. Epiſcopi c.* 42. *§.* 3. *in fine*. Antonel. *de regim. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 4. Diſſentiunt tamen Abbas, Anan. Surdus, *conſil.* 254. *num.* 14. Merlin. *deciſ.* 598. *num.* 54. Qui volunt teneri ſtante quacunque tenuitate, quia ſibi imputare debeat, quod tenue beneficium acceptauerit, & aſſumpſerit onus perſonale concionandi, cui ſatisfacere debet proprijs expenſis.

599 Quod ſi oriatur difficultas, ad quem ſpectet ſubminiſtrare expenſas pro concionatore ; ne occaſione litis omittatur prædicatio verbi Dei, debet ipſe Epiſcopus interim ſubminiſtrare. Ita Vgolin. *de offic. Epiſ. cap.* 42. *§.* 3. ver. *Hoc autem*. Naldus verbo *Prædicare*. *num.* 2. Campanil. *in diuer. iur. Rubr.* 12. *cap.* 13. *num.* 16. ver. *Exiſtente autem*.

Digitized by Google

Barboſa *de poteſt. Epiſ. allegat. 76. num.* 15. Tragurienſ. *tom. 1. lib. 6. tit. 1. numer. 77.* Zerola *in praxi par. 1.* verbo *prædicatio §. 7.* Riccius *collect. 1776.* Galet. *in Margarita* verbo *Eleemoſyna*, & extat deciſio S. Congregat. apud Collect. Gallemart. *ad capit. 2. de reformat. ſeſſ. 5. Concil. Trident.* quæ ita habet. *Dum dubium eſt, quorum ſumptibus conducendus ſit concionator pro Quadrageſima, debet Epiſcopus eum interim proprio ſumptu conducere.*

609 Ex quibus deducitur, quod ſtante conſuetudine ſoluendi expenſas pro concionatore, poterit Epiſcopus cogere ad ſoluendum integrè, conſuetos ſoluere, ita vt de conſueto nihil diminuant, vt reſponſum fuit à Sacra Congregat. menſe Septembri *in Viterbienſi* 1629. vt notat etiam Tragurienſis *tom. 1, lib. 6. tit. 1. num.* 79. Quia cum talis conſuetudo inducta ſit fauore publicæ vtilitatis ſpiritualis, & vergat in fauorem animæ, eſt omnino ſeruanda.

601 Quod ſi ex publico ciuitatis ærario expenſæ pro concionatore Cathedrali ſolui ſolent, Epiſcopus erit immunis, & conſuetudo erit ſeruanda. Ita Galet. *in Margarita* verbo *prædicare*. Armendariz *in addit. ad leg. Nauar. l. 4. tit. 30. l. 3 nu. 24. de Prædicator.* & extat deciſio S. Congregat. tenoris ſequent. apud Collect. Gallemart. *ad cap. 4. de reformat. ſeſſ. 24.* Concil. Trident. *Si ex publico Ciuitatis ærario concionatori ſolent eleemoſynæ dari, ea conſuetudo ſeruanda eſt,*

602 Verum dubitari poteſt, An quando eleemoſyna, aliæque expenſæ ſoluuntur concionatori Cathedrali ex publico ærario, aut à populo, aut à quocunque alio, poſſit Epiſcopus, quando ipſe concionatur, percipere dictam eleemoſynam, ſaltem titulo paupertatis. Et negatiuè reſoluunt Gauant. *in manual.* verbo *Concio ſacra num. 1.* Sel. *in ſelect. canonicis cap. 23, num. 18.* aſſerentes ita deciſum à S. Congregat. *in Veſtana 20. Martij 1621.* Affirmat autem Campanil. *in diuer. iur. rubr. 12. cap. 13 num. 16. poſt med.* aſſerens ita practicatum fuiſſe à ſuo anteceſſore, qui non ſolum conſuetam eleemoſynam exegit, ſed etiam duplicatam, vt eſſet congrua ſuæ dignitati. Nulla tamen opinio videtur abſolutè approbanda, ſed cum diſtinctione procedendum: Vt nimirum percipere poſſit, ſi ſponte ab ijs ad quos ſpectat, ſoluatur: non poſſit autem cogere ad ſoluendum. quod notat etiam Tragurienſ. *tom. 1. lib. 6. tit. 1. num. 73.* Cum enim ex officio teneatur concionari, & paſcere populum verbo Dei, dum munus ſuum implet, non poteſt pro ipſo compenſationem laboris, & operæ exigere, cum reddit. Epiſcopatus ſint pro compenſatione omnium miniſteriorum Epiſcopalium. Quod autem dicitur de Epiſcopo, valet etiam de Parocho, ſeu Rectore Eccleſiæ, vt notant Aldan. *in compen. quæſt. canon. lib. 1. tit. 4. num. 8.* Barboſa *de Parochis capit. 14. num. 6.* Eſt tamen aduertendum, quod ſi expenſæ, & eleemoſyna pro concionatore ſint ex aliquo legato, aut donatione, ita vt adſit aliqua ſumma pecuniæ in hunc tantum effectum deſtinata, tunc Epiſcopus, ſiue Parochus habebit ius ad ipſam, ſi per ſe ipſum concionetur: quia dum pecunia eſt deſtinata pro concionatore annuatim, quicunque ille ſit, eſt illa perſona, quæ fuit contemplata, dum pecunia relicta fuit, aut donata: & ideo poſito exercitio concionandi acquirit ius ad ipſam.

603 Quando autem expenſæ pro concionatore erogandæ ſunt ab Epiſcopo, & Rectore Eccleſiæ, atque adeo de fructibus beneficij, ſiue Epiſcopatus, non eſt grauandus penſionarius obtinens penſionem ſuper fructibus Epiſcopatus, aut beneficij, vt notant Armendar. *in addit. ad l. Nauar. lib. 4. tit. 30. l. 3. num. 23. & 25. de prædicat.* Barboſa *de poteſt. Epiſc. allegat. 76. num. 13.* Campanil. *in diuer. iur. rubr. 12. cap. 13. num. 16. in fine.* Tragurienſ. *to. 1. lib. 6. tit. 1. num. 78.* & ita reſpond. S. Congregat. apud Collect. Gallemart. *ad cap. 4. de reformat ſeſſion. 24. Concil. Trident.* quæ talis eſt. *Merces, quæ prædicatoribus tribui ſolet, nulla ex parte à penſionarijs eſt exigenda, atque eò minus ſi populus hos ſumptus facere ſolebat.* Penſio enim importat fructus ſeparatos à beneficio, & ideo non ſubeſt oneribus eiuſdem beneficij.

604 Demum inquiri poteſt circa eleemoſynam dandam concionatori, an in pactum deduci poſſit. Negat Ripa *conſil. 26. num. 4.* putans, committi ſimoniam, ſi in pactum deducatur. Sed nullo fundamento, quia non deducitur in pactum verbum Dei, neque ſpiritualis inſtructio, ſed ſolum labor corporalis aſſumendus, & obligatio perſonæ ad hoc munus: &, ſi celebratio Miſſæ deducitur in pactum ratione oneris aſſumpti, & laboris corporalis, à fortiori poterit deduci etiam prædicatio, cum valde laboriosa ſit. Vnde eſt in contrarium communis ſententia, quam tradunt Caiet. verbo *ſimonia* Vgolin. *de ſimon. tab. 1. cap. 9. §. 1. num. 6.* Campanil. *in diuer. iur. rubr. 12. cap. 13. num. 15.* Barboſa *de poteſt. Epiſcop. allegat. 76. num. 10.* Tragurienſ. *to. 1. lib. 6. tit. 1. num. 70. ver. Certum.*

An Parochus concedere poſſit facultatem prædicandi in ſua Parochia. Quæſt. XI.

SVMMARIVM.

605 *Parochus an poſſit dare licentiam concionandi remiſſiuè.*

606 *Modo ſpectat ad ſolum Epiſcopum approbare concionatores,*

607 *Parochus poteſt concedere licentiam concionãdi bis, aut ter, viro docto, & cognito.*

Valet quò ad alios approbatos, aut regulares.

608 *Regulares deputati ad concionandum, & aliàs approbati, vbi non eſt Ordinarius, poſſunt concionari in quolibet loco, non contradicente Parocho.*

An cenſeatur approbatus, qui concionaturus in Eccleſia proprij Ordinis obtinuit benedictionem.

605 Ad 11. Vide Nauar. *cap. 14. n. 141.* & Henriq. *in ſumma lib. 7. de Indulg. cap. 28. ſub §. 8.*

ADDITIO.

606 Secundum ius antiquum, poterat parochus concedere licentiam concionandi in propria parochia, quia cum ipſius ſit concionari, & inſtruere populum, poterat in locum ſuum, quem vellet ſubſtituere. Modo autem per Concilium Tridentinum ſpectat ad Epiſcopum Concionatores deſtinare, aut ſaltem approbare exceptis Regularibus pro ipſorum Eccleſijs, qui ad ſolam benedictionem petendam tenentur, vt in ſuperioribus dictum. & ita etiam notant Ancharan. *in cap. Excommunicatus, §. Quia vero, num. 4. de hæret.* Io. Anan. *num. 2.* Boich. *in cap. Cum ex iniuncto, §. ſuper eo, num. 8. de hæret.* Archidiacon. *in cap. Adijcimus.* ver. *Quod intelligo caſualiter, 16. quæſt. 1.* Nauar. *cap. 25. Manual. num. 141.* Campanil. *in diuer. iur. Rubr. 12. cap. 13. num. 11.* Merlin. *deciſ. 598. num. 75.* Barboſa *de Paroch. cap. 14. num. 8.* Vnde ſolum reſtat difficultas, an poſſit parochus pro duabus, aut tribus vicibus concedere licentiam alicui viro docto, & ſibi noto.

607 Quod autem poſſit parochus concedere licentiam viro docto, & cognito, concionandi bis, aut ter in propria parochia abſque alia Epiſcopi licentia tradunt Henriquez *lib. 7. ſum. cap. 16. in fine.* Vgolin. *de offic. Epiſ. cap. 42. §. 1. in fine.* Campanil. *in diuer. iur. Rubr. 12. cap. 13. num. 11.* Miranda *tom. 1. Manual. Prælat. quæſt. 50. ar. 4. concluſ. 1.* Barboſa *de offic. parochi cap. 14. num. 8.* & *de poteſt. Epiſc. allegat. 76. num. 26.* Hieronym. Rodriquez *in compen. quæſt. Regul. reſol. 112. num. 4.* Berti Lucenſ. *in praxi crimin. cap. 34. de viſit. Eccleſ. paroch. num. 1.* Portel. *in dub. Regular.* verbo *Prædicatores, num. 2.* Rodriquez *tom. 3. quæſt. Regular. quæſt. 32. ar. 1.* Diana *par. 4. tract. 4. reſol. 22.* ver. *Notandum.* Riccius *deciſ. 755. par. 1.* Peirin. *de ſubdito relig. cap. 22.* ver. *Aduerto vlterius.* Ceſpedes *de exempt. Regular. c. 10. dub. 198. num. 2.* Tragurienſ. *tom. 1. lib. 6. tit. 1. n. 3.* & conſentit Poſſeuin. ſi concionator ſit aliàs approbatus, *De offic. Curati cap. 3. num. 4.* Ratio eſt, quia hoc reducitur ad paruitatem materiæ, & proinde ſupponitur ratum habendum ab Ordinario. Hanc tamen doctrinam limitarem, vt locum habeat, ſicut ait Poſſeuinus, quando concionator eſt aliàs approbatus, aut cum alijs Doctoribus, quò ad Regulares habentes licentiam concionandi à ſuis ſuperioribus; nam talis licentia ſupponit, quod fuerint examinati, & approbati quò ad vitam, & mores, & etiam quò ad doctrinam. nam quò ad alios, non videtur poſſe rationabiliter præſumi, quod Epiſcopus contentus ſit, cum nullo modo ſint approbati.

608 Ex priuilegio autem cõceſſo Ieſuitis à Gregorio XIII. poſſunt Regulares habentes communicationem priuilegiorum concionari in quolibet loco, non contradicente parocho, vbi non adſit Ordinarius, abſque alia licentia; ſi tamen à ſuis ſuperioribus, ad id muneris deputati ſint, & ab aliquo Ordinario ſemel approbati ſint. Et ita notant Rodriquez *tom. 3. quæſt. Regular. quæſt. 32. ar. 6.* Barboſa *de poteſt. Epiſ. allegat. 76. pun. 27.* Villalob. *tom. 2. ſum. tract. 25. difficul. 5. num. 2.* Miranda *tom. 1. Manual. quæſt. 50. ar. 4.* Portel. *in dub. Regular.* verbo *Prædicatores, num. 16.* Io. à Cruce *lib. 1. de ſtatu relig. cap. 6. dub. 2. concluſ. 3.* Diana *par. 3. tract. 2. reſol. 111.* ver. *Notat etiam.* Hic tamen dubium oritur, an ad hunc effectum cenſeatur approbatus, qui concionaturus in propria Eccleſia ſui Ordinis ſolam benedictionem obtinuit. Et affirmatiuè reſoluendum eſt: quia cum illa benedictio ſupponat approbationem Superiorum, à quibus concionator præſentatur, continet tacitum conſenſum in illam approbationem, atque adeo eſt virtualis quædam approbatio. Si tamen petita benedictione, non obtineret, non cenſeretur approbatus, deficeret enim tacitus conſenſus in approbationem Superiorum regnlarium. Nec poſſet dici approbatus à iure, quia poſſit contradicente Epiſcopo concionari: quia ex hoc ſolum fit, quod taxatiuè ſit approbatus pro Eccleſia ſui ordinis.

An Epiſcopus non eligens idoneos Prædicatores, peccet mortaliter.
Quæſtio XII.

SVMMARIVM.

609 *Epiſcopus tenetur ſub mortali eligere idoneos prædicatores.*
610 *Quid iniungat Concilium Tridentinum circa electionem concionatorum.*
Quinam ſint idonei concionatores.
Peccant mortaliter Epiſcopi concedendo licentiam concionandi ijs, qui ſcurras, & mimos agunt.

609 Ad 12. Reſp. Epiſcopus peccat mortaliter non eligens idoneos Prædicatores, ex cap. *inter cætera, de officio Ordinarij*; & ideò non ſtatim debet permittere conciones, niſi habita informatione de eorum idoneitate. Vtile eſt per plures menſes ante Quadrageſimam illos eligere, & inſtruere, vt prædicent vtilia, & non vana, quia illos admonere in fine Carniſpriuij videtur inutile; cum compoſuerint conciones.

Digitized by Google

ADDITIO.

610 Obligatio assumendi idoneos oritur ex natura rei, & iniungitur etiam à Concilio Tridentin. *sess. 5. cap. 2. de Reformat.* ibi. *Viros idoneos assumere teneantur*. Qualis autem idoneitas requiratur, colligitur ex fine, ad quem conciones ordinantur; vt enim medium sit idoneum, debet esse aptum ad assequutionem finis. Vnde cum finis concionandi sit, vt habet Concil. Trident. *citat.* Pascere salutaribus verbis, docendo quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, annunciandoque eis cum breuitate, & facilitate sermonis, vitia, quæ eos declinare, & virtutes, quas sectari oporteat, vt pœnam æternam euadere, & cœlestem gloriam consequi valeant: Sequitur, quod ij solum sint idonei, qui possunt instruere vitam hominum in ordine ad salutem, docendo, & explicando res fidei, vitia dissuadendo, & persuadendo virtutes. Qua idoneitate carentes, non erunt eligibiles ab Episcopo, & si eligat, mortaliter peccabit. Ex quibus deducitur, Episcopum peccare mortaliter concedēdo licentiam concionandi ijs quos scit, scurrilitatibus, & mimicis sententijs conciones suas implere, easque magis ad risum, quàm ad profectum spiritualem accommodare; quia licet aliquid serium, & ad salutem conducens interserant, se habet tamen tanquam illud granum Euangelij fatum inter spinas, quibus suffocatur, & inutile fit. Rursus, neque ij idonei censendi sunt, qui licet eruditè differant, conciones tamen ipsorum solum ostentando ingenio, auditoribusque delectandis inseruiunt, ita vt, quod Academiarum est proprium, ad pulpitum transferant, absque vllo spirituali profectu auditorum. Neque enim hi quæ scire quisque debet in ordine ad salutem, annunciant, neque salutaribus verbis pascunt, neque ita annunciant vitia declinanda, & virtutes sectandas, vt auditores pœnam æternam euadere, & cœlestem gloriam consequi valeant: & proinde cum non præstent id, quod præscribit Concilium Trident. non implent munus concionatoris, neque Episcopus per ipsos satisfacit muneri proprio, cum non præstent id, quod ipse teneretur præstare.

An Episcopus peccet non concionando, & quando teneatur. Quæst. XIII.

SVMMARIVM.

611 *Obligatio Episcopi ad prædicandum.*
612 *Ex legitimo impedimento cessat, & quænam sint legitima impedimenta.*

611 Ad 13. Resp. Quòd laborare summopere debet Episcopus, vt quando potest, prædicet, aliàs sciat se non esse immunem à peccato mortali: ipsa enim prædicatio verbi Dei est cibus animarum, quæ si deficiat, nil peius: nam Pastor, qui delinquentes non arguit, ipsos tacendo occidit. cap. *Ephesijs, dist.* 43. & vt dicit Hier. & habetur 44. *dist. in fum.* Non tantum prodest conuersatio innocentis exemplo, quantum silentio nocet; nam latratu canum, & baculo Pastorum lupi sunt arcendi. & *in c. Audacter*, 8. *q.* 1. dicitur, quòd fames panis, & sitis aquæ populi, non tam extinguenda est, quàm fames verbi Dei. Vnde Amos *cap.* 8. *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & emittam famem in terram*: non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Dei. & Prælati non prædicantes dicuntur Canes muti, nescientes latrare. Isaiæ *c.* 56. & audient illud Ezechielis: *Si non fueris loquutus, vt custodiat se impius à via sua, ipse impius in iniquitate sua morietur; sanguinem verò eius de manu tua requiram*; & *in c. Dispensatio dist.* 45. habetur. *Nobis commissa est diuini seminis dispensatio: væ si non sparserimus, væ si tacuerimus*. Paulus 1. *ad Corinth. c.* 9. *Væ enim mihi si non euangelizauero*: & ex pluribus auctoritatibus sacræ Scripturæ relatis à Greg. *in cap. Rector. d. dist.* probatur Episcopum non prædicantem peccare mortaliter, & ibi id probat Turrecrem. & dicit Glos. *in §. Criminis, in §. plus tacet. dist.* 25. quòd taciturnitas in Prælato est peccatum mortale: quod hodie expressè probatur in Conc. Trid. *cap.* 2. *sess.* 5. *de reform.* ibi, *districtè subiaceant vltioni*, & propter præceptum ibi positum. Anton. *in cap. inter cætera, de off. Ordin.* in quo tex. adsunt similia verba: *Dicunt aliqui, quòd sufficit, quòd prædicent per alios: sed hoc est falsum, quia poterunt per alios, quando sunt impediti, aliàs non*; Vt in d. Conc. habetur, *sess.* 24. *de reform. cap.* 4. nam vox *mercenarij* non ita penetrat, sicut vox *Patris*, Medin. *de pœnitent. lib.* 1. *cap.* 16. *§.* 1. Ioannes c. 10. Oues illum sequuntur, quia sciunt vocem eius, & est potestatem habentis. Vnde de Christo: Erat docens, sicut potestatem habens. *Matth.* 7. *& Prouer.* 37. dicit Salomon: *Vir sapiens plebem suam erudit*.

AD.

ADDITIO.

612 Obligatio Epiſcoporum ad prædicandum ceſſat, & impleri poteſt per ſubſtitutum, ex Concil. Trident. *ſeſſ. 5. cap. 2. de reformat.* exiſtente legitimo impedimento. Legitimum autem impedimentum, quo nullum potentius, eſt inhabilitas, quæ ex multiplici capite in Epiſcopis oriri poteſt: vel quia longam orationem texere, & memoriter reddere non valent; vel quia non ſunt Theologi, cum vt plurimum ad Epiſcopatus aſſumantur ſæculares, qui ſolum ſacris Canonibus vacauerunt, aut ſtudio caſuum conſcientiæ; vel quia concionando tantum temporis pro ſtudio concionis inſumerent, vt non poſſent cæteris negotijs Epiſcopatus, quantum exigunt, vacare. Vel quia ita inconcinnè annunciarent verbum Dei, vt potius ſe contemptibiles redderent, quam populum inſtruerent. Et proinde Aldan. *in compend. canon. deciſ. lib. 1. tit. 4. num. 1.* refert, deciſum ſub diſiunctione, Epiſcopum aut per ſeipſum, aut per alium, munus concionandi implere debere. Imo conſuetudo obtinuit ſaltem hic in Italia, vt Epiſcopi non concionentur, niſi ſemel, aut bis in anno; & non omnes, ſed aliqui tantum, cuius conſuetudinis fundamentum eſt, quia & in Cathedrali, & in Eccleſijs regularium conciones frequentes ſunt: vnde non poteſt dici, *Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.* Hierem. Thren. 4. Hanc autem generalitatem impedimentorum expreſſit etiam Concil. Lateranen. relatum in cap. *Inter cætera de offic. ordin.* ibi. *Vnde cum ſæpe contingat, quod Epiſcopi propter occupationes multiplices, vel inualetudines corporales, aut hoſtiles incurſus, ſeu occaſiones alias, ne dicamus defectus ſcientiæ, quod in eis reprobandum eſt omnino, nec de cætero tolerandum, per ſeipſos non ſufficiunt miniſtrare verbum Dei, maximè per amplas Diœceſes, & effuſas &c.*

Prædicatio Epiſcopi qualis debeat eſſe. Quæſt. XIV.

SVMMARIVM.

613 *Prædicatio Epiſcopi, quid exigat.* *Concil. Trident.*
614 *Qualitas prædicationis Epiſcopalis deſcripta à* *Fabulæ Gentilium non adhibendæ à concionatoribus.*

613 Ad 14. Reſp. Prædicatio Epiſcopi, vt in eius conſecratione dicitur, non debet conſiſtere in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed oſtenſione ſpiritus virtutis; qua de re opprobrium eſt, Epiſcopum, qui redditurus eſt rationem, ſi non docuit viam ſalutis, & vitia non redarguit, prædicare conceptus inutiles, vt videatur hominibus ſapiens. Vnde *in capit. cum multa diſt. 86.* habetur; graue, nefandumq; eſſe, Epiſcopum prædicare ſimplicibus ea, quæ non intelligunt; & qui talia prædicat, dicitur prædicare ad ſui oſtentationem. Ibidem dicit Paulus 1. ad Corinth. cap. 14. *In Eccleſia malo quinque verba ſenſu meo loqui, vt & alios inſtruam, quam decem millia verborum in lingua.* Et de Chriſto dicit Marc. 4. *Loquebatur eis verbum, prout poterant audire.* Et Ioannes 7. *Clamabat Ieſus in templo docens*: quia cum vehementia ſunt redarguenda vitia.

ADDITIO.

614 Prædicatio Epiſcoporum talis debet eſſe, qualis deſcribitur à Concilio Trident. *ſeſſ. 5. cap. 2. de reformat.* vt dictum eſt ſupra *num. 610.* Et illud præcipuè attendere debent, ne ad captandum auram ob eruditionem prophanam, quales ſunt Gentilium fabulæ, eas verbo Dei inſerant. Nam Greg. Papa *epiſt. 48. lib. 9.* relatus in cap. *cum multa diſtinct. 86.* acriter reprehendit Deſiderium Epiſcopum, quod quibuſdam Grammaticam exponeret, hoc eſt fabulas Poetarum. Nam Poetarum interpretes apud Græcos dicebantur Grãmatici, ex Sueton. *de Clar. Grammat.* & ſcientia eorum, quæ traduntur à Poetis, dicebatur Grammatica. Et reddit Pontifex rationem cur reprehendat; *Quia in vno ſe ore cum Iouis laudibus Chriſti laudes non capiunt.* Si ergo Pontifex tam acriter reprehendit Epiſcopum, quia exponeret fabulas Poetarum, à fortiori reprehendiſſet eum, qui hæc cum verbo Dei commiſceret. Et cum debeat omnis concionator dirigere concionem ad vitia euellenda, non debet ijs vti, quæ ſunt incentiua vitiorum, quales ſunt Poetarum fabulæ. cap. *Ideo prohibetur diſt. 37.* & notat Acugna *in hunc tex. num. 1.*

Qualis fuerit prædicatio S. Io. Chryſoſtomi. Quæſt. XV.

SVMMARIVM.

615 *D. Io. Chryſoſtomus pœnitentiam prædicabat.* 616 *Pœnitentia virtus.*

615 Ad 15. Reſp. Quod D. Ioan. Chryſoſt. primo die, quo in Pontificali Cathedra Patriar-

triarchatus Conſtantinopolitani, præſente Imperatore Archadio, multiſque Epiſcopis, ſummo cum honore collocatus fuit, ſic ſequentem ad eos ſermonem exorſus eſt. *Nos, qui ineffabilibus Dei rationibus ideò ad vos venimus, vt voluntatem eius teſtificemur; hoc primum verbum à Chriſto, & diuino eius Præcurſore accipientes vobis annuntiamus, & ſuademus; Pœnitentiam agite, propè eſt Regnum Cœlorum. Hoc autem non dubitabo vobis aſsiduè reuocare in memoriam, hac neminem reuerentes, neque dies timentes ad vos loquemur.* Ita habetur apud Surium.

ADDITIO.

616 Quod D. Io. Chryſoſtomus in ingreſſu ſui Patriarchatus annunciauit, eſt ſumma eorum, quæ per concionatores populo annuncianda ſunt. Quia pœnitentia, ſi vera ſit, delet omnia peccata, & ſaluat hominem. Cap. *Inter hæc 2, de pœnit. diſt. 3.* & quæcunque committantur peccata, ſemper delet cap. *in tantum, eod. diſt.* & ideo ſi concionator inducat homines ad pœnitentiam, conſtituit in portu ſalutis, quia eſt ſecunda tabula poſt naufragium. cap. *Secunda, de pœnit. diſt. 1.* & ex Concil. Trident. *ſeſſ. 6. cap. 14.*

An hæreſes ortæ ſint, quia Epiſcopi non prædicarint. Quæſt. XVI.

SVMMARIVM.

617 *Ex omiſſione prædicationis Epiſcoporum hæreſes ortæ.*

618 *Quid curandum Epiſcopo, vt hæreſes auertat.*

617 Ad 16. Reſp. Ex non prædicatione Epiſcoporum nonnullas hæreſes ortas eſſe tradit Alphonſus de Caſt. *de iuſt. hæret. pun. lib. 3. cap. 4.* Si enim Epiſcopi Germaniæ laboraſſent, & reſtitiſſent Luthero, veriſimile eſt Principes ipſius hæreſibus non ſubſcripſiſſe; & Huſſitarum hæreſcos fertur fuiſſe cauſam Pragenſis Archiepiſcopi negligentiam.

ADDITIO.

618 Non ſolum curare debet Epiſcopus, ad auertendas hæreſes, vt Dei verbum populis annuncietur, ſed etiam, vt eo modo annuncietur, qui aptus ſit ad impediendas hæreſes. Quod tunc fiet, quando exponentur Sacræ Scripturæ ſecundum verum ſenſum. Vtplurimum hæreſes ortum trahunt quia diuinæ Scripturæ accipiuntur in ſenſu alieno à veritate, vt habetur ex cap. *relatum, diſt. 37.* Et ideo debet inuigilare an aliquis locus S. Scripturæ perperam ab aliquibus incipiat accipi, & curare inſtrui populum, vel à ſe, vel à concionatoribus, circa verum ſenſum.

Reſolutio aliarum difficultatum concernentium materiam de Concionatoribus.

SVMMARIVM.

619 *Quinam prohibeantur admitti ad concionandum.*

620 *Electi à religione non poſſunt admitti ad concionandum.*

621 *Regulares concionaturi in Eccleſijs regularibus aliorum Ordinum, debent præter benedictionē obtinere licentiam ab Ordinario.*

622 *Exemptio Eccleſiarum Regularium non ſuffieit vt exter concionari poſſit ſine licentia Epiſcopi.*

623 *Epiſcopus an prohibere poſſit Regularibus ne concionentur in proprijs Eccleſijs.*

624 *Epiſcopus an prohibere poſſit ne in Eccleſijs Parochialibus concio habeatur.*

625 *Quando habendus ſermo in Oratorijs Confraternitatum, aut apud Moniales ianuis clauſis, an requiratur licentia Epiſcopi.*

626 *Regulares an poſſint ſine licentia concionari in compitis, plateis &c.*

627 *Quæ procedunt de concionatoribus Regularibus, procedunt etiam de prælatis Regularibus, niſi habeant territorium.*

628 *Epiſcopo ſolemniter concionante cæteri ſilere debent:*

Secus ſi concionetur in tota Quadrageſima.

629 *Quid ſi tantum ſolemniter aſſiſtat concioni.*

630 *Regulares concionantes an poſſint quærere eleemoſynas pro pauperibus, abſque licentia Epiſcopi.*

631 *Regulares concionantes abſque licentia Superiorum, peccant mortaliter.*

Incurrunt excommunicationem papalem, & priuantur munere concionandi.

Regulares ſuſpendi poſſunt ab officio prædicandi à ſuis ſupe-

Digitized by Google

ſuperſtantibus abſque aſſignatione cauſæ, & iuridica informatione.

632 *Epiſcopi an concionari poſſint in Eccleſijs Regularium ipſis inuitis.*

633 *Epiſcopus an concionari poſſit publicè in aliena Diœceſi abſque Ordinarij licentia.*

634 *Quid ſi abſque licentia Ordinarij, aut eo contradicente concionari attentaret.*

635 *Epiſcopus tenetur curare vt omnes habentes curam animarum licet exempti, concionem habeant, & inſtruant populum.*

Quid ſi Eccleſiæ ſint nullius Diœceſis.

Executio huius Decreti nulla via impediri poteſt.

636 *Quinam ſint dies feſti ſolemnes, in quibus eſt concionandum.*

637 *Obligatio concionandi diebus præſcriptis à Cõcilio Trident. an ſit ſub mortali.*

Vnde excuſentur paſtores ſi non frequenter concionentur.

Regulares quantum ſubleuent Paſtores in cura animarum.

638 *Si plures Cathedrales ſint vnitæ, debet Epiſcopus ſingulis prouidere de concionatore.*

A quibus ſubminiſtrandæ expenſæ.

639 *Epiſcopi tenentur monere populum, quod teneatur audire verbum Dei, ſi commodè poteſt in Parochia.*

An ſatisfaciant huic obligationi, ſi moneant per Conſtitutiones Synodales.

640 *Obligatio audiendi verbum Dei in Parochia an ſit ſub mortali.*

Populus tenetur audire verbum Dei, ſed non obligatur audire in Parochia.

641 *Obligatio audiendi verbum Dei eſt grauis.*

Vnde naſcatur hæc obligatio.

642 *Quando vrgeat obligatio audiendi verbum Dei An aliquando ceſſare poſſit.*

643 *Epiſcopus non poteſt compellere populum vt audiat verbum Dei in Parochia.*

644 *Ordinarius non poteſt ſe intromittere circa habitum Regularium, quo vtuntur in concionando.*

645 *Habens concionem in peccato mortali non peccat mortaliter, ſecluſo ſcandalo, & contemptu.*

646 *Infames non debent admitti ad concionandum.*

Sacrificare, & prædicare, parificantur.

Religioſus qui fuit Apoſtata, an poſſit admitti ad concionandum.

ADDITIO.

619 Circa præſentem materiam de concionatoribus, ac concionibus, nonnulla alia addenda ſunt, tanquam valde neceſſaria. Et primo loco aduertendum eſt, quod Epiſcopi à Concilio Tridentino *ſeſſ. 5. cap. 2. de reformat.* prohibentur admittere ad concionandum duo genera perſonarum. Vnum abſolutè, & alterum, niſi prius conſulta Apoſtolica Sede. Primum eſt Regularium, qui extra clauſtra, & obedientiam ſuarum Religionum viuunt. ibi. *Caueant præterea Epiſcopi, ne aliquem vel eorum, qui cum ſint nomine Regulares, extra clauſtra tamen & obedientiam religionum ſuarum viuunt.* Alterum eſt presbyterorum ſæcularium, qui non ſunt cogniti Epiſcopis, nec moribus, & doctrina probati, etiam ſi prætendant habere priuilegia Apoſtolica, vnde proſequitur Concil. *Vel presbyterorum ſæcularium, niſi ipſis noti ſint, & moribus atque doctrina probati etiam quorumlibet priuilegiorum prætextu in ſua Ciuitate, vel Diœceſi prædicare permittant, donec ab ipſis ſuper ea re Sancta Sedes Apoſtolica conſulatur, à qua priuilegia huiuſmodi, niſi tacita veritate & expreſſo mendacio ab indignis extorqueri, veriſimile non eſt.* Sub prædictis tamen regularibus non comprehenduntur ij, qui degunt extra clauſtra cum licentia ſuorum Superiorum, nam cum hi poſſint ad clauſtra reuocari, & ipſi parati ſint obedire, non viuunt extra obedientiam. Vnde poterunt admitti ad concionandum, ſi habeant licentiam ſuorum ſuperiorum, cum qua ſe præſentent Epiſcopis iuxta diſpoſitionem Concilij *eodem cap.* Et proinde nullus regularis, niſi præſentet licentiam ſuorum Superiorum, poterit admitti ab Epiſcopo ad concionandum.

620 Ex quibus deducitur. Quod quamuis eiecti à religione ſint noti Epiſcopo, non poterunt admitti ad concionandum, cum id prohibitum ſit à Sixto IV. *in ſua Conſtitutione* quæ incipit: *Regimini vniuerſalis Eccleſiæ*, quæ eſt 14. *huius Pontificis apud Bullarium* Rodriquez, & concordat cum Conſtitutione Vrbani VIII. *de Eiectis, & Apoſtatis.* Cum enim eiecti teneantur ſe corrigere, & procurare, vt tales ſint, quod de nouo recipi poſſint; eſſet valde indecens, quamdiu in tali ſtatu manent, quod verbum Dei annunciarent, vitia corrigerent, virtutes ſuaderent, cum quiſque poſſet cum veritate ei dicere, *Medice cura teipſum.* Et proinde etiam iuxta Conſtit. prædictam Vrbani VIII. remanent ſuſpenſi, nec poſſunt celebrare.

621 Secundo. Regulares concionaturos in Eccleſijs aliorum regularium alterius ordinis ne dum teneri petere benedictionem, ſed etiam obtinere licentiam ab Epiſcopo. Quod clare mihi expreſſiſſe videtur Concil. Trident. *ſeſſ. 3. cap. 2. de reformat.* illis verbis. *In Eccleſijs vero, quæ ſuorum Ordinum non ſunt, vltra licentiam ſuorum ſuperiorum, etiam Epiſcopi licentiam habere teneantur.* Illa enim verba, *Quæ ſuorum ordinum non ſunt*, cum omni proprietate aptantur Eccleſijs Regularium, cuiuſcunque alterius ordinis ſint, nam non ſunt Eccleſiæ ſui ordinis, & inter Eſſe ſui ordinis, & non Eſſe, nullum detur medium tanquam inter contradictoria. Vnde etiam diſpoſitio debet eas comprehendere. *l. Miles. §. pro parte. ff. de leg. 2.* Excipiendæ tamen ſunt Eccleſiæ exemptæ, in quibus earum Prælati habent iura quaſi Epiſcopalia, nam tunc pertinet ad ipſos concedere licentiam concionandi in ipſis.

622 Vnde non video, quomodo Ceſpedes *de exempt. regular. cap. 15. dub. 205. num. 2.* oppoſitam ſententiam putet certiſſimam, cum nullo modo Eccleſiæ cuiuſcunque alterius ordinis ſubtrahi poſſint à verbis, & conſequenter à diſpoſitione Concilij. Nec iuuat, quod ipſæ quoque ſint exemptæ, ſicuti exemptæ ſunt propriæ Eccleſiæ: quia quando regulares

Digitized by Google

lares concionaturi ſunt in proprijs Eccleſijs, non obligantur, niſi ad ſolam benedictionem petendam, quia exemptæ ſint, ſed quia propriæ ſunt, nam ex hoc habent ius concionandi in ipſis, ſtantibus priuilegijs Apoſtolicis, Nec item iuuat, quod Concil. dict. *ſeſſ.* 5. *cap.*2. parificet Eccleſias proprij,& alieni ordinis, dum diſponit, quod ſi prædicator errores, aut ſcandala diſſeminauerit in populum, etiam ſi in Monaſterio ſui, vel alterius Ordinis prædicet, Epiſcopus ei prædicationem interdicat: nam parificat quò ad delictum commiſſum in loco exempto, & dat non obſtante exemptione loci, & perſonæ facultatem procedendi.

623 Tertio. An Epiſcopi prohibere poſſint regularibus, ne concionẽtur in proprijs Eccleſijs. Affirmant Leo *par.* 1. *Theſauri*, *cap.* 8. *num.* 9. Piaſec. *par.*2. *praxis*, *cap.*3. *ar.*6. *num.*7. Portel. *in dub. regular.* verbo *Prædicatores*, *num.*7. Sed tenendum eſt, quod non poſſint prohibere, vt tradunt Cenedo *Quæſt. canon.* 26. *num.*13. Miranda *tom.*1. *Manual. quæſt.*50. *ar.*3. Vega *tom.*2. *ſum. c.*86. *caſu* 40. Peirin. *de priuileg. ad Conſtit.* 2. *Gregor. XIII.* §.2. Bordon. *reſol.*7. *num.* 15. Barboſa *de poteſt. Epiſcopi*, *allegat.*76. *num.*20. Ceſpedes *de exempt. regular. cap.*10. *dub.*200. *num.*2. Diana *par.* 3. *tract.*2. *reſol.* 58. Ratio eſt, quia cum ratione priuilegiorum habeant regulares ius annunciandi populis verbum Dei, cum ipſorum Eccleſiæ exemptæ ſint, non poſſunt prohiberi, ne annuncient. Vnde S. Congregatio reſcripſit Epiſcopo Murenſi *die* 5. *Iunij* 1590. Non debere impedire, ne regulares in proprijs Eccleſijs concionentur in Quadrageſima, etiamſi non conſueuiſſent concionari. Et *die* 17. *Nouembris* 1592. declarauit. Non poſſe Epiſcopum generaliter prohibere regularibus legere,& concionari in proprijs Eccleſijs, ſed ſolum certo aliquo die ex cauſa proceſſionum, aut ex alia cauſa, vt populus conuenire poſſit ad Cathedralem. Et in conformitate harum declarationum reſcripſit Epiſcopo Rheginenſi ſequentes litteras. *Perilluſtris,ac Reuerendiſſime Domine vt Frater.* S. Congregatio *Illuſtriſſimorum Patrum Concilij Tridentini Interpretum pluries cenſuit Epiſcopum non poſſe abſque rationabili cauſa contradicere Regularibus in Eccleſijs ſuorum Ordinum prædicare volentibus; ſed ſatis eſſe eos ab Epiſcopo benedictionem petere. Quare ijdem Patres ampliſſimi tibi ſignificandum duxerunt, vt poſtquam Frater Timotheus Ordinis Prædicatorum de ſuorum ſuperiorum licentia in Eccleſia eiuſdem Ordinis iſtius ciuitatis concionari volens, ab ea benedictionem petierit, nullam ei moleſtiam exhibeat, ſed ſinat,illum munus prædicationis adimplere: quod diligenter obſeruabit amplitudo tua, cui ſalutem plurimam à Domino precor.* Romæ *die* 6. *Martij* 1629. *Amplitudinis tuæ perilluſtris, ac Reuerendiſſimæ vti Frater Studioſus.* Cardinalis Baldinus. *Franciſcus Paulut. S. Congregat. Concil. Secretar.*

624 Quinimo neque Epiſcopus prohibere poteſt, ne in Eccleſijs Parochialibus habeantur concliones, ne ſcilicet minuatur concurſus populi ad Cathedralem etiam in diebus quadrageſimæ. Vnde S.Cõgregat. Concilij reſcripſit Epiſcopo Nouocomenſi, *die* 20. *Februarij* 1601. Non poſſe impedire, ne in diebus quadrageſimæ habeatur concio in Eccleſijs parochialibus prætextu, quod populus diuidatur, & Eccleſia Cathedralis minus frequentetur. Et ratio eſt, quia ad Curatos pertinet ratione muneris aut per ſe, aut per alios paſcere populum verbo Dei. Vnde Concilium Trident. *ſeſſ.*24.*cap.*4. *de reformat.* iniungit, quod in parochialibus Eccleſijs concio habeatur ſaltem tribus diebus in hebdomada, & quod moneant Epiſcopi populum diligenter, teneri vnũquemque parochiæ ſuæ intereſſe, vbi commodè id fieri poteſt, ad audiendum verbum Dei.

625 Quando autem agitur de habendo aliquo ſermone in Oratorijs Confraternitatum, aut apud Moniales, ſi Eccleſiæ, aut Oratoria ſint clauſa, non eſſe neceſſariam Epiſcopi licentiam, docet Ceſpedes cum Lezana *de exempt.regular.cap.*10. *dub.* 99. *n.* 8. Quod etiam videtur ſentire Bordonus *in conſil. regular. reſol.*7.*num.*33. Quod in rigore loquendo videtur verum. Quia Concil. Trident. *ſeſſ.* 5. *cap.* 2. *de reformat.* & *ſeſſ.* 24. *cap.* 4. *de reformat.* & Bulla Gregorij XV. *de priuileg. exemptorum* loquuntur de concionatoribus, & de prædicatione in Eccleſijs, atque adeo de publicis concionibus, ſeu ſermonibus, quales non ſunt ſermones, qui fiunt apud Confratres, & Moniales ianuis clauſis, nam ſunt potius priuatæ adhortationes, & ideo non videntur includi ſub his diſpoſitionibus. Erat tamen ſeruanda conſuetudo, quia hæc interpretatur legem. Quinimo, etiam ſine licentia poſſe regulares publicè in Eccleſijs concionari ad breue tempus, nempe per horæ quadrantem circiter, docet idem Ceſpedes cum Lezana, *num. 9. loc. cit.* Quia hi breues ſermones non ſunt propriè conciones, ſeu prædicationes, & videtur etiam ſaluari ratione paruitatis materiæ. Verum exiſtimo habendum eſſe rationem illius, quod tractatur, quia etiam in breui ſermone contineri poteſt materia valde grauis, qualis eſſet dogmatica, & ideo non cenſerem id licitum, quando tractaretur materia grauis.

626 Quintò. Poſſunt Regulares ex priuilegijs abſque vlla licentia concionari in compitis, in plateis &c. Ita conceſſit Boniſac. IX. Prædicatoribus. Clemens V. Prædicatoribus, & Minoribus, Sixtus IV. Carmelitis,& Paulus III. Ieſuitis. Et ita notant Compend. *Priuileg. Mendicant.* verbo *prædicatores*. Miranda *tom.*1. *Manual. quæſt.* 50. *ar.* 4. Lezana *tom.*1. *quæſt.regul. cap* 20. *num.* 5. Neque hæc priuilegia ſublata ſunt à Concilio Trident. aut per Conſtitutionem *Inſcrutabili* Gregorij XV. quia diſponunt tantum de concionatoribus in Eccleſijs ſiue proprijs, ſiue alienis. Vnde neque reuocant priuilegia, niſi quatenus diſpoſitioni contrariantur. Et adfuit ſpecialis ratio diſponendi de concionibus, quæ in Eccleſijs habentur, quia hæ ſunt directæ ad erudiendum populum ex ordinatione Eccleſiæ; & ideo, quæ in ipſis traduntur, habent quamdam tacitam approbationem; quæ ratio non militat, dum in plateis, & compitis fiunt adhortationes ad populum. Si tamen Ordinarius id expedire non iudicauerit, poterit probibere, & tenebuntur regulares obedire, vt notant Rodriquez *tom.* 3. *quæſt. regular. quæſt.* 32. *ar.* 5. Quia priuilegia concedunt tantum concionari, non autem concionari contra voluntatem Ordinarij, quod eſt quid qualificatum, & ſpeciali nota dignem, quod indiget ſpeciali expreſſio-

preſſione. Non poterit tamen abſque rationabili cauſa contradicere, alioquin eſſet in eius poteſtate reddere priuilegia irrita.

627 Sexto. Quod dictum eſt de regularibus in ordine ad concionandum, valet etiam de prælatis regularibus, niſi fortè habeant territorium, aut iura quaſi Epiſcopalia, quia tunc non indigent alicuius licentia, aut benedictione pro concionando: ſecus autem, ſubſunt diſpoſitioni Concilij, quæ tanquam generalis habet locum in omnibus regularibus. Et ita notant etiam Tamburin. *tom.2. de iure Abbat. diſp.11. quæſt.2. num.3.* Lezana, verbo *Concionari*, *num.3.* Regulares verò adminiſtrantes curam animarum ex deputatione ſuorum ſuperiorum non indigent alia licentia ad concionandum, quia ratione muneris debent oues ſibi commiſſas erudire, & ideo facultas concionandi eſt annexa muneri, quod exercent.

628 Septimò. Epiſcopo concionante, cæteri ſilere debent, etiam regulares in ſuis Eccleſijs. Ita Clemen. *Dudum de ſepult.* & Extrauag. *ſuper Cathedram eod. tit.* & Extrauag. *Inter cunctas, §. Caueant de priuileg.* & declarauit S. Congregat. *in Bitunt. 2. Martij 1629.* Et ita notant Barboſa *de paroch. cap.10. num.4.* Tragurienſ. *tom.1. lib. 6. tit. 1. num.14.* Quod debet intelligi, quando vna, aut altera vice ſolemniter concionatur, quia ſi concionaretur tota Quadrageſima, poſſent cæteri habere ſuas conciones. Quia & ita vſus obruuit. & adeſt priuilegium Pauli III. conceſſum Ieſuitis, quo gaudent omnes communicantes, per quod conceditur abſoluta facultas concionandi abſque illa limitatione quæ ponitur in Extrauag. *Inter cunctas*. vt notant etiam Suarez *tom. 4. de relig. lib. 9. de ſociet. cap. 1. num.30.* Lezana *tom. 1. quæſt. regular. cap.20. n. 6.* Quod autem ſpectat ad parochos, etiam ſi Epiſcopus concionetur, poterunt habere ſermones ad populum inter Miſſarum ſolemnia, vt declarauit S. Cõgregat. *in Terulenſi 11. Iunij 1631.* apud Barboſam *de paroch. cap. 14. num. 7.* nam exercitium muneris Epiſcopalis non debet impedire exercitium muneris parochorum, qui ſemper poſſunt vacare paſcendis ouibus ſibi creditis.

629 An autem quando Epiſcopus aſſiſtit ſolemniter concioni, debeant cæteri ſilere. Affirmant Gauant. *in Manuali Epiſcop.* verbo, *Concio ſacra num. 52.* & fundatur in eo, quia ita diſponitur in Clement. *Dudum de ſepult.* ibi. *Vel coram ſe ſolemniter facere prædicare*. At praxis eſt in contrarium, alioquin in pluribus locis, vbi Epiſcopi ſolent tota Quadrageſima aſſiſtere concioni, in nulla alia Eccleſia haberetur concio. Et ideo poſſe adhuc tunc temporis regulares concionari, tradunt Peirin. *De priuileg. ad Conſtit.7. Pij V.* Lezana *tom.1. q-regular. cap.20. num.6.* Ceſpedes *de exempt. regular. cap.10. dub.197. num.1.* Tum quia priuilegia poſteriora concedunt regularibus abſolutam facultatem concionandi abſque illa reſtrictione Clement. Tum quia hoc non præcipit Concilium Trident. imo vult *ſeſſ.5. cap.2. de reformat.* quod compellantur ij, ad quos pertinet concionari. Tum quia ſecundum Concilium, & Declarationem Vrbani VIII. de quibus ſupra *num.561.* poſſunt regulares concionari in ſuis Eccleſijs, etiam contradicente Epiſcopo, quando de iure contradicere non poteſt. Et S. Congregatio declarauit, non debere impedire, quin in Quadrageſima in ſuis Eccleſijs concionentur, vt dictum eſt *num.623.*

630 Octauo. Notant Bordon. *in conſil. regular. reſol.7. num.30.* Bariola, verbo *Prædicator*. Lezana *tom.1. quæſt. regul. cap.20. num.17.* Ceſpedes *de exempt. regula. cap.10. dub.197. n.3.* Non poſſe concionatores quærere eleemoſynam in concionibus pro pauperibus abſque Epiſcopi licentia. Quia ita reſpondit S. Congregat. 8. *Maij 1602. in fauorem Epiſcopi Sauonenſis*. Addit tamen Lezana commendare poſſe in ordine ad eleemoſynam abſque tali licentia propria Monaſteria. Verum praxis, vt notat etiam Ceſpedes, eſt omnino in contrarium. Nec dicta declaratio obſtare poteſt, quia cum prodierit ad fauorem illius Epiſcopi ex ſpecialibus cauſis, non poteſt trahi, vt habeat locum vniuerſaliter.

631 Nono. Regulares concionantes abſque licentia ſuorum ſuperiorum peccant mortaliter, & à fortiori ſi contra prohibitionem, vt notant Nauar. *in Manual. cap.25. num.141.* Lezana *tom.1. quæſt. regular. cap.20. num.1.* Incurrunt etiam excommunicationem Papalem ex Leone X. *in Concil. Lateran.* vt notant Zerola *in praxi, par.1.* verbo *Prædicatio, num. 2.* Lezana *citat.* Reginal. *lib. 18. praxis fori pœnit. num. 119.* & ab eodem Pontifice priuantur munere prædicandi. vt conſtat ex Bulla *Pontificis 21. tom. 1. Bullar.* Poſſunt etiam regulares ſuſpendi ab exercitio prædicandi à ſuis ſuperioribus, vt notant Peirin. *tom. 1. de ſubd. quæſt. 1. de obedient. quæſt.22. §. vlt.* Lezana verbo *Concionari*, *num. 10.* Quia ratione obedientiæ ſubduntur in omnibus actibus, qui regulam concernunt, voluntati ſuperiorum. Et proinde quando ſuperiores ſuſpendunt aliquem ab exercitio concionandi, non tenentur aſſignare cauſam, cur ſuſpendant; quamuis non poſſent ſine cauſa ſuſpendere, quia exercitium concionandi dependet ab obedientia, atque adeo à voluntate Superiorum. Ex quo fit, quod neque requiratur iuridica informatio, ſed ſufficiat extraiudicialis cognitio cauſæ, ob quam expediat vel publicæ, vel priuatæ illius vtilitati talem religioſum ſuſpendi. Quia ſi hoc facere poſſunt Epiſcopi, quo ad Regulares, vt tradunt Campanilis *in diuer iur. rubr. 12. cap. 13. num. 8.* Leo *par. 1. Theſauri fori Eccleſ. cap. 8. num. 9.* Barboſa *de poteſt. Epiſcop. allegat. 76. num. 22.* Tragurienſ. *tom. 1. lib. 6. tit. 1. num. 24. ar. 24.* à fortiori locum habebit in Superioribus Regularibus, cum plenior ſit eorum poteſtas ſupra ſubditos.

632 Decimò, quod ſpectat ad Epiſcopos, dubitatur, an concionari poſſint in Eccleſijs Regularium ipſis inuitis, ſeu propria auctoritate. Et affirmatiuè reſpondet Tragurienſ. *tom. 1. lib. 6. tit. 1. num. 13.* & refert quandam declarationem S. Congregat. ex Barboſa *in Collect. Bullar.* verbo *prædicat.3.* Verum quia dictus liber fuit prohibitus, quia plures declarationes falſas continebat, ideo non eſt habenda ratio

ratio talis declarationis. Vnde negatiuè reſpondet Peirin. *de priuileg. ad Conſtit. 26. Leonis X. §. 25. num. 47.* & id fundat in exemptione Eccleſiarum Regularium. Melius tamen fundari videtur in priuilegio Sixti IV. conceſſo Prædicatoribus *in Mari magno*, quæ eſt *prima Conſtit. eiuſdem Pontif.* apud Conſect. & omnibus conſequenter habentibus communicationem, in quo concedit, *Ne quiſpiam abſq; dictæ Sedis ſpeciali commiſſione, & auctoritate in perſonas, domos, & loca dicti Ordinis Prædicatorum vtpote prorſus exempta, aliquas excommunicationis ſuſpenſionis, & interdicti ſententias ſpecialiter, vel generaliter quomodolibet promulgare, aut in perſonas domos, & loca huiuſmodi aliquam præeminentiam, ſuperioritatem, & iuriſdictionem quomodolibet exercere præſumat, &c.* Cum autem concionari ſit officium paſtoris, atque adeo actus ſuperioritatis, non poterit ab Epiſcopis exerceri in Eccleſijs exemptis Regularium ipſis inuitis. Nec obſtat, quod hoc redundet in honorem, quia beneficium non confertur in inuitum.

633 Vndecimo. An Epiſcopus concionari poſſit publicè in aliena Diœceſi ſine licentia Ordinarij illius loci. Quod autem poſſit ſine licentia, niſi Ordinarius loci contradicat, tenent Gloſ. *in Clemen. Archiepiſcopo*, verbo *Etiam celebrare*; *de priuileg.* Zabarel. *in Clemen. Dudum num. 7.* ver. *Ac olim*, *de ſepult.* Hoſtienſ. *in cap. fin. num. 2. de auctor. & vſu pal.* Campanil. *in diuer. iur. rubr. 12. capit. 13. num. 7.* ver. *ſed ipſe*. Tragurienſ. *num. 1. li 6. tit. 1 num. 18.* Verum probabilius ſentiunt requiri licentiam Ordinarij, quando Epiſcopus eſt concionaturus in aliena Diœceſi. Ita tenet Gloſ. *in cap. ſcriptum 6. quæſt. 3.* Turrecrem. Præpoſit. Archidiacon. *ibid.* Felin. *in cap. Excommunicamus, 1. num. 3. de hæret.* Quod etiam reſpondit Clemens VIII. *anno 1600.* in facti contingentia, dum Aliphanus Epiſcopus concionari vellet in Eccleſia Sanctiſſ. Annunciatæ Neapoli: nempe, debere petere licentiam ab Archiepiſcopo Neapolitano. Et ratio eſt, quia nemo poteſt ſe ingerere in officio alterius, neque falcem mittere in alienam meſſem: vnde cum concionari ſit munus Epiſcopi, & pertineat ad paſcendas oues, non poteſt Epiſcopus id exercere quo ad oues alienas, nam ſibi vſurparet munus alienum, & in alieno territorio. Vnde etiam Regulares, quamuis concionentur, ex priuilegio Pontificio, & tanquam ab ipſo miſſi, adhuc tamen tenentur petere benedictionem, & etiam licentiam, ſi concionaturi ſint in Eccleſijs, quæ non ſint proprij Ordinis.

634 Sed quid, ſi aliquis Epiſcopus ſine licentia, aut etiam contradicente Ordinario attentaret concionari in aliena Diœceſi. Reſp. Ordinarium poſſe id impedire, quia quiſque poteſt ea, quæ neceſſaria ſunt ad tuendam propriam iuriſdictionem *l. 2. ff. de iur ſd. omn. iud.* non quidem directè procedendo contra Epiſcopum, ſed prohibendo Rectoribus Eccleſiæ, ne eum admittant ad concionandum: aut etiam interdicendo populo ſub aliqua pœna, aut cenſura, ne accedat ad concionem. Quod etiam præſtare poſſet, ſi talis Epiſcopus concionaretur in aliqua Eccleſia Regularium exempta; quia licet non poſſit prohibere populum, ne accedat ad Eccleſias Regularium, hoc tamen ſolum valet in ordine ad officia diuina, quæ celebrantur ab ipſis Regularibus & in ordine ad ipſorum conciones; non autem in ordine ad actus, qui illicitè fiunt. Et res tota nuncianda eſſet S. Congregationi.

635 Duodecimo. Tenentur Epiſcopi curare, vt omnes habentes curam animarum, & exiſtentes in propria Diœceſi, etiamſi exempti ſint, & eorum Eccleſiæ exemptæ, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegati, concionem habeant ad populum eum inſtruëndo in ordine ad ſalutem ſaltem diebus Dominicis, & feſtis ſolemnibus. Ita Concil. Trident. *ſeſſ. 5. c. 2. de reformat.* vbi etiam præſcribit remedium adhibendum ab Epiſcopo, vt nimirum moneat negligentes, & ſi trium menſium ſpatio muneri ſuo deficiant, compellat per cenſuras, ſeu arbitrio ſuo alias pœnas. Et ſi expedire iudicauerit, poſſit aliquem ſubſtituere, qui concionetur expenſis beneficij poſſeſſi ab eo, ad quem pertinet concionari. Quod ſi Eccleſiæ habentes curam animarum ſint in nulla Diœceſi, ſpectabit ad Metropolitanum Prouinciæ tanquam Apoſtolicæ Sedis delegatum compellere negligentes modo prædicto. Exequutio porro huius decreti conciliaris nullo pacto impediri poteſt, neq; ratione exemptionis, neque ratione appellationis, recurſus, reclamationis &c. quouſque ſummariè cauſa ſola facti veritate inſpecta à competenti iudice terminetur. Ita Concil. *ibid.* Hoc autem Decretum eſt accipiendum iuxta terminos diſpoſitionis eiuſdem Concil. *ibid. init. cap.* Quod habentes curam animarum poſſint compelli ad concionandum, niſi legitimè ſint impediti. Quod ſi impediti ſint, compelli poſſunt ad ſubſtituendos idoneos.

636 Quinam autem ſint ſolemnes dies feſti, in quibus concionandum eſt. Concilium Prouinciale Mediolanenſe determinauit omnes dies feſtos. Et Fuſch. *lib. 1. de viſit. cap. 8. num. 31.* Tragurienſ. *tom. 1. lib. 6. tit. 1. num. 38.* Similiter putant intelligi omnes dies feſtos: ſed hoc ſolum ponit vt probabilius Tragurienſi. Sed hoc non eſt ſecundum litteram Concilij, nam loquitur de feſtis diebus qualificatis, nempe ſolemnibus, atque adeo non de omnibus. Vnde ſenſerim, Concilium eſſe accipiendum de ijs feſtis, quæ iuxta ritum Eccleſiæ aliqua ſpeciali ſolemnitate celebrãtur, quales ſunt dies feſti primæ, & ſecundæ claſſis. Verum quia contingit in nonnullis ex iſtis regulariter concurrere populum ad ſuſcipienda ſacramenta Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ, vt præcipue dies Paſchatis, & Natiuitatis Domini, ideo hi tanquam impediti excipiendi ſunt.

637 An autem obligatio concionandi ſingulis Dominicis, & feſtis ſolemnibus, & alijs præſcriptis à Concilio, ſit ſub mortali, negant Suarez *tom. 1. de relig. lib. 2. de diebus feſtis cap. 16. num. 7.* Quia Concilium non tam rigoroſè præcipit, vt grauiter peccare cenſeantur, qui ſæpius omittunt, nam *ſeſſ. 24. cap. 4. de reformat.* vbi hoc iniungit, adhibet clauſulam, *Si ita opportune duxerint*. Verum clauſula, *Si ita opportune duxerint*, per quam Concilium

cilium ſe remittit arbitrio Epiſcoporum, non refertur ad totam diſpoſitionem, ſed tantum ad tempus Quadrageſimæ, & Aduentus, vt notant Barboſa cum Armendariz, *de poteſt. Epiſcopi allegat. 76 num.* 30. Tragurienſ. *tom.* 1. *lib.* 6. *tit.* 1. Et verba textus prohibent referri: ſi enim præcipit prædicari diebus Dominicis, & feſtis ſolemnibus ſaltem, non poteſt hos dies remittere arbitrio, nam dictio *ſaltem*, non admittit aliquid minus expreſſo, licet non excludat maius. Solum ergo ex alio capite videntur poſſe excuſari, ſi non frequenter concionentur, quia ſcilicet hoc præſtatur à regularibus in ſuis Eccleſijs. Ideo enim Concilium præcipit Paſtoribus, vt tam frequenter concionentur, ne deſit populis annunciatio verbi Dei, & verificetur illud Ieremiæ Thr. 4. *Paruuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis.* Cum ergo regulares tanquam miſſi à ſummo Paſtore id præſtent, ceſſat neceſſitas huiuſmodi, & finis præcepti Concilij de tam frequenti prædicatione habenda à paſtoribus, atque adeo etiam obligatio. quod etiam norant Io. Andr. *in cap. Inter cætera num.* 8. *de offic. Ordinar.* Oſtienſ. *num.* 10. Tragurienſ. Epiſcopus, *tom.* 1. *lib.* 6. *tit.* 1. *num.* 12. Qui licet non ſit ex regularibus aſſumptus ſubdit de ipſis hæc verba: *Qui niſi adiuuarent parochos, imo fidelium animas prædicatione, confeſſionis, Euchariſtiæ quotidiana, vel frequenti adminiſtratione, cum mundo. Et quoniam ipſorum Eccleſiæ ob Miſſarum multitudinem, concionum aſſiduitatem, diuinorum officiorum recitationem, muſicarum melodiam, paramentorum, ornamentorumque pretioſitatem, munditiam, & alia ad diuinum cultum pertinentia, quæ ob miniſtrorum copiam ſolemnius celebrantur à regularibus, ipſis auguſtioribus Eccleſijs omiſſis, magis à populo frequentantur, hinc illæ nonnullorum lacryme. Sed certè parochi omnes amare deberent ob id ipſos regulares pondus diei, & æſtus portantes, ipſiſque non paruas agere gratias.*

638 Tertiodecimo. Quando plures Cathedrales ſunt vnitæ ſub eodem Epiſcopo, debet omnibus de concionatore prouidere. Ita reſpondit S. Congregat. apud Collect. Gallemart. *ad cap.* 5. *de reformat. ſeſſ.* 24. *Concil. Trident.* & notat etiam Tragurienſ. *tom.* 1. *lib.* 6. *num.* 57. & *num.* 58. id extendit etiam ad parochos, qui habent plures parochiales vnitas. Et meritò, quia cum ſint paſtores pro vtraque parochia, vtrique etiam de concionatore tenentur prouidere, vt oues omnes verbo Dei paſcantur. Expenſæ autem erunt ſubminiſtrandæ pro omnibus concionatoribus ab Epiſcopo, ſeu parocho, niſi ſoleant ſubminiſtrari à populo, ſeu aliquo alio; cum enim fruantur emolumentis vtriuſque parochiæ, ſeu Cathedralis, ratio exigit, quod ſentiant etiam incommodum expenſarum pro concionatore.

639 Quartodecimo. Ex Conc. Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 4. *de reformat.* Epiſcopi tenentur monere populos, quod tenentur audire verbum Dei, ſi commode fieri poteſt, in ſua parochia. Ibi. *Moneatque Epiſcopus populum diligenter, teneri vnumquemque parochiæ ſuæ intereſſe, vbi commode fieri poteſt, ad audiendum verbum Dei.* Notat autem Tragurienſ. *tom.* 1. *lib.* 6. *tit.* 1. *num.* 106. Epiſcopos ſatisfacere ſuo muneri, ſi moneant populos per Synodales Conſtitutiones, aut per concionatores, & parochos ipſos, ſiue alio modo ſibi benè viſo. Sed quid amplius videtur velle Concilium, quia non ſolum iniungit, quod moneant, ſed quod moneant diligenter? vnde in hac admonitione eſt adhibenda ſpecialis cura, & procurandum, quod populus percipiat ſuam obligationem ad audiendum verbum Dei, vt mox dicemus.

640 Cum autem Concilium habeat, teneri populum ad audiendum verbum Dei in ſua parochia, dubitatur, an hæc obligatio ſit grauis, & ſub mortali. Nonnulli putant eſſe obligationem grauem ſub mortali. Ita videntur ſentire Syluеſter, verbo *Dominica, num.* 8. Angelus, verbo *Feriæ num.* 44. Nauar. *cap* 21. *Manual. num.* 5. Rodriquez autem vult, tunc adeſſe obligationem, quando in Monaſterijs non habetur concio. *tom.* 1. *quæſt. regular. q.* 43. *ar* 7. Alij vero non adeſſe obligationem abſolutam, ſed conditionatam, quia Concilium vtitur illis verbis, *Vbi commode id fieri poteſt.* Ita Zerola *in praxi par.* 1. verbo *Prædicatio, num.* 4. Vveims *ad Conſtit.* 24. *ex innouat per Concil. Trident. n.* 16. Suarez *tom.* 1. *de relig. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 6. Barboſa *de poteſt. Epiſcopi allegat.* 76. *num.* 34. & *de parochis cap* 14. *num.* 11. Tragurienſ. *tom.* 1. *lib.* 6. *tit.* 1. *n.* 105. Verum cum in hac diſpoſitione Concilij duo contineantur, nempe audire verbum Dei, & audire in parochia, exiſtimo, quod verbum *Teneri*, quatenus ſignificat obligationem, refertur tantum ad audire, nō autem ad audire in parochia, ita vt ſenſus ſit, quod Epiſcopi moneant populos, quod tenentur audire verbum Dei, & quod debent audire in parochia, ſi commode fieri poteſt. Illa enim clauſula, *ſi commode fieri poteſt*, diſtrahit obligationem, quia relinquit arbitrium, an commode impleri poſſit, an non: & ideo cum referatur ad audire in parochia, non imponitur quo ad hoc obligatio. Et ita etiam praxis interpretatur; præſertim quia modo rarò in parochijs habetur concio.

641 Sed difficultas remanet, quomodo quis obligetur ad audiendum concionem, an ſcilicet obligatio ſit grauis, & quando vrgeat. Et quidem obligationem eſſe grauem, colligitur ex Concilio, nam iniungit Epiſcopis, quod diligenter moneant populos de hoc obligatione, quæ ſi non eſſet grauis, non eam tanti faceret, vt vellet, quod populi de ipſa non ſolum monerentur, ſed etiam diligenter. Et ratio eſt, quia conciones ordinantur ad inſtruendos populos circa ea, quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem: non ſolum quæ neceſſaria ſunt ſpeculatiuè ſciri, ſed etiam ad eos imbuendos practica cognitione, quæ faciat operari in ordine ad ſalutem. Quia enim tentationes, & concupiſcentiæ continuo vrgent humanam fragilitatem, quamuis quis ſpeculatiuè ſciat, quæ agenda ſunt in ordine ad ſalutem, reluctantibus tamen cupiditatibus, non exequitur, quæ ſcit exequenda, & proinde indiget ſcientia practica, quæ faciat operari; quæ per conciones inſtillatur, dum annunciantur vitia declinanda, & virtutes ſequendæ in ordine ad gloriam conſequendam, vt

ait Concil. Trident. *ſeſſ.* 5. *cap.* 2. *de reformat.* Vnde cum quiſque ſubſit cupiditatibus, indiget hoc medio concionis, quo muniatur in ordine ad ipſas; & proinde eſt moraliter neceſſarium ad ſalutem, atque adeo cadit ſub obligatione graui, quæ vt notat Suarez *tom.* 1. *de relig. lib.* 2. *de dieb. feſt. cap.* 16. *num.*10. oritur ex lege charitatis, qua tenetur adhibere media conducentia ad ſalutem, præſertim, ſi ſint moraliter neceſſaria. Et proinde Concilium non imponit obligationem, ſed ait, monendos populos de obligatione, quia eſt ex naturali lege charitatis, qua quiſque tenetur amare ſeipſum.

642 Quando autem vrgeat hæc obligatio, non eſt ita facile, diſcernere. Neque enim dici poteſt, quod obliget pro omnibus diebus illis, in quibus ex præſcripto Concilij eſt concionandum, quia eſſet obligatio nimis grauis, & cum tanta frequentia non eſt medium moraliter neceſſarium ad ſalutem. Rurſus neque aliquod tempus eſt determinatum ab Eccleſia pro implendo hoc præcepto, ſicut determinauit in alijs præceptis affirmatiuis. Vnde ſolum remanet, quod obliget ſecundum menſuram indigentiæ vnuſcuiuſque, vt de præceptis affirmatiuis, quæ non habent tempus determinatum ab Eccleſia, docet Suarez *de ſacram. diſp.* 83. *ſect.* 2. Et proinde obligatio erit menſuranda iuxta prudens iudicium ponderans indigentiam perſonæ, habita ratione circumſtantiarum; & ideo qui non poſſunt commode formare tale iudicium de propria indigentia, deberent ſuper hoc exquirere ſenſum prudentis confeſſarij, & illi ſe conformare. Quia tamen hoc medium ſuppleri poteſt per alia media æquipollentia, qualia ſunt Lectio librorum inſtruentium ad ſalutem, ſtudium ſacrarum litterarum, ſtudium Theologiæ præſertim moralis; ideo poteſt ceſſare omnino indigentia conciones audiendi, atque adeo etiam obligatio; & ſi non totaliter, ſaltem tamen in parte, quia non conſurgit obligatio, niſi ſtante indigentia.

643 Eſt tamen aduertendum. Quod quamuis Epiſcopus debeat monere de audiendis concionibus in propria parochia, non poteſt tamen ad id cogere cenſuris, aut alijs pœnis, vt notant Zerola *in praxi par.* 2. verbo *Parochiæ*. Vveims *ad S. Conſtit. ex innouat. per Concil. Trident.* Rodriquez *in Compend. quæſt. regul. reſol.* 112. *num.* 11. Tragurienſ. *tom.* 1. *lib.* 6. *tit.* 1. *num.* 106. Et ita declarauit S. Congregat. apud Collect. Gallemart. *ad cap.* 4. *de reformat. ſeſſ.* 24. *Concil. Trident.* & declaratio talis eſt. *Ordinarius non poteſt per hoc Concilium mulctis, & pœnis etiam in cauſa notabilis negligentiæ, aut contumaciæ, cogere populum ad audiendam Miſſam, & ſacram concionem in Eccleſia parochiali, nec pueros ad diſcendum Doctrinam Chriſtianam, etiamſi hoc fieri voluerit in oppidis, villis, aut alijs locis extra ciuitatem.* Et ratio eſt, quia Concilium non obligat, ſed ſolum vult, populos moneri, vt interſint concioni in Eccleſia parochiali, ſi commode poſſint: vnde cum non adſit obligatio grauis, nec etiam obſeruantia grauibus pœnis exigenda eſt.

644 Quintodecimo. Non poteſt Ordinarius ſe intromittere circa habitum regularium, quo vtuntur in concionando, nec præcipere, quod non vtantur ſtola, aut tali, vel tali habitu. Ita P. De Bellis *in quadam allegatione pro nullitate cenſurarum Vicarij Capitularis Caſaraugaſtani. §.* 4. Ceſpedes *de exempt. Regular. cap.* 10. *dub.* 206. *num.* 1. Et deſumitur ex cap. *Deus, qui Eccleſiam, de vita, & honeſtate Clericor.* vbi cum Liuonienſes ad fidem recenter conuerſi murmurarent, & ſcandalum ſuſcitaretur, eo quod Regulares, quiſque in ſuo habitu, euangelium annunciarent, Epiſcopus Liuonienſis nihil innouare voluit, ſed recurſum habuit ad Sedem Apoſtolicam. Et ratio eſt, quia regulares ſunt exempti à iuriſdictione Ordinarij, & ideo non poſſunt in ipſos exercere aliquam iuriſdictionem, niſi eis ſpecialiter concedatur. Circa autem conciones ſolum conceditur, impendere benedictionem, aut etiam licentiam concedere, ſuſpendere à concionando in caſibus à iure conceſſis, & punire, ſi circa hoc delinquant: non autem conceditur, quod poſſint præſcribere habitum, cum quo concionaturi ſint. Et præſertim non poterunt prohibere, quod non vtantur aliquo habitu, quo conſueuerunt vti, cum iam ſint in poſſeſſione.

645 Sextodecimo. Quod concionantes in ſtatu peccati mortalis peccent mortaliter, videtur ſentire Caietanus 3. *part. quæſtion.* 64. *artic.* 6. & innuit etiam Nauarrus *Capit.* 25. *Manual. numer.* 141. At ſolum peccare venialiter ſentit Lezana *tom.* 1. *quæſtion. regular. cap.* 20. *numer.* 15. Alij vero abſolutè docent non peccare. Ita Medina. C. *de pœnit. tractat.* 1. *quæſtion.* 5. Sotus *in* 4. *diſtinct. quæſtion.* 5. *artic.* 6. Vgolinus *de Offic. Epiſcopi capit.* 42. *numer.* 1. Genuenſ. *in Manuali Paſtor. cap.* 32. *numer.* 6. Tragurienſ. *tom.* 1. *lib.* 6. *tit.* 1. *numer.* 11. & communiter cum Diuo Thoma *ſecunda ſecundæ quæſtion.* 33. *artic.* 5. Excipiunt tamen caſum ſcandali, & contemptus. Et tunc ſcandalum locum habere poteſt, quando peccatum eſt notum, tunc enim verbum Dei in ore peccatorum redditur contemptibile. Vnde à fortiori peccabit mortaliter, qui ſcandalosè viuens, audet annunciare verbum Dei. Similiter etiam, ſtante contemptu, conſurget irreuerentia contra verbum Dei, atque adeo etiam contra Deum.

646 Decimoſeptimo. Infames tam infamia iuris, quàm infamia facti, non debent admitti ad concionandum, vt notant etiam Pelrin. *tom.* 2. *de priuileg. ad Conſtitut.* 10. *Vrbani Octaui, numer.* 5. Lezana *tom.* 5. *quæſtion. regular. cap.* 20. *numer.* 14. Quia eſt indecens, quod annunciatio verbi Dei his perſonis committatur; & quia ſacrificare, & prædicare, parificantur. Cap. *Preſbyteros, qui, diſtinct.* 50. Quod tamen cum iſdem Doctoribus limitandum eſt, vt non habeat locum in illis, qui pœnitentia peracta abſterſerunt infamiam, quia tunc ceſſabit ſcandalum. Ex qui-

quibus deduci poteſt, quid dicendum de religioſo, qui fuit Apoſtata. Si enim Apoſtaſia eſt nota populo, præſertim ſi durauit per notabile tempus, non erit admittendus ad concionandum, quouſque delictum excidat e memoria, nam admirationem, & ſcandalum pareret audire eum Dei verbum anuuncianteм, qui à religione apoſtatauit. Si autem factum non fuit notum populo, poterit admitti ad concionandum, ſi aliàs expediat.

QVAESTIONES AD ABBATISSAM SPECTANTES.

647 1 Quas qualitates habere debeat Abbatissa, vt eligi possit.
2 A Quibus eligi debeat.
3 Per quod tempus eligi debeat.
4 An si in Monasterio non reperiatur Monialis, quæ habeat necessarias qualitates præscriptas à Concilio Trident. pro Abbatissa, possit ex alia Religione eligi.
5 Quomodo eligi debeat.
6 An eligi possit illegitima, vel corrupta.
7 An sit magis expediens Abbatissarum electio perpetua.
8 Electa num etiam confirmanda, & benedicenda.
9 An Episcopus, & Superior Regularis, qui præsunt electioni, possint Claustra Monasterij ingredi tempore electionis, si electio non potest canonicè fieri, vel ex aliqua alia iusta causa.
10 An Abbatissa electa à maiori parte, si appellatio interponatur de electione facta ab alia parte Monialium, quæ electioni non consensit, teneantur interim Moniales contradicentes obedire Abbatissæ.
11 An liceat Episcopo in vim constitutionis sanctæ mem. Greg. XV. de exemptorum priuilegijs, puntre Regulares, qui ad Abbatissæ electionem procedunt ante tempus ipsi Episcopo significatum, aut die electionis eidem nullatenus prænunciata.
12 An Bulla Gregor. XIII. de Abbatissis eligendis, comprehendat etiam alias officiales Monasterij, ita vt absoluto triennio non possint amplius perseuerare in officio.
13 An Abbatissa temporalis sit benedicenda.
14 An Abbatissa sit capax potestatis spiritualis.
15 An Abbatissa ius habeat suspendendi videlicet Clericos suæ Iurisdictioni subiectos.
16 An penes Abbatissam sit potestas iubendi, & imperandi aliquid, quo Monialium conscientiæ teneantur.
17 Tenor Constitutionis Gregor. XIII. fel. record. circa Electionem Abbatissarum in vniuersa Italia.

Quas qualitates habere debeat Abbatissa. Quæst. I.

SVMMARIVM.

648 Qualitates eligendæ in Abbatissam Monialium.
649 Facilius remittitur antiquitas professionis in eligendam Abbatissam, quàm ætas.
650 Quid faciendum si non adsit in Monasterio habens qualitates requisitas à Concilio Trident.
651 Potest eligi habens triginta annos ætatis, et quinque professionis, si non adsit quadragenaria &c. Et quid si neque talis aderit.
652 Ad quem spectet iudicare, an incommodum sit eligere ex alio Monasterio, quando interuenit Episcopus cum Superiore Regulari.
653 Si adsit quadragenaria cum octo annis professionis, non potest eligi alia.
654 Quid si adesset tantũ vna cum his qualitatibus.
655 An tunc assumi possit Abbatissa ex alio Monasterio.
656 Existentibus quadragenarijs cum octo annis professionis, an possint eligi trigenariæ cum quinque annis professionis.
657 Non potest inferior Papa dispensare super ætate requisita pro Abbatissis.
658 Carens ætate, & annis professionis requisitis pro Abbatissa, non potest eligi in Vicariam in capite.
659 Illegitimæ an eligi possint in Abbatissas.
660 Masculinum in materia indifferenti concipit fœmininum, si non possit assignari ratio differentiæ.
Materia illegitimitatis est indifferès respectu masculorum, & fœminarum.
Prælati Regulares an possint dispensare cum Monialibus illegitimis, vt eligi possint in Abbatissas.
661 Infamis non potest eligi in Abbatissam.
662 Descendentes intra quartum gradum ex maculato genere an possint eligi in Abbatissas.
663 Aliæ qualitates eligendæ in Abbatissam.

Con-

664 Concurrens ad receptionem, aut professionem coactè ingredientis, aut profitentis, non potest eligi in Abbatissam.

648 D Primum. Resp. Præter ea, quæ habentur in Iure communi, prout in *cap. de indemnitatibus, de elect. lib. 6.* dicam quæ de Iure nouissimo, solùm pro practica, & primum: Abbatissa, seu Prætecta Monasterij debet eligi non minor annis quadraginta, & quæ octo annis post expressam professionem laudabiliter vixerit. Secundò. Si his qualitatibus nulla reperiatur in eodem Monasterio, ex alio eiusdem Ordinis eligi potest. Tertiò. Si hoc etiam incommodum Superiori, qui electioni præest, videatur, ex ijs, quæ in eodem Monasterio annum trigesimum excesserint, & quinque saltem annis post professionem vixerint, Episcopo, vel alio Superiore consentiente, eligatur. Conc. Trid. *sess. 25. cap. 7. de refor. regul.* Quartò. An sufficiat attingere dictam ætatem, vel requiratur quod expleuerit, vide *c. Sanctimonial. 20. q. 1.* & c. *Diaconissam, 27. q. 1.* & Nau. *c. 25. n. 116* Quinto. Quod non sufficit, quod sit professa tacitè, sed requiritur quod sit professa expressè: hoc clare dicit Concilium, & quomodo professio debet fieri expresse. Sexto. Quod quando Concil. loquitur de Priorissis, & alijs Præfectis Monasteriorum, debet intelligi, non quando regitur per Abbatissam primò, secundò per Priorissas, seu Vicarias, & inde per alias Officiales: sed debet intelligi, quando Monasterium regitur vel per Abbatissam, quæ est vt caput, vel per Priorissam, vel per præfectam. Et sic habes, quòd circumstantias, de quibus suprà, illas sola debet habere, quæ eligitur in capite regiminis: nam Gemin. *in dict. c. indemnitatibus, notab. 5.* dicit, quòd non est differentia in modo eligendi Prælatum, licet diuerso nomine nuncupentur, & facit text. quia iura loquentia de Abbatissa, locum habent etiam in Priorissa. Vide Syluest. *in ver. elect. 4. num. 7. §. 6.* & text. *in d. cap. indemnitatibus*, & Glos. *ibi* in ver. *gubernatur*. Septimo. Si non reperiretur aliqua in Monasterio, quæ non excedat triginta annos? Respondetur, quod omnino debet esse talis. Ratio, quia datur forma, & vbi verba dant formam, si actus fiat non seruata illa forma, actus est nullus ipso iure. Bart. *in l. Gallus, in prima columna, ff. de lib. & posthum.* & multa alia, quæ accumulat Gomez *in c. fin. §. si verò, de iudic. lib. 6. num. 19. & 20.* Octauo. Dicet quis, si non posset eligi in Abbatissam, vel Præfectam in capite regiminis, quia non habet requisita prout superiùs, ad minùs eligetur in Vicariam: ratio est, quia sufficit adimplere per æquipollens aliquid, quod non potest per formam propriam. Ad hoc respondetur primò, quòd hoc non est verum: quia quando in aliquo actu est data forma, non sufficit illam adimplere per æquipollens, sed debet ad vnguem obseruari, vt tradit Alexand. *in l. 1. col. 2. ff. de lib. & posthum.* & multi Doct. quos citat Gom. *in cap. 1. num. 18. de constit. lib. 6.* Nono. Si non inueniretur in Monasterio talis, recurrendum est ad tria illa remedia Concilij, vt vel aliunde, vel alias, & hoc fundatur in ratione, quia in persona, quæ vult regere alias, duo requirantur, grauitas morum, atque ætas, & experientia Religionis, & hanc parturit professio, argum. eorum quæ dicit sacrum Concil. Trident. *sess. 23. cap. 2. & c. 14. de reform.* & in *cap. iuuenculas 20. quæst. 1.* Et ratio rationis est, quia Abbatissa est velut præsidens, & vocatur *Presbyt. à sacris Canonibus cap. mulieres 23. dicto*.

ADDITIO.

649 Circa qualitates requisitas à Concilio in eligenda pro Abbatissa, præter dicta in superioribus est aduertendum cum Suarez *tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 2. cap. 6. num. 10.* Antiquitatem professionis non reputari tam necessariam, quam necessaria est conditio ætatis, nempe triginta annorum completorum, quando non adsunt quadragenariæ; quod elicit ex quadam declaratione S. Congregat. de qua infra, per quam conceditur in casu, de quo in ipsa, posse eligi eam, quæ per quinquennium non manserit in religione, dummodo tamen excedat annos triginta. Et ratio est, quia plus confert ad alios regendos maturitas ætatis, quam antiquitas religionis, quia ex maturitate ætatis oritur regulariter maior prudentia. Ex quo deducitur, quod facilius sit dispensabile tempus religionis requisitum à Concilio, quam tempus ætatis, & proinde etiam minor causa requiratur.

650 Secundo est aduertendum. Quod si in Monasterio nulla existat habens qualitates requisitas à Concilio, nempe quadraginta annorum ætatis, & octo professionis; nec etiam aliqua triginta annorum ætatis, & quinque religionis: tunc ex quadam declaratione S. Congregat. apud collect. Gallemart. *ad cap. 7. de regular. sess. 25. Concil. Trid.* eligi potest, quæ habet triginta annos, licet non

per quinquennium permanſerit in religione. Ita autem habet declaratio. *Licet per quinquennium Abbatiſſa non permanſerit in religione, dum tamen excedat triginta annos, ſi id facit ad requiſitionem ſuarum Monialium de licentia ſecundæ dignitatis Eccleſiæ Cathedralis, & earum Superioris Regularis, dummodo laudabiliter anno ſuperiori ſe geſſerit, debere confirmari per biennium in officio. Quod ſi confirmationi dictæ Abbatiſſæ deeſſet conſenſus Superioris Regularium propter abſentiam, ſeruatis ijs, quæ hoc capite præſcribuntur, ad dictam confirmationem procedendum eſt.* Circa quam declarationem aduertit Suarez *tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 2. cap. 6. nu. 9.* non eſſe puram declarationem, ſed eſſe quaſi nouam legem pro caſu à Concilio omiſso: nempe quando requiritur habens triginta annos, ſed non quinque professionis: & ideo dubitat, an habeat vim legis, & an vniuerſaliter ſeruari poſſit. Verum ſi diligenter conſideretur, reperietur eſſe determinationem pro caſu particulari: nam ſupponit Congregatio, eſſe electam eam, quæ habebat triginta annos ætatis, & non quinque professionis, nam dicit, quod poterit confirmari per biennium, ſi anno ſuperiori ſe geſſerit laudabiliter; vnde ſupponit quod quaſi per annum exercuerit munus Abbatiſſæ. Vnde cũ S. Congregatio reſponderit pro electione iam facta atque adeo pro illo caſu particulari, non eſt accipienda reſponſio tanquam vniuerſaliter ſeruanda.

651 Tertiò, Si in Monaſterio non reperiatur habens ætatem quadragenariam, & cum annis octo profeſſionis, poterit eligi habens triginta annos ætatis, & quinque profeſſionis. Quia, etiamſi Concilium poſt diſpoſitionem de eligendo quadragenariam cum octo annis profeſſionis, ſubdat: Quod ſi his qualitatibus non reperiatur in eodem Monaſterio, ex alio eiuſdem ordinis eligi poſſit; attamen hoc relinquit arbitrio illius qui præeſt electioni; nam ſubdit. *Si hoc etiam incommodum Superiori, qui electioni præeſt, videtur, ex ijs &c.* Vnde cum id relinquatur arbitrio Præſidis, poterit ex quacunque rationabili cauſa relinquere extrancam, & eligere habentem conditiones poſteriori loco requiſitas à Concilio,

652 Hic autem dubitatur, an cum in electione Abbatiſſæ Monialium, quæ ſubſunt Regularibus, interuenire debeat Epiſcopus ex Conſtit. Gregor. XV. *Inſcrutabili de exemptor. priuileg.* ad quem ſpectat iudicare, an incommodum ſit eligere ex alio Monaſterio, an ad Superiorem Regularem, an vero ad Epiſcopum. Et quidem certum eſt pertinere ad Superiorem Regularem: quia quando edita fuit diſpoſitio Concilij, Epiſcopus non interueniebat tali electioni, & ideo per Concilium arbitrium conceſſum fuit Superiori Regulari, qui ſolus præſidebat. Per prædictam autem Conſtitutionem Gregor. XV. non videtur attributum hoc ius Epiſcopis, quia ſolum conceditur ipſis ius intereſſendi, ac præſidendi, quod non complectitur ius decernendi, an ex alio Monaſterio Abbatiſſa ſit petenda, an vero eligenda cum conditionibus poſteriori loco poſitis à Concilio Tridentino; quod quidem eſt ius diuerſum: nam ante Concilium non competebat Prælatis Regularibus, quibus tamen competebat præſidere electioni; vnde non cenſetur alteri conceſſum, niſi exprimatur. Deinde determinare, an ex alio Monaſterio Abbatiſſa ſit petenda, eſt quid præuium electioni, & ideo eſt extra ſphæram illius, qui præſidet, ſi non habeat aliud ius. Et facit etiam reſponſio S. Congregat. Nam interrogata, an ex hoc, quod Epiſcopus intereſſe poſſet, & præſidere electioni Abbatiſſarum Monialium exemptarum, cenſeretur eis tributum ius confirmandi? Reſpondit, nequaquam fuiſſe tributum, vt in reſponſionibus annexis eidem Conſtitutioni. Per quod videtur voluiſſe ſignificare, quod ſolum ſit conceſſa nuda præſidentia.

653 Quartò. Si in Monaſterio adſint Moniales quadraginta annorum, & octo profeſſionis, non poterit eligi aliqua, quæ deficiat à dicta ætate, aut tempore profeſſionis, etiam per menſem, etiamſi habilior cenſeretur; aut quæ deficiat ab ætate triginta annorum, & quinque profeſſionis, in concurſu illius, quæ habeat dictam ætatem, & tempus profeſſionis, vt notant etiam Lauorius *in variis lucubrat. tit. 4. cap. 23. num. 6.* Tamburin. *de iure Abbatiſſ. diſp. 28. quæſt. 2. num. 8.* Et ita etiam declarauit S. Congregatio *in Viterbienſi S. Roſæ 25. Martij 1623.* Quia ſcilicet, dum pro eligenda præſcribuntur qualitates à lege, carens ipſis non eſt eligibilis. Quodcunque autem tempus deficiat ætati præſcriptæ, & tempori profeſſionis, non habet qualitates præſcriptas. Vnde ſi cenſeretur expedire, talem eligi, recurrendum eſſet pro diſpenſatione ad ſacram Congregationem.

654 Imo ſi in Monaſterio eſſet tantum vna, quæ haberet ætatem præſcriptam à Concilio, & tẽpus profeſſionis, debet eligi, niſi eſſet inhabilis: quia cæterę, quamuis quo ad prudentiam, & alia requiſita eſſent habiliores, eſſent tamen poſitiuè inhabiles ratione impedimenti ętatis, & temporis à profeſſione: & ideo in habilitate illa præualeret. Neq; ſequitur, vt notat etiam Tamburinus *de iure Abbatiſſarum diſp. 28. quæſt. 2. num. 10.* quod electio ſit coarctata, & non libera. Quia per hoc non excluditur libertas neceſſaria pro electione; quæ ſolum requirit, quod ex pluribus habilibus poſſit eligi quęcunque libuerit; non autem quod eligatur inhabilis, quia hoc eſſet contra bonum electionis. Vnde exiſtente vna tantum habili, quæ poſſit eligi ex natura electionis, ſequitur, quod ſit eligenda, non autem quia inferatur aliqua vis contra libertatem electionis.

655 Ex quo etiam fit: Quod ſi vna tantum exiſtat in Monaſterio habens qualitates requiſitas à Cõcilio primo loco, ſi quò ad reliqua requiſita ſit ſimiliter habilis, non poterit eligi ex alio Monaſterio. Quia Concilium Trident. dicta *ſeſſ. 25. cap. 7. de regular.* ſolum concedit, poſſe eligi ex alio Monaſterio, ſi his qualitatibus non reperiatur in eodem Monaſterio; quando autem vna ſola reperitur, non verificatur diſpoſitio Concilij, quod non reperiatur cum qualitatibus præſcriptis à Concilio. Vnde ſi expediret, vel ob pacem Monaſterij, vel ob alias cauſam aliam eligi, recurrendum eſſet ad S. Congregationem, vt iuxta indigentiam Monaſterij prouideret. Adeſt enim ſufficiens cauſa diſpenſandi, cum agatur de publica vtilitate Monaſterij.

656 Quinto. Si in Monaſterio exiſtant quadragenariæ & cum octo annis profeſſionis, non poterunt

runt eligi trigenariæ, & cum quinque annis profeſſionis: quia Concilium concedit, eligi habentes has poſteriores qualitates, in defectum, quod non adſint quadragenariæ, & cenſeatur expedire, aſſumere ex alio Monaſterio. Imo ſi quæ ſit quadragenaria, ſed abſque octo annis profeſſionis, aut habens octo annos profeſſionis, ſed non quadragenaria, ceſſat diſpoſitio Concilij priori loco poſita: quia loquitur de ætate, & tempore profeſſionis coniunctiuè, & ſubintrat diſpoſitio poſteriori loco poſita, quod poſſit aſſumi ex alio Monaſterio, aut eligi trigenaria cum quinque annis profeſſionis; nec erit neceſſarium eligere quadragenariam non habentem octo annos profeſſionis, aut habentem octo dictos annos, ſed non quadragenariam, quia neutra eſt illa, quam primo loco præſcribit Concilium, quamuis poterit eligi, ſi adſint conditiones poſteriori loco requiſitæ à Concilio.

657 Sexto. Non poteſt Epiſcopus, aut alius Superior inferior Papa diſpenſare ſuper ætate requiſita per Concilium in eligendis in Abbatiſſam, vt tradunt Azor. *par.* 1. *lib.* 6. *cap.* 5. *quæſt.* 9. Miranda *de Monial. quæſt.* 7. *ar.* 4. Garzias *par.* 7. *de benefic. cap.* 4. *num.* 72. Riccius *deciſ.* 309. *numer.* 9. *par.* 4. Sigiſmund. *de elect. dub.* 62. *num.* 7. Armend. *in addit. ad leg. Nauar. lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Epiſc. num.* 101. Tamburin. *de iure Abbat. diſp.* 28. *quæſt.* 2. *num.* 6. Eſt enim talis ætas ſtabilita per legem conciliarem, quæ non eſt diſpenſabilis ab aliquo inferiori Summo Pontifice, niſi ex conceſſione ſaltem tacita ipſius, quæ in caſu præſenti non præſumitur.

658 Neque carens debita ætate aut tempore profeſſionis, eligi poteſt in Vicariam, ita tamen vt non habeat ſupra ſe aliam Superioriſſam, ſed in capite gubernet, vt notat etiam Tamburinus *de iure Abbatiſ. diſp.* 28. *quæſt.* 2. *num.* 11. Quia fieret fraus legi, nam reuera eligeretur ad exercendum munus Abbatiſſæ ſub alio nomine. Et Concilium requirens has qualitates, reſpicit non nomen, ſed munus exercendum & eas requirit tanquam neceſſarias pro munere ritè obeundo, non pro nomine obtinendo. Quando tamen adeſſet aliqua difficultas, ita vt neceſſariò eſſet per aliquod tempus protrahenda electio, aut propter conſulendam Sacram Congregationem, aut ob aliam iuſtam cauſam; poſſet tunc pro interim eligi in Vicariam, quia tunc regimen Monaſterij tranſeunter ipſi imponitur.

659 Septimo. Valde dubium eſt, an illegitimæ eligi poſſint in Abbatiſſas. Quod enim poſſint eligi ſine diſpenſatione, tenent Miranda *de ſacris Monial. quæſt.* 6. *ar.* 3. Hieronym. Rodriquez *in compend. quæſt. regular. reſol.* 2. *num.* 21. Portel. *in dub. regular.* verbo *Abbatiſſa num.* 6. Rodriquez *tom.* 1. *quæſt. regul. quæſt.* 13. *ar.* 1. Diana *par.* 3. *tract.* 2. *reſol.* 101. Sel. *in Select. can. cap.* 29. *n.* 23. aſſerens ſic deciſum fuiſſe à S. Congregat. Et probabile putat Lezana *tom.* 1. *quæſt. regul. capit.* 26. *num.* 6. Et Lauor. *in variis lucubrat. tit.* 4. *num.* 38. aſſerit S. Congregat. *die* 4. *Octobris* 1594. declaraſſe Moniales illegitimas non comprehendi ſub Conſtit. Sixti V. de illegitimis quòad dignitates. Communior tamen ſententia tenet, quod non poſſit illegitima eligi in Abbatiſſam ſine diſpenſatione. Ita Nauar. *cap.* 72. *Manual. num.* 201. Mandoſ. *de ſignat. gratiæ tit. de diſpenſat. ſup. defect. natal. in fin.* Idem Rodriquez *tom.* 2. *ſum c.* 12. 29. *n.* 12. Miol. *lib.* 1. *de irregular. cap.* 10. *in fine*, Sigiſmund à Brun. *de elect. dub.* 72. Homobon. *par.* 1. *de ſtatib. hum. vitæ cap.* 24. Sanctarel. *quæſt* 40. *variar. reſol. n.* 7. Pariſ. *lib.* 3. *de reſignat quæſt.* 12. *num.* 11. Naldus verbo *Abbatiſſa num.* 2. Suarez *de cenſur. diſp.* 30. *ſect.* 5. *num.* 15. Caſtellin. *de elect. cap.* 17. *num.* 5. Sanchez *lib.* 5. *ſum. cap.* 5. *num.* 16. Sayr. *lib.* 6. *de cenſur. cap.* 11. *num.* 3. Azeuedo *conſil.* 24. *num.* 8. Bellet. *par.* 1. *diſquiſit. Clar.* Tit. *de diſciplin. Cler.* §. 3. *num.* 50. Aldan. *lib.* 1. *canon. reſol tit.* 28. *n.* 10 Felician. de Vega *ad cap. cum deputati, num.* 24. *de iudic.* Barboſa *ad cap.* 1. *num.* 7. *de fil. presbyter.* Viual. *in candelab. par.* 3. *cap.* 5. *num.* 10. Laiman *in quæſtion. canon. de elect. cap. vlt. reſp.* 2. Archidiacon. *in cap. indemnitatis in gloſ.* §. *ſinè* verbo *canonica*, *de elect. in* 6. Dominic. *ibid. num.* 7. Io. Andr. *num.* 6. Ancharan. *num.* 5. *not.* 6. Felin. *in cap. meminimus, num.* 4. *de accuſat.* Abbas *in cap. cum in cunctis, in fine de elect.* Bellamera *ibid. num.* 36. Dec *in fine*, & communiter Canoniſtæ. Et Aldan. citatus refert ita fuiſſe deciſum à S. Congregat. *die* 27. *April*, 1630. Vnde cum aſſeruntur declarationes S. Congregationis contrariæ, aut neutri ſtandum eſt tanquam apochriphæ, aut ea ſequenda, quæ rationi, & diſpoſitioni iuris magis conuenit, tanquam illi, quæ legitima ſit.

660 Quod autem non poſſit illegitima eligi Abbatiſſa, concluditur ex principijs certis. Eſt enim regula, quod maſculinum concipiat fœmininum, quæ ſemper valet in materia indifferenti, quando ſcilicet ratio diff. rentiæ aſſignari non poteſt. Ita Iaſon cum pluribus *in l. ſi quis ad num.* 11. *ff. de iuriſdict. omn. ind.* Marſil. *ſingul.* 20. Pariſ. *conſil.* 53. *num* 39. *lib.* 3. Cutt. ſen. *conſi.* 9. *numer.* 22. & 23. Aldobrand. *conſil.* 101. *num* 5. Tiraquel. *de retract. lign* §. 1. *gloſ* 9. *num.* 200. & 205. Menoch. *conſil.* 588. *num* 9. Honded. *conſil.* 92. *numer.* 5. *lib.* 1. Theſaur. *deciſ.* 263. *num.* 7. Barbatia *conſil.* 66. ver. *Reſtat nunc, lib.* 3. Rolan. *conſil.* 82. *num.* 39. *lib.* 3. Alexan. *conſil.* 52. *num.* 8. *lib.* 4. Bald. *conſil.* 433. ver. *Eſt vltimo conſiderandũ lib.* 3. Ludouiſ. *deciſ* 293. *num.* 8. & ſcribentes *in l.* 1. *ff. de verbor. ſignificat.* Ita vt interuenient identitate rationis, maſculinum comprehenſiuè concipiat fœmininum, atque adeo diſpoſitum de vno ſit etiam diſpoſitum de altero. Rurſus materia illegitimitatis eſt indifferens reſpectu maſculorum, & fœminarum, ſeu eſt vtriſq; communis, ſeu potius eadem in vtriſque: & proinde ratio conſiderata à lege de illegitimis eſt eadem. Cum ergo iura arceant illegitimos à dignitatibus intuitu illegitimitatis. cap. 1. & cap. *fin. de fil. presbyter.* & *Bulla Sixti V. de illegitimis*, quamuis non diſponant expreſsè de fœminis, ipſæ, quoue arcebuntur, tanquam conceptæ ſub maſculino. An autem Prælati Regulares poſſint cum Monialibus ſibi ſubiectis diſpenſare vt poſſit eligi illegitima, affirmant Peirin. *quæſt.* 2. *de Prælato cap.* 6. *num.* 143. & 152. Tamburin. *de iure Abbatiſſ. diſp.* 28. *qu.* 11. *num.* 1. Quia ratione priuilegiorum poſſunt cum illegitimis diſpenſare.

661 Octauo, infamis ſiue infamia iuris, ſiue infamia facti, non poteſt eligi in Abbatiſſam. Ita ſpecialiter

ciáliter Maiol. *lib.1.de irregular.cap.*10. *num.*12. Viuald. *in Appen. ad Candelab. cap.*5. *num.* 11. Nauar. *com.*2. *de regular. num.*60. Sanchez *lib.* 5. *ſum. c.*5. *num.* 24. Barboſa *de iure Eccleſ. lib.*1. *cap.* 45. *n.*23. Lezana *tom.*1. *q.regular. cap.*26. *num.* 7. Tamburin. *de iure Abbatis, diſp.*28. *q.*15. *n.*4. Eadem enim ratio eſt de mulieribus, ac de viris; & ideo ſi hi ratione infamiæ arcentur à dignitatibus, arcebuntur etiam fœminæ; & ideo valet eadem ratio, de qua *num. præced.* quod ſcilicet diſpoſitio circa infames procedat etiam de fœminis, quia ſtante identitate rationis, maſculinum concipit fœmininum.

612 Nono. An deſcendentes intra quartum gradum ex maculato genere, nempe Iudæis, Saracenis, Hæreticis damnatis poſſint eligi in Abbatiſſas. De iure communi nulla extat prohibitio, vt obſeruat Miranda *tom.* 2. *Manual. quæſt.* 1. *ar.* 1. *not.* 1. Vnde difficultas ſolum oritur propter Conſtitutionem Pauli IV. *ſub die* 24. *April.* 1558. Quæ etiam innouata fuit à Gregorio XIII. *anno* 1574. *in ſua Conſtit.* Quæ incipit. *Conſueuit*, in qua derogat moderationi factæ à Pio Quinto *in Conſtitutione* quæ incipit. *Paſtoralis Officij*, *anno* 1571. Prohibet ergo, quod deſcendentes ex Iudæis, & Hæreticis damnatis, & combuſtis, vſque ad quartam generationem non poſſint eligi ad officia, & dignitates. Verum hanc conſtitutionem non afficere Moniales, tradunt Mirand. *quæſt.*6. *de Monial. ar.*2. Tamburin. *de iure Abbatis, diſp.*28. *quæſt.*14. *num.*2. Quia diſponit tantum de viris, & lex loquens de viris, in odioſis non complectitur fœminas. Vnde Pius IV. declarauit, quod conſtitutio confirmata auctoritate Apoſtolica de non admittendos ad religionem D. Hieronymi deſcendentes ex maculato genere, non habebat locum in fœminis. ita *Kal. Auguſ.* 1564. Verum hæc declaratio in præſenti non iuuat, quia non agebatur de electione ad dignitates, in qua militat ſpecialis ratio; nam etiam illegitimi non excluduntur à religione, excluduntur tamen à dignitatibus: ſed ſolum de non admittendis ad habitum religionis. Vnde probabilius puto quod valeat etiam quò ad moniales, in ordine ad dignitates, ob regulam, de qua *num.*660. quod in materia indifferenti, & in qua eſt eadem ratio, maſculinum concipit fœmininum, & ideo quod lex odioſa loquens de viris non afficiat fœminas, non eſt verum, ſi ſit eadem ratio. Eſt tamen aduertendum, quod *Conſtit.* Pauli IV. diſponit tantum de religione Fratrum Minorum S. Franciſci, & ideo ſolum afficit Moniales eiuſdem Ordinis.

663 Decimo. Alias quoque qualitates habere debet eligenda in Abbatiſſam proportionaliter, quæ requiruntur pro Prælatis, & præcipuè quod ſit honeſta, obſeruatrix regulæ, diſcreta, ita vt pacem conſeruet in Monaſterio; quod ſi haberet contrarias qualitates, & ex eius regimine graue incommodum oriretur Monaſterio, non poteſt eligi, & electa eſſet deponenda. Cap. *Si quis Abbas* 18. *quæſt.* 2. cum Gloſ. & notat Maiol. *de irregularit. lib.*1. *c.*29. *num.*21. Tamburin. *de iure Abbatiſ. diſp.*28. *quæſt.*16. *num.*2. Quia cum Abbatiſſa ſit propter bonum Monaſterij, quando cauſaret incommodum notabile, eſſet amouenda tanquam inhabilis, quia regimen ipſius haberet effectum contrarium fini.

664 Vndecimo. Non poteſt eligi in Abbatiſſam, quæ ſcienter ſuo ſuffragio concurrit ad recipiendam aliquam, aut ad profeſſionem admittendam, quæ coactè ingreditur, aut profitetur: aut alio pacto conſilium, auxilium aut fauorem dederit, aut auctoritatem interpoſuerit. Ita Maiol. *de iure regular. lib.*1. *cap.*29. *num.* 20. Tamburin. *de iure Abbatis, diſp.*28. *q.*16. *n.*1. Ratio eſt, quia ratione talium actuum remanet excommunicata, ex Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *c.*18. *de regular.* Hoc autem intelligitur, quandiu non abſoluantur, quia obtenta abſolutione erunt eligibiles ſicut cæteræ, ſi aliàs habiles ſint.

A quibus Abbatiſſa eligenda ſit. Quæſt. II.

SVMMARIVM.

665 *Abbatiſſa eligenda à Monialibus, & à quibus.*

666 *Conuerſæ non admittuntur ad electionem Abbatiſſæ.*

667 *Neque etiam omnes choro deputatæ apud quaſdam Moniales.*

668 *Nullus Superior etiam regularis, aut formator, etiam in diſcordia, poteſt ferre ſuffragium in electione Abbatiſſæ.*

669 *Quid faciendum ſi Moniales non ſint concordes in electione Abbatiſſæ.*

665 Ad 2. Reſp. Concilium non ſtatuit, à quibus debeat eligi, & confirmari, ſed id reliquit diſpoſitioni dicti c. *indemnitatibus*, vbi habetur, quòd eligi debeat à monialibus eiuſdem Monaſterij, & quòd non habeat vocem in electione illa, quæ non ſit duodecim annorum, & ſit profeſſa tacitè vel expreſsè, & debet confirmari ab Ordinario loci: ſed ſi Monaſterium immediatè eſt ſubditum Papæ, à Papa, vel Legato illius Prouinciæ debet confirmari, vt patet per cap. *ſi Abbatem, de elect. lib.*6. Sylueſt. *in ver. Abbatiſſa, n.*4. §.1. & Ang. *in verb. confirmatio §.*4. Hic eſt dubium, quia *in d. capit. indemnitatibus*, dicitur, quòd dans vocem, debet eſſe duodecim annorum, & quòd ſit profeſſa tacitè, vel expreſsè: an hodie poſſit dare vocem illa, quæ iam eſt duodecim annorum, quia in tali ætate ſuſcepit habitum, per *c.*17. *Concil. Trid. ſeſſ.*25. ſed non eſt profeſſa, nec tacitè, nec expreſsè, quia nondum habet ſexdecim annos, vt

per

Digitized by Google

per *c.* 15. *eod. sess.* Respondetur, quod non: sed si excesserit sexdecim annos, & perseuerauerit per annum in Religione, & non emiserit professionem expressam, cum iam censeatur professa tacitè per cap. *periculoso, de stat. regul. lib.*6. & *cap.* 1. *de reg. eo. lib.* & *cap. ex parte, de reg. extra*, quòd tunc posset dare vocem, quia in hoc sacrum Conc. non derogauit iuri antiquo. Vide Panor. *in c. Vidua n.*7. *de regal.*

ADDITIO.

666 Inter Moniales, quæ admittuntur ad electionem Abbatissæ, non enumerantur Conuersæ, vt notant Suarez *tom.*4. *de relig. tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 6. *num.*18. Lezana *tom.*1. *q. regul. cap.*25. *num.*2. Tamburin. *de iure Abbatiss. disp.*28. *q.*5. *num.* 1. Quia licet de iure communi non prohibeantur eligere, ex consuetudine tamen, & specialibus Constitutionib. Monialium non admittuntur. Quia recipiuntur ad religionem, vt seruiant, non autem vt exerceant iura honoraria.

667 Imo apud quasdam Moniales neque omnes choro deputatæ siue tacitè, siue expresè professæ admittuntur, sed solum post certum tempus à professione. Vnde Portel. *in dub. regular.* verbo *Abbatissa, num.*5. habet quod statuta Franciscana Romæ edita 1612. requirunt quatuor annos à professione, vt admittatur Monialis ad eligendam Abbatissam. Et Moniales Ordinis Prædicatorum non habent vocem in electione Abbatissæ, nisi post duodecim annos à professione, vt refert Castellin. *de elect. cap.* 17. *num.* 15. Vnde semper consideranda sunt statuta, constitutiones, & consuetudines Monasteriorum, quas seruari iubet Trident, *sess.*25. *cap.* 7. *de regular.*

668 Nullus autem superior etiam regularis, aut scrutator, etiam in discordia eligentium, potest ferre suffragium in electione Abbatissæ. & ita notant Lauor. *in Var. lucubrat. tit.*4. *cap.* 24. *num.* 4. Castellin. *de elect. cap.* 17. *num.* 27. Tamburin. *de iure Abbatiss. disp.*28. *quæst.*6. *num.*6. Pellizzar. *de Monial. cap.*10. *sect.*2. *num.* 106. Et ita pluries declarauit S. Congregat. tam Episcoporum, & Regular. nempe *die* 5. *Martij* 1619. Quam Concilij Trident. nempe *die* 23. *Maij* 1621. cuius declarationis tenor est. *Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Trident. Interpretum censuit, nequaquam licere Monialium superioribus, aut scrutatoribus dare votum in electione Abbatissæ; atque electionem in vim huiusmodi voti celebratam vires aliquas non obtinere.* Vnde etiam irrita esset electio, tanquam à non legitimis electoribus celebrata. Quod ita accipi debet, si ratione voti huiusmodi compleretur electio: nam S. Congregatio dixit in allata declarat. *In vim huiusmodi voti celebratam*, quæ verba significant influxum voti in electionem. Vnde est reijciendus Portel. *in dub. regul.* verbo *Abbatissa, num.*9. Quod scilicet Prælatus Ordinarius præses electionis, vt Prouincialis, possit ferre suffragium, quia est caput communitatis illius, & facit cum ipso vnum corpus. Vnde etiam Episcopi suffragari solent in electione Abbatissarum suarum Monialium. Huic enim doctrinæ contrariatur allata declaratio S. Congregat. Et quamuis Superior ordinarius habeat regere Moniales, quia tamen est Superior extraneus, nec communicat cum Monialibus in eodem modo viuendi, & in ijsdem legibus, non propriè facit cum ipsis vnum corpus; & ideo non erit censendus de gremio conuentus, atque adeo nec de gremio eligentium.

669 Quod si contingat Moniales non esse concordes in eligenda Abbatissa; quia monasterium non debet sine capite manere, Episcopus siue alius Superior præfigere debebit certum tempus, in quo concordent: quod si eo elapso non conueniant in eligenda, nominabit eam, quam iudicauerit magis idoneam, & deputabit in Abbatissam. Ita S. Congregat. *die* 12. *Octob.* 1592. *in vna Cremonensi*. & *die* 20. *Nouembris* 1595. *in Assisiensi* apud Piasec. *in praxi par.*2. *cap.*3. *num.* 57.

Per quod tempus eligi debeat Abbatissa. *Quæst. III.*

SVMMARIVM.

679 *Abbatissæ eliguntur ad triennium.*

671 *Electio Abbatissæ vltra triennium est nulla etiam pro triennio.*

672 *Constitutio Gregorij, quod Abbatissa eligatur ad triennium, habet locum in omnibus Monasterijs, sed non qui ad mulieres Collegiales.*

673 *Abbatissa an possit eligi ad annum, aut biennium.*

An possit electio reduci ad annum, aut biennium, si aliàs sit ad triennium.

674 *Triennio expleto non potest Abbatissa rursus eligi, sed vacare debet.*

675 *An possit eligi in Vicariam, aut Priorissam.*

Expleto munere an possit construi præses donec eligatur Abbatissa.

676 *Vicaria an possit eligi in Abbatissam.*

677 *Abbatissæ annales, aut biennales an expleto officio eligi possint ad aliud munus auctoritatis, & administrationis, & an rursus eligi in Abbatissas.*

678 *Visitatores, Abbates, & Prælati Monistlium S. Benedicti possunt proponere duas, vel tres eligendas in Abbatissas, & censetur electa, quæ in scrutinio plura vota habet, si in duobus scrutinijs Moniales non elegerint.*

Episcopi an vti possint hac concessione.

In collatis verba clara declarant æquiuoca.

Ad

670 Ad 3. Reſp. Quod Gregorius XIII. Bulla ſua, quæ infra recenſetur, ſtatuit, vt Abbatiſſa, & aliæ Monaſteriorum Præfectæ eligantur non vltra triennium: & ita ſeruatur in praxi in Italia.

ADDITIO.

671 Stante ſupradicta Conſtitutione Greg. XIII Electio Abbatiſſæ vltra triennium eſt nulla, vt notant Nouar. *in ſum. Bullarij* verbo *Abbatiſſa num.* 1. Tamburin. *de iure Abbatiſſ diſp.* 30. *quæſt.* 1. *num.* 30. Quia Gregor. XIII. ita præcipit fieri electionem ad triennium tantum, vt annullet, ſi fiat vltra triennium. Vnde ſtante decreto irritante, neque valida erit pro triennio, iuxta doctrinam Romani, *conſil* 66 Capicij *deciſ.* 49. Cabedi *deciſ.* 84. *num.* 7. quia ſcilicet tota electio annullatur.

672 Conſtitutio autem Gregorij XIII. Quod Abbatiſſa non eligatur vltra triennium, habet locum in omnibus Monaſterijs, licet ſint Militiarum, etiam S. Io. Hieroſolymitani. Ita enim declarauit S. Congregat. de mente Clemen. VIII. *die* 22. *Maij* 1604 apud Lauor. *in var. lucubrat. tit.* 4. *cap.* 24. *num.* 64. Non tamen locum habet quo ad illas mulieres, quæ collegialiter viuunt, ſub Oblatarum, aut quocunque alio nomine, quæ non ſunt veræ religioſæ emittentes tria vota ſubſtantialia, vt notant Rodriquez *tom.* 2. *quæſt. Regular. quæſt* 54. *ar.* 6. Tamburin. *de iure Abbatiſſ. diſp.* 30. *quæſt.* 2. *num.* 3. Quia Conſtitutio loquitur de Monialibus S. Benedicti, Ciſtercienſium, Carthuſienſium, & aliorum quorumcunque Ordinum. Quia tamen quæ ſtatuuntur in cap. *Indemnitatibus de elect. in* 6. circa electionem Superioriſſæ, extenduntur in §. *ſupradicto* ad mulierum Congregationes, ideo videtur etiam extendi vigore iuris communis dicta Conſtitutio. Et ideo debere eſſe triennialem harum Superioris caſu, declarauit S. Congregat. Epiſcop. & Regul. Quod antea ſeruatum fuit Neapoli à venerabili, & nunquam ſatis laudata virgine Vrſula Beninceſa; quæ cum inſtituiſſet Virginum Congregationem à noſtris Clericis Regularibus poſtea moderandam, vt tunc optauit, & futuram prædixit, triennalem voluit eſſe Præfectam, ſumma eius prudentia, qua diuinitus illuſtrata fuit, perſpiciens quantum momenti adderet religioſis cœtibus temporale Præfectarum regimen. Illud memorabile huius Virginis, quoniam de ipſa ſermo incidit, prætereire non poſſum, quod tanta in Deum exarſit charitate, vt vehementer indoluerit, quod Chriſtianus populus à Chriſtianis ſemitis aberraret. Et proinde diuino ſpiritu legante ſummum Pontificem Gregorium XIII. adiuit, vt Chriſtianæ Reipublicæ reformationem vrgeret: cuius inſtantia cum admirationem in Pontifice genuiſſet, eius vitam, ſpiritum, eeſtaſim ſtrictiſſimè per doctiſſimos viros, atque ipſum S. Philippum Nerium diſcuti iuſſit. Atque nouum hi, et admirandum poſteris examen nunquam omnino aliàs auditum, & omnium ſæculorum memoria digniſſimum, indixerunt; qua in re nulla prætermiſſa diligentia exquiſitis modis, vita, mores, cunctaque ipſius diſcuſſa ſunt: & cum ad ſingula experimenta probatam ſe redderet, nihilque niſi laude, & admiratione dignum, deprehenſum fuiſſet, tanquam probatę, & perfectæ vitæ exemplar dimiſſa eſt communi omnium plauſu. Plura apud Silos *tom.* 2. hiſtor. noſtræ Congregat. *lib.* 9. Poterunt tamen eligere ſuam Superioriſſam vltra triennium, & etiam ad vitam, ſi hoc ex ſpeciali iure id ipſis concedatur.

673 Et quamuis Pontifex prohibeat eligi Abbatiſſam vltra triennium, non tamen præcipit, quod eligatur ad triennium, vnde poterit eligi etiam ad annum, aut biennium, & ita notant Lauorius *in var. lucubrat. tit.* 4. *cap.* 124. *num.* 65. Tamburin. *de iure Abbatiſſ. diſp.* 30. *quæſt.* 1. *num.* 10. Et ita declarauit etiam S. Congregat. 18. *Nouemb.* 1595. *in vna Arianenſ.* apud Lauor. *citat.* & Nouar. *in ſum. Bul* verbo *Abbatiſſa num.* 4. Vnde poterit eligi ad triennium, ſed ſecundum formam Conſt. Leonis X. vt in Compend. *priuileg.* verbo *Abbatiſſa* §. 9. vt ſcilicet teneatur ſingulis annis in manibus Viſitatorum aut aliorum Superiorum renunciare, & quod ipſi poſſint nouas Abbatiſſas ponere eligente Conuentu, ſi ita expedire iudicauerint. An autem ſtante conſuetudine, aut ſtatuto, ſeu conſtitutione, quod eligatur ad triennium, poſſit reduci ad annum, aut biennium; aut quod electa ad triennium ſingulis annis renunciet iuxta dictam Conſtitutionem Leonis X. affirmatiuè concludendum eſt, dum modo id fiat per eos, ad quos ſpectat imponere leges pro Monialibus, quia cum hoc ſpectet ad bonum regimen, poteſt præcipi ab habente iuriſdictionem.

674 Expleto autem triennio, non poteſt eadem Abbatiſſa ſine diſpenſatione Sedis Apoſtolicæ reeligi, ſed neceſſario vacare debet per aliud triennium, cum ita ſtatuat Gregor. XIII. *in ſua Conſtitutione*, ibi, *Quæ poſtmodum elapſo triennio ſuis officijs perfunctæ præeſſe deſinunt, omni prorſus careant auctoritate, ac à regimine, & adminiſtratione Monaſterij per triennium à die finitæ adminiſtrationis inchoandum abſtineant*. Ex quo fit, quod ſi intra triennium moriatur Abbatiſſa, aut alio modo vacet officium, non poterit eligi in Abbatiſſam, quæ præceſſit in officio, quia non vacauit per triennium iuxta Conſtitutionem Gregorij XIII.

675 Rurſus etiam ſequitur, quod non poſſit eligi in Vicariam, ſeu Prioriſſam, quæ in capite gubernet Monaſterium per aliquod notabile tempus. Imo neque etiam in Vicariam nouæ Abbatiſſę. Nam Gregor. XIII. *in ſua Conſtit.* præcipit, quod elapſo triennio ſui officij, *Præeſſe deſinant, omni prorſus careant auctoritate, ac à regimine & adminiſtratione Monaſterij per triennium à die finitæ adminiſtrationis inchoandum abſtineant*. Quæ verba excludunt Vicariam, etiam exiſtente Abbatiſſa, ſi quid adhuc præeſſet in defectum Abbatiſſæ, quando, aut ratione infirmitatis, aut ex alia cauſa non eſſet præſens, & haberet auctoritatem Vicariæ, vnde non prorſus careret. Quæ omnia prohibentur in dicta Conſtitutione. Elapſo tamen triennio poterit conſtitui Præſes quouſque eligatur noua Abbatiſſa, vt tradunt Miranda *de monial. quæſt.* 7. *ar.* 9. *concluſ.* 2. Lauor. *in var. lucubrat. tit.* 4. *cap.* 25. *n.* 68. Tamburin.

Lurin. *de iure Abbatiſſ. diſp.* 30. *queſt.* 3. Quia ſcilicet agitur de paucis diebus, & de intereſſe Monaſterij: nam ſi non aſſumeret regimen, poſſet regularis diſciplina pati aliquam relaxationem; & commune eſt ferè in omnibus officialibus, quod licet expleto tempore, exerceant munus, donec ſucceſſor illud ſuſcipiat. Neque per dictam Conſtit. Gregorij XIII. remanet prohibitum, quia ſolum interdicitur auctoritas, regimen, adminiſtratio, quæ proueniant ex officio permanenti, quale non eſt aſſiſtere regimini tanquam præſes, cum hoc tranſeunter ſe habeat.

676 An autem Vicaria poſſit eligi in Abbatiſſam, quò ad Moniales Ordinis Minorum negat Miranda *de Monialib. quæſt. 7. ar. 9. concluſ. 2. in fine*, propter quamdam Conſtitutionem Sixti V. quæ id prohibet; & etiam propter quoddam Decretum Cardinalis Matthæi Protectoris Ordinis Minorum *ſub die* 13. *Iunij* 1591. in quo id declarat, & decernit, quod non poſſint eligi in Abbatiſſas, aut Miniſtras, niſi poſt biennium à functo munere Vicariatus. At in cæteris Monialibus hoc non habet locum, vnde ſiue perfunctæ ſint Vicariatus munere, ſiue in eo durent, eligi poterunt in Superioriſſas Conuentus, quia Conſtitutio Gregorij XIII. ſolum prohibet, ne perfunctæ abbatiſſatus munere permaneant in aliquo officio, in quo habeant auctoritatem, regimen, aut adminiſtrationem: non autem hoc prohibet Vicarijs. & ideo, cum ſit diuerſa ratio, quia ſcilicet officium Vicariatus eſt ſubordinatum Abbatiſſæ, non eſt Conſtit. ad Vicarias extendēda.

677 Ex dictis autem colligitur. Quid dicendum de Abbatiſſis, quæ non ſunt triennales, ſed annuales, aut biennales, an poſſint expleto officio eligi ad aliud, in quo habeant auctoritatem, regimen, & adminiſtrationem. Et quidem certum eſt, quod poterunt de nouo eligi in Abbatiſſas, quouſq; triennium compleant, quia triennium integrum pro tali officio conceditur in Conſtit. Gregor. XIII. Rurſus etiam certum eſt, quod non poterit eligi vltra triennium, quia ita prohibet prorogare officium vltra triennium, vt etiam prohibeat conferri alia officia auctoritatis, adminiſtrationis, & regiminis; & proinde prohibet à fortiori continuari per plures electiones officium Abbatiſſæ. Quia finis Pontificis eſt tollere perpetuitatem. Attamen quod ſpectat ad alia officia habentia annexam auctoritatem, regimen, & adminiſtrationem, exiſtimo non prohiberi conferri Abbatiſsis annalibus, aut biennalibus expleto munere, quia dicta Conſtitutio diſponit ſolum de Abbatiſſis triennalibus: in quibus eſt potior ratio, cur non expediat, eligi ad noua officia. Vnde poterunt eligi, & in ipſis perſeuerare, quandiu ex inſtituto religionis durant illa officia.

678 Eſt autem adnotandum ſingulare priuilegium conceſſum à Gregorio XIII. *in ſua Conſtit.* 15. *die* 16. *April.* 1574. Viſitatoribus, Abbatibus, & Prælatis Monialium Ordinis S. Benedicti: nempe quod ſi in electione Abbatiſſarum pro tempore contingat, quod Moniales in duobus ſcrutinijs non eligant, poſſunt proponere duas vel tres eiuſdem Monaſterij, quas habiliores iudicauerint, & ex propoſitis illa cenſeatur legitimè, & canonicè electa, quæ in ſcrutinio plura vota habuerit, & proinde confirmanda ſit. Hoc autem priuilegio gaudent etiam aliæ religiones, quæ habent communicationem, & proinde vti poterunt; quod valde inſeruiet pro conſeruanda pace inter Moniales. An autem poſſint Epiſcopi vti hac conceſſione quoad Moniales ſibi ſubditas dicti Ordinis S. Benedicti, affirmat Pellizar. *de Monial. cap.* 10. *ſect.* 2. *num.* 107. *in fine*, quia cenſetur conceſſio facta etiam ipſis, ibi *Viſitatores, ac Abbates ſeu Prælati reſpectiuè, quibus Moniales ipſorum recommendatæ, ſeu ſub quorum regimine, gubernio, & cura exiſtunt*. Epiſcopi autem veniunt nomine Prælatorum. Deinde quia conceſſio eſt facta Monialibus, & ideo locum habet quo ad omnes. Verum hoc mihi difficile videtur, quia licet conceſſio reſpiciat fauorem Monaſteriorū, eſt tamen facta Prælatis, & Viſitatoribus ipſarum quocunque nomine appellentur; quia cum contineat auctoritatem, & iuriſdictionem, eſt tantum collata Superioribus dirigentibus electionem. Deinde cum conceſſio ſit facta Prælatis religioſis, nam verba antecedentia nempe *Viſitatores*, *Abbates* declarant, de quibus Prælatis Pontifex loquatur, & coarctent ad Prælatos regulares iuxta doctrinam Surdi *deciſ.* 124. *num.* 8. ver. *Quod prohibitio*, & aliorum, quia in copulatis verba clara declarant æquiuoca, & trahunt ad ſuum ſenſum; non extenditur ad Epiſcopos, & cum non communicent in priuilegijs cum Regularibus, non poſſunt tali priuilegio vti.

An ſi non adſit habilis, poſſit eligi Abbatiſſa ex alio Ordine. *Quæſt. IV.*

SVMMARIVM.

679 *Si non adſit habilis, non poteſt eligi ex alio Ordine.*

680 *Quid in tali caſu faciendum.*
Quid ſi in alio Monaſterio non ſit quadragenaria.

679 Ad 4. Reſp. Prohiberi in Clem. 1. *de elect.* ne Religioſus aliquis in Abbatem, vel Prælatum alterius Religionis, vel habitus de cætero eligatur, dans rationem: quia rationi non congruit, vt homines diſparis profeſſionis, vel habitus, ſimul in eiſdem Monaſterijs ſocientur, & hæc eſt ratio rationis: tum quia non conueniunt in profeſſione, quia Benedictinæ Ordinis Beati Benedicti faciunt profeſſionem primò, & poſtea conſecrantur: Franciſcanæ ſemel, & ſimul profitentur, & velantur; tum etiam quoad officia diuina ſunt diuer. Breuia-

ria,

ria, & ſunt etiam diuerſæ obſeruantiæ, & ceremoniæ, vt patet in Clem. *ne in agro Dominico*, cum ſimilibus. Accedit etiam, quod Conc. *cap. 7.* in ſecundo remedio dicit, quod eligatur ex alio eiuſdem Ordinis Monaſterio, & non loquitur de alio alterius Ordinis, etiamſi in extrema neceſſitate coarctetur electio: & ne mireris, quod dicta Clem. 1. *de elect.* loquatur de maribus, Abb. *in d. Clem. n. 1.* Nam appellatione Monachorum veniunt Moniales. Abb. *in cap. de Monial, num. 3. de ſentent. excom.* quia idem eſt de fœminis propter identitatem rationis: facit *cap. in noua actione, 16. quæſt. 7.* vbi dicitur: in vno enim eodemque officio non debet diſpar eſſe profeſſio. dicente Domino ad Moyſen, *Deut. cap. 22. Non arabis in boue, & aſino*. Id eſt, homines diuerſæ profeſſionis, & in officio vno, non ſociabis. Vide Gom. *de grat. expect. num. 71.* & cap. *officij, ext. de elect.* Et licet Abbas debeat eligi de ordine ſuo; tamen ſi fuerit expediens, poteſt eligi de alieno; & ſic de Abbatiſſa. Abb. *in d. c. officij, num. 1. & 4. de elect.*

ADDITIO.

680 Si in alio Monaſterio eiuſdem Ordinis non adſit habilis, neque adhuc erit eligenda ex Monaſterio alterius Ordinis: quia tanquam alienam regulam profeſſa non cenſetur idonea ad regendas Moniales diuerſi Ordinis. Vnde in tali caſu erit recurrendum ad Pontificem, & ab ipſo poſtulanda habilis, ſicut declarauit S. Congregatio apud Collect. ex Biblith. Bellar. *ad cap. 7. de Regular. ſeſſ. 25. Concil. Trident.* eſſe poſtulandam, quando non adeſt aliqua triginta annorum. Imo ſi in alijs Monaſterijs eiuſdem Ordinis non adſit quadraginta annorum aſsumenda, poterit eligi de proprio Monaſterio habens triginta annos, & expreſsè profeſsa, licet non habeat quinque annos profeſſionis, vt declarauit S. Congregatio apud eamd. Collect. *ad dictum locum Concilij*, his verbis. *Si in proprio Monaſterio non ſit triginta annorum, quinque annorum profeſſa, nec in alio Monaſterio quadraginta annorum, poſſunt eligere aliquam de Monaſterio, quæ expleuerit trigeſimum annum, & ſit expreſsè profeſſa bonæ vitæ*.

Abbatiſſa quomodo eligi debeat. Quæſt. V.

SVMMARIVM.

681 *Abbatiſſa eligenda per viam ſcrutinij, per vota ſecreta.*
682 *An aliis modis eligi poſſit.*
683 *Si electio fiat per compromiſſum, non poteſt compromiſſarius variare facta electione.*
Error compromiſſarij non eſt ab ipſo corrigendus.
684 *Electio Abbatiſſæ eſt nulla ſi vota publicentur, etiam ex ignorantia.*
Excipere vota coram notario, & paucis alijs, non obſtat ſecreto electionis.
685 *Maior pars ſuffragiorum an ſufficiat pro electione Abbatiſſæ.*
686 *Maior pars ſufficit etiam per cap.* Indemnitatibus de elect. in 6.
687 *In electione Abbatiſſæ an ſeruanda forma cap.* Quia propter, *quò ad vota excipienda.*
Excipiens vota pro electione Abbatiſſæ non poteſt adhibere teſtes.
688 *Epiſcopus interueniens electioni Abbatiſſæ Monialium, quæ Regularibus ſunt ſubiecta, non poteſt excipere vota.*

681 Ad 5. Reſp. Electionem poſſe fieri tribus modis de iure antiquo. Primò, per modum ſcrutinij, vt ſcilicet à duabus partibus eligatur, vel compromiſſi, vel inſpirationis, cap. *quia propter ext. de elect.* Armil. *in ver. Abbatiſſa num. 8.* Sylueſt. in verb. *electio 3. num. 7. vſque ad finem*. Secundò: Concilium verò *cap. 27.* videtur ſolum admittere viam ſcrutinij, & inſpirationis, nam ita diſponit: Is verò, qui electioni præeſt Epiſcopus, ſiue alius Superior, clauſtra Monaſterij non ingrediatur, ſed ante cancellorum feneſtrellam vota ſingularum audiat. & ſacræ Congregationis declaratio *q. 16.* ſic cenſuit in electione Abbatiſſæ: *Epiſcopus poteſt vna cum Vicario ſuo, vel Secretario, vel alio ab ipſo aſsumpto, vota ſingularum Monialium oretenus expreſſa audire*. Tertio, iſta electio debet fieri per vota ſecreta ſingularum eligentium, ita vt eligentium nomina nunquam publicentur. Con. 1. *6. ibid.* At ſi non fiat ſecretè, non valet electio, quia eſſet contra formam Concilij, ita Gemin. cum multis *in cap. cum expediat, verſ. ſed pone, quod Canonici, de elect. lib 6.* & ita fuit deciſum Romæ in electione Prouincialis Carmelitanorum Prouinciæ Terræ Laboris Regni Neapolis, qui fuit electus vnanimi conſenſu, vnica voce, omnibus Fratribus acclamantibus: *Eligimus talem*: tamen, quia non fuit electus per vota ſecreta, fuit declarata irrita electio, & loco illius fuit alter electus. Ratio eſt, quia forma eſt eſſentialis, data à ſacro Conc. quam non licet alterare, prout dictum eſt ſupra ſuperius.

AD-

ADDITIO.

682 Quamuis Concil. Trident. *seſſ.25. cap.7. de reformat.* præſcribat modum ſcrutandi vota monialium in ordine ad electionem Abbatiſſæ, & proinde diſponat de electione per viam ſcrutinij, non tamen prohibet, ne alijs modis à iure conceſſis eligatur Abbatiſſa, etiam per viam compromiſſi. vt inter alios notant Lauor. *in Variis Lucubrat. tit. 4. cap.24.num. 59.* Tamburin. *de iure Abbatiſs. diſp.28. quæſt.8.num.1.* de iure enim veteri conceditur Monialibus compromittere vnanimi conſenſu electionem Abbatiſſæ, cap. *Cum cauſam de elect.* vbi Abbas, *num.3.* Vnde etiam compromittere poterunt in Superiorem præſidentem electioni, ſeu in Confirmatorem, vt notant ijdem Doctores, quia compromiſſum fieri poteſt in quamlibet perſonam idoneam.

683 Eſt tamen aduertendum, quod ſi compromiſſarius ſemel pronunciauerit Abbatiſſam, quam eligit, non poterit variare diſcedendo ab ea, quam à ſe electam pronunciauit, etiamſi cognoſcat poſtea, ſe malè elegiſſe, quia cum iam functus ſit munere ſibi commiſſo, non poteſt ampliùs ſe immiſcere. Cap. *Innotuit de electione.* Nec obſtat, quod electio reproba, ſit nulla, Cap. *Factus 7. quæſt. 1.* Quia debet corrigi error, ab alijs, non ab ipſo compromiſſario, quia iam ceſſauit eius facultas Cap. *In litteris de offic.deleg.& l.Quia arbiter ff. de rec. arbitr.* vbi Doctores communiter cum Gloſ.

684 Quando autem eligitur Abbatiſſa per viã ſcrutinij, vota debent eſſe ſecreta, ita vt eligentium nomina nunquam publicentur. Ita præcipit Concilium Trident. *ſeſſ.25. cap.6.* loquens in ſpecie de electione etiam Abbatiſſarum. Et proinde electio eſt nulla, ſi vota non ſint ſecreta, vt notant Garzias *par.5.de Benefic.cap.4.num.187.* Zerola *in praxi* verbo *Abbatiſſa. §. Ad ſextum dico.* Rota *coram Durano deciſ.232. num.1.* Imo etiam ſi ex ignorantia vota non exhiberentur ſecreta, adhuc electio eſſet nulla, vt notant Zerola *citat.* Hieronym. Rodriquez *reſol.2.n.22.* Ricc. *deciſ. 197.n.7. par.4.* referens ita reſolutum fuiſſe à S.Congregatione. Tamburin. *de iure Abbat.diſp.28. quæſt.4. num. 2.* Per hoc tamen quòd præſes electionis excipiat vota oretenus exhibita præſente notario, & aliquibus alijs ad quatuor, aut quinque, qui audiant, non tollitur ſecretum. ita notant Garzias *loco cit. n. 190.* Quia eſt iuxta caput *Quia propter de elect.in 6.*

685 Non conueniunt autem Doctores inter ſe, quot ſuffragia requirantur pro electione Abbatiſſæ. Nam aliqui volunt, requiri duas partes. Ita Barboſa *de iure Eccleſiaſt. lib.1.cap.45. num.27.* Tamburin. *de iure Abbatis, diſp.28. quæſt. 9. num. 3.* & ita reſcripſiſſe S.Congregat. *die 20.Nouemb. 1585.* Epiſcopo Aſſiſienſi referente Paulino Berto *in praxi crim.tit. 4.cap.30. num. 5.* Et hoc deducunt ex cap. *Indemnitatibus §. ſanè de elect. in 6.* Sed hoc non vult tex. vt aduertunt Miranda, & Rota coram Durano locis citand. *num. ſeq.* ſed ſolum diſponit, quod ſi in diſcordia fiunt plures electiones, electa à duabus partibus poſſit confirmari appellatione remota; nec audiatur minor pars obijciens. Vnde duæ partes ſuffragiorum operantur, non vt electio conſiſtat, ſed vt poſſit confirmari non obſtante, quod contra eam obijciatur.

686 Itaque ſufficere maiorem partem, habito reſpectu ad totum Capitulum, tenent communiter Miranda *de Monial.quæſt.7.ar.4.* & *tom.2. Manual. quæſt.23. ar. 27. concluſ.2.* Rodriquez *tom.2. q. regular. quæſt.55. ar. 4.* Cuchus *lib. 4. inſtit. maior. tit.1.num.291.* Syluester verbo *Electio, quæſt.1.* Abbas *in cap. Quia propter, n.7. de elect. in 6.* March. *deciſ.992.* Azor. *par.1. lib.13. cap. 10. quæſt.2.* Suarez *tom.4. de relig. tract.8. lib.5. cap.5. num. 22.* Pellizzar *de Monial. cap. 10. ſect. 2. num. 100.* Rota coram Durano *deciſ.232. num.3. & 4.& in Ilerdenſi electionis Prioriſſæ 2. Iunij 1636.* coram Rojas. Quia de iure communi ad electionem canonicam ſufficit maior pars cap. *Quia propter de elect.* & cap. *Dudum, cum cæteris, de elect. in 6.* Vnde ſufficiet etiam pro electione Abbatiſſæ, cum nihil in iure adſit in contrarium. Imo etiam ex dicto cap. *Indemnitatibus, §. Verum de elect. in 6.* id expreſsè colligitur, nam ibi diſponitur, quod electa à maiori parte poſſit confirmari, facta prius debita inquiſitione ſuper obiectis. Ita enim habet. *Si verò ad illam, quæ à maiori parte, vt præmittitur, eſt electa, noluerint aliæ accedere Moniales, vel ſi acceſſerint, non tot tamen, quod cum alijs prius in eam conſentientibus faciant duas partes; tunc ſuper obiectibus partis alterius, ſi qui fuerint, & ſuper alijs, quæ in tali negocio ſunt ex officio inquirenda, plene ſine ſtrepitu iudicij, & figura per ſuperiorem inquiratur primitus, antequam confirmetur eadem electio, vel etiam infirmetur; ſed interim præſentis conſtitutionis auctoritate in ſpiritualibus, & temporalibus liberè adminiſtret, ſic tamen quod de rebus Monaſterij nihil penitus alienet, nec aliquam in Monialem recipiat quoquomodo,* Si igitur electa à maiori parte poteſt confirmari, & adminiſtrare quouſque deueniatur ad confirmationem, vel infirmationem electionis, oportet quod electio valida ſit.

687 Dubitatur etiam, an in electione Abbatiſſe, quæ fit per ſcrutinium, ſeruanda ſit forma ſcrutandi vota, cap. *Quia propter, de electione.* Aliqui affirmatiuam ſententiam tenent, vt Caſtrenſ. *conſil.346.n.1.vol.1* Geminian. *in cap. Indemnitatibus, §. ſanè de elect. in 6.* Contrarium tamen ſentiunt quamplures alij, & præſertim Abbas *in cap. Ad probandum, num.19. in fine de ſent. & re iud.* aſſerentes ſpecialem formam præſcribi *in cap. Indemnitatibus, §. ſanè de elect. in 6.* Et praxis fundata in Concilio Trident. *ſeſſ.25. cap.7. de Regular.* id confirmat; nam non excipiunt vota aliquæ ſcrutatrices de gremio Capituli, ſed Epiſcopus, aut alius Superior excipit omnium ſuffragia iuxta diſpoſitionem Concilij. ibi. *Is verò, qui electioni præeſt Epiſcopus, ſiue alius Superior, clauſtra Monaſterij non ingrediatur, ſed ante cancellorum feneſtrellam vota ſingularum audiat.* Et conſonant etiam declarationes S. Congregat. apud Garziam *par.5. de Benefic. cap. 4. num. 189. & ſequent.* Quarum prima eſt. *Si electi fuerint à Superioribus aliqui, vt puta quatuor, qui vota omnium excipiant, electio reputabitur ſecreta, & canonica.* Secunda. *In electione Abbatiſſa-*

tiſſarum poteſt Epiſcopus cum ſuo Vicario, vel Secretario, vel alio ab ipſo aſſumpto vota ſingularum Monialium oretenus expreſſa audire. Tertia. *In electione Abbatiſſarum vota oretenus accipi poſſunt à ſuis ſuperioribus, licet quatuor, aut quinque ea ſciant, ſi hoc eſt iuxta formam ſtatutorum religionis.* Nec obſtat ſecreto ſuffragiorum, quod à tot audiantur, quia cum audiant tanquam ſcrutatores, obligantur ad ſecretum, nec poſſunt ea manifeſtare, & proinde cum explicentur abſque ordine ad manifeſtationem, proferuntur ſecrero modo; quod non contingeret, ſi etiam coram vno tantum proferrentur, qui non audiret tanquam ſcrutator, quia poſſet illa manifeſtare, nec teneretur ſigillo ſcrutationis; vnde de ſe non eſſent ſecreta, licet per accidens poſſent ſub ſecreto conſeruari. Et proinde non poſſunt ab excipiente vota adhiberi teſtes, vt declarauit S. Congregat. apud Garziam *citat. In electione Abbatiſſarum vota oretenus accipi non poſſunt à ſuis ſuperioribus cum duobus teſtibus, nec poteſt proximus ſuperior huiuſmodi electionem irritam, vtpote factam contra formam huius decreti, confirmare, & reualidare abſque Sedis Apoſtolicæ auctoritate.* Vtpote quia teſtes ordinantur ad propalandum, nec obligantur ſecreto ſcrutationis; & proinde tolleretur ſecretum.

688 Denique quamuis Epiſcopus ex Conſtitutione Gregorij XV. *Inſcrutabili de exempt. priuileg.* debeat interuenire electioni Abbatiſſæ Monialium Regularibus ſubiectarum, non tamen poteſt exquirere, & excipere vota eligentium, vt declarauit S. Congregatio Concilij ſequenti tenore. *Die 10. Septembris 1639. S. Congregatio Eminentiſſimorum Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum cenſuit, Epiſcopum in electione Abbatiſſæ Monaſterij Monialium Regularibus ſubiectarum non poſſe exquirere, ſeu excipere vota Monialium, ſed illa exquiri, & recipi debere à Superiori Regulari, ſciente tamen, & audiente eodem Epiſcopo.* I. B. *Cardinalis Pamphilius.* Franciſcus Paulutius *S. C. C. Secretar.* Ex qua ſimiliter deducitur, ſicut etiam dictum eſt in ſuperioribus, quod Epiſcopus habet exercere merum munus intereſſendi.

An poſſit eligi in Abbatiſſam illegitima, vel corrupta.
Quæſtio VI.

SVMMARIVM.

689 *Nec illegitima, nec corrupta eligi poteſt in Abbatiſſam.*
690 *Nomine corruptæ venit etiam vidua.*
691 *An quando Abbatiſſa non benedicitur poſſit eligi corrupta.*
692 *Per Concil. Trident. non excluditur corrupta quin eligi poſſit in Abbatiſſam.*
Qualitas incorruptæ habenda eſt pro omiſſa.
Corrupta ſi eligatur in Abbatiſſam, non poteſt conſecrari.
693 *Corruptio ſecreta an obſtet.*
694 *Quid ſi adſit tantum vnica quadragenaria cum octo annis à profeſſione, ſed ſit corrupta.*
695 *Bigama an poſſit eligi in Abbatiſſam.*
696 *Bigamia non inducit irregularitatem in fœmina.*

689 Ad 7. Reſp. Illegitimam eligi, vel corruptam, vetitum eſt, vt tradit gloſ. *in cap. Indemnitatibus, 43. §. 1. in verb. Canonicam, de elect. in 6.* & tradit Felyn. *in cap. meminimus 13. de accuſat. num. 4.* Zabar. *in Clem. 2. §. ſtatuimus, quæſt. 10. & ſeq. de ſtatu Monachorum.*

ADDITIO.

690 Nomine corruptæ venit in præſenti etiam vidua, quia intelligitur de omni ea, quæ non eſt virgo. Præter autem citatos Doctores ab Auctore idem tradunt Archidiacon. *in cap. Indemnitatibus, §. ſanè num. 3. de elect. in 6.* Turrecrem. *num. 1.* Item Gloſ. *in Clemen. Attendentes, §. Statuimus,* verbo *Rationabilis, de ſtatu Monachor.* Imola *ibid. n. 16.* Abbas *circa fin.* verbo *Corrupta*, Burgaſ. *de irregul. par. 4. num. 4.* Silua *de benefic. par. 4. quæſt. 7. n. 7.* Mandoſ. *de ſignat. Grat. tit. de diſpenſat. ſup. defect. natal. §. diſpenſatio pro corrupta.* Maiol. *lib. 1. de irregularit. cap. 10. num. 13.* Io. Andr. *in Clemen. Attendent.* verbo *Rationabilis, de ſtatu Regul.* Viuald. *par. 3. candelabri cap. 1. num. 13.* Rodriquez *tom. 2. quæſt. Regular. quæſt. 54. ar. 3.* Lauor. *in Var. lucubrat. tit. 4. cap. 24. num. 10.* Sob. *in ſelect. canon. cap. 39. num. 8.* Caſtellin. *de elect. cap. 17. num. 5. 14. & 17.* Diana *par. 3. trac. 2. reſol. 99.* Homobonus, *de ſtatib. hom. vitæ par. 5. cap. 24.* Miranda *tom. 1. Manual. quæſt. 7. ar. 3.* Tamburin. *de iure Abbatiſſ. diſp. 28. quæſt. 12. in fine.* Et fundatur *in cap. Iuuenculas 20. quæſt. 1. & cap. Si quis omnem §. Nouimus 1. quæſt. 7.* & aſſerunt declarationem S. Congregat. *die 15. Julij 1616.* teneris ſequentis. *Si vidua monaſticum habitum aſſumat, ad Abbatiſſæ, aut Prioriſſæ munus obeundum abſque Sedis Apoſtolicæ diſpenſatione eligi non poteſt.* Et in hanc ſententiam magis videtur inclinare Lezana *tom. 1. quæſt. Regular. cap. 26. num. 5.* in fine, tamen concludit, ſtandum eſſe conſuetudini.

691 Econtra vero alij docent, poſſe corruptam eligi, quando Abbatiſſa non impertitur benedictio, ſpecialis Virginum. Ita idem Rodriquez *in ſum. tom. 3. cap. 3. num. 9.* Hieronym. Rodriquez *in compend. quæſt. regular. reſol. 2. num. 26.* Portel. *in dub. regular.* verbo *Abbatiſſa num. 10.* Sanchez *lib. 5. ſum. cap. 5. num. 22.* Suarez *tom. 4. de religion. tract. 8. lib. 2. cap. 6. num. 16.* Et ex antiquioribus

Palud.

Palud. *in 4. dist.* 21. *quæst.* 3. *ar.* 3. *num.* 60. D. Antonin. 3. *par. tit.* 17. *cap.* 22. *§.* 1. Vnde, cum in Italia Abbatissæ sint temporales, atque adeo non soleant benedici, eligi poterunt, per hos Doctores, etiam corruptæ.

692 Verum si consideretur dispositio Concilij Trident. *sess.* 25. *cap.* 7. *de Regularib.* vbi præscribit qualitates fundamentales eligendæ in Superiorissam Monasterij, non videtur excludi corrupta: nam solum requirit certam ætatem, & tempus à professione expressa, & quod in hoc tempore à professione laudabiliter vixerit: non autem requirit qualitatem incorruptæ, nam laudabiliter vixisse, potest etiam corruptæ conuenire. Vnde cum Concil. præscribat formam idoneitatis eligendæ in Abbatissam, cum omiserit qualitatem incorruptę, habenda est pro omissa *l. commodissimè, ff. de liber. & posth.* & cap. *is, qui. de sentent. excom.* & cap. *Inter corporalia, de translat. Episcop.* Vnde solum qualitas incorruptæ erit necessaria ratione consecrationis, quando Abbatissa tanquam virgo est consecranda, non autem ratione muneris, aut dignitatis. Et proinde Rota dixit coram Crescentio *decis. 9. de probat. alias* 151. quod corrupta consecrari non possit, & absolutio ob corruptionem ex stilo Pœnitentiariæ conceditur cum limitatione, vt non possit eligi in Abbatissam, & si eligatur, non possit consecrari; ex quo patet, quod solum denegatur electio in ordine ad consecrationem: & proinde à contrario sensu, non censebitur denegata, si non sit in ordine ad consecrationem. Et hoc stando in terminis iuris, S. tamen Congregat. Episcop. & Regul. seruari vult, quod non eligatur, nisi præuia dispensatione.

693 Deinde dato, quod requiratur qualitas incorruptæ, non videtur obstare corruptio secreta, & occulta, sed tantum publica, qualis est in Vidais, de quibus solum procedit declaratio S. Congregat. allata ab Auctoribus primæ sent. Nam solum requiritur ob quamdam externam decentiam, cui solum obstat corruptio publica, & nota. Vnde si aliqua eligatur, cuius corruptio sit secreta, non putarem, quod renunciare debeat, saltem, quando renunciatio posset generare aliquam suspicionem corruptionis; quod tunc contingeret, quando non adesset aliæ legitimæ causæ, & quæ possent notificari, renunciandi. Præsertim quia saltem sumus in dubio, an possit eligi, & ideo melior est conditio ipsius tanquam possidentis electionem de se factam.

694 Hinc autem oritur dubium, an, si solum adsit in Monasterio vnica corrupta quadragenaria, & cum octo annis à professione expressa, in quibus laudabiliter vixerit, possit eligi in Abbatissam; an verò eligenda sit ex alio Monasterio, aut trigenaria cum quinque annis in professione. Existimo posse eligi absque aliqua dispensatione. Nam tunc solum ex Concil. Trident. *sess.* 25. *cap.* 7. *de Regular.* potest eligi ex alio Monasterio, aut trigenaria cum quinque annis à professione, quando non adest cum ijs qualitatibus, quas præmiserat, nempe quadragenaria quò ad ætatem, & quæ laudabiliter vixerit per octo annos à professione; hæc autem dispositio Concilij non verificatur, quando adest vnica cum his qualitatibus, licet sit corrupta, & ideo non poterit eligi trigenaria, aut ex alio Monasterio; sed ipsa erit eligenda. Et idem proportionaliter in alijs casibus erit dicendum. Neque supradictis obstat cap. *Iuuenculas* 20. *quæst.* 1. Quia quò ad ætatem est abrogatum, cum non amplius sit necessaria ætas sexagenaria, vt aliqua possit eligi Abbatissa; Nec requirit virginitatem, vt possit esse aliqua Abbatissa, sed vt possit velari velo Virginum. Nec cap. *si quis omnes* 1. *quæst.* 7. nam in illo *§. Nouimus*, solum habetur: Quod Magdalena, quia peccatrix, quamuis postea sancta, non fuit tamen Diaconissa: vnde non facit ad rem, quia solum intenditur demonstrare, quod aliqui peccatores, quamuis postea conuersi, arcendi sunt à ministerio altaris.

695 Quod spectat ad Bigamam, non posse eligi in Abbatissam, tradunt Maiol. *de irregularit. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 4. Viual. *par.* 3. *candelab. cap.* 5. *n.* 8. Sanchez *lib.* 5. *sum. cap.* 5. *num.* 23. Lezana *tom.* 1. *quæst. regular. cap.* 26. *num.* 7. Pellizar. *de Monial. cap.* 8. *num.* 46. Tamburin. vero *de iure Abbatiss. disp.* 28. *quæst.* 13. *in fine* asserit standum esse consuetudini. Afferunt tex. *cap.* 2. *dist.* 78. Sed ibi nihil de Abbatissis, sed solum, quod Bigama non possit esse Diaconissa. Neq; textus ille est alicuius Concilij Generalis, aut Decretum Summi Pontificis. Deinde addunt, quod sicuti viri bigami sunt incapaces Ecclesiasticarum dignitatum, ita etiam mulieres. Sed non videtur habere locum extensio à viris ad mulieres, quia bigamia non ponit per se incapacitatem ad dignitates in viris, sed solum indirectè, quatenus ponit incapacitatem ad ordines, qui necessario supponuntur à dignitatibus Ecclesiasticis, vnde ex eo tantum non possunt conferri bigamis, quia ipsis non possunt conferri Ordines, quos habent annexos; quæ ratio non valet in Abbatissatu Monialium, cum non requirat aliquem ordinem.

696 Ideo Hieronymus Rodriquez *in compend. quæst. regular. resol.* 2. *num.* 23. putat, bigamiam non esse impedimentum obstans electioni Abbatissæ: quia cum fœminæ sint incapaces Ordinum, sunt etiam incapaces irregularitatis ex bigamia, cum hæc sit posita solum respectu Ordinum, ad quos inhabilitat: Et quia Abbatissatus non habet annexam iurisdictionem spiritualem, nec potestatem Ordinis. Et fuit communis doctrina, quod irregularitates non sunt inducendæ, nisi sint expressæ in iure; bigamia autem non punitur tanquam irregularitas in fœminis, sed solum in viris, in ordine ad Ordines suscipiendos. Vnde eodem modo discurrendum est de bigamis, ac de corruptis, de quibus dictum est in superioribus, & eadem cum proportione applicari possunt.

An sit magis expediens Abbatissarum electio perpetua. Quæst. VII.

SVMMARIVM.

697 *Perpetuitas Abbatissæ an expediens remissiuè.* 698 *Cur non expediat.*

Digitized by Google

697 Ad 7. Reſp. Multa ſuper hoc articulo Nauar. adducit *in cap. nullam, 9. cauſ. 18. q. 2.* & Rodrig. *tom. 1. quæſtionum Reg. in quæſt. 16. ar. 1.* vbi in fine rationem refert, ob quam Sedes Apoſtolica in aliquot Religionibus electionem Superiorum temporalem eſſe cenſuit.

ADDITIO.

698 Quod perpetuitas officij Abbatiſſatus non expediat, ſatis conſtat ex *Conſtitutione Gregor. XIII ſub die 1. Ianuarij* 1583. in qua extinxit pro Italia, & Sicilia omnes Superioratus Monialium perpetuos, & fecit triennales. Et rationem reddit in illa Conſtitutione his verbis: *Perpendentes varia, & multiplicia damna, quibus plerumque afficiuntur Monaſteria Monialium, quæ per Abbatiſſas, vel alias Præfectas perpetuas reguntur. Econtra verò Abbatiſſas, & alias Præfectas triennales, ſcientes ſe lapſo triennio ſuæ adminiſtrationis rationem eſſe reddituras, ac ſperantes de benè geſtis laudem promereri, pœnam vero, ſi malè geſſerint, metuentes; maiori ſtudio, ac diligentia regimen & adminiſtrationem Monaſteriorum ſibi commiſſorum gerere &c.* Accedit, quod ſtante perpetuitate poteſt vna Abbatiſſa non idonea euertere, aut permittere quod euertatur, quod per plures alias ædificatum eſt: vnde Monaſterium tale damnum poteſt pati ex vnius adminiſtratione perpetua, vt longe præponderet vtilitati, quam ex plurium regimine percepit.

Abbatiſſa electa an confirmanda, & benedicenda. Quæſt. VIII.

SVMMARIVM.

699 *Abbatiſſa electa confirmanda, & intra annum benedicenda.*
700 *Abbatiſſa à quo confirmanda.*
701 *Abbatiſſa electa ſtatim confirmanda, niſi aliquid obſtet.*
702 *Poteſt confirmari à Prælato abſente.*
703 *Exiſtens extra Diœceſim, an poſſit confirmare Abbatiſſam.*
704 *Abbatiſſa electa per compromiſſum, eſt confirmanda, licet minor pars opponat.*
Quid ſi ſit electa per ſcrutinium à maiori parte, & aliqui opponant.
705 *Durante oppoſitione non impeditur, quin adminiſtret.*
706 *Opponentes, an, & quomodo agere poſſint contra confirmatam.*
707 *Quomodo debeant inſtituere appellationem.*
708 *Quomodo examinandæ oppoſitiones contra Abbatiſſæ electionem.*
Clauſula, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, *quid importet.*
Tollit ſolemnitates iuris ciuilis.
Requirit ſolum, quæ ſunt iuris naturalis, & gentium.
Non excludit probationes.
709 *Abbatiſſa electa ante confirmationem non poteſt miniſtrare, exceptis aliquibus caſibus.*
710 *Abbatiſſa ſi vltra annum differat benedici, amittit officium.*
Attendenda conſuetudo.
711 *Quid ſi fuerit varia.*
712 *Abbatiſſa benedicta an rurſus poſſit benedici.*
713 *Quo die, & loco benedicenda.*
714 *A quibus benedicenda. Et quid ſi ſit ſubiecta Regularibus.*
715 *Quibus committi poſſit munus benedicendi.*
716 *Generales, qui non ſunt Abbates, an poſſint benedicere Abbatiſſas.*
717 *Abbatiſſa electa ad ſecundum triennium, ex diſpenſatione, an poſſit eligi ad tertium ſine diſpenſatione.*

699 Ad 8. Reſp. Vtrumque verum eſſe pro certo ſupponitur in Clem. 2. §. *ſtatuimus, de ſtatu Monachor.* dum ibi diſponitur, eas benedici debere infra annum ſuæ confirmationis. Tradunt Panorm. Felin. & alij *in cap. Meminimus 13. in princ. de accuſat.* & Zabar. *in d. §. ſtatuimus in princ.* & *quæſt. 12. in fine*, eas ipſo iure priuari dicunt, niſi benedicantur infra annum.

ADDITIO.

700 Quod ſpectat ad confirmationem Abbatiſſæ, eſt aduertendum, quod iuxta diſpoſitionem cap. *Indemnitatibus de elect. in 6.* debet fieri à Superiori Monaſterij, & proinde a diuerſis Superioribus iuxta diuerſam ſubiectionem Monaſteriorum. Quando ſubijciuntur Ordinario, debet ab ipſo confirmari Abbatiſſa electa. Si verò immediatè ſubijciantur Apoſtolicæ Sedi, debet confirmatio peti per Procuratorem à Summo Pontifice, vel eius Legato, iuxta capit. *Si Abbatem de elect. in 6.* & notant Angelus verbo *Confirmatio* §. 4. Syluester verbo *Abbatiſſa* num. 4. Tamburin. *de iure Abbatiſſ. diſp. 29. quæſt. 1 num. 1.* Quando vero Monaſteria ſubduntur Regularibus, confirmatio ſpectat ad ipſos, ita vt Prælatus pro ipſis deputatus debeat confirmare, vt deſumitur ex cap. *Monachi*, & *cap. ad Monaſterium*, *de ſtatu Monach.* & notant Panormit. *ibid.* Cuchus *lib. 4. Inſtit.* Tit. *de confir. num 1.* Azor. *par. 2. lib. 6. cap. 1. quæſt. 3.* Laiman *in quæſt. canon. de elect. quæſt. 233.* Miranda *tom. 2. Manual. quæſt. 23. ar. 32. concluſ. 2.* Caſtellin. *de elect. cap. 17. num* ... Tamburin. *citat.* Et confirmatio pertinet ad Regulares priua-

priuatiuè quò ad Epiſcopos, quia licet per Conſtitutionem Gregorij XV. *Inſcrutabili*, poſſint aſſiſtere electioni Abbatiſſæ, non tamen per hoc eſt eis conceſſa aliqua facultas circa confirmationem, vt declarauit S.Congregat. in Reſolutione Dubiorum oblatorum circa eamdem conſtitutionem; quæ ſunt annexa *eidem Conſtit.* & de quo dictum eſt ſupra *num.* 652. Et ita etiam notant Caſtellin. *de elect. cap.* 17. *num.*... Tamburin. *de iure Abbatiſſ. diſp.* 29. *quæſt.* 1. *numer.* 2. Pellizzar. *capit.* 10. *ſect.* 2. *numer.* 110.

701 Eſt autem electio Abbatiſſæ ſtatim confirmanda, niſi aliquid obſtet, à Superiore, qui præfuit electioni, quando interuenit, & confirmatio facienda eſt in loco, in quo eſt publicata. Ita Tamburin. *de iure Abbatiſſ. diſp.* 29. *quæſt.* 1. *num.* 4. Pellizzar. *cap.* 10. *de Monial. ſect.* 2. *num.* 110. Addit tamen Miranda, *quæſt.* 2. *de Monialib. ar.* 15. poſſe confirmantem ingredi clauſtra, ſi timeat aliquod periculum, aut ſcandalum ob moniales reſiſtentes electioni, quia hæc eſt rationabilis cauſa, & neceſſaria ingrediendi.

702 An autem Prælatus abſens poſſit electionem confirmare, affirmatiuè reſpondendum puto, quia nihil video obſtare, nam in cap. *Qua fronte de appellat.* non reprehenditur Epiſcopus Cantuarienſis, quia abſens confirmaret electiones, ſed quia non confirmaret in Eccleſia, aut in ſuo Palatio, aut ſaltem in ſua Camera, ſed in Camera Regis. Ex quo colligitur, quod & ab abſente fieri poteſt confirmatio, & etiam in camera propria, licet hoc neget Tamburin. *diſp.* 29. *de iure Abbatiſſ. quæſt.* 1. *num.* 4.

703 Maior difficultas eſt, an exiſtens extra diœceſim poſſit confirmare. Negant Tamburin. *modo citat.* Lauor. *in var. Inuebrat. tit.* 4. *cap.* 25. *num.* 64. ex dicto cap. *Qua fronte*. Sed hic textus nihil fauet, vt conſtat ex modo dictis. Vnde cum confirmatio ſit actus iuriſdictionis, exiſtimo idem dicendum, ac de alijs actibus iudicialibus, & proinde ſi ſit tanta neceſſaria examinatio electionis, & qualitatum perſonæ electæ, poterit confirmare extra diœceſim, quia hic actus exerceri poteſt ſine ſtrepitu, & figura iudicij. At ſi pars opponat, non poterit extra diœceſim confirmari, quia tunc erit exercenda contentioſa iuriſdictio, & de plano non poterit expediri cauſa. Cap. *Inducia*, §. *ſpatium*, 2. *quæſt.* 3. Iuriſdictio autem contentioſa non poteſt exerceri extra diœceſim.

704 Quando opponitur electioni Abbatiſſæ electæ per compromiſſum, ſi aliquæ tantum opponant, & minor pars collegij, tunc non obſtante oppoſitione erit confirmanda, vt tradunt Rodriquez *tom.* 2. *quæſt. Regular. quæſt.* 54. *artic.* 7. Laiman. *de elect. quæſt.* 232. Pellizar *de Monial. cap.* 10. *ſect.* 2. *numer.* 111. aſſerentes id colligi ex cap. *Indemnitatibus*, §. *Porrò de elect. in* 6. Verum ex hoc textu tantum colligitur, quod debeat confirmari, ſi ſit electa à duabus partibus; vnde ſeruata proportione, neceſſe erit, vt electa per compromiſſum poſſit confirmari, quod dùæ partes acquieſcant electioni. Nec obſtat quod *in §. Porro* ſtatuatur, quod confirmetur, ſi minor pars opponat: quia per minorem partem intelligit, quæ non excedit tertiam partem, nam idem ſtatuit in hoc caſu, quod ſtatuerat de electione per ſcrutinium; vt conſtat ex illis verbis, *Vt in forma ſcrutinij ſtatuitur*. Si verò electio ſit facta per ſcrutinium, ſi duæ partes conſenſerint, aut electæ à maiori parte aliæ accedant vſque ad duas partes, electio erit confirmanda, non obſtante aliarum oppoſitione, vt decernitur in dicto cap. *Indemnitatibus*. Iſte autem acceſſus ſolum poteſt fieri vnico contextu, quando aliqua eſt electa à maiori parte. At ſi electio ſit celebrata tantum à maiori parte, ſi nulla monialium opponat, erit confirmanda; at ſtante oppoſitione erit ſuperſedendum, donec ſuper obiectis fiat inquiſitio, & cauſa examinetur: interim tamen electa adminiſtrabit, niſi pars opponens ſit duplo maior, quia tunc erit expectandus euentus. Quando autem adminiſtrabit, non poterit aliquid alienare, nec aliquam ad habitum recipere. Hæc omnia ſtatuuntur in dicto cap. *Indemnitatibus*. Et ita notant Doctores Rodriquez, & Laiman. *citati*. Miranda *de Monial. quæſt.* 7. *ar.* 10. Tamburin. *de iure Abbatiſſ. diſp.* 29. *quæſt.* 2. *num.* 1. *& ſequent.* Pellizar. *de Monial. cap.* 10. *ſect.* 2. *num.* 112.

705 Ex quibus deducitur, quod non obſtantibus oppoſitionibus, quæ fiunt electæ à maiori parte, non poteſt impediri ab adminiſtratione, etiam prætextu alterius electionis ſubſequutæ, quia omnia ſubſequuta contra eius adminiſtrationem attentata ſunt. ex dicto cap. *Indemnitatibus*, §. *ſanè* ver. *Interim*, & cap. *Cum nobis in fine de elect.* ibi *Liberam adminiſtrationem ei tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus, &c.* & notant Lancellot. *de attent. appel. penden. limit.* 5. Rota *in Cæſarauguſtana Abbatiſſatus* 1. *Martij* 1613. & *in Ilerdenſi elect. Prioriſſæ* 2. *Iunij* 1636.

706 Quando tamen confirmatur electio, non obſtantibus oppoſitionibus, remanet liberum opponentibus agere contra confirmatam, per modum accuſationis, aut denunciationis, ad effectum depoſitionis, vt ſtatuitur in dicto cap. *Indemnitatibus*, §. *Verum de elect. in* 6. ibi. *Verum, ſi quæ fuerint Moniales, quæ poſtquam in præmiſſis earibus talis confirmata, & benedicta extiterit, ac poſſeſſionem ſuæ adminiſtrationis fuerit aſſecuta, voluerint in modum denunciationis, vel accuſationis, vt à dignitate deijciatur adepta, proponere aliquid contra ipſam, eis per prædicta proponendi minimè ſit ſublata facultas*. Ex quo textu deducitur, quod cum agatur ad effectum depoſitionis, ea tantum contra confirmatam proponi poſſunt, quæ de iure ſint ſufficientia pro depoſitione; vnde non habebunt locum, quæ poterant obſtare electioni, ſed non ſunt ſufficientia pro depoſitione: nec amplius locum habet exceptio, ſed tantum actio.

707 In caſibus autem, in quibus admittuntur oppoſitiones, ſi contingat appellari, ſeruanda eſt diſpoſitio Gregorij Papæ *in Concilio Lugdunenſi* relata in cap. *Vt circa de elect. in* 6. nam ita decernitur in cap. *Indemnitatibus*, §. *Porro*. Et proinde appellantes per publicum inſtrumentum, ſeu litteras ſuper appellatione confectas debent omnia, & ſingula exprimere, quæ aut contra electionem, aut perſonam electam intendunt obijcere & debent coram perſonis, aut perſona authentica corporaliter iura-

re, quod credunt, eſse vera, quæ intendunt obijcere, & poſse probare; alioquin non audientur, nec poterunt alia ab expreſſis obijcere, niſi forte de nouo emerſerint, aut de nouo venerint in notitiã; & de ignorantia, & ſuperueniente facultate probandi debent fidem facere, per proprium iuramentum corporaliter exhibitum. Per perſonam autem authenticam intelligitur illa, quæ præeſt iuriſdictioni, vt *ibid.* notat Gloſ verbo, *aut perſona*. Iuramentum vero corporale eſt illud, in quo emittendo tanguntur manu, ſacra Euangelia, vt Gloſ. *ibid.* verbo *corporali*.

708 Quando autem examinandæ ſunt oppoſitiones factæ electioni, aut perſonæ electæ, ſtatuitur in dicto cap. *Indemnitatibus, §. verum de elect. in 6.* quod Superior procedat ſine ſtrepitu iudicij, & figura. Vnde inſurgit dubium, quid ſit procedere ſine ſtrepitu, & figura iudicij. Pro cuius ſolutione eſt aduertendum, quod hæc clauſula importat plures huiuſmodi clauſulas ſimul ſumptas, nempe ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ſola facti veritate inſpecta, vt notant Bar. *in Extrauag. ad reprimendam*, verbo *figura*, *num.* 4. & verbo *videbitur*, *num.* 8. *& ſequent.* & addentes verbo *importantia*, alios allegantes. Et proinde tollit ſolemnitates Iuris ciuilis, vt notant Roman. *conſil.* 497. *n.* 9. Dec. *conſil.* 449. *num.* 15. Florian. *conſil.* 15. *num.* 6. *& ſeq.* ver. *interdum verò*. Maranta *de Ordine iudic. par.* 4. *diſt.* 9 *num.* 8. Grauatius *ad Veſtrium in praxi lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 7. Bald. *conſil.* 272. *vol.* 3. Signorol. *conſil.* 15. *num.* 3. Rota *in Romana pecun.* 15. *Octobris* 1601. *coram Millino*. Quæcunque enim introducta ſunt à Iure ciuili, ſeu canonico ſpectant ad ordinandum iudicium, & illi conferendam certam formam, & ideo ſi proceditur ſine figura iudicij, non ſunt ſeruanda, quæ à Iure ciuili, ſeu canonico introducta ſunt, ſed ſufficiet ſeruare, quæ ſunt Iuris naturalis, & gentium, vt habent Laſ. *conſil.* 105. *circa fin. vol.* 1. Roman. *conſil.* 248. *num.* 3. ver. *Tertio dicitur* Alexand. *conſil.* 84. *num.* 13. *vol.* 4. Non tolluntur tamen neceſſariè probationes, vt notant Bart. *in dict. Extrauag. ad reprimen.* verbo *videbitur*, *num.* 12. ver. *quid ſi dicatur*, Dec. *conſil.* 454. *num.* 4. Caualcan. *deciſ.* 20. *num.* 22. *par.* 1. Quia cum veritas inſpicienda ſit, ſunt adhibenda media neceſſaria, vt innoteſcat; probationes autem ſunt neceſſariæ pro habenda notitia veritatis.

709 Cum autem electio det tantum iuriſdictionem, & auctoritatem habitualem, confirmatio vero exercitium, non poterit Abbatiſſa electa ante confirmationem adminiſtrare cap. *noſti*, cap. *qualiter de elect.* & cap. *auaritiæ eod. tit. in 6.* Quia ſi generaliter electus, ante confirmationem non poteſt ſe ingerere, ſed quicquid facit irritum eſt. Excipiuntur tamen aliqui caſus, in quibus ante confirmationem miniſtrare poteſt. Primus eſt: Quando eſt electa tantum à maiori parte, & obijcitur contra electionem, tunc enim interim, dum examinantur obiectiones, adminiſtrare poterit, ex diſpoſitione cap. *Indemnitatibus §. ſi vero de elect.* Secundus, ſi electa ſit per compromiſſum, & maior pars opponat, tunc enim differenda eſt confirmatio, vel infirmatio, & interea miniſtrabit, dummodo opponentes ſint plures duabus partibus. Ita in eodem cap. §. *cæterum*. Tertius, ſi à confirmante tam longe diſtaret, vt ſine graui incommodo adminiſtratio differri non poſſit, nam tunc poterit adminiſtrare, vt notant communiter Doctores ex dictis cap. *noſtis*, & *qualiter*.

710 Quod ſpectat ad benedictionem: Aduertendum eſt, quod citata Clemen. *Attendentes*. §. *ſtatuimus de ſtatu Monachor.* ponit pœnam amiſſionis muneris, & iuris acquiſiti contra negligentes petere benedictionem vltra annum, niſi tamen vlterius differant ex cauſa rationabili, quam probare ad ipſas ſpectabit. Nec ſufficiet, quod petant, ſed neceſſarium eſt quod ſuſcipiant, quia tex. habet, *Munus benedictionis ſuſcipiant*. Hoc tamen non habet locum quo ad omnes Abbatiſſas, ſed tantum quo ad illas, quæ conſueuerunt benedici, vnde non omnes benedicendæ ſunt, ſed attendenda eſt conſuetudo Monaſterij. Et ita notant Nauar. *conſil.* 2. *num.* 1. *de ſtatu Monach.* Miranda *de Monial. quæſt.* 7. *ar.* 7. Azor. *par.* 1. *lib.* 13. *cap.* 10. *quæſt.* 4. Tamburin. *de iure Abbatiſſ. diſp.* 29. *quæſt.* 4. *num.* 2. & communiter cum Gloſ. *in dict. Clement. attendentes*, verbo *ſolitæ*. Et habetur etiam ex ipſo tex. ibi. *In quibus Abbatiſſæ ſunt ſolitæ benedici*.

711 Sed quid ſi conſuetudo fuerit varia, ita vt aliquæ benedictæ fuerint, aliquæ vero non fuerint benedictæ. Reſp. Gloſ. *in dict. Clemen. attendent.* verbo *ſolitæ*, videndum, an conſtet de conſuetudine ſeruata per annos quadraginta; & illam ſequendam eſſe, etiamſi ante illos quadraginta annos, aut etiam poſt ipſos, eſſet aliter ſeruatum. argum. capit. *cum de beneficio, de præbend. in 6.* Si autem non conſtet de hac quadragenaria conſuetudine, ſi non benedicatur, non habebit locum pœna dictæ Clemen. nam varia obſeruantia reddit benedictionem voluntariam. Sed hinc oritur aliud dubium, quomodo hæc quadragenaria obſeruantia ſit accipienda, nimirum, an ita, vt in primo, & vltimo anno huius quadragenæ, aut quando poſt vltimum ſequuta eſt noua electio, omnes Abbatiſſæ fuerint benedictæ: an verò ſolum, quod omnes electæ intra quadraginta annos fuerint benedictæ. Exiſtimo autem, eſſe primo modo accipiendam, alioquin obſeruantia non eſſet quadragenaria: nam ſi incipiat à benedictione alicuius Abbatiſſæ, & ducatur per annos quadraginta, ſi in trigeſimo ſeptimo, aut trigeſimo nono benedicatur alia Abbatiſſa, non eſſet completa quadragenaria obſeruantia, & ideo neceſſe eſt, quod benedicatur, aut in quadrageſimo anno, aut in aliquo alio ſubſequenti, prout continget fieri electionem ita tamen vt omnes electæ intra hos annos benedicantur.

712 An autem Abbatiſſa ſemel benedicta iterum benedici poſſit, videtur dubitare Gloſ. *in Clement. attendentes* verbo *benedici*, *de ſtatu Monach.* dum ait, inquirendum eſſe, quid ſeruet Curia Romana. Communiter tamen docent, non poſſe iterum benedici. Ita Azor. *par.* 1, *lib.* 13, *capit.* 10. *quæſt.* 3. Laiman *de elect. quæſt.* 215. Nauar. *conſil.* 1. *de ſacram. non iteran.* Rodriquez *tom.* 1. *quæſt. Regular. quæſt.* 11. *art.* 3. Miranda *de Monial. q.* 7. *ar.* 7. Barboſa *de poteſt. Epiſcopi allegat.* 27. *num.* 51. Tamburin. *de iure Abbatiſſ. diſp.* 29. *quæſt.* 6. *num.* 1. Quia licet ſit ſimplex benedictio, per quam nulla

tribui-

tribuitur poteſtas, ſicut tribuitur in benedictione Abbatis, nempe poteſtas conferendi ordines minores, adhuc tamen eſt quædam ſanctificatio, qua Abbatiſſa ſuo modo conſecratur. Quod autem eſt ſemel conſecratum remanet ſemper tale; vnde nec benedictio nuptiarum iteratur, cap. 1. & 3. *de ſecundis nuptijs*; nec ſimiliter benedictio ſacrarum veſtium, aut ſacrorum vaſorum.

713 Poſſunt autem Abbatiſſæ benedici quolibet die, vt notat Gloſ. *in dict. Clement. attendentes*, verbo *benedici*, *de ſtatu Monachor.* Quia à iure non eſt præfixum certum tempus, in quo impendi debeat. Et ſicut Eccleſiæ, & altaria conſecrari poſſunt quolibet die. cap. 2. *de conſecrat. Eccleſ. vel altar.* ita etiam benedici Abbatiſſæ. Eſt tamen aduertendum, quod cum benedictio Abbatiſſæ ſit actus lætitiæ, & ſolemnitatis, non debet celebrari in diebus luctus, ex ritu Eccleſiaſtico, quales ſunt illi, in quibus celebratur memoria Paſſionis Domini. Vnde videmus, quod Eccleſia transfert in aliud tempus feſtiuitatem Corporis Chriſti, quia non congruunt inter ſe lætitia, & luctus. Benedicuntur autem Abbatiſſæ in exteriori Eccleſia, adhibitis ijs tantum Monialibus, quæ ſunt neceſſariæ pro miniſterio: ita declarauit S. Congreg. apud Collect. Gallemart. *ad cap. de regular. ſeſſ.* 25. *Concil. Trident.* his verbis. *Conſecratio, & benedictio Monialium fieri poteſt in Eccleſia exteriori, adhibitis ijs Monialibus tantum, quæ erunt neceſſariæ.*

714 Benedictio autem Abbatiſſarum de iure communi ſpectat ad Epiſcopum, vt notat Barboſa *de poteſt. Epiſcopi allegat.* 27. *num.* 51. Quod tamen modo procedit tantum de Abbatiſſis ſubiectis Ordinario; nam exemptæ, & immediatè ſubiectæ Sedi Apoſtolicæ, ſicut confirmandæ ſunt à Summo Pontifice, vel eius Legato, ita etiam benedicendæ, aut ab Apoſtolicæ Sedis delegato. Subiectæ vero Regularibus Abbatibus benedicendæ ſunt ab ipſis, vt tradit Tamburin. *de iure Abbat. tom.* 1. *diſp.* 22. *quæſt.* 8. *num.* 2. Extant enim priuilegia hoc concedentia, quorum primum eſt Innocentij VIII. *ſub die* 9. *April.* 1489. conceſſum Abbati Monaſterij Ciſtertij apud Rodriquez *in Bullar. Conſtit.* 5. *eiuſdem Pontificis* tenoris ſequentis. *Et quia interdum propter munus benedictionis, quod per Epiſcopos Abbatibus dicti Ordinis impenditur, contentiones, ac priuilegiorum Ordinis veſtri læſiones oriuntur ſub eo prætextu, quod Epiſcopi præſid. ex impenſione muneris huiuſmodi prætendunt aliquam poſtmodum in eos, & eorum Monaſteria iuriſdictionem, & ſuperioritatem contra dicti Ordinis veſtri priuilegia habere: tibi, & ſucceſſoribus tuis prædictis dumtaxat, vt munus benedictionis huiuſmodi quibuſcunque dicti Ordinis Abbatibus, & Abbatiſſis impendere, ac Abbatibus, & Abbatiſſis prædictis, vt dictum munus à te, & ſucceſſoribus tuis prædictis recipere libere, ac licitè poſſitis, & poſſint, auctoritate Apoſtolica, & ex certa ſcientia tenore præſentium de ſpecialis dono gratiæ indulgemus.* Et quia finis Pontificis in concedendo hoc priuilegio fuit, vt explicat, ne cogerentur ab Epiſcopis benedictionem ſuſcipere, ex quo orirentur contentiones, & priuilegiorum læſio, oportet quod intelligatur etiam conceſſum, quod poſſit delegare munus benedicendi, quia eſt impoſſibile, quod omnes Abbates, & Abbatiſſæ ab ipſo benedicantur, ob diſtantiam locorum. Quod exprimitur in altero priuilegio conceſſo eidem Abbati à Clemente VIII. *ſub die* 24. *Iulij* 1599. in quo concedit eidem Abbati Generali, vt poſſit deputare Vicarios per Prouincias, ad effectum benedicendi nouos Abbates, & Abbatiſſas. His autem priuilegijs gaudent etiam Abbates Generales aliorum Ordinum, qui habent communicationem priuilegiorum.

715 Munus autem impendendi benedictionem Abbatiſſis, atque adeo etiam Abbatibus, committi poterit ab Abbate Generali non ſolum Abbatibus benedictis, ſed etiam non benedictis, quia hi ex conceſſione Pij V. 17. *Kal. Februar.* 1566. facta Abbatibus Canonicorum Regularium, vt in *priuileg. dicta Relig.* ſe habent in omnibus, ac ſi eſſent benedicti. Tenor priuilegij eſt. *Nec non ſingulis ipſorum Monaſteriorum Abbatibus pro tempore exiſtentibus (tametſi munus benedictionis non ſuſcepiſſent) quod omnibus, & ſingulis priuilegijs, prærogatiuis, immunitatibus, exemptionibus, fauoribus, gratijs, indulgentijs, & indultis, quibus tam Ordinis, & Congregationis prædictorum, quam aliorum Monaſteriorum & Ordinum Abbates in Generalibus, & Prouincialibus Concilijs vtebantur, potiebantur, & gaudebant, ac vti, potiri, & gaudere poterant quomodolibet in futurum, vti, potiri, & gaudere liberè, ac licite poſſint, & valeant, Apoſtolica auctoritate de ſpeciali gratia, &c.* Imo cum hæc benedictio ſit ſimplex benedictio, nec excedat poteſtatem Sacerdotalem, forte committi poterit ſimplici Sacerdoti: præſertim quia Clemen. VIII. in priuilegio, de quo *num. præcedenti*, concedit, quod poſſit Abbas Generalis deputare Vicarios pro hoc munere, nec requirit, quod ſint Abbates.

716 Ex his autem reſolui poteſt alia difficultas, an ſcilicet Generales aliarum religionum fruantur hoc priuilegio benedicendi Abbatiſſas Monialium ſibi ſubiectarum, ſi quas fortè habeant, quæ ſoleant benedici; & deputandi Vicarios pro ipſis benedicendis. Pro cuius ſolutione videndum eſt, quam communicationem priuilegiorum habeant. Si enim habeant in ſpecie communicationem priuilegiorum alicuius Ordinis, cuius Superiores ſint Abbates, qui proinde fruantur dicto priuilegio, & talis communicatio extendatur ad priuilegia, quibus fruatur etiam per communicationem; aut habeat in ſpecie communicata priuilegia Canonicorum Regulariũ; atque huiuſmodi communicatio extendatur etiam ad priuilegia conceſſa Generali vel expreſsè, vel per æquipollens, probabile erit, quod fruantur dicto priuilegio, quia non requirit ex ſui natura dignitatem Abbatialem, ſed tantum Ordinem Sacerdotalem, & proinde, quamuis non ſint Abbates, cum tamen ſint capaces talis facultatis, & communicatio ſit ampliſſima, etiam participabunt. Præſertim quia exercitium huius facultatis non requirit vſum Mitræ, nã etiam plures Abbates non habent vſum Mitræ, nec Abbatiſſis datur Mitra, nec tota illa facultas, quæ datur Abbatibus Mitratis, vt proinde nec in benedicente requiratur vſus Mitræ.

717 Demum circa electionem Abbatiſſarum mouet dubium Pellizar. *de Monial. cap.* 7. *num.* 47. An ſi expleto triennio, Abbatiſſa ex diſpenſatione eliga-

eligatur ad aliud triennium, poſſit rurſus expleto ſecundo triennio de nouo eligi abſque diſpenſatione ad tertium triennium. Et affirmatiuè reſoluit, aſſerens Naldum, Bordonum, & Dianam idem in ſimili ſentire, & alios à ſe conſultos. Mouetur, quia priuilegium, & gratia Principis debet aliquid operari ſupra ius commune; vnde cum Monialis ſpatio nouennij poſſit exercere munus Abbatiſſæ per duplex triennium, ſi non poſſet eligi ad tertium triennium, gratia nihil operaretur. Accedit etiam, quod gratia conuerteretur in odium, contra regulam iuris 61. Sed omnino tenendum eſt, quod non poſſit eligi abſque diſpenſatione ad tertium triennium, Quia gratia, & priuilegium concedit quidem id, quod de iure communi non poteſt habere, nam de iure communi expleto triennio non poteſt rurſus eligi in Abbatiſſam niſi elapſo alio triennio; at non alterat naturam rei conceſſæ: & ideo cum munus Abbatiſſatus de iure requirat, quando eſt expletum, vacationem ab officio, dum conceditur pro tempore, in quo non poſſet conferri, cenſetur conceſſum abſque alteratione ſuæ naturæ, & ideo, cum fuerit expletum, requiret quod ſubſequatur vacatio. Neque ex eo, quod ſemel conceditur, quod vni triennio ſuccedat aliud immediatum, conceditur etiam, quod ſuccedat tertium immediatè ſecundo. Quia cum hæc immediata ſucceſſio ſit à iure prohibita, indiget ſemper diſpenſatione, nec diſpenſatio pro vna vice, poteſt extendi ad aliam, præſertim quia diſpenſatio eſt ſtricti iuris, & proinde non extendenda. Vnde cum expleto ſecundo triennio ſub. intret prohibitio continuandi munus vltra triennium, eſſet neceſſaria noua diſpenſatio tollens hanc prohibitionem. Neque priuilegium ſeu gratia eſt fruſtratoria, ſiquidem operatur, quod poſſit reeligi in Abbatiſſam, & tollit inhabilitatem iuris, quæ expleto primo triennio ſuperuenit; nec vertitur in odium, imo confert fauorem, dum habilitat ad id, ad quod niſi per triennium eſſet habilis.

An præſidens electioni poſſit clauſtra introire, ſi aliàs electio canonicè fieri non poſſet, aut ex alia iuſta cauſa.

Quæſtio IX.

SVMMARIVM.

718 *Præſes electionis poteſt introire clauſtra, ſi aliàs prudenter iudicet, electionem non poſſe canonicè fieri, aut ex aliis iuſtis cauſis.*

719 *Cauſa debet eſſe valde vrgens, cum debeat facere ceſſare diſpoſitionem Concilij in oppoſitum.*

720 *Quid ſi Præſes Regularis, & Epiſcopus præſidens electioni, non conueniant circa neceſſitatem ingrediendi.*

718 Ad 19. Reſp. Vide Nauarr. *in c. Statuimus, 19. q. 3. n. 59.* Fr. Ioan. de la Cruz, *de ſtatu Relig. lib. 1. c. 5. dub. 1. concl. notab. 3, prope finem*; vbi reſoluit hoc limitandum eſſe, niſi Prælati prudenter iudicent non poſſe fieri canonicè dictam electionem, ipſis non intrantibus, ob inquietudinem Monialium, & ſuſpicionem ſubornationis votorum inter ipſas ſubortæ, aut ob alias iuſtas cauſas à Superioribus prudenter arbitrandas; & ibi poſſunt vota recipere.

ADDITIO.

719 Cum Concil. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 7. regular.* diſponat, quod is, qui electioni præeſt Epiſcopus, ſiue alius Superior, clauſtra monaſterij non ingrediatur, ſed ante cancellorum feneſtrellam vota ſingulorum audiat, vel accipiat, non poterit ingredi clauſtra, niſi cauſa ſit valde vrgens; nam debet eſſe ſufficiens, vt faciat ceſſare diſpoſitionem Concilij, & habeat locum epichija, quod talis caſus non comprehendatur ſub lege, & quod legiſlator ita reſpondiſſet, ſi caſum præuidiſſet. Vnde totum hoc erit regulandum ſecundum regulas Epichijæ, quas tradunt Doctores in materia de legibus. Et ideo non ſufficiet quicunque timor ſubornationis, ſed prius debebit Præſes electionis inquirere, an immineat ſubornatio; & ſi non reperiat imminere, non poterit ingredi. Quando autem ingredietur, eos ſolum poterit ſecum introducere, qui neceſſarij ſunt pro illo actu.

720 Sed hinc oritur dubium, Si quando Epiſcopus præſidet electioni ſimul cum Superiore regulari, non conueniant circa neceſſitatem ingrediendi clauſtra. Reſpondetur, Præferendum eſſe iudicium Superioris Regularis; tum quia ipſe melius cognoſcit Moniales tanquam ſuæ curæ ſubiectas, & proinde melius iudicare poteſt de cauſis, quæ exigunt ingreſſum. Tum quia Epiſcopus non poteſt exquirere, ſeu recipere vota Monialium Regularibus ſubiectarum, ſed tantum audire, & vota recipi debent à Superiore Regulari, ex declaratione S. Congregat. Concilij Trident. *die 10. Septem. 1639.* Et ideo Superior Regularis tanquam excepturus vota, debet iudicare circa neceſſitatem ingrediendi.

An

An electa Abbatissa à maiori parte, teneantur opponentes obedire pendente appellatione. Quæst. X.

SVMMARIVM.

721 *Abbatissa electa à maiori parte administrat pendente appellatione opponentium, & ipsæ tenentur obedire.*

Dictio, Penitus *excludit etiam minima.*

722 *An cum consensu Capituli possit alienare, aut recipere aliquam in Monialem pendente appellatione opponentium.*

Prohibita alienatione, non est prohibita venditio prouentuum.

723 *Abbatissa pendente appellatione contra suam electionem, an possit non acceptare legata, & ex quocunque titulo prouenientia.*

Alienatio quos actus importet.

724 *Abbatissa pendente appellatione contra suam electionem, an possit recipere ad professionem nouitiam ingressam ante electionem.*

Dictio Quoquomodo *includit omnes modos etiam dissimiles, & impedit interpretationem restrictiuam.*

Comprehendit omnes casus, qui succedere possunt.

721 Ad 10. Resp. Quòd Abbatissa vt supra electa, interim in temporalibus, & spiritualibus administrabit, & omnes Moniales ei obedire tenentur. Mirand. *in tract. de fac. Monial. q. 7. ar. 10. concl. 3.*

ADDITIO.

722 Quod habet Auctor, disponitur in cap. *Indemnitatibus, de elect. in 6.* & de hoc dictum est fusè in superioribus. Solum hic occurrit dubitare, an sicut per dispositionem dicti cap. *Indemnitatibus*, ita administrat, vt tamen non possit aliquid de bonis Monasterij alienare, nec aliquam in Monialem recipere, censeantur hæc ita prohibita, vt neque cum consensu capituli ea præstare possit. Resp. Neque cum capitulo hæc præstare posse. Vnde quod spectat ad alienationem, non poterit alienare neque cum Capitulo, neque per se solam ea, quæ alias posset, quia tex. habet, *Nil penitus alienet*, quæ dictio, *penitus* etiam minima excludit, vt notat Glos. *in l. Qui aduocatorum, C. de postulan.* & *in l. 2. C. de constit. pecun.* Socin. *sen. consil. 20. num. 6. vol. 4.* Pariſ. *consil. 58. num. 11. lib. 1.* Vnde neque alienare poterit ea, pro quorum alienatione adest assensus Apostolicus: quia cum textus prohibeat omnem alienationem, prohibet etiam licitam, & alias concessam; sed erit etiam necessaria specialis dispensatio super dispositione huius textus. Non per hoc tamen censetur prohibita venditio prouentuum monasterij, quia hi tanquam destinati ad distractionem pro substentatione Monasterij, non censentur prohibiti alienari, dum prohibetur alienatio, quia necessario alienantur, *l. Peto S. Prædium, ff. de legat. 2.* Gama, *decis. Lusit. 199. num 3.* Barbosa *in l. Diuortio, §. Si vir, num. 51. ff. Soluto matrimonio*, Vasquez *cap. 32. Illustr. quæst. num. 13.*

723 An autem possit legata, donationes, & quocunque alio titulo obuenientia Monasterio non acceptare, videtur affirmatiuè resoluendum; quia non censetur prohibita repudiatio, seu non acceptatio ex eo, quod sit prohibita alienatio. Siquidem alienatio supponit dominium in alienante, & importat illos solos actus, per quos dominium transfertur *l. Alienationis, ff. de verbor. significat.* & *l. fin. C. de reb. alien. non alien.* & alias potest Superior non acceptare, vel acceptare, prout iudicabit Monasterio conducere. vt tradunt Nauar. *in Commen. de Regul. num. 3.* Lessius *lib. 2. de iust. & iure capit. 17. dub. 8. n. 62.* Rota *in Tusculana donationis, 19. Ianuarij 1633. coram Motmanno.*

724 Quod vero spectat ad aliam prohibitionem recipiendi aliquam in Monialem, dubitatur, an possit recipere ad professionem nouitiam ante eius electionem ingressam; neque enim id videtur prohiberi, quia cum sit ingressa religionem, videtur iam recepta in Monialem. Sed tenendum est, quod non possit, quia in prohibitione ponitur dictio, *quoquomodo*, quæ includit omnes modos similes, & dissimiles, & impedit interpretationem restrictiuã, per quam dicatur prohibita tantum receptio ad habitum, vt tradunt Glos. *in Clemen. ne Romani*, verbo *quouis modo, de elect.* & *in cap fin.* verbo *quouis modo, de sentent. excommunicat. in 6.* Vulpes *de præpositione & idiuer.* verbo *quouis modo*. Receptio autem ad professionem est vera receptio in Monialem, quia tunc fit propriè Monialis, nam antea erat tantum in via. Quare neque cum Capitulo recipere poterit ad professionem, quia actus prohibetur simpliciter. Et hoc habet locum etiamsi de præsenti variatus esset modus recipiendi ad professionem, ita vt tunc ad solam Abbatissam pertinuerit recipere ad professionem, & modo etiam ad Capitulum. Nam dictio, *quoquo modo*, comprehendit omnes casus, qui succedere possunt, vt notant Aret. *in l. ventre, num. 8. ff. de acquiren. hæred.* Cephal. *consil. 149. n. 15. lib. 1.* Menoch. *consil. 334. n. 18.* Dec. *consil. 2. num. 90. lib. 2.* Tusch. *littera D. concl. 359. num. 4.* Rotæ *decis. 68. num. 3. par. 1. recentior.* & *decis. 106. num. 1. par. 1. diuers.*

Digitized by Google

An Epiſcopus punire poſſit Regulares, ſi non nuncient ipſi diem electionis Abbatiſſæ, aut deueniant ad electionem ante diem nunciatum. Quæſt. XI.

SVMMARIVM.

725 *Regulares teneatur nunciare Epiſcopo diem electionis Abbatiſſæ.*

Puniri poſſunt, ſi ante diem nunciatum deueniant ad electionem.

726 *Regulares non tenentur denunciare diem electionis Abbatiſſæ Prælatis habentibus iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem.*

727 *Sede vacante an teneantur nunciare Vicario Capitulari.*

Vicarius Capitularis non ſuccedit in ea, quæ Epiſcopo conueniunt ex delegatione.

Literæ in forma dignum non diriguntur Vicario Capitulari.

728 *Exiſtente Epiſcopo extra diœceſim, an Vicario nunciandus dies electionis Abbatiſſæ.*

Quæ conueniunt Epiſcopo ex delegatione, non conueniunt eius Vicario.

725 Ad 11. Reſp. Sacra Congreg. Concilij Trident. Interpretum reſpondit. *Regulares ex eadem Conſtitutione ita demum teneri Epiſcopo ſignificare diem electionis Abbatiſſæ, eumque vſque ad præfinitum tempus expectare, ſi antea ipſe expreſſe declarauerit ſe vti velle facultate ſibi hac parte attributa, Abbatiſſarumque electionibus per ſe, vel per alium intereſſe, ac præſidere. Poſt eam vero declarationem licere Epiſcopo animaduertere in Regulares, qui ante tempus ſignificatum, aut die electionis eidem non prænunciata, ad Abbatiſſæ electionem procedunt.* Iſta declaratio de verbo ad verbum vt ſupra ſcripta, reperitur *in quarta parte, Bullarij* poſt declarationes dubiorum Conſtitutionis fel. rec. Greg. XV. fol. 102.

ADDITIO.

726 Circa hanc declarationem S. Congregationis, & Decretum Conſtitutionis declaratum, primo eſt aduertendum; Non teneri Regulares ſignificare diem electionis Abbatiſſæ Prælatis habentibus iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, quò ad illa Monaſteria, quæ ſunt in eorumdem territorio. Quia facultas, quæ per Conſtitutionem, *Inſcrutabili*, Gregorij XV. *de exemptorum priuilegijs*, tribuitur Epiſcopis, quoad regulares exemptos non competit talibus Prælatis, vt reſpondit S. Congregatio *ad dub.* 4. ipſi propoſitum ſuper *eadem Conſtit.*

727 Secundo. An Sede vacante teneantur Regulares notificare Vicario Capitulari electionem Abbatiſſæ faciendam? negatiuè reſoluendum eſt. Quia Vicarius Capitularis non ſuccedit in iura Epiſcopi, quæ ipſi competunt ex delegatione, & ex priuilegio Summi Pontificis, vt tradunt Innocent. *in cap. dilecti de donat.* Abbas *in cap. cum olim, n.* 3. *de maior. & obedient.* Felin. *ibid.* & *eod. num. in fine* Pariſ. *lib.* 7. *de reſignat. quæſt.* 10. *n.* 24. & loquendo de viſitatione Monialium exemptarum, dixit Rota *in Brugenſi iuris viſitandi* 1. *Iulij* 1596. *coram Orano.* Et deducitur etiam ex declaratione S. Congregationis, de qua *num. præcedenti*; cum enim facultas, quæ in dicta Conſtitutione Gregorij XV. *de exemptorum priuilegijs* tribuitur Epiſcopis quo ad regulares exemptos, non tribuatur Ordinarijs inferioribus habentibus territorium, & iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, cenſetur contemplata dignitas Epiſcopalis, & conceſſa facultas intuitu ipſius, atq; adeo Epiſcopis priuatiuè quo ad alios, etiam quo ad Vicarium Capituli Sede vacante, vnde neque etiam plura alia, quæ conueniunt Epiſcopo, conueniunt Vicario Capitulari; Sic literæ in forma Dignum ex praxi Curiæ, & Cancellariæ non diriguntur ipſi, ſed Epiſcopo viciniori, vt teſtatur Garzias *par.* 6. *de benefic. cap.* 2. *num.* 45. & S. Congregatio *die* 2. *Auguſti* 1631. cenſuit, non poſſe exequi commiſſiones Apoſtolicas iam directas Epiſcopo intuitu officij, & ſub nomine dignitatis.

728 Tertio. An exiſtente Epiſcopo extra diœceſim, ſit eius Vicario notificanda electio Abbatiſſæ, vt poſſit interuenire, ſi velit? ſimiliter negandum exiſtimo. Tum quia ius interueniendi huiuſmodi electioni eſt conceſſum intuitu dignitatis, vt propterea non ſit conceſſum inferioribus Prælatis; tum quia cum ſit ius exercendum circa perſonas exemptas, conuenit ipſi non tanquam Ordinario, ſed ex ſpeciali conceſſione, & tanquam delegato Sedis Apoſtolicæ. Quæ autem conueniunt Epiſcopo ex delegatione, & ſpeciali conceſſione, non conueniunt eius Vicario, vt tradunt Abbas *in capit. Quoniam de offic. deleg. num.* 15. Dec. *ibid.* Port. *conſil.* 99 *num.* 45. Anton. de Pretis *de iuriſdict. Epiſcopi c.* 6. *num.* 46. Federic. de Senis *conſil.* 130. *in fine.* Cuch. *Inſtit. canonic. tit. de Vicar. Epiſ. num.* 67. Sbroz. *de offic. Vicar. lib.* 2. *quæſt.* 57. *num.* 7. Roland. *conſil.* 39. *num.* 8. Merlin. *deciſ.* 693. *num.* 5. & quo ad translationem beneficiorum hoc fuiſſe declratũ à S. Congregat. refert Ric. *deciſ.* 79. *num.* 14. *par.* 4. Quia tamen ſacra Congregat. *in Auenionenſi* 13. *Decemb.* 1639. Declarauit notificandam eſſe electionem Abbatiſſæ etiam Vicario, ipſi ſtandum erit, ſi declaratio ſit vniuerſalis.

An Bulla Gregorij XIII. de Abbatiſsis comprehendat alias Officiales Monaſterij. Quæſt. XII.

SVMMARIVM.

729 *Bulla Gregorij XIII. de Abbatiſſis non comprehendit officiales Monaſterij.*
730 *Sunt ad beneplacitum Abbatiſſæ.*
730 *Quando non poſſint remoueri.*

729 Ad 12. Reſp. Quod nec Concilium Tridentinum, nec Conſtitutio fel. rec. Gregorij XIII. nihil omnino de his diſponunt; ſed ſacra Congreg. *num.* 24. ſic cenſuit, *Moniales, quæ à capitulo ſui Monaſterij electæ ſunt in Officiales, vt bona illius Monaſterij adminiſtrent, poſſunt in huiuſmodi officio perſeuerare, quandiu ſuperioribus Monaſterij viſum fuerit;* & ſic videtur primò non currere triennium officialibus iſtis, nec confirmatio ſuperioris eſt neceſſaria, nec circumſtantiæ aliquæ; de quibus ſupra, ſed in quibuſdam locis fiunt iſtæ officiales poſt gradum profeſſionis.

ADDITIO.

730 Auctorem ſequutus eſt etiam Tamburin. *de iure Abbatiſſ. diſp.* 3. *quæſt.* 4. Et ratio eſt, quia officia Monaſterij ſunt manualia, & ideo officiales ſunt amouibiles ad nutum Superiorum, præſertim ſtante voto obedientiæ, ratione cuius omne ius ſubditorum, quod à religione recipiunt, ſubditur voluntati Superiorum; præſertim, quia hæc officia non conferuntur per electionem, neque ad certum tempus. Quod locum habet, etiamſi hæc officia conferri ſolerent capitulariter, quia tunc conſenſus capituli non dat ſpeciale ius, ſed ſolum adhibetur, vt officiales ſint gratæ Monaſterio, & ad illius complacentiam. Eſt tamen aduertendum, quod ſi remotio alicuius ab officio, quod adminiſtrat, generaret ipſi aliquam ſiniſtram opinionem apud Moniales, aut alios, non poſſet Superioriſſa eam remouere, quia ratione charitatis tenetur habere curam bonæ opinionis ſuarum ſubditarum, imo etiam ratione officij; & proinde in tali caſu deberet ſuperſedere, aut ita res dirigere, vt poſſet remoueri ſine damno bonæ opinionis ipſius.

An Abbatiſſa temporalis ſit benedicenda. Quæſt. XIII.

SVMMARIVM.

731 *Abbatiſſa temporalis non eſt benedicenda.*
732 *Concedente Summo Pontifice poſſent benedici.*

731 Ad 13. Reſp. Abbatiſſa temporalis non eſt iure benedicenda, niſi ſacroſancta Sedes Apoſtolica aliud ſtatuat expreſſe, vel ſeruet contrarium. Nauar. *conſ.* 4. *de Regul. li.* 3. *fol.* 574 *in antiquis, & conſ.* 2. *de ſtatu Monach. in nouis.*

ADDITIO.

732 Quod Abbatiſſæ triennales non ſint benedicendæ, & quæcunque aliæ temporales, tradunt Cardin. Imola, Bonifac. *in Clement. Attendentes, §. ſtatuimus, de ſtatu monach.* Tamburin. *de iure Abbatiſſ. diſp.* 29. *quæſt.* 4. *num.* 2. Quaranta *in ſum. Bul.* ver. *Abbatiſſa in fine*, vbi notat, quod concedente Summo Pontifice poſſent etiam temporales benedici.

An Abbatiſſa ſit capax poteſtatis ſpiritualis, vbi plura circa materiam. Quæſt. XIV.

SVMMARIVM.

733 *Abbatiſſa non eſt capax poteſtatis ſpiritualis. An ſit capax ratione Monaſterij, cui præeſt.*
734 *Doctores aſſerentes non eſſe capacem poteſtatis ſpiritualis.*
735 *Vnde proueniat in mulieribus incapacitas iuriſdictionis ſpiritualis.*
736 *An ſit fœmina capax iuriſdictionis ſpiritualis delegata.*
737 *Communis ſententia, quod non poſſit fœminæ delegari poteſtas ſpiritualis.*
738 *Mulieri non permittitur docere, dominari, &c. ſed eſſe ſub ſilentio.*
739 *Mulier poteſt ex commiſſione miniſterialiter exequi actus iuriſdictionis.*

Abba-

740 *Abbatiſſa quomodo poſſit inſtituere, beneficia, Capellanias, &c. conferre.*
741 *Quomodo poſsit priuare beneficijs.*
742 *Abbatiſſæ inſtitutio in quo conſiſtat.*
743 *Abbatiſſa an poſsit ſuas Moniales benedicere.*
744 *Abbatiſſa non poteſt concionari.*
745 *An poſsit in hoc diſpenſari.*
746 *Abbatiſſa non poteſt declarare Euangelia, neq; ſuper ijs verba facere.*
Poteſt habere ad Moniales ſermones hortatorios.
747 *Abbatiſſa non poteſt diſpenſare, aut commutare vota.*
748 *Vota Monialium ſubditarum Regularibus ab ipſis commutari, & diſpenſari poſſunt.*
749 *Abbatiſſa non poteſt diſpenſare ieiunia, abſtinentiam à carnibus &c. ſed ſolum ex commiſſione Prælati.*
750 *Priuilegium Pauli III. quomodo accipiendum.*
751 *Abbatiſſa poteſt irritare vota ſubditarum.*
752 *Etiamſi ſint de materia, quæ concernit Regulam.*
753 *Quid de voto tranſeundi ad ſtrictiorem religionem.*
754 *Votum ſtrictioris religionis an commutari poſſit etiam ab ipſa vouente in votum laxioris cum perſeuerantia.*
755 *Abbatiſſa an poſsit irritare vota emiſſa cum ipſius conſenſu.*
756 *Diſcrimen inter votum religioſi, & promiſſionem hominis factam cum Superioris conſenſu.*
757 *Superior regularis irritans vota ſubditi, in quæ conſenſit, ſine cauſa, peccat.*
758 *Peccatum eſt mortale.*
759 *Subditus poteſt petere irritationem voti, quando ſuperior poteſt ſine peccato irritare.*
760 *Abbatiſſa an poſsit irritare vota nouitiarum, & quæ.*
Poteſt ſuſpendere exequutionem.

733 Ad 14. Reſp. Conuenire inter omnes Theologos, *in 4. diſt. 19. & diſt. 25.* & Canonici Iuris Interpretes *in cap. dilecta, de maior. & obed.* non eſſe capacem poteſtatis, quę dicitur Ordinis: an tamen capax ſit illius, quæ dicitur poteſtas ſpiritualis iuriſdictionis, dubię eſt quæſtionis. Sanctus Thom. *in 4. diſt. 19. quæſt. 1. art. 1. quæſt. 3. ad 4.* & *diſt. 25. quæſt. 2. art. 1. ad 2.* Paludanus *in 4. diſt. 19. quæſt. 2. art. 1.* Sylueſt. in verbo, *Abbatiſſa, num. 1.* Sot. *in 4. diſt. 20. quæſt. 1. art. 4.* & multi alij Theologi, negant eam eſſe capacem ſpiritualis iuriſdictionis ordinariæ, ſed tantùm commiſſæ, delegatæ Romani Pontificis auctoritate. Panormitanus tamen *in c. dilecta, citato*, & cæteri Iuriſconſulti cum Gloſſa *ibidem*, videntur innuere illam eſſe capacem iuriſdictionis etiam ordinariæ, non ſolùm delegatæ, & demandatæ: id colligunt *ex cap. dilecta, de maior. & obed.* vbi dicitur de Abbatiſſa quadam, Clericos ſibi ſubiectos à Beneficio, & Officio ſuſpendiſſe: nam certè quod quis ratione dignitatis muneriſve publici, quo fungitur, facit; id ordinaria auctoritate, non commiſſa, facit. Dicunt inſuper Gloſſa, & Abbas *in illo cap. dilecta, citato*, poſſe iure Abbatiſſam Eccleſias, & Beneficia ſuo Monaſterio ſubiecta conferre. Vera eſſe hæc ſententia videtur: nam ſicut fœmina, ratione dignitatis, vel muneris capax eſt ciuilis iuriſdictionis, poteſt enim eſſe Regina, Duciſſa, vel Comitiſſa, vt vulgò dicitur; ſic etiam Abbatiſſa ratione publici muneris, & officij, ius habet aliquando inſtituendi Clericos in Eccleſijs ſuo Monaſterio ſubiectis, & beneficia conferendi, vt colligitur ex cap. *dilecta, citato*: ſed hoc non negant S. Thomas, Paludanus, & alij Theologi, quando hæc iuriſdictio conuenit Præfectæ Monialium ratione Monaſterij, cui præeſt.

ADDITIO.

734 Præter Doctores ab Auctore allatos eamdem concluſionem tradunt Tabiena verbo *Abbatiſſa, num. 5.* Armilla, *num. 2.* Durand. *in 4. diſt. 19. quæſt. 1. ad vlt.* Turrecrem. *in cap. verbum Dei. ar. 2 num. 10.* Henriquez *lib. 14. cap. 8. num. 6.* Ledeſma *in ſum. tract. de clauib. difficul. 4. dub. vlt.* Leſſius *lib. 2. de iuſt. & iure cap. 40. dub. 13. numer. 107.* Sanchez *lib. 6. ſum. cap. 1. num. 17.* Valent. *tom. 4. diſp. 9. quæſt. 4. punct. 1. in fine.* Azor. *par. 3. li. 11. cap. 19. quæſt. 18.* Miranda *de Monial. quæſt. 6. ar. 5. concluſ. 6.* Suarez *diſp. 2. de cenſur. ſect. 2. numer. 5.* Sayr. *lib. 6. theſauri, cap. 11. num. 94.* Angles *in Florib. quæſt. de clauib. ar. 1. difficul. 9.* Bartholom. à S. Fauſto *lib. 6. theſauri relig. quæſt. 92.* Coninch. *de cenſuris diſp. 40. dub. 10. num. 94.* Lezana *tom. 1. quæſt. Regular. cap. 26. num. 8.* Tamburin. *de iure Abbatiſſ. diſp. 32. quæſt. 9. num. 1.* Bonac. *diſp. 8. de ſacrament. quæſt. vnic. punct. 5. num. 5.* Pellizar. *de Monial. cap. 10. ſect. 2. num. 117.* & Canoniſtæ in *cap. dilecta, de maior. & obedien.* cæterique Doctores communiter.

735 Incapacitas autem mulierum quò ad iuriſdictionem ſpiritualem radicatur in incapacitate ordinis. Ex hac enim oritur incapacitas poteſtatis clauium, quia hæc fundatur in ordine; & ex incapacitate poteſtatis clauium oritur incapacitas poteſtatis ſpiritualis, nam hæc conſequitur ex poteſtate clauium, quia licet ab ipſa ſit, ſeparabilis quo ad aliquos caſus, originatur tamen ab ipſa.

736 Verum licet ſit incapax iuriſdictionis ordinariæ ſpiritualis, aliqui tamen volunt eſſe capacem iuriſdictionis ſpiritualis delegatæ. Ita præſertim Salas *de legib. diſp. 8. ſect. 19. num. 94.* Bonac. *diſp. 1 de legib. quæſt. 1. punct. 3. num. 35.* Palaus *par. 1. oper. moral. tract. 3. diſp. 1. punct. 23.* Tamburin. *de iure Abbatiſſ. diſp. 32. quæſt. 4.* & alij, qui tenent, poſſe fœminæ delegari poteſtatem ferendi cenſuras.

Verum

737 Verum communis ſententia tenet, non poſſe delegari, Ita Sotus *in 4. diſt. 25. quæſt. 1. ar. 2.* Victoria *relect. de poteſt. Eccleſ. par. 2. num. 3.* Abbas *in cap. Dilecta, de maiorit. & obedient.* Rodriquez *tom. 2. quæſt. 107. ar. 2.* Suarez *de legib. diſp. 9. ſect. 1.* Quod quidem tenendum exiſtimo, quia iuriſdictio quoque delegata requirit capacitatem in ſubiecto. vnde cum fœmina ſit incapax, neque etiam erit capax iuriſdictionis delegatæ. Sic quia incapax Ordinis, neque ex delegatione poteſt habere poteſtatem Ordinis.

738 Et quamuis ex delegatione exerceret iuriſdictionem, poſſet illam exercere in viros, poſſet auctoritatiue docere, & alios huiuſmodi actus exercere contra illud Apoſtoli 1. ad Timoth. 2. *Mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubiectione. Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum, ſed eſſe ſub ſilentio.* Vnde talis delegatio eſſet contra Ordinem, cum quo eſt inſtituta Eccleſia. Et proinde Innocent. III. in cap. *Nouam de pœnit. & remiſſ.* ex incapacitate clauium arguit incapacitatem iuriſdictionis.

739 Poterit tamen ex commiſſione exercere miniſterialiter actus iuriſdictionis, & exequi tanquam procuratrix, quæ ſunt iuriſdictionis, vt notat Gloſ. *in dict. cap. Nouam de pœnit. & remiſſ.* & habetur ex cap. *Dilecta, de exceſſib. prælat.* Et hoc tantum prob. tex. ex cap. *Dilecta, de maior. & obedient.* & *cap. Dilecta de conſtit. vtili, vel inut.* & ſi qui alij ſunt; nam actus illi, qui in his textib. tribuuntur Abbatiſſis, ſunt merè miniſteriales; quod etiam contingit in inſtitutione, quia cum iuriſdictio inſtituendi ſit annexa Eccleſiæ, pertinet ad Abbatiſſam tanquam ad procuratricem Eccleſiæ exequi miniſteriali modo actus iuriſdictionis, qui conueniunt Eccleſiæ.

740 Ex quibus deducitur, quomodo poſſit inſtituere beneficia, Capellanias &c. conferre, vt deducitur ex cap. *Dilecta de maior. & obedient.* & docent Felin. *ibid. num.* 1. Gonzalez *ad Reg.* 8. *Cancellar. gloſ.* 22. *num.* 12. Flores de Mena *quæſt.* 10. *Variar. num.* 4. *lib.* 1. Boer. *deciſ.* 32. *num.* 10. Hoc enim præſtat ſolum quo ad titulum, & poſſeſſionem, non autem quo ad poteſtatem, quam habet beneficiarius quo ad iuriſdictionem fori externi, nam hanc accipit ab eo, qui admittit, & auctorizat collationem, & inſtitutionem, vt notant Miranda *de Monial. q. 6. ar. 5. concluſ* 1. Rodriquez *tom. 1. quæſt. Regul. q. 17. ar. 12.* Tamburin. *de iure Abbatiſſ. diſp. 33. quæſt. 12. numer.* 1. Pellizar. *de Monial. capit. 10. ſect. 2. num.* 131.

741 Et eodem modo poterit etiam priuare beneficijs, auferendo quod dedit, ſcilicet poſſeſſionem, & titulum; nam ad hanc ablationem cenſetur Summus Pontifex auferre ius ſpirituale; quia ſicut confertur dependenter à deſignatione Abbatiſſæ, & collatione tituli, & poſſeſſionis, ita etiam cenſetur conſeruari iuriſdictio à Summo Pontifice dependenter ab ijſdem, quibus ſublatis reliqua caduca fiunt.

742 Quare tota iſta inſtitutio, & collatio in nominatione conſiſtit iuxta cap. 1. *de Capel. Monach.* & vt tradunt Felin. *in cap. cum venerabilis, num. 36. de exſept.* Rota *deciſ.* 21. *de Præbend. in Antiquior. & coram Durano deciſ. 74. num.* 3. Vbi cum ijs, quod, quando cura animarum eſt annexa Eccleſiæ Monialium, ſpectat quidem ad ipſas Moniales, ſed per alios exercendas; quia ratione poſſeſſionis Eccleſiæ habent ſolum id, cuius ſunt capaces; & ideo cum non ſint capaces exercendi curam animarum, ſiquidem nec ſunt capaces Ordinis, nec ſpiritualis iuriſdictionis, acquirunt tantùm ius ad deſignandum Curatum, per quem exerceatur, conferente Epiſcopo ſpiritualem iuriſdictionem.

743 Ex hoc porrò, quod Abbatiſſa non habeat ſpiritualem iuriſdictionem, ſequitur, quod licet tanquam mater familias poſſit ſuas moniales benedicere quadam benedictione deprecatiua, non tamen poſſit benedicere Eccleſiaſtica benedictione, & ſolemni, recitando orationes deſtinatas ad benedicendum, ſi quidem facultas benedicendi fundatur in poteſtate Clauium, iuxta ea, quæ notant Syluester verbo *Abbatiſſa 3. num.* 8. Miranda *de Monial. quæſt. 6. ar. 5. concluſ. 2.* Tamburin. *de iure Abbatiſſ. diſp. 32. quæſt.* 11. Pellizar. *de Monial. c.* 10. *ſect. 2. num.* 139.

744 Ex eodem capite prouenit, quod Abbatiſſa non poſſit in Eccleſia docere, atque adeo, nec concionari, vt notant communiter Doctores, Abbas *in cap. Decernimus de iudicijs.* Miranda *de Monial. quæſt. 6. ar. 5. concluſ. 2.* Tamburin. *de iure Abbatiſſ. diſp. 32. quæſt.* 10. Pellizar. *de Monial. cap.* 10. *ſect. 2. num.* 139. Hoc enim eſt vniuerſaliter prohibitum mulieribus, 1. ad Timoth. 2 *Docere autem mulieri nõ permitto, neque dominari in virum, ſed eſſe ſub ſilentio.* & 1. ad Corinth. 14. *Mulieres in Eccleſia taceant, non enim permittitur eas loqui, ſed ſubditas eſſe, ſicut lex dicit: ſi quid autem volunt diſcere, domi viros ſuos interrogent, turpe eſt enim mulieri loqui in Eccleſia.* Et hoc eſt præceptum diuinum, nam ſubdit Apoſtolus: *Cognoſcant, quæ ſcribo, quoniam Domini ſunt mandata.*

745 Et quamuis aliqui putent, quod poſſint docere, & concionari ex diſpenſatione Summi Pontificis, vt Salmeron *diſp. 32. in citat. locum Epiſt. ad Corinth.* Tamburin. *citat.* Attamen cum Apoſtolus dicat, quod turpe ſit mulieri, atque adeo hæc turpitudo oriatur ex coniunctione exercitij docendi, & loquendi in Eccleſia, cum tali ſexu, non poteſt per diſpenſationem concedere, quod eſt turpe. Solum, ſi quando contingat, quod aliqua mulier ſit diuinitus erudita, & conſtet, quod Deus eam elegerit, vt inſtrumentum ad docendos, & monendos homines, qualis fuit D. Catarina Senenſis, poterit permitti, quia tunc ſubintrat declaratio, quod in tali caſu ius diuinum non obliget.

746 Hinc non poterit Abbatiſſa declarare euangelia, neque ſuper ijs verba facere, neque inſtruere Moniales ſuper caſibus conſcientiæ, quia hoc eſſet docere in Eccleſia. Vnde ſolum poterit, vt notant ijdem Doctores, habere ſermones hortatorios ad Moniales, etiam in Capitulo, ita tamen, vt non vtatur teſtimonijs Sacræ Scripturæ, quia tunc non purè hortaretur, ſed inſtrueret, & doceret. Hinc ſi in hoc contraueniret, niſi paruitas materiæ excuſaret, peccaret mortaliter, quia in re graui faceret contra præceptum diuinum. Paruitas autem materiæ non eſt attendenda quo ad numerum, quia ſe-

Digitized by Google

mel ſufficeret ad peccatum mortale, vſurpare ſibi munus prohibitum; ſed quò ad quantitatem ſermonis, & modum, vt ſi ex profeſſo doceret.

747 Ex eadem quoque radice ſequitur, quod non poſſit Abbatiſſa diſpenſare, aut commutare vota ſuarum ſubditatum tanquam carens ſpirituali iuriſdictione, quæ neceſſaria eſt pro commutatione, aut diſpenſatione votorum, vt tradunt communiter Doctores, Leſſius *lib.2.de iuſt. & iure c.40. dub.18.* Sotus *in 4. diſt.20. quæſt.1. ar.4.* Rodriquez *tom.1. quæſt. Regular. quæſt.25.ar.7.* Fauſtus *lib.3. Theſauri religioſ. quæſt.24.* Sanchez *lib.4. ſum.cap. 39.n.7.* Lezana *tom.1. ſum.cap.26. num. 15.* Tamburin. *de iure Abbatiſſ. diſp. 32. quæſt. 7.* Pellizar. *de Monial. cap.10. ſect.2. num. 134.* Poterunt tamen diſpenſari, aut commutari ab eorumdem Prælatis, dummodo non ſint reſeruata.

748 Et proinde vota Monialium ſubditarum Regularibus commutari poterunt, aut diſpenſari, vt tradunt Richar. *in 4. diſt. 38. ar.9. quæſt. 1.* Palat. *diſp.3. §. Videtur autem,* ver. *In alijs autem,* Sotus *lib.7. de iuſt. & iure, quæſt.4.ar.5.* Sylueſter verbo *Votum 4. quæſt.3* Angelus *num.6.* Nauar. *cap.12 Manual. num. 75.* Leſſius *lib.2. de iuſt. & iure cap.4. dub.13.num.107.* Sayr. *lib.6. Clau. Reg. cap. 1. n. 88.* Sanchez *lib.4. ſum. cap.39. num.3.* Suarez *tom. 2. de relig. lib.6. de voto, cap.10. num. 14.* Quia tanquam eorum Prælati ordinarij habent totam illam facultatem in ſuos ſubditos, quam habent Epſcopi in proprios ſubditos, vt declarauit Pius Quintus *ſub die 21. Iulij 1571.* in ſua *Conſtit. 132. in Bullar.* alioquin exempti eſſent deterioris conditionis, nam tenerentur recurrere ad Pontificem in ijs, in quibus pro non exemptis ſufficeret Prælatus ordinarius.

749 Similiter ſequitur ex eo, quod non habeat Abbatiſſa ſpiritualem iuriſdictionem, quod non poſſit ſuas ſubditas diſpenſare quo ad edendas carnes, ſeu lacticinia, quo ad ieiunia, etiam ea, quæ non ſunt ex præcepto Eccleſiæ, ſed ſolum ex regula, cæteraſque regulares obſeruantias, vt docent Henriquez *lib. 6. ſum. cap. 2. num.3.* Sanchez *lib. 6. ſum. cap.1. num. 24.* Fauſtus *lib. 6. Theſauri Relig. q. 44.* Portel. *in dub. Regular.* verbo *Abbatiſſa n. 3.* Tamburin. *de iure Abbatiſſ. diſp.32. quæſt. 8.* Pellizar. *de Monial. cap.10. ſect. 2. num.133.* Verùm licet defectu ſpiritualis poteſtatis non poſſit diſpenſare auctoritatiuo modo, poterit tamen ex commiſſione ſui Prælati, vt notant etiam Lezana *tom.1. quæſt. regular. cap. 26. num. 16.* Pellizar. Tamburin. & alij ex citatis, quia tunc cenſetur diſpenſare ipſe Prælatus, & Abbatiſſa ſolum exequi diſpenſationem, nec vti aliqua ſpirituali iuriſdictione. Rurſus poterit etiam declarare, quod ieiunium, ſeu aliud præceptum, hic & nunc ceſſet obligare.

750 Ex quibus conſtat, quomodo ſit accipiendum priuilegium Pauli III. In quo concedit Abbatiſſæ Monialium S. Claræ de Obſeruantia, vt circa ieiunium Regulæ diſpenſare poſſit cum ſuis Monialibus, quando viderit non poſſe commodè ieiunare; vel ob debilitatem, vel ob aliam legitimam cauſam. Neque enim ipſi tribuit iuriſdictionem, ſed ſolum concedit facultatem cognoſcendi cauſam, quæ ſufficiat pro diſpenſatione, & eam declarare, qua declarata vt ſufficienti, ſubintrat diſpenſatio facta à Summo Pontifice.

751 Verum licet Abbatiſſa non poſſit vota commutare, aut diſpenſare, poteſt tamen irritare. In quo etiam communiter conueniunt Doctores Sotus *lib. 7. de Iuſt. & iure, quæſt.5. ar.1.* Ledeſma *tom.2. ſum. tract.10. cap.7.* Rodriquez *tom.1 q.Regular. quæſt.25. ar. 7.* Vaſquez 1. 2. *diſp. 175. c.4. num.26.* Sayr. *lib.6.Clau. reg.cap.10. num.7.* Leſſius *lib.2. de iuſt. & iure, cap. 40. dub. 13. num. 75.* Viuald. *par.3. Candelab. cap.14. num.98.* Angles *in Florib. quæſt.de voto, ar.7. difficul.7.* Suarez *tom.2. de relig.lib.6. de voto, cap.7. in fine.* Lezana *tom.1. quæſt. Regular. cap.26. num. 15.* Tamburin. *de iure Abbatiſſ. diſp. 32. quæſt. 6. num. 1.* Pellizar. *de Monial.cap.10. ſect. 2. num.135.* Ratio eſt, quia Abbatiſſa habet poteſtatem dominatiuam ſupra Moniales ſibi ſubditas, quæ maior eſt, quàm ſit parentum ſupra filos, aut mariti ſupra vxorem, quia ſubduntur ratione voti obedientiæ, quod operatur, vt ipſarum voluntas ſit tranſlata in voluntarem Abbatiſſæ: & ideo ſi parentes poſſunt ratione poteſtatis dominatiuæ irritare vota filiorum, mariti vxorum, à fortiori poterit Abbatiſſa irritare vota Monialium.

752 Et hoc nedum habet locũ quò ad vota, quæ verſantur circa materiam ſuperogationis; ſed etiam quo ad vota de materia, quæ concernit regulam, vt notant Sylueſter verbo *Votum 2. n.3.* Sotus *lib.7. de iuſt. & iure q.3.ar.1.* Nauar. *cap. 12. Manual. n. 65.* Leſſius *lib.2.de iuſt. & iure cap.40. dub. 13.num.75.* Tamburin. *de iure Abbatiſſ. diſp.32. quæſt. 6.num.3.* Pellizar. *de Monial. cap.10. ſect.2. num. 135.* Quia etiam in ijs, quæ concernunt regulam, voluntas ſubditi ſubordinatur voluntati Superioris, & ab illa dependet; vnde etiam votum emiſſum circa ea, quæ conncernunt regulam, cenſetur emiſſum cum dependentia à voluntate Superioris, & ideo eſt ſub eius poteſtate dominatiua, atque adeo irritabilis.

753 Excipiunt aliqui votum tranſeundi ad ſtrictiorem religionem. Ita Leſſius *cit. lib.2.de iuſt. & iure cap.40. dub.13. num.75.* ver. *Excipitur tamen.* Tamburin. Pellizar. & alij ex citatis *num. præced.* Quia etiam inuito Superiore poteſt exequutioni mandari, vnde eſt in arbitrio ipſius. Quæ tamen ratio non vrget; nam etiam poteſt abſtinere, imo & debet à tali, vel tali peccato; & tamen ſi voueat abſtinere, poteſt votum irritari. Secundo, quia neque ratione materiæ hoc votum ſubeſt arbitrio Prælati, neque ratione perſonæ, quia perſona ratione exequutionis deſinit eſſe ſubdita. Verum licet per exequutionem voti extrahatur à ſubiectione, dum tamen emittit, eſt ſubdita, & perſeuerat in ſubiectione toto tempore præcedente exequutionem, & ideo tunc ratione voluntatis ſubeſt arbitrio Superioris; nec eſt abſurdum, quod tale votum ſit in arbitrio Superioris, quia licet exequutio habeat extrahere à ſubiectione; dum tamen durat ſubiectio, non eſt abſurdum, quod vota ſint ſub arbitrio Superioris. Itaque cum duret tota illa ſubiectio, quam habet religioſus ex natura religionis, etiamſi vouerit tranſitum ad ſtrictiorem, quia hoc votum ante exequutionem non immutat ſubiectionem, erit votum voluntatis dependentis, & ſubordinatæ; & proinde videtur

detur esse sub potestate dominativa Superioris.

754 Circa autem hoc votum strictioris religionis aduertit Sanchez *lib. 4. sum. cap. 16. num. 18.* cum D. Antonino, Syluestro, & Paludano, & sequitur Pellizar. *de monial. cap. 10. sect. 2. num. 135.* verbo *Vnum hic*, quod commutari potest, etiam ab ipso qui vouit, in votum laxioris religionis, sed cum perseuerantia, ita vt voueat etiam perseuerare, quia hoc posterius votum est perfectius; nam ratione prioris consurgit tantum obligatio ingrediendi religionem: ratione verò posterioris oritur obligatio etiam profitendi. Vnde posterius habet pro materia maius bonum, & excellentius, quia plus est teneri perseuerare in laxiori, quam teneri ingredi strictiorem cum libertate non perseuerandi; obligatio enim ad perseuerandum habet pro materia continuationem status religiosi, nedum secùndum regulares obseruantias, sed etiam secundum substantialia; sicut autem sola substantialia longe præponderant obseruantijs regularibus strictioris religionis præcisè acceptis, ita etiam continuatio earumdem.

755 An autem possit Abbatissa irritare vota emissa cum ipsius consensu, non conueniunt Doctores. Aliqui enim putant non posse. Ita Richar. *in 4. dist. 38. ar. 4. quæst. 3.* Quia dum Prælatus consentit voto, non amplius pendet ab eius voluntate, nec habet amplius tacitam conditionem, si Prælatus velit. Sic si subditus cum consensu Prælati promittat homini, non potest Prælatus reuocare promissionem. Hæc tamen non vrgent, quia per hoc quod Prælatus consentiat, sicut non tollitur subiectio religiosi; sed manet in eodem statu priori; ita etiam voluntas ipsius quo ad omnes suos actus remanet dependens à voluntate Superioris, & ipsi subordinata; & proinde retinet potestatem dominatiuam supra voluntatem subditi, & consequenter facultatem irritandi votum, cui consensit, nam per consensum non se priuat tali facultate, etiam in ordine ad ipsum votum, sed solum ponit assistentiam Superioris pro suscipienda illa obligatione. Et sicut potest reuocare alias licentias concessas, ita etiam potest reuocare licentiam quoad votum, quatenus habet tractum successiuum, resiciendo continuationem obligationis. Et ideo hanc partem communiter substinent Caiet. 22. *quæst. 88. ar. 8.* Syluester verbo *votum 4. quæst. 2.* Armilla *eod. ver. num. 12.* Sotus *lib. 7. de iust. & iure quæst. 3. ar. 1.* Nauar. *cap. 12. Manual. num. 61.* Lessius *lib. 2. de iust. & iure cap. 40. dub. 13. num. 76.* ver. *contraria* Tamburin. *de iure Abbatiss. disp. 32. quæst. 6. nu. 2.* Pellizar. *de Monial. cap. 10. sect. 2. num. 136.*

756 Nec est eadem ratio de promissione facta homini cum Superioris consensu. Quia homo promissarius absolutè acceptat promissionem sibi factã, nec habet intentionem, quod solum impleatur, nisi reuocata fuerit à Superiore. At Deus non absolutè acceptat votum, sed solum sub tacita conditione, si Superior non irritauerit. Hoc autem ex eo prouenit, quod Deus acceptauit vota substantialia religionis, atque adeo vult, quod ratione obedientiæ voluntas subditi remaneat dependens in omnibus suis actionibus à voluntate Superioris, atque adeo etiam cum sibi aliquid vouet; vnde acceptat vota tanquam futura dependentia à voluntate Superioris, & permansura sub eius potestate dominatiua.

757 Est tamen aduertendum, quod Abbatissa, seu quiuis Superior irritans vota subditi, in quæ consensit, absque sufficienti causa, peccabit, vt specialiter tradunt Panormit. *in cap. Charissimus, num. 4. de conuersat. coniug.* Caiet. 2. 2. *quæst. 88. ar. & dub. 3.* Lessius *de iust. & iure lib. 2. cap. 40. dub. 13. nu. 76.* ver. *Peccabit tamen*, Rodriquez *tom. 1. quæst. regul. quæst. 25. ar. 7. circa fin.* Tamburin. *de iure Abbatiss. disp. 32. quæst. 6. num. 5.* Pellizar. *de Monial. cap. 10. sect. 2. num. 136.* Quod etiam insinuat D. Augustin. *quæst. 59. in Numer.* Ratio autem est, Quia cum semel consenserit, non potest amplius licitè retrocedere, & subintrat illa regula, *Quod semel placuit amplius displicere non potest*. Vnde irrationabiliter subtrahit Deo illud obsequium, quod resultaret per exequutionem voti, & quod ipse obtulerat in voluntate subditi. Si autem non consensit, poterit irritare omnia vota absque causa, etiam illa, quæ sunt secundum regulam, quia est satis iusta causa irritandi; quod subdita conseruetur in illo statu obligationis, quem habet ratione regulæ, nec eius onera augeantur.

758 Et quamuis Suarez *tom. 2. de religione li. 6. de voto, cap. 4. num. 22.* Rosella verbo *votum. 3. n. 2.* Bonac. *disp. 4. de legib. quæst. 2. punct. 7. §. 2. nu. 29.* Pellizar. *de Monial. cap. 10. sect. 2. num. 137.* putent non peccare mortaliter irritando votum, in quod consensit, quia non peccat contra iustitiam, cum vtatur iure suo, quia nec ipsa violat votum, nec est causa violationis: Attamen si hæc ratio valeret, sequeretur, quod neque peccaret venialiter, nam etiam peccatum veniale est contra aliquam virtutem, & ideo cum per hanc irritationem fiat contra aliquam virtutem, & in materia graui, quia supponitur votum esse de materia graui, erit peccatum mortale. Hoc autem peccatum erit contra religionem: quia sicuti exequutio voti est actus religionis; ita etiam impedire, aut tollere exequutionem, erit contra religionem. Et ideo ita sentiunt Doctores, *num. præced. citati.* Sanchez *lib. 4. sum. cap. 27. num. 31.*

759 Quando autem Abbatissa, aut alius Superior potest sine peccato irritare vota, potest & subditus licitè petere irritationem. Ita Rodriguez *tom. 1. quæst. regular. quæst. 25. ar. 7. in fine.* Tamburin. *de iure Abbatiss. disp. 32. quæst. 6. num. 5.* Pellizar. *de Monial. cap. 10. sect. 2. num. 136.* Et ideo licet nullam habet causam petendi, licitè petet. Ratio autem est: Quia vota huiusmodi ex natura sua sunt irritabilia à Superiore, & ideo quando emittuntur, cum secundum ipsorum naturam emittantur, suscipiuntur tanquam irritabilia. Eo ipso autem, quod quis vouet irritabiliter, tacite sibi reseruat facultatem ad irritationem. Et sicut Superior consentiens in votum reseruat sibi facultatem ad irritandum, ita etiam subditus vouens reseruat sibi facultatem ad petendam irritationem.

760 Quod autem spectat ad vota Nouitiarum, non poterit absolute ea irritare, sed solum in aliquo casu. Ita cum Paludano Syluester, verbo *votum. 4. quæst. 7.* Lessius *lib. 2. de iust. & iure cap. 40. dub. 13. num. 8.* Ratio est, quia cum nondum emiserit votum

tum obedientiæ, eius voluntas eſt adhuc ſui iuris, nec eſt ſubordinata voluntati Abbatiſſæ, nec ab ea dependens. Et hoc valet tam quoad vota, quæ emiſit ante ingreſſum, quam quoad emiſſa poſt ingreſſum. Solum autem ea vota poterit irritare, quæ à nouitia fuerint emiſſa, dum erat ſub poteſtate parentum, nam cum Abbatiſſa ſuccedat loco parentum in ordine ad regendam nouitiam, quæ à cura parentum transfertur ad curam Abbatiſſæ, & proinde etiam transfertur ius, poterit eodem pacto irritare, ac poſſent parentes, vt notat Leſſius *citat.* Rurſus, ſi vota nouitiæ ſiue ante, ſiue poſt ingreſſum emiſſa, officiant probationi, poterunt ſuſpendi quo ad exequutionem, vt notat idem Leſſius, & Syluester citati, quia quod non impediatur exercitium probationis, eſt cauſa valde iuſta differendi exequutionem voti. Aduertit tamen Leſſius, quod vota nouitiæ poterunt commutari ab habente poteſtatem, vel etiam ab ipſa nouitia in onera, & exercitia religionis, quia hæc ſunt aliquid melius. Quod valet, ſuppoſito, quod non tot numero vota, vt ratione multitudinis excedere poſſint, & quod exercitia religionis includant etiam ſubſtantialia, regulariter tamen vota nouitiorum non excedent, cum non poſſint eſſe tot numero, vt ſint quid maius exercitijs religionum.

An Abbatiſſa habeat ius ſuſpendendi Clericos ſubiectos ſuæ iuriſdictioni. Quæſt. XV.

SVMMARIVM.

761 *Abbatiſſa improprie ſuſpendit Clericos ſibi ſubiectos.*

762 *Talis ſuſpenſio non eſt proprie cenſura, ſed ſimplex præceptum.*

763 *Abbatiſſa neque interdicere, neque excommunicare poteſt.*

Ferre cenſuras pertinet ad claues.

761 Ad 15. Reſp. Gloſſa *in cap. dilecta, citato*, à beneficio quidem, non tamen ab officio eam poſſe ſuſpendere, At Innocentius ibidem ſentit, eam poſſe ius habere ſuſpendendi ab vtroque, à beneficio videlicet, & officio: nam *in cap. dilecta*, ſupra citato, iubet Pontifex ſuſpenſionem ſeruari, qua Abbatiſſa ſuos Clericos à beneficio, & officio ſuſpendit, & amouet. Quare ſtandum exiſtimo ſententiæ Panormitani. Sicut enim Abbatiſſa ius non habet excommunicationis, aut interdicti ſententiam ferendi, ſic nec ſuſpenſionis propriè acceptæ, ſiue à beneficio, ſiue ab officio: hoc eſt, non poteſt ſuos Clericos ita ſuſpendere, vt ſi ſuſpenſi ipſi Diuina miniſteria, & officia præſtiterint, & obierint, irregularitatem contrahant. Hæc enim ſuſpenſio eſt propriè cenſura Eccleſiaſtica, fœmina autem huiuſmodi pœnam irrogare minimè poteſt. Suſpenſio autem illa, qua in *cap. dilecta*, Abbatiſſas Clericos ſuſpendit, eſt impropriè, ac latè ſuſpenſio: quatenus eſt præceptio quædam, qua quis ſuo munere, & officio fungi prohibetur: & Gloſſa, cum negat Abbatiſſam ab officio ſuſpendendi ius habere, locum habet in ſuſpenſione primo modo accepta.

ADDITIO.

762 Communis eſt ſententia, quod Abbatiſſa non poſſit ſuſpendere, prout ſuſpenſio eſt cenſura Eccleſiaſtica. Quia ad cenſuras ferendas requiritur iuriſdictio Eccleſiaſtica ſpiritualis, quam ſi haberet Abbatiſſa, poſſet etiam excommunicare, cuius oppoſitum ſupponitur in dicto cap. *dilecta de maior. & obedient.* ex quo videtur poſſe colligi, quod Abbatiſſa poſſit ſuſpendere. Imo cum Pontifex in eod. cap. iniungat Abbati S. Michaelis vt cogat Eccleſiaſtica cenſura clericos ad ſeruanda mandata Abbatiſſæ, indirecte declarat, quod ſuſpenſio illa, de qua ibi, non ſit cenſura, ſed tantum ſimplex præceptum, quod indigeat adminiculo cenſuræ, vt ſeruetur: nam ſi eſſet cenſura, iniungeret Pontifex quod aliam ſpecialem cenſuram in adminiculum adiungeret. Et quamuis aliqui doceant, quod poſſit ſuſpendere à beneficio, ſicut poteſt ipſum conferre, vt Syluester verbo *Abbatiſſa num.* 5. Attamen vniuerſaliter eſt tenendum, quod non poſſit, quia ſi poſſet ſuſpendere ſuſpenſione, quæ ſit cenſura Eccleſiaſtica, haberet ſpiritualem iuriſdictionem, vnde poſſet etiam ſuſpendere ab officio.

763 Ex quibus ſequitur, quod neque à fortiori poſſit interdicere, aut excommunicare, vt habetur ex dicto cap. *dilecta, de maior. & obedient.* vbi Gloſ. verbo *Iuriſdictionem*, & cap. *de Monialibus de ſent. excommunicat.* Abbas *in dict. cap. dilecta, num.* 3. Dec. *in dict. cap. de Monial. num.* 41. Couarruu. *in cap. alma mater par.* 1. §. 11. *num.* 2. Nauar. *conſil.* 1. *num.* 1. *de ſent. excommunicat.* Henriquez *lib.* 13. *ſum. cap.* 2. *num.* 3. Vgolin. *de cenſur. tab.* 1. *cap.* 8. *ſ.* 7. *num.* 7. Suar. *diſp.* 2. *de cenſur. ſect* 3. *n.* 5. & communiter in materia de cenſuris. Ferre enim cenſuras pertinet ad claues. cap. *Tanta, de exceſſib. Prælat.* quæ non ſunt traditæ ſexui fœmineo, ſed virili, & ideo facultas ferendi non excedit terminos virilis ſexus.

An

An Abbatissa præcipere possit Monialibus, obligando in conscientia, Quæst. XVI.

SVMMARIVM.

764 *Potestas Abbatissæ non se extendit ad obligandum in conscientia.*

765 *Ad præcipiendum in virtute S. Obedientiæ non requiritur iurisdictio spiritualis.*

Moniales ratione voti obedientiæ tenentur ad obediendum Abbatissæ præcipienti secundum regulam.

766 *Abbatissa præcipiens in virtute Sanctæ Obedientiæ non exercet iurisdictionem spiritualem, sed exigit quod sibi promissum est.*

767 *Abbatissa quæ possit præcipere in virtute Sanctæ Obedientiæ.*

764 Ad 16. Resp. Sotus *in* 3. *d.* 20. *q.* 1. *art.* 4. Victoriam secutus, non plus auctoritatis tribuit Abbatissæ, quàm matrifamilias, ciuiliue magistratui: *Quemadmodum*, inquit, *penès hos potestas spiritualis non est, sed domestica, & ciuilis: & proinde nihil imperare queunt, quo subditorum conscientia obligetur, nisi ratione rei, & materiæ imperatæ, quæ si grauis fuerit, & alicuius momenti grauem obligationem continet, sin minùs, leuem: Sic etiam Abbatissa, cùm potestatis spiritualis capax non sit, nihil præcipere, & iubere potest, quod grauem obligationem inducat, nisi ratione rei, quam fieri iusserit: potest præcipere Monialibus, ne externis literas scribant, neue illorum literas recipiant, ne cum viris loquantur, ne ad hortos exeant: sed hæc, & similia præcepta pro grauitate, aut leuitate materiæ Monialium conscientias obstringunt, non quia Abbatissa velit, vt ita obligentur, vt si aliter fecerint Moniales, lethaliter peccent. At Abbates, & alij Præfecti spirituales possunt aliquid præcipere, excommunicationis pœna constituta in eos, qui non paruerint.* Hæc ex Soto. Nihilominus tamen potest, vt etiam concedit Sotus, Abbatissa præcipere Monialibus virtute sanctæ Obedientiæ, & ratione voti facti: nam munere, & officio publico fungitur, eique Moniales vi professionis emissæ parere coguntur, & in eam Superiores Ordinis Regularis, sub quo militant, potestatem, & iurisdictionem transtulerunt.

ADDITIO.

765 Non esse necessariam iurisdictionem spiritualem ad præcipiendum in virtute obedientiæ, & proinde id competere Abbatissis, tradunt Rodriquez *par.* 1. *sum. cap.* 3. *num.* 9. Azor. *par.* 3. *lib.* 13. *cap.* 10. *quæst.* 7. Naldus *in sum. verbo Abbatissæ*, *num.* 4. Suarez *tom.* 3. *de relig. lib.* 10. *cap.* 11. *n.* 20. Cornejus 3. *par. tract.* 5. *de excommunicat. disp.* 2. *dub.* 5. *quæst.* 2. *num.* 2. Lezana *tom.* 1. *quæst. regular. cap.* 26. *num.* 10. Palaus *par.* 3. *oper. moral. tract.* 16. *de statu relig. disp.* 4. *de voto obed. par.* 2. *num* 3. Pellizar. reuocans sententiam, quam prius tradiderat *in Manuali Prælat. trac.* 4. *cap.* 4. *sect.* 4. *num.* 143. ver. *Resp. quod quamuis*. Hieronym. Rodriquez *in Compen. resolut.* 2. *retract.* 1. Miranda *de Monial. quæst.* 6. *ar.* 4. *concluf.* 3. Sanctorus de Melfi *in Stat. minor. cap.* 11. *Stat.* 7. *post. dictum* 11. ver. *Respondeo secundo. Cum hoc*. Et ratio fundamentalis est, quia inter Abbatissam, & Moniales adest ordo superioritatis, & subiectionis auctorizatus à Summo Pontifice; vnde votum obedientiæ obligat Moniales tanquam subditas ad obediendum Abbatissæ. Rursus Abbatissa habet Regulam, secundum quam habet dirigere Moniales, & quam applicat ad exigendum, quod ipsæ promiserunt. Et ideo cum promiserint seruare regulam, & voto obedientiæ se obstrinxerint ad obediendum Abbatissæ, atque adeo sit in ipsam ius collatum ad exigendam hanc obedientiam, potest vti hoc iure, & exigere, quæ concernunt regulam in virtute illius obedientiæ, quam tenentur subditæ exhibere.

766 Ex quibus deducitur, quod dum præcipit in virtute sanctæ obedientiæ, non exercet iurisdictionem spiritualem, quia quod præcipitur, supponitur iam impositum Monialibus exequendum ex vi regulæ, in qua aut expressè, aut tacitè continetur, & proinde præceptum est regulæ: Sed solum vtitur iure acquisito ad exigendum ex vi voti obedientiæ, quod est in regula. Ex quo fit, quod Monialis teneatur obedire sub mortali, alioquin violaret votum obedientiæ. Vnde Abbatissa solum applicat regulam Moniali, vt obstrictæ voto obedientiæ, & facit, quod subintret ob igatio talis voti in ordine ad obseruantiam illus particularis, quod iniungit. Quare minor erit facultas Abbatissæ ad præcipiendum in virtute S. Obedientiæ, quam sit facultas Prælatorum habentium iurisdictionem spiritualem; nam hi possunt imponere noua præcepta spiritualia de ijs, quæ non sunt in regula, concernant tamen ad conseruationem regulæ; at Abbatissa non poterit præcipere in virtute obedientiæ, nisi ea, quæ sunt in regula, quia debet supponere obligationem prouenientem ex regula, vt pro adimpletione vti possit obligatione voti obedientiæ. Rursus Prælatus auctoritatiuè obligat in virtute obedientiæ, exercendo suam iurisdictionem: Abbatissa vero solum ministerialiter, quia tanquam ministra coniungit in tali, & tali Moniali quò ad particularia regulam cum obligatione voti obedientiæ, coarctando Monialem ad exercendum votum obedientiæ circa talem rem à regula præscriptam.

Digitized by Google

Conſtitutio GREGORII XIII. pro electione Abbatiſſarum in Italia.

767 *EXpoſcit debitum Paſtoralis officij, quod diſponente Domino gerimus, vt ad ea ſolliciτè intendamus, per quæ Monaſteria, & alia Religioſa loca, præſertim Deo dicatarum Sanctimonialium, ſecundum Regularis Diſciplinæ normam regantur, & gubernentur. Perpendentes igitur varia, & multiplicia damna, quibus plerumque afficiuntur Monaſteria Monialium, quæ per Abbatiſſas, vel alias Præfectas perpetuas reguntur; è contra verò Abbatiſſas, & alias Præfectas triennales ſcientes ſe lapſo triennio ſuæ adminiſtrationis rationem eſſe reddituras, ac ſperantes de benè geſtis laudē promereri, pœnam verò, ſi malè geſſerint, metuentes, maiori ſtudio, ac diligentia regimen, & adminiſtrationem Monaſteriorum ſibi commiſſorum gerere. His & alijs rationabilibus cauſis adducti, hac noſtra perpetuò valitura conſtitutione ſtatuimus, & ordinamus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus in omnibus & ſingulis Monaſterijs Monialium S. Benedicti, Ciſtercien. Carthuſ. & aliorum quorumcumque Ordinum in Vniuerſa Italia, & præſertim in vtriuſque Siciliæ Regnis conſiſtentibus, quæ nunc per Abbatiſſas, vel alias Præfectas perpetuas reguntur, & gubernantur, cùm primùm Abbatiſſæ, aut aliæ Præfectæ huiuſmodi regimini, & adminiſtrationi ipſorum Monaſteriorum ceſſerint, etiam apud Sedem Apoſtolicam, vel deceſſerint, earum Abbatiſſatus, ſeu Præfecturas vacare contigerit, Abbatiſſæ, aut aliæ Præfectæ non amplius perpetuæ, ſeu ad vitam (quarum nomen, ac titulum, ex nunc prout ex tunc Apoſtolica authoritate ex certa noſtra ſcientia, deque Apoſtolicæ Poteſtatis plenitudine, tenore præſentium perpetuò extinguimus, & abolemus) ſed triennales tantùm à Conuentu vnuſcuiuſque Monaſterij, & aliàs iuxta decreta Sacri Concilij Tridentini, & regularia ſuorum Ordinum inſtituta eligantur, & præficiantur: quæ poſtmodum elapſo triennio, ſiue officijs perfunctæ, præeſſe deſinant, omnique prorſus careant auctoritate, ac à regimine, & adminiſtratione Monaſterij per triennium à die finitæ adminiſtrationis inchoandum abſtineant: quo elapſo, ſeruata eadem forma Concilij Tridentini, iterum & pluries eligi poſſint. Diſtrictius inhibentes omnibus, & ſingulis dictorum Monaſteriorum Conuentibus, Superioribus, & perſonis, aliquam Abbatiſſam, aut aliam Præfectam perpetuam, ſeu ad vitam, ſed triennalem tantùm eligere, & præficere vllo modo audeant, vel præſumant. Quod ſi ſecùs à quoquam quauis auctoritate fuerit attentatum; Electionem, & Præfectionem huiuſmodi, ac omnia, & ſingula, quæ inde ſequentur, irrita, nulla, & inania, nullius que roboris, vel momenti fore: Sicque per quoſcunque Iudices ordinarios, & delegatos quauis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, in quauis cauſa, & inſtantia iudicari, & definiri debere decernimus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dictorum Monaſteriorum, & Ordinum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alias roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis eiſdem Monaſterijs eorumque Superioribus & perſonis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis in genere, vel in ſpecie, ac aliàs in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis, eorum tenores, ac ſi ad verbum inſererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Cæterum, quia difficile foret præſentes noſtras ad ſingula quæque loca, vbi neceſſarium fuerit, deferre, volumus quod illarum tranſumptis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die prima Ianuarij 1583. Pontificatus noſtri vndecimo.*

QVÆ.

Digitized by Google

QVAESTIONES AD REDDITIONEM COMPVTORVM AB OFFICIALIBVS MONASTERII

Ab Episcopo exigendam, spectantes.

768 1 Electio officialium, qui bona Monasterij administraturi sunt, ad quem spectet.
2 An officiales Monasteriorum teneantur conseruare bona introitus, & census ipsorum Monasteriorum intus dicta Monasteria.
3 An valeat quietatio Abbatissæ tempore infirmitatis factæ procuratori in detrimentum Abbatissæ, quæ ei successit, & Monasterij: & quid si sit quietatio generalis,
4 An solutionis exceptio possit opponi post sententiam in exequutione.
5 An facta exequutione in bonis debitoris, impediatur fieri exequutio in personam, etiam per carcerationem, & an è contra.
6 An debitor condemnatus pœna debiti, & parti ad certam summam pro interesse, si petat se admitti ad luitionem pœnæ in corpore, eo quod non habet in ære, sit audiendus.
7 Procurator, seu Administrator Monasterij, si durante administratione efficiatur pauper, an teneatur satisdare, alias remoueri possit.
8 An Administratores Ecclesiarum, & locorum piorum, effecti diuites post administrationem, præsumantur quæsiuisse bona, & substraxisse de redditibus Ecclesiæ, & locorum piorum.
9 An Procurator Monasterij, seu Ecclesiæ, aut Capituli, qui non exegit à debitoribus, teneatur de suo.
10 Vt procurator possit repetere expensas in lite, quæ concurrere debent.
11 Quid si non habeat mandatum, an repetat, quæ vtiliter expendit pro Ecclesia.
12 Quid si vtiliter cepit, sed succumbit in lite, an repetat expensas.
13 Quid si negotia Ecclesiæ agens cum mandato, incidat in latrones.

Electio officialium Monasterij ad quem spectet. Quæst. I.

SVMMARIVM.

769 *Electio officialium Monasterij spectat ad Superiores Monasterij.*
770 *An eligi possint per Prouinciales, Visitator. &c.*
771 *Officiales Monasterij sunt ad nutum Superiorum amouibiles.*
An possint amoueri sine causa.
An id valeat apud Moniales.
772 *Procurator Monialium administrans bona debet mutari de triennio in triennium.*

769 AD primum, Respond. ex sacræ Congregationis decreto, vbi censuit in hæc verba: *Electio officialium, qui administraturi sunt bona Monasteriorum, spectat ad superiores Monasterij, & ideo licet Episcopus sit eius superior, ipsi officiales eligere possunt.*

ADDITIO.

770 Nomine Superiorum Monasterij, ad quos spectat electio officialium, veniunt, ne dum Prælati locales, sed etiam mediati, vt sunt Prouinciales, Visitatores, & alij huiusmodi: imo etiam Capitulum Conuentus, iuxta Constitutiones, & statuta cuiuscunque religionis decernentia circa modum electionis officialium: nam procedit Decretum de Superioribus Monasterij, prout contradistinguuntur ab extrinsecis alijs Superioribus. Vnde etiam apud Moniales officiales eligendæ sunt à Superiorissa, seu conuentu, iuxta Constitutiones ipsarum, non autem ab Episcopo. Quod satis constat ex Decreto, de quo Auctor, tenoris sequentis. *Electio officialium qui administraturi sunt Monasteriorum bona, ad Monasterij spectat Superiores: & ideo licet Episcopus sit eis Superior, ipsi tamen possunt eligere officiales. Non autem id faciat Episcopus.*

771 Officiales autem huiusmodi siue apud Regulares siue apud Moniales, administrantes bona Monasterij, ad nutum eorumdem Superiorum amoueri

Digitized by Google

amoueri poſſunt ab officijs, vt decernit Concil. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 2. de regular.* & notant Bordon. *tom. 2. conſil. regul. reſol. 58. num. 56.* Sigiſmund. *de elect. dub. 49.* Donat. *in praxi rer. regul. par. 2. tract. 10. de appellat. quæſt. 41.* qui notant, poſſe ſine cauſa amoueri, hoc enim eſt eſſe, ad nutum amouibiles; nam ſi requireretur cauſa, eſſent ſolum ex cauſa amouibiles, non autem ad nutum. Quod etiam extenditur ad Moniales iuxta declarationem S. Congregat. apud Collect. Gallemart. *ad cap. 2. de regular. ſeſſ. 25. Concilij Trident.* tenoris ſequentis. *Moniales illæ, quæ a Capitulo ſui Monaſterij in Officiales huiuſmodi eligi ſolebant, propter adminiſtrationem bonorum immobilium dicti Monaſterij, ſi dicto Monaſterio viſum fuerit, amoueri poſſunt.* Eſt tamen aduertendum, quod ab ijs ſolum Superioribus amoueri poterunt, per quos eligi etiam poſſunt; iuxta regulam, quod per quas cauſas res naſcitur, per eaſdem diſſoluitur, vnde quando cum conſilio Capituli, aut etiam conſenſu ponuntur, cum eodem etiam tantum amoueri poterunt.

772 Imo quò ad Moniales, pro earumdem procuratore extat ſpeciale Decretum S. Congregat. editum *die 31. Iulij 1615.* vt refert Aldan. *in compend. canonic. reſol. lib. 4. tit. 2. num. 10.* Quod de triennio in triennium mutari debeat. Procedit autem, non de procuratore ad lites, ſed de procuratore adminiſtrante bona Monialium, nam inhæret Decreto Concilij Tridentini *dict. ſeſſ. 25. cap. 2. de Regul.* quod procedit tantum de adminiſtrantibus bona temporalia. Et quidem obſeruantia huius decreti valde proficua eſt Monaſterijs, cum impediat, ne procuratores cum detrimento Monaſteriorum vtantur bonis ipſorum etiam in proprium commodum, aggrauantes plus æquo Moniales, & adminiſtrando non ad libitum ipſarum, ſed ad libitum proprium, & proinde curare deberent Epiſcopi exactam obſeruantiam huius decreti.

An officiales teneantur conſeruare bona introitus intra Monaſterium. *Quæſt. II.*

SVMMARIVM.

773 *Officiales poſſunt conſeruare prouentus Monaſterij etiam extra Monaſterium.*
774 *Adminiſtratores bonorum Monialium tenentur eligere perſonas idoneas, apud quas bona Monaſterij deponant.*
Qui non cogitat, & debet, eſt in culpa.
775 *Stante leuiſſima culpa in deponendis bonis, adminiſtratores tenentur de damno.*
In commiſſione ſufficit leuiſſima culpa.
776 *Adminiſtratores non repetentes depoſitum a mercatore ſuſpecto de decoctione, tenentur damnum reſarcire.*
777 *Religioſi non poſſunt eſſe adminiſtratores bonorum monialium.*

773 Ad ſecundum, Reſp. Ex Sac. Cong. in hæc verba: *Officiales electi pro adminiſtratione bonorum Monaſterij à Superioribus eiuſdem, poſſunt, prout ipſis magis expedire videbitur, reddituſ ipſorum Monaſteriorum in loco conuenienti, etiam extra Monaſterium, conſeruare, & ab eiſdem ſubminiſtrare pro tempore neceſſaria ipſis Monialibus.*

ADDITIO.

774 Dum in loco conuenienti poſſunt bona Monialium extra Monaſterium adſeruari iuxta præfatam declarationem, tenentur adminiſtratores eligere perſonas idoneas, apud quas illa deponant, ita vt non exponantur periculo amiſſionis. Et ſi in hoc negligentes fuerint tenebuntur de damno iuxta quantitatem, & qualitatem negligentiæ. Et ideo ſi non cogitant, quod facile euenire poteſt, erunt in culpa *l. qui tua §. cum inter, ff. de damn. infect.* Alexan. *conſil. 41. num. 5. lib. 3.* Bald. *in l. fin. §. ſed quia, C. Commania de leg. & fideicom.* Dec. *in l. ſi idē cum eodem, §. ſicuti num. 5. ff. de iuriſdict. omn. iud.* Crauet. *conſil. 170. num. 11.*

775 Imo ſtante ſola leuiſſima culpa in deponendis bonis Monialium, tenebuntur adminiſtratores de damno, quia non agitur de omiſſione, ſed de commiſſione, pro qua ſufficit culpa leuiſſima. *§. fin.* Inſtit. *de noxa.* Cepolla *conſil. 69, num. 5. & 6.* Menoch. *conſil 118. num. 2.*

776 Vnde ſi mercator, apud quem bona depoſita ſunt, præſertim pecunia, veniat in ſuſpicionem decoctionis, & non ſtatim repetant pecuniam, tenebuntur totum damnum reſarcire, vt tradunt Pet. Vbald. *de duob. fratrib. par. 8. quæſt. 3.* Imola *conſil. 75. num. 2.* Plot. *in l. ſi quando num. 217. C. vnde vi.* Socin. ſen. *conſil. 2. num. 9. lib. 1.* Decian. *conſil. 86. num. 29.* Roman. *conſil. 413. num. 16.* Cauallcan. *de tut. & curat. num. 114.* Surd. *conſil. 296. n. 30 lib. 2.* Menoch. *conſil. 863. num. 16.*

777 Circa deputationem officialium pro adminiſtratione bonorum Monialium, eſt aduertendum, quod S. Congregatio Epiſcoporum *ſub die 22. Auguſt. 1605.* declarauit, quod non poſſunt religioſi, cuiuſcunque gradus, ac conditionis ſint, deputari in adminiſtratores bonorum Monialium. Et cum declaratio generalis ſit, comprehendet etiam regulares quo ad Moniales ijſdem ſubiectas, ita vt neq; ex ipſis deputari poſſint in adminiſtratores bonorum Monialium.

An

Digitized by Google

An quietatio Abbatiſſæ facta procuratori tempore infirmitatis, valeat in præiudicium Monaſterij, ſi generalis ſit. Quæſt. III.

SVMMARIVM.

778 *Quietatio licet generalis, facta ab Abbatiſſa tempore infirmitatis, non valet in præiudicium Monaſterij.*
Quietatio generalis non ſe extendit ad res occultatas dolo.
779 *Quietatio generalis ſe extendit tantum ad ea, de quibus fuit cogitatum.*
Quietatio eſt ſtricti iuris.

778 Ad 3. Reſp. Negatiue. Afflict. *deciſ.* 166. *num.* 2. Nec quietatio generalis extendetur ad res occultatas dolo, prout præſumitur in rebus mobilibus, *l. tres fratres, ff. de pactis*, Iaſon *in l. ſub prætextu, num.* 2. *verſ. ego puto, de tranſactionibus.*

ADDITIO.

779 Eamdem doctrinam, quod quietatio generalis non extendatur ad ea, quæ de nouo reperiuntur, ſed ſolum ad ea, de quibus cogitatum fuit, confirmat etiam tex. *l. Si ita quis, §. fin. de verbor. ſignif.* & tradunt Bald. *in l. ſub prætextu, num.* 12. & *in l. Si de certa, C. de tranſact.* Socin. *conſil.* 103. *num.* 4. *vol.* 3. Craueta *conſil.* 221. *num.* 8. Maſcard. *de probat. concluſ.* 253. *num.* 41. Caſtrenſ. *conſil.* 332. *lib.* 1. & *conſil.* 174. *lib.* 2. plura cumulans. Eſcobar. *de ratiocin. cap.* 40. *num.* 21. Et ratio eſt, quia quietatio eſt ſtricti iuris, & ſtrictiſſime intelligenda. Pariſ. *Conſil.* 100. *num.* 64. *lib.* 7. Caputaquen. *deciſ.* 308 *num.* 4. *par.* 3. Rota *deciſ.* 25. *num.* 4. *par.* 4. *Recent.* & ideo non debet extendi ad ea, de quibus non eſt actum.

An ſolutionis exceptio opponi poſſit poſt ſententiam in exequutione. Quæſtio IV.

SVMMARIVM.

780 *Solutionis exceptio, quando opponi poſſit poſt ſententiam.*
781 *Contra ſententiam Iudicis Ordinarij, quæ tranſiuit in rem iudicatam, regulariter non poteſt excipi.*
Neque etiam ex nouiter repertis.
782 *Adeſt tamen remedium reſtitutionis in integrum.*
783 *Exceptio ſolutionis habet locum, quando exequutio facienda eſt decreto iudicis exequutiuo.*
784 *Exceptio ſolutionis de parte debiti habet locum poſt mandatum exequutionis.*

780 Ad 4. Reſp. Dubitant Doct. an ſolutionis exceptio poſſit opponi poſt ſententiam in executione: & licet varia dicant, ego dicerem, quòd ſi ante ſententiam pars non allegauerit ſolutionem, tunc ſolutionis exceptio poteſt opponi in actu executionis, ita Capic. *deciſ.* 52. Capell. Thol. *deciſ.* 270. Rub. *deciſ.* 23. Rot. Genuen. *deciſ.* 104. Faber, *deciſ. 6. C. de Sententijs Præfect. Prat.* Si autem allegata fuerit ſolutio ante ſententiam, tunc poſt ſententiam in cauſa executionis admittetur exceptio ſolutionis per inſtrumentum nouè repertum, petita tamen reſtitutione ex clauſula generali, ita Cancer. *citat. deciſ.* 309. Arthman. *deciſ.* 3. *de ſolut.*

ADDITIO.

781 Quamuis poſt latam ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, poſſit aliquando excipi de ſolutione, regula tamen generalis eſt, quod regulariter non poſſit excipi, ſi ſententia ſit lata à iudice ordinario, quia ſcilicet non poteſt ſuam ſententiam reuocare, aut corrigere *l.* 1. *ſentent. reſcin. non poſ.* & *l.* 3. *C. de ſent. ex breuiloq. recitan.* & *l.* 1. *c. quan. prouocar. non eſt neceſſ.* vbi Bald. *num.* 4. Et dicta regula habet locum, etiamſi excipiens aſſerat, conſtare de ſolutione ex nouiter repertis inſtrumentis. *l. Imperatores, ff. de re iud.* & *l. ſub prætextu, C. de tranſact.* & *cap. ſuborta de re iud.* vbi Gloſ. Abbas, *num.* 10.

782 Nec deeſt remedium pro obtinenda iuſtitia, cum poſſit petere reſtitutionem in integrum, cum clauſula. *Si qua iuſta cauſa.* vt notant Gloſ. *in l. ſi fideiuſ.* §. *in omnibus*, verbo *Ceſſat, ff. mandati.* Abbas *in dict. cap. ſuborta, num.* 11. *de re iud.* Bald. *in l. Argentarius*, §. *cum autem, num.* 3. *ff. de eden.* Caſtrenſ. *in l. Imperatores, num.* 2. *ff. de re iud.* Alexan. *num.* 8. Imola *num.* 2. Iaſ. *num.* 6. Felin. *in dict. cap. ſuborta, num.* 15. ver. *Ex his, de re iud.* Quamuis non deſint, qui neque beneficio reſtitutionis admittunt hanc exceptionem.

783 Habebit tamen locum exceptio ſolutionis, quando exequutio facienda eſt decreto iudicis proceden-

cedentis via exequutiua. Ita Caſtrenſ. *in l. 1. num. 5. ver. Ex prædictis C. de iur. & facti ignor.* Dec. *in l. Bona fides, num. 2. ff. de regul. iur.* Cagnol. *nm. 3.* Rota Ianuenſ. *deciſ. 104.* Cancer, *Variar. reſol. lib. 1. cap. 17, de ſent. & rer. exeq. num. 308.* vbi habet, hoc habere locum, etiamſi ante ſententiam non fuiſſet exceptum,

784 Et habet locum exceptio etiamſi excipiatur ſolum de ſolutione partis debiti, ob quod relaxatum fuit mandatum exequutionis. Ita Caſtrenſ. *in l. 1. num. 5. ver. Item requiritur, C. de iur. & fac. ignorant.* Galeſius *de obligat. in for. cam. par. 2. q. 9.* Menoch. *præſump. 8. num. 36. lib. 2.* Rota coram Durano *deci. 32. num. 5.*

An facta exequutione in bonis debitoris fieri poſſit in perſona, & quando ceſſio bonorum habeat locum. Quæſt. V.

SVMMARIVM.

785 *Facta exequutione in bonis debitoris fieri poteſt etiam in perſona.*
Captura perſonæ eſt compulſio, non ſolutio.

786 *Si bona ſufficiant, non poteſt debitor incarcerari.*
Ordo ſeruandus in exequutione contra debitorem.

785 Ad 5. Reſp. Quòd facta exequutione in bonis debitoris ad inſtantiam creditoris, non poteſt exequi in perſonam debitoris, etiam per carcerationem, poſtquam vtrumque remedium tendit ad eundem finem. Bart. *in l. conſentaneam, col. 1. pen. verſ. Secundò quæro. Quem. & quando Iudex*; de quo meminit, eumque ſequitur Decius *in l. Iubere carcerari, in fin. ff. de iuriſdict. omn. Iud.* & *in l. creditor. la 2. col. 1. verſ. & ad hoc, ff. Si certum petatur* : plenius Marſ. qui allegat concord. *in l. vnicus, §. fin. num. 36. verſ. pro quo facit in ſimili, ff. de quaeſt.* Et ſi debitor eſſet carceratus, creditor non impediretur exequi in bonis debitoris, quia captura perſonæ eſt compulſio, non ſolutio, vt dicit Bald. *in l. 1. in fin. C. de Iur. facti. ignor.* & latè Dominicus de Franc. *deciſ.*

ADDITIO.

786 Quod non poſſit fieri exequutio in perſonam debitoris per incarcerationem, ſi bona ſufficiant pro ſatisfaciendo, habetur ex *l. A diuo Pio, §. in vendition. ff. de re iud.* vbi præſcribitur ordo exequutionis, vt nempe fiat quò ad mobilia, deinde quo ad immobilia, & poſtea quò ad iura, & nomina, quibus omnibus excuſſis tunc demum ad incarcerationem deueniri poterit, argumen. *ex §. Quod autem de extra*, verbo *Rerum verò datio* Nouel. *de fideiuſ.* vbi Bart. & tradunt Gloſ. Bar. cæterique Doctores *in l. 3. §. Tutores, ff. de ſuſpect. tut.* Boer. *deciſ. 349. num. 7.* Benedict. Capra, *Commun. opin. litera P. num. 4. & 8.* Coler. *par. 1. cap. 6. num. 129.* Maranta *in Speculo*, Tit. *de excep. num. 9.* Conarruu. *lib. 2. Variar. cap. 1. num. 2.* Viuius, *commun. opin.* verbo *Debitor habens*. Suarez item *commun. opin. litera C. num. 16.* Capyc. *deciſ. 169. n. 4.* Aretin. *§. fin. num. 2.* Inſtit. *de action.* Io. Herman. Stamm. *lib. 1. de ſeruit perſon. cap 4. num. 24.* Matth. Brun. *de ceſſ. bonor. quæſt. 4. princip. quæſtion. 34.* Gaſpar Manzius *in Patrocin. debit. Decad. 1. quæſt. 4. n. 26.* quia carceratio eſt in ſubſidium deficientibus bonis, & creditor habet ſolum ius ad debitam ſatisfactionem, vnde non egreditur bona, quando ſufficiunt,

An debitor condemnatus ad pœnam debiti, & petens admitti ad luendum in corpore, ſit audiendus. Quæſt. VI.

SVMMARIVM.

787 *In debito ex contractu, quando poſſit debitor admitti ad ceſſionem bonorum.*
Iudex poteſt arbitrari, quod debitor luat in corpore, quando non eſt ſoluendus.

788 *In debito ex delicto, vel quaſi delicto, non admittitur ceſſio bonorum.*
Ne delictum immunitum remaneat.
Non habens vnde ſoluat, luit in corpore.

789 *Ceſſio bonorum non admittitur, quando debitum miſcetur cum dolo.*
Spolians aliquem non admittitur ad ceſſionem bonorum.
Decoctores non poſſunt frui beneficio ceſſionis.

790 *Ceſſionis beneficium non habet locum, quando tempore contracto ſciebat debitor ſe eſſe impotentem.*

791 *Contrahentes ſub ſpe ceſſionis bonum, repelluntur à beneficio.*
In foro externo conſtare debet de huiuſmodi ſpe.
Priuilegia non proſunt peccantibus ſub ſpe ipſorum.

792 *Ceſſio bonorum non habet locum ſtante obligatione perſonali ad aliquod ſeruitium.*

793 *Ceſſio bonorum non habet locum, ſi creditor renun-*

Digitized by Google

renunciet iuri incarcerandi debitorem, aut non petat ſubijci cenſuræ.

Cauſa finalis conceſſionis ceſſionis bonorum.

787 Ad ſextum, Reſp. Quod quando debitum dependet ex contractu, poteſt tunc debitor cedere bonis, ſi creditor petat debitum, non autem ſufficiat, quod, creditore non petente, offerat debitor, per text. *in l. penult. in fin. ff. de in ius vocando*, vbi Bald. Paul. de Caſtr. Alexan. Ant. de Alex. Iaſon. & Iacobus, Decius *in l. ſi quis id quod, col.* 3 *in* 5. *not. ff. de iuriſd. omn. Iudic.* iſtam concluſionem non procedere teſtatur Vincen. de Franchis, *deciſ.* 358. *tit.* 4. Et quando verè debitor non eſt ſoluendo, quia hoc caſu etiam creditore reluctante Iudex poteſt arbitrari, quod debitor luat in corpore, & dicit Ant. de Alex. *in d. c.* 1. *verſ. ſed luet*: quod quamuis debitor inuito creditore non luat in corpus, non tamen debet detineri in carceribus ſed debet haberi fides de debito, donec peruenerit ad meliorem fortunam, allegat Bal. *in l. quicunque C. de ſer. fug.* In Regno Neapolitano eſt caſus particularis, vbi quando quis non poteſt luere in ære, luat in corpore, ea eſt pœna trigemina. Afflict. *in conſuet. Regni Neapol. in* 6. *notabil.* vt tenet Franchus *in ſupradicta deciſ.*

ADDITIO.

788 Hinc porrò fit, quod in debito ex delicto, vel quaſi delicto, vt cum agitur de ſoluenda pœna pecuniaria, non admittitur quis ad ceſſionem bonorum, vt tradunt Socin. *reg.* 65. *fallen* 9. Myſing. §. *fin. num.* 12. Inſtit. *de act.* Tholoſan. *par.* 3. *ſyntag. iur. lib.* 22. *cap.* 10. *num.* 1. Iul. clar. §. *fin. quæſt.* 95. ver. *ſed pone quinto*, Couarruuias *lib.* 2. *variar. reſol. cap.* 1. *num.* 8. Suarez *commun. opin. littera C. n.* 45. Matth. Brun. *de ceſſ. bonor. quæſt.* 4. *princ. quæſt.* 17 Gomez *variar. reſol. cap.* 11. *num.* 52. Boer. *deciſion.* 349. *num.* 8. Pech. *de iure ſiſt. cap.* 5. *num.* 16. Et ratio eſt quia admiſſa ceſſione bonorum delictũ remaneret impunitum, quod non admittitur *l. in delictis, §. cum dominus, ff ad leg. aquil.* & ideo non habens, vnde ſoluat, debet luere in corpore, iuxta *l. generaliter, ff. de pœnis.*

789 Imo etiam quando debitum miſcetur cum dolo, non admittitur ceſſio bonorum. Ita Boer. *deciſ.* 215. Brun. *de ceſſ. bonor. quæſt.* 4. *princip. qu.* 21. Quia dolus reddit indignum beneficio ceſſionis, quod lex pro miſeris indulget, cum in legem peccauerit, *l. ſed & ſi, §. interdum ff. quod cum eo.* Hinc ſpolians aliquem non admittitur poſtea ad beneficium ceſſionis. Tholoſan. *par.* 3. *ſyntag. iur. lib.* 22. *cap.* 9. *num.* 14. Similiter nec decoctores, qui ſua culpa bona perdiderunt, frui poſſunt beneficio ceſſionis, vt *ibid.* Tholoſan. *num.* 13. Matth. Brun. *de ceſſ. bonor. quæſt.* 4. *princip. quæſt.* 18. *num.* 1. Socin. *Regul.* 68. *fallent.* 5. Cum enim in culpa fuerint, non extenditur ad eos ratio legis concedentis beneficiũ ceſſionis, quæ eſt ſubuenire miſeris, atque adeo nec etiam diſpoſitio eiuſdem legis.

790 Rurſus ceſſionis beneficio non gaudet, quãdo contractus eſt celebratus eo tempore, quo debitor ſciebat, ſe eſſe impotentem ad ſoluendum. Ita Socin. *reg.* 68. *fallent.* 7. Myſinger. §. *fin. num.* 15. *Inſtit. de act.* Tholoſan. *par.* 3. *ſyntag. iur. lib.* 22. *cap.* 9. *num.* 9. Matth. Brun. *de ceſſione bonor. qu.* 4. *princip. quæſtion.* 4. Pech. *de iure ſiſten. cap.* 5. *n.* 16. Quia ſtante tali ſcientia interuenit dolus, dum per contractum ſe obligat ad id, ad quod ſe impotentem nouit.

791 Vnde etiam qui contraxerunt ſub ſpe beneficij ceſſionis, repelluntur à ceſſione, vt notant Socin. *reg.* 68. *fallent.* 10. Dinus *in reg. peccatum, de regul. iur. in* 6. Tholoſan. *par.* 3. *ſyntag. iur. lib.* 22. *cap.* 9. *num.* 10. Brunus *de ceſſ. bonor. quæſt.* 4. *princ. quæſtion.* 30. Myſing. *in* §. *fin. num.* 15. Inſtit. *de action.* Pecchus *de iure ſiſt en. cap.* 5. *num.* 16 Quia priuilegia non conceduntur ijs, qui ſub ſpe ipſorum peccant, *l. penult. ff. de iur. dot.* & cap. *fin. de immunit. Eccleſiar.* Debet tamen conſtare de hac intentione, vt notat Tholoſanus citat. Quod procedit pro foro externo, nam quo ad forum iuternum non poſſet adhuc vti beneficio ceſſionis, quia non eſt conceſſ m huiuſmodi perſonis, atque adeo eodem pacto ſe habet quò ad ipſas, ac ſi non eſſet conceſſum Vnde etiam fraudaret creditorem iure ſuo, quod habet ad eius perſonam.

792 Ex alio etiam capite non habet locum beneficium ceſſionis, ſi ex contractu aſſumpta ſit obligatio ad aliquod factum, ſeu onus, aut ſeruitium perſonale, *l. ſtipulatio, §. ſiue autem ff. de oper. noui nunc. & l. vſi fructuar. ff de vſi fruct.* & tradunt Socin. *regul.* 68. *fallent.* 1 & 7. Tholoſan. *par.* 3. *ſyntag. iur. lib.* 22. *cap.* 10. *num.* 2. Mynſig. *in §. fin. n.* 11 & 12. Inſtit. *de act* Io. de Platea *num.* 9. & 10. Io. Faber *num.* 4. Beneficium namque ceſſionis conceditur non valentibus ſoluere; quod non habet locum, quando obligatio eſt ad factum, ſeu onus, & ſeruitium perſonale; Quod ſi ad ipſum ſuperueniat impotentia, ceſſat obligatio, nam cenſetur aſſumpta ſub tacita conditione, ſi poterit impleri. Quod ſi factum, aut perſonale ſeruitium fiat impoſſibile; quia deficiant ſumptus faciendi etiam pro victu, ſi à creditore debitor compellatur, tenebitur expenſas ſubminiſtrare, vt notant Faber, & Mynſing. citati.

793 Ex tertio quoque capite ceſſio bonorum non habet locum, quando creditores aut renunciauerunt iuri incarcerandi debitorem, aut ſaltem non petunt, debitorem ſubijci excommunicationi, aut alteri cenſuræ. Ita Viuius *com. opin.* verbo *debitor non poteſt* Suarez *tract. eod. litera C. num.* 43. Socin. *regul.* 65. *fallen.* 12. Bald. *in l.* 1. *C. qui bon. ced. poſſ.* Boer. *deciſ.* 349. *num.* 10. verbo *ſic etiam debitor*. Couarru. *lib.* 2. *variar. cap.* 1. Tholoſan. *par.* 3. *ſyntag. iur. lib.* 22. *cap.* 8. *num.* 1. Io. Faber. §. *fin. n.* 9. Inſtit. *de act.* Io. de Platea *ibid. num.* 17. Brun. *de*

ceſſione

Digitized by Google

ceſſione bonor. quæſt. 4. princip. quæſtiunc. 7. Cauſa enim finalis conceſſionis ceſſionis bonorum eſt liberare debitorem à moleſtantibus creditoribus, & petentibus incarcerari debitorem, aut excommunicari, vt notant Menoch. *de arbitr. caſu* 183. n. 8. Socin. *reg.* 65. *fallent.* 17. ceſſante autem cauſa finali, ceſſat etiam diſpoſitio.

Procurator Monaſterij, ſeu adminiſtrator, ſi fiat pauper, an teneatur ſatiſdare, alias remoueri poſſit. Quæſt. VII.

SVMMARIVM.

794 *Procurator, ſeu adminiſtrator effectus pauper tenetur ſatiſdare, alias poteſt reuocari.*
Valet quando alias eſſet irreuocabilis.
Procurator tantum conſtitutus in vtilitatem poteſt ad libitum reuocari.

794 Ad ſeptimum. In hac quæſtione dicendum, quod tenetur ſatiſdare, alias poteſt remoueri ab officio. Per text. *in liberto, §. largius ff. de annuis legatis*, vt notat Bart. in exequutore teſtamentario electo procuratore, qui poſt mandatum ſit effectus pauper, intelligitur eo ipſo reuocatus. Sed de procuratore, vide latiùs per Bart. *in l. ſi cum Cornelius, ff. de ſolut.*

ADDITIO.

Doctrina Auctoris habet locum, quando aliàs Procurator, ſeu adminiſtrator non poſſet reuocari, nam cauſa paupertatis ſuperueniens eſſet ſufficiens, vt poſſet reuocari, Nam ſi eſſet tantum conſtitutus in vtilitatem, poſſet ad libitum reuocari, etiamſi cauſa paupertatis non ſuperueniret, iuxta ea quæ tradunt Ruin. *conſil.* 115. *num.* 15. *lib.* 1. Cephal. *conſil.* 91. *num.* 18. *lib.* 1. Rota *in Placentina ſalarij* 7. *Maij* 1607. *coram Penna & deciſ.* 354. *n.* 4 *par.* 4. *recent.*

An adminiſtratores Eccleſiarum &c. effecti diuites, præſumantur ſubtraxiſſe de redditibus Eccleſiæ. Quæſt. VIII.

SVMMARIVM.

795 *Adminiſtrator, ſeu officialis diteſcens, præſumitur ex bonis adminiſtratis ſubtraxiſſe.*
Quid ſi fuerit induſtrius.
796 *Præſumptio eſt contra adminiſtratorem &c. repertum diuitem poſt adminiſtrationem.*
797 *An id valeat ſolum de adminiſtratoribus publicis.*
798 *Adminiſtratores diuites effecti ſecluſis aliis indicijs non præſumuntur locupletati de bonis adminiſtratis.*
799 *Diſpoſitio* l. ſi defunctus.
800 *Præſumptio quando habeat, vel non habeat locum.*
801 *Quando oriatur præſumptio contra adminiſtratorem.*
802 *Præſumptio contra adminiſtratorem vnde euacuetur.*

795 Ad octauum. Rector Eccleſiæ ſeu Hoſpitalis effectus diues poſt adminiſtrationem, præſumitur quæſiuiſſe de bonis Eccleſiæ, & tenetur ad reſtitutionem, gl. *in l. defenſionis facultas C. de iure fiſci, lib.* 10. tenet, quod ſi officialis miſſus in prouinciam, lucratus eſt mille vltra officium, quod fiſcus poteſt auferre ei, quia præſumitur quæſiuiſſe de bonis fiſci, quantumcunque ſit paratus reddere rationem, quia non poteſt ſe tueri contra fiſcum. Alij diſtinguunt, quod aut officialis eſt induſtrioſus, qui poteſt negotiari, & præſumitur quæſiuiſſe ex induſtria: alij aliter diſtinguunt, vt eſt videre apud Ioan. de Platea, *in d. l. defenſionis*. Alij, quos refert Bald. *in Auth. licentiam, C. de Epiſc. & Cler.* diſtinguunt, quod cum officialis teneatur reddere rationem adminiſtrationis, aut reddit eam benè, & conſtat pro eo; aut male, & condemnatur ex hoc prætextu, non autem eſt contra eum aliqua præſumptio, quod ipſe ſubſtraxit. Ita tenet Petrus Gugliel. de Cuneo. Nec videtur obſtare ſecundum ipſos *d. Auth. licentiam*: quia in illis loquitur adminiſtratoribus, qui non conſueuerunt reddere rationem adminiſtrationis, cum ſint adminiſtratores perpetui; ſed Bald. *in d. Auth. licentiam*, ſingulariter aduertit, quod hoſpitalarij debent reddere rationem Superiori quolibet anno. Clem. *quia contingit, de Relig. domib.* & nihilominus in eis habet locum d. Auth. vnde ipſe ſaluando gloſſ. *in dicta l. defenſionis*, dicit, quod ſpeciale eſt in his qui gerunt adminiſtrationem fiſci. Quod idem ſit in eis, quod

in

Digitized by Google

in administrationibus Ecclesiæ, qui præsumuntur quæsiuisse de bonis Ecclesiæ: & sic habes, quòd rectores Ecclesiarum, & hospitalium, siue hospitalarij, siue Prælati, ditati post administrationem, censentur acquisiuisse bona intuitu Ecclesiæ, & ditati de bonis Ecclesiæ.

ADDITIO.

796 Quod Administrator, tutor &c. pauper, si post administrationem reperiatur diues, præsumatur ditatum in bonis administratis, tradunt etiam Bald. *in l.* 1. *circa fin. C. de hæred. vel act. vend.* Neuizan. *lib.* 5. *Sylvæ nuptial. n.* 110. ver. *Sit etiam.* Euerard. *in Topica iur. loco ab Ecclesia ad Fiscum.* Craueta *consil.* 129. *num.* 3. Comens. *in l.* 2. *ff. de excep.* Syluan. *consil.* 86. *colum.* 4. Alexand. *in l. ex diuerso*, §. 5. *si in iudicio, in fine ff. Soluto matrim.* Aret. *ibid.* Nata *Consil.* 358. *num.* 7. ver. *Quod comprobatur*; *vol.* 2. Socin. *in l.* 2. §. *sanè*, *num.* 6. ver. *Hoc etiam*, *ff. de except.*

797 Alij verò distinguunt, vt scilicet administratores regij, & publici, antea pauperes, & postea ditati, præsumantur ditati de bonis administratis: Administratores verò priuati, vt tutores, curatores, hospitalarij, & huiusmodi, non præsumantur ditati de bonis administratis, quia lex tollit ab his præsumptionem. Ita Munnoz *de ratiocin. cap.* 42. *n.* 17. ver. *Crederem tamen*, qui citat Castellum *in l.* 27. *Tauri*. Bobadillam *lib.* 2. *Polit. c.* 11. *num.* 5. *&* 6. Verum ratio assignata à lege, vt videbimus, ob quam non habet locum hæc præsumptio, æqualiter militat in administratoribus publicis, & ideo hæc distinctio non potest subsistere.

798 Communis ergo sententia docet, quod seclusis alijs indicijs non debeant præsumi administratores locupletati de bonis administratis. Ita Bal. *in l. si defunctus, C. Arbit. tutel.* Angelus, Io. Fabet, Salicet. *ibid.* Riminal. *Consil.* 300. *num.* 96. Francis. Cremen. *inter consil. Alexan. consil.* 62. *n.* 13. *vol.* 4. Menoch. *lib.* 6. *præsump.* 28. *num.* 2. Burgos de Paz *consil.* 43. *num.* 8. Mascard. *de probat. tom.* 3. *concluf.* 1393. *num.* 9. Salcedo *in Addit. ad Bernar. Diaz reg.* 9. Gutierez *de tutel. par.* 3. *cap.* 46. *n.* 12. loquentes de tutore. & loquentes de administratore Bar. *in l. defensionis facultas, C. de iure fisci, lib.* 10. Dec. *Consil.* 6. *num.* 1. Bossius *in pract. crimin. tit. de fisco, num.* 49. Corras. *lib.* 3. *Miscellan. cap.* 5. *num.* 6. Stracha *de mercat. par.* 4. *num.* 37. Menoch. *lib.* 3. *præsum.* 52. *num.* 4. Surdus *de alimen. tit.* 5. *quæst.* 8. *num.* 52. vbi alios citat.

799 Et hæc sententia est clarè decisa *in l. Si defunctus, C. Arbit. tutel.* cuius verba sunt. *Si defunctus tutelam vestram administrauit, non rerum eius dominium vendicare, vel tenore potes; sed tutelæ contra eius successores tibi competit actio. Debitum autem alijs indicijs comprobare oportet. Nam quod neque ipse, neque vxor eius quidquam ante administrationem habuerant; non idoneam huius continet indicium; nec enim pauperibus industria, vel augmentum patrimonij, quod laboribus, & multis casibus quæritur, interdicendum est.* Et quamuis lex disponat de tutoribus, ratio tamen assignata à lege militat in omnibus administratoribus tam priuatis, quam publicis; scilicet quod ditescere in administrationibus continet indicium idoneum, & proinde non facit præsumptionem, quod administrator locupletatus sit de bonis administratis, cum aliundè locupletari potuerit.

800 Atque ratio, quam insinuat textus, est conuincens: nam præsumptio non habet locum, quando intellectus potius traditur ex oppositis motiuis in partem contrariam, nam tum præsumptio fortior tollit debiliorem, *l. Diuus, ff. de in integ. rest.* & *l. Cum de indebito init. ff. de ritu nuptiar.* In præsenti autem casu opposita motiua trahunt in contrariam partem intellectũ, quia multiplici alia via potuerunt diuitiæ acquiri; & proinde tex. habet. *Nec enim pauperibus industria, vel augmentum patrimonij, quod laboribus, & multis casibus quæritur, interdicendum est.*

801 Est tamen aduertendum, quod si adessent aliqua indicia, quod administrator de bonis administratis ditatus fuisset, tunc oriretur contra ipsum præsumptio. & proinde tex. *l. si defunctus*, habet. *Debitum autem alijs inditijs comprobare oportet*: Quia scilicet præsumptio non oritur ex sola administratione. Vnde si nullam exercuisset industriam, aut laborem, nec ex proprijs potuisset aliquid seponere, & constaret, quod aliunde non obuenissent diuitiæ, oriretur præsumptio contra administratorem. Ita Paris. *consil.* 99. *num.* 54. *lib.* 3. Menoch. *præsump.* 28 *num.* 13. Roman. *Consil.* 274 Syluan. *Consil.* 86. *n.* 6. ver. *Item dispositio* Corras. *lib.* 3. *Miscellan. cap.* 5. *num.* 6.

802 Rursus quamuis ex diuersis inditijs oriretur præsumptio contra administratorem, euacuaretur tamen ex ritè confecto inuentario, cæterisq; solemnitatibus seruatis, & ex diligenti redditione rationum arbitrio boni viri. Ita Caualcan. alios citans *de tut. & curat. num.* 223. & *decis.* 37. *n.* 36. Nam cum per hæc constet de veritate, debet cedere omnis contraria præsumptio, *l. Nuptura filio, ff. de iure dot.* & *l. Cum de indebito, ff. de probat.* & *l. fin. ff. Quod met. cau.*

An procurator Monasterij, qui non exegit, teneatur de suo.
Quæstio IX.

SVMMARIVM.

803 *Exactores militaris annonæ, quando teneantur de suo, si non exegerint.*

804 *Non est eadem ratio exactoris militaris annonæ,*

Valet argumentum à milite ad Ecclesiam.

ne & procuratores Monasterij. *negligentia.*

805 *Procurator Monasterij tenetur tantum de*

803 Ad 9. Resp. Quòd de iure exactores militaris annonæ, si vltra annum protaxerint exactionem, tenentur de suo, & hoc fauore publico; ius tamen exigendi ab his, qui non soluerunt, ipsis seruatur, ita habetur *in l. missi opinatores, C. de exactoribus tributorum, lib.* 10. & *ibi* Luc. de Penn. & Io. de Platea, & de milite ad Ecclesiam, & Ecclesiasticas personas, validum est arg. iuxta glos. & omnes, *in l. miles, ff. de re iudic.* versatur enim fauor publicus cultus diuini, cap. *ius autem dist.* 1. Moniales autem quotidie non desinunt orationibus pugnare pro populo: sed vbi non adest fauor publicus, aliud est dicendum. Hinc concludit Io. Ant. Lanar. *cons.* 99. Ærarium Baronis non teneri de suo, pro eo, quòd non exigit, quia non solet vrgens aliquod periculum imminere Baroni,

ADDITIO.

804 Ex eo, quod argumentum valeat à milite ad Ecclesiam, & Ecclesiasticas personas, non rectè concluditur, quod eadem sit obligatio exactoris militaris annonæ, ac procuratoris monasterij seu Ecclesiæ; nam deberet valere argumentum ab vno procuratore ad alium. Nec licet inferre, quod id, quod de vno est dispositum ex aliqua speciali ratione, censeatur dispositum, etiam de altero. Est autem dispositum, quod procuratores ad exigendam militarem annonam intra annum debeant exigere, ne, si deficeret, dissoluerentur militares ordines defectu stipendiorum, aut rapinæ ab ipsis committerentur. Deinde in dicta *l. Missi opinatores, C. de exactor. lib.* 10. decernitur præsentanea assistentia iudicum ad vindicandam solutionem à debitoribus, quæ cum locum non habeant in procuratoribus Ecclesiæ, nec etiam locum habet dispositio.

805 Itaque procurator Monasterij, seu Ecclesiæ tenebitur solum de suo ex negligentia commissa in officio, iuxta quantitatem damni inde resultantis, vt tenentur cæteri procuratores, iuxta tex. *l. A procuratore, C. Mandati.* & tradita per Doctores *ibid.* Dinus, Bal. Bart. Arena, Socin. sen. *Consil.* 149. *n.* 1. *lib.* 1. Paris. *consil.* 123. *num.* 5. *lib.* 1. Corn. *consil.* 61. *num.* 2. *lib.* 1.

An procurator possit repetere expensas factas pro lite.
Quæstio X.

SVMMARIVM.

806 *Procurator quando possit repetere expensas factas pro lite.*

807 *Repetit etiamsi negocium malum exitum fortiatur.*

808 *Quid si plus expenderit, quam sit vtilitas negocij gesti.*

809 *Procurator repetit expensas extraordinarias factas pro seipsis.*

Deductis, quas alias esset facturus, & iuxta sui statum.

806 Ad 10. Resp. Clarum est, quòd Procurator Ecclesiæ potest repetere expensas, quas fecerat in lite, duobus concurrentibus. Primùm, quòd fecerit expensas, secundùm, quòd habuerit mandatum à capitulo; & si expendit propter accessum ad Sedem Apost. ita demum repetit, si propter litem accesserit, secus si non propter hoc, sed propter aliud. ita probatur in c. cum pro causa, de procuratoribus, & poterit constare de mandato forte per iuramentum cum vno teste, *ex c. ex insinuatione, de procurator.* vt dicit Ant. de Butr. *in d. c. cùm pro causa.* & expensæ possunt probari, præmissa taxatione, per iuramentum, *l.* 2. *cap. de alim. & pupil. præst.*

ADDITIO.

807 Procurator repetit expensas, etiamsi negocium malum euentum sortitum sit, dummodo id non contigerit culpa eiusdem procuratoris, *l. Qui mutuam, §. fin. ff. Mandati,* & *l. Si seruus in rem init. ff. de in rem ver.* & *l. Quid ergo ff de contrad. iud. &c.* Sufficit enim, quod quantum est de se diligenter negocium tractauerit, & cum euentus non sit in eius potestate, non est illi imputandum, quod contra vota cesserit.

808 Quin etiam si plus expenderit, quàm sit vtilitas negocij gesti, adhuc expensas repetit *l. 3. init. ff. de contr. iud. &c.* Surd. *de alimen. tit. vlt. num.* 7. Gutierez *de tut. par.* 3. *cap.* 1. *num.* 141. Quod tamen debet ita accipi, vt solum locum habeat, quando non obstante excessu expensarum, adhuc expediebat negocium agitari, alioquin fatuum esset aggredi negocia, in quibus damnum expensarum eorumdem vtilitati præponderaret, & huiusmodi facultà-

Digitized by Google

tuitatem, deberet ſibi procurator imputare, necpoſſet cogere principalem ad expenſas ſoluendas.

809 Similiter procurator repetit expenſas extraordinarias, quas pro ſeipſo facit, vt ſunt viatica, alimenta, quando è domo propria cogitur egredi, ſi videlicet negocium alibi tractandum ſit *l.* 1. §. *ſi pupillus.* ver. *Item ſumptus, ff. de pact.* Io. Garzias *de expenſ. & meliorat. cap.* 4. *num.* 11. Surd. *de alimen. tit.* 6. *quæſt.* 14. *num.* 5. Padil. *in l.* 1. *num.* 18. *C. de tranſact.* Baeza *de decim. tutorum, cap.* 1. *n.* 3. Quod tamen ita accipiendum eſt, vt repetant expenſas, quas extra domum faciunt, deductis ijs, quas domi eſſent facturi, vt notant Abbas *in cap. finem litibus, num.* 31. *de dolo, & contum.* Innocent. *in cap. fin. eod. tit.* Guido Papa *deciſ.* 625. Neque enim lucrari debet, ſed ſolum ſe indemnem ſeruare. Rurſus non debet procurator facere expenſas excedentes conditionem ſui ſtatus, quando extra domum manet, & ideo ſi conſueuit pedes iter agere, non debet eques ire, vt notant Gloſ. *in l. idemque* §. *idem Labeo* ver. *eum oportere, ff. mandati*, Io. Garzias *de expenſ. & meliorat. cap.* 4. *num.* 11.

An habens mandatum repetat, quæ vtiliter expendit pro Eccleſia. *Quæſt. XI.*

SVMMARIVM.

810 *Non habens mandatum repetit quæ vtiliter expendit.*

811 *Quid ſi vtilitas non ſit euidens.*

810 Ad 11. Reſp. Quod ſic, per text. *in cap. quicumque* 12. *q.* 4. gl. & Ant. de Butr. *in d. cap. cum pro cauſa*, dicunt, quod ſi habuit mandatum, indiſtinctè repetit: ſi non habuit, repetit ſolum, quæ expendit vtiliter in negotijs Eccleſiæ. Et ſi ob aliam cauſam iuit ad curiam vel ad alium locum, non poterit repetere expenſas, niſi propter procurationem traxerit longiorem moram, *l. ex parte, ff. fam. erciſ.*

ADDITIO.

811 Quod repetat expenſas ſecluſo mandato, quas vtiliter fecit, notant etiam Gloſ. *in l. quid ergo* verbo *iudicio tutelæ. ff. de co. & vtil. act. tut.* Garzias *de expenſ. & meliorat. cap.* 20. *num.* 16. *in fine*. Gutierez *de tutel. par.* 3. *cap.* 1. *num.* 140. & facit tex. *l.* 1. §. *hæc actio, eod ff. de contr. & vt. act. tutel.* Verum ſi non ſit euidens, quod vtiliter expenderit, ſtandun erit iudicis arbitrio. Ita *l. quid ergo*, §. 1. *eod. ff. de contr. & vt. act. tutel.*

Non habens mandatum an repetat expenſas, ſi vtiliter cœpit; ſed ſuccumbat. *Quæſt. XII.*

SVMMARIVM.

812 *Vtiliter incipiens ſine mandato, repetit expenſas, licet ſuccumbat.*

813 *Incipiens vtiliter pro Eccleſia licet ſine mandato, repetit expenſas, licet non perficiat.*

Eccleſia non debet recipere vtilitatem cum alienæ iactura.

812 Ad 12. Si egit cum mandato, ſiue ſuccumbat, ſiue obtineat, repetit expenſas; ſi egit ſine mandato, ita demum repetit, ſi obtinuit in fauorem Eccleſiæ. Verum ſi certum eſt, quod vtiliter cœpit negotium, licet ſuccumbat, repetit expenſas, per Text. *in l. ſi an vltro ff. de neg. geſt.* ſi certum eſt quod inutiliter cœpit, & in dubio, propter ſententiam contra Eccleſiam reportatam, præſumitur quod inutiliter cœperit.

ADDITIO.

812 Facit etiam tex. *l. quid ergo* §. *ſufficit ff. de contrar. & vt. act. tut.* ibi. *Sufficit tutori bene, & diligenter negocia geſſiſſe, etſi euentum aduerſum habuerit, quod geſtum eſt.* vbi Gloſ. verbo *euentum.* Notat intelligendum tam de euentu aduerſo perſeuerante, quam de euentu aduerſo, quia non potuerit negocium perfici. Quod ſi Eccleſiæ procurator, licet abſque mandato, cœperit negocium aliquod, quod cadat in vtilitatem Eccleſiæ, quam uis non perficere poſſit, compenſandæ ſunt expenſæ, tanquam verſæ in vtilitatem Eccleſiæ, iuxta doctrinam Bart. *in l. cum ij* §. *in tranſactione C. de tranſact.* Caualcan. *deciſ.* 46. *n.* 31. Duran. *deciſ.* 256. *num.* 7. Quia cum Eccleſia ſit iuſtitiæ vltrix, non debet percipere vtilitatem cum aliena iactura. Capit. *ſuam, de pœnis.*

Conſtitutio GREGORII XIII. pro electione Abbatiſſarum in Italia.

767 *EXpoſcit debitum Paſtoralis officij, quod diſponente Domino gerimus, vt ad ea ſollicitè intendamus, per quæ Monaſteria, & alia Religioſa loca, præſertim Deo dicatarum Sanctimonialium, ſecundum Regularis Diſciplinæ normam regantur, & gubernentur. Perpendentes igitur varia, & multiplicia damna, quibus plerumque afficiuntur Monaſteria Monialium, quæ per Abbatiſſas, vel alias Præfectas perpetuas reguntur; è contra verò Abbatiſſas, & alias Præfectas triennales ſcientes ſe lapſo triennio ſuæ adminiſtrationis rationem eſſe reddituras, ac ſperantes de benè geſtis laudē promereri, pœnam verò, ſi malè geſſerint, metuentes, maiori ſtudio, ac diligentia regimen, & adminiſtrationem Monaſteriorum ſibi commiſſorum gerere. His & alijs rationabilibus cauſis adducti, hac noſtra perpetuò valitura conſtitutione ſtatuimus, & ordinamus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus in omnibus & ſingulis Monaſterijs Monialium S. Benedicti, Ciſtercien. Carthuſ. & aliorum quorumcumque Ordinum in Vniuerſa Italia, & præſertim in vtriuſque Siciliæ Regnis conſiſtentibus, quæ nunc per Abbatiſſas, vel alias Præfectas perpetuas reguntur, & gubernantur, cùm primùm Abbatiſſæ, aut aliæ Præfectæ huiuſmodi regimini, & adminiſtrationi ipſorum Monaſteriorum ceſſerint, etiam apud Sedem Apoſtolicam, vel deceſſerint, earum Abbatiſſatus, ſeu Præfecturas vacare contigerit, Abbatiſſæ, aut aliæ Præfectæ non amplius perpetuæ, ſeu ad vitam (quarum nomen, ac titulum, ex nunc prout ex tunc Apoſtolica authoritate ex certa noſtra ſcientia, deque Apoſtolicæ Poteſtatis plenitudine, tenore præſentium perpetuò extinguimus, & abolemus) ſed triennales tantùm à Conuentu vnuſcuiuſque Monaſterij, & aliàs iuxta decreta Sacri Concilij Tridentini, & regularia ſuorum Ordinum inſtituta eligantur, & præficiantur: quæ poſtmodum elapſo triennio, ſiue officijs perfunctæ, præeſſe deſinant, omnique prorſus careant auctoritate, ac à regimine, & adminiſtratione Monaſterij per triennium à diefinitæ adminiſtrationis inchoandum abſtineant: quo elapſo, ſeruata eadem forma Concilij Tridentini, iterum & pluries eligi poſſint. Diſtrictius inhibentes omnibus, & ſingulis dictorum Monaſteriorum Conuentibus, Superioribus, & perſonis, aliquam Abbatiſſam, aut aliam Præfectam perpetuam, ſeu ad vitam, ſed triennalem tantùm eligere, & præficere vllo modo audeant, vel præſumant. Quod ſi ſecùs à quoquam quauis auctoritate fuerit attentatum; Electionem, & Præfectionem huiuſmodi, ac omnia, & ſingula, quæ inde ſequentur, irrita, nulla, & inania, nullíuſque roboris, vel momenti fore: Sicque per quoſcunque Iudices ordinarios, & delegatos quauis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, in quauis cauſa, & inſtantia iudicari, & definiri debere decernimus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dictorum Monaſteriorum, & Ordinum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alias roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis eiſdem Monaſterijs eorumque Superioribus & perſonis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis in genere, vel in ſpecie, ac aliàs in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis, eorum tenores, ac ſi ad verbum inſererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Cæterum, quia difficile foret præſentes noſtras ad ſingula quæque loca, vbi neceſſarium fuerit, deferre, volumus quod illarum tranſumptis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die prima Ianuarij 1583. Pontificatus noſtri vndecimo.*

QVÆ.

Digitized by Google

QVAESTIONES AD REDDITIONEM COMPVTORVM AB OFFICIALIBVS MONASTERII

Ab Epiſcopo exigendam, ſpectantes.

768 1 Electio officialium, qui bona Monaſterij adminiſtraturi ſunt, ad quem ſpectet.
2 An officiales Monaſteriorum teneantur conſeruare bona introitus, & cenſus ipſorum Monaſteriorum intus dicta Monaſteria.
3 An valeat quietatio Abbatiſſæ tempore infirmitatis factæ procuratori in detrimentum Abbatiſſæ, quæ ei ſucceſſit, & Monaſterij: & quid ſi ſit quietatio generalis,
4 An ſolutionis exceptio poſſit opponi poſt ſententiam in exequutione.
5 An facta exequutione in bonis debitoris, impediatur fieri exequutio in perſonam, etiam per carcerationem, & an è contra.
6 An debitor condemnatus pœna debiti, & parti ad certam ſummam pro intereſſe, ſi petat ſe admitti ad luitionem pœnæ in corpore, eo quod non habet in ære, ſit audiendus.
7 Procurator, ſeu Adminiſtrator Monaſterij, ſi durante adminiſtratione efficiatur pauper, an teneatur ſatisdare, alias remoueri poſſit.
8 An Adminiſtratores Eccleſiarum, & locorum piorum, effecti diuites poſt adminiſtrationem, præſumantur quæſiuiſſe bona, & ſubſtraxiſſe de redditibus Eccleſiæ, & locorum piorum.
9 An Procurator Monaſterij, ſeu Eccleſiæ, aut Capituli, qui non exegit à debitoribus, teneatur de ſuo.
10 Vt procurator poſſit repetere expenſas in lite, quæ concurrere debent.
11 Quid ſi non habeat mandatum, an repetat, quæ vtiliter expendit pro Eccleſia.
12 Quid ſi vtiliter cepit, ſed ſuccumbit in lite, an repetat expenſas.
13 Quid ſi negotia Eccleſiæ agens cum mandato, incidat in latrones.

Electio officialium Monaſterij ad quem ſpectet. Quæſt. I.

SVMMARIVM.

769 *Electio officialium Monaſterij ſpectat ad Superiores Monaſterij.*
770 *An eligi poſſint per Prouinciales, Viſitator. &c.*
771 *Officiales Monaſterij ſunt ad nutum Superiorum amouibiles.*
An poſſint amoueri ſine cauſa.
An id valeat apud Moniales.
772 *Procurator Monialium adminiſtrans bona debet mutari de triennio in triennium.*

769 AD primum, Reſpond. ex ſacræ Congregationis decreto, vbi cenſuit in hæc verba: *Electio officialium, qui adminiſtraturi ſunt bona Monaſteriorum, ſpectat ad ſuperiores Monaſterij, & ideo licet Epiſcopus ſit eius ſuperior, ipſi officiales eligere poſſunt.*

ADDITIO.

770 Nomine Superiorum Monaſterij, ad quos ſpectat electio officialium, veniunt, ne dum Prælati locales, ſed etiam mediati, vt ſunt Prouinciales, Viſitatores, & alij huiuſmodi: imo etiam Capitulum Conuentus, iuxta Conſtitutiones, & ſtatuta cuiuſcunque religionis decernentia circa modum electionis officialium: nam procedit Decretum de Superioribus Monaſterij, prout contradiſtinguuntur ab extrinſecis alijs Superioribus. Vnde etiam apud Moniales officiales eligendæ ſunt à Superioriſſa, ſeu conuentu, iuxta Conſtitutiones ipſarum, non autem ab Epiſcopo. Quod ſatis conſtat ex Decreto, de quo Auctor, tenoris ſequentis. *Electio officialium qui adminiſtraturi ſunt Monaſteriorum bona, ad Monaſterij ſpectat Superiores: & ideo licet Epiſcopus ſit eis Superior, ipſi tamen poſſunt eligere officiales. Non autem id faciat Epiſcopus.*

771 Officiales autem huiuſmodi ſiue apud Regulares ſiue apud Moniales, adminiſtrantes bona Monaſterij, ad nutum eorumdem Superiorum amoueri

amoueri poſſunt ab officijs, vt decernit Concil. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 2. de regular.* & notant Bordon. *tom. 2. conſil. regul. reſol. 58. num. 56.* Sigiſmund. *de elect. dub. 49.* Donat. *in praxi rer. regul. par. 2. tract. 10. de appellat. quæſt. 41.* qui notant, poſſe ſine cauſa amoueri, hoc enim eſt eſſe, ad nutum amouibiles; nam ſi requireretur cauſa, eſſent ſolum ex cauſa amouibiles, non autem ad nutum. Quod etiam extenditur ad Moniales iuxta declarationem S. Congregat. apud Collect. Gallemart. *ad cap. 2. de regular. ſeſſ. 25. Concilij Trident.* tenoris ſequentis. *Moniales illæ, quæ a Capitulo ſui Monaſterij in Officiales huiuſmodi eligi ſolebant, propter adminiſtrationem bonorum immobilium dicti Monaſterij. ſi dicto Monaſterio viſum fuerit, amoueri poſſunt.* Eſt tamen aduertendum, quod ab ijs ſolum Superioribus amoueri poterunt, per quos eligi etiam poſſunt; iuxta regulam, quod per quas cauſas res naſcitur, per eaſdem diſſoluitur, vnde quando cum conſilio Capituli, aut etiam conſenſu ponuntur, cum eodem etiam tantum amoueri poterunt.

772 Imo quò ad Moniales, pro earumdem procuratore extat ſpeciale Decretum S. Congregat. editum *die 31. Iulij 1615.* vt refert Aldan. *in compend. canonic. reſol. lib. 4. tit. 2. num. 10.* Quod de triennio in triennium mutari debeat, Procedit autem, non de procuratore ad lites, ſed de procuratore adminiſtrante bona Monialium, nam inhæret Decreto Concilij Tridentini *dict. ſeſſ. 25. cap. 2. de Regul.* quod procedit tantum de adminiſtrantibus bona temporalia. Et quidem obſeruantia huius decreti valde proficua eſt Monaſterijs, cum impediat, ne procuratores cum detrimento Monaſteriorum vtantur bonis ipſorum etiam in proprium commodum, aggrauantes plus æquo Moniales, & adminiſtrando non ad libitum ipſarum, ſed ad libitum proprium, & proinde curare deberent Epiſcopi exactam obſeruantiam huius decreti.

An officiales teneantur conſeruare bona introitus intra Monaſterium. *Quæſt. II.*

SVMMARIVM.

773 *Officiales poſſunt conſeruare prouentus Monaſterij etiam extra Monaſterium.*

774 *Adminiſtratores bonorum Monialium tenentur eligere perſonas idoneas, apud quas bona Monaſterij deponant.*

Qui non cogitat, & debet, eſt in culpa.

775 *Stante leuiſſima culpa in deponendis bonis, adminiſtratores tenentur de damno.*

In commiſſione ſufficit leuiſſima culpa.

776 *Adminiſtratores non repetentes depoſitum a mercatore ſuſpecto de decoctione, tenentur damnum reſarcire.*

777 *Religioſi non poſſunt eſſe adminiſtratores bonorum monialium.*

773 Ad ſecundum, Reſp. Ex Sac. Cong. in hæc verba: *Officiales electi pro adminiſtratione bonorum Monaſterij à Superioribus eiuſdem, poſſunt, prout ipſis magis expedire videbitur, redditus ipſorum Monaſteriorum in loco conuenienti, etiam extra Monaſterium, conſeruare, & ab eiſdem ſubminiſtrare pro tempore neceſſaria ipſis Monialibus.*

ADDITIO.

774 Dum in loco conuenienti poſſunt bona Monialium extra Monaſterium adſeruari iuxta præfatam declarationem, tenentur adminiſtratores eligere perſonas idoneas, apud quas illa deponant, ita vt non exponantur periculo amiſſionis. Et ſi in hoc negligentes fuerint tenebuntur de damno iuxta quantitatem, & qualitatem negligentiæ. Et ideo ſi non cogitant, quod facile euenire poteſt, erunt in culpa *l. qui tua §. eum inter, ff. de damn. infect.* Alexan. *conſil. 41. num. 5. lib. 3.* Bald. *in l. fin. §. ſed quia, C. Communia de leg. & fideicom.* Dec. *in l. ſi id? eum eodem, §. ſicuti num. 5. ff. de iuriſdict. omn. iud.* Crauet. *conſil. 170. num. 11.*

775 Imo ſtante ſola leuiſſima culpa in deponendis bonis Monialium, tenebuntur adminiſtratores de damno, quia non agitur de omiſſione, ſed de commiſſione, pro qua ſufficit culpa leuiſſima. *§. fin. Inſtit. de noxa.* Cepolla *conſil. 69. num. 5. & 6.* Menoch. *conſil 118. num. 2.*

776 Vnde ſi mercator, apud quem bona depoſita ſunt, præſertim pecunia, veniat in ſuſpicionem decoctionis, & non ſtatim repetant pecuniam, tenebuntur totum damnum reſarcire, vt tradunt Pet. Vbald. *de duob. fratrib. par. 8. quæſt. 3.* Imola *conſil. 75. num. 2.* Plot. *in l. ſi quando num. 217. C. vnde vi.* Socin. ſen. *conſil. 2. num. 9. lib. 1.* Decian. *conſil. 86. num. 29.* Roman. *conſil. 413. num. 16.* Caualcan. *de tut. & curat. num. 114.* Surd. *conſil. 296. n. 30 lib. 2.* Menoch. *conſil. 863. num. 16.*

777 Circa deputationem officialium pro adminiſtratione bonorum Monialium, eſt aduertendum, quod S. Congregatio Epiſcoporum *ſub die 22. Auguſt. 1605.* declarauit, quod non poſſunt religioſi, cuiuſcunque gradus, ac conditionis ſint, deputari in adminiſtratores bonorum Monialium. Et cum declaratio generalis ſit, comprehendet etiam regulares quo ad Moniales ijſdem ſubiectas, ita vt neq; ex ipſis deputari poſſint in adminiſtratores bonorum Monialium.

An

Digitized by Google

An quietatio Abbatiſſæ facta procuratori tempore infirmitatis, valeat in præiudicium Monaſterij, ſi generalis ſit. Quæſt. III.

SVMMARIVM.

778 *Quietatio licet generalis, facta ab Abbatiſſa tempore infirmitatis, non valet in præiudicium Monaſterij.*

Quietatio generalis non ſe extendit ad res occultatas dolo.

779 *Quietatio generalis ſe extendit tantum ad ea, de quibus fuit cogitatum.*

Quietatio eſt ſtricti iuris.

778 Ad 3. Reſp. Negatiue. Afflict. *deciſ.* 166. *num.* 2. Nec quietatio generalis extendetur ad res occultatas dolo, prout præſumitur in rebus mobilibus, *l. tres fratres, ff. de pactis.* Iaſon *in l. ſub prætextu, num.* 2. *verſ. ego puto, de tranſactionibus.*

ADDITIO.

779 Eamdem doctrinam, quod quietatio generalis non extendatur ad ea, quæ de nouo reperiuntur, ſed ſolum ad ea, de quibus cogitatum fuit, confirmat etiam tex. *l. Si ita quis, §. fin. de verbor. ſignif.* & tradunt Bald. *in l. ſub prætextu, num.* 12. & *in l. Si de certa, C. de tranſact.* Socin. *conſil.* 103. *num.* 4. *vol.* 3. Craueta *conſil.* 221. *num.* 8. Maſcard. *de probat. concluſ.* 253. *num.* 41. Caſtrenſ. *conſil.* 332. *lib.* 1. & *conſil.* 174. *lib.* 2. plura cumulans. Eſcobar. *de ratiocin. cap.* 40. *num.* 21. Et latio eſt, quia quietatio eſt ſtricti iuris, & ſtrictiſſime intelligenda. Pariſ. *Conſil.* 100. *num.* 64. *lib.* 7. Caputaquen. *deciſ.* 308 *num.* 4. *par.* 3. Rota *deciſ.* 25. *num.* 4. *par.* 4. *Recent.* & ideo non debet extendi ad ea, de quibus non eſt actum.

An ſolutionis exceptio opponi poſſit poſt ſententiam in exequutione. Quæſtio IV.

SVMMARIVM.

780 *Solutionis exceptio, quando opponi poſſit poſt ſententiam.*

781 *Contra ſententiam Iudicis Ordinarij, quæ tranſiuit in rem iudicatam, regulariter non poteſt excipi.*

Neque etiam ex nouiter repertis.

782 *Adeſt tamen remedium reſtitutionis in integrum.*

783 *Exceptio ſolutionis habet locum, quando exequutio facienda eſt decreto iudicis exequutiuo.*

784 *Exceptio ſolutionis de parte debiti habet locum poſt mandatum exequutionis.*

780 Ad 4. Reſp. Dubitant Doct. an ſolutionis exceptio poſſit opponi poſt ſententiam in executione: & licet varia dicant, ego dicerem, quòd ſi ante ſententiam pars non allegauerit ſolutionem, tunc ſolutionis exceptio poteſt opponi in actu executionis, ita Capic. *deciſ.* 52. Capell. Thol. *deciſ.* 270. Rub. *deciſ.* 23. Rot. Genuen. *deciſ.* 104. Faber, *deciſ.* 6. *C. de Sententijs Præfect. Prat.* Si autem allegata fuerit ſolutio ante ſententiam, tunc poſt ſententiam in cauſa executionis admittetur exceptio ſolutionis per inſtrumentum nouè repertum, petita tamen reſtitutione ex clauſula generali, ita Cancer. *citat. deciſ.* 309. Arthman. *deciſ.* 3. *de ſolut.*

ADDITIO.

781 Quamuis poſt latam ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, poſſit aliquando excipi de ſolutione, regula tamen generalis eſt, quod regulariter non poſſit excipi, ſi ſententia ſit lata à iudice ordinario, quia ſcilicet non poteſt ſuam ſententiam reuocare, aut corrigere *l.* 1. *ſentent. reſcin. non poſſ.* & *l.* 3. *C. de ſent. ex breuiloq. recitan.* & *l.* 1. *c. quan. prouocar. non eſt neceſſ.* vbi Bald. *num.* 4. Et dicta regula habet locum, etiamſi excipiens aſſerat, conſtare de ſolutione ex nouiter repertis inſtrumentis. *l. Imperatores, ff. de re iud.* & *l. ſub prætextu, C. de tranſact.* & *cap. ſuborta de re iud.* vbi Gloſ. Abbas, *num.* 10.

782 Nec deeſt remedium pro obtinenda iuſtitia, cum poſſit petere reſtitutionem in integrum, cum clauſula. *Si qua iuſta cauſa.* vt notant Gloſ. *in l. ſi fideiuſ.* §. *in omnibus*, verbo *Ceſſat, ff. mandati.* Abbas *in dict. cap. ſuborta, num.* 11. *de re iud.* Bald. *in l. Argentarius*, §. *cum autem, num.* 3. *ff. de eden.* Caſtrenſ. *in l. Imperatores, num.* 2. *ff. de re iud.* Alexan. *num.* 8. Imola *num.* 2. Iaſ. *num.* 6. Felin. *in dict. cap. ſuborta, num.* 15. ver. *Ex his, de re iud.* Quamuis non deſint, qui neque beneficio reſtitutionis admittunt hanc exceptionem.

783 Habebit tamen locum exceptio ſolutionis, quando exequutio facienda eſt decreto iudicis proceden-

cedebris via exequutiua. Ita Caſtrenſ. *in l.* 1. *num.* 5. ver. *Ex prædictis C. de iur. & facti ignor.* Dec. *in l. Bona fides, num.* 2. *ff. de regul. iur.* Cagnol. *nm.* 3. Rota Ianuenſ. *deciſ.* 104. Cancer. *Variar. reſol. lib.* 1. *cap.* 17. *de ſent. & ear. exeq. num.* 308. vbi habet, hoc habere locum, etiamſi ante ſententiam non fuiſſet exceptum.

784 Et habet locum exceptio etiamſi excipiatur ſolum de ſolutione partis debiti, ob quod relaxatum fuit mandatum exequutionis. Ita Caſtrenſ. *in l.* 1. *num.* 5. ver. *Item requiritur, C. de iur. & fac. ignorant.* Galeſius *de obligat. in for. cam. par.* 2. *q.* 9. Menoch. *præſump.* 8. *num.* 36. *lib.* 2. Rota coram Durano *deci.* 32. *num.* 5.

An facta exequutione in bonis debitoris fieri poſſit in perſona, & quando ceſſio bonorum habeat locum. Quæſt. V.

SVMMARIVM.

785 *Facta exequutione in bonis debitoris fieri poteſt etiam in perſona.*
Captura perſonæ eſt compulſio, non ſolutio.

786 *Si bona ſufficiant, non poteſt debitor incarcerari.*
Ordo ſeruandus in exequutione contra debitorem.

785 Ad 5. Reſp. Quòd facta exequutione in bonis debitoris ad inſtantiam creditoris, non poteſt exequi in perſonam debitoris, etiam per carcerationem, poſtquam vtrumque remedium tendit ad eundem finem. Bart. *in l. conſentaneam, col.* 1. *pen. verſ. Secundò quæro. Quem. & quando Iudex*; de quo meminit, eumque ſequitur Decius *in l. Iubere carcerari, in fin. ff. de iuriſdict. omn. Iud.* & *in l. creditor. la* 2. *col.* 1. *verſ. & ad hoc, ff. Si certum petatur* : plenius Marſ. qui allegat concord. *in l. vnicus, §. fin. num.* 36. *verſ. pro quo facit in ſimili, ff. de quæſt.* Et ſi debitor eſſet carceratus, creditor non impediretur exequi in bonis debitoris, quia captura perſonæ eſt compulſio, non ſolutio, vt dicit Bald. *in l.* 1. *in fin. C. de Iur. facti. ignor.* & latè Dominicus de Franc. *deciſ.*

ADDITIO.

786 Quod non poſſit fieri exequutio in perſonam debitoris per incarcerationem, ſi bona ſufficiant pro ſatisfaciendo, habetur ex *l. A diuo Pio, §. in venditione ff. de re iud.* vbi præſcribitur ordo exequutionis, vt nempe fiat quò ad mobilia, deinde quo ad immobilia, & poſtea quò ad iura, & nomina, quibus omnibus excuſſis tunc demum ad incarcerationem deueniri poterit, argumen. *ex §. Quod autem de cætero*, verbo *Rerum verò datio* Nouel. *de fideiuſ.* vbi Bart. & tradunt Gloſ. Bar. cæterique Doctores *in l.* 3. *§. Tutores, ff. de ſuſpect. tut.* Boer. *deciſ.* 349. *num.* 7. Benedict. Capra, *Commun. opin. litera P. num.* 4. & 8. Coler. *par.* 1. *cap.* 6. *num.* 129. Maranta *in Speculo*, Tit. *de except. num.* 9. Couarruu. *lib.* 2. *Variar. cap.* 1. *num.* 2. Viuius, *commun. opin.* verbo *Debitor habens*. Suarez item *commun. opin. litera C. num.* 16. Capyc. *deciſ.* 169. *n.* 4. Aretin. *§. fin. num.* 2. Inſtit. *de action.* Io. Herman. Stamm. *lib.* 1. *de ſeruit perſon. cap* 4. *num.* 24. Matth. Brun. *de ceſſ. bonor. quæſt.* 4. *princip. quæſtion.* 34. Gaſpar Manzius *in Patrocin. debit. Decad.* 1. *quæſt.* 4. *n.* 26. quia carceratio eſt in ſubſidium deficientibus bonis, & creditor habet ſolum ius ad debitam ſatisfactionem, vnde non egreditur bona, quando ſufficiunt.

An debitor condemnatus ad pœnam debiti, & petens admitti ad luendum in corpore, ſit audiendus. Quæſt. VI.

SVMMARIVM.

787 *In debito ex contractu, quando poſſit debitor admitti ad ceſſionem bonorum.*
Iudex poteſt arbitrari, quod debitor luat in corpore, quando non eſt ſoluendus.

788 *In debito ex delicto, vel quaſi delicto, non admittitur ceſſio bonorum.*
Ne delictum impunitum remaneat.
Non habens vnde ſoluat, luit in corpore.

789 *Ceſſio bonorum non admittitur, quando debitum miſcetur cum dolo.*
Spolians aliquem non admittitur ad ceſſionem bonorum.
Decoctores non poſſunt frui beneficio ceſſionis.

790 *Ceſſionis beneficium non habet locum, quando tempore contracto ſciebat debitor ſe eſſe impotentem.*

791 *Contrahentes ſub ſpe ceſſionis bonum, repelluntur à beneficio.*
In foro externo conſtare debet de huiuſmodi ſpe.
Priuilegia non proſunt peccantibus ſub ſpe ipſorum.

792 *Ceſſio bonorum non habet locum ſtante obligatione perſonali ad aliquod ſeruitium.*

793 *Ceſſio bonorum non habet locum, ſi creditor renun-*

Digitized by Google

renunciet iuri incarcerandi debitorem, aut non petat ſubijci cenſuræ. *Cauſa finalis conceſſionis ceſſionis bonorum.*

787 Ad ſextum, Reſp. Quod quando debitum dependet ex contractu, poteſt tunc debitor cedere bonis, ſi creditor petat debitum, non autem ſufficiat, quod, creditore non petente, offerat debitor, per text. *in l. penult. in fin. ff. de in ius vocando*, vbi Bald. Paul. de Caſtr. Alexan. Ant. de Alex. Iaſon. & Iacobus, Decius *in l. ſi quis id quod, col.* 3 *in* 5. *not. ff. de Iuriſd. omn. Iudic.* iſtam concluſionem non procedere teſtatur Vincen. de Franchis, *deciſ.* 358. *tit.* 4. Et quando verè debitor non eſt ſoluendo, quia hoc caſu etiam creditore reluctante Iudex poteſt arbitrari, quod debitor luat in corpore, & dicit Ant. de Alex. *in d. c.* 1. *verſ. ſed luet*: quod quamuis debitor inuito creditore non luat in corpus, non tamen debet detineri in carceribus ſed debet haberi fides de debito, donec peruenerit ad meliorem fortunam, allegat Bal. *in l. quicunque C. de ſer. fug.* In Regno Neapolitano eſt caſus particularis, vbi quando quis non poteſt luere in ære, luat in corpore, ea eſt pœna trigemina. Afflict. *in conſuet. Regni Neapol. in* 6. *notabil.* vt tenet Franchus *in ſupradicta deciſ.*

ADDITIO.

788 Hinc porrò fit, quod in debito ex delicto, vel quaſi delicto, vt cum agitur de ſoluenda pœna pecuniaria, non admittitur quis ad ceſſionem bonorum, vt tradunt Socin. *reg.* 65. *fallen* 9. Myſing. *§. fin. num.* 12. Inſtit. *de act.* Tholoſan. *par.* 3. *ſyntag. iur. lib.* 22. *cap.* 10. *num.* 1. Iul. clar. *§. fin. queſt.* 95. ver. *ſed pone quinto*, Couarruuias *lib.* 2. *variar. reſol. cap.* 1. *num.* 8. Suarez *commun. opin. littera C. n.* 45. Matth. Brun. *de ceſſ. bonor. queſt.* 4. *princ. queſt.* 17 Gomez *variar. reſol. cap.* 11. *num.* 52. Boer. *deciſion.* 349. *num.* 8. Pech. *de iure ſiſt. cap.* 5. *num.* 16. Et ratio eſt quia admiſſa ceſſione bonorum delictũ remaneret impunitum, quod non admittitur *l. in delictis, §. cum dominus, ff ad leg. aquil.* & ideo non habens, vnde ſoluat, debet luere in corpore, iuxta *l. generaliter, ff. de pœnis.*

789 Imo etiam quando debitum miſcetur cum dolo, non admittitur ceſſio bonorum. Ita Boer. *deciſ.* 215. Brun. *de ceſſ. bonor. quæſt.* 4. *princip. qu.* 21. Quia dolus reddit indignum beneficio ceſſionis, quod lex pro miſeris indulget, cum in legem peccauerit, *l. ſed & ſi, §. interdum ff. quod cum eo.* Hinc ſpolians aliquem non admittitur poſtea ad beneficium ceſſionis. Tholoſan. *par.* 3. *ſyntag. iur. lib.* 22. *cap.* 9. *num.* 14. Similiter nec decoctores, qui ſua culpæ bona perdiderunt, frui poſſunt beneficio ceſſionis, vt *ibid.* Tholoſan. *num.* 13. Matth. Brun. *de ceſſ. bonor. quæſt.* 4. *princip. quæſt.* 18. *num.* 1. Socin. *Regul.* 68. *fallent.* 5. Cum enim in culpa fuerint, non extenditur ad eos ratio legis concedentis beneficiũ ceſſionis, quæ eſt ſubuenire miſeris, atque adeo nec etiam diſpoſitio eiuſdem legis.

790 Rurſus ceſſionis beneficio non gaudet, quãdo contractus eſt celebratus eo tempore, quo debitor ſciebat, ſe eſſe impotentem ad ſoluendum. Ita Socin. *reg.* 68. *fallent.* 7. Myſinger. *§. fin. num.* 15. *Inſtit. de act.* Tholoſan. *par.* 3. *ſyntag. iur. lib.* 22. *cap.* 9. *num.* 9. Matth. Brun. *de ceſſione bonor. qu.* 4. *princip. quæſtion.* 4. Pech. *de iure ſiſten. cap.* 5. *n.* 16. Quia ſtante tali ſcientia interuenit dolus, dum per contractum ſe obligat ad id, ad quod ſe impotentem nouit.

791 Vnde etiam qui contraxerunt ſub ſpe beneficij ceſſionis, repelluntur à ceſſione, vt notant Socin. *reg.* 68. *fallent.* 10. Dinus *in reg. peccatum, de regul. iur. in* 6. Tholoſan. *par.* 3. *ſyntag. iur. lib.* 22. *cap.* 9. *num.* 10. Brunus *de ceſſ. bonor. quæſt.* 4. *princ. quæſtion.* 30. Myſing. *in §. fin. num.* 15. Inſtit. *de action.* Pecchus *de iure ſiſt en. cap.* 5. *num.* 16 Quia priuilegia non conceduntur ijs, qui ſub ſpe ipſorum peccant, *l. penult. ff. de iur. dot.* & cap. *fin. de immunit. Eccleſiar.* Debet tamen conſtare de hac intentione, vt notat Tholoſanus citat. Quod procedit pro foro externo, nam quo ad forum internum non poſſet adhuc vti beneficio ceſſionis, quia non eſt conceſſ m huiuſmodi perſonis, atque adeo eodem pacto ſe habet quò ad ipſas, ac ſi non eſſet conceſſum Vnde etiam fraudaret creditorem iure ſuo, quod habet ad eius perſoram.

792 Ex alio etiam capite non habet locum beneficium ceſſionis, ſi ex contractu aſſumpta ſit obligatio ad aliquod factum, ſeu onus, aut ſeruitium perſonale, *l. ſtipulatio, §. ſiue autem ff. de oper. noui nunc. & l. uſufructuar. ff. de uſufruct.* & tradunt Socin. *regul.* 68. *fallent.* 1 & 7. Tholoſan. *par.* 3. *ſyntag. iur. lib.* 22. *cap.* 10. *num.* 2. Mynſig. *in §. fin. n.* 11 & 12. Inſtit. *de act* Io. de Platea *num.* 9. & 10. Io. Faber *num.* 4. Beneficium namque ceſſionis conceditur non valentibus ſoluere; quod non habet locum, quando obligatio eſt ad factum, ſeu onus, & ſeruitium perſonale. Quod ſi ad ipſum ſuperueniat impotentia, ceſſat obligatio, nam cenſetur aſſumpta ſub tacita conditione, ſi poterit impleri. Quod ſi factum, aut perſonale ſeruitium fiat impoſſibile, quia deficiant ſumptus faciendi etiam pro victu, ſi à creditore debitor compellatur, tenebitur expenſas ſubminiſtrare, vt notant Faber, & Mynſing. citati.

793 Ex tertio quoque capite ceſſio bonorum non habet locum, quando creditores aut renunciauerunt iuri incarcerandi debitorem, aut ſaltem non petunt, debitorem ſubijci excommunicationi, aut alteri cenſuræ. Ita Viuius *com. opin.* verbo *debitor non poteſt* Suarez *tract. eod. litera C. num.* 43. Socin. *regul.* 65. *fallen.* 12. Bald. *in l.* 1. *C. qui bon. ced. poſſ.* Boer. *deciſ.* 349. *num.* 10. verbo *ſic etiam debitor*. Couarru. *lib.* 2. *variar. cap.* 1. Tholoſan. *par.* 3. *ſyntag. iur. lib.* 22. *cap.* 8. *num.* 1. Io. Faber. *§. fin. n.* 9. Inſtit. *de act.* Io. de Platea *ibid. num.* 17. Brun. *de*

ceſſione

Digitized by Google

ceſſione bonor. quæſt. 4. princip. quæſtiunc. 7. Cauſa enim finalis conceſſionis ceſſionis bonorum eſt liberare debitorem à moleſtantibus creditoribus, & petentibus incarcerari debitorem, aut excommunicari, vt notant Menoch. *de arbitr. caſu* 183. *n.* 8. Socin. *reg.* 65. *fallent.* 17. ceſſante autem cauſa finali, ceſſat etiam diſpoſitio.

Procurator Monaſterij, ſeu adminiſtrator, ſi fiat pauper, an teneatur ſatisdare, alias remoueri poſſit. Quæſt. VII.

SVMMARIVM.

794 *Procurator, ſeu adminiſtrator effectus pauper tenetur ſatisdare, alias poteſt reuocari.*
Valet quando alias eſſet irreuocabilis.
Procurator tantum conſtitutus in vtilitatem poteſt ad libitum reuocari.

794 Ad ſeptimum. In hac quæſtione dicendum, quod tenetur ſatisdare, alias poteſt remoueri ab officio. Per text. *in liberto, §. largius ff. de annuis legatis*, vt notat Bart. in exequutore teſtamentario electo procuratore, qui poſt mandatum ſit effectus pauper, intelligitur eo ipſo reuocatus. Sed de procuratore, vide latiùs per Bart. *in l. ſi cum Cornelius, ff. de ſolut.*

ADDITIO.

Doctrina Auctoris habet locum, quando aliàs Procurator, ſeu adminiſtrator non poſſet reuocari, nam cauſa paupertatis ſuperueniens eſſet ſufficiens, vt poſſet reuocari, Nam ſi eſſet tantum conſtitutus in vtilitatem, poſſet ad libitum reuocari, etiamſi cauſa paupertatis non ſuperueniret, iuxta ea quæ tradunt Ruin. *conſil.* 185. *num.* 15. *lib.* 1. Cephal. *conſil.* 91. *num.* 18. *lib.* 1. Rota *in Placentina ſalarij* 7. *Maij* 1607. *coram Penna & deciſ.* 354. *n.* 4 *par.* 4. *recent.*

An adminiſtratores Eccleſiarum &c. effecti diuites, præſumantur ſubtraxiſſe de redditibus Eccleſiæ. Quæſt. VIII.

SVMMARIVM.

795 *Adminiſtrator, ſeu officialis diteſcens, præſumitur ex bonis adminiſtratis ſubtraxiſſe.*
Quid ſi fuerit induſtrius.
796 *Præſumptio eſt contra adminiſtratorem &c. repertum diuitem poſt adminiſtrationem.*
797 *An id valeat ſolum de adminiſtratoribus publicis.*
798 *Adminiſtratores diuites effecti ſecluſis alijs indicijs non præſumuntur locupletati de bonis adminiſtratis.*
799 *Diſpoſitio l. ſi defunctus.*
800 *Præſumptio quando habeat, vel non habeat locum.*
801 *Quando oriatur præſumptio contra adminiſtratorem.*
802 *Præſumptio contra adminiſtratorem vnde euacuetur.*

795 Ad octauum. Rector Eccleſiæ ſeu Hoſpitalis effectus diues poſt adminiſtrationem, præſumitur quæſiuiſſe de bonis Eccleſiæ, & tenetur ad reſtitutionem, gl. *in l. defenſionis facultas C. de iure fiſci, lib.* 10. tenet, quod ſi officialis miſſus in prouinciam, lucratus eſt mille vltra officium, quod fiſcus poteſt auferre ei, quia præſumitur quæſiuiſſe de bonis fiſci, quantumcunque ſit paratus reddere rationem, quia non poteſt ſe tueri contra fiſcum. Alij diſtinguunt, quod aut officialis eſt induſtrioſus, qui poteſt negotiari, & præſumitur quæſiuiſſe ex induſtria: alij aliter diſtinguunt, vt eſt videre apud Ioan. de Platea, *in d. l. defenſionis*. Alij, quos refert Bald. *in Auth. licentiam, C. de Epiſc. & Cler.* diſtinguunt, quod cum officialis teneatur reddere rationem adminiſtrationis, aut reddit eam benè, & conſtat pro eo; aut male, & condemnatur ex hoc prætextu, non autem eſt contra eum aliqua præſumptio, quod ipſe ſubſtraxit. Ita tenet Petrus Gugliel. de Cuneo. Nec videtur obſtare ſecundum ipſos *d. Auth. licentiam*: quia in illis loquitur adminiſtratoribus, qui non conſueuerunt reddere rationem adminiſtrationis, cum ſint adminiſtratores perpetui: ſed Bald. *in d. Auth. licentiam*, ſingulariter aduertit, quod hoſpitalarij debent reddere rationem Superiori quolibet anno. Clem. *quia contingit, de Relig. domib.* & nihilominus in eis habet locum d. Auth. vnde ipſe ſaluando gloſſ. *in dicta l. defenſionis*, dicit, quod ſpeciale eſt in his qui gerunt adminiſtrationem fiſci. Quod idem ſit in eis, quod

in

Digitized by Google

in administrationibus Ecclesiæ, qui præsumuntur quæsiuisse de bonis Ecclesiæ: & sic habes, quòd rectores Ecclesiarum, & hospitalium, siue hospitalarij, siue Prælati, ditati post administrationem, censentur acquisiuisse bona intuitu Ecclesiæ, & ditati de bonis Ecclesiæ,

ADDITIO.

796 Quod Administrator, tutor &c. pauper; si post administrationem reperiatur diues, præsumatur ditatum in bonis administratis, tradunt etiam Bald. *in l. 1. circa fin. C. de hared. vel act. vend.* Neuizan. *lib. 5. Sylvæ nuptial. n. 110.* ver. *Sit etiam.* Euerard. *in Topica iur. loco ab Ecclesia ad Fiscum.* Craueta *consil. 129. num. 3.* Comens. *in l. 2. ff. de excep.* Syluan. *consil. 86. colum. 4.* Alexand. *in l. ex diuerso, §. 5. si in iudicio, in fine ff. Soluto matrim.* Aret. *ibid.* Nata *Consil. 358. num. 7.* ver. *Quod comprobatur*; *vol. 2.* Socin. *in l. 2. §. sanè, num. 6.* ver. *Hoc etiam, ff. de except.*

797 Alij verò distinguunt, vt scilicet administratores regij, & publici, antea pauperes, & postea ditati, præsumantur ditati de bonis administratis: Administratores verò priuati, vt tutores, curatores, hospitalarij, & huiusmodi, non præsumantur ditati de bonis administratis, quia lex tollit ab his præsumptionem. Ita Munnoz *de ratiocin. cap. 42. n. 17.* ver. *Crederem tamen*, qui citat Castellum *in l. 27. Tauri*. Bobadillam *lib. 2. Polit. c. 11. num. 5. & 6.* Verum ratio assignata à lege, vt videbimus, ob quam non habet locum hæc præsumptio, æqualiter militat in administratoribus publicis, & ideo hæc distinctio non potest subsistere.

798 Communis ergo sententia docet, quod seclusis alijs indicijs non debeant præsumi administratores locupletati de bonis administratis. Ita Bal. *in l. si defunctus, C. Arbit. tutel.* Angelus, Io. Fabet, Salicet. *ibid.* Riminal. *Consil. 300. num. 96.* Francis. Cremen. *inter consil. Alexan. consil. 62. n. 13. vol. 4.* Menoch. *lib. 6. præsump. 28. num. 2.* Burgos de Paz *consil. 43. num. 8.* Mascard. *de probat. tom. 3. concluf. 1393. num. 9.* Salcedo *in Addit. ad Bernar. Diaz reg. 9.* Gutierez *de tutel. par. 3. cap. 46. n. 12.* loquentes de tutore. & loquentes de administratore Bar. *in l. defensionis facultas, C. de iure fisci, lib. 10.* Dec. *Consil. 6. num. 1.* Bossius *in pract. crimin. tit. de fisco, num. 49.* Corras. *lib. 3. Miscellan. cap. 5. num. 6.* Stracha *de mercat. par. 4. num. 37.* Menoch. *lib. 3. præsum. 52. num. 4.* Surdus *de alimen. tit. 5. quæst. 8. num. 52.* vbi alios citat.

799 Et hæc sententia est clarè decisa *in l. Si defunctus, C. Arbit. tutel.* cuius verba sunt. *Si defunctus tutelam vestram administrauit, non rerum eius dominium vendicare, vel tenore potes; sed tutelæ contra eius successores tibi competit actio. Debitum autem alijs indicijs comprobare oportet. Nam quod neque ipse, neque vxor eius quidquam ante administrationem habuerant; non idoneam huius continet indicium; nec enim pauperibus industria, vel augmentum patrimonij, quod laboribus, & multis casibus quæritur, interdicendum est.* Et quamuis lex disponat de tutoribus, ratio tamen assignata à lege militat in omnibus administratoribus tam priuatis, quam publicis; scilicet quod ditescere in administrationibus continet indicium idoneum, & proinde non facit præsumptionem, quod administrator locupletatus sit de bonis administratis, cum aliundè locupletari potuerit.

800 Atque ratio, quam insinuat textus, est conuincens: nam præsumptio non habet locum, quando intellectus potius traditur ex oppositis motiuis in partem contrariam, nam tum præsumptio fortior tollit debiliorem, *l. Diuus, ff. de in integ. rest. & l. Cum de indebito init. ff. de ritu nuptiar.* In præsenti autem casu oppositæ motiua trahunt in contrariam partem intellectũ, quia multiplici alia via poterunt diuitiæ acquiri; & proinde tex. habet. *Nec enim pauperibus industria, vel augmentum patrimonij, quod laboribus, & multis casibus quæritur, interdicendum est.*

801 Est tamen aduertendum, quod si adessent aliqua indicia, quòd administrator de bonis administratis ditatus fuisset, tunc oriretur contra ipsum præsumptio. & proinde tex. *l. si defunctus*, habet. *Debitum autem alijs inditijs comprobare oportet*: Quia scilicet præsumptio non oritur ex sola administratione. Vnde si nullam exercuisset industriam, aut laborem, nec ex proprijs potuisset aliquid seponere, & constaret, quod aliunde non obuenissent diuitiæ, oriretur præsumptio contra administratorem. Ita Paris. *consil. 99. num. 54. lib. 3.* Menoch. *præsump. 28 num. 13.* Roman. *Consil. 274* Syluan. *Consil. 86. n. 6.* ver. *Item dispositio* Corras. *lib. 3. Miscellan. cap. 5. num. 6.*

802 Rursus quamuis ex diuersis inditijs oriretur præsumptio contra administratorem, euacuaretur tamen ex ritè confecto inuentario, cæterisq; solemnitatibus seruatis, & ex diligenti redditione rationum arbitrio boni viri. Ita Caualcan. alios citans *de tut. & curat. num. 223. & decis. 37. n. 36.* Nam cum per hæc constet de veritate, debet cedere omnis contraria præsumptio, *l. Nuptura filio, ff. de iure dot. & l. Cum de indebito, ff. de probat. & l. fin. ff. Quod met. cau.*

An procurator Monasterij, qui non exegit, teneatur de suo.
Quæstio IX.

SVMMARIVM.

803 *Exactores militaris annonæ, quando teneantur de suo, si non exegerint.*

Valet argumentum à milite ad Ecclesiam.

804 *Non est eadem ratio exactoris militaris annonæ,&*

na & procuratores Monaſterij. *negligentia.*

805 *Procurator Monaſterij tenetur tantum de*

803 Ad 9. Reſp. Quòd de iure exactores militaris annonæ, ſi vltra annum protaxerint exactionem, tenentur de ſuo, & hoc fauore publico; ius tamen exigendi ab his, qui non ſoluerunt, ipſis ſeruatur, ita habetur *in l. miſſi opinatores, C. de exactoribus tributorum, lib.* 10. & *ibi* Luc. de Penn. & Io. de Platea, & de milite ad Eccleſiam, & Eccleſiaſticas perſonas, validum eſt arg. iuxta gloſ. & omnes, *in l. miles, ff. de re iudic.* verſatur enim fauor publicus cultus diuini, cap. *ius autem diſt.* 1. Moniales autem quotidie non deſinunt orationibus pugnare pro populo; ſed vbi non adeſt fauor publicus, aliud eſt dicendum. Hinc concludit Io. Ant. Lanar. *conſ.* 99. Ærarium Baronis non teneri de ſuo, pro eo, quòd non exigit, quia non ſolet vrgens aliquod periculum imminere Baroni,

ADDITIO.

804 Ex eo, quod argumentum valeat à milite ad Eccleſiam, & Eccleſiaſticas perſonas, non rectè concluditur, quod eadem ſit obligatio exactoris militaris annonæ, aç procuratoris monaſterij ſeu Eccleſiæ; nam deberet valere argumentum ab vno procuratore ad alium. Nec licet inferre, quod id, quod de vno eſt diſpoſitum ex aliqua ſpeciali ratione, cenſeatur diſpoſitum, etiam de altero. Eſt autem diſpoſitum, quod procuratores ad exigendam militarem annonam intra annum debeant exigere, ne, ſi deficeret, diſſoluerentur militares ordines defectu ſtipendiorum, aut rapinæ ab ipſis committerentur. Deinde in dicta *l. Miſſi opinatores, C. de exactor. lib.* 10. decernitur præſentanea aſſiſtentia iudicum ad vindicandam ſolutionem à debitoribus, quæ cum locum non habeant in procuratoribus Eccleſiæ, nec etiam locum habet diſpoſitio.

805 Itaque procurator Monaſterij, ſeu Eccleſiæ tenebitur ſolum de ſuo ex negligentia commiſſa in officio, iuxta quantitatem damni inde reſultantis, vt tenentur cæteri procuratores, iuxta tex. *l. A procuratore, C. Mandati.* & tradita per Doctores *ibid.* Dinus, Bal. Bart. Arena, Socin. ſen. *Conſil.* 149. *n.* 1. *lib.* 1. Pariſ. *conſil.* 123. *num.* 5. *lib.* 1. Corn. *conſil.* 61. *num.* 2. *lib.* 1.

An procurator poſſit repetere expenſas factas pro lite.
Quæſtio X.

SVMMARIVM.

806 *Procurator quando poſſit repetere expenſas factas pro lite.*

807 *Repetit etiamſi negocium malum exitum ſortiatur.*

808 *Quid ſi plus expenderit, quam ſit vtilitas negocij geſti.*

809 *Procurator repetit expenſas extraordinarias factas pro ſeipſis.*

Deductis, quas alias eſſet facturus, & iuxta ſui ſtatum.

806 Ad 10. Reſp. Clarum eſt, quòd Procurator Eccleſiæ poteſt repetere expenſas, quas fecerat in lite, duobus concurrentibus. Primùm, quòd fecerit expenſas, ſecundùm, quòd habuerit mandatum à capitulo; & ſi expendit propter acceſſum ad Sedem Apoſt. ita demum repetit, ſi propter litem acceſſerit, ſecus ſi non propter hoc, ſed propter aliud. ita probatur in c. cum pro cauſa, de procuratoribus, & poterit conſtare de mandato forte per iuramentum cum vno teſte, *ex c. ex inſinuatione, de procurator.* vt dicit Ant. de Butr. *in d. c. cùm pro cauſa.* & expenſæ poſſunt probari, præmiſſa taxatione, per iuramentum, *l.* 2. *cap. de alim. & pupil. præſt.*

ADDITIO.

807 Procurator repetit expenſas, etiamſi negocium malum euentum ſortitum ſit, dummodo id non contigerit culpa eiuſdem procuratoris, *l. Qui mutuam, §. fin. ff. Mandati, & l. Si ſeruus in rem init. ff. de in rem ver. & l. Quid ergo ff. de contrad. iud. &c.* Sufficit enim, quod quantum eſt de ſe diligenter negocium tractauerit, & cum euentus non ſit in eius poteſtate, non eſt illi imputandum, quod contra vota ceſſerit.

808 Quin etiam ſi plus expenderit, quàm ſit vtilitas negocij geſti, adhuc expenſas repetit *l. 3. init. ff. de contr. iud. &c.* Surd. *de alimen. tit. vlt. num.* 7. Gutierez *de tut. par.* 3. *cap.* 1. *num.* 141. Quod tamen debet ita accipi, vt ſolum locum habeat, quando non obſtante exceſſu expenſarum, adhuc expediebat negocium agitari, alioquin fatuum eſſet aggredi negocia, in quibus damnum expenſarum eorumdem vtilitati præponderaret, & huiuſmodi facultа-

Digitized by Google

tuitatem, deberet ſibi procurator imputare, necpoſſet cogere principalem ad expenſas ſoluendas.

809 Similiter procurator repetit expenſas extraordinarias, quas pro ſeipſo facit, vt ſunt viatica, alimenta, quando è domo propria cogitur egredi, ſi videlicet negocium alibi tractandum ſit *l.* 1. §. *ſi pupillus*. ver. *Item ſumptus, ff. de pact.* Io. Garzias *de expenſ. & meliorat. cap.* 4. *num.* 11. Surd. *de alimen. tit.* 6. *quæſt.* 14. *num.* 5. Padil. *in l.* 1. *num.* 18. *C. de tranſact.* Baeza *de decim. tutorum, cap.* 1. *n.* 3. Quod tamen ita accipiendum eſt, vt repetant expenſas, quas extra domum faciunt, deductis ijs, quas domi eſſent facturi, vt notant Abbas *in cap. finem litibus, num.* 31. *de dolo, & contum.* Innocent. *in cap. fin. eod. tit.* Guido Papa *deciſ.* 625. Neque enim lucrari debet, ſed ſolum ſe indemnem ſeruare. Rurſus non debet procurator facere expenſas excedentes conditionem ſui ſtatus, quando extra domum manet, & ideo ſi conſueuit pedes iter agere, non debet eques ire, vt notant Gloſ. *in l. idemque* §. *idem Labeo* ver. *eum oportere, ff. mandati*, Io. Garzias *de expenſ. & meliorat. cap.* 4. *num.* 11.

An habens mandatum repetat, quæ vtiliter expendit pro Eccleſia. *Quæſt. XI.*

SVMMARIVM.

810 *Non habens mandatum repetit quæ vtiliter expendit.*

811 *Quid ſi vtilitas non ſit euidens.*

810 Ad 11. Reſp. Quod ſic, per text. *in cap. quicumque* 12. *q.* 4. gl. & Ant. de Butr. *in d. cap. cum pro cauſa*, dicunt, quod ſi habuit mandatum, indiſtincte repetit: ſi non habuit, repetit ſolum, quæ expendit vtiliter in negotijs Eccleſiæ. Et ſi ob aliam cauſam iuit ad curiam vel ad alium locum, non poterit repetere expenſas, niſi propter procurationem traxerit longiorem moram, *l. ex parte, ff. fam. erciſ.*

ADDITIO.

811 Quod repetat expenſas ſecluſo mandato, quas vtiliter fecit, notant etiam Gloſ. *in l. quid ergo* verbo *iudicio tutelæ. ff. de eo. & vtil. act. tut.* Garzias *de expenſ. & meliorat. cap.* 20. *num.* 16. *in fine*. Gutierez *de tutel. par.* 3. *cap.* 1. *num.* 140. & facit tex. *l.* 1. §. *hæc actio, eod ff. de contr. & vt. act. tutel.* Verum ſi non ſit euidens, quod vtiliter expenderit, ſtandun erit iudicis arbitrio. Ita *l. quid ergo, §.* 1. *eod. ff. de contr. & vt. act. tutel.*

Non habens mandatum an repetat expenſas, ſi vtiliter cœpit, ſed ſuccumbat. *Quæſt. XII.*

SVMMARIVM.

812 *Vtiliter incipiens ſine mandato, repetit expenſas, licet ſuccumbat.*

813 *Incipiens vtiliter pro Eccleſia licet ſine mandato, repetit expenſas, licet non perficiat. Eccleſia non debet recipere vtilitatem cum aliena iactura.*

812 Ad 12. Si egit cum mandato, ſiue ſuccumbat, ſiue obtineat, repetit expenſas; ſi egit ſine mandato, ita demum repetit, ſi obtinuit in fauorem Eccleſiæ. Verum ſi certum eſt, quod vtiliter cœpit negotium, licet ſuccumbat, repetit expenſas, per Text. *in l. ſi an vltro ff. de neg. geſt.* ſi certum eſt quod inutiliter cœpit, & in dubio, propter ſententiam contra Eccleſiam reportatam, præſumitur quod inutiliter cœperit.

ADDITIO.

813 Facit etiam tex. *l. quid ergo §. ſufficit ff. de contrar. & vt. act. tut.* ibi. *Sufficit tutori bene, & diligenter negocia geſſiſſe, etſi euentum aduerſum habuerit, quod geſtum eſt.* vbi Gloſ. verbo *euentum.* Notat intelligendum tam de euentu aduerſo perſeuerante, quam de euentu aduerſo, quia non potuerit negocium perfici. Quod ſi Eccleſiæ procurator, licet abſque mandato, cœperit negocium aliquod, quod cadat in vtilitatem Eccleſiæ, quamuis non perficere poſſit, compenſandæ ſunt expenſæ, tanquam verſæ in vtilitatem Eccleſiæ, iuxta doctrinam Bart. *in l. cum ij §. in tranſactione C. de tranſact.* Caualcan. *deciſ.* 46. *n.* 31. Duran. *deciſ.* 256. *num.* 7. Quia cum Eccleſia ſit iuſtitiæ vltrix, non debet percipere vtilitatem cum aliena iactura. Capit. *ſuam, de pœnis*.

An incidens in latrones cum mandato Ecclesiæ, repetat damna. *Quæst. XIII.*

SVMMARIVM.

814 *Agens negocia Ecclesiæ cum mandato, non repetit damna, si incidat in latrones.*
815 *Valet de damnis & expensis pro sui liberatione.*
816 *Quid si deferat pecuniam mandantis. Culpa imputatur procuratori.*

814 Ad 13. Si agens negotia Eccles. etiam cum mandato, incidat in latrones, an repetat expensas? dicendum quod non, per *l. inter causas, §. non omnia ff. mandati*. Secus in societate, *l. cum duobus, §. quidam, ff. pro socio*, Glos. & Ant. *in d. cap. cum pro causa*. Non omittendum, quod Ecclesia tenetur ex contractu particulari inito cum Canonico, vel alio non habente administrationem Ecclesiæ, si probetur rem esse versam in eius vtilitatem. Innoc. Ant. *in cap. 1. de deposito*. Quæ tamquam vtilia recensere volui.

ADDITIO.

815 Intelligitur de expensis, quas facit procurator ob sui liberationem, aut ob alios casus fortuitos; non autem de illis, quas facit intuitu mandati, seu procurationis, & de dictis expensis procedit tex. allegatus ab Authore, & in ipso tex. redditur optima ratio, ibi. *Nam hæc magis casibus, quam mandato imputari oportet*, quia scilicet huiusmodi expensæ non habent causam ex mandato, sed ex casu fortuito. Et ita etiam notat Abbas *in cap. cum pro causa, num 4. de procur. st.*

816 Maius dubium est. Si contingeret, quod procurator deferret pecuniam, aut aliquid aliud domini sui, & à latronibus spoliaretur, cuinam periret pecunia, procuratori an domino? Cum distinctione autem respondendum est; si enim procurator fortuito incidit in latrones, à quibus spoliatur, & absque sua culpa, pecunia domino peribit, vt declarat praxis quo ad eos, qui de loco ad locum aduehunt merces, quæ si fortuito pereant, dominis pereunt, quia scilicet procurator non tenetur res domini seruare indemnes, sed tantum diligenter custodire. Si verò interueniat culpa procuratoris, vel quia consuetam, & tutam viam reliquerit, vel quia secum portauerit, quod non debuit portare, vel aliquo alio modo, damno ipsius peribit, & tenebitur dominum resarcire, *l. & eleganter, §. penul. ff. de dolo, & l. fin. ff. de eo, per quem fact. est.* & iuxta doctrinam Bal *in l. inter causas, §. Non omnia, num. 3.* ver. *Et tunc ff. mandati*, & *in l. 1. num. 1.* ver. *sed & si, C. depositi*, Abbat. *in cap. ad hæc.* Decius *num. 16. vt lite non contes.* Ludouic. Vonhornigt *de regali iure postar. Thorem.* 18.

Digitized by Google

REVOCATIO
QVARVMCVMQVE ELECTIONVM
DE IVDICIBVS CONSERVATORIBVS
Hactenus factarum,

ET NOVA DE EIS, EORVMQVE ELECTIONIBVS in posterum faciendis dispositio; vbi dubium exortum, super nonnullis verbis huius Constitutionis declaratum per Congreg. Concil. Trident. Interpretum recensetur, cuius tenor est infrascriptus.

817 *SANCTISSIMVS in Christo Pater, & Dominus noster D. Gregor. diuina prouidentia Papa XV. ex certis rationabilibus causis animum suum mouen. & de voto Venerabilium Fratrum suorum S. R. E. Cardinalium Concilij Trid. Interpretum, partim sel. rec. Clementis Papæ VIII. prædecessoris sui vestigijs inhærendo.*

§. 1. Reuocauit, ac nullas, & inualidas decreuit omnes, & quascumque Iudicum Conseruatorum electiones, nominationes, seu deputationes, tam in vim literarum Conseruatoriarum, iuxta formam in quinterno Cancellariæ descriptam, quam in vim quorumcumque priuilegiorum perpetuò, vel ad tempus nondum elapsum, Apostolica auctoritate concessorum, seù alias quocumque iure, vel titulo hactenus factas pro quibuscumque Conuentibus, Capitulis, Militijs etiam Sancti Ioannis Hierosolymitani, Congregationibus, Collegijs, Ordinibus, Monasterijs, Hospitalibus, aut alijs quibusuis pijs, tam sæcularibus, quam cuiusuis Ordinis, etiam Mendicantium, seu Instituti, vel Societatis Regularibus, locis quantumuis exemptis, etiam de necessitate exprimendis, seu illorum personis, cuiusuis qualitatis, seu conditionis existant.

§. 2. In futurum verò Sanctitas sua hac generali, & perpetuò valitura Constitutione statuit, & decreuit, vt Iudices Conseruatores huiusmodi, siue principales, siue subrogati, eligi, nominari, aut deputari non possint, nisi nõ solum habeant qualitates requisitas, & descriptas in Constitutione similis rec. Bonifacij Papæ VIII. etiam Prædecessoris sui, quæ incipit (Statutum) ita vt vel dignitate Ecclesiastica præditi, vel personatum obtinentes, vel Ecclesiarum Cathedralium Canonici existant; sed etiam in Concilijs Prouincialibus, aut Diœcesanis, iuxta Decretum Concilij prædicti, iudices electi, seu designati sint.

§. 3. Quodque deinceps literæ Conseruatoriæ per Sedem Apostolicam concedendæ suprascriptis tantum dirigantur, & si quæ literæ aliter expedientur, illæ, ac deputationes huiusmodi, omniaque exindè sequenda nullius sint roboris, vel momenti.

§. 4. Et nihilominus qui secùs, quàm iuxta formam superiùs præscriptam, Conseruatores huiusmodi cum effectu eligere, nominare, seu deputare, aut electis, nominatis, seu deputatis vti ausi fuerint; Regulares quidem voce actiua, & passiua sint ipso iure priuati, adeo vt habilitationem à nemine, præterquam à Romano Pontifice consequi valeant; reliqui verò alijs pœnis arbitrio Sanctitatis suæ coerceantur, & prædictorum omnium Conuentus, Monasteria, ac loca huiusmodi, eorumque personæ, ac bona careant Conseruatore ad annum, ita vt illorum causæ interea coram locorum Ordinarijs dumtaxat cognosci, ac diffiniri debeant.

§. 5. Cæterum, vt latiùs pateat Conseruatorum huiusmodi deligendorum facultas, Sanctitas sua admonitos voluit omnes locorum Ordinarios, vt in Synodis Prouincialibus, aut Diœcesanis quamplures personas ex habentibus qualitates in prædicta Constitutione eiusdem Bonifacij Prædecessoris contentas, & alioquin ad id aptas designari procurent; & si aliquem interim ex designatis mori contigerit, substituat Ordinarius loci cum consilio Capituli alium in eius locum vsque ad futuram Prouincialem, aut Diœcesanam Synodum.

§. 6. *Inſuper Sanctitas ſua, inhærendo hac in parte Decreto ſimilis recordationis Gregorij Papæ XIII. etiam prædeceſſoris ſui, ſtatuit, & ordinauit, vt Regulares, ac perſonæ huiuſmodi in Italia infra duos, extra Italiam verò infra ſex menſes a die publicationis in Vrbe præſentis Conſtitutionis inchoandos, debeant ſibi eligere, ſeu aſſignare Conſeruatores iuxta formam ſuperius propoſitam.*

§. 7. *Eiuſque electionis, ſeu aſſumptionis documentum infra tempus huiuſmodi penès Acta Curiæ Ordinariorum exhibere, & admittere teneantur; alioquin eo termino elapſo, quamdiù Conſeruatores ſecundum formam præſentis Conſtitutionis non elegerint, coram eiſdem Ordinarijs conueniantur.*

§. 8. *Quodque Conſeruatores huiuſmodi ſemel legitimè deputati, niſi ex legitima cauſa à Sede Apoſtolica, aut locorum Ordinarijs, prout ijſdem Regularibus, & alijs ſupradictis libuerit, approbanda, durante quinquennio à die deputationis, amoueri, aut mutari nullatenus poſſint, aut valeant.*

§. 9. *Ad hæc ſtatuit Sanctitas ſua, vt coram ipſis Conſeruatoribus Regulares, ac perſonæ ſuprascriptæ conueniri quidem, aut trahi debeant, ſed alios conuenire, aut trahere non poſſint, ita vt memorati Conſeruatores in cauſis, in quibus Regulares, & alij, Actores fuerint, nullam prorſus iuriſdictionem habeant, ſed in ijs tantum in quibus rei extiterint; neque extra Ciuitates, ſeu Diœceſes, in quibus fuerint deputati, contra quoſcumque procedere præſumant.*

§. 10 *Si qua verò inter Iudices Conſeruatores huiuſmodi, & locorum Ordinarios controuerſia ſuper competentia iuriſdictionis orta fuerit, nequaquam in cauſa procedatur, donec per arbitros in forma Iuris electos ſuper iuriſdictionis competentia fuerit iudicatum.*

§. 11. *Quod ſi qui Conſeruatores, ſiue in hac parte, ſiue aliàs quomodolibet ſuos limites exceſſerint per annum ab Officio Conſeruatoris huiuſmodi ſuſpenſi ſint, & pars, quæ hoc fieri procurauerit, ſententiam excommunicationis incurrat iuxta formam alterius Conſtitutionis eiuſdem Bonifacij prædeceſſoris, quæ incipit* (Hac Conſtitutione) *quam Sanctitas ſua in omnibus, quæ præſenti Conſtitutioni non aduerſantur, innouauit, & innouat.*

§. 12. *Per hoc tamen non intendit Sanctitas ſua probibere, quominus Regulares, & alij ſupradicti in caſibus à iure permiſſis petant Iudicem non ſuſpectum à Principibus, ſeu Magiſtratibus ſæcularibus, dum tamen hæc tria copulatiuè concurrant: videlicet, vt Regulares, & alij prædicti ſint actores, non autem rei; vtque agant contra laicum, non autem contra Eccleſiaſticum, vel alias à iuriſdictione ſæculari exemptum; atque vt cauſa, in qua Iudex deputatus fuerit, prophana, non autem Eccleſiaſtica, & in ea iuxta ſacrorum Canonum diſpoſitionem laicus, vt præfertur, eligendus, Iudex competens exiſtat.*

§. 13. *Quæ omnia & ſingula in præſenti Conſtitutione contenta Sanctitas ſua voluit inuiolabiliter obſeruari; decernens ſic in ijs, cæteriſque omnibus præmiſſis per quoſcumque, &c. necnon irritum, & inane, &c.*

§. 14. *Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac literis conſeruatorijs, quas omnes ad formam præſentis Conſtitutionis reduxit, in fauorem quorumcumque Ordinum, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Militiarum, etiam Sancti Ioannis Hieroſolymitani, Congregationum, Societatum, aut cuiuſuis alterius Inſtituti etiam neceſſariò exprimendi, Collegiorum, Capitulorum, Eccleſiarum, Monaſteriorum, ac piorum quorumcumque, tam ſæcularium, quam regularium locorum, necnon illorum etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, priuilegijs quoque, etiam ex cauſa, & titulo oneroſo, indultis, & literis Apoſtolicis, etiam Mari magno, ſeu Bulla aurea, aut alias nuncupatis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis, etiam derogatoriarum derogatorijs, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, aut alias quomodolibet, etiam per viam communicationis, ſeu extenſionis conceſſis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque tenoribus, & formis ſpecialis, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ſeruanda eſſet, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata, inſerti forent præſentibus, pro expreſſis habent: quibus, quoad ea, quæ præſentibus aduerſantur, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogauit, cæteriſque contrarijs quibuſcumque.*

§. 15. *Cæterum, vt præſens Conſtitutio facilius omnibus innoteſcat, Sanctitas ſua voluit, & mandauit, vt non ſolum in Cancellaria Apoſtolica, ſed etiam ad valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, & in Acie Campi Floræ publicetur, illiuſque exempla in ijſdem locis affixa dimittantur, ac in Quinterno Cancellariæ inter Conſtitutiones perpetuas deſcribatur, & annotetur.*

Placet, publicetur, & deſcribatur. A.

Lecta

Digitized by Google

Lecta, & publicata fuit ſupradicta Conſtitutio in Cancellaria Apoſtolica ab altero ex Reu. P.D. Maioris Præſidentiæ Abbreuiatoribus, die vigeſima menſis Septembris, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo primo, Pontificatos verò prælibati Sanctiſſimi Domini noſtri D. Gregorij Papæ Decimiquinti, Anno primo.

Et poſtmodum die, & anno ſupradictis in Quinterno eiuſdem Cancellariæ inter alias Conſtitutiones Apoſtolicas deſcripta, & annotata fuit;

Nicolaus Vrſinus, Proculſor.

In Dei nomine. Amen. Anno à Natiuitate Domini Noſtri Ieſu Chriſti, Milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo primo, Indictione quarta, die verò vigeſimo Septembris, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri, Domini Gregorij Diuina Prouidentia Papæ Decimiquinti, Pontificatus ſui Anno primo, retroſcripta Conſtitutio Apoſtolica affixa, ac publicata fuit in valuis Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, & in Acie Campi Floræ, per me Auguſtinum Braccherium Apoſtolicum Curſorem.

Octauius Spada, Magiſter Curſorum.

Sequitur aliquod Dubium ſuper iſta Conſtitutione exortum, cum ſua declaratione.

818 *IN Conſtitutione de Conſeruatoribus, edita à ſanct. mem. Gregorio Decimoquinto, ex ſententia Sacræ Congregationis Concilij inter cætera ſtatutum eſt, vt coram Conſeruatoribus Regulares conueniri quidem, aut trahi debeant, ſed alios conuenire, aut trahere non poſſint, ita vt memorati Conſeruatores in cauſis, in quibus Regulares, & alij, Actores fuerint, nullam prorſus iuriſdictionem habeant, ſed in ijs tantùm, in quibus Rei extiterint.*

Dubitatur nunc. An per hæc verba ſublata ſit facultas, quam habent Conſeruatores defendendi Regulares, & alios à manifeſtis iniurijs, & violentijs, quæ illis de facto inferuntur, dum à ſuis poſſeſſionibus deijciuntur, & proprijs bonis vti, ac frui impediuntur?

Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum cenſuit, eiuſmodi verbis minimè ſublatam fuiſſe facultatem, quam habent Conſeruatores defendendi Regulares à manifeſtis iniurijs, ac violentijs: dummodò obſeruent formam præſcriptam Conſtitutionibus Innocentij IV. & Bonifacij Octaui, relatis in cap. 1. & fin. de offic. deleg. in 6.

C. Card. de Torres.

Proſper Fagnanus, S. Congr. Secr.

QVÆSTIONES.

819 1 Conſeruatores Religionum quando poſſint ſuam iuriſdictionem alteri ſubdelegare.

2 An poſsint abſque inſertione ſuarum facultatum citare.

3 An ſint Iudices ordinarij, vel delegati.

4 Conſeruatorum ſuæ Religionis foro in aliqua cauſa Prælatus, ſi non vtatur, an ſibi præiudicet.

5 Conſeruatoribus ſuppoſiti, & ab Ordinarijs exempti, an poſsint ſe iuriſdictioni Ordinariorum ſubmittere.

6 Ab huiuſmodi Conſeruatorum ſententijs, ſeu grauaminibus, ad quem dabitur appellatio.

7 An Conſtitutio præfata Gregorij XV. de Conſeruatoribus edita, afficiat Religionem Hieroſolymitanam.

Conſeruatores, an & quando poſſint ſubdelegare. Quæſt. I.

SVMMARIVM.

820 *Conſeruatores poſſunt ſuam iuriſdictionem alteri ſubdelegare.*

821 *Delegatus Principis poteſt alteri ſubdelegare.*

Conſeruatores ſunt delegati ad vniuerſitatem cauſarum.

Comparantur iudicibus Ordinarijs.

De-

Delegatus ad vniuersitatem causarum potest subdelegare.

822 *Conseruator re integra potest reuocare subdelegationem.*

Et etiamsi cœperit vti subdelegata iurisdictione.

820 Ad primum. Resp. Non vigore huius Bullæ, quia id expresè non disponit; ad tex. in cap. fin. §. *vices de offic. deleg. in 6.* & scribit Petrus Greg. *in syntag. iur. lib. 47. cap. 22. num. 27.*

ADDITIO.

821 Conseruatores ex duplici capite possunt suam iurisdictionem alteri delegare. Primo, quia sunt delegati Principis, nempe Summi Pontificis, quibus conuenit facultas subdelegandi, *l. A iudice, C. de iud.* & *cap. Pastoralis.* & *cap. fin. de offic. deleg.* & *cap. Statutum, §. In nullo de rescrip. in 6.* Secundo, quia sunt delegati ad vniuersitatem causarum, cum sub vniuersali verbo *Conseruatorum* causæ cõmissæ sunt, iuxta doctrinam Glos. *in l. 1.* verbo *Ab eo, ff. Qui, & à quo appel.* Ias. *in dict. l. A Iudice, n. 8. C. de iud.* Bal. Salliceti, & aliorum *ibid.* Menoch. *q. 67 num. 48. lib. 1. de arbitr.* & cum alijs Sanchez *lib. 3. de matrim. disp. 31. num. 4.* Et proinde comparantur iudicibus Ordinarijs, vt tradunt Glos. *in cap. cum causam de appellat.* vbi etiam Fran. Dec. Præpos. & cæteri. Rursus Glos. *ciuil. in dict. l. A iudice C. de iud.* vbi Ias. *num. 8.* cæterique Doctores. Vantius alios citans, *de nullit.* Tit. *Coram quo nul. propo. pos. num. 17.* Menoch. *cit. quæst. 67. num. 52. lib. 1. de arbitr.* Sbroz. *de Vicar. lib. 1. quæst. 22. num. 12.* Delegatus autem ad vniuersitatem causarum potest subdelegare iuxta communem doctrinam Glos. *in l. 1. §. 1. ff. Qui, & à quo*, & Glos. canon. *in cap. Super quæstionum, §. Si verò*, verbo *Delegare de offic. deleg.* Abbas, & cæteri *ibid.* Hostiens. *in sum.* Tit. *de offic. deleg. num. 6.* Franc. *in cap. cum causam n. 20. de appellat.* Dec. *ibid. in fine.* testans de communi. Bar. *l. More, num. 11 ff. de iurisdic. omn. iud.* Purpurat. *num. 98.* Sanchez alios afferens, *lib. 3. de matrim. disp. 31. num. 2.* Et ideo posse subdelegare tradunt Rodriquez *tom. 1. quæst. regul. quæst. 65. ar. 10.* Sorbus *in compen. priuileg. mendican.* Tit. *Conseruator*, verbo *Item Conseruator*. Passarel. *in notat. ad priuileg. not. 32.* Confect. *in compen. priuileg. mendican.* tit. 4. *cap. 7.* ver. *Possunt item.* Moneta *de conseruat. cap. 7. num. 58.* Peirin. *de priuileg. ad Constit. V. Gregor. XV. §. 2. num. 5.* & habetur *ex Constit. Clemen. VII.* quæ incipit *Conquæstionem dilectorum; die 19. Martij 1524. §. 1.* ibi. *Qui tamen, vel duo, aut vnus vestrum per vos, vel alium, seu alios, etiamsi sint extra loca, in quibus deputati estis Conseruatores.* & idem etiam habetur *in Mari magno Carmelitanorum* per Sixtum IV. & in Conseruatoria Gregorij XIII. *pro Iesuitis.*

822 Est tamen aduertendum, quod quamuis Conseruator in totum delegauerit, potest tamen delegationem reuocare à subdelegato, antequam incipiat vti delegata iurisdictione, vt deciditur in cap. *Quamuis de offic. deleg. in 6.* vbi redditur optima ratio, quia scilicet, ante vsum iurisdictionis delegatæ non censetur efficaciter transire in subdelegatum. Imo etiamsi delegatus cœperit vti iurisdictione, poterit conseruator eam reuocare per *l. Iudicium soluitur, ff. de iudic.* ibi. *Vetante eo, qui iudicare iusserat.* & notat Couarruu. *pract. quæst. cap. 10. num. 1.* quod præsertim habet locum, si in commissione iurisdictionis adsit clausula, *Donec vices suas duxerit reuocandas.* Cum enim liberum sit Conseruatori huic, vel illi vices suas committere, & subdelegatus non procedat iurisdictione propria, sed iurisdictione aliena, liberum etiam remanet subdeleganti reuocare commissam iurisdictionem; vt tamen iustè reuocet, requiritur iusta causa, vt notat etiam Couarruu. *citat.*

An Conseruatores citare possint absque insertione suarum facultatum. Quæst. II.

SVMMARIVM.

823 *Conseruatores quando citent.*

824 *Conseruator mediante citatione perpetuat suã iurisdictionem.*

Citatio est necessaria in actibus iudicialibus.

825 *Conseruatores citare debent etiam in notorijs.*

825 *Citatio per Edictum est Principi reseruata.*

Conseruatores citare aliquando possunt per edictum.

Delegatus Principis citare potest per edictum.

823 Ad 2. Resp. Citant, si citandus, est in loco citantis. Ias. *conf. 145. lib. 4. n. 6.* vel in loco non multum distante. Gratian. *lib. 1. discept. forens. c. 170. n. 30.* & *seq.* post Syluest. *in summ. in verb. Conseruatores, in 3. vers. Dico quintò.*

ADDITIO.

824 Idem tradunt Innocent. *in cap. 1. de offic. deleg. in 6.* & alij Doctores *ibid.* sicut etiam *in cap. fin. eod. tit.* Butr. *tract. de notorio, ar. 4. num. 13.* Calderin. *in cap. Vestra, de cohabit. cler.* & habetur ex dicto

dicto *cap.1. de offic. deleg. in 6.* Quatenus dicitur, quod conſeruator delegatus perpetuare poteſt ſuam iuriſdictionem, quæ tamen perpetuari nequit ſine citatione, cap. *Gratum de offic. deleg. in 6.* ibi. *Citationibus, & ſententiarum denunciationibus dumtaxat exceptis, quas per alios valeant exercere.* Et ratio eſt, quia citatio eſt neceſſaria in actibus iudicialibus, *l. de vnoquoque, ff. de re iud.* & *cap. Cum olim de teſtib* Et ideo cum conſeruatores habeant iudicare, debent poſſe citare, quia conceſſa iuriſdictione conceduntur omnia neceſſaria ad ipſam exercendam.

825 Quam citationem debent Conſeruatores adhibere etiam in notorijs, iuxta ea, quæ tradunt Gloſ. *in cap. Ad noſtram*, 3. verbo *Obſeruandus de iureiur.* & *in cap. Cum ſit Romana*, §. *fin.* verbo *Irrequiſitum de appel.* vbi Doctores Abbas, Innocent. Imola, Io. Andr. & cæteri. Ancharan. *in cap.1. n.6. de offic. deleg. in 6.* Alexand. *in l. A D. Pio*, §. *In venditione. ff. de re iud.* Alber. *in l. Ea quidem, n.* 14. *C. de accuſat.* Capra *tract. de notorio, memb.4. num.20* Farinac. *lib.9. quæſt. crim. quæſt.21. num.* 67. Gab. *tit. de citat. concluſ.1. num.2. lib.2. commun. concluſ.* alios citans. Boſſius *in Prac.* Tit. *de denunciat. n.9.* Aret. *conſil.163. num.7.* Clar. §. *fin. quæſt.9.num.4.* Et habetur ex Clemen. *Paſtoralis de re iud.* & *cap. Deus Omnipotens* & *cap. ſcelus, 2. q.1.* Et quamuis nonnulli oppoſitum teneant, adducentes nonnullos textus apud Scac. *de re iud. cap.76. n.8.* quos ipſe ſequitur, id tamen explicatur, vt ſolum habeat locum, quando conſtat, quod reo nulla poſſit competere defenſio.

826 Et quamuis regulariter citatio per edictum non ſit permiſſa, cum ſit Principi reſeruata, per Felin. *in c.2. n.7. de conſtit.* Vant. *de nullit. in Rubr. de nul. ex defec. citat. num.25.* Quia tamen in nonnullis caſibus à iure permittitur, poterit Conſeruator in ijſdem caſibus citare per edictum, vt deſumitur ex Rebuf. *tom.3. ad Conſtit. Gal.* Tit. *de citat. in præfat. num.93.* Conſect. *de priuileg. mendicant. tit.4. cap.7. init.* & ver. *Aduertendum eſt.* Scac. *de iudic. cap.* 34. *num.* 4. Gail. *Obſeruat.* 57. *pract. num.* 14. *lib.1.* & alijs, quos adducit, & ſequitur Moneta *de conſeruat. cap.* 8. *num.* 39. Quia ſcilicet Conſeruatores ſunt delegati Summi Pontificis: Delegati autem Principis citare poſſunt per edictum, Authen. *Qui ſemel. C. quomodo, & quan. iud.* & conſtat etiam ex Conſtit. 3. Pij V. *apud Conſect. de priuileg. mendican.*

An Conſeruatores ſint iudices delegati. Quæſt. III.

SVMMARIVM.

827 *Conſeruatores ſunt iudices delegati.*
828 *Morte concedentis expirat officium Conſeruatoris.*
829 *Conſeruatores an æquiparandi iudicibus ordinarijs.*
Conſeruatores ſunt delegati ad vniuerſitatem cauſarum.
830 *De iure nouo Conſeruatores ſunt iudices ordinarij.*
831 *Iuriſdictio ordinaria quomodo requirat territorium.*
832 *Ad iuriſdictionem ordinariam non requiri territorium, quomodo accipiendum.*

827 Ad 3. Reſp. Delegati ſunt, ideoque de illis tractatur *in c.1. & vlt. de offic. deleg. in 6.* & hoc pro certo tradit Nauar. *in conſ.1.* aliàs 3. *lib. 1. de offic. deleg. n.1.* & Petrus Greg. *in ſyntagm. Iur. lib.47. c.22. n.25.* poſt Sylueſt. *in ſumma, §. Conſeruator. n.3. verſ. Decimoquinto,* & ſumma Armil. *in d. §. Conſeruator. num.4.*

ADDITIO.

828 Idem tradunt Gloſ. *in cap.1. de offic. deleg. in 6.* Franc. *ibid. num.3.* Archidiacon. *num.1.* Butr. *num.* 4. Ancharan. *num.* 2. Mandoſ. *in praxi ſign.* verbo *Conſeruatoria.* ver. *Conſeruatores dicuntur.* D. Antonin. *3. par. tit.9. cap.4. §.2.* Fuſch. *lib.2. de Viſit. cap.23. num.3.* Neuizan. *conſil.* 35. *num.* 9. Iaſ. *conſil.145. vol.4.* Ancharan. *conſil.132. num.1.* Azor. *par.2. lib.5. cap.34. init.* Moneta *de conſeruat. cap.7. num.36.* & communiter. Et ſatis ex eo patet, quia morte concedentis expirat officium Conſeruatoris. *cap. fin. §. Officium autem, de offic. deleg. in 6.* Iuriſdictio autem ordinaria non expirat morte concedentis.

829 Et quamuis Franc. *in cap. Cum cauſam, num.* 17. *de appellat.* Ancharan. *in cap. fin. num.* 2. ver. *Quinto not. de officio deleg. in 6.* Neuizan. *conſil.35. num.* 13. Menoch. *lib.* 1. *de arbitr. quæſt.67. num.63.* nolint æquiparandos eſſe iudicibus ordinarijs, quia non ſunt delegati ad vniuerſitatem cauſarum vnius territorij, ſed tantum vnius generis perſonarum. Attamen communiter volunt æquiparandos ordinarijs. ita Geminian. *in cap. fin. §. Officium autem, num.2. init. de offic. deleg. in 6.* Franc. *ibid.* Aufrer. *ad Capel. Tholoſ. deciſ.* 38. Nauar. *conſil.3. num.2. de offic. deleg.* Io Baptiſ. Coſta *de in integr. diſt.64. num.3.* Conſect. *in Compen. priuileg. tit.* 4. *cap.7. init.* & ver. *Præterea Conſeruator.* Moneta *de conſer. cap.* 7. *num.* 37. Quia ſunt delegati ad vniuerſitatem cauſarum, cum ijs vnico verbo vniuerſali ſint cauſæ commiſſæ, *l.1 ff. Quis, & à quo appel.* quod ſufficit, vt ibi notat Gloſ. Iaſ. *in l. A iudice, num.8. C. de iudic.* Salicet. & Bald. *ibid.* Caſtrenſ. *in l.2. num.3. ff. de offic. eius &c.* Socin. ſen. *in l. More, num.41. ff. de iuriſdic. om. iud.* Franc. *in cap. Cum*

cau-

cauſam, num.27. de appellat. Cutt. iun. *conſil.2. n. 7.* Sanchez *lib.3. de matrim. diſp.31. num.4.*

830 Verùm licet hæc procedant de iure veteri, de iure tamen nouo Conſeruatores ſunt iudices ordinarij, vt notant Peirin. *de priuil. ad Conſtit.5. Gregorij XV. num. 2.* Lezana *tom. 2. ſum. cap. 10. num. 25.* & ita etiam declarauit S. Congregatio in Collect. ex Biblioth. Bellarm. *ad cap. 5. ſeſſ. 14. Concil. Trident.* his verbis: *Conſeruatores ſunt iudices ordinarij, ſed illis committuntur cauſæ, vt Sedis Apoſtolicæ delegatis*; intelligitur autem de commiſſione cauſarum, quæ aliàs ad ipſos non ſpectarent. Et ita deſumitur ex *Conſtit. 1. Gregorij XIII. in Bullar. §.5.* quæ incipit, *Æquum reputantes, VIII. Kal. Iun.* 1572. vbi decernitur, quod Conſeruatores habeant perpetuam poteſtatem, & iuriſdictionem, & proinde erit ordinaria, quia non expirabit morte concedentis, *l. Et quia ff. de iuriſd. omn. iud. & cap. 2. de offic. Legati in 6.* præſertim cùm ſit à lege, quæ non conſtituit delegationem. *cap. A iudicibus. 2. quæſt. 6.*

831 Neque obſtat, quod non habeant territorium, quia, quando dicitur, quod iuriſdictio ordinaria requirit territorium, non intelligitur de territorio, prout importat certum locum, ſeu certam dictionem, & regionem, vt in *l. Pupillus. §. Territorium. ff. de verbor. ſignificat.* Sed de territorio, vt dicit certos fines, intra quos in determinatas perſonas poteſt exerceri iuriſdictio, vt notant Oſſuad. *lib. 17. com. cap. 9. littera C.* Alphonſus de Eſcobar *de Pontificia, & Reg. iuriſdict. in ſtud. cap.9. num.6. & ſequent.* Quod eſt territorium formale, nempe termini claudentes intra certam ſphæram iuriſdictionem quoad perſonas inhabitantes.

832 Imò quod ad iuriſdictionem ordinariam non requiratur territorium, tradunt Felin. *in cap. Poſt ceſſionem init. de probat.* Geminian. *in cap. Ordinarij. de offic. Ordin. in 6.* Maranta *in ſpeculo par. 4. diſt. 5.* Tit. *An ſit iudicium Ordinar. num.2.* Moneta *De conſeruat. cap.7. num. 41.* Merol. *tom.3. theol. moral. diſput. 7. cap. 3. dub. 2. num. 59.* Sarauia *De iuriſdict. adiunct. quæſt. 33. num. 41.* Rota *Deciſ. 324. num. 10. par. 1. Recent.* & alij cum Gloſ. *in Clement. Ne Romani. §. Sanè.* verbo *Diœceſim. de elect.* argum. ex *cap. 1. De relig. domib.* quod debet intelligi de territorio materiali, quatenus dicit locum, in quo coadunantur ſubditi; nam territorium formale, importans vnionem ſubditorum intra certos terminos iuriſdictionis, certum eſt omninò requiri.

An Prælatus regularis ſibi præiudicet, ſinon vtatur foro Conſeruatorum. Quæſt. IV.

SVMMARIVM.

833 *Prælatus Regularis non vtens foro Conſeruatorum non ſibi præiudicat.*

834 *Priuilegium reſpiciens plures actus non amittitur niſi pro illa vice, pro qua quis non vtitur.*

Ex actu contrario cenſetur renunciatum priuilegio tantum, quantum indicat actus.

835 *Priuilegio, quod Regulares conueniantur coram Conſeruatoribus, non poſſunt priuati renunciare.*

836 *Renunciatio per actum oppoſitum priuilegij de Conſeruatoribus, non tenet, niſi conſentientibus Superioribus.*

837 *Actu contrario ſpacio quadraginta annorum præſcribuntur priuilegia.*

Priuilegium, quod Regulares conueniri debeant coram Conſeruatoribus, neque ſpacio quadraginta annorum præſcribitur.

Decretum irritans impedit præſcriptionem priuilegij.

833 Ad IV. Reſp. Non præiudicare: ita tenet Federicus de Senis *in conſ. 14. num. 5.* vbi antiquiores allegat.

ADDITIO.

834 Ratio reſolutionis eſt, quia quod Regulares conueniri debeant coram conſeruatore, eſt priuilegium; & ideo poſſunt illo non vti. Circa quod tamen eſt aduertendum, quod ſi aliquis Regularis pateretur, ſe conueniri coram alio iudice, quàm coram ſuo Conſeruatore, non per hoc amitteret priuilegium, quia cùm priuilegium habeat tractum ſucceſſiuum reſpiciens plures actus, ad ſummum cenſetur amittere pro illa vice, iuxta doctrinam Bart. *in l. 1. §. Hoc interdicto ff. de itin. actuq; priu.* Cin. *in l. Voluntariæ. C. De excuſat. tut.* Abbat. *in cap. Cùm acceſſiſſent. De Conſtit.* Felin. *num. 27.* Alexan. *Conſil. 192. circa fin. lib. 2.* Bald. *Conſil. 237. in fine. lib. 4.* & *in cap. Plerumque. circa fin. de reſcript.* Salicet. *in l. Voluntariæ. C. de excuſat. tut.* Puteus *deciſ. 128. num. 3. l. 2.* Decius *latè in cap. Cùm acceſſiſſent. num. 17. De conſtit.* Rodriquez *quæſt. 41. art. 5. tom. 1. quæſt. Regular.* Quia cùm renunciatio priuilegij dependeat ex voluntate renunciantis, menſuratur ex ipſa, & ideo ex actu contrario tantum ſolum cenſetur renunciatum, quantum indicat actus ipſe *l. fin. C. Ne vxor pro mar.* Actus autem contrarius, ſicut ſolum trahit voluntatem ad ſeipſum, ita ſolum trahet etiam renunciationem.

835 Imò neque pro illo actu religioſus validè renunciaret, quia priuilegiũ, vt regulares conueniantur coram Conſeruatoribus eſt priuilegium religionis, cui non poſſunt priuati renunciare *cap. Si dilecti. De foro competen.* & tradunt Abbas *in cap. Ad audientiam. num.12.* ver. *In contrarium. De præſcript.* Felin. *ibid.* Gracia *de ſentent. & re iud. gloſ. 7. qu. 3. limit. 4.*

Digitized by Google

limit. 4. *num.* 229. Cened. *lib.* 1. *præct. quæſt.* 26. *num.* 9. Cochier *de iuriſd. Ordinar. in exemp. par.* 3. *quæſt.* 12. *num* 4. Rota *Deciſ.* 240. *num.* 5. *par.* 4. *diuer.* & *Deciſ.* 704. *num.* 9. *coram Buratto.* & *Deciſ.* 72. *num.* 9, *par.* 1. *Recent.* & *Deciſ.* 63. *n.* 10. *par.* 5.

836 Præſertim quia agitur de iure Superiorum, quod læditur per huiuſmodi actum, & ideo non conſentientibus ipſis non tenet renunciatio per actum oppoſitum, vt notant Caſtrenſ. *Conſil.* 431. *num.* 3. *init.* Roman. *Conſil.* 369. *num.* 18. Cardin. *Conſil.* 38. *in fine*, Afflict. *Deciſ.* 173. Gratian. *Deciſ.* 78. *num.* 50. Tuſch. *littera C. concluſ.* 1027. *num.* 5. Cened. *quæſt. canon.* 12. *num.* 8. Gail, *obſeruat.* 40. *num.* 3. *lib.* 1. Io. Bapt. Coſta *de ſcient. & ignor. Centur.* 2. *diſt.* 66. *num.* 5. Et ideo poterunt Superiores prohibere, ne ſubditus proſequatur cauſam coram iudice, & reducere ad Conſeruatorem.

837 Et quamuis per actus contrarios ſpatio quadraginta annorum præſcribantur priuilegia contra inferiores Eccleſias ex *cap. Accedentibus. De priuilegijs.* vbi Doctores Innocent. Abbas, & alij. Syluester verbo *Priuilegium. num.* 11. hoc tamen priuilegium, quod Regulares conueniri debeant coram Conſeruatore, neque etiam ſpatio quadraginta annorum amittetur, quia habet clauſulam preſeruatiuam decreti irritantis, vt conſtat ex præcedenti Conſtitutione Gregorij XV. §. 12. ibi. *Quæ omnia, & ſingula in præſenti Conſtitutione contenta Sanctitas ſua voluit inuiolabiliter obſeruari; decernens ſic in ijs, cæteriſque omnibus præmiſſis per quoſcunque &c. etiam S. Palatij Apoſtolici Auditores, nec non S. Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata &c. iudicari &c. Necnon irritum, & inane &c.* Ante autem §. 9. decreuerat, quod Regulares coram ipſis Conſeruatoribus conueniri debeant. Decretum autem irritans operatur, quod per actus contrarios tanquam nullos, non præſcribatur priuilegium, vt tradunt Felin. *in cap. Cùm acceſſiſſent, n.* 30 ver. *Quarto limita. de Conſtitut.* Anton. Gabr. *l.* 6. *commun. concluſ. tit. de clauſ. concluſ.* 3. *num.* 39. & 44. Menoch. *Præſumpt.* 41. *num.* 10. *lib.* 6. Rodriquez *quæſt.* 41. *art.* 6. *tom.* 3. *quæſt. regular.* Moneta *de conſeruat. cap.* 10. *num.* 430. Balb. *de præſcript. par.* 5. *princip par.* 4. *quæſt.* 4. *limit.* 3. Abbas *in cap. Cùm acceſſiſſent. num.* 6. *de conſtit.* Imola *num.* 7. Burg. *num.* 227.

An Conſeruatoribus ſubiecti poſſint ſe Ordinarijs ſubijcere.
Quæſtio V.

SVMMARIVM.

838 *Conſeruatoribus ſubiectus poteſt Ordinarijs ſe ſubmittere, niſi ſit exemptus.*

839 *Regulares habentes Conſeruatores non poſſunt conſentire, quod conueniantur coram Ordinario. Intereſt Romanæ Sedis, ne ſubditi ſui ab alijs iudicentur.*

340 *Regulares non poſſunt conſentire quod conueniantur coram Ordinario, ſi habeant Conſeruatores, & ſi agatur de iure competente, exceſſione, aut cauſa criminali, aut mixta.*

838 Ad V. Reſp. Poterunt, ſed ſibi, & non alijs præiudicant. Ferret. *conſ.* **102.** *lib.* **1.** *in n.* **18. Corn.** *conſ.* **214.** *lib.* **2.** *n.* **8. Rota** *in Deciſ. Seraph.* **595.** *n.* **7. vbi ſubdit ſecus eſſe de exemptis, & Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectis, de quibus ſupra.**

ADDITIO.

839 Ex quo deducitur, quod Regulares immediatè ſubiecti Romanæ Sedi, & habentes Conſeruatores, non poterunt conſentire, ſi conueniantur coram Ordinario, quia hoc redundaret etiam in præiudicium Romanæ Sedis, cuius intereſt ſubditos ſuos ab alio non iudicari, vt notant Abbas *in cap.* 1. *num.* 19. *de re iud.* Felin. *in cap. Cùm olim. num.* 3. *de præſcriptionib.* Io. Andr. *in cap. Scienti. in fine.* ver. *Si vero. de reg. iur. in* 6. Franc. *num.* 4. Caſtrenſ. *conſil.* 432. *num.* 3. *lib.* 1. Rota cum alijs *in Vlixbonenſi Monaſterij* 19. *Nouemb.* 1625. *coram Coccino.* & *in Gandauen. Monaſterij* 29. *Apr.* 1641. *coram Eminentiſſ. Panzirolo.* Et fauet etiam Conſtitutio Gregor. XV. *de Conſeruatoribus.* §. 9. ibi *Statuit Sanctitas ſua, vt coram ipſis Conſeruatoribus Regulares, ac perſonæ ſuprascriptæ conueniri, aut trahi debeant, &c.* Atque §. 12. ponit decretum irritans omnia contraria diſpoſitis in ea Conſtitutione.

840 Et hoc locum habet, etiamſi agatur de iuribus competentibus ex ceſſione, aut cauſa ſit criminalis, aut mixta, non obſtante Decreto Concil. Trident. *ſeſſ.* 14. *c.* 5. *de reformatione.* Quia Concil. excludit Regulares, ſicut etiam Vniuerſitates generales, Collegia Doctorum, Scholarium, & Hoſpitalia actu hoſpitantia, ne ſub illa diſpoſitione comprehendantur. Vt notant etiam Anguian. *lib.* 3. *de legib. Controuer.* 33. *num.* 5. & 6. Moneta *de Conſeruat. cap.* 7. *num.* 326.

Digitized by Google

Ad quem appellandum à Conseruatoribus. Quæstio VI.

SVMMARIVM.

841 *A Conseruatoribus appellatur solum ad Papam.*
842 *Appellandum ad eum, qui dedit iudicem.*
843 *Appellandum ad Papam, etiamsi Conseruator ab ipso datus, sit laicus.*
A Conseruatore Clerico dato à Principe laico appellatur ad ipsum Principem.
844 *A Conseruatore an appellari possit ad Legatū.*
Delegatus Papæ in causa sibi commissa est maior Legato.
Delegatus Papæ in causa sibi commissa est maior quocumque Ordinario.
845 *A Subconseruatore ad quem sit appellandum.*
De iure ciuili semper est appellandum ad committentem.

841 Ad VI. Resp. Conseruatores sunt Iudices delegati à Papa in causis eis commissis. *c. 1, & seq. de offic. Iudic. deleg. in 6.* propterea ad Papam tantummodo ab eis appellatur. Ancharan. *cons. 72. n. 1.*

ADDITIO.

842 Hoc ipsum desumitur ex *cap. Super quæstionum. de offic. deleg. & cap. Si duo. Tit. eod. in 6.* & faciunt quæ tradunt Abbas *in cap. 2. de offic. leg.* Speculat. *Tit. de appellat. Rubr. Ad quem sit appellan. §. Nunc tractemus. num. 5.* Et satis constat ex regula generali, quod est appellandum ad eum, qui dedit iudicem *l. 1. ff. Quis, & à quo appel.* & *l. Imperatores. ff. de appel.* & *l. Præcipimus. §. Hæc si. C. de iudic.*

843 Ex quo fit, quod etiamsi Papa det Conseruatorem laicum, ad ipsum Papam sit appellandum, vt notant Speculator. *num præced. citat. dicto §. Nunc tractemus. num. 8.* Germon. *de sacror. immunit. lib. 3. cap. 19. num. 86.* Moneta *De conseruat. cap. 9. num. 184.* & Doctores *in cap. 2. de iudic.* & *in cap. Cùm sit generale. de foro competen.* & desumitur ex *cap. Si duobus. §. Denique. de appell.* & *cap. Nouit. de iudic.* Rursus à Conseruatore etiam Clerico dato à Principe laico, ad ipsum Principem erit appellandum, vt notant Doctores *in cap. In Archiepiscopatu. de raptorib.* Felin. *in dict. cap. Cùm sit generale. de foro competenti.*

844 Ita autem appellatur à Conseruatore ad Papam, vt non possit appellari ad Legatum etiam de Latere, vt tradunt Ancharan. *consil. 132.* Run. *consil. 3. lib. 4.* Tusch. *Littera C. conclus. . . . num. 6.* Confect. *de priuileg. Mendicant. tit. 3. cap. 5. in fine.* Qui addunt, neque valere consuetudinem, quod à Conseruatore appelletur ad Legatum de Latere, & afferunt eam rationem, quia non potest consuetudine induci, vt à maiori appelletur ad minorem: Conseruator autem tanquam Delegatus Sedis Apostolicæ, in causis sibi commissis, maior est Legato, etiam à Latere, nam Legatus à Latere habet iurisdictionem ordinariam *cap. 2. de offic. Legati in 6.* Delegatus autem Summi Pontificis in causa sibi commissa, maior est quocunque Ordinario *cap. Sanè, 2. de offic. Deleg.* & *cap. Pastoralis. §. Præterea. de offic. Ordinar.* Et quòd Delegatus Papæ sit maior in causa sibi commissa etiam Legato, desumitur ex *cap. Studuisti. de offic. Leg.* vbi Doctores, & notant Speculat. *Tit. de Legat. §. Superest. num. 48.* Ruin. *consil. 3. num. ... lib. 4.* Ancharan. *consil. 132. n. 2.* Mandos. *in praxi sign. grat.* verbo *Conseruatoria, init.*

845 Sed dubium remanet, ad quem sit appellandum à Subconseruatore. Hæc autem difficultas cum distinctione resoluenda est. Nam si Conseruator etiam quoad vnam causam commisit Subconseruatori totam suam iurisdictionem, solum ad Papam poterit appellari: Si verò sibi reseruat aliquid de iurisdictione, ad ipsum Conseruatorem appellabitur. Prior pars deciditur *in cap. Super quæstionum. §. Puto. de offic. Deleg.* ibi. *Cùm Delegatus à nobis iurisdictionem suam in alium transtulerit totam, si fuerit appellandum, non ad eum, sed ad nos appellari debebit.* Et ratio est, quia si transtulit totam suam iurisdictionem in Subconseruatorem, non remanet apud ipsum alia iurisdictio, cuius vigore in causa appellationis possit procedere. Secunda autem pars desumitur ex eodem tex. à contrario sensu; quia si, cur non possit ad ipsum appellari, ex eo prouenit, quia totam iurisdictionem commisit; si totam non cōmittat, sed aliquid sibi reseruet, poterit ad ipsum appellari. Desumitur etiam ex *cap. Cùm te. de offic. Deleg.* & *cap. Si Delegatus. eod. Tit. in 6.* Est tamen aduertendum, quod hoc procedit de iure canonico; nam de iure ciuili semper ad committentem est appellandum. *l. 1. ff. Quis, & à quo appell.* & *l. fin. in fine. C. de iudic.* & *l. Præcipimus. §. Hæc si. C. de appellat.* Quia scilicet iurisdictio nunquam de iure ciuili ita censetur in totum committi, quin remaneat etiam apud committentem.

An

Digitized by Google

An Constitutio Gregorij XV. de Conseruat. afficiat Equites Hierosolymitanos, Quæstio VII.

SVMMARIVM.

846 *Constitutio Gregor. XV. non afficit Hierosolymitanos Equites, possunt tamen eligere Conseruatores.*

Tenentur seruare formam præscriptam, si eligant.

846 Ad VII. Resp. Quòd non, nisi quoad Iudices Conseruatores, eidemque Religioni adhuc ius eiusmodi Iudices Conseruatores eligendi competere, declarauit Sac. Congr. Concil. Trident. *die 6. Februarij* 1627. sub his verbis: *Sacra Congregatio Illustrissimorum Cardinalium Concil. Trident. Interpretum censuit, Constitutionem sanctæ mem. Gregorij XV. de Conseruatoribus, non afficere Religionem Hierosolymitanam, nisi quod Iudices Conseruatores, eidemque Religioni adhuc ius eiusmodi Iudices Conseruatores eligendi competere.* Supradicta declaratio reperitur impressa in Bullario S. D. N. Vrbani VIII. *fol.* 392. quæ incipit: *Exponi nobis &c.*

ADDITIO.

847 Cùm Constitutio præfata afficiat quoad Conseruatores Milites Hierosolymitanos, sequitur, quod si volunt, teneantur eligere Conseruatores iuxta formam in ea præscriptam quod etiam colligitur ex ipsa Constitutione, siquidem reuocat electiones Conseruatorum in specie, etiam Militum Hierosolymitanorum, & dat formam eligendi imposterum, vnde fit, quod ipsi quoque teneantur seruare formam præscriptam, cùm quoad hoc sub Constitutione comprehendantur, siquidem non possunt eligi alio modo, nisi secundùm præscriptam formam, præsertim stante decreto irritante, vt in §. 12.

Resolutio aliorum dubiorum circa Conseruatores.

SVMMARIVM.

848 *Regulares possunt semper eligere Conseruatores seruata forma &c.*

849 *An quando iurisdictio Conseruatorum extenditur ad plures Episcopatus, debeat apud omnes notificari electio.*

850 *Electio Conseruatorum mutari non potest intra quinquennium, nisi ex iusta causa, & à quo approbanda.*

851 *Conseruator potest recusari vt suspectus, nisi de iniurijs notorijs debeat recognoscere, & notorium sit permanens.*

852 *Recusato Conseruatore vt suspecto, erunt eligendi arbitri, qui iudicent de causis suspicionis.*

853 *Quid si oriatur competentia iurisdictionis inter Conseruatorem & Ordinarium.*

848 Circa autem materiam Conseruatorum nonnulla alia adnotanda sunt. Et primo, quod quamuis Regulares non elegerint Conseruatorem intra tempus præfixum à Constitutione Gregorij XV, possunt tamen semper eligere, dummodo eligant iuxta formam præscriptam in eadem Constitutione, vt declarauit S. Congregatio *die* 18. *Septembris* 1627. & desumitur etiam ex eadem Constitutione §. 7. ibi *Alioquin eo termino elapso* (nempe prefixo in Constitutione ad eligendum, & docendum de electione) *Quamdiu Conseruatores secundum formam præsentis Constitutionis non elegerint, coram eisdem Ordinarijs conueniantur.* Ex quibus constat, quod conceditur pro quocumque tempore facultas eligendi.

849 Secundò. Cum iurisdictio Conseruatorum pro Regularibus extendatur ad tres dietas ex dispositione Pij V. contingere potest, quod se extendat ad plures Episcopatus; & ideo cum ex præfata Constitutione Gregorij XV. debeant electionem Conseruatoris notificare Curiæ Ordinarij, necesse erit, quod notificent Curiæ cuiuscunque Ordinarij, ad cuius Episcopatum potest extendi iurisdictio, alioquin solum vti poterunt Conseruatore in illo Episcopatu, cuius Curiæ notificata est electio, vt declarauit S. Congregatio *die* 11. *Iulij* 1620.

850 Tertiò. Conseruatores electi secundum formam huius Constitutionis mutari non poterunt durante quinquennio à die suæ electionis, nisi interueniat legitima causa, quæ erit approbanda vel à Sede Apostolica, vel à locorum Ordinarijs. Poterunt autem Regulares, prout magis libuerit, recurrere vel ad Sedem Apostolicam, vel ad Ordinarium pro approbatione causæ. Ita statuitur §. 8. Poterunt tamen Conseruatores durare in officio vltra quinquennium, quia Decretum Concilij Trident. *sess. 14. cap. 5. de reformat.* Quod Conseruatores non durent vltra quinquennium, non se extendit ad Conseruatores Regularium, & nonnullos alios, vt in fine cap. & proinde officium Conseruatoris non est temporale, vt notat Miranda, *tom. 2. manual. Prælat. quæst. 47. ar. 6.*

851 Quarto. Conseruator poterit recusari tanquam suspectus, existente iusta causa. Vnde etiam Actores poterunt recusare Conseruatorem Regularium, & nolle causam coram ipso agitari. Cum enim Conseruator sit Iudex, est eadem ratio de ipso

ac de cæteris iudicibus; iudex autem suspectus recusari potest cap *postremo*, & cap. *cum speciali de appellat.* & *l. apertissimi, C. de iudic.* Hoc tamen est limitandum, vt non valeat, quando Conseruator de iniurijs notorijs debet cognoscere cap. *proposuit. de appellat.* vbi Glos. verbo *Manifesto*, communiter recepta. Innocent. *in cap. 1. num. 4. de offic. deleg. in 6.* Hostiens. *ibid.* Syluester verbo *Conseruator, n. 5 in fine*, Caualcan. *decis. 33. num. 15. par. 2.* Farinac. cum alijs, *quæst. 22. crimin. num. 129.* Ceual. *to. 4. com. contra com. quæst. 897. num. 779.* Campanil. *in diuer. iur. rubr. 12. cap. 13. num. 25. in fine*. Quia stante notorietate non potest habere locum iniustitia, cuius intuitu admittitur recusatio. Hoc tamen limitandum est, vt solum habeat locum, quando notorium est permanens, non autem quando est transiens. Ita Bursat. *consil. 21. num. 23. lib. 1.* Lancellot. *de attent. par. 2. cap. 6. num. 33.* Carauita *in Ritu magn. cur. 265. num. 11.* Farinac. *quæst. 21. crimin. num. 131.*

852 Si ergo contingat Conseruatorem recusari, vt suspectum, erunt eligendi arbitri, qui iudicent de causis suspicionis, vt de delegatis Apostolicis decernitur in cap. *cum speciali de appellat.* & in terminis Conseruatorum in Concil. Trident. *sess. 14. c. 5. de reformat.* Erunt autem arbitri eligendi à partibus. Quod si non adsit aduersarius, eligentur à recusante, & recusato, & si electi non concordent, addetur tertius, vt in dicto cap. *cum speciali*.

853 Et idem erit seruandum, si oriatur controuersia super competentia iurisdictionis inter Conseruatorem, & Ordinarium. Ita enim decernitur in Concil. Trident. *sess. 14. cap. 5. de Reformatione*, & *in Constit. Gregor. XV. §. 10. de Conseruatoribus.* Vnde non est audiendus Moneta *de conseruat. cap. 9. num. 36.* asserens Conseruatorem tanquam Iudicem delegatum, atque adeo maiorem Ordinario, debere cognoscere de competentia iurisdictionis; nam qui est dignior debet cognoscere de controuersia, quando oritur inter duos iudices, vt tradunt Roman. *consil. 160.* & Doctores *in cap. pastoralis, de rescriptis*, & *in cap. super literis, eod. tit.* & *in cap. cum sit generale, de foro compet.* Quia hoc non valet in præsenti casu, cum aliter à iure sit dispositum.

Digitized by

BVLLA
FOELICIS RECORDATIONIS
GREGORII XV.
IN QVA
FIT CONFIRMATIO ET AMPLIATIO CONSTIT. PII IV
Editæ contra Sacerdotes in Confeſſionibus ſacramentalibus Pœnitentes ad turpia ſollicitantes.

GREGORIVS PAPA XV.
Ad futuram rei memoriam.

854 VNIVERSI *Dominici gregis curam, eamque immeriti, cœleſti diſpoſitione gerentes, ſedulò inuigilare tenemur, vt ab omnibus prauis contagijs conſeruetur immunis, multòque maiori ſtudio prouidere, vt omnis peſtis ab ijs auertatur, quibus alios ſanandi officium eſt commiſſum, ne, quod Euangelica ſcripta nos admonent, ſale inſatuato non ſit in quo ſaliatur, & ad nihilum profit vltra, niſi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.*

§. 1. Quoniam autem à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris quibuſdam in locis prouiſum fuit, vt impium, ac nefandum ſcelus, quod non ſolùm inter Chriſtifideles non eſſe, ſed nec etiam nominari debet, procul ab ijs arceatur, videlicet, vt aliquis Sacerdos ad ſacras audiendas Confeſſiones deputatus, ſanctiſſimo Pœnitentiæ Sacramento ſolicitando pœnitentes ad turpia, abutatur, ac pro medicina venenum, pro pane aſpidem porrigat, ex cœleſti medico infernalis veneficus, & ex patre ſpirituali proditor execrabilis animarum reddatur. Idcirco Nos ea, quæ his perniciosiſſimis diaboli inſidijs arcendis certis in locis ſalubriter conſtituta ſunt, vt nullibi deſiderentur, quantum ex alto conceditur, prouidere duximus.

§. 2. Alias ſiquidem à fel. rec. Pio Papa IV. Prædeceſſore noſtro emanarunt literæ tenoris ſubſequentis, videlicet: Pius Papa IV. Venerabili fratri Archiepiſcopo Hiſpalenſi, in Regno Hiſpaniæ, hæreticæ prauitatis Inquiſitori Generali. Cum ſicut nuper, non ſine animi noſtri moleſtia, accepimus, diuerſi Sacerdotes in Regnis Hiſpaniarum, atque etiam in Ciuitatibus, & Diœceſibus curam animarum habentes, ſiue eam pro alijs exercentes, aut aliàs audiendis Confeſſionibus pœnitentium deputati, in tantam proruperint iniquitatem, vt Sacramento Pœnitentiæ in actu audiendi Confeſſiones abutantur: nec illi, vt qui in eo inſtituti ſunt, Domino DEO, & Saluatori noſtro IESV Chriſto iniuriam facere vereantur, mulieres videlicet pœnitentes ad actus inhoneſtos, dum earum audierunt Confeſſiones, alliciendo, & prouocando, ſeu allicere, & prouocare tentando, ac loco earum per Sacramentum huiuſmodi Creatori noſtro reconciliationis, grauiorum peccatorum mole eas onerando, & in manibus diaboli tradendo, in Diuinæ Maieſtatis offenſam, animarum perniciem, & Chriſtifidelium ſcandalum non modicum. Nos, in animum inducere nequeuntes, quòd qui de Fide Catholica rectè ſentiunt, Sacramentis ab Eccleſia DEI inſtitutis abutantur, aut illis iniuriam faciant, Fraternitati tuæ, de cuius eximia pietate, virtute, atque doctrina plurimùm in Domino confidimus, per præſentes committimus, & mandamus, quatenus per te, vel aliquem ſeu alios à te deputandum, ſeu deputandos, contra omnes & ſingulos Sacerdotes dictorum Regnorum, ac illarum Ciuitatum, & Diœceſum de præmiſſis quomodolibet diffamatos tam ſæculares, quam quorumuis etiam exemptorum, ac Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectorum Ordinum Regulares cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ exiſtant, tam ſuper præmiſſis, quam ſuper Fide Catholica, & quid de ea ſentiant, diligenter inquiras, & iuxta facul-

tatem tibi contra hæreticos, aut de l[illegible]ſi quouis modo ſuſpectos à Sede Apoſtolica conceſſarum continentiam, & tenorem procedas, ac culpabiles repertos iuxta exceſſuum ſuorum qualitatem, prout de iure fuerit faciendum, debita præcedente degradatione; ſecularis Iudicis arbitrio puniendos tradas. Non obſtant. &c. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 16. Aprilis, Anno Dñi milleſimo quingenteſimo ſexageſimo primo, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

§. 3. Igitur vt Literæ prædictæ perpetuis futuris temporibus, & vbique locorum inuiolabiliter obſeruentur, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtra, ac de conſilio Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium contra hæreticam prauitatem generalium Inquiſitorum, præinſertas litteras huiuſmodi, ac omnia, & ſingula in eis contenta Apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque omnibus, & ſingulis inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, illaſque non ſolum in prædictis Hiſpaniarum Regnis, ſed in quibuſuis Chriſtiani orbis partibus firmiter, & inuiolabiliter obſeruari præcipimus, & mandamus.

§. 4. Ac preterea ne in futurum de pœna his delinquentibus imponenda, & de modo contra eoſdem procedendi ab aliquo dubitari poſſit, ſtatuimus, decernimus, & declaramus, quod omnes, & ſinguli Sacerdotes, tam ſæculares, quam quorumuis, etiam quomodolibet exemptorum, ac Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectorum Ordinum, Inſtitutorum, Societatum, & Congregationum regulares, cuiuſcumque dignitatis, & præeminentiæ, aut quouis priuilegio muniti exiſtant, qui perſonas, quæcumque illæ ſint, ad inhoneſta, ſiue inter ſe, ſiue cum alijs quomodolibet perpetranda in actu Sacramentalis Confeſſionis, ſiue ante, vel poſt immediatè, ſeu occaſione, vel prætextu Confeſſionis huiuſmodi, etiam ipſa Confeſſione non ſecuta, ſiue extra occaſionem Confeſſionis in Confeſſionario, aut in loco quocumque, vbi confeſsiones Sacramentales audiantur, ſeu ad confeſſionem audiendam electo, ſimulantes ibidem confeſſiones audire, ſollicitare, vel prouocare tentauerint, aut cum eis illicitos, & inhoneſtos ſermones, ſiue tractatus habuerint, in officio Sanctæ Inquiſitionis ſeueriſſime, vt infra, puniantur. Et præterea omnes hæreticæ prauitatis Inquiſitores, & locorum Ordinarios omnium Regnorum, Prouinciarum, Ciuitatum, Dominiorum, & locorum vniuerſi orbis Chriſtiani in ſuis quemque Dioceſibus, & Territorijs per has noſtras literas, etiam priuatiuè quoad omnes alios ſpectaliter, ac perpetuos Iudices delegamus, vt ſuper his contra prædictos ſimul, vel ſeparatim in omnibus prout in cauſis fidei, iuxta ſacrorum Canonum formam, necnon officij Inquiſitionis huiuſmodi conſtitutiones, priuilegia, conſuetudines, & decreta diligenter inquirant, & procedant: & quos in aliquo ex huiuſmodi nefarijs exceſsibus culpabiles repererint; in eos pro criminum qualitate, & circumſtantijs, ſuſpen. ab executione ordinis, priuationis beneficiorum, dignitatum, & officiorum quorumcumque, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, necnon vocis actiuæ, & paſſiuæ (ſi regulares fuerint) exilij, damnationis ad triremes, & carceres etiam in perpetuum abſque vlla ſpe gratiæ, aliaſque pœnas decernant, eos quoque, ſi pro delicti enormitate grauiores pœnas meruerint, debita præcedente degradatione, Curiæ ſæculari puniendos tradant.

§. 5. Dantes etiam facultatem Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, & generalibus Inquiſitoribus, ne delictum tam enorme, Eccleſiæ DEI tam perniciosum, remaneat ob probationum defectum impunitum, cum difficilis ſit probationis, teſtibus etiam ſingularibus, concurrentibus præſumptionibus, indicijs, & alijs adminiculis, delictum probatum eſſe arbitrio ſuo iudicandi, & Curiæ ſæculari, vt præfertur, reum tradendum eſſe, pronunciandi.

§. 6. Non obſtan. omnibus, quæ dictus Predeceſſor in ſuis literis prædictis voluit non obſtare, cæteriſq; contrarijs quibuſcumque.

§. 7. Mandantes omnibus Confeſſarijs, vt ſuos pœnitentes, quos nouerint fuiſſe ab alijs, vt ſupra, ſollicitatos, moneant de obligatione denunciandi ſollicitantes, ſeu, vt præfertur, tractantes, Inquiſitoribus ſeu locorum Ordinarijs prædictis: quod ſi hoc officium prætermiſerint, vel pœnitentes docuerint non teneri ad denunciandum Confeſſarios ſollicitantes, ſeu tractantes, vt ſupra; ijdem locorum Ordinarij, & Inquiſitores illos pro modo culpæ punire non negligant.

§. 8. Volumus autem, vt præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra vbique habeatur, quæ præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

§. 9. Quodque eædem præſentes literæ, ſeu illarum exempla, ad valuas Baſilicarum S. Ioannis Lateranenſis, ac Principis Apoſtolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ affixæ, omnes ita arctent, & afficiant, ac ſi vnicuique perſonaliter intimatæ fuiſſent.

Dat. Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris, die 30. Auguſti M. DC. XXXII. Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Anno à Natiuitate Domini Noſtri Ieſu Chriſti 1622. Indict. 5. die verò prima menſis Septembris, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Gregorij diuina prouidentia Papæ

Papæ XV. Anno eius ſecundo: ſuprascripta Conſtitutio, ſiue Literæ Apoſtolicæ affixæ fuerunt ad valuas Sancti Ioannis Lateranenſis, & Principis Apoſtolorum Baſilicarum de Vrbe, & in acie Campi Florę, vt moris eſt, per me Brandimartem Latinum, Apoſtolicum Curſorem.

Octauius Spada Mag. Curſorum.

855 DEclarationes factæ per ſacram Congreg. Eminentiſſimorum Cardinalium Inquiſitorum Generalium hæreticæ prauitatis ſuper dicta Bulla, & tranſmiſſæ Illuſtriſſimo Archiepiſcopo Auenionen. die 27. Octobris 1624.

Molto Illuſtre, e Reuerendiſſimo Signore. Dopo eſſerſi hauuta lunga, & matura conſideratione ſopra il dubio ſignificato da diuerſe bande, ſe i Penitenti ſono obligati à denuntiare i Confeſſori, da' quali ſono ſtati ſollicitati nel luogo, ò atto della confeſſione, quando hanno conſentito alla ſollicitatione, Noſtro S. e queſti miei SS. Illuſt. in Congregatione auanti ſua Santità, à 25. di Luglio paſſato, dopo hauere anco inteſo il parere di vna particolare Congreg. deputata per queſto effetto, hanno riſoluto, che qualſiuoglia penitente è tenuto à denunciare il Confeſſore, ancorche l'habbia conſentito, e non è tenuto à propalare il proprio conſenſo, ne ſopra ciò s' interroghi dal Veſcouo, ò Inquiſitore, ò da' loro Vicarij, auanti i quali deporrà la confeſſione; procedendoſi poi contra di lui ne i conſtituti, che ſe gli faranno. Non s'interroghi ſopra detto conſenſo, & in caſo ch' egli voleſſe dirlo da ſe, non ſi ſcriua il ſuo detto, come coſa in ordine alla perſona ſollicitata, non ſpettante al Santo Officio. Le parti dunque di V.S. ſono il ſignificare la detta riſolutione à i Confeſſori, & incaricargliene ſtrettamente l'oſſeruanza, acciò ne i caſi, ch' occorrono alla giornata conforme al tenore della Conſtitutione publicata da Gregorio XV. ſan. mem. contra i Confeſſori ſollicitanti, ſignifichino à i penitenti l'obligo, che hanno di denunciare i Confeſſori, da' quali ſaranno ſollicitati; & hauendoli conſentito, e facendo difficoltà in ſcoprire il proprio conſenſo conforme alla riſolutione, che s'è fatta, li dichiari apertamente, che non ſono tenuti à propalare il detto conſenſo, e che tanto eſſi Penitenti, quanto i Confeſſori ſollicitanti, procedendoſi contra di loro, non ſaranno di ciò interrogati, e dicendolo da ſe, non ſi riceuerà, ne ſcriuerà il detto. E quando tuttauia il Penitente perſiſteſſe nella medeſima renitenza, N. S. ſi contenta, che dal Veſcouo, ò dall' Inquiſitore ſi dia auttorità al Confeſſore di riceuere per ſcrittura, e con giuramento la denuncia, per portarla ſubito à chi l'hauerà data auttorità di pigliarla: e ſe oltre le coſe ſudette occorrerà altro caſo graue, per lo quale non ſi poſſa il Penitente indurre à denunciare, vuole ſua Santità, che ſe ne ſcriua quà, e s'aſpetti la riſpoſta, & intanto ſi ſopraſeda nell' aſſolutione di eſſo. E tanto ſi contenterà V. S. di far oſſeruare nella ſua Dioceſe, facendo regiſtrare la preſente ne gli atti di cotesta Corte per information ſua, e de' ſuoi Succeſſori, che doueranno hauer mira, che la preſente riſolutione riſguarda ſolo quei Penitenti, che per hauer conſentito, fanno difficoltà in denunciare; ma à quei, che non hanno conſentito, ò hauendo conſentito, non ſono in ciò renitenti, non deue il Confeſſore porre difficoltà alcuna, ma laſciare, che liberamente, & indifferentemente ſodisfaccino all'obligo, che hanno di denunciare conforme alla ſudetta Conſtitutione: e per fine il S. Iddio conceda à V. S. ogn'altra proſperità maggiore. Di Roma li 27. di Settembre 1624. Di V.S. Affettionatiſſimo per Seruirla. Il Cardinal Millino.

QVÆSTIONES.

856 1 Num hæc pœnalis Conſtitutio, loquens de tentantibus mulieres, locum habeat etiam contra tentantes adoleſcentes de vitio nefando, ex maioritate rationis.

2 An credatur teſti vnico, quando eſt impoſſibile, vel difficillimum alios inuenire, & quid moneant Doctores in hac materia ſollicitationis.

3 An credatur pœnitenti contra Confeſſarium, ſi dicat reuelaſſe eius confeſsionem.

4 An Confeſſarij, qui ſolicitauerunt ad turpia in actu confeſsionis, vel ante, vel poſtea, per quamcumque gratiam factam, vel faciendam, poſsint reſtitui, vt valeant confeſsiones ſæcularium, audire: & quid ſi abiuratunt aliàs ſecretè, vel publicè.

An Conſtitutio Gregorij XV. contra ſollicitantes locum habeat contra ſollicitantes maſculos. Quæſt. I.

SVMMARIVM.

857 *Conſtitutio Gregorij XV, contra ſollicitantes comprehendit ſollicitantes maſculos.*

858 *Appellatione perſonæ venit maſculus, & fœmina.*

Dictio, Quæcunque, comprehendit omne genus perſonarum.

859 *An ante Conſtitutionem Gregor. fuerint denunciandi ſollicitantes maſculos in confeſſione, Caſus, in quo militat eadem ratio, comprehenditur ſub expreſſo.*

860 *An ſciens ſub ſecreto naturali aliquem ſollicitaſſe in confeſſione, teneatur denunciare.*

861 *Lex obligans denunciare ſollicitantes cedit obligationi naturali.*

Quando ſciens ſub ſecreto naturali, teneatur denunciare.

857 Ad 1. Reſp. Quòd ſic; ita punctualiter poſt Salced. qui allegat hanc Bullam; & hunc caſum comprehendere tradit Rod. *quæſt. 27. art. 3.* & etiam Stephan. Quaranta *in ſua ſumma, in verb. Confeſſor. verſ. ampliatur*. Vbi luculenter nonnullas optimas rationes adducit, & ita etiam in dicto Tribunali Sanctiſ. Inquiſitionis practicari ab ijdem Miniſtris accepi.

ADDITIO.

858 Poſt præfatam Bullam Gregorij XV, nulla de hoc remanet difficultas, nam §. 4. habet, *Qui perſonis, quæcunque illæ ſint, ad inhonestum, ſive inter ſe, ſive cum alijs quo nodolibet perpetrandæ, &c.* Nam non ſolum appellatione perſonæ venit maſculus, & fœmina cap. *Perſonæ de priuileg. in 6* & notant Rebuf. *in l. 1. ver. Dolosimo ff de verbor. ſignificat.* Gonzalez *ad reg. 8. Cancel. glos. 5. num. 109.* Gomez. *in Reg. de Idiom. quæſt. 2. num. 2.* Coccin. *deciſ. 277. num. 2.* Sed etiam dictio *Quæcunque* ſuperaddita facit, vt diſpoſitio complectatur genus omne perſonarum, vt notant Menoch. *conſil. 224. num. 7.* Monach. *deciſ. Bononien. num. 48.* Burſat. *conſil. 32. num 14. lib. 1.* Honded. *conſil. 92. num 7. vol. 1.* Giurba *conſil. crim. 21. num. 2.* Et ita tradunt in terminis huius Bullæ Venet. *lib. 5. Examin. Epiſcop. cap. 17. num. 19.* Belloch. *de caſib. reſeruat. par. 2. quæſt. 7. num. 28. & quæſt. 10. num. 51.* Nald. *in ſum. verbo Confeſſio, num. 31.* Peirin. *tom. 2. de priuileg. ad Conſtit. 4. Gregor. XV. §. 5. n. 14.*

859 Solum occurrit dubitandum, an ante præfatam Conſtitutionem Greg. XV. eſſent denuntiandi ſollicitantes maſculos in confeſſione. Et quamuis negent Bariola *in Florib. Inquiſit. ..... fol. 227.* Portel. *in dub. Regular.* verbo *Sollicitare fœminas. num. 5.* & inclinat Param. *lib. 3. de orig. Inquiſit. quæſt. 10, num. 96.* Tenendum tamen, quod adhuc erant denunciandi vigore Conſtitutionis Pauli IV. Et ita docent Rodriquez *quæſt. 27. ar. 3. tom. 2. quæſt. Regular.* Quaranta *in ſum. Bullarij*. verbo *Confeſſio* Cherub. *in compen. Bullar. par. 2. conſtit. 31.* Acugna *de Confeſſar. ſollicit. quæſt. 5. per totam.* Giurtius *de caſib. reſeruat. quæſt. 14 num. 4.* Scortia *in Bull. Pontific. Epit. 77 theorem. 197.* Coriolan. *de caſib. reſeruat. par. 1. ſect. 2. art. 22. n. 3.* Riccius *Reſol. 66. num. 3. par. 3. praxis.* Molfeſ. *par. 1. ſum. tract. 7. cap. 24. num. 34.* teſtans de praxi ante Conſtit Gregorij XV. Hieronymus Rodriquez *in compend quæſt. Regular. reſol. 131. n. 3.* Anton. Souſa *de Confeſſar. ſollicit. tract. 4. cap. 12. num. 12.* Quia nimirum caſus, in qua militat eadem ratio, dicitur comprehenſus in caſu expreſſo, vt notat Gloſſ. communiter recepta *in cap. 1. verbo Vt alia. de temporib. Ordinat. in 6.*

860 Aliud dubium ſingulare occurrit, An ſcilicet, qui ſub ſecreto naturali ſcit, aliquem ſollicitaſſe in confeſſione, teneatur denunciare: vt ſi quis audiret Confeſſarium ſollicitantem in confeſſione, aut ſi Confeſſarius, qui ſollicitauit, aperiat alicui ſuum delictum, & ipſum conſulat, quid ſibi faciendum. Non conueniunt autem inter ſe Doctores, nam aliqui volunt non eſſe denunciandum. Ita Facundez *lib. 4. in 2. præcep. Eccleſ. cap. 3. num. 31.* Raynaud. *de monitor. par. 1. cap. 3. quæſito 3.* & conſenſit Thomas Hurtad. *tom. 1. variar. reſolut. tract. 4. cap. 8. reſolut. 17. num. 260, & ſequent.* quando ſollicitans eſt emendatus, aut ſperatur emendandus. Quia obligatio denunciandi eſt à lege humana, quæ non prævalet contra ius naturale, quod obligat ad ſeruandum ſecretum naturale. Sic nec etiam tenetur denunciare blaſphemos occultos, vt latè cum alijs Sanchez *lib. 2. ſum. cap 32. num. 47.* Econtra verò alij tenent adhuc eſſe denunciandum. Ita Boſſius *in Append. de iubil. dub. 26. num. 88.* Trimarch. *de Confeſſar. ſollicitan. diſp. 6. num. 29.* Palaus *tom. 1. tract. 4. diſp. 9. dub. 20. num. 5.* Diana *par. 1. tract. 4. reſol. 24.*

861 Sed hæ ſententiæ facilè poſſunt conciliari: nam lex obligans ad denunciandum eſt affirmatiua, nec tanquam inferioris ordinis derogat obligationi legis naturali, & proinde non obligat ad non ſeruandum ſecretum, quando de iure naturali eſt ſeruandum. Vnde quando quis ſub ſecreto naturali ſcit aliquem in confeſſione ſollicitaſſe, obligabitur tantum ad denunciandum quando ratione finis legis ceſſabit obligatio tegendi ſecretum naturale, ſecus autem, quando non ceſſabit. Vnde conſiderandæ erunt circumſtantiæ, & videndum, an ceſſet obligatio ſecreti naturalis; tunc enim proculdubio ceſſabit, quando bonum commune grauiter læderetur, ſi committeretur denunciatio. Quia lex naturalis non eſt ſibiipſi contraria, & ideo cùm obliget

ad

Digitized by Goo

ad tuendum bonum commune ex eo, quod seruaretur, subiret graue detrimentum.

Quomodo probandum crimen sollicitationis, & an standum testi vnico. Quæstio II.

SVMMARIVM.

862 *Inquisitores an debeant credere testibus singularibus in materia sollicitationis, & quid facere debeant.*

863 *Delictum sollicitationis probari an possit per testes singulares concurrentibus adminiculis.*

Cuius arbitrio iudicandum sit, an testes singulares probent in materia sollicitationis.

Quid requiratur ad ad formandum hoc arbitrium.

Arbitrium debet regulari à iure.

864 *In delicto sollicitationis non sufficiunt testes singulares, nisi concurrant indicia, & adminicula.*

Ablatiuum absolutum indacit conditionem.

Deficiente conditione deficit concessio.

865 *In delicto sollicitationis debent coniunctim concurrere præsumptiones, & indicia.*

Dictio, Et, *requirit concursum copulatorum.*

866 *Quinam testes non admittendi in crimine sollicitationis.*

Constare debet de ipsorum idoneitate.

867 *Vnius testis non sufficit in delicto sollicitationis.*

868 *An sufficiat ad carcerationem, ac torturam. Et quid si Confessarius sit malæ famæ.*

869 *In delicto sollicitationis an sufficiant duo testes pro condemnatione.*

870 *Quinam requirant tres testes singulares, & an sufficiant.*

871 *Quinam requirant saltem quatuor testes singulares.*

872 *Ex testibus singularibus non est imponenda pœna ordinaria delicti in crimine sollicitationis.*

Ex testibus singularibus nunquam habetur plena probatio.

Quatuor fœminæ non probant in hoc delicto.

873 *Delictum sollicitationis, an sit probatum, remittendum iudicio Inquisitorum.*

862 Ad II. Resp. Quòd testi vnico credatur, quando impossibile est, vel difficillimum alios inuenire, latè tradit Marsil. *in l. Si quis, in fin. ff. de quæst.* ad quem te remitto. Admonent tamen Doctores, Episcopos, & Inquisitores, quòd, vbi huiusmodi solicitationes contingunt, multa debent præ oculis habere, neque enim temerè quibuslibet credere testibus singularibus, neque debet probitas Confessariorum ob vnius, vel alterius mulierculæ, maximè impudicæ, testimonium in discrimen venire, & inquirendum sit in vitam & mores tam Confessarij, quàm mulierum. Iac. Leonissa, *cons.* 55. *n.* 12. inter *consilia crimin. diuers. tom.* 1. Ludouic. à Paramo, *lib.* 3. *de orig. officij S. Inquisit. cap.* 10. *n.* 165. 166. & Riccius *resol.* 440. Ego autem monerem, quòd quando casus huiusmodi eueniret, Episcopus, vel Inquisitor consuleret Sacram Congr. referendo merita causæ, & testes examinatos, & fidem, quæ illis potest adhiberi.

ADDITIO.

863 Circa probationem huius delicti non conueniunt inter se Doctores. Ex constitutione tamen Gregorij XV. certum sit, quod probari possit per testes singulares concurrentibus adminiculis indicijs, & præsumptionibus, vt constat ex §. 5. ibi, *Dantes etiam facultatem S. R. E. Cardinalibus, & generalibus Inquisitoribus, ne delictum tam enorme, Ecclesiæ Dei tam perniciosum remaneat ob probationum defectum impunitum, cum difficilis sit probationis, testibus etiam singularibus, concurrentibus præsumptionibus, indicijs, & alijs adminiculis delictum probatum esse, arbitrio suo iudicandi.* Circa quam dispositionem est adnotandum, quod hoc arbitrium non conceditur omnibus, sed solum S. Congregationi S. Officij, & generalibus Inquisitoribus, & ideo cæteri inferiores compilantes processus non habebunt huiusmodi arbitrium. Secundò, non posse formari huiusmodi arbitriũ, & iudicium, nisi testes singulares sint talis qualitatis, & præsumptiones, adminicula, atq; indicia sint talis conditionis, vt coniunctim habeant tantam vim, vt moueant Iudicem, & moraliter cogant ad iudicandum, rem ita se habere, atq; adeo reddant delictum morali modo euidens. Arbitrium enim debet esse regulatum secundum rationem, & prout de iure Bart. *in extraua. Ad reprimendũ.* ver *Videtur, n.* 8. Paris. *consil.* 8. *n.* 21. *lib.* 4. De Grassis *decis.* 8. *n.* 2. *de re iud.* Duran. *decis.* 5. *num.* 3. Merlin. *decis.* 400. *num.* 1. Ludouis. *decis.* 465. *num.* 1. Rota *decis.* 235. *num.* 1. *par.* 1. *Recent. & decis.* 567. *par.* 2. Et ideo debet iudex arbitrari, delictum esse planè probatum, quando testes singulares cum præsumptionibus, indicijs, & adminiculis æquipollent planæ probationi testium contestium, quæ de iure requiritur ad aliquem condemnandum: tunc autem solum æquipollent, quando moraliter vrgent iudicem ad credendum delictum esse verè commissum.

864 Tertiò. Non sufficient testes singulares, quotquot sint, nisi concurrant præsumptiones, indicia, & adminicula, quia Pontifex concedit facultatem iudicandi, delictum esse probatum per testes singulares, concurrentibus præsumptionibus, indicijs, & alijs adminiculis, cum quibus vult coniungi testes singulares. Et cùm vtatur ablatiuo absoluto

Con-

ADDITIO.

875 Quando tertius obijcit Sacerdoti, quod reuelauerit confessionem, credendum est ipsi Sacerdoti, si sit proba vitæ, dicenti se habuisse licentiam reuelandi à pœnitente, nec tenetur probare, quia hæc licentia secretò, & sine testibus concedi solet; & ideo in defectum aliarum probationum sufficiet iuramentum. Ita Lapus *allegat. 94. post init.* Cotta *in memorial.* verbo *iuramentum probat difficultatem*, ver. *Et ideo circa med.* Diaz *in pract. cap. 112. num. 4.* vbi Salzedo verbo *credi debet*, Menoch. *præsumpt. 58. num. 15. lib. 1.* Viuius *in commun opin. ver. confessio, sive ea quæ fuer. dict. sacer.* testans de communi. Hippolyt. *in pract. §. diligenter, num 99.* Quod intelligendum est, quando constat, quod sacerdos reuelauerit, quæ accepit in confessione: nam prius debet constare de corpore delicti, quam imputetur sacerdoti.

876 Sed quid, si in hoc casu neget pœnitens dedisse licentiam reuelandi, nec adsint testes, quibus sacerdos probare possit, quod eam acceperit. Resp. Quod cum sacerdos accepret factum sibi prohibitum nempe reuelasse aliquid acceptum in confessione, tenetur docere se licitè fecisse, nam fundamentum suæ intentionis, quo se excusat à delicto, est licentia accepta, *l. actor. C. de probat.* & *l. qui accusare, C. de edendo.* Vnde cum deficiant testes recurrendum erit ad præsumptiones, & tunc ille tenebitur probare, contra quem stant præsumptiones iuxta doctrinam Bart. *in l. ei incumbit in fine. ff. de probat.*

877 At si pœnitens obijciat sacerdoti, quod suam confessionem reuelauerit, & constet de reuelatione, sed excipiat sacerdos, quod aliunde id sciuerit, tunc tenetur sacerdos id probare. Ita Abbas *in cap. omnis utriusque sexus, in fine, de pœnit. & remiss.* citans Hostiens. Io. Andr. *in cap. super his, de accusat.* Innocent. *ibid.* Salzedo *ad pract.* Diaz. *c. 112 §. credi debet*, ver. *Et post huius, in fine.* Quia præsumptio est contra ipsum, cum constet de reuelatione, & nisi probauerit, punietur pœna extraordinaria, quia cum delictum non sit plenè probatum, non habet locum pœna ordinaria. Præsertim quia sumus in materia, quæ est capax probationis, nam potest adducere vnde id sciuerit.

878 Maior difficultas est, si pœnitens accuset confessarium de reuelatione confessionis, & constet de ipsa, sed confessarius alleget, se habuisse licentiam à pœnitente, & pœnitens neget. Quomodo id poterit sacerdos probare, cum in secreto sit concessa? Resp. In tali casu standum esse iuramento confessarij. Ita Lapus *alleg. 94. num. 5.* Nam in secretis, & quæ sunt in hominum conscientia, quando sumus in dubio, rei iuramento standum est. Cap. *si vero aliquis de sentent. excommunicat.* vbi Glos. & *in cap. lectum, 2. quæst. 2.* & notant idem Lapus, *allegat. 47. num. 6.* Felin. *in cap. significasti, 1. num. 4. fallent. 3.* ver. *& eleganter, de homicidio.* Quia cum alia probatio haberi non possit, standum est assertioni iuratæ confessarij; præsertim si adminicularetur ex eo, quod, dum reuelauit, dixerit, se id facere de licentia pœnitentis.

An puniti ob crimen sollicitationis, si gratiam obtineant, censeantur restitui, vt possint confessiones audire. Et quid si abiurauerint.

Quæst. IV.

SVMMARIVM.

879 *Punitus ob crimen sollicitationis nunquam censetur restitutus, vt possit audire confessiones.*
880 *Quid si restituatur in pristinum statum.*
Restitutio in pristinum statum quid ponat.
Non censetur quis restitutus in pristinum statum, nisi obtineat omnia, quæ ante habebat.

879 Ad 4. Resp. Quod Sacra Congregatio Sancti Officij, vt refert Quaranta in verb. *Confessor.* decreuit, vt infra.

Die 2. Decembris 1562. Illustrissimi DD. Cardinales Inquisitores Generales decreuerunt, quod per quamcumque gratiam factam, vel fiendam, quibusuis alijs decretis, non intendunt eos restituere, vt possint confessiones aliquorum secularium audire. Idem confirmatum fuisse reperitur in actis Sancti Officij *sub die decimaquinta Nouembris, millesimo quingentesimo sexagesimo quinto*, cum addito, seu declaratione, quod illi, qui abiurarunt alias secretè, vel publicè, aut alias quomodocumque, non admittantur ad audientiam confessionum secularium. Ita habetur inter Decreta Sancti Officij in fine *Iudicial. Inquisit. Romæ impres. anno millesimo, quingentesimo, septuagesimo, fol. 476.*

AD-

Digitized by Google

ADDITIO.

880 Sed quid ſi gratia eſſet reſtitutionis in priſtinum ſtatum? Reſp. Quod in tali caſu videretur conceſſa etiam habilitas ad confeſſiones audiendas, quia reſtitutio in priſtinum ſtatum ponit illam habilitatem, quam quiſq; habuiſſet, ſi nullum præcetiſſet impedimentum, vt notant Bald. *in l. Si cum dotem. §. Vxor. ff. ſoluto matrimonio.* Bart. *in l. Et qui. §. Si in metallum. ff. de muner. & honor.* Neque quis cenſetur reſtitutus in priſtinum ſtatum, niſi obtineat ea omnia, quæ antea habebat. *cap. Venerabilis. de offic. Deleg.* vbi Abbas. & *l. Cum indulgentia & l. fin. C. de ſent. paſ. & reſt.* & notant Bar. *in l. Quod ſi minor. §. Reſtitutio. ff. de minor.* Aret. §. *Rurſus*, verbo *Quartò præmitte*. Inſtit. *De action.* Paris. *Conſil 96. num. 112. lib. 1.* Socin. ſen. *conſil. 26. lib. 2.* Menoch. *de recuper. poſſ. ff. in prælud. num. 4.* Verum licet hæc de iure procedant, ſtante tamen præfato decreto conſulenda eſſet pro praxi S. Congregatio.

DE-

DECRETVM
FOELICIS RECORDATIONIS
GREGORII XV.

VBI CONFIRMANDO DECRETVM SANCT. MEM. Pauli V. per quod mandatum erat, quòd nemo audeat in publicis concionibus, lectionibus, concluſionibus, & alijs quibuſcumque actibus publicis aſſerere, quòd B. Virgo fuerit concepta cum peccato originali, & contrà facientes voluit, & declarauit ſubiacere debere, & ſubiecerit cenſuris, & pœnis in Conſtitutionibus ſuorum Prædeceſſorum, & ſua, ipſo facto incurrendis, extendit, & ampliauit etiam ad priuata colloquia, & ſcripta, prout infra. In Generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & Vniuerſalis Inquiſitionis, habita in Palatio Apoſtolico in Monte Quirinali coram S. D. N. D. Gregorio diuina prouidentia Papa XV. ac Illuſtriſſimis & Reuerendiſſimis DD. S. R. E. Cardd aduerſus hæreticam prauitatem Inquiſitoribus generalibus à Sancta Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatis.

881 SANCTISSIMVS D. N. auditis votis Illuſtriſsimorum & Reuerendiſsimorum DD. Cardinalium contra hæreticam prauitatem Generalium Inquiſitorum, Decretum alias editum à fel. record. Paulo V. eius prædeceſſore tenoris ſequentis, videlicet.

Sanctiſſimus Dominus Noſter poſt longam, & maturam diſcuſſionem, auditis votis Illuſtriſſimorum, & Reuerendiſſimorum DD. Cardinalium contra hæreticam prauitatem Generalium Inquiſitorum, re accuratè, ac diligenter perpenſa, prouidè conſiderans, quòd quamuis in Conſtitutione ſel. recordat. Sixti IV. ſuper conceptione Beatiſſimæ Virginis Mariæ pro ſubmouendis inter Chriſti fideles ſcandalis, rixis, & contentionibus edita, à Sancta Tridentina Synodo innouata, & deinde in alia Conſtitutione ſan. mem. Pij V. ſuper eadem re, quas ſimiliter Sanctitas Sua innouauit cum quibuſdam prouiſionibus, & adiectionibus pœnarum pro efficaciori earum obſeruatione, relinquebatur vnicuique libera facultas tenendi, & etiam aſſerendi vtramque partem, quod ſcilicet fuerit, vel non fuerit concepta cum peccato originali, dum tamen neutra veluti erronea, aut hæretica damnaretur: nihilominus quia ex occaſione aſſertionis affirmatiuæ in publicis concionibus, lectionibus, concluſionibus, & actibus publicis, quòd eadem Beatiſſima Virgo fuerit cum peccato originali concepta; oriuntur in populo Chriſtiano cum magna Dei offenſa, ſcandala, iurgia, & diſſenſiones. Propterea volens huiuſmodi ſcandalis ex debito ſui muneris prouidere, decreuit, & præcepit, ac preſentis decreti virtute mandat, & precipit omnibus, & ſingulis cuiuſuis Ordinis, & Inſtituti Regularibus, & alijs quibuſcumque, tam Eccleſiaſticis quàm ſecularibus perſonis, cuiuſuis conditionis, ſtatus, gradus, ordinis aut dignitatis, tam Eccleſiaſtica quàm ſæcularis, etiamſi ſpecialis, ſpecifica, & indiuidua earum eſſet neceſſariò mentio facienda: Vt in poſterum donec articulus huiuſmodi à Sancta Sede Apoſtolica fuerit diffinitus, vel per Sanctitatem Suam, & Sedem Apoſtolicam fuerit aliter ordinatum, non audeant in publicis concionibus, lectionibus, concluſionibus, & alijs quibuſcumque actibus publicis aſſerere, quòd eadem Beatiſſima Virgo fuerit concepta cum peccato originali. Contrafacientes autem eadem Sanctitas Sua voluit, & declarauit ſubiacere debere, & ſubiecit cenſuris, & pœnis contentis in ſupradictis Conſtitutionibus ſuorum Prædeceſſorum, & ſua, ipſo facto incurrendis. Per huiuſmodi tamen prouiſionem

San-

Digitized by Google

Sanctitas Sua non intendit reprobare ſaltetam opinionem, nec ei vllum prorſus præiudicium inferre; eam relinquens in eiſdem ſtatu & terminis, in quibus de præſenti reperitur, præterquàm quoad ſuprà diſpoſita. Vlterius ſub eiſdem cenſuris, & pœnis mandans, quod negatiuam opinionem, videlicet quod non fuerit concepta cum peccato originali, in prædictis publicis actibus aſſerentes, aliam opinionem non impugnent, nec de ea aliquo modo agant, ſeu tractent. Inſuper voluit, & expreſsè mandauit, vt extra hos caſus expreſſos publicorum actuum, in reliquis omnibus ſupradicta Conſtitutiones firmæ, & illeſæ remaneant, & exactè obſeruentur, perinde ac ſi præſens decretum non emanaſſet. Et ita decreuit, & mandauit vbique inuiolabiliter obſeruari, non obſtantibus in hac parte ſupradictis Conſtitutionibus, & aliis omnibus in contrarium facientibus, &c.

Hoc ſuo præſenti Decreto ex eiſdem cauſis euitandi ſcandala, diſſenſiones, atque diſcordias in populo Chriſtiano, quæ pari ratione oriri poſſunt, & vt accepit, in aliquibus regionibus iam ortæ ſunt ex ſermonibus priuatis occaſione aſſertionis affirmatiuæ, extendit, & ampliauit etiam ad priuata colloquia, & ſcripta, mandans & præcipiens omnibus, & ſingulis ſupradictis, ne de cætero, donec articulus huiuſmodi à Sede Apoſtolica diffinitus, vel per Sanctitatem Suam, & Sedem Apoſtolicam fuerit aliter ordinatum, neque etiam in ſermonibus & ſcriptis priuatis audeant aſſerere, quòd eadem Beatiſsima Virgo fuerit concepta cum peccato originali, nec de hac opinione affirmatiua aliquo modo agere, ſeu tractare, exceptis tamen quibus à Sancta Sede Apoſtolica fuerit ſuper hoc ſpecialiter indultum. Per hoc tamen Sanctitas Sua non intendit reprobare hanc opinionem, nec ei vllum prorſus præiudicium inferre, eam relinquens in eiſdem ſtatu & terminis, in quibus reperitur, præterquàm quoad in ſupradicto fel. record. Pauli V. & hoc ſuo decreto diſpoſita. Eademque Sanctitas Sua voluit, & expreſsè mandauit, vt in reliquis omnibus, vbi huiuſmodi decretis non aduerſantur, Conſtitutiones Sixti IV. Alexandri VI. & Pij V. ac Pauli V. eius prædeceſſorum ſuper Conceptione Beatiſſimæ Virginis firmæ & illibatæ remaneant, ac exactè obſeruentur, perinde ac ſi huiuſmodi decretum non emanaſſet. Et inſuper eadem Sanctitas Sua, cùm Sancta Romana Eccleſia de Beatiſſimæ Virginis conceptione Feſtum ſolemnizet, & officium celebret, omnibus & ſingulis perſonis Eccleſiaſticis, tam ſæcularibus, quàm cuiuſuis Ordinis, & Inſtituti Regularibus mandat, ac præcipit, vt in ſacroſancto Miſſæ ſacrificio, ac diuino officio celebrandis, tam publicè, quàm priuatim, non alio, quàm Conceptionis nomine vti debeant. Contrauenientes autem Sanctitas Sua voluit, & declarauit ſubiacere debere, & ſubiecit cenſuris, & pœnis contentis in ſupradictis Conſtitutionibus, ac præfato decreto ſuorum Prædeceſſorum, ipſo facto incurrendis. Et ita decreuit, & mandauit vbique inuiolabiliter obſeruari, non obſtantibus in hac parte Conſtitutionibus ſupraſcriptis, decreto præfato Pauli V. conſuetudinibus etiam immemorabilibus, necnon omnibus, & ſingulis quæ Prædeceſſores prædicti voluerunt non obſtare, ac alijs quibuſcunque in contrarium facientibus. Volens, & decernens pro obſeruatione, & executione præſentis Decreti, & omnium in eo contentorum, quòd contra huiuſmodi tranſgreſſores etiam Regulares cuiuſuis Ordinis, & Inſtituti, etiam quo nodolibet exemptos, & alias quaſcumq; perſonas Eccleſiaſticas, ſtatus, conditionis, gradus, ordinis, aut dignitatis, tam Eccleſiaſticæ, quàm ſæcularis; tam Epiſcopi, & Prælati Superiores, alijq; Ordinarij locorum, quàm hæreticæ prauitatis vbique locorum deputati Inquiſitores procedant, & in eos ſeuerè animaduertant, tribuens eis, & eorum cuilibet liberam facultatem, & auctoritatem contra eoſdem tranſgreſſores procedendi, ac pœnis coërcendi, & puniendi. Voluit demum, ne præmiſſorum ignorantia à quoquam prætendi poſſit, quòd præſens decretum, ſeu illius exempla ad valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ affixa, omnes ita arctent & afficiant, perinde ac ſi vnicuique perſonaliter intimata fuiſſent; quodque præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſticà conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

ANDREAS DE PETINIS S. R. & Vniuerſ. Inquiſit. Not.

Anno à Natiuitate Domini Noſtri Ieſu Chriſti 1622. Indictione v. die verò ſecunda Menſis Iunij, Pontificatus Sanctiſſ. in Chriſto Patris, & D. N. D. Gregorij diuina prouidentia Papæ XV. anno eius ſecundo, ſupradictum decretum affixum, & publicatum fuit ad valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ, vt moris eſt, per me Brandimartem Latinum S. D. N. Papæ Curſ.

Octauius Spada, Mag. Curſorum.

QVÆSTIONES.

882 1 Cur in dicto Decreto dicitur articulum de Conceptione Beatæ Mariæ Virginis, non fuisse à Sancta Sede Apostolica diffinitum, vel ab ea fuerit aliter ordinatum, si in Synodo Basilienſi *sess.* 36. iam diffinitum fuit, B. Virginem absque peccati originalis macula conceptam fuisse.

2 Cur ab Ecclesia nihil adhuc de fide diffinitum circa hunc articulum Conceptionis B. MARIÆ Virginis.

3 An Fratribus Ordinis Prædicatorum sit aliquid indultum à Sede Apostolica vt inter se tractare possint de materia eiusdem Conceptionis B. MARIÆ Virginis.

Cur in præmisso Decreto dicatur Conceptionis articulum non fuisse definitum. Quæstio I.

SVMMARIVM.

883 *Quid sentiendum de Concilio Basilienſi.*
884 *Quid definierit circa Conceptionem B. Virginis.*
885 *Quid de libro attributo S. Cæcilio Martyri.*
886 *Prohibitio Pij V. ne de controuersia Conceptionis vulgari idiomate scribatur.*
887 *An sit prohibitum edere conciones tractantes de Conceptione B. Virginis.*
888 *Quid nomine vulgaris sermonis veniat in Constit. Pij V.*
Appellatione vulgaris sermonis venit vsitatus.
Existens in Gallia, & scribens Italicè de Conceptione B. Virginis, an violet Constitutionem Pij V.

883 Ad primum, Resp. Synodum illam non esse attendendam affirmat. Nam ante d. *sess.* 36. discesserunt à vero Papa Eug. IV. *in sess.* 34. & ille eam synodum iam transtulerat ad Ciuitatem Ferrariæ, vt habetur *in sua const.* 11. *sup. tom.* 1. Quicquid ergo ibi postmodum actum fuit, irritum est, & inane, vt in Conc. Lateranen. 3. *sess.* 11. & *Bulla* 20. *Leonis X.* ibi firmata habetur, quæ est *sup. tom.* 1, *in §.* 6. & etiam id supponit Concilium Trid. *sess.* 5. dum in *cap. de peccat. orig.* obseruari constituit supradictam constit. Sixti IV. qui neutram opinionem damnat; & ideo iure merito Pius V. in præcit. eius *Constit.* 114. vtrumque permittit.

ADDITIO.

884 Aduertendum, neque Concilium Basilienſe, licet acephalum, definisse tanquam de fide, quod B. Virgo concepta fuerit sine peccato originali; sed solum definisse, quod de cætero omnes tenerent, fuisse conceptam sine originali, tanquam quid pium, consonum cultui Ecclesiastico, fidei catholicæ &c. nec posse quenquam contrarium docere, aut prædicare. Ita enim habet sess. 36. *Nos verò diligenter omnibus matura consideratione pensatis, doctrinam illam, differentem, gloriosam Virginem Dei genitricem Mariam præueniente, & cooperante diuini luminis gratia singulari, nunquam actualiter subiacuisse originali peccato, sed immunem semper fuisse ab omni originali, & actuali culpa, sanctam, & immaculatam, tanquam piam, & consonam cultui Ecclesiastico, fidei catholicæ, rectæ rationi, & sacræ Scripturæ, ab omnibus catholicis approbandam fore, tenendam, & amplectendam definimus, & declaramus; nullique de cætero licitum esse in contrarium prædicare, & docere.* & ita notant etiam Corduba, *lib.* 1. *quæst.* 44. *post 6. conclus. §. Pro responsione.* Bellarmin. *lib.* 4. *de amiss. grat. cap.* 15. *§. Deinde Concil.* Aegid. de Præsent. *de Concep. lib.* 3. *quæst.* 3. *sect.* 2. *num.* 7.

885 Contendebant autem quidam, definitum in Concilio Apostolorum, quod B. Virgo fuerit concepta sine peccato originali, eo quod nonnullis ab hinc annis in monte, qui dicitus Sanctus, prope ciuitatem Granatensem inuentæ sunt reliquiæ S. Cæcilij Martyris Episcopi Eliberitani, & cum ipsis liber eidem martyri attributus lingua Arabica scriptus, in quo dicitur, quod B. Virgo præseruata fuit ab originali, & quod hæc veritas est Concilium Apostolorum. Verù Vrbanus VIII. *sub die* 13. *Maij* 1641. decreuit, quod hic liber nullam habeat auctoritatem, & quod nemo possit eo vti in materia Conceptionis B. Virginis, sub pœnis in eodem Decreto contentis.

886 Insuper Pius V. *in sua Constit.* 114. *§.* 1. *tom.* 2. *Bullar.* prohibuit etiam, ne vulgari sermone de hac controuersia scribatur. nam post innouationem Constitutionis Sixti IV. subdit. *Atque vt deinceps efficacior à cunctis obseruetur, perpetuo statuimus, & ordinamus, ac per Apostolica scripta mandamus, quatenus nemo cuiuscunque ordinis, conditionis, vel dignitatis existat, in popularibus concionibus, vel vbicunque promiscua virorum, & mulierum multitudo conuenire solet, de huius controuersia alterutra parte disputare rationibus, vel Doctorum auctoritate, asserendo propriam sententiam, &*

con-

Digitized by Google

contrariam refellendo; aut impugnando, vel de hac quæſtione cuiuſuis pietatis, aut neceſſitatis prætextu vulgari ſermone ſcribere, vel dictare præſumat. Qui contrafecerint, ſuſpenſionis pœnam à diuinis abſque noua declaratione ipſo facto incurrat, ſi modo fuerit in ſacris conſtitutus, & quocunque præterea gradu, ſiue dignitate, vel adminiſtratione fungatur, illis omnibus ſit ipſo iure priuatus, & ad eadem, vel ſimilia munera obtinenda, vel obeunda perpetuæ inhabilitatis cenſuræ ipſo etiam facto ſit obnoxius, ſuper quibus, niſi à Romano Pontifice exiſtente, diſpenſari, ſiue abſolui non poſſit. Et nihilominus alijs pœnis, ſi opus fuerit à proprio Prælato, pro delicti menſura infligendis, ſubijciatur, prout ſubijcimus.

887 Circa quam diſpoſitionem occurrit dubitandum, an per hanc conſtitutionem, dum prohibetur vulgari ſermone ſcribere, vel dictare, prohibeatur etiam edere conciones tractantes de Conceptione. Reſp. autem, non prohiberi ſcribi, aut dictari vulgari ſermone, quod B. Virgo ſit concepta ſine peccato originali, quia hoc conceditur in concionibus, quæ vulgari ſermone fiunt ad Populum, vnde nec etiam debet eſſe prohibitum ſcribi, aut dictari pro concionibus imprimendis. Si tamen moueatur quæſtio, an B. Virgo ſit concepta cum peccato originali, & rationibus pro vtraque parte allatis, & oppoſitis ſolutis concludatur, quod B. Virgo ſit concepta ſine originali, exiſtimo prohiberi per hanc conſtitutionem, quia prohibet vulgari ſermone ſcribere, aut dictare de hac quæſtione, quod non eſt aliud, quam hanc quæſtionem vulgari ſermone tractare. Quod etiam deducitur ex ijs, quæ antea Pontifex ſtatuerat, nempe diſputare pro alterutra parte. Vnde, quod in concionibus prohibuerit extendit etiam ad ſcripturam & dictationem. Et ideo ex vi huius Conſtitutionis, quamuis liceat concionatoribus docere, B. Virginem fuiſſe conceptam ſine peccato originali, non tamen licet diſputationem de hac materia inſtituere, & ſcholaſtico modo rem tractare, quod ſatis indicant illa verba. *De huius controuerſiæ alterutra parte diſputare rationibus, vel Doctorum auctoritate aſſerendo propriam ſententiam, & contrariam refellendo, aut impugnando.*

888 Rurſus dubitatur, quid intelligat Pontifex per vulgarem ſermonem. Reſp. intelligere illum, qui vulgo vſurpari ſolet, qualis eſt Italicus apud Italos, Hiſpanus apud Hiſpanos, Germanicus apud Germanos, vnde prohibetur ſcriptio, & dictatio in quouis horum ſermonum, qui apud aliquam rationem vulgo vſurpari ſolet de quæſtione Conceptionis. Appellatione namque vulgaris ſermonis venit vſitatus apud omnes, vt in *l. 2. ff. de præſcrip. verb.* Sed quid, ſi quis in Gallia exiſtens ſcriberet italicè de hac quæſtione? aut econtra. Reſp. faceret contra Conſtitutionem, quia non prohibet ſcribere vulgari ſermone in hoc, vel in illo loco, ſeu reſpectiuè ad locum, ſed abſolutè, & ideo in quocunque vulgari ſermone ſcribatur, etiamſi non ſit vulgaris in loco, in quo ſcribitur, erit prohibitum, quia finis Conſtitutionis eſt, quod hæc materia non veniat ad manus vulgi, & hominum non doctorum; veniret autem in Italia, ſi italicè in Gallia ſcriberetur.

Cur Eccleſia non definierit materiam Conceptionis B. Virg. Quæſtio II.

SVMMARIVM.

889 *Ratio allata à Cartagena, cur materia Conceptionis non ſit definita.*

890 *Non eſt ſatis congrua. Definitio non videtur neceſſaria.*

889 Ad 2. Reſp. Diſpoſitionis diuinæ inueſtigare cauſas, ob quas Eccleſiæ occultauerit hoc myſterium, nolens hanc veritatem à Sede Apoſtolica, tanquam catholicæ fidei aſſertionem diffiniri, & difficile admodum eſt, vt poſt alios ſic nouiſſimè ſcribit Carthagen. *Homiliar. lib. 1. Homil. 4. pag. mihi* 21. vbi tamen ſubdit, quòd diuina ſapientia hanc veritatem ſub opinionum tegumento latere voluit, ne ſi rudes homines exploratum habuiſſent, Beatiſſimã Virginem peccatum originale non contraxiſſe, illam Deum eſſe putarent. Et vt huius controuerſiæ occaſione ſtupenda B. Virginis encomia cum immortali eius gloria in lucem prodeant. Scias autem, quòd poſt hanc Pauli ſanctionem aliud ab eodem emanauit decretum, prohibens in quibuſcumque actibus publicis aſſerere poſſe, B. Virginem cum peccato originali conceptam fuiſſe: & deinde aliud à prædicto Gregorio XV. fel. rec. editum fuit decretum ſupraſcriptum prohibens etiam in priuatis colloquijs id poſſe affirmari.

ADDITIO.

890 Eamdem rationem affert ex Cartagena Cherubin. *in Compend. Bullar. ſchol. ad Conſtit. 97. Pauli V.* Verum quò ad illam partem, quod homines putarent Deum B. Virginem, non videtur admodum congrua, cum inuoluat repugnantiam in terminis, nam ſi preſeruatur à Deo, quomodo poteſt putari Deus à Chriſtiano, qui vnum Deum colit? Forte non fuit definita, quia talis definitio non fuit neceſſaria ad ſalutem fidelium, nec ad cultum Virginis, cum poſſit Eccleſia eius Conceptionem venerari, quocunque modo fuit concepta.

Quid Gregor. XV. indulſerit PP. Dominicanis circa materiam Conceptionis B. Virginis. Quæſt. III.

SVMMARIVM.

891 *PP. Dominicani tractare poſſunt controuerſiam Conceptionis &c.*
892 *Qualis tractans de Conceptione prohibitus ſit.*
Verba ſunt accipienda cum reſtrictione ad cauſam, ob quam ſunt prolata.

891 Ad 3. Reſp. Quòd dictis Fratribus Ordinis S. Dominici per Greg. XV. fel. record. in eius conſtitut. quæ incipit, *Eximij, atque ſingulares fructus.* ſub Dat. Romæ *apud Sanctam Mariam Maiorem, ſub annulo Piſcatoris die 28. Iulij 1622. Pontif. anno ſecundo,* fuit indultum his verbis: *Vt de cætero in quibuſcumque priuatis eorum colloquijs, ſeu conferentijs, inter ſe duntaxat, & non inter alios, aut cum alijs, de materia eiuſdem Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis differere, & tractare, abſque vllo pœnarum in dictis decretis contentarum incurſu, liberè, & licitè poſſint, & valeant, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium licentiam concedimus, & impartimur.*

ADDITIO.

892 Dubitari poteſt, quid intelligat Pontifex per illa verba, *Nec de hac opinione affirmatiua aliquo modo agere, ſeu tractare.* An ſcilicet prohibeatur quilibet tractatus omnino, ita vt nemo dicere poſſit, aut oſtendere, quod D. Th. ſenſerit Virginem conceptam eſſe cum originali; ſeu an ſolum ille tractatus, quo tradatur, aut doceatur hæc opinio. Reſp. Non videri prohibitum, niſi hunc poſteriorem tractatum, quo tradatur, aut aliquo modo confirmetur hæc opinio, Quia cauſa, propter quam diſponit Pontifex, eſt obuiare diſcordijs, & excludere aſſertionem opinionis affirmatiuæ, vt conſtat ex illis verbis, *Hoc ſuo præſenti decreto ex eiſdem cauſis euitandi ſcandala, & diſſenſiones &c. ex ſermonibus priuatis occaſione aſſertionis affirmatiuæ &c.* Vnde illa verba, *Nec de hac opinione affirmatiua*, accipienda ſunt cum reſtrictione ad cauſam, ob quam ſunt prolata *l. Si quis ita, ff. de teſtam.* & notant Mohed. *deciſ* 13. *de præben.* Surd. *deciſ.* 217. *n.* 6. Duran. *deciſ.* 48. *num.* 14. Rota *in Bergomenſi penſionis,* 13. *Nouemb.* 1626. *coram eod. Durano & deciſ.* 27. *num.* 2. *par.* 3. *Diuerſor.* & *deciſ.* 429. *num.* 2. *par.* 2. *Recent.*

BVLLA
FOELICIS RECORDATIONIS
GREGORII XV.
CONTRA
MALEFICOS, ET SORTILEGOS,
Cum Diabolo pactum facientes, & à Sede apostatando alios lædentes.

GREGORIVS PAPA XV.
Ad perpetuam rei memoriam.

893 OMNIPOTENTIS Dei Saluatoris nostri, qui, vt hominem à laqueis Diaboli liberaret, Crucem subire dignatus est, vices, quamquam immeriti, gerentes in terris, in id summo studio, iuxta creditum Nobis desuper Apostolicæ seruitutis officium, incumbimus, vt gregem Dominicum, inæstimabili pretio redemptum, aduersus Sathanæ fraudes defendamus, eiusdem officij partes desuper interponendo, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

§. 1. Sanè nonnulli suæ conditionis obliti, & solemnis sponsionis ab ijs facta, cùm in Christi gregem, per sacrum regenerationis lauacrum adsciti fuerunt, Sathanæ, cui renunciarunt, artibus, maleficijs, superstitionibus, ac nefarijs inuentis operam dare non verentur, quinimò magistrum imitantes, qui capitali odio, quo humanum genus prosequitur, hominibus insidiari nunquam cessat, proximum variis modis lædere, animas verò suas perdere, non timent.

§. 2. Quapropter, vt tam exitiosa scelera à Christifidelibus arceantur, grauioribus pœnis vindicanda duximus. Motu itaque proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium decernimus, præcipimus, & mandamus, vt constito, quòd aliquis pactum cum Diabolo fecerit, & à fide apostatando, maleficijs, siue sortilegijs vnam, seu plures personas, ita læserit, vt ex maleficio, vel sortilegio mors secuta sit, etiam primo lapsu, Curiæ seculari tradatur, debitis pœnis puniendus; Qui verò, similiter apostatando, pactum cum Diabolo, vt præfertur, fecerit, & maleficium, seu sortilegium commiserit, ex quo, licèt mors secuta non sit, infirmitas tamen, diuortia, impotentia generandi, siue animalibus, frugibus, vel alijs fructibus damnum notabile prouenerit, muro claudi, siue perpetuis carceribus, in Sancto Inquisitionis officio, vbi illud exstitit, fabricandis, mancipari debeat:

§. 3. Qui verò similium delinquentium notitiam habuerint, eos Episcopo, siue Inquisitori denunciare teneantur.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, quòd præsertim transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides vbique adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

§. 6. Quòdque eædem præsentes, postquam in valuis Basilicarum Sancti Ioannis Lateranensis, ac Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ, necnon in acie Campi Floræ affixæ fuerint, omnes, & singulos, ad quos spectat, arctent, & afficiant, perinde ac si vnicuique personaliter intimatæ fuissent.

Concurrentibus &c. inducit conditionem *l. Si debitor. §. 1, ff. Quib. mo. pign. vel hypoth. ſol.* Bart. *in l. 1. quæſt. 3. ff. de condit. & demonſt.* Ludouiſ. *deciſ. 492. num. 7.* Deficiente autem conditione deficit conceſſio *l. Mœuius. & l. Qui heredi. ff. de condit, & demonſtrat,* & notant Menoch. *conſil. 134 num. 30.* Surd. *conſil. 129. num. 36.* Valenzuel. *conſil 37. num. 77. vol. 2.* Molin. *lib. 3. de ritu nupt. quæſt. 51. num. 11.*

865 Quartò. Neceſſarium erit, vt coniunctim concurrant præſumptiones, indicia, & alia adminicula; vt conſtat ex dictione, *Et*; quæ ita æqualiter copulat, vt requirat concurſum copulatorum, vt notant Felin, *in cap. 2. num. 32. ver. Copula, de reſcriptis.* Pariſ. *conſil. 95. num. 6. vol. 1.* Dec, *conſil. 417. num. 1.* Menoch. *conſil. 56. num. 95.* Theſau. *deciſ. 189. num. 1.* Guido Papa *deciſ. 527. num. 1.* Rota *deciſ. 115. num. 8. par. 1. diuerſor.* Et ratio eſt, quia licet Pontifex concedat vti probationibus minus legitimis, cùm qualitas delicti id exigat, vtpote difficilis probationis, non vult tamen, eſſe imperfectas in ſuo genere,

866 Circa autem qualitatem teſtium pro hoc crimine ſollicitationis probando, non ſunt admittendæ meretrices, nec aliæ mulierculæ viles, & non fide dignæ, ſed tantum honeſtæ, & quibus mereatur præſtari fides, vt notant inter alios Param. *lib. 3. de orig. Inquiſit. quæſt. 10. num. 165.* Acugna *de Confeſſar. ſollicit. quæſt. 23. num. 11.* ver. *Ad integrum,* vbi Freitas *lit. H. num. 26.* Io. Sanchez *diſp. 11. ſelect. num 47.* Anton. Souſa *tract. 2. de Confeſſ. ſollicit. cap. 12. concluſ. 4. num. 8.* Corrus *eod. tract. par. 3. queſt. 4. §. 4. num. 2.* Quia cùm in probatione huius criminis admittantur teſtes ſingulares, debent eſſe idonei, ne probatio nimis infirmetur. Vnde conſtare debet de idoneitate teſtium, vt notant Molſeſ. *p. 1. ſum. tract. 7. cap. 24. num. 38.* Riccius *collect. 149.* Peirin. *de priuileg. ad Conſtit. 4. Gregorij XV. §. 3. num. 1.* & proinde capi debet informatio de qualitatibus teſtium, vt de eorumdem idoneitate iudicetur.

867 Circa verò numerum teſtium, quamuis Bonacina *quæſt. 4. de matrim. pun. 16. num. 9.* verbo *Quomodo,* putet præſtari fidem vnico teſti, & alios etiam citet, qui tamen non loquuntur de teſte vnico, ſed de teſtibus ſingularibus, certum tamen eſt, quod non ſufficit ad probandum hoc crimen, vt tradunt communiter Doctores, præſertim infra citandi; quia iuxta communem regulam, in vlla materia vnicus teſtis non facit fidem, quando agitur de alieno præiudicio; vnde eſt illud, Dictum vnius, dictum nullius. Et cum Gregor. XV. *in ſua Conſtitutione contra ſollicitantes* indulgeat, vt in probatione huius delicti adhiberi poſſint teſtes ſingulares concurrentibus præſumptionibus, indicijs, & alijs adminiculis, excludit omnes alias probationes minores, tanquam inſufficientes, quale eſt dictum vnius teſtis; cum neque velit fidem præſtandam teſtibus ſingularibus, niſi concurrentibus præſumptionibus, & adminiculis.

868 An autem ſufficiat vnicus teſtis ad capturam & incarcerationem, & torturam, affirmat Cantera, *cap. 2. de probat. per teſtes quæſt. 1. num. 47.* At alij communiter negant, quamuis teſtis ſit fide dignus, quia agitur de re graui, & quæ non parum denigrat bonam opinionem. Addunt tamen ſufficere vnicum teſtem integræ fidei, ſi Confeſſarius ſit malæ famæ & alias ſuſpectus, aut alias ſit punitus à Sto Officio. Quod deſumitur ex cap. *accuſatio 2. quæſt. 7.* Et ita tradunt Freitas ad Acugnam *de confeſſar. ſollicit. quæſt. 4 num. 27.* Souſa *tract. 2. de confeſſ. ſollicit. cap. 21. num. 6.* Peirin. *de priuileg. ad Conſtit. 4 Gregor. XV. §. 3. num. 4.* & *in addit. ad eãdem Conſtit. cap. 11. num. 4.* Larus *de confeſſ. ſollicit. par. 3. q. 4 §. 3. num. 15.* Thomas Hurtad. *tract. 4. reſol. moral. cap. vn. reſol. 9. §. 3. num. 1051. & 1052.* Et faciunt quæ tradunt Pegna *par. 2. direct. com. 12. in fine,* & *par. 3. num. 14.* ver. *dixi vero,* Roias *de hæret. par. 2. num. 16.* Simanch. *in Enchirid. tit. 25. num. 1.* Paramus *lib. 3. de Inquiſit. quæſt. 10. num. 123.* Et de praxi teſtantur Freitas, & Corrus citati: addunt autem, præſertim Corrus *num. 16.* quod requiruntur pro incarceratione duæ fœminæ honeſtæ, fide dignæ, & omni exceptione maiores: & tunc ſolum ſufficere vnicam, quando concurrunt grauia indicia, & præſumptiones. Et quod requirantur ſaltem duo teſtes fide digni, docet etiam Bariola *de Confeſſar. ſollicit. quæſt. 15.* Molſeſ. *par. 1. ſum. tract. 7. cap. 25. num. 39.* Diana *par. 4. tractat. 5. reſolut. 55.*

869 Quod autem ſufficiant duo teſtes pro condemnatione, tradunt Param. *lib. 3. de Inquiſit. q. 10 num. 155.* & *num. 165.* Molſeſ. *par. 1. ſum. tract. 7. cap. 25. num. 39.* Bariola *de confeſſar. ſollicit. q. 15.* Quia hic numerus ſufficit ad probandum in quolibet delicto etiam atrociſſimo. Tum etiam quia crimen hæreſis, & alia delicta priuilegiata probantur duobus teſtibus. Verum hoc non admittunt cæteri Acugna *de confeſſar. ſollicit. quæſt. 23. num. 4.* vbi Freitas *num. 15.* Souſa *tract. 2. de confeſſar. ſollicit. cap. 12. num. 1.* Peirin. *de priuileg. ad conſtit. 4. Gregor. XV. §. 8. n. 23.* Corrus *de confeſſ. ſollicit. par. 3. quæſt. 4. §. 3. num. 17.* qui tamen addit, quod duo teſtes fide digni ſufficiunt, vt poſſit confeſſarius prohiberi, ne audiat confeſſiones, quia ſufficiunt, vt reddatur valde ſuſpectus, & proinde debet prouideri, ne pœnitentibus venenum pro medicina propinet. Thomas Hurtad. *par. 1. reſol. moral. tract. 4. reſol. 9. §. 3. num. 1054.* qui tamen vult, ſufficere duos teſtes fide dignos, ſi agatur de pœna non grauiori, & Confeſſarius ſit malæ famæ. Et ratio eſt: Quia licet duo teſtes plenè probent, quando ſunt conteſtes, non tamen quando ſunt ſingulares. Et licet hoc delictum probari poſſit per teſtes ſingulares, debet tamen numerus ſupplere ſingularitatem, quando ſaltem aliunde non ſuppletur; & in hoc ſolum eſt priuilegiatum, quod probari poſſit per teſtes ſingulares, non autem in hoc, quod ſufficiat ille numerus præciſus, qui ſufficeret, ſi eſſent conteſtes,

870 Ideo alij requirunt ſaltem tres teſtes fide dignos. Ita Ortiz *cap. 24. ſum. num. 11.* Sanctarel. *de hær. ſi cap. 44. num. 6.* Trimarch. *de confeſſar. ſollicit. diſp. vlt. ſect. 3.* Io. Sanchez *in ſelect. diſput. 11. num. 46.* Peirin. *ad conſtit. 4. Greg. XV. §. 7. num. 23.* Bonac. *in tract. var. diſp. 6. de denun. punct. 3. n. 23.* Et hanc ſententiam veram eſſe, & ſequendam in omnibus fere circumſtantijs pro quacunque ſpecie,

&

Digitized by Google

& modo ſollicitationis, ait Thom. Hurtad. *tract.* 4 *reſol. moral. cap. vn. reſol.* 9. *num.* 1056. Verum ſi teſtes ſingulares ſint, non eſt conformis Conſtitutioni Gregorij XV. quia, vt dictum eſt, concedit vti teſtibus ſingularibus pro probatione huius criminis concurrentibus præſumptionis, indicijs, & adminiculis, & ideo his ſecluſis, crimen non erit ſufficienter probatum.

871 Maiorem numerum requirit Acugna *de confeſſar. ſollicit. quæſt.* 23. *num.* 11. nempe ſaltem quatuor fœminas fide dignas, quia vt plurimum in hoc crimine teſtificantur mulieres, quæ ſunt fragiles & modicæ fidei, & proinde numerus ſupplere debet qualitatem ſexus. Et econtra dignitas, & auctoritas Confeſſarij expoſcit, vt cautè admodum procedatur, præſertim ob ſcandalum, quod inde naſci ſolet. Et hanc opinionem approbant Thomas Hurtad. *tract.* 4. *reſol. moral. cap. vn. reſol.* 9. §. 3. *num.* 1058. ſi teſtes ſint fœminę, & agatur de pœna graniori. Sed reprobat Cortus *de confeſſar. ſollicit. par.* 3. *quæſt.* 4. §. 3. *num.* 8. aſſerens ſufficere tres omni exceptione maiores, alioquin ferè nunquam puniretur hoc delictum: & cum delictum ex natura ſua ſit occultum, requirit minorem probationem. Ad degradationem tamen requirit maiorem numerum teſtium.

872 Alij vero putant, neque ſufficere quatuor teſtes. Ita Freitas ad Acugnam, *quæſt.* 23. *num.* 21 & 25. Souſa *de confeſſar. ſollicit. tract.* 2. *cap.* 12. *n.* 6. & ſauet Riccius *collect.* 549. aſſerens iudicatum fuiſſe, quod ex teſtibus ſingularibus fœminis non ſit imponenda pœna ordinaria delicti. Quia ex teſtibus ſingularibus nunquam plena probatio conſurgit, vt cum alijs docent Maſcard. *de probat. concluſ.* 856. *n.* 2. & Farinac. *de teſtib. quæſt.* 64. *num.* 59. Tum quia licet in criminibus exceptis admittantur fœminæ, & ſint conteſtes, non tamen quatuor plenè probant, vt tradit cum alijs Farinac. *de teſtib. quæſt.* 59. *n.* 29. Tum quia, cum non publicetur teſtes, deficit reo magna pars defenſionis, & ideo numerus teſtium ſupplere debet. Et hæc opinio placet Thomæ Hurtado *tract.* 4. *reſol. moral. tract. vn. reſolut.* 9. §. 3. *num.* 1060. quando eſſet imponenda pœna grauiſſima.

873 Magis tamen communiter tradunt, quod non poteſt certa regula aſſignari, ſed hoc remittendum eſſe iudicio Iuquiſitorum, qui conſiderata qualitate, & numero teſtium, præſumptionibus, indicijs, & adminiculis, in facti contingentia iudicare poterit, an delictum ſit probatũ, an non. Ita Sanctarel. *de hæreſi, c.* 44. *n.* 6. Souſa *de confeſſ. ſollicit. tr.* 2. *cap.* 12. *num.* 12. Peirin. *de priuileg. ad conſtit.* 4. *Gregor. XV.* §. 7. *num.* 3. Bonac. *in tract. var. de obligat. denun. punct.* 3. *num.* 27. Io. Sanchez *in ſelect. de ſacram. diſp.* 11. *num.* 46. Facundez *præcep.* 2. *Eccleſ. lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 101. Trullench. *in Decal. lib.* 1. *cap.* 3 *dub.* 18. *num.* 98. Diana *par.* 1. *tract.* 4. *reſol.* 28. & *par.* 4. *tract.* 5. *reſol. vlt.* Io. Cotrus *de confeſſar. ſollicit. par.* 3. *quæſt.* 4. §. 3. *num.* 10. Molfeſ. *par.* 1. *ſum. tract.* 7. *cap.* 25. *num.* 38. Riccius *par.* 3. *collect.* 49. Bellet. *par.* 2. *diſquiſit. cler.* §. 8. *num.* 11. Trimarch. *de abuſu ſacram. confeſſ. diſp. vlt. ſect.* 4. Thomas Hurtad. *tract.* 4. *reſol. moral. reſol.* 9. §. 3. *n.* 1061. Et hæc opinio valde conſonat cum Conſtitut. Gregor. XV. nam cum concedat arbitrium iudicandi, crimen eſſe probatum per teſtes ſingulares, concurrentibus præſumptionibus, indicijs, & adminiculis, venit in conſequentiam, quod etiam arbitrio relinquatur, quinam numerus teſtium ſufficiat, habita ratione perſonarum, & circumſtantiarum.

An credatur pœnitenti contra confeſſarium dicenti reuelaſſe ſuam confeſſionem Quæſt. III.

SVMMARIVM.

874 *Quando credatur pœnitenti contra confeſſarium circa reuelationem confeſſionis.*

Vt ei credatur, debet conſtare de reuelatione.

875 *Sacerdoti dicenti, ſe habuiſſe licentiam reuelandi quod audiuit in confeſſione, eſt credendum; & in defectum probationis ſufficiet iuramentum.*

876 *Quid ſi pœnitens dicat ſe non dediſſe licentiam, & ad quem pertineat probare.*

877 *Si conſtet de reuelatione, & confeſſarius excipiat, quod aliunde ſcierit, tenetur probare.*

878 *Quid ſi conſtet de reuelatione, & pœnitens accuſet, & neget, ſe dediſſe licentiam, & confeſſarius dicat ſe habuiſſe licentiam,*

In ſecretis, & vt dubitandum eſt iuramento.

874 Ad 3. Reſp. Quod creditur pœnitenti contra Confeſſarium, ſi dicat reuelaſſe eius confeſſionem, ad puniendum pœna extraordinaria, Abb. & DD. *in cap. hominis, de pœnit.* & Royas latè *in ſingular. fidei* 3. quia veritas alio modo haberi non poteſt: ſed Cardinalis in dicto loco dicit poſſe hoc quæri. Vt autem pœna arbitraria puniri poſſit, requiritur, quod reuelatio Confeſſionis probetur, puta ſi aliquod factum appareat reuelatum alijs, & pœnitens aſſerat Sacerdotem confeſſionem reuelaſſe, nam Sacerdos probare debet, ab alijs fuiſſe reuelatum, & non per ipſum confeſſarium, aliàs condemnabitur tantùm pœna arbitr. vt eſt communis opinio. Nauar. *in cap. penult. de pœnitent. & remiſſion. num.* 164. Maſcard. *in concluſ* 1192. *num.* 4. Cardin. & Abbas, *in cap. omnis, de pœnit.* Secundò probatur, ſi Sacerdos fateatur reuelaſſe tale dictum, ſed negaret illud habuiſſe in Confeſſione, etenim eſt præſumptio contra ipſum, ex quo condemnatur etiam pœna arbitraria. Angel. *in ſua ſumma, in verb. confeſſ. num.* 21.

AD-

Digitized by Google

ADDITIO.

875 Quando tertius obijcit Sacerdoti, quod reuelauerit confessionem, credendum est ipsi Sacerdoti, si sit proba vitæ, dicenti se habuisse licentiam reuelandi à pœnitente; nec tenetur probare, quia hæc licentia secretò, & sine testibus concedi solet; & ideo in defectum aliarum probationum sufficiet iuramentum. Ita Lapus *allegat. 94. post init.* Cotta *in memorial.* verbo *iuramentum probat difficultatem*, ver. *Et ideo circa med.* Diaz *in pract. cap. 112. num. 4.* vbi Salzedo verbo *credi debet*, Menoch. *præsumpt. 58. num. 15. lib. 1.* Viuius *in commun opin.* ver. *confessio, siue ex qua fuer. dict. facer.* testans de communi. Hippolyt. *in pract. §. diligenter, num 99.* Quod intelligendum est, quando constat, quod sacerdos reuelauerit, quæ accepit in confessione: nam prius debet constare de corpore delicti, quam imputetur sacerdoti.

876 Sed quid, si in hoc casu neget pœnitens dedisse licentiam reuelandi, nec adsint testes, quibus sacerdos probare possit, quod eam acceperit. Resp. Quod cum sacerdos acceptet factum sibi prohibitum nempe reuelasse aliquid acceptum in confessione, tenetur docere se licitè fecisse, nam fundamentum suæ intentionis, quo se excusat à delicto, est licentia accepta, *l. actor. C. de probat.* & *l. qui accusare, C. de edendo.* Vnde cum deficiant testes recurrendum erit ad præsumptiones, & tunc ille tenebitur probare, contra quem stant præsumptiones iuxta doctrinam Bart. *in l. ea incumbit in fine. ff. de probat.*

877 At si pœnitens obijciat sacerdoti, quod suam confessionem reuelauerit, & constet de reuelatione, sed excipiat sacerdos, quod alijnde id sciuerit, tunc tenetur sacerdos id probare. Ita Abbas *in cap. omnis vtriusque sexus, in fine, de pœnit. & remiss.* citans Hostiens. Io. Andr. *in cap. super his, de accusat.* Innocent. *ibid.* Salzedo *ad pract.* Diaz. *c. 112 §. credi debet*, ver. *Et post huius, in fine.* Quia præsumptio est contra ipsum, cum constet de reuelatione, & nisi probauerit, punietur pœna extraordinaria, quia cum delictum non sit plenè probatum, non habet locum pœna ordinaria. Præsertim quia sumus in materia, quæ est capax probationis, nam potest adducere vnde id sciuerit.

878 Maior difficultas est, si pœnitens accuset confessarium de reuelatione confessionis, & constet de ipsa, sed confessarius alleget, se habuisse licentiam à pœnitente, & pœnitens neget. Quomodo id poterit sacerdos probare, cum in secreto sit concessa? Resp. In tali casu standum esse iuramento confessarij. Ita Lapus *alleg. 94. num. 5.* Nam in secretis, & quæ sunt in hominum conscientia, quando sumus in dubio, rei iuramento standum est. Cap. *si vero aliquis de sentent. excommunicat.* vbi Glos. & *in cap. lectum, 2. quæst. 2.* & notant idem Lapus, *allegat. 47. num. 6.* Felin. *in cap. significasti, 1. num. 4. fallent. 3.* ver. *& eleganter, de homicidio.* Quia cum alia probatio haberi non possit, standum est assertioni iuratæ confessarij; præsertim si adminicularetur ex eo, quod, dum reuelauit, dixerit, se id facere de licentia pœnitentis.

An puniti ob crimen sollicitationis, si gratiam obtineant, censeantur restitui, vt possint confessiones audire. Et quid si abiurauerint.

Quæst. IV.

SVMMARIVM.

879 *Punitus ob crimen sollicitationis nunquam censetur restitutus, vt possit audire confessiones.*
880 *Quid si restituatur in pristinum statum.*
Restitutio in pristinum statum quid ponat.
Non censetur quis restitutus in pristinum statum, nisi obtineat omnia, quæ ante habebat.

879 Ad 4. Resp. Quod Sacra Congregatio Sancti Officij, vt refert Quaranta in verb. *Confessor.* decreuit, vt infra.

Die 2. Decembris 1562. Illustrissimi DD. Cardinales Inquisitores Generales decreuerunt, quod per quamcumque gratiam factam, vel fiendam, quibusuis alijs decretis, non intendunt eos restituere, vt possint confessiones aliquorum secularium audire. Idem confirmatum fuisse reperitur in actis Sancti Officij *sub die decimaquinta Nouembris, milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quinto*, cum addito, seu declaratione, quod illi, qui abiurarunt alias secretè, vel publicè, aut alias quomodocumque, non admittantur ad audientiam confessionum sæcularium. Ita habetur inter Decreta Sancti Officij in fine *Iudicial. Inquisit. Romæ impres. anno milleſimo, quingenteſimo, ſeptuageſimo. fol. 476.*

AD-

ADDITIO.

880 Sed quid ſi gratia eſſet reſtitutionis in priſtinum ſtatum? Reſp. Quod in caſu videretur conceſſa etiam habilitas ad confeſſiones audiendas, quia reſtitutio in priſtinum ſtatum ponit illam habilitatem, quam quiſq; habuiſſet, ſi nullum præextitiſſet impedimentum, vt notant Bald. *in l. Si cum dotem. §. Vxor. ff. ſoluto matrimonio.* Bart. *in l. Et qui. §. Si in metallum. ff. de muner. & honor.* Neque quis cenſetur reſtitutus in priſtinum ſtatum, niſi obtineat ea omnia, quæ antea habebat. *cap. Venerabilis. de offic. Deleg.* vbi Abbas. & *l. Cum indulgentia & l. fin. C. de ſent. paſ. & reſt.* & notant Bar. *in l. Quod ſi minor. §. Reſtitutio. ff. de minor.* Aret. S. *Rurſus.* verbo *Quartò præmitte.* Inſtit. *De action.* Paris. *Conſil 96. num. 112. lib. 1.* Socin. ſen. *conſil. 26. lib. 2.* Menoch. *de recuper. poſſ. ff. in prælud. num. 4.* Verum licet hæc de iure procedant, ſtante tamen præfato decreto conſulenda eſſet pro praxi S. Congregatio.

DE-

DECRETVM
FOELICIS RECORDATIONIS
GREGORII XV.

VBI CONFIRMANDO DECRETVM SANCT. MEM. Pauli V. per quod mandatum erat, quòd nemo audeat in publicis concionibus, lectionibus, concluſionibus, & alijs quibuſcumque actibus publicis aſſerere, quòd B. Virgo fuerit concepta cum peccato originali, & contrà facientes voluit, & declarauit ſubiacere debere, & ſubiecerit cenſuris, & pœnis in Conſtitutionibus ſuorum Prædeceſſorum, & ſua, ipſo facto incurrendis, extendit, & ampliauit etiam ad priuata colloquia, & ſcripta, prout infra. In Generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & Vniuerſalis Inquiſitionis, habita in Palatio Apoſtolico in Monte Quirinali coram S. D. N. D. Gregorio diuina prouidentia Papa XV. ac Illuſtriſſimis & Reuerendiſſimis DD. S. R. E. Card. ad aduerſus hæreticam prauitatem Inquiſitoribus generalibus à Sancta Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatis.

881 SANCTISSIMVS D. N. auditis votis Illuſtriſsimorum & Reuerendiſsimorum DD. Cardinalium contra hæreticam prauitatem Generalium Inquiſitorum, Decretum aliàs editum à fel. record. Paulo V. eius prædeceſſore tenoris ſequentis, videlicet,

Sanctiſſimus Dominus Noſter poſt longam, & maturam diſcuſſionem, auditis votis Illuſtriſſimorum, & Reuerendiſſimorum DD. Cardinalium contra hæreticam prauitatem Generalium Inquiſitorum, re accuratè, ac diligenter perpenſa, prouidè conſiderans, quòd quamuis in Conſtitutione ſel. recordat. Sixti IV. ſuper conceptione Beatiſſimæ Virginis Mariæ pro ſubmouendis inter Chriſti fideles ſcandalis, rixis, & contentionibus edita, à Sancta Tridentina Synodo innouata, & deinde in alia Conſtitutione ſan. mem. Pij V. ſuper eadem re, quas ſimiliter Sanctitas Sua innouauit cum quibuſdam prouiſionibus, & adiectionibus pœnarum pro efficaciori earum obſeruatione, relinquebatur vnicuique libera facultas tenendi, & etiam aſſerendi vtramque partem, quod ſcilicet fuerit, vel non fuerit concepta cum peccato originali, dum tamen neutra veluti erronea, aut hæretica damnaretur: nihilominus quia ex occaſione aſſertionis affirmatiuæ in publicis concionibus, lectionibus, concluſionibus, & actibus publicis, quòd eadem Beatiſſima Virgo fuerit cum peccato originali concepta; oriuntur in populo Chriſtiano cum magna Dei offenſa, ſcandala, iurgia, & diſſenſiones. Propterea volens huiuſmodi ſcandalis ex debito ſui muneris prouidere, decreuit, & præcepit, ac præſentis decreti virtute mandat, & præcipit omnibus, & ſingulis cuiuſuis Ordinis, & Inſtituti Regularibus, & alijs quibuſcumque, tam Eccleſiaſticis quàm ſæcularibus perſonis, cuiuſuis conditionis, ſtatus, gradus, ordinis aut dignitatis, tam Eccleſiaſticæ quàm ſæcularis, etiamſi ſpecialis, ſpecifica, & indiuidua earum eſſet neceſſariò mentio facienda: Vt in poſterum donec articulus huiuſmodi à Sancta Sede Apoſtolica fuerit diffinitus, vel per Sanctitatem Suam, & Sedem Apoſtolicam fuerit aliter ordinatum, non audeant in publicis concionibus, lectionibus, concluſionibus, & alijs quibuſcumque actibus publicis aſſerere, quòd eadem Beatiſſima Virgo fuerit concepta cum peccato originali. Contrafacientes autem eadem Sanctitas Sua voluit, & declarauit ſubiacere debere, & ſubiecit cenſuris, & pœnis contentis in ſupradictis Conſtitutionibus ſuorum Prædeceſſorum, & ſua, ipſo facto incurrendis. Per huiuſmodi tamen prouiſionem San-

Digitized by Google

Sanctitas Sua non intendit reprobare altetam opinionem, nec ei vllum prorſus præiudicium inferre; eam relinquens in eiſdem ſtatu & terminis, in quibus de præſenti reperitur, præterquàm quoad ſuprà diſpoſita. Vlteriùs ſub eiſdem cenſuris, & pœnis mandans, quod negatiuam opinionem, videlicet quod non fuerit concepta cum peccato originali, in prædictis publicis actibus aſſerentes, aliam opinionem non impugnent, nec de ea aliquo modo agent, ſeu tractent. Inſuper voluit, & expreſsè mandauit, vt extra hos caſus expreſſos publicorum actuum, in reliquis omnibus ſupradictæ Conſtitutiones firmæ, & illeſæ remaneant, & exactè obſeruentur, perinde ac ſi præſens decretum non emanaſſet. Et ità decreuit, & mandauit vbique inuiolabiliter obſeruari, non obſtantibus in hac parte ſupradictis Conſtitutionibus, & aliis omnibus in contrarium facientibus, &c.

Hoc ſuo præſenti Decreto ex eiſdem cauſis euitandi ſcandala, diſſenſiones, atque diſcordias in populo Chriſtiano, quæ pari ratione oriri poſſunt, &, vt accepit, in aliquibus regionibus iam ortæ ſunt ex ſermonibus priuatis occaſione aſſertionis affirmatiuæ, extendit, & ampliauit etiam ad priuata colloquia, & ſcripta, mandans & præcipiens omnibus, & ſingulis ſupradictis, ne de cœtero, donec articulus huiuſmodi à Sede Apoſtolica diffinitus, vel per Sanctitatem Suam, & Sedem Apoſtolicam fuerit aliter ordinatum, neque etiam in ſermonibus & ſcriptis priuatis audeant aſſerere, quòd eadem Beatiſsima Virgo fuerit concepta cum peccato originali, nec de hac opinione affirmatiua aliquo modo agere, ſeu tractare, exceptis tamen quibus à Sancta Sede Apoſtolica fuerit ſuper hoc ſpecialiter indultum. Per hoc tamen Sanctitas Sua non intendit reprobare hanc opinionem, nec ei vllum prorſus præiudicium inferre, eam relinquens in eiſdem ſtatu & terminis, in quibus reperitur, præterquàm quoad in ſupradicto ſel. record. Pauli V. & hoc ſuo decreto diſpoſita. Eademque Sanctitas Sua voluit, & expreſsè mandauit, vt in reliquis omnibus, vbi huiuſmodi decretis non aduerſantur, Conſtitutiones Sixti IV. Alexandri VI. & Pij V. ac Pauli V. eius prædeceſſorum ſuper Conceptione Beatiſſimæ Virginis firmæ & illibatæ remaneant, ac exactè obſeruentur, perinde ac ſi huiuſmodi decretum non emanaſſet. Et inſuper eadem Sanctitas Sua, cùm Sancta Romana Eccleſia de Beatiſſimæ Virginis conceptione Feſtum ſolemnizet, & officium celebret, omnibus & ſingulis perſonis Eccleſiaſticis, tam ſæcularibus, quàm cuiuſuis Ordinis, & Inſtituti Regularibus mandat, ac præcipit, vt in ſacroſancto Miſſæ ſacrificio, ac diuino officio celebrandis, tam publicè: quàm priuatim, non alio, quàm Conceptionis nomine vti debeant. Contrauenientes autem Sanctitas Sua voluit, & declarauit ſubiacere debere, & ſubiecit cenſuris, & pœnis contentis in ſupradictis Conſtitutionibus, ac præfato decreto ſuorum Prædeceſſorum, ipſo facto incurrendis. Et ita decreuit, & mandauit vbique inuiolabiliter obſeruari, non obſtantibus in hac parte Conſtitutionibus ſupraſcriptis, decreto præfato Pauli V. conſuetudinibus etiam immemorabilibus, necnon omnibus, & ſingulis quæ Prædeceſſores prædicti voluerunt non obſtare, ac alijs quibuſcunque in contrarium facientibus. Volens, & decernens pro obſeruatione, & executione præſentis Decreti, & omnium in eo contentorum, quòd contra huiuſmodi tranſgreſſores etiam Regulares cuiuſuis Ordinis, & Inſtituti, etiam quo nodolibet exemptos, & alias quaſcumq; perſonas Eccleſiaſticas, ſtatus, conditionis, gradus, ordinis, aut dignitatis, tam Eccleſiaſticæ, quàm ſæcularis; tam Epiſcopi, & Prælati Superiores, alijq; Ordinarij locorum, quàm hæreticæ prauitatis vbique locorum deputati Inquiſitores procedant, & in eos ſeuerè animaduertant, tribuens eis, & eorum cuilibet liberam facultatem, & auctoritatem contra eoſdem tranſgreſſores procedendi, ac pœnis coërcendi, & puniendi. Voluit demum, ne præmiſſorum ignorantia à quoquam prætendi poſſit, quòd præſens decretum, ſeu illius exempla ad valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ affixa, omnes ita arctent & afficiant, perinde ac ſi vnicuique perſonaliter intimata fuiſſent: quodque præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſticà conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

ANDREAS DE PETINIS S. R. & Vniuerſ. Inquiſit. Not.

Anno à Natiuitate Domini Noſtri Ieſu Chriſti 1622. Indictione v. die verò ſecunda Menſis Iunij, Pontificatus Sanctiſſ. in Chriſto Patris, & D. N. D. Gregorij diuina prouidentia Papæ XV. anno eius ſecundo, ſupradictum decretum affixum, & publicatum fuit ad valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ, vt moris eſt, per me Brandimartem Latinum S. D. N. Papæ Curſ.

Octauius Spada, Mag. Curſorum.

QVÆSTIONES.

882 1 Cur in dicto Decreto dicitur articulum de Conceptione Beatæ Mariæ Virginis, non fuisse à Sancta Sede Apostolica diffinitum, vel ab ea fuerit aliter ordinatum, si in Synodo Basilienſi *sess.* 36. iam diffinitum fuit, B. Virginem absque peccati originalis macula conceptam fuisse.

2 Cur ab Ecclesia nihil adhuc de fide diffinitum circa hunc articulum Conceptionis B. MARIÆ Virginis.

3 An Fratribus Ordinis Prædicatorum sit aliquid indultum à Sede Apostolica vt inter se tractare possint de materia eiusdem Conceptionis B. MARIÆ Virginis.

Cur in præmisso Decreto dicatur Conceptionis articulum non fuisse definitum. Quæstio I.

SVMMARIVM.

883 *Quid sentiendum de Concilio Basilienſi.*
884 *Quid definierit circa Conceptionem B. Virginis.*
885 *Quid de libro attributo S. Cæcilio Martyri.*
886 *Prohibitio Pij V. ne de controuersia Conceptionis vulgari idiomate scribatur.*
887 *An sit prohibitum edere conciones tractantes de Conceptione B. Virginis.*
888 *Quid nomine vulgaris sermonis veniat in Constit. Pij V.*
Appellatione vulgaris sermonis venit vsitatus.
Existens in Gallia, & scribens Italicè de Conceptione B. Virginis, an violet Constitutionem Pij V.

883 Ad primum, Resp. Synodum illam non esse attendendam affirmat. Nam ante d. *sess.* 36. discesserunt à vero Papa Eug. IV. *in sess.* 34. & ille eam synodum iam transtulerat ad Ciuitatem Ferrariæ, vt habetur *in sua const.* 11. *sup. tom.* 1. Quicquid ergo ibi postmodum actum fuit, irritum est, & inane, vt in Conc. Lateranen. 3. *sess.* 11. & *Bulla* 20. *Leonis X.* ibi firmata habetur, quæ est *sup. tom.* 1. *in §.* 6. & etiam id supponit Concilium Trid. *sess.* 5. dum in *cap. de peccat. orig.* obseruari constituit supradictam constit. Sixti IV. qui neutram opinionem damnat; & ideo iure merito Pius V. in præcit. eius *Constit.* 114. vtrumque permittit.

ADDITIO,

884 Aduertendum, neque Concilium Basilienſe, licet acephalum, definisse tanquam de fide, quod B. Virgo concepta fuerit sine peccato originali; sed solum definisse, quod de cætero omnes tenerent, fuisse conceptam sine originali, tanquam quid pium, consonum cultui Ecclesiastico, fidei catholicæ &c. nec posse quenquam contrarium docere, aut prædicare. Ita enim habet sess. 36. *Nos verò diligenter omnibus matura consideratione pensatis, doctrinam illam, differentem, gloriosam Virginem Dei genitricem Mariam præueniente, & cooperante diuini luminis gratia singulari, nunquam actualiter subiacuisse originali peccato, sed immunem semper fuisse ab omni originali, & actuali culpa, sanctam, & immaculatam, tanquam piam, & consonam cultui Ecclesiastico, fidei catholicæ, rectæ rationi, & sacræ Scripturæ, ab omnibus catholicis approbandam fore, tenendam, & amplectendam definimus, & declaramus; nullique de cætero licitum esse in contrarium prædicare, & docere.* & ita notant etiam Corduba, *lib.* 1. *quæst.* 44. *post* 6. *conclus. §. Pro responsione.* Bellarmin. *lib.* 4. *de amiss. grat. cap.* 15. *§. Deinde Concil.* Aegid. de Præsent. *de Concep. lib.* 3. *quæst.* 3. *sect.* 2. *num.* 7.

885 Contendebant autem quidam, definitum in Concilio Apostolorum, quod B. Virgo fuerit concepta sine peccato originali, eo quod nonnullis ab hinc annis in monte, qui dicitus Sanctus, prope ciuitatem Granatensem inuentæ sunt reliquiæ S. Cæcilij Martyris Episcopi Eliberitani, & cum ipsis liber eidem martyri attributus lingua Arabica scriptus, in quo dicitur, quod B. Virgo præseruata fuit ab originali, & quod hæc veritas est Concilium Apostolorum. Verù Vrbanus VIII. *sub die* 13. *Maij* 1641. decreuit, quod hic liber nullam habeat auctoritatem, & quod nemo possit eo vti in materia Conceptionis B. Virginis, sub pœnis in eodem Decreto contentis.

886 Insuper Pius V. *in sua Constit.* 114. *§.* 1. *tom.* 2. *Bullar.* prohibuit etiam, ne vulgari sermone de hac controuersia scribatur. nam post innouationem Constitutionis Sixti IV. subdit. *Atque vt deinceps efficacior d cunctis obseruetur, perpetuo statuimus, & ordinamus, ac per Apostolica scripta mandamus, quatenus nemo cuiuscunque ordinis, conditionis, vel dignitatis existat, in popularibus concionibus, vel vbicunque promiscua virorum, & mulierum multitudo conuenire solet, de huius controuersiæ alterutra parte disputare rationibus, vel Doctorum auctoritate, asserendo propriam sententiam, &*

con-

contrariam refellendo; aut impugnando, vel de hac quæſtione cuiuſuis pietatis, aut neceſſitatis prætextu vulgari ſermone ſcribere, vel dictare præſumat. Qui contrafecerint, ſuſpenſionis pœnam à diuinis abſque noua declaratione ipſo facto incurrat, ſi modo fuerit in ſacris conſtitutus, & quocunque præterea gradu, ſiue dignitate, vel adminiſtratione fungatur, illis omnibus ſit ipſo iure priuatus, & ad eadem, vel ſimilia munera obtinenda, vel obeunda perpetuæ inhabilitatis cenſuræ ipſo etiam facto ſit obnoxius, ſuper quibus, niſi à Romano Pontifice exiſtente, diſpenſari, ſiue abſolui non poſſit. Et nihilominus alijs pœnis, ſi opus fuerit à proprio Prælato, pro delicti menſura infligendis, ſubijciatur, prout ſubijcimus.

887 Circa quam diſpoſitionem occurrit dubitandum, an per hanc conſtitutionem, dum prohibetur vulgari ſermone ſcribere, vel dictare, prohibeatur etiam edere conciones tractantes de Conceptione. Reſp. autem, non prohiberi ſcribi, aut dictari vulgari ſermone, quod B. Virgo ſit concepta ſine peccato originali, quia hoc conceditur in concionibus, quæ vulgari ſermone fiunt ad Populum, vnde nec etiam debet eſſe prohibitum ſcribi, aut dictari pro concionibus imprimendis. Si tamen moueatur quæſtio, an B. Virgo ſit concepta cum peccato originali, & rationibus pro vtraque parte allatis, & oppoſitis ſolutis concludatur, quod B. Virgo ſit concepta ſine originali, exiſtimo prohiberi per hanc conſtitutionem, quia prohibet vulgari ſermone ſcribere, aut dictare de hac quæſtione, quod non eſt aliud, quam hanc quæſtionem vulgari ſermone tractare. Quod etiam deducitur ex ijs, quæ antea Pontifex ſtatuerat, nempe diſputare pro alterutra parte. Vnde, quod in concionibus prohibuerit extendit etiam ad ſcripturam & dictationem. Et ideo ex vi huius Conſtitutionis, quamuis liceat concionatoribus docere, B. Virginem fuiſſe conceptam ſine peccato originali, non tamen licet diſputationem de hac materia inſtituere, & ſcholaſtico modo rem tractare, quod ſatis indicant illa verba. *De huius controuerſiæ alterutra parte diſputare rationibus, vel Doctorum auctoritate aſſerendo propriam ſententiam, & contrariam refellendo, aut impugnando.*

888 Rurſus dubitatur, quid intelligat Pontifex per vulgarem ſermonem. Reſp. intelligere illum, qui vulgo vſurpari ſolet, qualis eſt Italicus apud Italos, Hiſpanus apud Hiſpanos, Germanicus apud Germanos, vnde prohibetur ſcriptio, & dictatio in quouis horum ſermonum, qui apud aliquam rationem vulgo vſurpari ſolet de quæſtione Conceptionis. Appellatione namque vulgaris ſermonis venit vſitatus apud omnes, vt in *l. 2. ff. de præſcrip. verb.* Sed quid, ſi quis in Gallia exiſtens ſcriberet italicè de hac quæſtione? aut econtra. Reſp. faceret contra Conſtitutionem, quia non prohibet ſcribere vulgari ſermone in hoc, vel in illo loco, ſeu reſpectiuè ad locum, ſed abſolutè, & ideo in quocunque vulgari ſermone ſcribatur, etiamſi non ſit vulgaris in loco, in quo ſcribitur, erit prohibitum, quia finis Conſtitutionis eſt, quod hæc materia non veniat ad manus vulgi, & hominum non doctorum; veniret autem in Italia, ſi italicè in Gallia ſcriberetur.

Cur Eccleſia non definierit materiam Conceptionis B. Virg. Quæſtio II.

SVMMARIVM.

889 *Ratio allata à Cartagena, cur materia Conceptionis non ſit definita.*

890 *Non eſt ſatis congrua. Definitio non videtur neceſſaria.*

889 Ad 2. Reſp. Diſpoſitionis diuinæ inueſtigare cauſas, ob quas Eccleſiæ occultauerit hoc myſterium, nolens hanc veritatem à Sede Apoſtolica, tanquam catholicæ fidei aſſertionem diffiniri, & difficile admodum eſt, vt poſt alios ſic nouiſſimè ſcribit Carthagen. *Homiliar. lib. 1. Homil. 4. pag. mihi* 21. vbi tamen ſubdit, quòd diuina ſapientia hanc veritatem ſub opinionum tegumento latere voluit, ne ſi rudes homines exploratum habuiſſent, Beatiſſimã Virginem peccatum originale non contraxiſſe, illam Deum eſſe putarent. Et vt huius controuerſiæ occaſione ſtupenda B. Virginis encomia cum immortali eius gloria in lucem prodeant. Scias autem, quòd poſt hanc Pauli ſanctionem aliud ab eodem emanauit decretum, prohibens in quibuſcumque actibus publicis aſſerere poſſe, B. Virginem cum peccato originali conceptam fuiſſe: & deinde aliud à prædicto Gregorio XV. fel. rec. editum fuit decretum ſupraſcriptum prohibens etiam in priuatis colloquijs id poſſe affirmari.

ADDITIO.

890 Eamdem rationem affert ex Cartagena Cherubin. *in Compend. Bullar. ſchol. ad Conſtit. 97. Pauli V.* Verum quò ad illam partem, quod homines putarent Deum B. Virginem, non videtur admodum congrua, cum inuoluat repugnantiam in terminis, nam ſi preſeruatur à Deo, quomodo poteſt putari Deus à Chriſtiano, qui vnum Deum colit? Forte non fuit definita, quia talis definitio non fuit neceſſaria ad ſalutem fidelium, nec ad cultum Virginis, cum poſſit Eccleſia eius Conceptionem venerari, quocunque modo fuit concepta.

Quid Gregor. XV. indulſerit PP. Dominicanis circa materiam Conceptionis B. Virginis. Quæſt. III.

SVMMARIVM.

891 *P. Dominicani tractare poſſunt controuerſiam Conceptionis &c.*
892 *Qualis tractans de Conceptione prohibitus ſit.*
Verba ſunt accipienda cum reſtrictione ad cauſam, ob quam ſunt prolata.

891 Ad 3. Reſp. Quòd dictis Fratribus Ordinis S. Dominici per Greg. XV. fel. record. in eius conſtitut. quæ incipit, *Eximij, atque ſingulares fructus.* ſub Dat. Romæ *apud Sanctam Mariam Maiorem, ſub annulo Piſcatoris die 28. Iulij 1622. Pontif.* anno ſecundo, fuit indultum his verbis: *Vt de cætero in quibuſcumque priuatis eorum colloquijs, ſeu conferentijs, inter ſe duntaxat, & non inter alios, aut cum alijs, de materia eiuſdem Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis differere, & tractare, abſque vllo pœnarum in dictis decretis contentarum incurſu, liberè, & licitè poſſint, & valeant, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium licentiam concedimus, & impartimur.*

ADDITIO.

892 Dubitari poteſt, quid intelligat Pontifex per illa verba, *Nec de hac opinione affirmatiua aliquo modo agere, ſeu tractare.* An ſcilicet prohibeatur quilibet tractatus omnino, ita vt nemo dicere poſſit, aut oſtendere, quod D. Th. ſenſerit Virginem conceptam eſſe cum originali; ſeu an ſolum ille tractatus, quo tradatur, aut doceatur hæc opinio. Reſp. Non videri prohibitum, niſi hunc poſteriorem tractatum, quo tradatur, aut aliquo modo confirmetur hæc opinio, Quia cauſa, propter quam diſponit Pontifex, eſt obuiare diſcordijs, & excludere aſſertionem opinionis affirmatiuæ, vt conſtat ex illis verbis, *Hoc ſuo præſenti decreto ex eiſdem cauſis euitandi ſcandala, diſſenſiones &c. ex ſermonibus priuatis occaſione aſſertionis affirmatiuæ &c.* Vnde illa verba, *Nec de hac opinione affirmatiua*, accipienda ſunt cum reſtrictione ad cauſam, ob quam ſunt prolata *l. Si quis ita, ff. de teſtam.* & notant Mohed. *deciſ* 13. *de præben.* Surd. *deciſ.* 217. *n.* 6. Duran. *deciſ.* 48. *num.* 14. Rota *in Bergomenſi penſionis*, 13. *Nouemb.* 1626. *coram eod. Durano & deciſ.* 427. *num.* 2. *par.* 2. *Diuerſor.* & *deciſ.* 429. *num.* 2. *par.* 2. *Recent.*

Digitized by Google

BVLLA
FOELICIS RECORDATIONIS
GREGORII XV.
CONTRA
MALEFICOS, ET SORTILEGOS,
Cum Diabolo pactum facientes, & à Sede apostatando alios lædentes.

GREGORIVS PAPA XV.
Ad perpetuam rei memoriam.

893 OMNIPOTENTIS Dei Saluatoris nostri, qui, vt hominem à laqueis Diaboli liberaret, Crucem subito dignatus est, vices, quamquam immeriti, gerentes in terris, in id summo studio, iuxta creditum Nobis desuper Apostolicæ seruitutis officium, incumbimus, vt gregem Dominicum, inæstimabili pretio redemptum, aduersus Sathanæ fraudes defendamus, eiusdem officij partes desuper interponendo, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

§. 1. Sanè nonnulli suæ conditionis obliti, & solemnis sponsionis ab ijs facta, cùm in Christi gregem, per sacrum regenerationis lauacrum adscîti fuerunt, Sathanæ, cui renunciarunt, artibus, maleficijs, superstitionibus, ac nefarijs inuentis operam dare non verentur, quinimò magistrum imitantes, qui capitali odio, quo humanum genus prosequitur, hominibus insidiari nunquam cessat, proximum variis modis ledere, animas verò suas perdere, non timent.

§. 2. Quapropter, vt tam exitiosa scelera à Christifidelibus arceantur, grauioribus pœnis vindicanda duximus. Motu itaque proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium decernimus, præcipimus, & mandamus, vt constito, quòd aliquis pactum cum Diabolo fecerit, & à fide apostatando, maleficijs, siue sortilegijs vnam, seu plures personas, ita læserit, vt ex maleficio, vel sortilegio mors secuta sit, etiam primo lapsu, Curiæ seculari tradatur, debitis pœnis puniendus; Qui verò, similiter apostatando, pactum cum Diabolo, vt præfertur, fecerit, & maleficium, seu sortilegium commiserit, ex quo, licèt mors secuta non sit, infirmitas tamen, diuortia, impotentia generandi, siue animalibus, frugibus, vel alijs fructibus damnum notabile prouenerit, muro claudi, siue perpetuis carceribus, in Sancto Inquisitionis officio, vbi illud exstitit, fabricandis, mancipari debeat:

§. 3. Qui verò similium delinquentium notitiam habuerint, eos Episcopo, siue Inquisitori denunciare teneantur.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, quòd præsertim transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides vbique adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

§. 6. Quòdque eadem præsentes, postquam in valuis Basilicarum Sancti Ioannis Lateranensis, ac Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ, necnon in acie Campi Flore affixæ fuerint, omnes, & singulos, ad quos spectat, arctent, & afficiant, perinde ac si vnicuique personaliter intimatæ fuissent.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcat. die 20. Martij 1623. Pontificatus noſtri anno tertio.

Anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimotertio, Indictione ſexta, die verò vigeſimatertia menſis Martij, Pontificatus S. D. N. D. Gregorij diuina prouidentia Papæ XV. anno eius tertio, retroſcriptæ litteræ Apoſtolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Baſilicarum Sancti Ioannis Lateranenſis, Principis Apoſtolorum de Vrbe, Cancellariæ Apoſtolicæ, & in acie Campi Floræ, per me Brandimartem Latinum Apoſtolicum Curſorem, &c.

QVÆSTIONES.

894 1 Sortilegium quid ſit.
2 Quotuplex eſt ſortilegium.
3 Dæmon quot modis dicatur imploràri ſortilegijs.
4 Sortilegi quot modis poſſint infirmitates prouocare.
5 Quot modis coàdngit maleficium.
6 Qualiter viris, & fœminis contingat: & quæ ſit differentia.
7 An maleficium impediat reſpectu omnium.
8 Ex quibus ſignis poteſt cognoſci maleficium.
9 An ad tollendum maleficium liceat vti vanis rebus.
10 An liceat vti vanis rebus, proteſtando animum eſſe non vtendi illis tanquam vanis, & à Dæmone inſtitutis.
11 Vnde dignoſci poſſit, quæ media ſint licita, & quæ vana.
12 An liceat petere, à malefico parato, vt maleficium maleficio ſoluat.
13 An liceat petere non explicando, vt maleficio ſoluat, quando alio modo neſcit ſoluere.
14 Maleficia ob bonum finem an ſint permiſſa.
15 An ſit tolerandum, maleficium maleficio tollere.
16 An quando medio licito poteſt maleficium ſolui, liceat petere à Dæmone, vt ſoluat.
17 An poſſit interrogari malefica, an norit in quo maleficium id conſiſtat, & ſi id didicerit à Dæmone, fas ſit, ea ſcientia vti ad maleficati medelam.

CVm in Epiſcopalibus Curijs tam contra laicos, quàm Eccleſiaſticos maleficos, & ſortilegos ad præſcriptum Bullæ ſupradictæ denunciandos, ſæpeſæpius formetur proceſſus, operæ pretium eſſe duxi explicare has præpoſitas quæſtiones, quæ Iudicibus in huiuſmodi conficiendis proceſſibus ſatis deſeruire poſſint, ad ſciendum quod genus maleficij, vel Sortilegij ſit, quomodo ſe habeat, & ad explicandas in actis omnes illius qualitates ſcitu neceſſarias. Et ideo,

Quid ſit Sortilegium. Quæſt. I.

SVMMARIVM.

895 *Sortilegium, & ſortilegus.*
896 *Sortilegium eſt diuinatio per ſortes. Pœna ſortilegij.*
897 *Excommunicatio contra ſortilegos an ſit latæ ſententiæ.*
Sortilegium non ſapiens hæreſim eſt mixti fori.

895 Ad 1. Reſp. Sortilegium eſt ſuperſtitio quædam illuſoria, & ſummè noxia, qua vtitur homo Dæmonis miniſterio, *cap. 1. & 2. de Sortileg. l. nemo, & l. multi. C. de malefic. & Mathem.* D. Thom. *in 2. 2. quæſt. 93. art. 4.* Aliter autem diffiniri ſolent Sortilegi, eſſe illos, qui ſub nomine fictæ religionis, per quaſdam, quas ſanctorum ſortes vocant, diuinationis ſcientiam profitentur, aut quarumcumque Scripturarum inſpectione futura promittunt, vt habetur in *cap. vno. 26. quæſt. 5.*

AD.

ADDITIO.

896 Sortilegium proprie eſt diuinatio per ſortes, vt deſumitur ex cap. *Sortes*, 26. *quæſt.* 5. & verò datur præcipuè circa dignoſcenda futura, aut occulta iuxta ea, quæ tradunt D. Th. 2. 2. *quæſt.* 95. *ar.* 4. Torres *ibid. diſp.* 2. Sanchez *lib.* 2. *in Decal. cap.* 38. *num.* 88. Leſſius *lib.* 2. *de iuſt. & iure, cap.* 42. *dub.* 9. Azor. *par.* 1. *lib.* 9. *cap.* 21. Souſa *lib.* 1. *Aphoriſ. Inquiſit. cap.* 53. *num.* 7. Trullench. *in Decal. lib.* 1. *c.* 16. *dub.* 9. *num.* 14. Punitur autem ſortilegium pœna excommunicationis, vt in dicto cap. *Sortes*: non tamen ponitur aliqua reſeruatio. De hoc tamen ſortilegio non agit præſens Conſtitutio Gregorij XV.

897 Excommunicatio contra ſortilegos, quamuis Martin. del Rio teneat eſſe latæ ſententiæ, *lib.* 4. *diſquiſit. cap.* 2. *quæſt.* 7. *ſect.* 4. non eſt tamen latæ ſententiæ, ſed ferendæ, vt notant Azor, *tom.* 1. *lib.* 9. *cap.* 26. *quæſt.* 4. Sanchez *lib.* 2. *ſum. cap.* 38. *n.* 91. Leſſius *lib.* 2. *de iuſt. & iure cap.* 43. *dub.* 3. *num.* 19. Suarez *tom.* 1. *de relig. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 6. Souſa *in Aphoriſ. Inquiſit. lib.* 1. *cap.* 58. Villalob. *par.* 2. *ſum. tract.* 36. *difficul.* 6. *num.* 1. Trullench. *in Decal. lib.* 1. *cap.* 10. *dub.* 19. *num.* 4. Quod tamen debet intelligi ſecluſa hæreſi, nam ſi ſortilegi ſint ſimul hæretici, ipſo facto ratione hæreſis ſunt excommunicati, vt notant Suarez *citat. cap. num.* 8. Farinac. *de hæreſi quæſt.* 181. *num.* 4. Souſa *num.* 5. *citat. cap.*

898 Quando ſortilegium ſapit hæreſim, ſpectat ad Inquiſitores. cap. *Accuſatus S. ſunt de hæret. in* 6. & notant Eymeric. *in Direct. par.* 2. *quæſt.* 42. Pœna *eius.* 67. Farinac. *de hæreſi. quæſt.* 181. *n.* 4. *n.* 91. Torres *in* 2. 2. *tom.* 2. *quæſt.* 69. *ar.* 4. *diſp.* 3. Hodie tamen, etiamſi non ſapiat hæreſim, poſſunt Inquiſitores procedere per *Conſtit.* 17. Sixti V. *tom.* 2. *Bullar.* & proinde ſortilegium non ſapiens hæreſim eſt mixti fori, & datur præuentio, vt notant Azor. *tom.* 1. *lib.* 9. *cap.* 26. *quæſt.* 4. Sanchez *lib.* 2. *ſum. cap.* 38. *num.* 92. Suarez *tom.* 1. *de relig. lib.* 2. *de ſuperſtit. cap.* 19. *num.* 11. Farinac. *citat.* Souſa *in Aphoriſ. Inquiſit. lib.* 1. *cap.* 58. *num.* 4.

Quotuplex ſit ſortilegium. Quæſt. II.

SVMMARIVM.

899 *Sortilegia alia hæreticalia, alia non hæreticalia, & quale ſit hæreticale.*

900 *Quenam ſint ſortilegia, maleficia &c. hæreticalia ex parte operis.*

Quænam hæreticalia ex parte operantis.

901 *Quid requiratur, vt maleficium, ſortilegium ex parte operantis ſapiat hæreſim.*

902 *Non omnia ſortilegia, maleficia &c. ſapiunt hæreſim.*

Quæ fiunt cum pacto explicito Dæmonis, ſapiunt hæreſim.

899 Ad 2. Reſp. Quòd duplicis generis ſunt Sortilegia, hæreticalia, & non hæreticalia. Prima ſunt, vel reſpectu operis, vel reſpectu operantis. Hæreticalia reſpectu operis ſunt, quando ſunt ſortilegia in illis caſibus, in quibus Dæmoni denegata eſt potentia, ſed ſoli omnipotenti Deo eſt reſeruata, vt mortuum ſuſcitare, vt habetur de Lazaro, Ioan. *cap.* 11. & habetur de illo filio, viduæ Matth. *c.* 17. vel in ſubſtantiam animæ introire, quod ſoli Deo permittitur. Matth. *c.* 22. Si igitur in ſimilibus Omnipotentis Dei auxilium imploratur cum poteſtate Dæmonis, ſortilegium hæreticale committitur, vt notant Paul. Grilland. *in tract. de ſortileg. q.* 10. Clar. *in §. hæreſis verſ. ſucceſſiuè quæro.* Hæreticalia verò reſpectu operantis, ſunt, cum Dæmonis auxilium imploratur etiam in ijs, quæ ipſe facere poteſt: hæreticalia quidem ſunt, quia contraueniunt primo præcepto, & primo articulo fidei.

ADDITIO.

900 Sortilegia, maleficia, &c. ex dupici capite hæreticalia ſunt, ſeu ſapiunt hæreſim. nempe ex parte operis, & ex parte operantis. Dicuntur autem hæreticalia ex parte operis, quando ex ipſo opere colligitur hæreſis. Ex parte verò operantis, quando ex modo operandi præſumitur hæreſis. Semper tamen hæreſis eſt in exercente talia ſortilegia, maleficia &c. Tunc autem ſapiunt hæreſim ex parte operis, quando, vt notat auctor, inuocatur Dæmon ad ea, quæ eius virtutem ſuperant. Secus autem, quando non ſuperant eius virtutem. Ita etiam notant Martin. del Rio, *lib.* 5. *diſquiſit. Magicar. ſect.* 15. *axiom.* 1. Torres, 2. 2. *tom.* 2. *quæſt.* 96. *ar.* 4. *diſp.* 2. *tit.* 9. *de qualificat ſuperſtit. dicto* 1. Farinac. *de hæreſi quæſt.* 181. *n.* 5. & 72. In hoc enim credit conuenire Dæmoni illam potentiam, quæ non conuenit, ſed eſt propria Dei, & hoc per opus ipſum oſtenditur. Poterit tamen Sortilegus excuſari ab hæreſi, ratione ignorantiæ, quia ſcilicet ignoret, quæ ſint propria Dei, & quæ Dæmon facere tantùm poſſit.

901 Vt autem ex parte operantis ſortilegium, maleficium &c. ſapiat hæreſim manifeſtè, neceſſe eſt, quod ſit talis conditionis, vt aut ratione modi, quo fit, aut ratione rerum, quæ adhibentur, nequeat exerceri ſine hæreſi, aut quod ex ſe prima ſpecie manifeſtet, aliquam hæreſim. Ita notant Simanch. *Cathol. præſcrip. tit.* 61. *num.* 3. Farinac. *de hæreſi, quæſt.* 181. *num.* 94. Hoc autem procedit præſumptiuè, quia licet illud exercens benè ſentiat in fide,

& exer-

& exerceat absque hæresi, quæ alias trahunt hæresim, & proinde non sit hæreticus, quia hoc dependet ab interiori assensu; ex natura tamen sua illa actio facit, hæresim præsumi.

908 Non est tamen admittendum quod habet Sousa *in aphoris. inquisit. lib. 1. cap. 57. num. 21.* Quod omnia sortilegia, diuinationes, vanæ obseruationes, maleficia, quæ fiunt cum pacto expresso, aut implicito cum dæmone hæresim sapiant manifestè, si quidem omnis familiaritas, & pactum cum dæmone hæresim, vel apostasiam inducit. Nam cum hæc omnia fundentur in pacto saltem tacito cum dæmone, nullum daretur sortilegium, diuinatio, maleficium, &c. quod non saperet hæresim manifestè, quod tamen est falsum, nam superflua fuisset distinctio posita in iure communi veteri, quod sortilegia, quæ hæresim sapiunt manifestè, pertinerent ad Inquisitores, quæ verò non sapiunt, non pertinerent, vt in cap. *accusatus, §. sanè de hæret. in 6.* & de iure nouo, quod quæ non sapiunt hæresim, fiunt mixti fori, & detur præuentio, vt dictum est *num. 398.* Vnde solum intercueniente pacto explicito sapient hæresim manifestè, quia hoc inducitur per ipsum pactum, vt notat Simanch. *in Cath. præstrip. tit. 30. num. 13.* & *tit. 63. num. 11.*

Quot modis dicatur dæmon implorari sortilegijs.

Quæst. III.

SVMMARIVM.

903 *Duplex modus inuocandi dæmonem.*

904 *Familiaritas omnis cum dæmone est prohibita.*
Adiuratio dæmonum est licita.
Sed non per modum deprecationis.
Nec compulsiuo modo licet adiurare ad aliquid obtinendum, seu ad discendum.
Nihil boni à dæmone expectandum.

905 *Licet cogere dæmonem, vt tollat maleficium.*
An liceat vti auxilio dæmonis superioris ad coercendum inferiorem.

903 Ad 3. Resp. Quod dupliciter dæmon à sortilegis imploratur secundum Oldrad. *in cons. 210.* Vel per modum imperij, & suffragij, vel per modum adorationis, & cultus latriæ: primo casu dæmon imploratur à sortilegis tacitæ professionis diabolicæ, qui nondum penitus remoti sunt a Christiana Religione. Secundò verò casu per modum adorationis dæmon inuocatur à sortilegis expressæ professionis, qui expresse abnegarunt Christi fidem, & iterum baptizati sunt in nomine Beelzebub, principe dæmoniorum, Glos. *in cap. accusatus, §. sanè, de hæret. lib. 6.* & declarat notabiliter Paul. Grilland. *de sortileg. quæst. 10.*

ADDITIO.

904 Quocunque modo fiat, est nobis interdicta dæmonis inuocatio, quia est nobis interdicta omnis familiaritas cum ipso, vt notant D. August. *lib. 2. de doctr. Christ. cap. 23.* & D. Th. *2. 2. quæst. 90. ar. 2.* Vnde 1. ad Corinth. 10. prohibet Apostolus, *Nos socios fieri dæmoniorum.* Est tamen licita adiuratio dæmonum, vt tradit *ibid.* D. Th. si fiat compulsiuo modo in virtute diuina, iuxta illud Lucæ 10 *Ecce dedi vobis potestatem calcandi serpentes, & scorpiones, & supra omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit.* Non est tamen licita adiuratio per modum deprecationis, quia hoc pertinet ad quamdam beneuolentiam, & amicitiam. Ex quo etiam sequitur quod neque compulsiuo modo liceat adiurare dæmones ad aliquid per eos obtinendum, aut addiscendum, quia hoc quoque inducit societatem cum ipsis, & adhuc ad aliquod obsequium nostrum aduocatur, quod non licet, vt notat Syluester *de strigibus, lib. 2. cap. 10. punct. 1. in fine*, & communiter cum D. Th. *2. 2. quæst. 90. ar. 2. ad 2.* Vnde si viri sancti aliquando id præstiterunt, hoc fuit ex speciali instinctu Dei. Accedit etiam, quod stante odio dæmonis in genus humanum, nihil boni ab ipso expectari potest, quia quodcunque faciat, quod videatur in obsequium nostrum, detorquet semper in aliquod damnum siue spirituale, siue temporale, quia semper has operationes regulat secundū mensuram odij.

905 Ex hoc autem sequitur, quod liceat cogere dæmonem quantum fieri potest, vt tollat maleficium, quo aliquem vexat, seu vt tollat signum, quo durante; durat etiam pactum de aliquo vexando; nam hoc non est vti operâ dæmonis in obsequium nostrum, sed est ipsum cogere, vt destruat opera sua, & auertere à nobis malum, atque adeo reducat ad naturalem defensionem, & est reuexare dæmonem nos vexantem. An autem liceat vti auxilio superioris dæmonis ad coercendum inferiorē. Affirmat Syluester *lib. 2. de strigibus, cap 12. punct. 2. ver. Notandum est tertio*, si tamen adhibeatur non deprecatiuo, sed compulsiuo modo. Quia adhuc est cogere dæmonem, vt destruat opera sua; quia adhuc mediatè cogitur; imo etiam cogitur dæmon superior, quia stante odio in genus humanum coactè coget inferiorem, vt destruat maleficium. Et idem tradiderat etiam *in sum.* verbo *adiuratio, q. 3.* Verum negant Sotus *lib. 8. de iust. & iure quæst. 3. ar. 2.* Suarez *tom. 1. de relig. lib. 2. de superst. c. 18. num. 8.* Lessius *lib. 2. de iust. & iure cap. 44. dub. 6. num. 46.* Sanchez *lib. 2. sum. cap. 42. num. 21* Quia hoc est recipere beneficium, & auxilium à dæmone.

Quot

Quot modis possint malefici infirmitates prouocare. Quæst. IV.

SVMMARIVM.

906 *Malefici dupliciter infirmitates prouocant, interimunt,*
907 *Malefici subijciunt homines infirmitatibus, & Maleficia alia per contactum, & alia per signum.*

906 Ad 4. Resp. Quod possunt etiam sortilegi infirmitates prouocare, & hoc dupliciter, animis, vel corporibus. Quod imaginibus cereis, vel creta confectis, vel alio modo faciunt, prout recenset Paul. Grill. *d. tract. cap. 3. num. 6. & seq.* & Albertus Magnus *de animalibus, lib. 22.* & Petrus de Palud. *in 4. sent. dist. 34. quæst. 2.* de quibus *in l. eorum, in princip. Cod. de malefic. & Mathemat. in l. 3. §. hæc adiectio, ff. de sicar. in l. siq. aliquid. §. qui abortionis, ff de pœnis*, Item fascino, & maleficijs ita solent ligare, vt rei venereæ fiant prorsus inhabiles, de quo per Ioan. Brunell. *in tract. de sponsalib. & matrim.*

ADDITIO.

907 Quod malefici suis maleficijs subijciant homines infirmitatibus, & etiam interimant, est certo certius, & constat ex cap. *Nec mirum §. magi, 26. quæst. 5.* quod est desumptum ex D. August. *lib. 10. de Ciuit. Dei*, & ex Constit. Innoc. VIII Alexand. VI. Adriani VI. Leon. X. relatis in Tit. *de malefic. & inuant. lib. 7. decretal.* & ex eodem August. *serm. 207 de temp. & tract. de diuinat. dæmon. cap. 6.* Vnde etiam hoc confirmant plures leges ciuiles latæ contra maleficos, vt *in l. Multi, & l. Eorum, C. de malefic. & mathemat. in nouell. 63.* Leonis Imperat. & ipsa experientia passim hoc testatur. Duos autem modos ponit Grilland. *de sortileg. quæst. 3. & 5.* quibus malefici infirmitates, & morrem causant, nempe per intus sumptionem, quando scilicet in potu, aut cibo exhibetur maleficium: & per exteriorem applicationem ad contactum. Verum cum operentur sua maleficia in absentia per signa quædam, ad quorum positionem consurgit damnum maleficiato, vt constat in illo maleficio, quod refert Io. Nider *lib. olt formicar.* quod confistebat in lacerta in puluerem redacta, & posita subter limen ostij domus, ratione cuius tam mulieres, quam fœtosa animaliũ nullum partum viuum edebant. Ideo duo genera maleficiorum sunt constituenda: alterum, quod fiat per contactum siue interius, siue exterius: & alterum per signum.

Quot modis contingere possit maleficium. Quæst. V.

SVMMARIVM.

908 *Quinque modis per maleficium viri redduntur impotentes,*
909 *Dæmon an viro genitalia adimere possit. An si adimat possit restituere.*

908 Ad 5. Resp. Quod quinque modis solent dæmonis arte malefici viros impotentes ad copulam reddere. Quos refert Palud. *4. dist. 34. quæst. 2. art. 3. num. 16.* & ex ipso omnes desumpsere: & nouissimè eos affert, illustrans variis exemplis ex diuersis Doctoribus peritis Martinus Delrius *lib. 3. disquisitionum magicarum, part. 1. quæst. 4. tota sectione 8.* Primus modus est corpora impediendo, ne sibi mutuo appropinquent ad coitum; vel directè secernendo ea, detinendouè in diuersis locis: vel indirectè interponendo se in corpore assumpto, & quando copulari contendunt, injiciendo intermedium phantasma, vel quid aliud. Secundus est: Ita inflammando ad actum, vt ante coitum effundatur semen, vel refrigerando ab actu illo, adhibendo occultè virtures rerum, quas optimè nouit. Tertius est, turbando imaginationem, & æstimatiuam, qua reddit mulierem viro exosam, menti obijciendo speciem fœminæ deformis, vt eam exosam habeat, vel alterum alteri, vel inuicem odiosos reddendo per calumniam, suspicionemve, aut morbi alicuius immissionem. Et refert Delrius *proximè allegatus*, aliquando dæmonem efficere, vt cum ardentissimè vir, & fœmina mutuo amore flagrent, quando Veneri vacare volunt, subitò odio exardescant, ita, vt alter alterum cædat, vel vnguibus laceret. Quartus est, prohibendo rigorem membri, reddita viri virga flaccida, saltem, quando coire vult. Sicut, & potest dæmon motum cuiuscunque membri impedire. Quintus modus est, prohibendo missionem spirituum ad membra, in quibus est virtus motiua, quasi intercludendo vias seminis, ne ad vasa generationis descendat: vel ne excitetur; vel ne

emit-

emittatur : vel ſemen ſubtrahendo. Ita Sanchez *diſp.44. lib.7. de Imped.matr.* His modis addic alium, rariorem, Delrius proximè allegatus, nempe obſerando, aut nimium arctando vas muliebre; aut viri genitalia abſcondendo, retrahendo, vel reuera adimendo.

ADDITIO.

909 Hunc poſteriorem modum quo ad ademptionem, putat Delrius. *lib.3.diſquiſit.magicar.par.1. quæſt. 4. ſect.8.* ver. *Septima cauſa*, præſtigioſum, cum non poſſit tollere niſi ſectione, aut aliqua ſimili ſeparatione. Non videtur tamen excedere naturalem facultatem dæmonis, nam poſſet impedire ne ſpiritus viuificantes organum tactus in ordine ad ſenſationem confluant, & poſtea ſine dolore totam illam materiam auferre ſeparando à reliqua materia corporis. Verum tamen eſt, quod ſi reuera ſemel adimeret, non poſſet amplius reſtitui nec ope dæmonum, nec deſtructione maleficij, quia non ſolum requireretur vnio illius materiæ ad corpus, ſed etiam animatio, quæ naturaliter fieri non poteſt, quia in hoc valet argumentum à toto ad partem, cum ſit eadem ratio viuificationis, & reunitionis animæ. Sicuti ergo naturaliter non poteſt anima reuniri corpori, ita nec parti ipſius, à qua ſemel eſt ſeparata,

Qualiter viri, & fœminæ reddantur impotentes. Quæſt. VI.

SVMMARIVM.

910 *Vnde cognoſcatur quod viri, & mulieris impotentia ſit ex maleficio.*

911 *Dæmon poteſt per coarctationem reddere mulieres inhabiles ad copulam.*

Quomodo dæmon cauſet auerſionem inter coniugatos

910 Ad 6. Reſp. Quod non ſoli viri, ſed etiam fœminæ poſſunt maleficijs impotentes ad copulam reddi. Quod omnes fatentur. At frequentiùs id malum in viros ſerpit: Quod plus operæ, & inſtrumentorum in eis deſideretur. Adde, quia plures ſunt maleficæ, quàm malefici, & ideò potiùs viros, quam fœminas maleficijs lædere conantur. Sic aduertit Delrius, *lib.3. diſquiſitionum magicarum part.1. quæſt.4 ſect.8. pag.1.* Ea autem eſt differentia (vt optime notat Abulenſis *cap. 19. Matth. quæſt.90. colum. 3.*) quod maleficia circa viros fiunt communiter per operationem aliquam realem, aut per motum ipſius dæmonis, nulla re applicata. Poteſt enim inuiſibiliter membrum viri aptum iam ad coitum comprimere, ac cogere ſubito relaxari, ignorante prorſus cauſam viro ipſo: aut per applicationem alicuius rei naturalis, illam applicante dæmone intra organa genitalia, qua appoſita remittitur ſubito rigor membri exſufflato toto ſpiritu inflante. At fœmina communiter maleficiatur per ſolam opinionem, ſeu phantaſiæ læſionem, poteſt enim vir accedere, nec rigor membri relaxatur: at cum conatur accedere, illa ſubitò horret genitale viri quaſi improportionatæ magnitudinis, & nulla ratione ſinit ſe cognoſci: Cum tamen reuera non ita ſit, ſed dæmon efficit ſpeciem in phantaſia mulieris, vt membrum aliter appareat, quam reuera ſit. At quamuis communiter ita accidat, ſolet tamen quandoque dæmon vas fœmineum arctare,

ADDITIO.

911 Hanc coarctationem eſſe dæmoni poſſibilem notat Delrius *lib.3.diſquiſit. magicar. par.1.q.4. queſt.8.* ver. *Septima cauſa*, nam cum poſſit prouenire ex cauſis naturalibus alterantibus ſtructuram corporis, poteſt dæmon ratione poteſtatis, quam habet ſupra materiam corpoream, illas aut ſimiles cauſas adhibere, & cauſare veram coarctationem. Quando autem ponit impedimentum per auerſionem vnius coniugis reſpectu alterius, aut per mutuam, tunc id operatur alterando phantaſiam, & excitando ſpecies proportionatas qualitati auerſionis, quam vult cauſare, cuius maleficij plura, & varia exempla leguntur, quod eſt illud, quod narrat Io.Baptiſta Codronchius *lib.3.de mor. malefic. cap.8.* nam mulier abſentem virum ardenter amabat, accedentem ad copulam, ita auerſabatur, aut ſi ligaretur ne virum impedire poſſet, rabie, & furore concitaretur, fremeret, & veluti furijs agitaretur.

An maleficium reddat impotentem quo ad omnes. Quæſt. VII.

SVMMARIVM.

912 *Maleficium aliquando reddit impotentem ad copulam quò ad omnes, aliquando reſpectu vnius.*

913 *Hæc impotentia duplici modo fit.*

Quomodo per maleficia impediatur copula matrimon.

914 *Male-*

Digitized by Google

914 *Maleficium impediens copulam aliquando eſt temporale, aliquando perpetuum.* *Quodlicitè & naturali modo tolli non poteſt, habetur pro perpetuo,*

912 Ad 7. Reſp. Quod maleficium quandoque impedit potentiam abſolutè, & quoad omnes: quandoq; tamen reſpectu vnius. Sic tradit D. Thom. ab omnibus receptus *in 4. d. 34. quæſt. vnica, art. 3. ad 4.* atque eam reddit rationem: Quia cum diabolus voluntariè & non ex naturę neceſſitate agat, poteſt reſpectu vnius impediro, relicta potentia non impedita erga alias perſonas. Deinde quia impedimentum maleficij poteſt eſſe ex dæmonis impreſſione in hominis imaginatione, ex qua tollatur viro concupiſcentia, mouens ad talem mulierem, & non ad aliam. At rarò contingit circa omnes, & communiter eſt erga vnam, vel alteram perſonam maleficium. Vt benè docent Abulenſis, *cap. 19. Matthæ. quæſt. 90. columna 3.* & ſupplementum Gabrielis *4. diſt. 34. quæſt. vnica art. 2. concluſ. 6.* & fatentur omnes.

ADDITIO.

913 Maleficium ſiue impediat potentiam quo ad omnes, ſiue quoad certas perſonas, duplici modo cõtingere poteſt ita vt omnes modi ad hos duos reducantur nempe per immutationẽ factam in imaginatione, vel per alterationem in organis generationis. Poteſt enim dæmon excitare ſpecies in imaginatiua, ratione quarũ cõprimantur ſpiritus excitantes ad generationẽ, quia ſicuti ratione imaginationis excitari poſsũt, ita etiam ratione eiuſdem comprimi poſſunt. Rurſus poteſt immediate agere in organa generationis, & ita ipſa alterare, quod non ſint apta generationi, quia cum hoc contingat naturaliter, poteſt etiam fieri arte dæmonis varijs modis, ſicut etiam varijs modis poſſunt fieri inhabilia naturaliter. Aduertit autem Syluester *de ſtrigibus lib. 2. cap. 6. pun. 2* circa finem, per maleficia impediri copulam matrimonialem non per læſionem interiorem organi, ſed exterius vetando vſum; quæ tamen vetatio externa non conſiſtit in appoſitione ſolius externi impedimenti; ſed etiam in alteratione intrinſeca organi vel per ſubtractionem ſpirituum, vel alio modo, quorum plures refert Martin. Delrius *lib. 3. diſquiſit. magicar. par. 1. quæſt. 4. ſect. 8.*

914 Eſt autem aduertendum, quod huiuſmodi maleficium aliquando eſt temporale, aliquando perpetuum, quando ſcilicet eſt duraturum vſque ad finem vitæ, non quia ex natura ſua habeat hanc determinatam durationem, ſed quia eſt inſtitutum pro tota vita, nec naturali, aut alias licito remedio tolli poteſt, vt contra Gloſ. *in cap. requiſiuiſti, de frigid. & maleſic.* quæ vult, nullum huiuſmodi impedimentum eſſe perpetuum, tradunt communiter Doctores, præſertim Magiſter *in 4. diſt. 34.* D. Th. *ar. 2.* & cæteri Expoſitores. Abulenſ. *quæſt. 90. in cap. 19. Matth.* & alij apud Henriquez *lib. 2. de matr. cap. 8. §. 2. littera O.*

Ex quibus ſignis cognoſci poſſit maleficium. Quæſt. VIII.

SVMMARIVM.

915 *Maleficij ſigna in ordine ad copulam.*
916 *Regula generalis ad cognoſcendum an impedimentum ad copulam ſit naturale, an ex maleficio;*

915 Ad 8. Reſp. Quod maleficij ſignum eſt, vt ait Sanchez *loco 10. citato*, quando coitum quis appetit, & virgam erigit, ita vt ad copulam aptus ſit, & cum ad vas fœmineum penetrandum appropinquat, rolaxantur, ac concidunt ſubitò organa, nec poteſt complere: atque iterum rigent, & ſi iterum copulari nitatur, denuò laxantur. Id enim ex radice naturali conſurgere nequit: quippe ſemel organa rigentia non laxarentur, quouſque exſufflarentur, vel conſumerentur ſpiritus ea inflantes. Præterea, quia id nequit, ex viri frigiditate prouenire: Cum enim membrum erigat, non eſt frigidus. Sic Abulenſis *cap. 19. Matth. quæſt. 90. paulo poſt principium in 5. ratione*, Sotus *4. d. 34. quæſt. vnic. art. 3. paulo poſt principium, in 1. concluſ.* Ludouicus Lopez *2. p. inſtruct. vbi de matrim. cap. 52. column. 6. verſ. circa 2. art.* Item quando vir mouetur ad coitum, & membrum erigit, ac perficere nequit, eſt maleficij ſignum. Item vt maleficij ſignum ſit, oportet vt ſimul adſit quod remittatur rigor membri, ac ſubitò laxetur, cum vir conatur accedere. Id enim non poteſt ex viri, vel fœminæ defectu naturali conſurgere. Vel ſecundò, vt nulla arctitudo, aut virginitas in fœmina reperiatur, quæ obſtaculo eſſe poſſit illi penetrationi. Cum enim tunc nullum obſtaculum naturale dari poſſit, tribuendum eſt dæmoni impedienti congreſſum. Aliud etiam maleficij ſignum eſt, quando vir poteſt cum alia fœmina, & non cum propria vxore commiſceri, ſed vt dictum eſt, neque hoc ſufficit, quòd poſſit eſſe impedimentum ex arctitudine, aut virginitate fœminæ. Quare Fragoſus *num. præced.* relatus addidit, ſi per aſpectum nullus reperiatur defectus in temperamento,

ac-

Digitized by Google

ac membri proportione. Imo Scotus 4. *d.*34. *quæst. vnic. in fine corporis*, absolutè tradidit maleficium præsumi, quoties in virili membro non apparet defectus, sed adhuc non sufficit, nisi ex parte fœminæ non detur arctitudinis, aut virginitatis obstaculum. Erit tamen optimus cognoscendi modus, an ex maleficio viri consurgat impotentia, v. g. si vir appetens coitum, subitò accedere tentans exhorrescat, nec accedere possit, manifestum est, id non posse ex causâ naturali procedere, quare maleficio tribuendum est. Quod benè docuit Enriquez *lib.* 12. *de matrim. cap.*8. *num.*8. Similiter si fœmina viri coitus auida, cum vir accedit, subitò illa horrore capiatur, erit signum maleficij: quod hoc modo fœminis solet accidere: Et ita tradunt Sotus 4. *d.*34. *quæst. vnica, ar.*3. *paulo post principium in* 1. *conclusione*.

ADDITIO.

916 Idem notat cum Hostiensi *in summa*, Syluester *de strigib. lib.*2. *cap.*6. *punct.*2. *in fine*. Regula tamen generalis est, quod impedimentum sit naturale proueniens ex frigiditate, quando est continuũ, quia cum causæ naturales agant naturaliter, quandiu perseuerant inducunt semper eosdem effectus. Quod autem sit ex maleficio, quando est interpolatum, ita tamen vt superueniat, quando esset exercendus actus generationis.

An ad tollendum maleficium liceat vti vanis rebus.

Quæst. IX.

SVMMARIVM.

917 Media ad tollenda maleficia sunt illicita, si non sint naturalia.
Quando licet vanis rebus vti.
918 Non licet si superstitioso modo adhibeantur.
Nec quando putatur interuenire cooperatio dæmonis.
Nec quando putatur ad earum vsum cessare dæmonem, à vexando & aliquo pacto.
919 Iudices non possunt cogere maleficas, vt aliqua benedictione liberent à maleficio.
Maleficæ liberans in virtute alicuius pacti, peccat mortaliter.
Et etiam maleficiatus consentiens sic liberari.

917 Ad 9. Resp. Quod omnia media non naturalia sed vana, ad tollendum maleficium illicita sunt, nec superstitione vacant, & cuiuscumque rei vanæ vsus, vt vanæ, est culpa venialis: vt vanæ locutionis vsus. Et aliud medium indecens est, nec culpa vacat. Sic Iacobus Sprenger *in malleo maleficorum part.* 2. *q. cap.*6. *vers. de secundis verò remedijs*. Gaeta *repetitione cap. ad limina* 30. *q.*1. *§.*4. *q.*236. *num.*541. Delrius *lib.*6. *disquisitionum magicarum, cap.*2. *sect.* 1. *q.*2. *pagin.*4. *vers. alij itaque*. Philarcus *de officio Sacerdotis tom.* 1. *part.*2. *lib.*3. *cap.*11. *concluſ.*4. Sed admittit Delrius *ibi* cum Syluestro *verb. maleficium quæst. vltima*: hoc licere, quando quis ea vana, nec superstitiosa experiri volens efficeret: aut credens per ea maleficium solui, non dæmonis operatione cooperantis ad maleficij solutionem, sed per cessationem ipsius dæmonis ab operando: quod sciret dæmonem pactum inijsse cum malefico, fore vt à vexatione desisteret, re illa vana exercita, vt refert Sanchez, *disp.*995. *lib.*7.

ADDITIO.

918 Hanc eamdem doctrinam tradit de nouo Syluester *lib.*2. *de strigib. cap.*10. *punct.*1. *circa finẽ*. & addit non licere vti rebus vanis, & indifferentibus, si superstitioso modo adhibeantur, quia omnia remedia, quæ ex natura sua non conducunt ad talem effectum, superstitiosa sunt, & illicita, capit. *Illud* 26. *quæst.*2. Et a fortiori non licet adhibere, si credatur, ad ipsum vsum dæmonem dissoluere maleficia, sed erit culpa mortalis, quia non refert, qua re dæmon aduocetur, modo aduocetur, quia in aduocando culpa est, non ex re, qua inuocatur, si ex se iniqua non sit. Hæc Syluester. Nec probari potest doctrina Auctoris, quam affert ex Delrio citato: Quod liceat, his rebus vti, quando putatur, dæmonem cessare ab operando, & vexando, stante eorumdem vsu ex pacto, quod initum sit inter maleficum, & dæmonem de cessatione, quando hoc vel illud fiat. Nam hoc esset consentire in pactum cum dæmone, & tali signo aduocare ipsum, vt soluat maleficium, non secus ac si aliud maleficium adhiberetur: hoc enim pacto non coggeretur dæmon cessare à vexatione, sed ipse sponte cessaret ratione pacti iniri cum malefico.

919 Ex quo deducitur cum Delrio *lib.*6. *disquisit. magicar. c.*2. *sect.*1. *q.*2. ver. *Infertur primo*. Sanchez *de matrim. lib.*7. *disp.*95. *num.*10. & *lib.*1. *sum. c.*41. *num.* 10. Filliuc. *tract.* 24. *cap.* 8. *quæst.* 4. *to.* 101. Trullench. *lib.* 1. *in Decal. cap.*10. *dub.*13 *num.*6. *in fine*. Facundez, *præcep.* 1. *Decal. lib.* 1. *cap.* 42. *n.* 8. Non posse iudices cogere maleficos vt benedictione aliqua liberent à maleficio eos, quos ligauerint, sed peccare mortaliter. Nam si illa benedictio de se,

vel

vel ſupernaturaliter vim haberet deſtruendi maleficium, eſſet adhibenda, aut à ſacerdote, aut ab alio religioſo viro. Vnde cum ſit exhibenda à malefica, ſignum eſt, quod non liberet à maleficio, niſi in virtute alicuius pacti cum dæmone, & ideo eſt execranda tanquam adducens dæmonem ad ſoluendum maleficium. Imo ipſa quoque malefica benedicens peccabit mortaliter, quia de nouo aduocabit dæmonem. Et conſequenter maleficatus quoque mortaliter peccabit, ſi conſentiat, quod tali pacto auferatur maleficium, quia conſentiret in vſum rei operantis ex pacto cum dæmone. An autem ſciens poſſit permittere tali pacto maleficium ſolui, conſtabit ex dicendis.

An liceat vti rebus ſuſpectis de ſuperſtitione cum proteſtatione non conſentiendi in pactum implicitum. Quæſt. X.

SVMMARIVM.

920 *Proteſtatio non iuuat vtentes rebus ſuperſtitioſis, niſi in dubio.*

921 *Dubium, quod aliquid ſit ſuperſtitioſum, an adhiberi poſſit cum proteſtatione.*

922 *Proteſtatio quando iuuet proteſtantem.*

920 Ad 10. Reſp. Quòd non excuſat à culpa, aliquorum cautela, qui cùm videant mirabiles effectus, ex rebus vanis, & ſuperſtitioſis operationibus conſurgentes eis vtuntur, proteſtantes animum eſſe non vtendi illis, quatenus res vanæ, ac ſuperſtitioſæ ſunt: nec conſequendi effectum, ſi ex Dæmonis pacto obtineatur: ſed ſolum vtendi, quatenus ſunt res licitæ, & effectus à Deo obtinetur. Nam tunc hæc cautela bona eſt, & prodeſt, quando dubium eſt, an hæ obſeruationes ſint ſuperſtitioſæ, & vanæ, vt docet Sanchez *loco ſupra citato n.4.*

ADDITIO.

921 Neque in dubio poſſe adhiberi res illas, quas ex pacto implicito cum dæmone operari dubitatur, tradit Raphael à Turre *in ſum. quæſt.96. ar.1. diſp.1. aſſert.4.* Quod debet intelligi, niſi deponatur dubium, ſi quidem depoſitio dubio eſt poſitione probabile, quod non interueniat pactum. At abſolutè poſſe adhiberi cum proteſtatione tradunt Caiet. *in ſum. verbo Incantatio. §. Quarto ex excellentia.* Sanchez *lib.2. ſum. cap.40. num.25. in fine.* Facundez *Præcep.1. Decal. lib.1. cap.35.n.16.* In hoc enim caſu proteſtatio non eſt contraria facto, ſed auertit animum à facto, nam factum non eſt ex natura ſua ſuperſtitioſum, ſed ſolum ex pacto cum dæmone, & proinde ſuperſtitio eſt ſeparabilis à pacto, & poteſt quis conſentire in factum & mediante proteſtatione auertere animum à ſuperſtitione, iuxta diſtinctionem duplicis proteſtationis per *l. Non ſolum, §. Morte, ff. de noui oper. nunc.* vbi etiam Doctores.

922 Quando autem proteſtatio auertit animũ à facto, iuuat proteſtantem, nam facit, quod non conſentiat in id, à quo per proteſtationem auertit animum, vt tradit Rub. *in dict. l. Non ſolum, §. Morte, num. 349. ff. de noui oper. nunc.* Ripa in *cap. Cum M. Ferrarienſis, num. 70. & 83. de conſtit* Burſat. *conſil.214. n.16. lib.2.* Rota *deciſ.218. num.6. par. 5. Recent.* Et ideo ſtante dubio de ſuperſtitione excluditur conſenſus in ipſam; & ponitur fundamentum ad deponendam conſcientiam dubiam circa vſum talis rei, non obſtante dubio de ſuperſtitione; quia excluditur per proteſtationem conſenſus in ipſam, & ideo formari poteſt dictamen, quod liceat illa vti, excluſo conſenſu in ſuperſtitionem.

Vnde cognoſci poſſit, media ad tollenda maleficia eſſe licita. Quæſtio XI.

SVMMARIVM.

923 *Media ad tollenda maleficia quando ſint ſuperſtitioſa.*

924 *Creatura corporea poteſt habere vim indirectè contra dæmones.*

Quomodo poſſit coercere hanc vim.

923 Ad 11. Reſp. An media, per quæ maleficium auſertur, licita ſint? (præter ipſam ſigni ablationem, quam conſtat medium naturale eſſe) manifeſtum eſt, ſi adhibeantur exorciſmi Eccleſiæ, opera pœnitentiæ, ſacramentorum receptio, ad placandum Deum, vt vel ſic miſericorditer dignetur coercere Dæmonem, ne amplius vexet, ea media licita eſſe, & à Deo ordinata, ad hunc finem conſequendum: vt conſtat ex vſu Eccleſiæ, & *ex c. finali 33. quæſt.1.* Quando autem media non ſunt huiuſmodi, hæc regula accipienda eſt: Quidquid efficitur, aut dicitur

citur gratia alicuius boni obtinendi, aut mali vitandi, quod nec vim naturalem, nec ſupernaturalem ad eum effectum habet, vanum eſt, & ſuperſtitioſum: ac proinde effectus ſic comparatus, eſt tribuendus occultæ Dæmonis operationi. Et ratio eſt, quia tales res non adhibentur, vt cauſæ: cum nulla virtus ad eum effectum operandum illis inſit: Ergo adhibentur, vt ſigna: & non diuina, quippe quæ non ſunt ſacramenta, nec ſacramentalia. Ergo, vt ſigna vana pacti occulti cum Dæmone initi. Deinde quia illud vanum, ac ſuperſtitioſum eſt, quod non prodeſt ad finem, ad quem adhibetur. At hæ res ſunt huiuſmodi: ac ſubinde vanæ. Deus autem non delectatur vanis, ſed dæmon. Præterea quidquid denuo efficitur, ab aliqua cauſa prouenire debet.

ADDITIO.

924 Non ſtatim ac in aliquo non apparet virtus naturalis contra dæmones, ac maleficia, reijciendum eſt tanquam ſuperſtitioſum, vt Auctor ſentire videtur. Nam quamuis creatura corporea non habeat vim contra dæmones directè, poteſt tamen indirectè valere. vt tradunt Pariſienſ. *lib. de vniuerſ.* Carthuſ. *in cap. 8. Tob.* Valeſ. *de ſacra Philoſ. cap. 28.* Leuin. Lemnius *de occult. miracul. naturæ, lib. 2.* Victoria *Releſt. de Magia quæſt. 6.* quos cum alijs citat, & ſequitur Delrius, *lib. 6. diſquiſit. Magic. cap. 2. q. 3. ſect. 2.* Hoc autem diuerſo modo contingere poteſt, vel expellendo prauos illos humores à corpore, quibus dæmon vtitur ad vexandum, atque adeo ſubtrahendo ipſi materiam; vel quia dæmon fugiat aliquam creaturam non ex natura ſua, ſed ex diſpoſitione diuina in pœnam ſui peccati; cum enim fuerit ſubiectus in pœnam peccati, creaturæ corporeæ, vt conſtat de igne, potuit etiam Deus ſubijcere alteri creaturæ, ad cuius præſentiam torqueatur, & proinde quando contra ipſum adhibetur, apprehendat, ſe inde torqueri, & conſequenter cogatur deſerere vexationem. Vnde Delrius citato loco §. 1. refert diuerſa remedia naturalia contra dæmones, & maleficia.

An liceat petere à maleſico parato vt maleficio maleficium ſoluat. Quæſtio XII.

SVMMARIVM.

925 *Non licet petere à maleſico, vt maleficio ſoluat maleficium.*
926 *Conſpirant communiter in hoc.*
Quando liceat vti alieno peccato ad bonum.
927 *Non licet cogere minis maleficum, vt maleficium maleficio ſoluat.*

925 Ad 12. Reſp. Quidam licere exiſtimant: Quòd petens non cenſeatur ad peccatum inducere maleficum, ſed peccato vti ad ſalutem comparandam, ſicut contingit in petente mutuum ab vſurario parato: vel iuramentum ab infideli parato ad iurandum per idola, ſic ſuſtinent Aureolus *4. d. 34. quæſt. 2.* Angelus *verb. ſuperſtitio, n. 13.* Verùm certiſſimum eſt, nullatenus id licere. Quia ſolum licet petere id, quod ipſe licitè poteſt præſtare, quando petentis intereſt, vt neceſſitati ſuæ conſulat. Tunc enim non eſt petere peccatum, nec cooperari peccato alterius: ſed res petita non poteſt licitè fieri, & alter malitia ſua illicitè præſtat. Ita Sanchez, *vbi ſup.*

ADDITIO.

926 Communiſſima, & certa ſententia eſt, quod non liceat à maleſico, quantumuis parato, petere, vt maleficium maleficio ſoluat. & conſtat ex cap. *Qui ſine ſaluatore*, & *cap. 2. de ſortileg.* vbi Alexander III. damnat ſuperſtitioſam diuinationem etiam ex bono fine. & Leuit. 19. & 20. Deuter. 18. prohibetur conſultatio magorum, & ariolorum ſub pœna mortis. Ita tradunt Albert. Magn. *in 4. diſt. 34. ar. 9.* Sotus, *quæſt. vn. ar. 3. ver. Eſt tamen citra dubium diſp. 1. poſt 5. concluſ.* Calet, *in ſum. verbo Maleficium, in fine.* & *in Opuſc. tract. 12. de malef. quæſt. vn.* Abulenſ. *quæſt. 90. in cap. 19. Matth. in reſp. ad 3.* Viguer. *cap. 16. Theol. inſtit. §. 4.* Sylueſter verbo *Maleficium, quæſt. 8.* Armilla, *num. 2.* Tabiena, verbo *Impedimentum 12. num. 10.* Roſella, ver. bo *Impedimentum 15. num. 19.* Angles *in Florib. q. de arte mag. ar. 6. difficul. 2.* Petrus Ledeſma *de matrim. quæſt. 58. ar. 2. dub. 2.* Couarruu. *in c. Quamuis pactum, par. 1. §. 1. num. 10.* Caſtro, *lib. 1. de iuſt. haret. punit. cap. 15.* Delrius, *lib. 6. diſquiſit. magic. cap. 2. ſect. 1. quæſt. 2. ver. Dico igitur tertio.* Ledeſma *2. par. 4. quæſt. 60. ar. 2. in fine.* Nauar. *c. 11. manual. num. 29.* Ciruelus *de ſuperſtit. par. 3. c. 15.* Banuez *2. 2. quæſt. 68. ar. 4. dub. 2. ad 4.* Tolet. *lib. 4. ſum. cap. 16. num. 9.* Henriquez *lib. 5. de pœnit. cap. 6. in fine.* Vega *par. 2. ſum. cap. 34. caſu 110.* Philiar. *tom. 1. de offic. ſacer. par. 2. lib. 3. cap. 2. in fine.* Lopez *par. 2. Inſtruct. cap. 51. de matrim. ver. Præterea quæritur.* Sanchez *lib. 7. de matrim. diſp. 95. num. 7.* Rodriquez *par. 2. ſum. cap. 7. concluſ. 12. num. 11.*

Graff.

Digitized by Google

Graſſ. *par.1. de iuſt. lib.2. cap.6. n.* 10. Llamas *par.* 3. *Meth. cap.* 8. §. 11. *in fine*. Suarez *tom.* 2. *de relig. lib.* 2. *de ſuperſtit. cap.* 18. *num.* 4. Facundez *præcep.* 1. *Decal. lib.* 1. *cap.*42. *num.*4. Sayr. *lib.* 4. *Clau. reg. cap.*6. *num.*26. Leſſius *lib.* 2. *de iuſt. & iure c.*44. *dub.*6. *num.*35. Villalob *par.*2. *ſum. tract.* 38. *difficul.*11. *num.*2. Trullench. *lib.*1 *in Decal.c.*10. *dub.*13. *num.*5. Et ratio clara eſt, quia maleficium ſoluens aliud maleficium non poteſt ſine peccato exerceri; vnde petere, vt ſoluat alio maleficio, eſſet petere peccatum alterius. Nec dici poteſt, quod liceat vti peccato alterius ad bonum; nam tunc ſolum hoc habet locum, quando iam exiſtit alterius peccatum, quia tunc vtens non eſt cauſa illius: ſecus autem, quando nondum exiſtit, quia tunc eſt inducere ad peccandum, & ex eo, quod exiſtat paratus, ſolum fit, quod non ſit prima cauſa peccati, non autem, quod non ſit concauſa.

927 Ex quibus deducitur: Eſſe omnino reijciendum Remigium *lib.*3. *Dæmonolog. cap* 3. aſſerentem licere cogere minis, & extorquere à malefico, vt maleficium maleficio ſoluat, quia hoc non continet pactum cum Dæmone, ſed in eius dedecus cedit; nam licet rem meam vi eripere, quam alio modo non poſſum recuperare. Hoc enim falſiſſimum eſt, vt notant Derlius *lib.*6. *diſquiſit. magicar. cap.* 21. *quæſt.* 1. *ſect.* 2. ver. *Dico igitur quinto*. Sanchez *lib.*7. *de matri. diſp.*95. *num.*9. & *lib.*2. *ſum. cap.*41. *num.* 10. Suarez *tom.* 1. *de relig. lib.* 2. *de ſuperſtit. cap.*18. *num.*7. Facundez *Præcep.*1. *Decal. lib.*1. *c.*42. *num.*7. Nam adhuc maleficus cogeretur ad peccandum, & vtendum pacto cum dæmone, quod non contingit, quando quis vi ſuum recuperat, nam tunc ille, à quo recuperat non inducitur ad peccandum. Imo grauius peccaret, quia grauius peccat, cogens aliquem ad peccandum, quàm precibus inducens.

An liceat petere à malefico, vt ſoluat maleficium, quando neſcit ſoluere, niſi alio maleficio. Quæſtio XIII.

SVMMARIVM.

928 *Non licet petere à malefico, vt ſoluat maleficium, quando neſcit licitè ſoluere.*
929 *Quid ſi petens dubitet an ſciat ſoluere abſque maleficio?*
930 *Si dubium ſit cum probabili motiuo pro vtraque parte, licet petere.*
Quid ſi dubium ſit mere negatiuum.
931 *Cur petitio ſolutionis maleficij ſit illicita, quando maleficus neſcit ſoluere, niſi illicite.*
932 *An liceat petere à malefico vt alterius maleficium ſoluat.*

928 Ad 13. Reſp. Quòd non licet petere à tali malefico ſolutionem maleficij, non explicando, vt maleficio ſoluat, quando conſtat eum neſcire ſoluere abſque alio maleficio. Quia petitur res, quam nequit licitè præſtare: ſic colligitur ex Doctoribus num. præcedenti allegatis; nam ratio, cui innituntur, etiam militat in hoc caſu.

ADDITIO.

929 Sed quid, ſi dubitet, an ſciat ſoluere ſine maleficio? Adhuc non licere petere, vt ſoluat, tradunt Delrius *lib. 6. diſquiſit. magicar. cap.* 2. *ſect.* 2. ver. *Caietanus cautelam*. Suarez *tom.* 1. *de relig. lib.*2. *de ſuperſtit. cap.*18. *num.*9. ver. *Atque hinc*. Sanchez *lib.*7. *de matrim. diſp.* 95. *num.* 13. & *lib.*2. *ſum.cap.*41. *num.*7. Leſſius *lib.*2. *de iuſt. & iure*, *c.*44. *dub.*6. *num.*46. Facundez *præcep.* 1. *Decalogi*, *lib.* 1. *cap.*41. *num.* 15. Quia ſtante tali dubio dubitatur etiam, an ſolutio maleficij licitè poſſit fieri. Quando aut dubitatur, an aliquid licitè poſſit fieri, nec fieri poteſt, nec peti, nec conſuli, nam eſſet ſe exponere periculo peccandi.

930 Verum, ſtante hoc dubio, videndum eſt, an ſit dubium merè negatiuum, an verò poſitiuum, ita vt adſint motiua pro vtraque parte. Si enim adſint motiua ad credendum pro vtraque parte, quod ſcilicet maleficus ſciat, & non ſciat licitè ſoluere, tunc conſurgit opinio probabilis pro vtraque parte, & proinde petens ſolui maleficium, ſequitur opinionem probabilem, & petit quod probabiliter putat, poſſe licitè fieri, & formare poteſt conſcientiam, quod poſſit licitè petere, atque adeo non peccabit: neque enim peccat, qui operatur cum opinione probabili. Si verò dubium ſit merè negatiuum; neque adhuc petitio eſt illicita, ratione materiæ, ſeu obiecti, quia quod petitur poteſt licitè fieri: neque ratione illius, à quo petitur, quia, cum non ſciatur, quod neſciat licitè ſoluere, & fieri poſſit, quod ſciat, non inducitur per talem petitionem ad aliquid illicitum; & proinde petitio cenſetur fieri, quatenus licito modo fieri poſſit. Vnde poteſt petens formare ſibi conſcientiam, quod liceat petere, quia ſcilicet intendat petere, quatenus licito modo fieri poſſit, & ideo neque adhuc ſe exponit periculo peccandi, neque inducit ad peccandum, ſicut neque inducit, qui petit ab eo ſolui, quem ſcit illicitè ſoluturum, quando ab illo licitè ſolui poteſt, vt dicetur infra cum pluribus Doctoribus, qui conſequenter, hanc quoque partem deberent tenere.

931 Nec eſt eadem ratio, quando petitur ſolui ab eo, quem conſtat ignorare licitum modum ſoluendi, nam tunc petitur directè, quod non eſt licitum, ſiquidem petitio ex intentione petentis coar-

datur ad id tantum, quod maleficus ſcit, & poteſt, atque adeo ad illicitum, cum tantum illicito modo ſciat, & poſſit. Et ita notant Suarez *tom. 2. de relig. lib. 3. de iuram. cap. 13. num. 5.* Sanchez *lib. 2. ſum. cap. 41. num. 6.*

932 An autem liceat petere, vt maleficus alterius maleficium ſoluat, certum eſt, licere, quando ſcimus ſcire licitè ſoluere. vt notant Sanchez *lib. 2. ſum. cap. 41. num. 8.* Delrius, *lib. 6. diſquiſit. magicar. cap. 2. ſect. 1. quæſt. 2.* Suarez *tom. 1. de relig. lib. 2. de ſuperſtit. cap 18. num. 8.* Trullench. *lib. 1. in Decal. cap. 10. dub. 13. num. 6.* Si autem neſciatur, poſſe licitè ſoluere, volunt non poſſe peti. Quod tamen limitandum eſt, niſi probabiliter putetur, poſſe licitè ſoluere, tunc enim licebit petere ſequendo opinionem probabilem, quod poſſit fieri à malefico licitè, quod petitur.

An maleficia ob bonum finem, ſint permiſſa. Quæſt. XIV.

SVMMARIVM.

933 *Maleficia neque ob bonum finem permittuntur.*

934 *Maleficia ob bonum finem ſecundum ius ciuile non puniuntur.*

933 Ad 14. Reſp. Vtroque iure eſſe prohibita maleficia ad finem etiam boni tendentia: ſic deducitur, & quantum pertinet ad ius ciuile, eſt tex. *in l. 1. C. de Theſaur. lib. 10.* vbi tradit Odoffr. Nec obſtat *d. l. eorum*, quia in ea non dicitur, quòd tales incantationes poſſint fieri ad finem boni arte Dæmonum, ſed ſimpliciter loquitur poſſe quæri remedia vtilia, & hoc debet intelligi virtute diuina, ne iura iuribus ſint contraria, non autem inuocatione Dæmonum, quod eſt prohibitum, vt dicit Angel. *in d. l. eorum*, & ſic debet intelligi Scotus *in 3. d. 24. q. 1.* vbi tenet quod licitum eſt tollere maleficium cum intentione curandi maleficiatum, quod eſt meritorium, quod fieri poteſt per deſtructionem ſigni, ſi illud ſciri poteſt; non autem dicit, quòd mediante maleficio illud tolli poſſit; & ideo falsò allegatur Scotus ad hoc, qui catholicè loquitur. Nec Hoſtienſ. dicit, quòd maleficio debeant maleficia tolli, licet poſſit tolerari, quòd vana vanis, ſed non cum illicitis, tollantur. Et quòd potiùs ſit tolerandum tale maleficium, quàm quærere tale auxilium, & tex. Deuter. *cap. 18.* Vbi lex præcipit interfici, qui Magos conſulit, & quærentem à mortuis veritatem, vt ſcribit Cardinalis de Turrecremata *in c. ſi per ſortiarias 33. q. 1.* Vbi quòd non eſt quærendum aliud auxilium, quàm diuinum, ſcilicet, per operationes, & ieiunia, & confeſſiones peccatorum; & latè ſcribit D. Thom. *in 3. lib. ſent. diſt. 24. q. 3. ad 3.* & Io. de Mairon. *in 4. lib. ſent. diſt. 34. q. 2.* Non enim licet inuocare auxilium Dæmonis, etiam pro mille corporum ſanitatibus, quia minus detrimentum eſt, quòd pereant mille corpora, quàm quòd pereat vna anima, vt probatur expreſsè in *c. admonet, 26. q. 6.* dicens hæc omnia eſſe laqueos, & inſidias antiqui hoſtis, quibus ille perfidus genus humanum decipere nititur.

ADDITIO.

934 Maleficia ob bonum finem, ſecundum ius ciuile tolerari, ita vt non puniantur in foro externo, deducunt ex *l. Eorum, C. de malefic.* Bart. & Salycet. *ibid.* Azon. *in ſum. tit. de malefic.* Gregor. Lopez *in l. 3.* verbo *Razon, tit. 23. ar. 7.* Azeuedo *lib. 8. Recopilat. tit. 3. l. 5. n. 23.* Sanchez *lib. 7. de matrim. diſp. 95. num. 1.* & *lib. 2. ſum. cap. 41. num. 3.* Facundez *præcep. 1. Decal. lib. 1. cap. 42. num. 6.* Quia cum ad ciuile ius non ſpectet regere conſcientias, ſed tantum curare publicam vtilitatem temporalem, & politicam, permittit plura, quæ ſine peccato exerceri non poſſunt, quia aut vtilia ſunt, quatenus auertunt maius malum, aut ſaltem non nociua.

An ſit tolerandum, maleficium, maleficio tollere. Quæſt. XV.

SVMMARIVM.

935 *De iure canonico prohibetur maleficio recuperare ſanitatem.*

936 *Non licet exorciſmis cogere dæmonem detegere cauſam infirmitatis, & remedia.*

937 *Quid ſi infirmus ſit diſpoſitus ad tentanda media illicita.*

Amicitia cum dæmone eſt prohibita ſub pœna inimicitiæ cum Deo.

Non eſt vnicum remedium.

Ad

Ad XV. Resp. De Iure Canonico est prohibitum remedijs diabolicis recuperare sanitatem etiamsi aliter haberi non posset. *c. admoneant, 26. quæst. 7.* Abb. *in c. 2.* per illum tex. *de Sortileg.* Vbi Rom. Pont. potius patitur bona Ecclesiæ Rom. furto ablata perdi, quàm quod quærantur per huiusmodi remedia.

ADDITIO.

936 Hic occurrit dubium, de quo proximis diebus interrogatus fui. Laborabat quidam infirmitate, quæ sanè non videbatur naturalis, & proinde suspicabantur prouenire ex aliquo maleficio: volebant aliqui, quod infirmus constitueretur præsens obsessæ, & quod dum exorcizaretur, cogeretur dæmon exorcismis detegere causam infirmitatis, & remedium. Respondi, Non licere, quia neque deprecatiuè, neque coactiuè possumus vti opera dæmonis ad aliquod nostrum obsequium, aut pro aliquo auxilio, vt notant communiter cum D. Th. 2.2. *quæst. 90. ar. 2.* Caiet. *ibid. ar. 1.* Angelus verbo *Adiuratio. num. 2. & 4.* Tabiena *num. 6.* Syluester *quæst. 7.* D. Antonin. 2. *par. tit. 10. cap. 8.* Valent. 2.2. *disp. 6. quæst. 8. punct. 2. quæst 2.* Nauar. *c. 11. Manual. num. 28.* Suarez *tom. 2. de relig. lib. 4. de adiurat. cap. 2. num. 8.* Lessius *lib. 2. de iust. & iure. cap. 42. dub. 13. num. 70.* Sanchez *lib. 2. sum. c. 42. num. 19.* Cùm enim nobis sit interdictum omne commercium cum dæmone, non possumus vti eius auxilio, aut opera in vtilitatem nostram, nam adhuc iniretur aliqua societas cum ipso. Et hoc locum habet, etiamsi infirmus esset dispositus ad tentanda media illicita, vt consulere maleficos, aut quid simile, quia ob vitandum vnum malum, non est aliud faciendum, præsertim quando aliàs illud malum liberè eligitur, atque adeo ex malitia: nec sunt facienda mala, vt eueniant bona.

937 Nec dici potest, Quod amicitia cum dæmone de se non sit mala, sed solum quia à Deo prohibita, & proinde vrgente graui necessitate censeatur cessare prohibitio. Nam imprimis recursus ad dæmonem non est vnicum, & necessarium medium ad obtinendam sanitatem, cùm possit obtineri à Deo: nam vel Deus disposuit restituere sanitatem, vel non. Si primum, dispositi etiam media, per quæ sit obtinenda, atque adeo media licita. Si secundum, neque etiam restituet, si recurratur ad dæmonem. Deinde, amicitia, & societas cum dæmone est interdicta sub pœna inimicitiæ cum Deo. quia cùm dæmon sit inimicus Dei irreconciliabilis, nec ipse, nec eius opera habent debitam subordinationem respectu Dei vt vltimi finis, ideo non possumus vti eius opera tanquam obiecto subordinato vltimo fini. Quando autem vtimur aliquo obiecto, quod non subordinatur vltimo fini, peccamus, & ex natura rei est interdictus vsus ipsius, vtpote, qui non potest esse cum debita subordinatione ad vltimum finem: & ideo ius diuinum prohibens societatem cum dæmone nunquam cessat obligare, & obligat etiam ad exponendam vitam potiùs, quàm ipsum transgredi.

An quando medio licito solui potest maleficium, liceat petere à Dæmone vt soluat. Quæst. XVI.

SVMMARIVM.

938 *Non licet petere dæmonem vt medio licito soluat maleficium.* 939 *An liceat petere à dæmone, quod cesset nocere.*

TICA

938 Ad XVI. Resp. Quòd licet Brianconus dicat *in Collectario sup. 4. sentent. quæst. 13. concl. 3.* non solum à malefico peti posse, vt soluat medio licito maleficium, sed etiam ab ipso dæmone, si is maleficia dedisset: Nihilominus bene ipsum impugnat Delrius *eo dicto 4. n. præceden. alleg.* cum Soto 4. *dist. 34. quæst. vnic. art. 3. colum. 4. vers. quòd si quis sciscitetur.* Quia omnis familiaritas, & amicitia cum dæmone prohibita est, ac cum eo perpetuum bellum indictum: ideò precibus ab eo peti minimè licet: Imperio autem nemini integrum est vti, Quòd dæmon ei non subijciatur, sed duntaxat Dei nomine, per exorcismi modum ei possumus imperare.

ADDITIO.

939 Hoc ipsum, quod habet Auctor, deducitur ex dictis; & ita etiam tradunt Suarez *tom. 1. de relig. lib. 2. de superstit. cap. 18 num. 5.* Sanchez *lib. 2. sum. cap. 41. num. 17.* Nec est eadem ratio de maleficio; ideo enim possumus ab hoc petere, vt licitè soluat signum maleficij, quia possumus cum ipso habere societatem, cum diabolo autem non possumus, & ideo, nec quæ licita sunt, postulare, quia petitio ipsa est illicita. Hinc colligitur, an liceat petere à dæmone, quod cesset nocere. Non enim licet, quia adhuc aliqua societas exerceretur cum ipso: sed solum possumus per modum contemptus, & obiurgationis arcere à nocendo, vt aduertunt Suarez, & Sanchez citati, qui in hunc sensum explicant Lessium *lib. 2. de iust. & iure cap. 44. dub. 6. num. 45. in fine*, dum ait, licitum esse verbo petere à dæmone,

vt nocere desinat. Idem etiam tradunt Filliuc. *tract.* 24. *cap.* 8. *num.* 192. Trullench. *lib.* 1. *in Dec. cal. cap.* 10. *dub.* 13. *num.* 7. *in fine.*

An liceat interrogare maleficam, in quo consistat maleficium: q), quid si id didicerit à dæmone. Quæst. XVII.

SVMMARIVM.

940 *Malefica interrogari potest, in quo consistat maleficium.*
Possumus vti scientia, quæ ex dæmone originem habuit.

941 *Quando liceat vti scientia acquisita à dæmone.*
Licet vti virtutibus rerum naturalium, licet à dæmone manifestatis.

940 Ad XVII. Resp. Posse quidem interrogari alium maleficum, an norit, in quo tale maleficium consistat, vt signum destruatur: quod si ille ignoret, minimè potest induci, vt per suam artem id inuestiget. At si fortè is addiscat nouo pacto cum dæmone inito, possum ea scientia ad destrundum signum maleficij in meum commodum vti. Ita Ouandus *in num. præced.* allegatus. Et id mihi suadeo, quia, quamuis culpa sit grauissima, inquirere à dæmone, vt ex cognitione ab ipso parta, vtilitati nostræ consulamus: id enim est quoddam amicitiæ fœdus: At si veritatem aliquam ab ipso edocti simus, præter culpam in ea inquisitione admissam, nulla est iam culpa, vti ea scientia ad bonum finem, quando ea vera est, nec dæmonis opera postea concurrit. Vt si quempiam veram Grammaticam, aut Philosophiam dæmon doceret, peccaret lethaliter, sic addiscendo; at postea careret culpa, illa tanquam vera scientia vtens, & non tanquam à dæmone accepta. Ita Sanchez *disp.* 96. *lib.* 7.

ADDITIO.

941 Hæc Auctor ex Sanchez, qui idem tradit *lib.* 2. *sum. cap.* 41. *num* 20. Et quamuis discere à dæmone sit illicitum, vti tamen scientia acquisita à dæmone, non esse illicitum, dummodo non interueniat aliquis concursus ipsius, tradant communiter Delrius *lib.* 2. *disquisit. magicar. quæst.* 4. verbo *Pactum tacitum.* Victoria *Relect. de Magis, quæst.* 4. *num.* 15. Suarez *tom.* 1. *de Relig. lib.* 2. *de superstit. cap.* 15. *num.* 34. *in fine.* & *cap.* 17. *num.* 1. & 2. Valent. *tom.* 3. *disp.* 6. *quæst.* 13. *pun.* 2. verbo *Quarto neque.* Facundez *præcep.* 1. *Decal. lib.* 1. *cap.* 43. *num.* 14. Quod tamen est ita accipiendum, si in casu talis scientiæ, nulla amplius interueniat cooperatio dæmonis. Vnde licebit vti virtutibus rerum naturalium occultis, licet à diabolo manifestatæ fuerint; licebit tollere signa maleficij, licet à dæmone manifestata; licebit obseruare influxus astrorum, quos diabolus manifestauit, quia hæc omnia naturalia sunt, nec iam amplius interuenit societas cum dæmone, sicut non exercet discipulus societatem cum magistro, ex eo quod ab ipso edoctus alios doceat.

ADDITIO.

Solutio aliarum difficultatum.

SVMMARIVM.

942 *A malefico an liceat petere solutionem maleficij, quando scit licitè, & illicitè soluere, si putetur illicitè soluturum.*

943 *Non est peccatum scandali petere ab alio, quod potest licitè & illicitè præstare.*

944 *Leges exigunt opus præceptum, quamuis plures cum peccato sint exhibituri.*

945 *An possit acceptari solutio maleficij per aliud maleficium, quando sciens licitè soluere, offert, tali pacto soluturum.*

946 *Quando teneamur corrigere maleficum, qui non vult, nisi illicito modo soluere maleficium.*

947 *An permitti possit, quod maleficium illicito modo soluatur.*

948 *Destruere licet signum maleficij.*

949 *Ponere res positiuas ad destruendum signum maleficij, an licitum.*

950 *Quomodo ex positione aliquarum rerum destruatur maleficium.*

951 *Licet destruere signum maleficij, etiamsi maleficium sit conuertendum contra maleficum.*
Quid si conuertendum in tertium personam innocentem.
Licet vti iure proprio, licet inde sequatur damnum tertij.

952 *Quæ obligatio adsit ad destruendum signum maleficij.*

953 *Quas personas afficiat Constitutio Greg. XIV. de maleficijs.*
Lex non comprehendit, quæ in verbis ipsius non expri-

Digitized by Google

primuntur.

954 *Conſtitutio Gregorij XV. de maleficis comprehendit apoſtatantes à fide, pactum ineuntes cum dæmone, vt exerceant maleficia &c.*

Dictio, Et, *requirit concurſum copulatorum. Gerundium importat conditionem.*

942 Vltra autem prædicta nonnullæ aliæ difficultates explicandæ ſunt circa maleficia, quas Auctor non tetigit. Et primò dubitatur, an quando maleficus ſcit tollere maleficium licito, & illicito modo, poſſimus ab eo petere, vt ſoluat, quamuis probabiliter ſciamus, illicito modo ablaturum. Prima autem opinio tenet, non eſſe licitum. Ita Caiet. *tom. 2. Opuſcul. tract. 12. de malefic. in fine.* Delrius *lib. 6. diſquiſit. magicar. cap. 2. ſect. 1. q. 2.* verbo *Dico igitur quintò.* Quia hoc eſt petere à malefico, quatenus malefico atque adeo, vt à miniſtro diaboli, quod eſt illicitum. Quæ tamen ratio non concludit, quia cùm poſſit ſoluere maleficium abſq; opera diaboli, ſed naturali modo, non petitur ab ipſo, quod aliquid faciat, vt miniſter diaboli.

943 Verum tenendum eſt, quod liceat petere, quamuis adſit moralis certitudo, quod ſit maleficio ſoluturus. Ita Sanchez *lib. 7. de matrim. diſp. 95. num. 11.* Leſſius *lib. 2. de iuſt. & iure cap. 44. dub. 6. num. 46.* Idem Sanchez *lib. 2. ſum. cap. num. 15.* Suarez *tom. 1. de relig. lib. 2. de ſuperſtit. cap. 18. num. 9.* Henriquez *lib. 12. ſum. cap. 8. num. 3.* Facundez *præcept. 1. Decal. lib. 1. cap. 42. num. 10.* Filliuc. *tract. 24. cap. 8. num. 192.* Trullench. *lib. 1. in Decalog. cap. 10. dub. 13. n. 7.* Hurtad. *de fide, ſpe, & charit. diſp. 173. ſect. 16. §. 205.* Diana *par. 5. tract. 7. reſol. 15.* Et ſequitur ex communi regula in tract. de ſcandalo, quod ſcilicet non ſit peccatum inducere aliquem ad faciendum id, quod licitè, & illicitè fieri poteſt, licet ex malitia ſua ſit illicitè facturus. Hoc autem probant ex eo, quod licet petere mutuum ab eo, quem ſcio, non daturum, niſi ſub vſuris, & ab infidelibus petere iuramentum, quem ſcio per falſos Deos iuraturum; eſt enim eadem omnino ratio, quia ſemper peto aliquid de ſe indifferens, quod modo licito, & illicito fieri poteſt.

944 Et poteſt confirmari in præceptis, & legibus: exigunt enim opus præceptum, quamuis plures ſint impleturi cum peccato; ſic Eccleſia non deſinit obligare ſuo præcepto, quos moraliter certum eſt, impleturos ſacrilege, ſi adimpleant. Deus quoque quamuis certo ſciat aliquos cum peccato adimpleturos ſua præcepta, adhuc tamen exigit impleri, quia ſcilicet per leges, & præcepta non exigitur, niſi quod bonum eſt; quod autem impleatur cum peccato, prouenit ex malitia adimplentis. In caſu autem præſenti quod petitur, bonum eſt, nempe ſolutio maleficij, & licito modo fieri poteſt; & quod illicite fiat, prouenit ex malitia ſoluentis.

945 Ex quibus deducitur cum Sanchez *lib. 7. de matrimon. diſp. 95. num. 11.* Quod ſi maleficus ſciens licito modo ſoluere maleficium, nolit ſoluere, niſi vtendo alio maleficio, poterit acceptari ſolutio, quia hoc non eſt inducere ad peccandum, ſed vti peccato alterius ad ſui vtilitatem. Sic etiam ab vſurario poſſumus acceptare mutuum ſub conditione vſuræ, & iuramentum ab infideli exhibendum per idola, quia in his non interuenit aliqua cooperatio ad peccatum.

946 Eſt tamen aduertendum, quod quando maleficus eſt ſoluturus maleficium modo illicito, ſi adſit ſpes emendationis, ſubintrat obligatio charitatis ad eum corrigendum, & monendum, vt vtatur medio licito, quia hæc eſt obligatio generalis obligans ad corrigendum proximum, vt auertatur à peccato, & ita notat Sanchez *num. præced. citat.* Quod ſi maleficus corrigenti reſponderet, ſe neſcire alio modo ſoluere, ſi reuera ſciret ſoluere, ita vt petens ſolutionem probabiliter crederet, poſſe licitè ſoluere, ſi vellet, adhuc acceptare poteſt ſolutionem, quia talis reſponſio eſſet quædam implicita declaratio, quod nollet, niſi illicitè ſoluere, & ideo poſſet vti peccato illius in ſui commodum.

947 Inſuper deducitur ex dictis, an poſſit ſciens permittere, quod maleficium alio maleficio tollatur. Nam ſi ſolum ſe habeat permiſſiuè, ita vt nulla eius interueniat cooperatio, & aliàs non teneatur impedire, permittere poterit. Illud enim malum poteſt quiſque permittere, quod non tenetur impedire, vt communiter docent cum D. Th. *1. 2. quæſt. 6. ar. 6.* Quia permiſſio non inducit cooperationem ad malum; vnde Deus quoque ſciens, & videns permittit peccata, quæ poſſet impedire, quia non tenetur impedire. At ſi permiſſio trahat ſecum aliquam cooperationem permittentis, nequaquam licebit, quia tunc non eſſet pura permiſſio, iuxta ea, quæ tradunt Sanchez *lib. 2. cap. 41. n. 15.* Suarez *3. par. tom. 3. diſp. 18. ſect. 1. init.*

948 Secunda principalis difficultas eſt, an liceat tollere, ſeu deſtruere ſignum maleficij. Quod autem liceat irridendi gratia dæmonem, & arguendi de vanitate, ſed non ob recuperandam ſanitatem, docuit quidam Io. Heſſels Louanienſis apud Delrium citandum, id multis probans, quæ omnia eò tendunt, quod in hoc videatur deferri dæmoni, & ſtari pacto ipſius expectando ab ipſo ſanitatem. Verum communiter pro certo ſupponitur, quod liceat deſtruere ſignum maleficij, & conſequenter etiam petere à malefico, vt deſtruat. Ita communiter Doctores, Scot. *in 4. diſt. 34. quæſt. vnica.* Baſſolis *ar. 1* Orbel. *ibid.* Anton. Andr. *in fine diſt.* Brianzon. *q. 15 concluſ. 3.* Sotus *quæſt. vnic. art. 3.* Borillon. *artic. 2.* Quand. *diſp. 2.* Gabr. *in 2. diſt. 8. quæſt. 2. artic. 4 dub. 2.* Pelbartus *par. 4. Roſarij* ver. *matrimonium 5. §. 38.* Caiet. *tom. 2. opuſc. tract. 12.* Ledeſma *2. par. 4. quæſt. 60. ar. 2. in fie.* Roſella verbo *impediment. 15. num. 18.* Armilla verbo *Maleficium, num. 2.* Sylueſter *quæſt. 7.* Tabiena verbo *impedimentum 12. n. 10.* Angles *in Florib. par. 1. quæſt. 8. de matrim. artic. 2. dub. 2.* Delrius *lib. 6. diſquiſit. magicar. cap. 2. ſect. 1. quæſt. 3.* vbi latè Angelus verbo *ſuperſtitio, num. 13.* Aſtenſis *par. 2. ſum. lib. 8. tit. 29. ar. vnic. quæſt. 2. in fine.* Caſtro *lib. 1. de hæret. punit. cap. 15.* Henriquez *lib. 12. ſum. cap. 8. in fine.* Nauar. *cap. 11. ſum. n. 29.*

Lopez

Lopez *par.* 2. *inſtruct. cap.* 52. *de matrim.* ver. *concluditur ergo.* Bannes 22. *quæſt.*78. *ar.*4. *dub.*2.*ad* 4. Philiar. *tom.*1. *de offic. Sacer. par.*2. *lib.*3. *cap.*11. *in fine.* Bartholom. Ledeſma *de matrim. dub.*49.*poſt* 5. *concluſ.* Rodriquez *tom.*2. *ſum. cap.*235. *num.*3 Petrus Ledeſma *de matrim. quæſt.* 58. *art.* 2. *in fine*. Graf. *par.*1. *deciſ. lib.*2. *cap.*6. *in fine* Llamas *par.* 3. *meth. cap.*8. §.13. *in fine.* Vega *par.* 2. *ſum. cap.* 34. *caſu* 110. Sanchez *lib.*7. *de matrim. diſp.*96. *num.* 3. vbi late,& *lib.* 2. *cap.* 41. *num.* 19. Gandauenſ. *quodlib.*5. *quæſt.*33. Binsfeldius *in l.eorum, quæſt.*5. C.*de malef. & math.* Sayr. *lib.*4. *clau. reg. cap.* 6. *in fine*. Leſſius *lib.*2. *de iuſt. & iure cap.*44. *dub.*6. *num.* 36. Suarez *tom.*1. *de relig. lib.*2. *de ſuperſtit. cap.*17.*n.*9. Filliuc. *tract.*24. *cap.*8.*num.*194. Villalob *par.*2.*ſum. tract.*38. *difficul.*11. *num.*2. Trullench. *lib.*1.*in Decalog. cap.*10. *dub.*13. *num.*8. Facundez *præcep.*1.*Decalog. lib.*1. *cap.*43. *num.*3. Et ratio clara eſt. Quia per exiſtentiam ſigni exercetur pactum initum cum dæmone, qui in obſequium malefici præſtat id,de quo pactus eſt. Rurſus vexatio dæmonis eſt coarctata ad illud ſignum, ita vt ſit menſuranda ſecundum eiuſdem exiſtentiam. Ergo deſtruendo ſignum deſtruitur exercitium pacti initi cum dæmone, & ſoluitur opus malignum ipſius,& proinde nihil ipſi defertur, nec quod fit fundatur in aliquo pacto ipſius, ſed remouetur, quod eſt ex eius pacto, ita vt ſanitas naturaliter conſequatur, ſicuti remoto obice lapis naturaliter deſcendit. Ergo cum medium ſit licitum, nempe diſſolutio ſigni, erit etiam licitum adhibere ad ſanitatem recuperandam. Deinde ſi licet deſtruere ſignum in contemptum dæmonis, & irriſionem, cur non licebit etiam ordinare ad ſanitatem recuperandam hanc irriſiuam deſtructionem?

949 An autem liceat ponere res aliquas poſitiuas ad deſtruendum ſignum maleficij, vt lauare ſe aqua, geſtare annulum in alio digito, repercutere ſaxum, panem ei dare, & alia huiuſmodi. affirmant Hoſtienſ. *in cap. litera* §. *mulieres,de frigid.& malefic.* Syluester verbo *maleficium, quæſt.*9. Leſſius *lib.*2. *de iuſt. & iure. cap.*44. *dub.*6. *num.*45. Suarez *tom.*1. *de relig.lib.*2.*de ſuperſtit. cap.*17. *num.*16.Sanchez *lib.*7. *de matrim. diſp.*96.*num.*3. Facundez *præcep.*1. *Decalog. lib.*1. *cap.*43. *num.*6. Filliuc. *tract.*34 *cap.*8. *num.* 195. Trullench. *lib.*1. *in Decal. cap.* 10. *dub.* 13. *num.*8. Quod tamen debet intelligi, ſi illa poſitiua actio, quæ non fit, contineat nouum pactum cum dæmone. Ratio eſt. Quia exercitium pacti cum dæmone dependet a non poſitione talis ſigni, quia ſcilicet ex pacto inito coarctatum eſt, vt duret, quouſque hoc, vel illud fiat. Ergo facere hoc, vel illud, eſt deſtruere pactum dæmonis, & proinde cum ſit actio naturalis, poteſt poni in ſignum, vt deſinat exercitium maleficij, & deſtruatur opus diaboli.

950 Dices. Hæc, vel illa actio naturalis non habet vim ex ſe ad deſtruendum pactum, ſeu maleficium, ſed ſolum quia dæmon inito pacto cum malefico hanc legem ſibi impoſuit, vt continuet maleficium, quouſque tale, vel tale ſignum ponatur. Ergo ponere eſt exequi voluntatem dæmonis,& pactum ipſius, ſeu cooperari exequutioni talis pacti. Reſp. hanc, vel illam actionem naturalem non deſtruere maleficium, ſed ponere terminum durationi ipſius, quatenus ex pacto eſt coarctatum ad talem terminum. Vnde pactum cadit ſupra maleficium, & eius durationem, quia ſcilicet dæmon non ſe obligat malefico, niſi vſque ad illum terminum, & ideo ponere hunc terminum non eſt cooperari pacto, & exequutioni maleficij, ſed ipſum ſiſtere,& coercere dæmonem. Nec obſtat, quod dæmon coerceri velit tali ſigno: quia non tenemur diſcordare in omnibus à voluntate dæmonis, ſed in ijs ſolum, quæ mala ſunt: non eſt autem malum, quod ceſſet à vexatione noſtra, & ideo quando vult ceſſare, poſſumus etiam nos velle, vt ceſſet. Accedit, quod poſitio talis ſigni tendit ad deſtructionem prioris ſigni,ratione cuius continuatur maleficium, & ideo ſicut licet deſumere ſignum ipſum auferendo, ita etiam licebit deſtruere alio poſitiuo ſigno.

951 Imo licebit vtroq; modo deſtruere ſignum maleficij, etiamſi maleficium ſit conuertendum contra maleficum, aut inde ſit ipſi aliud damnum ſequuturum. Ita Ouand. *in* 4. *diſt.*34. *diſp.vnica,circa finem.* Sanchez *lib.*7. *de matr. diſp.* 96. *num.* 5. & *lib.*2. *ſum. cap.*41. *num.*11. Trullench.*lib.*1.*in Decal. cap.*10. *dub.*13. *num.*8. Filliuc. *tract.*24. *cap.*8. *n.*194. Ratio eſt. Quia hoc non eſt damnificare, cum non fiat aliqua actio poſitiua inferens damnum, ſed ſolum arcetur damnum à ſeipſo; vnuſquiſque autem habet ius arcendi malum à ſeipſo, & dum vtitur iure ſuo, nemini facit iniuriam. Et hoc habet locum, etiamſi maleficium eſſet conuertendum in tertium innocentem, vt notat Sanchez *citat.* militat etiam in hoc caſu eadem ratio, cum deſtruens maleficium non intendat tertium damnificare, ſed vti iure ſuo auertendi a ſe malum. Sic licet arcere aquam pluuiam à proprio fundo, quamuis alienum ſit inundatura, vt habetur *in l.* 1. §. *denique Marcellus ff. de aqua pluu. arcen.*

952 Ex quibus deducitur cum Suarez *tom.* 1. *de relig.lib.* 2.*de ſuperſtit. cap.* 17. *num.*13. Facundez *præcep.*1. *Decalog. lib.* 1. *cap.*43. *num.* 12. Adeſſe præceptum iuſtitiæ, vel charitatis ad deſtruenda ſigna maleficiorum. Maleficus enim tenetur ex iuſtitia, quia quiſque tenetur ex iuſtitia non damnificare proximum. Iudex etiam, cum debeat vnicuiq; iuſtitiam adminiſtrare, tenetur ex iuſtitia cogere maleficum ad deſtruendum ſignum, vt reddat maleficiato ius ſuum. Cæteri autem tenentur ex charitate, quando concurrunt illæ circumſtantiæ, ratione quarum ſubintrat obligatio ſubueniendi proximo in neceſſitate conſtituto.

953 Circa verò Conſtitutionem Gregorij XV. ſupra relatam occurrit dubitandum, quas perſonas afficiat. Pro quo eſt aduertendum; quod duo genera maleficiorum comprehendit: alterum,eorum, quæ mortem inferunt; alterum verò eorum, quæ infirmitatem,diuortia, impotentiam generandi, aut notabile damnum animalibus, frugibus, & alijs fructibus cauſant. Vnde cum Pontifex hæc ſpecialia maleficia expreſſerit, nec aliquam clauſulam poſuerit, ex qua colligatur, quod cætera quoque comprehendere voluerit, ſequitur, quod non cadant ſub diſpoſitione, vt eſſent maleficia ad captandum amorem, quia lex non comprehendit ea, quæ in verbis ipſius non ſunt expreſſa, *l. ita autem init. ff. de adminiſtr. tut.* & cap. *indemnitatibus* §. *ſed cum eas, de elect.*

Digitized by Google

electi. in 6. Quia ſi voluiſſet comprehendere, expreſſiſſet cap. *ad audientiam 2. de decim.*

954 Perſonæ ergo, quas afficit hæc Conſtitutio ſunt illę, quæ a fide apoſtatarunt, & pactum ſineunt cum diabolo, exercent ſortilegia, ſeu maleficia ibi narrata, vt conſtat ex verbis eiuſdem Conſtitutionis ibi. *Pactum cum diabolo fecerit, & a fide apoſtatando maleficijs, ſiue ſortilegijs vnam, ſeu plures perſonas ita læſerit, &c.* Circa quæ verba occurrit dubitare, an ſi quis pactum iniret cum diabolo abſque eo, quod a fide apoſtataret, & delicta committeret, de quibus in Conſtitutione, ſubijceretur pœnis eiuſdem Conſtitutionis. Et negatiuè videtur reſpondendum, quia videtur vtrumque coniunctim requiri, ſiquidem ponitur dictio, *Et*, quæ coniungit, & facit, quod requiratur concurſus copulatorum, vt notant Decian. *conſil.* 44. *num.* 52. *lib.* 4. Tuſchus *liter. E. concluſ.* 274. *num.* 1. Gonzalez. *ad regul.* 8. *cancell. §.* 7. *procem. num.* 123. Rota *deciſ.* 308. *nu.* 7. *coram Ludouiſio.* Et indicant etiam verba ſubſequētia Conſtitutionis, dum ſtatuitur pœna pro ijſdem perſonis quòd ad alia delicta, ibi. *Qui vero ſimiliter apoſtatando pactum cum diabolo, vt præfertur, fecerit.* Hic enim repetitur eadem perſona delinquens, ſeu idem delictum, & cum apoſtatatio a fide explicetur per Gerundium, ponitur tanquam conditio, cum qua fiat pactum cum diabolo, iuxta *l. ſi tum ex parte, ff. de acquiren. hared.* vbi Gloſ. verbo *adeundo*, & Bart. *in fine*, & *in l.* 1. *num.* 36. *ff. de condit. & demonſtr.* Dec. *conſil.* 433. *num.* 6. Ludouiſ. *deciſ.* 187 *num.* 7.

955 Ex quo deducitur. Quod ſi quis vteretur opera maleficorum ad lædendum aliquem, etiam ſequuta morte, non ſubijceretur pœnis huius Conſtitutionis, quia poſita eſt contra ſortilegos, ſeu maleficos, qualis ipſe non eſſet; & contra apoſtaſiam a fide, & pactum cum diabolo tanquam qualificatiuum delicti damnificantis proximum vel in perſona, vel in rebus ibi enumeratis. Imo etiamſi aliquis mediante pacto implicito læderet aliquem illis modis aliquo maleficio, non ſubijceretur huiuſmodi pœnis, quia nec à fide apoſtataret, nec faceret pactum cum diabolo, ſed tantum vteretur pacto ab alijs facto.

956 An autem ſufficiat, delictum fuiſſe attentatum. Reſp. non ſufficere, vt locum habeant pœnę ibi ſtatutæ, ſed debere eſſe conſummatum, ita vt non ſolum initum ſit pactum cum apoſtaſia à fide, ſed etiam illatum ſit aliquod ex damnis ibi à Pontifice enumeratis, quod ſatis indicant illa verba. *Ita læſerit, vt ex maleficio, vel ſortilegio mors ſequuta ſit*, & quo ad alia damna verbum, *prouenerit*; nam hæc verba ſupponunt damnum cum effectu, nec diſponunt contra attentantes, ſed contra exequentes cum effectu.

DECRETA S. CONGREGATIONIS CONCILII

DE REGVLARIBVS APOSTATIS ET EIECTIS.

957 SACRA Congregatio Cardinalium Concilij Trid. Interpretum, Regularium eiectorum, & fugitiuorum statui consulere, illorumque scandala summouere, & succrescentem numerum frangere operæpretium existimans, auditis Religionum Superioribus, reque diligentissimè perpensa, communicato etiam consilio cum S. D. N. Vrbano VIII. atque ex peculiari Sanctitatis suæ facultate, infrascripta decreta edidit.

§. 1. Ac primò, vt infecta semina, è quibus praui eiusmodi fructus pessimum prodeunt, deincepi ne serantur in vinea Domini, censuit esse innouanda, & Sanctissimi auctoritate innouat Constitutiones, & Decreta generalia fan. mem. Clementis VIII. ad Regularium reformationem, ac Nouitiorum receptionem, professionem, atque institutionem spectantia, districteque præcipit Generalibus, atque alijs omnibus Ordinum Superioribus, vt illa exactè obseruent, atque vt obseruentur, efficiant, sub pœnis statutis in ijsdem Constitutionibus.

§. 2. A quibus tamen excipiendum censuit, caput illud, quo decernitur, ne in Conuentibus, seu Monasterijs ad Nouitios recipiendos hactenus designatis, & approbatis, seu imposterum designandis, & approbandis, Nouitij ad habitum vllatenus recipi possint, nisi prius à Congregatione Reformationis Apostolicæ, vel à proprijs locorum Ordinarijs expressè, & nominatim approbati fuerint. A cuius quidem decreti obseruatione Sacra Congregatio iustis de causis censuit Regulares esse absoluendos, prout auctoritate Sanctissimi Domini nostri absoluit, atque exemit.

§. 3. Deinde, vt apostatandi opportunitas Regularibus præripiatur, statuit, vt de cætero nullus permittatur ad arctiorem Religionem transire, nisi prius Superiori legitimè constiterit, eam Religionem paratam esse illum recipere, qui licentiam petit, tumque Regularis rectà se transferat ad arctiorem. Quod vt re ipsa adimpleatur, idem Superior omni studio, ac diligentia inuigilet.

§. 4. Rursus statuit, vt fugitiui, & Apostatæ, siue habitum regularem deferant, siue non, possint, ac debeant ab Episcopo loci, vbi morantur, in carceres conijci, ac Superioribus Regularibus consignari, secundùm regularia instituta puniendi: vtque ipsi quoque Superiores teneantur eos perquirere, ad religionem reducere, atque efficere, vt apprehendantur; salua tamen in omnibus facultate Ordinarijs eorum attributa decreto Concil. cap. 3. sess. 6.

§. 5. Quod si Apostatæ huiusmodi citrà montes infra quatuor, vltra montes verò infra octo menses à præsentis Decreti publicatione inchoando, sua sponte ad suam quisque Religionem redierit, tùm pœnarum omnium ipsis propter Apostasiam inflictarum, aut infligendarum remissionem, atque impunitatem assequantur. Ita tamen vt debeant à Superiore absolutionem humiliter petere, & coram eo culpam fateri, atque emendationem polliceri; Superior verò è contra benignè illos teneatur ab huiusmodi pœnis absoluere, & paterna caritate complecti.

§. 6. Ad hæc, vt in posterum è Religionibus nullus legitimè professus eijci possit, nisi sit verè incorrigibilis; verè autem incorrigibilis minimè censeatur, nisi non solùm concurrant ea omnia, quæ ad hoc ex iuris communis dispositione requiruntur, sublatis hac in parte Statutis, & Constitutionibus cuiusque Religionis, & Ordinis, etiam à Sede Apostolica approbatis, & confirmatis: verùm etiam vnius anni spatio in ieiunio, & pœnitentia probetur in carceribus; proindeque vnaquæque Religio priuatos habeat carceres in qualibet saltem Prouincia. Elapso autem anno, si nihilominus non resipuerit, sed animo indurato in sua peruicacia perseuerauerit, ne contagione pestifera plurimos perdat, tanquam pecus morbida, ac membrum putre eijci tandem possit, sed ab ipsomet Generali tantùm de consilio, & assensu sex Patrum ex grauioribus Religionis eligendis in singulis Capitulis, vel Congregationibus generalibus; tumque nonnisi

Digitized by Google

niſi inſtructo ſecundùm eorum ſtylum, & Conſtitutiones proceſſu, & plenè probatis cauſis expulſionis ad Sacrorum Canonum præſcriptum. Interea tamen vſque ad primum generale Capitulum, ſeu Congregationem proximè celebrandam, ſi quempiam ex iuſtis, & neceſſarijs cauſis expellere oportebit, electio fieri poſſit à Generali cum conſilio, & aſſenſu ſex Patrum, vt ſuprà, quos idemmet Generalis eligere debeat infra quatuor menſes à præſentis Decreti publicatione; ſeruata tamen in reliquis forma ſuperiùs præſcripta.

§. 7. *Sic verò electi, quandiu non redierint ad Religionem, in habitu Clericali incedant, atque Ordinarij loci iuriſdictioni, & obedientiæ ſubſint; proindeque Generalis illicò expulſionis ſententiam eidem Ordinario notificare teneatur.*

§. 8. *Cæterum Sacra Congregatio Religionum Superiores ſeriò admonet, ac per Ieſu Chriſti viſcera obteſtatur, vt memores paternæ charitatis, & manſuetudinis, quam profitentur, nihil intentatum relinquant, vt lucrentur animas fratrum ſuorum, ferè in profundum malorum delapſas, antequam grauiſſimum, atque extremum expulſionis remedium experiantur. Idque eò magis, quòd ſubditorum ſanguinem, qui ex malo negligentium, & ſui officij immemorum Prælatorum regimine peribunt, Dominus noſter Ieſus Chriſtus in ſupremo Dei iudicio de eorumdem Prælatorum manibus ſit requiſiturus.*

§. 9. *Præterea ſtatuit, vt iidem Superiores nemini ex Religioſis expulſis litteras teſtimoniales concedant, illos ad Sedem Apoſtolicam reijcientes, vel iubentes aliam ingredi Religionem.*

§. 10. *Item, vt electi extra Religionem degentes ſint perpetuò ſuſpenſi ab exercitio Ordinum, ſublata Ordinarijs locorum facultate dictam ſuſpenſionem relaxandi, aut moderandi.*

§. 11. *Ac poſtremò conſuit, eſſe innouandam, & ſuæ Beatitudinis auctoritate innouat Conſtitutionem ſel. rec. Gregorij Noni relatam in* c. fin. extra de regul. *ac præterea declarat eam Conſtitutionem in ijs quoque vendicare ſibi locum, ſeruandamque eſſe; qui iuſtè, diffinitiuèque ac iuris ordine ſeruato, expulſi fuerint; dummodo tamen in expulſis huiuſmodi ſubſit ſpes euidens emendationis ex literis ſaltem teſtimonialibus Ordinarij, cuius conſcientiam in his literis concedendis Sacra Congregatio ſeriò onerauit.*

§. 12. *Ne qua verò difficultas in ſupraſcriptis decretis, & ordinationibus exequendis ſuboriatur, Sacra Congregatio, Sanctiſſimo Domino Noſtro annuente, atque approbante, vniuerſis Generalibus, Prouincialibus, Commiſſarijs, Miniſtris, Præſidentibus, Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Guardianis, Vicarijs, & quibuſcunque alijs Superioribus quorumcunque Ordinum, vel Congregationum, Monaſteriorum, Conuentuum, Collegiorum, Domorum, ac Locorum regularium vbique locorum exiſtentium iniungit, ſeriòque mandat, vt illa diligenter obſeruent, atque obſeruari procurent in omnibus Cœnobijs, ac Monaſterijs, Collegijs, ac Domibus quorumcunque Monachorum, ac Regularium vbique locorum exiſtentibus, efficiantque vt tam Decreta ſupradicta ſel. rec. Clem. VIII. quàm præſentes Ordinationes in ſingulis huiuſmodi locis bis ſaltem in anno legantur in publica menſa.*

§. 13. *Si quis verò ipſorum aduerſus ea, quæ ſuperiùs præſcripta ſunt, vel eorum aliquid, quoquo modo facere, vel moliri præſumpſerit, ipſo facto pœnam incurrat priuationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, vocisque activæ & paſſivæ, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa imposterum obtinenda, pœnaque huiuſmodi ſit Sanctitati ſuæ, ac Sedi Apoſtolicæ reſeruata, ijſdem Superioribus, etiam Generalibus, & Protectoribus illam moderandi, ſeu relaxandi poteſtate penitùs interdicta, & nihilominus ſit irritum, & inane quicquid ſecus à quoquam actum extiterit.*

§. 14. *Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis in fauorem quarumcunque perſonarum, atque Ordinum, tàm Mendicantium, quàm non Mendicantium, Congregationum, Monaſteriorum, Conuentuum, Domorum, ac locorum Regularium quorumcunque, necnon illorum etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, vel conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, indultis, & priuilegijs, etiam in corpore iuris clauſis, aut ex cauſa, vel titulo oneroſo, vel in limine fundationis conceſſis, etiam Mari Magno, ſeu Bulla aurea, aut aliàs nuncupatis, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, & cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, aliſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus decretis, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, aut alias quomodolibet, etiam per viam communicationis, ſeu extenſionis conceſſis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis, ſpecialis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quauis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ſeruanda eſſet; tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitùs omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata, inſerti forent, Præſentibus pro expreſſis habens: quibus quoad ea, quæ ſupradictis quomodolibet aduerſantur, illis alias in ſuo robore permanſuris, ſpecialiter*

Digitized by Google

riter, & expreſsè, Sanctitatis ſuæ auctoritate, derogat, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Datum Romæ die 21. Sept. 1624.

C. Card. de Torres.

Proſper Fagnanus S. Congr. Secr.

QVÆSTIONES.

958 1 An Regulares eiecti à Religione teneantur ſe præſentare coram Epiſcopo loci, & illius obedientiæ ſe ſubdere.

2. An ſint tuti in conſcientia, ſi ſe non emendent.

3. An ad Epiſcopum pertineat perquirere, ſi iuſtè, vel iniuſtè ſint eiecti.

4. An teneantur obſeruare, exiſtentes in ſæculo tria Religionis ſubſtantialia, & eſſentialia vota.

5. An teneantur proprijs manibus laborare.

6. An quidquid acquirant, ſibi acquirant, an Monaſterio.

7. An ſi ſint Subdiaconi, vel alio ſacro ordine inſigniti, ad allos poſſint promoueri.

8. An poſſint cogi à Superioribus ingredi Religionem.

9. An ſi eiecti conuertantur, atque humiliter expoſcant habitum, teneantur neceſſariò Prælati Regulares ad Ordinem recipere.

10. An reſtitutio degradatorum, & ſolemniter eiectorum ab Ordine, reſeruata ſit Prælatis Religionis, an potiùs Summo Pontifici.

11. An ſi aliquis Religioſus vagatus ſit extra Clauſtra, & poſtea redijt ad Monaſterium, ibique decedat, bona illius extra Clauſtra acquiſita applicentur Cameræ, vel Monaſterio in quo viuit.

12. Quid, ſi aliquis Religioſus Apoſtata tranſiuit ab vno Ordine ad alium, & ab illo redijt ad ſtatum ſæcularem, in quo multa bona acquiſiuit.

13. An Regularis renuncians Epiſcopatui, ſi ad Clauſtra non redierit, dicatur Apoſtata.

14. Quæ in Iure prohibentur Apoſtatis.

15. Apoſtaſia, quos habet effectus.

16. Quæ debent concurrere, vt quis dicatur Apoſtata à Religione.

17. An de iure ſit iudicandus Apoſtata verè, & propriè, deferens habitum laicalem, ſed non conſtat an habuerit animum deſerendi Religionem.

18. An dicatur Apoſtata, qui dimiſit habitum ob Prælatorum rigorem, animo cito illum reaſſumendi.

19. An Regularis deferens habitum ſuæ Religionis ſubtus habitu alterius Religionis, ſit cenſendus Apoſtata.

20. Quæ Bullæ Summorum Pontificum, & Sacræ Conſtitutiones loquuntur contra Religioſos Apoſtatas, aut malè translatos, vel extra Clauſtra vagantes.

21. Pœna, quæ datur Apoſtatis,

An Regulares eiecti teneantur ſe præſentare Ordinario. Quæſt. I.

SVMMARIVM.

959 *Regulares eiecti tenentur ſe præſentare Epiſcopo loci.*
960 *Eiecti ſunt ſubiecti Ordinario, & cur?*
961 *Cuinam Epiſcopo ſubijciantur.*
962 *Subijciuntur Ordinario loci.*
963 *Eiecti an poſſint mutare domicilium ſine licentia ſui Ordinarij.*
964 *Vnde in eiectis oriatur obligatio obediendi Ordinario, & an ratione voti obedientiæ.*
965 *Eiecti an ratione voti teneantur obedire Summo Pontifici.*
966 *Eiectus deſinit eſſe membrum religionis. Non habet ſuum velle alligatum religioni.*
967 *Eiecti an deſinant eſſe Religioſi.*
968 *Eiecti non eximuntur totaliter à iure religioſi.*
Eiecti requirendi, & reducendi ad regularem diſciplinam.

959 Ad Primum Reſp. Regulares per ſuos Superiores à Religione, ſeruata forma Bullæ Vrbani VIII. eiecti, præſentare ſe debent coram Epiſcopo loci, & ſubdere ſe illius obedientiæ, & ab eo expectare quid agere debent, & ſub obedientia Epiſcopi viuere, poſtquam eiecti ſunt. Nauar. *in cap. Non dicatis. 11. q. 4. n. 34.* Na-

Digitized by Google

ADDITIO,

960 Quod electi ſint ſubiecti Ordinario, docuerunt Doctores etiam ante præſentem Conſtitutionem, præſertim Innocent. *in cap. Cum dilectus 2. num. 4. de priuileg.* Hoſtienſ. *in cap. Quod Dei, de ſtatu Monachor.* Io. And. *in Clemen. 1. eod. tit.* & alij communiter. Et ratio eſt, quia per electionem diſſoluitur contractus, per quem religioſus tanquam membrum ipſius incorporabatur conuentui, & fit extraneus, & ideo non poteſt frui illa exemptione, quæ conceditur religioni, cum non ſe extendat niſi ad membra ipſius. Et ideo ſtatim ac eſt de electus debet ſe præſentare Epiſcopo, vt ipſum recognoſcat in ſuperiorem.

961 Dubitatur tamen, cuinam Epiſcopo ſubijciatur, nimirum, an Epiſcopo originis, an verò Epiſcopo loci. Quod autem ſubijciatur Epiſcopo originis, tradunt Nauar. *in cap. Non dicatis, num. 31. & conſil. 79. num. 4. de regular. in nouis*, & proinde debere ſe illi præſentare. Vgolin. *de poteſt. Epiſcopi, cap. 20. §. 9. in fine*. Federicus de Senis *conſil. 5. num. 2.* ver. *Secundum hoc*. Marta *de iuriſdict. par. 4. caſu 182. num. 4.* Riccius *deciſ. 95. num. 1. par. 3.* & *reſol. 185. num. 3.* Miranda *tom. 1. Manual. quæſt. 52. ar. 4. concluſ. 2.* & aſſerit Riccius, Curiam Archiepiſcopalem Neapolitanam ita ſenſiſſe.

962 Tenendum tamen eſt, quod non ſubdatur Ordinario originis, ſed Ordinario loci. Ita Molina *tom. 1. de iuſt. & iure diſp. 140.* Azor. *par. 1. lib. 12. cap. 16. quæſt. 11.* qui volunt ſententiam Nauarri habere locum quo ad electos non exemptos. Fauſtus *lib. 6. Theſauri quæſt. 128.* Donat. *in praxi regular. par. 2. tract. 8. quæſt. 33. num. 3.* Et hæc opinio eſt certa ex diſpoſitione Decreti S. Congregat. *De Electis, & Apoſtatis, §. 7.* ibi. *Sic verò electi, quandiu non redierint ad religionem, in habitu clericali incedant, atque Ordinarij loci iuriſdictioni, & obedientiæ ſubſint, proindeque Generalis illico expulſionis ſententiam eidem Ordinario notificare teneatur*. Vnde cum Decretum generale ſit, procedit tam de exemptis, quàm de non exemptis.

963 Sed hinc oritur aliud dubium, an ſcilicet poſſint ſe transferre ad alium locum, præſertim mutando domicilium. Reſp. Non poſſe abſque licentia ſui Ordinarij, quam ſi concedat, tenebitur munere Ordinarium loci, ad quem ſe confert, de ſtatu electi, & ipſe ſe præſentare eidem Ordinario. Ratio eſt. Quia, vt conſtat ex verbis Decreti de Electis *num. præced.* allatis, non ſolum ſunt ſub iuriſdictione Epiſcopi, ſicut cæteri clerici, ſed etiam ſub obedientia, & ideo non poſſunt ſe ſubtrahere per mutationem, nec poſſunt recedere à Diœceſi, niſi violent obedientiam, quia ratione obedientiæ debitæ coarctantur ad manendum intra terminos Diœceſis.

964 Non conueniunt autem Doctores, vnde oriatur hæc obligatio obediendi Ordinario. Nam quidam videntur ſentire, quod ſit ex voto obedientiæ, ita vt illa obligatio obediendi ex voto, quæ prius erat quò ad Prælatos regulares, conuertatur ad Epiſcopos, ſeu Ordinarios. Ita videntur ſentire Hoſtienſ. *in cap. Quod Dei, de ſtatu Monach.* Io. Andr. *in Clem. 1. eod. tit.* & expreſsè Suarez *tom. 4. de relig. lib. 3. cap. 6. num. 4.* At non teneri obedire ratione voti obedientiæ, tenent Sanchez *lib. 6. ſum. c. 9. num. 29.* Lopez à Texeda *lib. 2. controuerſ. dub. 9.* Portel. *in dub. regular.* verbo *Eijcere, in Addit. n. 6.* Ceſpedes *de exempt. Regular. cap. 21. dub. 315. n. 3.* Barboſa *ad cap. fin. num. 11. de electis*. Laiman. *lib. 4. theol. moral. tract. 5. cap. 13. num. 3.* Fauſt. *lib. 6. Theſau. quæſt. 128.* Leſſius *lib. 2. de iuſt. & iure c. 41. dub. 15. n. 114.* Donat. *in praxi rer. regular. par. 2. tract. 8. de electis quæſt. 34.* Ratio eſt, quia vota non obligant vltra intentionem vouentis. Votum autem obedientiæ emittitur ex intentione vouentium ſolum quòd ad præfatos Regulares, non autem quo ad aliquem Ordinarium, alioquin etiam ante electionem teneretur obedire, quia votum eſt ſemper idem, & eodem modo obligans; nec poteſt ſine nouo conſenſu vouentis extendi ad alias perſonas, ad quos antea non extendebatur.

965 Neque eſt admittendum, quod ex vi voti teneantur obedire Summo Pontifici: ſiquidem antequam eijcerentur, non tenentur ipſi obedire, niſi quatenus eſt ſummus Prælatus omnium religionum, ad quem ſe extendit votum factum Prælatis regularibus, quibus mediantibus obligatur etiam Summo Pontifici: vnde cum ceſſet obligatio obediendi quò ad Prælatos Regulares, & votum remaneat ſolum in habitu, ceſſabit etiam obligatio eiuſdem voti quò ad Summum Pontificem. & ita notant etiam Sanchez, & Texeda *num præced.* citati.

966 Ex quibus deducitur, quod electus deſinit eſſe membrum religionis, atque adeo deſinit eſſe religioſus quò ad modum viuendi clauſtralem, cap. *Ne pro cuiuſlibet 16. quæſt. 1.* & notant Abbas *in cap. 1. de infant. & lang. expoſ.* Anan. & Socin. *ibid.* Ricciul. *de iure perſon. extr. Eccleſ. grem. exiſt. lib. 8 cap. 11. num. 3.* Quia per electionem religio abdicat à ſe ius quod habet in religioſum, & conſequenter non poteſt amplius in ipſum exercere iuriſdictionem. Vnde econtra electus non amplius habet ſuum velle aligatum voluntati religionis, ſed ipſum recuperat quò ad exercitium, cum poſſit ipſum exercere independenter à religione.

967 An autem omnino ceſſent eſſe religioſi, & omnino eximantur à iuriſdictione religionis, non conueniunt inter ſe Doctores. Quidam enim affirmatiuam partem tuentur. Ita Nauar. *com. 2. n. 36. de regular. & conſil. 18. num. 2.* & *conſil. 64. num. 1.* & *conſil 79. num. 1. de regul. in 1. edit.* Azor. *tom. 1. lib. 12. cap. 17. quæſt. 1.* & *cap. 16. quæſt. 6.* Rodriquez *tom. 1. quæſt. regul. quæſt. 30. ar. 20.* Sorbus *in Compend. priuileg.* verbo *Eijcere init. Adnotat.* Quia per ſententiam expulſionis fit totalis ſeparatio, ita vt electus omnino deſinat eſſe membrum: & quia ſententia de ſe eſt perpetua & ſeruanda omnino. *l. Res iudicata. ff de reg. iur.* Verum hæc non conuincunt, quia expulſio non eſt totalis ſeparatio, ſed qualis eſt ſeparatio thori, nempe quò ad cohabitationem, & conſequenter, quò ad clauſtralem diſciplinam, & proinde non deſinit omnino eſſe membrum religionis, ſicut coniuges facta ſeparatione thori non omnino abſoluuntur à vinculo matrimonij. Sententiæ autem eſt de ſe perpetua, & ſeruanda, quatenus ſen-

tentia eſt: non autem res, circa quam verſatur ſententia, nam poteſt mutari iuxta poteſtatem, quæ relinquitur in ſententia: vnde cum eiecti non omnino eximantur per ſententiam expulſionis, remanent ſubiecti religioni ſecundum menſuram ſubiectionis, quæ relinquitur; vnde non eſt eadem ratio de ſeruo manumiſſo, nam ipſe totaliter liberetur.

968 Itaque tenendum eſt, quod non eximantur totaliter à iure religionis, vt tradunt Sot. *lib. 7. de iuſt. & iure, quæſt. 2. ar. 5. ad 3.* Aragon. *2. 2. q. 88. ar. 3. §. Hucuſque diximus.* Philiar. *tom. 1. de offic. ſacer. par. 2. lib. 2. cap. 21, in fine.* Graff. *par. 1. deciſ. lib. 3. cap. 5. n. 147.* Conrad. *par. 1. Reſp. q. 285.* Sayr. *lib. 10. Clau. reg. cap. 9. num. 25.* Zerola *in praxi Epiſcop. par. 2.* verbo *Regular.* Angles *in Florib. quæſt. de voto, ar. 2. difficul. 8.* Corduba *in reg. S. Franciſci, c. 2. quæſt. 21. pun. 3.* Sanchez *lib. 6. ſum. cap. 9. num. 25.* Syluester verbo *Apoſtaſia, quæſt. 6.* Paſſarel. *ad priuileg. Minim. cap. 16.* Leſſius *lib. 2. de iuſt. & iure, cap. 41. dub. 15. num. 111.* Vaſquez *1. 2. diſp. 165. cap. 8 num. 67.* Suarez *de cen. diſp. 27. ſect. 5. num. 20.* Molina *tom. 1. de iuſt. & iure, diſp. 140. §. Quò ad votum.* Barboſa *ad cap. fin. de regul. n. 7.* Peirin. *quæſt. 1. de ſubdito relig. cap. 25. ver. Dico 5.* Bonac. *de clauſ. quæſt. 2. pun. 12. §. 3. num. 1.* Maranta *reſp. 57. num. 4. tom. 3.* Donat. *in praxi rer. regul. par. 2. tract. 8. de eiect. quæſt. 22.* Et hoc conſtat ex *cap. fin. de regular.* vbi Gregor. IX. præcipit, vt eiecti annuatim requirantur ſolicitè, nempe vt reducantur ad religionem, ſalua ordinis diſciplina, hoc eſt quando reduci poſſunt ſine detrimento diſciplinæ, quod quò ad hanc partem innouatum fuit in Decreto præſenti de eiectis & Apoſtatis, Quod non haberet locum, ſi totaliter eſſent exempti à religione.

Eiecti an ſint tuti in conſcientia, ſi non ſe emendent. Quæſt. II.

SVMMARIVM.

969 *Eiecti non ſunt tuti in conſcientia, ſi non ſe emendent.*

970 *Eiecti tenentur ſe emendare, & curare, quod iterum admittantur.*

971 *Eiecti non ſoluuntur vinculo votorum.*

Tenentur tendere ad perfectionem.

972 *Eiectis non relaxatur obligatio vitæ religioſæ, ſed ſolum excluduntur, ne ſimul cum alijs exerceant.*

969 Ad 2. Reſp. Eiecti, ſeu incorrigibiles, non ſunt tuti in conſcientia, niſi ſe emendent, & in viam redeant, quo facto, ſi ad clauſtra redeuntes non admittantur, tunc tuti ſunt in conſcientia. Sot. *in lib. 7. q. 2. art. 1. de iuſt. & iur.* Sylu. *in ver. Religio, 6. §. 12.*

ADDITIO.

970 Quod eiectus per definitiuam ſententiam non teneatur ſe emendare, ſed poſſit tuta conſcientia in tali ſtatu permanere, tradunt Nauar. *com. 2. de regular. num. 36. & conſil. 78. & 80. de regular.* Azor. *tom. 1. lib. 12. cap. 17. quæſt. 1.* Villalob *par. 2. ſum. tract. 35. difficul. 39. num. 2.* Rodriquez *tom. 2. quæſt. regular, quæſt. 30. ar. 21.* Diana *par. 3. tract. 2. reſol. 60.* Qui tamen non afferunt aliquid, quod ſit alicuius ponderis. Vnde communiter tradunt, quod teneatur ſe emẽdare & curare, quod iterum admittatur à religione. Ita Sotus *lib. 7. de iuſt. & iure, quæſt. 2. ar. 1. circa fin.* Graff. *par. 1. de. ciſ. lib. 3. cap. 5. num. 147. & conſil. 3. lib. 3. tom. 1.* Laiman. *lib. 4. theol. moral. tract. 5. cap. 13. num. 6.* Bonac. *de clauſur. quæſt. 2. pun. 12. §. 2. num 1.* Philiar. *tom. 1. de offic. ſacer. par. 2. lib. 2. cap. 21.* Molina *de iuſt. & iure, tom. 1. diſp. 140. tract. 2.* Conrad. *par. 1. reſp. quæſt. 285.* Sayr. *lib. 6. Clau. reg. cap. 9. num 25.* Nouar. *in ſum. Bullar. tit. de eiectis, & Apoſt. n. 27.* Fauſtus *lib. 6. Theſauri relig quæſt. 226.* Lezana *in ſum. verbo Eiecti, num. 20.* Donat. *in praxi rer. regul. par. 2. tract. 8. quæſt. 25.* Bordon. *in controuer. moral. 8. num. 20.* Quorum opinio mihi videtur certiſſima. Et deſumitur ex cap. *fin. de regular.* innouato per Decretum *de eiectis, & Apoſt.* Dum obligantur Prælati regulares requirere eiectos, & reducere ad religionem, quando ſint emendati; ſruſtra autem hoc præciperetur, niſi tenerentur ſe emendare, & redire ad religionem.

971 Et ratione efficaciſſima conuincitur. Per eiectionem non ſoluuntur vinculo votorum religionis, cum Prælatus regularis non habeat facultatem ea relaxandi, nec Summus Pontifex abſque vrgentiſſima cauſa, vt tradunt communiter Ledeſma *par. 2. ſum. tract. 10. cap. vlt dub. 2.* Molina *tom. 1. de iuſt. & iure, diſp. 140. §. Quando verò.* Corduba *in Reg. D. Franciſ. cap. 2. quæſ. 21. pun. 3.* Vaſquez *1. 2. diſp. 165. num. 87.* Leſſius *lib. 2. de iuſt. & iure, cap. 41. dub. 15. num. 113.* Rodriquez *tom. 1. quæſt. regul. quæſt. 50. ar. 19.* Azor. *par. 1. lib. 12. cap. 16. quæſt. 4. & 7.* Suarez *diſp. 21. de cenſur. ſect. 1. num. 20.* Sanchez *lib. 6. ſum. cap. 9. num. 27.* Bordon. *controuer. 8. moral. num. 18.* Donat. *in praxi rer. regul. par. 2. tract. 8. de eiect. quæſt. 23. & ſeq.* Ergo neque ſoluitur obligatio tendendi ad perfectionem, atque adeo ſe corrigendi, & ſe reducendi ad clauſtra. Conſeq. prob. per vota religionis eſſentialia ſuſcipitur obligatio tendendi ad perfectionem, quia ſuſcipitur ſtatus religioſus, qui eſt ſtatus tendens ad perfectionem, vt docent communiter cum D. Th. *2. 2. q. 184. ar. 5. in corpore.* Ergo ſi durant vota, durat etiam obligatio tendendi ad perfectionem, atque adeo ſe corrigendi.

972 Nec obſtat, quod eijciantur extra religionem,

Digitized by Google

nem, atque adeo extra communionem in diſciplina regulari; nam per hoc ſolum fit, quod de facto non admittantur ad exercendos illos actus, quibus in communi vita tenditur ad perfectionem, non autem quod ſoluatur obligatio tendendi. Cum enim vota contineant promiſſionem factam Deo de vita religioſa; atque adeo de tendentia ad perfectionem, non relaxatur hæc promiſſio, atque adeo remanet obligatio, quam inducit de vita religiosè ducenda, & de tendentia ad perfectionem.

An ad Epiſcopum pertineat inquirere, an Regulares ſint iuſtè eiecti. Quæſtio III.

SVMMARIVM.

973 *Affirmans opinio Auctoris.*
974 *Epiſcopus non poteſt inquirere, an Regularis ſit iuſtè eiectus.*
975 *Recognoſcere quod ab alio eſt geſtum, eſt actus ſuperioritatis:*
976 *Ordinarius non habet iuriſdictionem aliquam ſupra exemptos, niſi ſit ſpecialiter conceſſa.*

973 Ad 3. Reſp. Pertinet ad Epiſcopum perquirere an iuſtè, vel iniuſtè fuerit eiectus. Card. *in Clem. 1. §. quia verò, ver. addo quarto, de ſtatu Monach.* Quod nota pro quotidiana practica, nam multi ſunt eiecti, etiam culpa ſua, & relicto habitu regulari viuunt clericaliter, & laxiori vita, quàm priùs, & ſic videtur, quòd eis ſuus dolus patrocinetur, contra Regulam, & proinde ad præſcriptum Bullæ ſupradictæ Generalis Ordinis, qui ſeruatis ſeruandis in expulſione ſupradicta proceſſit, illico expulſionis ſententiam Ordinario loci notificare tenetur,

ADDITIO.

974 Hæc auctoris doctrina ſubſiſtere non poteſt ſtante exemptione Regularium. Neque illi fauet Cardinalis, quem citat, nam in illo loco ſolum habet, quod ſi monachus eijciatur ſine cauſa è monaſterio, nec Monachi velint eum amplius recipere, ponitur ab Epiſcopo in alio Monaſterio, & bona, quæ ſecum attulit, ipſum ſequuntur, & tranſeunt ad poſterius Monaſterium. Quod certè non eſt inquirere, an iuſtè, an verò iniuſtè ſit eiectus. Deinde loquitur de monachis non exemptis, nam non poſſet ponere in alio Monaſterio, ſi eſſet exemptum. Et deſumitur ex præſenti decreto, in quo ſolum diſponitur, quod notificetur Ordinario, ſententia expulſionis; non autem, quod Ordinarius recognoſcat iuſtitiam, vel iniuſtitiam ſententiæ.

975 Et ratio clara eſt. Quia recognoſcere, quod eſt ab alio geſtum, eſt actus ſuperioritatis, ſiquidem potens recognoſcere, poteſt etiam retractare, corrigere aut confirmare. argum. ex cap. *Sententia*, 35. *quæſt.* 9. & *l.* 1. *in fine ff. de quæſt.* & *l.* 1. *§. de qua, ff. de poſt.* Gloſ. *in cap. Nemini*, 17. *q.* 4. Bald. *in l.* 2. *C. de ſent. exper. recit.* Ordinarius autem non habet iuriſdictionem ſupra Regulares, cũ ſint ab ipſo omnino exempti. cap. *Nimis praua, de exceſſib. prælat.* & cap. *Neque aliquis de priuileg. in 6.* & ex Concil. Trident. *ſeſſ.* 14. *cap.* 5. *de reformat.* ibi. *Sed exempti omnino ſint, & eſſe intelligantur.* Et ita notaui in *quæſt. canon.* 155. *num.* 2. *centur.* 2. Quod poſtea etiam tenuit Donat. *in praxi rer. regul. part.* 2. *tract.* 8. *de eiect. quæſtion.* 55. *num.* 3.

An eiecti teneantur ſeruare eſſentialia vota, & quid de alijs obligationibus. Quæſtio IV.

SVMMARIVM.

976 *Votum obedientiæ quomodo ſuſpendatur in eiectis.*
977 *Eiecti tenentur ſeruare vota eſſentialia.*
978 *Eiecti an teneantur ad regulares obſeruantias.*
979 *Regulares obſeruantiæ quatenus obligent religioſos.*
980 *Regulares obſeruantiæ quæ, obligant ad mortale, non afficiunt extra communitatem religioſam.*
981 *Eiecti an teneantur ad vota ſpecialia ſuæ religionis.*
982 *Eiecti Minimi an teneantur ad votum vitæ quadrageſimalis.*
983 *Eiecti an teneantur ad Horas canonicas.*
984 *An ſit eadem ratio de eiectis ad tempus ſuper definitiuam ſententiam.*
985 *Eiecti an ex delicto importent commodum.*
986 *Eiecti remanent priuati habitu religionis.*
987 *Si minoribus ordinibus non ſint initiati, an eiecti teneantur deferre habitum clericalem.*

Digitized by Google

976 Ad 4. Reſp, Certiſſimum eſt omni dubio procul, quòd ſupradicti Religioſi eiecti obſeruare tenentur, etiam exiſtentes in ſæculo, tria Religionis ſubſtantialia, & eſſentialia vota, obedientiæ, caſtitatis, & paupertatis. Hæc concluſio eſt omnium Doctorum communis, & de ea ſpecialiter videndus eſt Soto *lib. 7. de iuſt. & iur. q. 2. art.* 1. & Nauar. *ſuper cap. non dicatis, à n.* 33. *cum ſeq.* & Cordub. *ſuper Reg.* Nauar. *ſuper cap.* 2. *q.* 2. *&* Roder. 1. *tom.* 99. *Reg. q.* 30. *art.* 20. ſed loco obedientiæ ſuorum Prælatorum, à quorum iuriſdictione per eiectionem prædictam eximuntur, tenentur tamen eam præſtare Epiſcopo Ordinario, ſeu alijs, in caſu quo fuerint relegati.

ADDITIO.

977 De obligatione ſeruandi vota dictum eſt ſupra *num.* 971. & quomodo obedire teneantur Ordinario *num.* 964. *& ſequen.* Vnde deducitur, quod votum obedientiæ, quo tenentur obedire ſuperioribus regularibus, remanet in habitu, ſed ſuſpenditur quò ad executionem, vt inter alios notant Ceſpedes *de exempt. Regular. cap.* 21, *dub.* 315. *n.* 4. Donat. *in praxi rer. regular. par.* 2. *tract.* 8. *de eiectis, quæſt.* 24. *num.* 3. Quod inde prouenit, quia præfati regulares eos eiicientes ſubtrahunt ipſis materiam obediendi, & renunciant executioni talis voti per actum facti, quatenus tanquam ab extraneis non exigunt conſuetam obedientiam.

978 An autem ſicut obligantur ad ſeruanda vota, modo, quo ſupra dictum eſt, tenentur etiam ad regulares obſeruantias; non conueniunt Doctores. Quidam enim volunt, teneri ad ipſas, quatenus compoſſibiles ſunt cum ipſorum ſtatu. Ita Syluester, verbo *Religio* 6. *quæſt.* 17. D. Antonin. 3. *par. tit.* 16. *cap.* 5. *§.* 8. Miranda *tom.* 1. *Manual. quæſt.* 52. *ar.* 5, *concluſ.* 1. Rodriquez *tom.* 1. *quæſt. regul. q.* 30. *ar.* 20. Corduba *in Reg. D. Franc. cap.* 2. *quæſt.* 21. *punct.* 3. Peirin. *tom.* 1. *de ſubdito relig. queſt.* 1. *c.* 25 §. *ver. Dico quarto*. Hieronym. Rodriquez *in Compen. reſol.* 57. *num.* 6. Paſſarel. *ad priuileg. Minimor. cap.* 59. *in fine*. Donat. *in praxi rer. regular. par.* 2. *tract.* 8. *de eiect. quæſt.* 52. *num.* 9. alioquin ex delictis reportarent commodum, contra cap. *Tuæ, de cler. non reſident.*

979 At magis communiter tenent non obligari ad regulares obſeruantias. Ita Sot. *lib.* 7 *de iuſt. & iure quæſt.* 2. *art.* 1. *ad* 3. *in fine*. Aragon. 2. 2. *qu.* 55. *art.* 3. *§. Hucuſque diximus*. Nauar. *Commen.* 3. *de regular. num.* 46 & *Conſil.* 78. *num.* 2. *de regul.* in 2. *edit.* Conrad. *par.* 1. *reſponſ. quæſt.* 255. Sayr. *lib.* 6. *oper. reg. cap.* 9. *num.* 28. Philiar. *lib.* 1. *de offic. Sacerd. par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 21. *in fine*. Leſſius *lib.* 2. *de iuſt. & iure. cap.* 41. *dub.* 15. *in fine*. Sà verbo *Religio. num.* 40. Laiman *lib.* 4. *theol. moral. tract.* 5. *cap.* 13. *num.* 5. Graſ. *conſil.* 3. *de regular. num.* 9. *tom.* 1. Sanchez *lib.* 6. *ſum. cap.* 9. *num.* 52. Fauſtus *lib.* 6. *Theſauri relig. quæſt.* 213. Barboſa *ad cap. fin. num.* 12. *de regular.* Diana *par.* 3. *neut.* 2. *de dub. regular. reſol.* 116. Lezana *par.* 1. *ſum. cap.* 23. *num.* 17. Bordon. *controuerſ. moral.* 8. *num.* 19. Vega *par.* 2. *ſum. cap.* 86. *caſu* 16. Io. Suarez *in Enchirid lib.* 3. *§. de voto obed.* Fauſt. *lib.* 6. *Theſauri relig. quæſt.* 213. Ratio præcipua eſt Quia non obligantur ad regulares obſeruantias vltra intentionem, quam habuerunt, dum talem obligationem aſſumpſerunt. Non intenderunt autem ſe obligare abſolutè, ſed ſolum in conſequentiam ad ſtatum, & communionem religioſam. Quod inde colligitur, quia eorum principalis intentio fuit, ſe obligare ad ſtatum religioſum, atque adeo ad regulares obſeruantias, quatenus includuntur in ſtatu religioſo. Regulares autem obſeruantiæ quamuis per ſingulares perſonas executioni mandandæ ſint, non tamen pertinent immediatè ad ſingulares perſonas, quatenus ſingulares ſunt, ſed ſolum quatenus ſunt membra communitatis religioſæ, & ideo obligatio ad ipſas afficit ſolum Religioſos, quatenus membra communitatis religioſæ, quæ tenentur cooperari vitæ religioſæ. Vnde Religioſus profitens intendit ſolum ſe obligare quatenus ſe facit membrum communitatis religioſæ; & ideo cùm per expulſionem deſinat eſſe actu membrum communitatis religioſæ, deſinit etiam actu obligari ad obſeruantias regulares. Et hæc ratio procedit etiam reſpectu illius, qui legitimè ratione alicuius officij, aut dignitatis extraharur à clauſtro.

980 Et hoc procedit etiam; vt ſpecialiter notant Sanchez, & Bordon. citati *num. præced.* de illis obſeruantijs, ad quas tenentur ſub mortali, militat enim eadem ratio, diuerſificatur enim ſolum obligatio, non autem radix obligationis, quæ cùm ceſſet inducere actualem obligationē, ceſſat etiam quæcunque obligatio inde proueniens. Præſertim quia hæc præcepta ſunt municipalia impoſita tali communitati per ſe primò, & conſequenter membris communitatis: vnde cùm eiecti deſinant eſſe membra communitatis, deſinunt etiam his præceptis obligari, ſicut ciuis mutans domicilium deſinit obligari legibus municipalibus.

981 Imò quamuis aliqui docent, teneri ad vota ſpecialia ſuæ religionis, vt ij, qui hoc ipſum docent de religioſo facto Epiſcopo, & ſpecialiter de eiectis Donat. *in praxi rer. Regular. par.* 2. *tract.* 8. *de eiect. quæſt.* 51. *num.* 3. attamen tenendum eſt, quod non obligentur, vt in ſpecie tenent Vega *to.* 2. *ſum. cap.* 86. *caſu* 16. Fauſt. *lib.* 6. *Theſauri relig. quæſt.* 213. Leander à Murtia *in cap.* 2. *Reg. S. Franciſc. cap.* 17. *num.* 10. Sanchez *lib.* 6. *ſum. cap.* 9. *num.* 56. Bordon *controuer.* 8. *moral. num.* 19. Quia votum quoque non obligat, niſi iuxta intentionem vouentis; profitens autem emittit hæc vota, quatenus ſunt de materia, quæ includitur in regulari obſeruantia, ſeu quatenus eſt pars ipſius, & proinde non intendit ſe obligare, niſi quatenus ſe obligat ad regulares obſeruantias, & ad talem ſtatum religioſum, atque adeo quatenus ſe facit membrum talis communitatis. Vnde cùm deſinat eſſe actu

Digitized by Google

actu membrum, ſuſpenditur ex intentione ipſa vouentis obligatio voti, nec actu obligat, ſicut nec actu obligatur ad alias obſeruantias.

982 Quod autem ſpectat ad votum vitæ quadrageſimalis, quod emittunt Minimi. Electos teneri ad ipſum, docent Ledeſma *in ſum. c. 3. de ſtatu Epiſc. concluſ. 25. difficul. 1.* Peirin. *de ſubdito relig. qu. 1. cap. 25. §. 1. verbo Dico quartò.* Donat. *in praxi rer. regular. par. 2. tract. 8. de electis. qu. 51. n. 2.* Quia eſt votum eſſentiale, & in ſpecie emittitur. Verum non obligari electos ad vitam quadrageſimalem, tenent Vega *par. 2. ſum. cap. 86. caſu 16.* Sanchez *lib. 6. ſum. cap. 9. num. 56.* Bordon. *controuer. 8. moral. num. 19.* Fauſt *lib. 6. Theſauri relig. quæſt. 215. in fine.* Et ratio eſt eadem de hoc voto, ac de cæteris, quia reſpicit partem regularis obſeruantiæ talis religionis; vnde fundamentum confirmandi voto vitam quadrageſimalem, eſt ſe conſtituere membrum talis communitatis, quæ ſeruat hanc regularem obſeruantiam, & proinde intentio vouentis cum innitatur huic fundamento, eſt etiam ſecundum ipſius menſuram, & ideo corruente fundamento in electis, quatenus deſinunt eſſe actu membra talis communitatis, corruit etiam intentio extendendi votum ad talem caſum; vnde corruit etiam ipſius obligatio durante tali ſtatu. Nec obſtat, quod ſit votum eſſentiale, quia non eſt votum eſſentiale ſtatus religioſi, ſed talis ſtatus, & ideo obligat ſecundum menſuram, ſecundum quam vouens ſe obligat ad ſtatum, nempe ſecundum quod ſe facit membrum talis communitatis.

983 De horis canonicis eſt ſpecialis dubitatio. Ad quas teneri cenſent Nauar. *De horis canon. cap. 7. num. 20.* Ledeſma 2. *par. ſum. tract. 9. cap 4. dub. 2. par. 13. concluſ.* Rodriquez *tom. 1. quæſt. regular. quæſt. 30. art. 20.* Suarez *tom. 2. de relig. lib. 4. cap. 17. num. 9.* Peirin. *De ſubd. relig. quæſt. 1. cap. 25. §. 1. verbo Dico quintò.* Donat. *in praxi rer. regular. par. 2. tract. 8. de elect. quæſt. 52. num. 9.* etiamſi in ſacris non ſint conſtituti. Et quidem ſi ſacros Ordines habeant, nulla eſt difficultas, quia Ordini ſacro eſt annexa obligatio recitandi horas canonicas independenter à quocunq; alio. Si vero non ſunt in ſacris, non tenebuntur iuxta illorum doctrinam, qui volunt ceſſare obligationem ad ea, quæ ſunt annexa ſtatui religioſo, prout dicit vitam clauſtralem, quos citaui *num. 979. & 981.* in poſteriori loco. Et ita in ſpecie tradunt Sotus *lib. 7. de iuſt. & iure. quæſt. 2. ar. 1.* Suarez *tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 3. cap. 6. num. 12.* Lezana *tom. 1. quæſt. Regular. cap. 12. num. 7. & cap. 23. num. 17.* Io. Suarez *in Enchir. lib. 3. §. de voto obed.* Fauſtus *lib. 6. Theſauri relig. quæſt. 216.* Leander à Murzia *in cap. 2. Reg. S. Franciſ. cap. 17. num. 10.* Nam obligatio recitandi horas canonicas extra chorum quoad non habentes Ordines ſacros apud Religioſos, vel eſt ex ſpeciali conſtitutione, vel ex conſuetudine: vtroque modo res ſe habeat, ceſſat in electis obligatio, quia non afficit conſtitutio, & conſuetudo, niſi communitatem, & religioſos vti membra communitatis; electi autem non ſunt actu membra communitatis.

984 An autem, quæ dicta ſunt, locum habeant in omnibus electis? Reſp. Sanchez habere locum ſolum in electis per definitiuam ſententiam. ita *lib. 6. ſum. cap 9. num. 54.* quia ſi eijciantur, vt ſe corrigant, non ſunt liberi à iugo Regulæ. Verum cùm etiam electi in perpetuum per definitiuam ſententiam remaneant obſtricti votis eſſentialibus, adhuc ipſi tenentur ſe corrigere, vt dictum eſt *n. 970* vnde iuxta Decretum de electis tenetur religio eos recipere, ſi habeant literas teſtimoniales ab Ordinario de emendatione, & tamen ſunt liberi à iugo Regulæ: vnde cùm militer eadem ratio, erunt etiam liberi electi ad tempus, cùm pro illo tempore non ſint membra incorporata religioni, & proinde non afficientur ijs obligationibus, quæ ſunt membrorum incorporatorum.

985 Nec obſtat, quod ex delicto non debet quis reportare commodum: quia imò reportant incommodum, nam priuantur communione vitæ religioſæ, & bonis omnibus ſpiritualibus, quorum religioſi participes ſunt. Et licet videantur percipere aliquod commodum, quatenus eximuntur ab aliquibus obligationibus, attamen priuantur etiam ijs bonis, quæ perciperent ex adimplemento illarum obligationum. Vnde multò magis præponderant bona, quibus priuantur, commodis, quæ percipiunt. Alioquin dici poſſet, quod excommunicatus percipit commodum ex delicto, quia non tenetur audire ſacrum, & ſi ſit addictus choro, non tenetur pſallere cum alijs; & tamen excommunicatio eſt maior pœna, quæ ab Eccleſia infligi poſſit. Accedit etiam, quod illa commoda non percipiuntur ex delicto, ſed quia ſuſpenduntur obligationes in profeſſione aſſumptæ ad poſitionem talis conditionis, nempe expulſionis, ſiquidem in profeſſione ſunt aſſumptæ ſub tacita conditione, quandiu aſſumens permaneat membrum religionis; & ideo non eſt percipere commodum ex delicto; ſed ſolum delictum eſſe ſuaſionem, quod ponatur conditio, nempe expulſio, quæ faciat ſuſpendi obligationes, ex quarum ſuſpenſione oriatur commodum. Et ſuppetunt paſſim exempla, in quibus ſtante delicto obtinetur aliquod commodum: ſic qui non poteſt ſe continere peccando frequenter contra caſtitatem obtinet diſpenſationem voti, qui habuit copulam cum conſanguinea, obtinet diſpenſationem pro matrimonio.

986 Quod autem ſpectat ad habitum electorum, teneri deferre habitum ſuæ religionis, ſi cum eo eijciantur, cùm non poſſint auctoritate propria eum dimittere, tradunt Sayr. *lib. 6. clau. reg. cap. 9. num. 28.* verbo *Denique.* Rodriquez *tom. 1. quæſt. regular. quæſt. 30. ar. 27.* Sanchez *lib. 6. ſum. cap. 9. num. 55.* Tamburin. *tom. 3. de iure Abbat. diſp. 8. quæſt. 8. num. 10.* Lezana *in ſum.* verbo *Electi. num. 8.* Sed communiter hoc ab omnibus reijcitur, quia hoc ipſo, quod eijciuntur à corpore religioſo, priuantur etiam communicatione in habitu, & ideo, quamuis non interueniat ſpoliatio materialis; remanent tamen per ſententiam ſpoliati. Vnde ita tradunt Nauar. *com. 2. de regular. num. 36. & Conſil. 78. num. 2. de regul. in 2. edit.* Leſſius *lib. 2. de iuſt. & iure. cap. 41. dub. 15. num. 112.* Azor *par. 1. lib. 17. cap. 18. quæſt. 13.* Ceſpedes *de exempt. Regular. cap. 21. dub. 315. num. 11.* Donat. *in praxi rer. regul. par. 2. tract. 8. de elect. quæſt. 41. num. 5.* Suarez *tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 3. cap. 6. n. 14.*

Et ita ſtatuit S. Congregat. in Decreto *de eiectis §. 7.* ibi. *Sic verò eiecti, quamdiu non redierint ad religionem, in habitu clericali incedant.*

987 Sed quid, ſi nec minoribus ordinibus initiati ſunt? Tunc non teneri incedere cum habitu clericali cenſent Nouar. *in Lucer. Regularium.* verbo. *Eiecti, num. 7.* Lezana *in ſum.* verbo *Eiecti. num. 8.* Ceſpedes *de exempt. regular. c. 21. dub. 315. num. 11.* Verum debere incedere in habitu clericali, etiamſi non ſint ordinibus minoribus initiati, tenet Donat. *in praxi rer. regul. par. 2. tract. 8. de eiect. quæſt. 41. num. 2.* & rectè. Quia Decretum de eiectis abſolutè, & generaliter loquitur, abſque vlla reſtrictione, & ideo omnes comprehendit. Tum quia eiecti, quamuis nullo ordine initiati, ſunt verè religioſi, & viuunt ſub obedientia Ordinarij, & ideo tanquam perſonæ eccleſiaſticæ debent incedere in habitu eccleſiaſtico. Et hoc etiam debet extendi ad vniuerſos, quia ipſi quoque quamuis non deſtinati muneribus clericalibus, ſunt tamen religioſi, & gaudent priuilegio fori, & canonis, & ideo debent tanquam perſonæ eccleſiaſticæ incedere in habitu eccleſiaſtico conformi ſtatui, & priuilegijs.

Eiecti an teneantur proprijs manibus laborare. Quæſt. V.

SVMMARIVM.

988. *Eiecti non tenentur proprijs manibus laborare, ſed poſſunt viuere ex eleemoſynis.*
989 *Etiamſi iuxta regulam deberent laborare. Quid ſi non haberent, vnde viuant. Appellatione laboris manuum, quæ veniant. Pauper quis ſit.*
990 *Eiecti non debent exercere officia vilia, ſed potius eleemoſynam quærere.*
991 *Eiecti an poſſint alimenta petere à religione.*
992 *Religio quando teneatur eiectis ſubminiſtrare alimenta. Quid ſi eiectus intulerit religioni aliqua bona.*

988 Ad V. Reſp. Religioſi vltra ſtatuta ſuæ Regulæ non tenentur manibus laborare: poſſuntque de eleemoſynis viuere. Nauar. *ſuper c. non dicatis. n. 37.* vbi concludendo id dicit de mente, & ſententia D. Th. 2, 2. *q.* 187. *art. 3. & Opuſc. 19. 5.*

ADDITIO.

989 Ex dictis, quamuis iuxta ſtatuta ſuæ regulæ tenerentur manibus laborare, ceſſaret tamen in eiectis obligatio, quia ceſſat obligatio regulæ. Si tamen non haberent vnde viuerent, tenerentur labore manuum ſibi victum quærere eo pacto, quo tenentur propriam vitam conſeruare, quia tunc fieret ipſis medium neceſſarium pro ſubſtentatione vitæ, vt docet D. Th. 2, 2. *quæſt.* 187. *art. 3. in corpore:* vnde Apoſt. 2. ad Theſſalon. 3. *Hoc denunciabamus vobis, quoniam ſi quis non vult operari, nec manducet.* Quaſi diceret, ſi poteſt viuere abſque eo, quod manducet, non laboret manibus, verum quia hoc non poteſt eſſe, tenetur manibus laborare. Per laborem autem manuum non ſolum veniunt officia mechanica, ſed quæcunque alia, ex quibus licitè victus quæri poteſt, vt notat D. Th. *citat.* Vnde Medici, Aduocati, Procuratores, Ludimagiſtri, Profeſſores, qui ſuis officijs ſibi victum quærunt, dicuntur viuere labore manuum ſuarum. Et ideo vt hoc obiter notem, quando agitur de exhibenda fide paupertatis in ordine ad diſpenſationes matrimoniales, in qua atteſtandum eſt, quod Oratores viuant labore manuum ſuarum, exhiberi poterit ijs omnibus, qui quocunque officio humano licitè ſibi victum quærunt. Et ratio eſt, quia qui ex opibus ſuis viuere non poteſt, dicitur pauper *cap. Quod ſuper his. de voto.* vbi Abbas. *num. 3.* & *l. Paupertas. ff. de excuſat. tut.* vbi Gloſ. Taſ. in *l. Si conſtante. num. 147. ff. Soluto matrim.* Barboſa *in l. Maritum. ff. eod.*

990 Eſt tamen aduertendum, quod cùm eiecti teneantur incedere in habitu clericali, non tenentur nec debent exercere officia vilia, aut clericis prohibita, vt ſibi victum quærant. Sed quando eis ab Epiſcopo non ſubueniatur, poterunt eleemoſynas quæritare, etiam oſtiatim mendicando, quia hoc etiam Religioſos claustraliter viuentes dedecet, vt notant communiter cum D. Th. *Opuſc. 19. cap. 5.* & 2. 2. *quæſt. 187. art. 4.* Vnde tunc ſolum tenebuntur labore manuum ſibi victum quærere, quando non habent vnde viuant, & poſſunt honeſta officia exercere, vt cum pluribus notat Graf. *par. 1. deciſ. lib. cap. 5. num. 82.* & *conſil. 3. num. 8. de regul. tom. 1.*

991 An autem poſſint petere alimenta à religione? Negatiuè reſp. Donat. *in praxi rer. regul. par. 2. tract. 8. quæſt. 31. num. 1.* & addit, quod neque poteſt eiectus, licet ſe emendauerit, prætendere alimenta à religione, quaſi habens ius ad regreſſum, quia ad hunc regreſſum iuſtificandum debent multa concurrere. Et quidem quod non habeat ius petendi alimenta ex eo ſequitur, quod obligatio religionis ad alendos ſuos religioſos ex eo naſcitur, quod ipſos ſibi incorporat tanquam membra, & interuenit mutua obligatio, ex parte religioſi inſeruiendi religioni tanquam eiuſdem membrum in functionibus, quæ ſunt propriæ religionis; & ex parte religionis habendi ipſum tanquam membrum, & proinde ſubminiſtrandi alimenta. Vnde cum in eiectione diſſoluatur hæc obligatio, & eiectus tanquam membrum putre ſeparetur à corpore, nec amplius inſeruiat religioni, ceſſat in ipſa obligatio alendi.

992 Verum ſi eiecti ſe emendent, & petant de

nouo

poſſo recipi ad religionem, & habeant atteſtationem Ordinarij de emendatione, tunc, ſi religio non recipiat, exiſtimo, quod teneatur, & poſſit cogi ad ſubminiſtranda alimenta. Tunc enim iuxta *cap. fin. de Regular.* innouato in præſenti Decreto *de eiectis* tenetur religio recipere, & alere; per hoc autem, quod renuat recipere, non ſoluitur ab obligatione alendi. Eſt tamen aduertendum, quod ſi atteſtatio Ordinarij non ſit facta ſecundum formam præſentis Decreti, nempe abſque maturitate, ita vt non ſundetur in vera emendatione eiecti, ſed tantum in ficta, tunc religio, ſicut non tenebitur recipere, ita nec tenebitur alere.

Sed quid ſi eiectus intulerit aliqua bona religioni, aut eius ingressu ante eiectionem ei obuenerit aliqua hæreditas. Reſpondeo: Tunc teneri religionem ſubminiſtrare alimenta. Nam profitens in tantum transfert ſua bona, & ſua iura in religionem, in quantum religio ſe illi obligat vt proprio membro, atque adeo quatenus ſuſcipit obligationem eum alendi, & conſequenter, in quantum ſupponit quod talibus bonis non debeat amplius indigere, & ideo cenſetur transferre ſub hac tacita conditione, quod ſit recepturus alimenta à religione.

Eiecti an ſibi acquirant, an Monaſterio. Quæſt. VI.

SVMMARIVM.

993 *Eiecti cui acquirant.*
994 *Eiecti ſunt incapaces dominij.*
Alienare non poſſunt immobilia, aut mobilia pretioſa, ſi acquirant.
Quam facultatem habeant in adminiſtrando.
995 *Eiecti habent vſum bonorum acquiſitorum, & qualem.*
996 *Eiecti teſtari non poſſunt.*
Regularis factus Epiſcopus non poteſt teſtari ſine diſpenſatione.
997 *Aequiſita ab eiectis pertinent ad Cameram Apoſtolicam poſt mortem.*
998 *An interim pertinere poſſint ad alium.*
999 *Eiecti quamdiu viuunt, acquirunt Monaſterio.*
1000 *Quid ſi ingrediantur aliam religionem, aut Eccleſia addicantur.*
1001 *Quid ſi Monaſterium nolit recipere eiectum.*
1002 *Eiecti an poſſint, vt libuerit, vti acquiſitis.*
1003 *Recipientes, quæ eiectus illicitè conſumit, an teneantur ad reſtitutionem.*
Religioſus non transfert dominiũ per vſum illicitum.

993 Ad VI. Reſp. Religioſi eiecti, quicquid acquirunt, ſiue lucrantur, non ſibi quærunt, nec verò Monaſterio, ſed dominium acquiritur Deo, ius verò ſupremum adminiſtrandi, Summo Pontifici eiuſdem Vicario, ſpeciale autem Eccleſiæ ſeculari, vel regulari, cui legitimè fuerint translati, alioquin Epiſcopo. Hanc concluſionem expreſsè tenet Nauar. *in d. c. Non dicatis. num.* 33. Quòd non ſibi quærant, exinde patet, quia ſunt incapaces cuiuſcumque dominij, ac iuris pecuniarij, ratione ſolemnis voti paupertatis, à quo non abſoluuntur per ſuam culpam, & ſententiam contra ipſos latam, vt tenet Cardin. *in Clement.* 1. *§. quia verò. de ſtat. Monach. q.* 1. poſt Inno. *in c. Dilectus, ex* 2. *de ſimonia*, dicendo quod Monachus per depoſitionem non deſinit eſſe Monachus: quod latè proſequitur Nauar. *in cap. Nullam* 18. *qu.* 2. *num.* 45. & ratio ad idem eſt appoſitiſſima, quia nemo debet ex ſua culpa reportare commodum, contra *l. Itaque fullo. ff. de furt.* & *c.* 1. *de poſtul. Prel.* Quòd etiam non acquirant Monaſterio, exinde patet, quia per expulſionem iam fuerunt translati, & deſierunt eſſe membra obedientialia illius, & tales non quærunt amplius Monaſterio, cui fuerant addicti, & à quo ſunt abſoluti, argu. *c. ſi quis iam tranſlatus* 21. *q.* 2. & *c. ne pro cuiuſlibet*, 16. *q.* 1. Quærunt igitur dominium Deo, vt prædictum eſt, & ius ſummum adminiſtrandi Papæ, ipſius Vicario: ſpeciale autem illi Eccleſiæ regulari, ſeu ſeculari, ad quam fuerint translati: argum. dictorum capitulorum, cum ſuis gloſſis, alioquin Epiſcopo originario, ſeu alij, vt tradit Panor. *in d. c. fin. de Reg.* Videatur hac de re Sylu. verbo *Apoſtaſia. q.* 9.

ADDITIO.

994 Circa bona acquiſita ab eiectis nonnulla certa ſunt. Et primò quidem, quod non acquirunt dominium, ſiquidem ſunt incapaces dominij ſtante voto paupertatis, quo adhuc ligantur, quia per eiectionem non liberantur, vt dictum eſt in ſuperioribus. *cap. Non dicatis.* 12. *quæſt.* 1. Vnde Cardin. *in cap. fin. de regular.* habet, quod Monachatus eſt character quidam indelebilis. Ex hoc autem ſequitur, quod, ſi acquirat bona immobilia, aut mobilia pretioſa, non poterit alienare, non ſolum quia ſunt facta eccleſiaſtica, ſed etiam defectu dominij. Rurſus, quod circa donationes, & alias diſpoſitiones habeat manus ligatas ſicuti Superiores Regularium, & proinde ſint ipſis interdictæ omnes illæ diſpoſitiones, quæ repugnant voto paupertatis.

995 Rurſus certum eſt, Quod habeant vſum bonorum acquiſitorum, vt notant etiam Rodriquez *tom.* 1. *quæſt. regul. quæſt.* 30. *ar.* 29. Fauſtus *lib.* 6. *Theſauri. quæſt.* 221. Leſſius *lib.* 2. *de iuſt. & iure. cap.* 41. *dub.* 15. Sayr. *lib.* 6. *clau. reg. cap.* 9. *n.* 18. Azor. *par.* 1. *lib.* 12. *cap.* 16. *qu.* 4. Nauar. *com.* 2. *de regul. num.* 35. Molin. *tom.* 1. *de iuſt. & iure, diſp.*

Digitized by Google

disp. 140. Barbosa *in cap. fin. num.* 12. *de regular.* Imò etiam ampliorem, quàm habeant regulares non eiecti: Nam cùm non sint amplius sub actuali obedientia Superiorum, censetur illis concessa licentia vtendi acquisitis, vt libuerit, independenter ab aliena voluntate. Rursus cùm sint exempti à regularibus obseruantijs, sunt etiam exempti ab illa coarctatione paupertatis, quæ est propria regulæ, & proinde vsus acquisitorum admittet totam illam amplitudinem, quæ non repugnat substantiali voto paupertatis, & totus ille vsus censebitur concessus, qui stare potest cum substantia voti paupertatis, vnde vti poterunt largiori victu, & nobiliori vestitu, quàm si essent intra religionem. & cùm debeant incedere in habitu clericali, poterunt cæteris se conformare.

996 Tertiò etiam certum est, quod eiecti non possunt testari, quia obstat votum paupertatis, siquidem etiam testamentum supponit dominium, cùm dicat translationem ipsius factam causa mortis. Vnde neque regularis factus Episcopus testari potest, vt communiter docent cum D. Th. 2. 2. *quæst.* 185. *art. vlt. ad* 3. ex eo, quod habeat dispensationem solam rerum Ecclesiasticarum. Vnde si eiecti obtinerent indultum Apostolicum, vt de acquisitis testari possent, censeretur concessa potestas extendendi dispensationem acquisitorum post mortem valituram, quia cum per hoc non liberentur voto paupertatis, remanent adhuc incapaces dominij, atque adeo testandi cum translatione dominij.

997 Quartò adhuc certum est, quod bona acquisita ab eiectis pertinent ad Cameram Apostolicam, sicut etiam pertinent bona aliorum religiosorum, qui decedunt extra claustra, quando scilicet permanenter viuunt extra ipsa ex dispositione Gregorij XIII. *in Constit. Officij nostri partes, quæst.* 43. *tom.* 2. *Bullar.* Et ita notant Rodriquez *tom.* 1. *qu. regular. quæst.* 30. *art.* 29. *in fine.* Campanil. *in diuer. Iur. Rubr.* 12. *cap.* 15. *num.* 9. Sanchez *lib.* 7. *sum. cap.* 33. *num.* 22. Riccius *decis.* 245. *par.* 4. Naldus *in sum.* verbo *Religiosus num.* 35. Bonac. *quæst.* 2. *de clauſ. pun.* 12. *§.* 7. *n.* 14. Lezana *tom.* 1. *quæst. regular. cap.* 23. *num.* 16. Nouar. *in praxi noui iur. Pontif. de bon. Regul. Apost. conclus. vnic. aliàs* 12. *num.* 2. & *in Lucer. reg.* verbo *Eiecti. n.* 11. Alphonsus de Leone *de censur. Recollect. 6. n.* 332. Barbosa *ad cap. fin. de regul. num.* 15. Donat. *in praxi rer. regular. par.* 2. *tract.* 8. *de eiectis. qu.* 46. *num.* 5. Sanctarell. *de Apostasia. cap.* 6. *dub.* 2. *num.* 6.

998 Quod difficultatem facit, est, an interim, antequam moriantur acquirant religioni; per id enim, quod post mortem bona ipsorum pertineant ad Cameram Apostolicam, non tollitur, quin interim possint pertingre ad alterum, & esse sub ipsius dispositione, vt constat in bonis acquisitis ab Episcopis, de quibus possunt liberè disponere, quamuis, vbi sit spolium, post mortem pertineant ad Cameram Apostolicam. Eos autem acquirere Ecclesiæ, si cui addicti sunt, aut si nulli, acquirere Summo Pontifici, resoluunt Syluester verbo *Apostasia. qu.* 9. Nauar. *commen.* 2. *de regular. num.* 33.

999 Tenendum tamen est, quod acquirant Monasterio. Ità Angelus verbo *Monasterium. num.* 6. vbi ponit aliquas limitationes, seu distinctiones, quæ tamen hodie non habent locum. D. Antonin. 3. *p. tit.* 16. *cap.* 5. §. 4. Molina *tom.* 1. *de iust. & iure disp.* 140. Lessius *lib.* 2. *de iust. & iure. c.* 41. *n.* 112. Lopez à Texeda *tom.* 1. *lib.* 2. *tract.* 1. *contro. ner.* 10. *dub.* 1. *num.* 13. Faustus *lib.* 6. *Thesauri. quæst.* 221. verbo *Ceterum verius.* Lezana *tom.* 1. *quæst. regul. cap.* 23. *num.* 15. Ratio est. Quia religio per expulsionem solum separat à conuictu religiosum, ne cæteros inficiat, non autem abdicat à se iura, quæ habet contemplatione ipsius, imò tenetur procurare reductionem ipsius, & ipsum recipere redire volentem, si sit emendatus, vt constat ex *cap. fin. de regular.* innouato in præsenti Decreto *de eiectis.* Vnde durante iure acquisito, quicquid acquirunt eiecti, transit in ius religionis. Ex quo fit, quod si eiectus redeat ad religionem, teneatur secum deferre, quicquid acquisiuit, & religioni consignare.

1000 Est tamen limitanda hæc doctrina quoad eiectum, qui ingressus sit aliam religionem, in qua sit professus; nam tunc bona acquisita ante ingressum erunt religionis, à qua est eiectus. Acquisita verò post ingressum dijudicanda sunt, non secus ac si transisset ad ipsam ante eiectionem, quia tunc militat eadem ratio. Rursus si dispensetur, & alicui Ecclesiæ in officio addicatur, nam tunc acquiret illi Ecclesiæ, quia tunc fit membrum illius Ecclesiæ; & contemplatione eiusdem censetur acquirere. Excipiendæ tamen sunt hæreditates, ad quas religio per ipsius professionem iam acquisiuit ius, quia cùm non priuetur suo iure, nec etiam hæreditates transeunt ad Ecclesiam, cui inseruit eiectus, cùm non illi obueniant titulo Ecclesiæ, sed Monasterium ipsas adibit, quocunque modo se habeat eiectus, & solum si aliunde non habeat, tenebitur subministrare alimenta, nisi forte eiectus ascendisset ad Episcopatum; nam tunc tamquam omninò liberatus à religione, acquireret ipse hæreditatem, iuxta *cap. Statutum.* 18. *quæst.* 1.

1001 Neq; subsistit limitatio, quam ponit Angelus verbo *Monasterium num.* 6. cum Innocentio *in cap. olim* 2. ver. *sed si expulsus de priuileg.* & alijs. Quod nimirum, si Monasterium, vel maior pars Capituli nolit recipere eiectũ, non acquirat Monasterio: quia per hoc quod nolit recipere, nõ abdicat à se ius propriũ; nec eiectus liberatur voto paupertatis, quo tenetur in ordine ad talẽ religionẽ; imo nõ tenetur religio ipsum recipere, nisi sit emendatus, & proinde adhuc ipsi acquiret, cum maneat idem ius, & idem fundamentum. Nec adest aliquod ius priuãs in tali casu Monasterium iure acquisito, quod valet, etiamsi nollet emendatum recipere: nam licet peccaret, & cogi posset ad recipiendum, attamen nõ cederet iuri suo, nec ex aliqua lege ipso caderet.

1002 An autem eiecti possint, vt libuerit, in vsus etiam illicitos conuertere bona acquisita, negatiuè respondendum est. Ita etiam Faust. *lib.* 6. *thesauri relig. quæst.* 221. Texeda *tom.* 1. *lib.* 2. *tract.* 1. *controuer.* 10. *num.* 17. Lezana *tom.* 1. *sum. cap.* 23. *num.* 14. Donat. *in praxi rer. regul. par.* 2. *tract.* 8. *de eiectis quæst.* 50. *num.* 1. Ratio est, Quia adhuc tenentur voto paupertatis; nec habent vsum libe-

tum

rum acquiſitorum, niſi quatenus tacitè conceditur à ſuperioribus, atque adeo ſecundum illam menſuram, ſecundum quam concedi poteſt, & conſequêtur ſecundum menſuram voti paupertatis, cum intra ipſius terminos concludatur poteſtas concedendi. Omnis autem vſus illicitus eſt contra votum paupertatis, cum per ipſum relinquantur ſolum licita, & ad ſtatum concernentia: vnde etiam licentia conceſſa eſſet nulla defectu poteſtatis. Non puto tamen, quod ipſis interdicetur exponere ludo aliquid modicum, quia cum ludus ordinetur ad honeſtam relaxationem animi, nec dedeceat religioſum viuentem in habitu clericali ſæculari, cenſetur id conceſſum, cum licitè concedi poſsit, habet enim totam illam facultatem, quæ licitè concedi poteſt.

1003 Verum an recipientes, quæ eiectus illicitè conſumit, teneantur ad reſtitutionem, non conueniunt Doctores. Negant Molina *tom. 2. de iuſt. & iure, diſp. 276. num. 5. ver. quo ad cæteros*, Leſſius *lib. 2. de iuſt. & iure, cap. 41. dub. 1.* Salas *tract. 5. de ludo dub. 21. num. 5.* Sanchez *lib. 6. ſum. cap. 9. nu. 47.* Bonac. *de clauſur. quæſt. 2. punct. 12. §. 3. num. 2.* Sanctarel. *de apoſt. cap. 6. dub. 2. num. 11.* Diana *par. 7. tract. 12. reſol. 5.* E contra verò accipientes teneri ad reſtitutionem tradunt Fauſtus *lib. 6. theſauri relig. quæſt. 222.* Texeda *tom. 1. lib. 2. tract. 1. controuer. 10. n. 17.* Lezana *tom. 1. quæſt. regula. c. 22. num. 14.* Donat. *in praxi rer. regular. par. 2. tract. 8. de eiect. quæſt. 50. num. 7.* Quod omnino tenendum. Ratio eſt, quia licet eiectis fiat aliqua relaxatio voti paupertatis, remanent tamen adhuc ipſo obſtricti, & remanet ſubſtantia voti, ita vt concedatur ſolum amplior adminiſtratio, & vſus, non autem concedatur dominium, & proinde debent adminiſtrare, & vti, quæ poſſident, iuxta facultatem, quam poſſunt accipere à Superioribus. Et ideo, quando transferunt in alios dominium per vſus illicitos, non transferunt ſecundum menſuram facultatis acceptæ, & proinde nulliter transferunt, præſertim quia talis facultas, nec etiam concedi poteſt. Confir. Antequam eijcerentur non poterant transferre dominiũ per vſum illicitum. Ergo nec eiecti, quia vt poſſent debuiſſent ab illo recipere hanc facultatem, ad quem ſpectat dominium, quam tamen nec etiam tacitè recipiunt, cum non poſſit concedere.

Eiecti an poſſint ad ſuperiores ordines promoueri. *Quæſt. VII.*

SVMMARIVM.

1004 *Eiecti de iure veteri poterant promoueri ad alios ordines, de iure nouo non poſſunt.*

1005 *Eiecti ſunt ſuſpenſi ab exercitio ordinum, nec ab Epiſcopo diſpenſari poſsunt.*

Si miniſtrent, fiunt irregulares.

Eiecti ſunt infames & ideo arcendi ab exercitio Ordinum.

1006 *Non poſſunt promoueri ad Ordines, quos non habent.*

1007 *Diſpenſati à Summo Pontifice ad quem titulum ordinari poſſint.*

Conceſſo vno conceduntur omnia ſine quibus non peruenitur ad ipſum.

1008 *Eiecti ex duplici capite irregulares.*

1009 *Non poſſunt diſpenſari ſuper irregularitate ab Epiſcopo.*

1010 *Si redeant ad religionem, à quo diſpenſari poſſint.*

1011 *A quo Epiſcopo ordinandi ſi diſpenſentur.*

Requiritur etiam licentia Epiſcopi, ſub cuius obedientia ſunt.

Eiecti poſſunt acquirere domicilium.

1004 Ad VII. Reſp. Certiſſimum eſt, quod eiecti, ſi erant Subdiaconi, aut aliquo ordine inſigniti, niſi aliud obſtaret, poterant, ad alios ſacros promoueri. Hæc concluſio erat certa, & manifeſta, & communi vſu comprobata, & de ea, vt credo, nemo eſt, qui dubitet, aut dubitare poſſit: videatur hac de re Nauar. *l. 3. conſil. de regul. conſil. 4. de ſtat. Mon.* & Pater Frater Emman. Rodrigues *in qq. Reg. 1. tom. quæſt. 38. art. 24.* & quod eiuſmodi ad ſacros ordines promotio fieri debet de licentia propriorum Epiſcoporum, quibus per expulſionem ab ordine fiunt ſubiecti. Dixi notanter, niſi aliud obſtet, etenim ſi delicta, ob quæ ab ordine eijciuntur, irregularitatem induxerunt, ſeu aliquam aliam inhabilitatem Summo Pont. reſeruatam, quærenda eſt primum diſpenſatio ab eo; ſi autem non ſit Summo Pont. reſeruata, Epiſcopi idipſum facere poterunt, & ordinare ipſos, præuia, ac bona habita informatione de ſua vita, & moribus, & reddere illis aliquam commoditatem, atque viuendi modum, quo non cogantur ſtatim mendicare. Hodie verò vigore ſupradictorum decretorum Sacr. Congreg. eiecti à Religionibus remanent ſuſpenſi ab ordinum exercitio.

ADDITIO.

1005 Eiectos eſſe ſuſpenſos ab exercitio Ordinum, ita vt neque ab Epiſcopo ſuper tali ſuſpenſione diſpenſari poſſint, conſtat ex §. 9. Decreti, ibi. *Item vt eiecti extra religionem degentes ſint perpetuo ſuſpenſi ab exercitio ordinum, ſublata Ordinarijs locorum facultate dictam ſuſpenſionem relaxandi, aut moderandi.* Et quamuis Sanchez *lib. 7. conſil. moral. cap. 1. dub. 24.* Diana *par. 3. tract. 2. reſol. 116.* ver. *Et*

Digitized by Google

Et tandem, & alij docent, posse dispensari à suis Prælatis, & etiam promoueri ad ordines, hoc tamen non habet locum stante Decreto de eiectis. Imo si ministrent in Ordinibus, quos habent, fient irregulares stante huiusmodi suspensione, vt notat etiam Donat. *in praxi rer. regul. par. 2. tract. 8. de eiect. quæst. 38.* Imo etiam secluso præsenti Decreto essent arcendi ab exercitio Ordinum, quia cum ratione incorrigibilitatis eijciantur, remanent infames, vt cum Lapo, Federico de Senis *consil. 38.* Nauar. *in addit. ad consil. 77. in fine. de regular.* notat Bordon. *controuer. moral. 8. num. 14.* Nec dispensari possent, quia si non se emendent, durat fundamentum, & causa infamiæ: si verò se emendent, debent redire ad religionem.

1006 Hinc quamuis olim Doctores tradiderint, posse eiectos ad ordines, quos non habent, promoueri, modo tamen stante præsenti Decreto non possunt promoueri, vt notant Bonac. *de clausura, quæst. 2. punct. 12. §. 7. num. 4.* Lezana verbo *eiecti, num. 4.* Nouar. *in Lucerna regul. eod. verbo num. 1.* Donat. *in praxi rer. regul. par. 2. tract. 8. de eiect. quæst. 35. num. 7.* Quia cum sint perpetuò suspensi, sunt etiam inhabiles ad exercendum actum ordinis; inhabilis autem ad actum ordinis non potest promoueri, vt constat in irregulari.

1007 Quod si obtineant dispensationem à Summo Pontifice, vt ordinari possint, adhuc remanebit difficultas circa titulum, quia non possunt ordinari ad titulum religionis, siquidem religio non tenetur eos alere, vt dictum est in superioribus; nec ad titulum patrimonij, quia stante voto paupertatis non sunt capaces patrimonij; nec etiam ad titulum alicuius beneficij, quia cum sint religiosi, atque adeo obstricti voto paupertatis, non sunt capaces beneficij. Cap. *cum de beneficijs de præbend. in 6.* & Clemen. *vn. de supplen. negligent. Prælat.* & Trident. *sess. 14. cap. 10. de reformat.* Vnde solum ordinari poterunt cum assignatione, si pro congrua substentatione assignentur ipsis aliqui prouentus ecclesiastici, qui tamen maneant secundum proprietatem apud Ecclesiam, vt notant Rodriguez *tom. 1. quæst. regular. quæst. 30. ar. 24.* Sanchez *lib. 6. sum. cap. 9. num. 59.* Cespedes *de exempt. regular. capit. 4. dub. 75. num. 4.* & *cap. 21. dub. 315. num. 9.* Lezana verbo *eiecti num. 6.* Donat. *in praxi rer. regul. par. 2. tract. 8. quæst. 36. num. 6.* Quod etiam habebit locum si assignato patrimonio, quod stet in alterius proprietate, obligentur ipsis fructus pro substentatione, vt notat etiam Sanchez *citatus*. Et quamuis hoc non sit secundum formam Concilij Tridentini, quatenus neque patrimonium, neque beneficium est in proprietate ordinandi, censetur tamen tacitè concessum, dum conceditur facultas suscipiendi Ordines, quia concesso vno, conceduntur etiam omnia, sine quibus non peruenitur ad ipsum. *l. 2. ff de iurisdict. omn. iud.* Existimo tamen, quod non possit Pontifex dispensare, quamdiu non corriguntur, quia si non corrigantur, sunt indigni quod promoueantur, & Pontifex non habet potestatem in destructionem. Si vero corriguntur, quia tenentur redire ad religionem, debebit simul dispensare, quod maneant extra religionem.

1008 Et eò magis, quia ex duplici capite eiecti irregulares sunt; nempe irregularitate ex delicto; nam cum non possint eijci, nisi propter grauia delicta, quæ punita sint, efficiuntur infames infamia iuris, vt notant Sanchez *lib. 6. sum. cap. 9. num. 59.* & *lib. 7. consil. moral. cap. 1. dub. 24.* Donat. *in praxi rer. regular. par. 2. tract. 8. quæst. 44. n. 2.* Et etiam infames infamia facti, atque adeo ex hoc quoque capite irregulares, vt notant Miranda *tom. 1. manual. quæst. 52. ar. 7. conclus. vnic. in fine.* Rodriquez *to. 1. quæst. regular. quæst. 30. ar. 2. in fine.* Peirin. *quæst. 1 de subdito relig. cap. 25. §. 1.* Quia amiserunt bonam opinionem inculpatæ vitæ, & statum suæ dignitatis, & dum incorrigibiles permanent, causant continuò malam opinionem de seipsis.

1009 Et quamuis Thesaurus *par. 2. praxis c. 13. ver. Religiosi legitimè eiecti, num. 5.* doceat, quod possint super hac irregularitate dispensari ab Episcopo, si crimen non sit grauius adulterio, per cap. *At si Clerici §. de adulterijs, de iud.* hoc tamen non potest subsistere, non solum ob presens Decretum, per quod prohibentur Episcopi eos dispensare super suspensione, & à fortiori super irregularitate, sed nec etiam in virtute dicti cap. *At si clerici*. Quia tunc demum ibi conceditur facultas dispensandi, quando infamis peregit pœnitentiam, & resipuit. Eiecti autem non possunt dici resipuisse, & peregisse pœnitentiam, quando durant in sua incorrigibilitate, & non possunt admitti ad religionem.

1010 Quod si se corrigent, & redeant ad religionem, tunc dispensari poterunt à suis Prælatis saltem virtute priuilegiorum, per quæ ipsis conceditur abstergere posse à suis subditis omnem notam infamiæ, & restituere in pristinum statum, vt in specie concessit Pius V. Monachis S. Benedicti Congregat. Cassinen. *Idib. Iunij 1571. Constit. sua 129. tom. 2. Bullar.* vbi etiam conceditur facultas dispensandi super irregularitate ex homicidio voluntario pro foro tamen tantum conscientiæ. Suspensio vero ab ordinibus ipso facto cessat, quod reuertuntur ad religionem, vt notat etiam Donat. *in praxi rer. regul. par 2. tract. 8. quæst. 40.* & constat etiam ex verbis eiusdem Decreti *§. 10.* ibi. *Extra religionem degentes sint perpetuo suspensi ab exercitio ordinum*; per quę coarctatur suspensio ad tempus, in quo degunt extra religionem.

1011 Dubitatur tamen, a quonam Episcopo sint ordinandi, si dispensentur, vt promoueri possint. Et quidem ordinandos esse ab Episcopo domicilij originis, quia hoc domicilium est immutabile, tradunt Nouar. *in praxi iur. noui Pontif. tit. de Ordinib. conclus. 2. alias 102. num. 7.* Barbosa *de potest. Episcopi alleg. 41. num. 21.* Lezana verbo *eiecti, num. 5.* Donat. *in praxi rer. regular. par. 2. tract. 8. quæst. 36. num. 3.* Cespedes *de exempt. regul. cap. 21. dub. 315. num. 9.* Quia tamen Episcopus originis non haberet forsan sufficientem notitiam, ideo necesse erit, quod sumat informationem ab ijs, quibus eiecti noti sunt, vt ritè concedat facultatem suscipiendi ordines. Verum licet eiecti ratione religionis nullibi acquirant domicilium, quia à quolibet Monasterio arcentur, possunt tamen acquirere sicut acquirunt alij Clerici, ratione nimirum habitationis cum animo ibi permanendi. Et tunc erit eadem ratio de ipsis, ac de cæteris clericis, vnde quando,

Digitized by Google

quando concurrent requiſita, poterunt ab Ordinario domicilij ordinari, aut ab ipſo obtinere facultatem ſuſcipiendi ordines. Addo etiam, quod cum eiecti ſint ſub obedientia Epiſcopi, iuxta Decretum *de eiectis*, non poterunt ordinari ſine licentia illius Epiſcopi, ſub cuius obedientia viuunt.

Eiecti an cogi poſſint ingredi religionem. Quæſt. VIII.

SVMMARIVM.

1012 *Eiecti iuſtè, an cogi poſſint à ſuperioribus reuerti ad religionem.*
1013 *Superiores cogere poſſunt eiectos etiam cenſuris ad redeundum.*
Diſpoſitio cap. fin. de Regular. innouata in Decreto de eiectis.
1014 *Prælati quando teneantur perquirere, & reducere eiectos.*
Incorrigibilis ſemper præſumitur talis, niſi de oppoſito conſtet.
Præſumptio ſtat pro ſententia.

1012 Ad 8. Reſp. Eiecti ſemel iuſtè non poſſunt cogi à ſuperioribus ingredi Religionem. Nauar. *dicto cap. Non dicatis, num. 26. verſ. Addo ſeptimo*; patet ratione, quia iam functi ſunt officio ſuo.

ADDITIO.

1013 Doctrina Nauarri, quam amplectitur Auctor, non poteſt ſubſiſtere, cum contrarietur *cap. fin. de regular.* vbi diſponitur, quod poſſint ſuperiores etiam cenſuris cogere eiectos ad redeundum. Nec poteſt dici, quod hæc diſpoſitio non ſit vſu recepta, quia ibi Pontifex non diſponit de nouo, ſed ſuppoſita facultate ſuperiorum reuocandi eiectos, & eorum obligatione ad redeundum, prouenient ex obligatione votorum, monet prælatos ſuæ obligationis, & dat facultatem adhibendi cenſuras. Vnde non eſt eadem ratio de ſeruo manumiſſo, quia ſequuta manumiſſione remanet omnino liber; at in eiectis remanet obligatio votorum. Deinde diſpoſitio illa cap. *final.* innouata fuit in Decreto de eiectis, vbi declaratum fuit, quod habet locum etiam in eiectis in perpetuum per definitiuam ſententiam. vt conſtat ex illis verbis, §. ibi. *Poſtremo cenſuit eſſe innouandam, & ſuæ Beatitudinis auctoritate innouat Conſtitutionem felicis recordat. Gregor. IX. relatam in cap. fin. extra, de regul. ac præterea declarat, eam conſtitutionem in ijs quoque vendicare ſibi locum, ſeruandamque eſſe, qui iuſtè, definitiuèque, ac iuris ordine ſeruato expulſi fuerint.* Et ita tradunt D. Bonauen. *in Reg. D. Franciſci, cap. 14. in fine.* Humbert. *in Regul. D. Auguſ. cap. 99.* Sylueſter verbo *Apoſtaſia, num. 10.* Paſſarel. *ad priuileg. Minim. cap. 16.* Addit. ad Nauar. *Conſil. 77. in fine, de regul. lib. 3. in 2. edit.* Cordoba *in Reg. D. Franciſci. 2. quæſt. 11. punct. 2.* Leſſius *lib. de iuſt. & iure, diſp. 141. dub. 15. num. 111.* Vaſquez *1. 2. diſp. 165. cap. 8. n. 87.* Suarez *diſp. 27. de cenſur. ſect. 5. num. 20.* quos ſequitur Sanchez *lib. 6. ſum. cap. 9. num. 30.*

1014 Eſt tamen aduertendum, quod cum Decretum de eiectis moderetur cap. *fin. de regul.* Quatenus non obligat recipere eiectos, niſi quando adeſt ſpes euidens emendationis, conſequenter neque tenentur eos perquirere, & reducere, niſi exiſtente eadem ſpe; & ſecundum hanc moderationem accipiendum eſt dictum cap. *fin.* Vnde prælati non tenebuntur eos inquirere, & reducere abſolutè loquendo, quando non habent notitiam talis ſpei, vt notat etiam Leander à Murcia *in cap. 2. R. g. S. Franciſci, cap. 16. num. 13.* Quia ſtante incorrigibilitate adeſt ſemper violenta præſumptio contra ipſos, ſiquidem incorrigibilis ſemper præſumitur talis, donec oppoſitum conſtet cap. *Mandata.* & cap. *Ete ſtudijs, de præſumpt.* Et quia cum per ſententiam ſint declarati incorrigibiles, præſumptio ſtat pro re iudicata. c. *Cum inter de ſent. & re iud.* Et ratio eſt, quia cum teneantur ſe corrigere, & redire ad religionem, dum non petunt admitti, ſignum euidens eſt, quod manent in ſua incorrigibilitate.

An prælati regulares teneantur recipere eiectos emendatos. Quæſtio IX.

SVMMARIVM.

1015 *Eiecti quando ſint recipiendi.*
1016 *Qui ſentiant nunquam recipiendos.*
1017 *Religio tenetur eiectos emendatos recipere.*
1018 *Eiecti redeuntes non debent de nouo profiteri.*
1019 *An reſtituendi ad eoſdem gradus, & honores.*
1020 *Quam ſpem de emendatione debeant exhibere, vt religio teneatur eos recipere.*
1021 *Religio non tenetur recipere eiectos, quando ſequeretur ſcandalum.*
1022 *Neque ſi religio ſubiret notabilem infamiam, aut detrimentum.*
1023 *Neque ſi eiectus contraxiſſet morbum contagioſum.*
1024 *Religio recipiens eiectum, an teneatur ſolue-*

re de-

ve debita ab ipso contracta.

1015 *Eiectus emendatus an possit tuta conscientia in sæculo remanere, si non recipiatur.*

An teneatur ingredi aliam religionem.

1016 *Eiectus, qui antea vouerat religionem in genere, an teneatur aliam ingredi.*

1015 Ad 9. Resp. Prælati Regulares, eiectos ab Ordine, iterum recipere tenentur, in casu quo id humiliter petant, ac sint parati corrigi, secundum Ordinis disciplinam; in casu etiam quo cesset causa expulsionis ipsorum, & dummodo id fiat, præcedente Summi Pontificis licentia siue dispensatione. Hæc Conclusio cum prædictis conditionibus, ac limitationibus intellecta, est certa, & nulla alia indiget probatione. At non existentibus prædictis conditionibus, &, si ex eorúdem receptione, aliquod probabiliter timeatur scandalum, in Ordine, siue extra, aut si aliàs ipsi redeant, aliqua contagiosa infirmitate infecti & inhabiles ad seruitium Ordinis, nullatenus sunt admittendi & recipiendi. Et in hoc sensu intelligenda sunt verba D. Bonau. *loco supra cit.* vbi postquam ad probandum, quòd prædicti eiecti debent recipi ad Ordinem, adduxit illud commune dictum nempe, quòd Miseris misericordia est adhibenda, licet tamen crudelis est misericordia, vnde plures, & meliores grauiter offenduntur: sicut qui furem liberaret, vnde pauperes spoliarentur: maximè cùm tales longo vsu tepefacti, rarissimè, verè & perseueranter emendentur, & facilis ipsorum remissio, alijs etiam ansam præbeat delinquendi. Nec possunt allegare fieri sibi iniuriam in eo, quòd non recipiuntur, cùm ipsi ex sua propria culpa, tales se præstiterint, indignique facti fuerint, vt recipiantur, quin potius Ordo legitimam habet causam contra illos agendi, pro eo quòd adeò ipsum dehonestarunt; quocirca merito potest illos punire, & tradere sæculo, cui seruierunt: & addit, quòd Sedes Apostolica, quæ suum ius seruat vnicuique, & Ordinem vult in sua puritate permanere, non cogit illos tenere, quorum conuersatio nociua esset Ordini, nam tunc reos foueret, atque puniret innocentes, & occasionem daret Ordinis corruptioni, per huiusmodi pestiferos; si eosdem recipere necessario oporteret. Verba sunt expressa D. Bonau. valdè notanda, ac memoria commendanda. Quod etiam confirmatur ex declaratione Pauli IV. quam fecit, cuiusdam sui motus proprij, quo præcepit alios apostatas recipi ad Ordinem. Instante enim bona mem. Pio V. cùm esset in minoribus, & hac de re testimonium ferente, dixit suæ intentionis nullatenus fuisse, vt quoscumque apostatas, & eiectos sine discrimine, & absque vllo respectu recipere tenerentur superiores, & suo Ordini iterum admittere, sed illos tantummodo, de quibus emendationis vitæ propositum concipere, & sperare possent probabiliter. De qua autentica declaratione, fidem facit Passarel. *in suo comp. priuileg. f.* 180. Sed præterea accedit, vt videtur, alia ratio, ob quam prædicti eiecti regulariter recipi non debent: nam vt notat Lap. *cons.* 38. *Federici*: tales sunt infames, & Religionum infames, Prælati minimè compelluntur eos ad Ordinem recipere, qui verò prohibentur id ipsum facere, per nouissimam Constitutionem Sixti V. qua statuit, ad Religionem nullatenus posse recipi, qui propter sua delicta reputantur infames, quæ constitutio, licet expressè loquatur de sæcularibus expostulantibus habitum, pari ratione extendenda videtur ad prædictos eiectos, qui postquam soluti sunt ab obedientia suorum Prælatorum, iam reputantur quasi sæculares. Præterea, si dicti expulsi iustè, & per sententiam diffinitiuam eiecti, compellere possent Prælatos Regulares, vt illos iterum reciperent, idque ipsi facere tenerentur, frustrarentur profectò, & quasi inania redderentur priuilegia Religionibus concessa, quibus possent Fratres criminosos expellere, atque in perpetuum reijcere, quod cum non sit, dicendum videtur vt in supradictis.

ADDITIO.

1016 Quòd religio non teneatur recipere iustè eiectos, & definitiuè, etiamsi instent, & emendati sint, tradunt Azor. *par.* 1. *lib.* 12. *cap.* 17. *quæst.* 2. Rodriquez *tom.* 1. *quæst. regular. quæst.* 3. *ar.* 20. *in fin.* Sanchez *lib.* 6. *sum. cap.* 9. *num.* 32. Faust. *lib.* 6. *Thesau. relig. quæst.* 227. Quia non est par ratio de ipsis ac de religione, cum ipsi sint in culpa, & religio innocens: vnde sicut coniux innocens non tenetur recipere nocentem post diuortium, ita & in præsenti. Nec obstat cap. *fin. de regular.* Quia aut procedit de eiectis iniustè, aut consuetudine abrogatum est.

1017 Verum omnino tenendum est, quod teneatur religio, emendatos recipere. Ita Nauar. *Consil.* 18. *de regul. in fine, lib.* 3. *in* 2. *edit.* Molina *tom.* 1. *de iust. & iure, disp.* 140. *§. Quod ad votum.* Corduba *in cap.* 2. *Reg. D. Francis. quæst.* 71. *pun.* 2. Lessius *lib.* 2. *de iust. & iure, cap.* 41. *dub.* 15. *n.* 112. Tapia *Autben. Ingressi*, verbo *Sua, cap.* 6. *num.* 43. D. Bonauen. *in Reg. D. Francis. q.* 14. D. Antonin. 3. *par.*

Digitized by Google

3. par. tit. 16. cap. 5. Syluester, verbo *Apoſtaſia qu.* 5. Donat. *in praxi rer. regul. par.* 2. *tract.* 8. *quæſt.* 26. *num.* 1. Murcia *in cap.* 2. *Reg. S. Franciſ. cap.* 16. *num.* 12. Ita enim decernitur in cap. *fin. de regular.* quod innouatum fuit in Decreto præſenti *de eiectis*, & declaratum, quod comprehendat etiam eiectos per definitiuam ſententiam. Et ratio eſt, quia licet de iuſtitia non deberent recipi, ſiquidem ſibi imputare debent, quod dederint occaſionem, quod perpetuo expellerentur; attamen ratione charitatis debent recipi, ne relinquantur in periculo non ſatisfaciendi propriæ obligationi, quam habent ratione votorum, & perdendi animas proprias.

1018 Et quamuis Nauar. doceat *conſil.* 80. *in fine de regul. lib.* 3. *in* 2. *edit.* Quod eiecti dum redeunt ad religionem, tenentur de nouo profiteri, falſum tamen omnino eſt, cum per eiectionem non liberentur à votis, nec ab obligatione, quam habent reſpectu religionis, quæ tantum ſuſpenditur. Ita communiter Doctores, quos partim citaui n. 971. & ſpecialiter Rodriquez *tom.* 1. *quæſt. regul. qu.* 30. *ar.* 28. Sanchez *lib.* 6. *ſum. cap.* 9. *num.* 33. Donat. *in praxi rer. regul. par.* 2. *tract.* 8. *quæſt.* 27. *num.* 1. Fauſt. *lib.* 6. *Theſau. relig. quæſt.* 231. Hinc dum redeunt ad religionem, incipiunt de nouo obligare vota ſpecialia religionis, licet de nouo non emittantur, quia non ceſſauerant obligare, niſi ex ſubtractione materiæ, quatenus erant emiſſa in conſequentiam ad communionem religioſam: vnde cum de nouo redeant ad ipſam, applicatur de nouo eadem materia, & proinde reuiuiſcit obligatio.

1019 An autem ſint reſtituendi ad eoſdem gradus, honores, prærogatiuas, antianitatem, quibus ante eiectionem fruebantur, negant Hieronym. Rodriquez *in compen. reſol.* 57. *num.* 3. Donat. *in praxi rer. regul. par.* 2. *tract.* 8. *q.* 27. *n.* 3. Quia non eſt æquum, quod præcedat alios religioſos, qui portauerunt pondus diei, & æſtus, & laudabiliter ſemper vixerunt. At affirmat Sanchez *lib.* 6. *ſum. c.* 9. *n.* 33. *in fin.* niſi per ſententiam aliter ſtatutum ſit. Verum in hoc exiſtimo, ſtandum eſſe ſtatutis, & conſtitutionibus vniuſcuiuſque religionis; quæ ſi nihil circa hoc diſponant, nec etiam ſit diſpoſitum per ſententiam, prærogatiuæ illæ, quæ ſunt perſonales, & perpetuæ vt Antianitas, Doctoratus, Magiſterium, erunt ipſis conſeruandæ, cum non ſint ijs priuati, ſed per eiectionem ſuſpenſæ; & ſicut ſequuta emendatione, dum admittuntur ad religionem recuperant iura communia cum cæteris, ita etiam debent recuperare propria, cum ſit eadem ratio; præſertim, quia dum recipiuntur de nouo, tanquam emendati reſtituuntur ad ſuum priſtinum ſtatum.

1020 Eſt tamen aduertendum, quod religio non tenetur recipere eiectos ſub prætenſa emendatione; nam per Decretum de Eiectis, debet adeſſe ſpes euidens de emendatione, ita vt non ſint amplius ſimilia delicta commiſſuri, quę ſpes debet eſſe ſaltem teſtificata per litteras teſtimoniales Ordinarij, in quo eius conſcientia oneratur. Vnde cùm debeat adeſſe, non quomodocunque ſpes, ſed ſpes euidens emendationis, quando de ipſa non conſtet aliunde, quam ex litteris teſtimonialibus Ordinarij, non ſufficiet quæcunque atteſtatio ipſius, ſed neceſſe erit, quod ſit talis, vt fundet ſpem euidentem emendationis, vt notat etiam Leander à Murcia *in c.* 2. *Reg. S. Franciſ. cap.* 16. *num.* 14. Et ideo non ſufficiet ſimplex atteſtatio, ſed neceſſe erit, quod ſit innixa tali informationi, quod reddat certam emendationem, atque adeo quod fiat cauſa cognita cum iuramento honeſtarum perſonarum, quæ non patiantur exceptionem, deponentium ſuper emendatione eiecti. Quod niſi præcedat atteſtatio Epiſcopi, non poteſt cauſare euidentem ſpem emendationis. Ex quo fit, quod, niſi ſit talis, poſſit ſemper religio excipere, quod atteſtatio ſit inſufficiens.

1021 Rurſus, quando eiectus non poſſet recipi ad religionem abſque ſcandalo, non teneretur ipſum recipere, vt notant Gloſ. *in cap. fin. de regular.* verbo *Si abſque ſcandalo*. Syluester, verbo *Apoſtaſia*, *num.* 10. D. Antonin. 3. *par. tit.* 16. *cap.* 5. §. 1. *in fine*. Armilla verbo *Religio*, *num.* 16. Graff. *par.* 1. *deciſ. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 151. Corduba *in cap.* 2. *Reg. S. Franciſ. quæſt.* 21. *pun.* 2. Rodriquez *tom.* 1. *qu. regul. q.* 30. *ar.* 5. Laiman *lib.* 4. *theol. moral. tract.* 5. *cap.* 13. *num.* 7. ver. *Tertio notandum*. Sanchez *lib.* 6. *ſum cap.* 9. *num.* 10. Donat. *in praxi rer. regular. par.* 2. *tract.* 8. *quæſt.* 26. *num.* 2. Leander à Murcia *in cap.* 2. *Reg. S. Franciſ. cap.* 16. *num.* 15. & habetur ex dict. *cap. fin. de regul.* ibi, *Abſque graui ſcandalo*. Quia ſcilicet non eſt ita conſulendum eiectis, vt ex eorum culpa veniant ſcandala: & magis conſulendum innocentibus, ne ſcandalum patiantur. Imo quando timetur ſcandalum, non habetur de eiectis ſpes euidens de emendatione, & proinde non vrget obligatio recipiendi.

1022 Inſuper, ſi ex admiſſione eiecti ſubiret religio notabilem infamiam, aut detrimentum notabile ſui honoris, non teneretur recipere, vt notat Donat. *in praxi rer. regul. par.* 2. *tract.* 8. *quæſt.* 26. *num.* 3. Subintrat enim ius naturale conſeruandi ſe illæſum, & auertendi à ſe nocumenta; præſertim, quia in præſenti concurrunt intereſſe commune religionis & intereſſe particulare eiecti, quod debet cedere communi. Vnde ſi poſtquam fuiſſet eiectus, commiſiſſet aliquod crimen, ex quo oriretur religioni grauis nota, & infamia, quale eſſet crimen hæreſis, læſæ maieſtatis &c. non teneretur admittere, licet emendatum, vt notat etiam Leander à Murcia *in cap.* 2. *Regul. S. Franciſci cap.* 16. *num.* 17.

1023 Similiter: Si eiectus contraxiſſet morbum contagioſum, non teneretur religio admittere inſtantem, quantumuis emendatum, vt notant idem Murcia mox citatus. & Donat. *in praxi rer. regular. par.* 2. *tract.* 8. *quæſt.* 26. *num.* 3. Nouar. *par.* 2. *ſum. Bullar. tit. de eiectis num.* 8. Quod etiam valet, quando eiectus factus fuiſſet inhabilis ad ſeruitia religionis. Et ratio eſt, quia commune religionis bonum præferendum eſt, & in Decreto de Eiectis intelligitur exceptum, quia leges humanæ non obligant cum graui damno, nec obligant communitatem, quando ex accidenti vergunt in eiuſdem detrimentum, & quando ſubintrat contra ipſas ius naturale.

1024 Dubitatur autem, an monaſterium recipiens eiectum teneatur ad ſoluenda illa debita, quæ tempore eiectionis contraxit, ſiue pro alimentis, ſiue ex alio titulo. Negatiue reſpondent Caſtrenſ. *Conſil.* 76. *num.* 1. *vol.* 1. Surdus *de alimen. tit.* 7. *q.* 35. *num.* 1. Sanchez *lib.* 6. *ſum. cap.* 9. *num.* 20. Verum

videndum eſt, an habeat aliqua bona acquiſita tempore eiectionis; quia ſi habet, erunt obligata creditoribus, quia licet non acquirat dominium, dum tamen habet liberam adminiſtrationem, ſicut poteſt, quæ acquirit, impendere pro ſolutione debitorum, ita etiam tenetur, atque adeo obligatur ad ſoluenda debita, afficit etiam bona, quæ poſſidet. At ſi nulla habet bona, non tenetur religio, quia cum ipſum à ſe præciderit, extinguitur obligatio alendi ipſum, & conſequenter ſoluendi debita contracta etiam pro alimentis.

1025 Si verò religio etiam emendatos nolit admittere, quæritur, an tuta conſcientia poſſint in ſæculo remanere. Negant D. Bonauen. *in Regul. S. Franciſ. quæſt.* 14. *in fine*. Corduba *in capit.* 2. *quæſt.* 21. *pun.* 3. D. Antonin. 3. *par. tit.* 1. *cap* 4. *in fine*. Altiſiodor. *lib.* 3. *ſum. tract.* 22. *quæſt. penul.* Syluester, verbo *Religio* 6. *quæſt.* 12. Armil. *nu.* 15. Tabiena *num.* 26. Angelus verbo *Religioſus, num.* 41. Paſſarel. *ad priuileg. Minim. cap.* 26. Sorbus *in priuileg. Mendicant.* verbo *Eiicere, in fine Adnot.* Feder. de Senis *conſil.* 38. Qui volunt, quod teneantur ad aliam religionem tranſire; quod ſi nullam inueniãt, à qua recipiantur, tunc demum fore tutos in conſcientia. Mouentur, quia putant, eſſe obligatos religioni in genere. Oppoſitum tamen tenent Nauar. *com.* 2. *de Regular. com.* 36. Leſſius *lib.* 2. *de iuſt. & iure, cap.* 41. *dub.* 15. *num.* 111. Molina *tom.* 1. *de iuſt. & iure, diſp.* 140. *circa fin.* Rodriquez *tom.* 1. *quæſt. regular. quæſt.* 30. *ar.* 20. Azor. *par.* 1. *lib.* 12. *cap.* 16. *quæſt.* 13. Sanchez *lib.* 6. *ſum. cap.* 9. *n.* 34. Sotus *lib.* 7. *de iuſt. & iure quæſt.* 2. *ar.* 1. *ante ſolut.* 4. *argum.* Graff. *Conſil.* 3. *num.* 4. *de regul. lib.* 3. Fauſt. *lib.* 6. *Theſauri relig. quæſt.* 206. Donat. *in praxi rer. Regul. par.* 2. *tract.* 8. *quæſt.* 28. *num.* 1. Barboſa alios allegans *ad cap. fin. num.* 9. *de regul.* Laiman *lib.* 4. *theol. moral. tract.* 5. *cap.* 13. *num.* 8. Quod quidem eſt tenendum, quia licet cauſam dederint, vt eijcerentur, attamen dum ſe emendauerint, & fecerint, quod in ſe eſt, vt reciperentur, ſatisfecerunt propriæ obligationi, & ſtante recuſatione religionis redditur eis impoſſibile viuere regulariter, ſicut deberent; vnde ad hoc non tenentur. Nec tenentur aliam religionem ingredi, quia ex vi profeſſionis ſe obligauerunt tantum religioni, à qua eiecti ſunt, & ideo ſi redditur eis impoſſibile viuere in ipſa regulariter, non tenentur ingredi aliam. Sicut qui vouit ingredi determinatam religionem, ſi nolit ipſa recipere, non tenetur aliam ingredi. Tenentur tamen honeſtè viuere & ſeruare vota, quantum patitur ille ſtatus. Imo contra Altiſiodorenſem citat. deducit Sanchez, quod nec religioſus, cuius religio eſt deſtructa, tenetur aliam ingredi, nam militat eadem ratio.

1026 Maior difficultas eſt de eiecto, qui antequam fieret religioſus, vouit religionem in genere non determinando hanc, vel illam. Reſpondet Sotus *lib.* 6. *de iuſt. & iure quæſt.* 2. *ar.* 2. *ante ſolut.* 4. *argum.* teneri ingredi aliam religionem, quia ſicuti vouens religionem, ſi non recipitur ab vna, tenetur aliam ingredi; ita & eiectus, ſi non poteſt in vna, debet in alia viuere. Subdit tamen, poſſe etiam dici per votum ſolemne ceſſaſſe ſimplex votum religionis in genere. Verum abſolutè tenendum eſt, quod non teneatur ingredi aliam religionem, quia votum religionis in genere impletum fuit ſufficienter per ingreſſum in religionem determinatam; ſiquidem cum ſpecies contineat genus, adimplens votum in ſpecie adimplet etiam in genere, & proinde extincta remanſit obligatio voti, quæ non poteſt amplius reuiuiſcere abſque noua voluntate vouentis. Et ratio à priori eſt, quia votum de aliqua re in genere non eſt votum de omni ſpecie illius generis, ſed ſolum de ipſo determinando in aliqua ſpecie. Accedit etiam, quod eiectus remanet verus religioſus, cum remaneat obſtrictus tribus votis ſubſtantialibus.

An reſtitutio degradatorum, & eiectorum ab Ordine, ſit reſeruata Prælato Regulari, an verò Summo Pontifici. Quæſt. X.

SVMMARIVM.

1027 *Quando degradatus, & eiectus ab Ordine poſſit reſtitui à Prælatis religionis.*
1028 *Quid de iure nouo.*
Decretum de eiectis non tollit, quin debitis pœnis delinquentes debeant condemnari.
Regulares an poſſint damnari ad triremes.

1027 Ad X. Reſp. Si degradatio, & eiectio fieret ab Ordine tantum verbaliter, & abſque priuatione, & ſpoliatione habitus, certiſſimum eſt, quòd ſtando in iure communi, Generalis Miniſter, & Religionum Prælati Epiſcopalem, vel quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem habentes, poſſent huiuſmodi, ſic verbaliter tantum eiectos, ad Ordinem reſtituere. Sed verò reſtitutio depoſitorum, ſiue ſolemniter, & actualiter degradatorum ab Ordine, de iure communi, ſolummodo Summo Pontifici eſt reſeruata, prout rectè diſtinguit Miranda *in Man. Prælat. Regular. q.* 7. *concl.* 1. & 2. Ergo, &c.

ADDITIO.

1028 Quod habet Auctor, non habet locum de iure nouo. Quia per nouum Decretum *de eiectis* ob ſolam incorrigibilitatem eijcitur. & eiectio eſt ſimplex eiectio, ita vt teneantur Superiores eiectos recipere ad religionem, ſi ſe emendauerint, vt conſtat ex tenore eiuſdem Decreti. Vnde ſententia definitiua eiectionis, ſtat cum hoc, quod ſequuta emendatione recipiatur de nouo religioſus. Eſt tamen

Digitized by Google

men aduertendum, quod cum Decretum *de ejectis* diſponat ſolum de incorrigibilibus, non tollit, quin ſecluſa incorrigibilitate non poſſint puniri delinquentes pœnis à iure ſtatutis. Et proinde remanet in vigore priuilegium, quod Pius V. *die* 19. *Septemb. anno* 1566. conceſſit Generali Ordinis S Hieronymi Hiſpaniæ condemnandi ad perpetuas triremes, atq; adeo omnibus habentibus communicationem. De quo *in Compend. Priuileg. eiuſdem Ordin.* verbo *Condemnatio*, Rodriquez *tom.* 1. *quæſt. regular. quæſt.* 30. *art.* 16. Mirand. *tom.* 1. *Manual. qu.* 52. *ar.* 1. *concluſ.* 2. Hodie tamen loco triremium ſucceſſit Ergaſtulum erectum ab Vrbano VIII.

Acquiſita à fugitiuo, cuius ſint, ſi intra clauſtra moriatur. *Quæſt. XI.*

SVMMARIVM.

1029 *Bona acquiſita à fugitiuo, ſi redeant ad clauſtra cuius ſint.*

1030 *Fugitiui acquirunt Monaſterio.*

1029 Ad XI. Reſp. Non: quia Bulla ſel. record. Greg. XIII. quæ incipit, *Officij noſtri, anno* 1577. loquitur de Religioſis vagantibus, & morantibus extra clauſtra, vt colligitur ex illis verbis, ſi deceſſerit ſine facultate teſtandi; hæc enim facultas non poteſt conſiderari in Monacho, *Auth. ingreſſi. Cod. de ſacroſ. Eccleſijs*, vbi omnes, & tradit Lap. *alleg.* 129. *num.* 18. & colligitur etiam ex alijs verbis Conſtitutionis extra Clauſtra degentium, & paulò infra, poſt eorum obitum, ſiquidem verbum, eorum, eſt repetitiuum præcedentium, cum omnibus eius qualitatibus. Bart. *in l. ſi quis ſeruum* 8. *§. fin. ff. de legat.* 2. *n.* 5. & *in l.* 1. *ff. de receptator.* nec non Pariſ. *conſ.* 18. *lib.* 2. *num.* 32.

ADDITIO.

1030 De iure communi, omnia, quæ acquirit religioſus, Monaſterio acquirit, & ideo etiam fugitiui, cùm ſint religioſi, Monaſterio acquirunt, & acquiſita pertinent ad ipſum. *cap. Abbates.* 18. *qu.* 2. Et ita notat etiam Donat. *in praxi rer. regul. par.* 2. *tract.* 6. *de Apoſt. quæſt.* 23. *num.* 2. & ideò dum reuertuntur ad religionem, ſunt ipſius religionis. Nec obſtat Conſtit. 43. Gregor. XIII. incipit *Officij noſtri partes.* Quia in ipſa Pontifex non applicat abſolutè eorum bona Cameræ Apoſtolicæ, ſed ſolum ſequuta eorumdem morte, vt conſtat ex illis verbis, *Si deceſſerint ſine facultate teſtandi.* Et, *Poſt eorum obitum.* Dictio enim, *Si*, importat conditionem, qua non purificata, non habet locum diſpoſitio: vnde in præſenti purificari debet, quod decedant ſine facultate teſtandi. Et dictio, *Poſt*, oſtendit tempus, in quo incipit locum habere diſpoſitio. Vnde ſi religio vendicet ſibi bona acquiſita à fugitiuis, Apoſtatis, & ejectis, antequam ſuccedat illorum mors, remanebunt ipſius, quia Conſtitutio loquitur de bonis repertis apud ipſos, dum moriuntur.

Cui acquirat religioſus Apoſtata, qui prius fuit in diuerſa religione. *Quæſt. XII.*

SVMMARIVM.

1031 *Apoſtata qui fuit in diuerſo Ordine, acquirit Cameræ Apoſtolicæ.*

1032 *Si tamen decedat extra religionem.*

Dum viuit, acquirit poſteriori religioni, ſi ad ipſam legitimè tranſiuit: ſecus autem, acquirit priori.

1031 Ad XII. Reſp. Ad Cameram Apoſtolicam ſpectant, attendendo Greg. Conſt. quæ pro ſe clarè & breuibus reſpondet. Nauar. *in conſ.* 80. *lib.* 3. *de Regular.* incipit *Regularis Apoſtata*.

ADDITIO.

1032 Reſolutio Auctoris locum habet in caſu, quo talis religioſus decedat extra clauſtra, iuxta modo dicta *num.* 1030. Antequam autem ſuccedat mors, bona ab ipſo acquiſita ſunt poſterioris religionis, ſi ad ipſam legitimè tranſiuit, iuxta regulam generalem, quod Monachus acquirit Monaſterio. Quod ſi legitimè non tranſiuit, erunt prioris religionis, cùm adhuc ſit membrum ipſius, nec poſterior religio acquirat aliquod ius per illegitimam receptionem: Imò peccet graviter, & excommunica-

tionem ipſo facto incurrant recipientes, iuxta priuilegia, de quibus *in Compend. Priuil. mendicant.* verbo *Apoſtata ab Ordine*, & *Conſtit.* Pij V. quæ incipit *Quicunque ſacrarum religionum*, de quo latè Bordon. *in Conſil. regul. reſol.* 41. *quæſt.* 12.

Renuncians Epiſcopatui an ſit Apoſtata, ſi non redeat ad clauſtra. Quæſt. XIII.

SVMMARIVM.

1033 *Renuncians Epiſcopatui non eſt Apoſtata, ſi non redeat ad Clauſtra.*

1034 *Apoſtaſia non habet locum in Epiſcopo Regulari.*

1033 Ad XIII. Reſp. Non, quia non dicitur à principio Apoſtata, qui de licentia Summi Pontificis è Religione exierit.

ADDITIO.

1034 Cùm Epiſcopi ex Regularibus aſſumpti ſint abſoluti à iugo Monaſticæ profeſſionis, iuxta *cap. Statutum.* 15. *quæſt.* 1. nec amplius obligentur religioni, non habet in ipſis locum Apoſtaſia, cum non poſſint retrocedere à religione, cui non ſunt amplius obligati, ſiquidem Apoſtaſia conſiſtit in receſſione à religione cum animo amplius non redeundi, & ideo ſupponit obligationem permanendi in ipſa iuxta communiter tradita cum Caiet. 2. 2. *quæſt.* 12. *ar.* 1.

Quæ in iure prohibeantur Apoſtatis. Quæſt. XIV.

SVMMARIVM.

1035 *Recenſentur prohibita Apoſtatis.*

1036 *Apoſtatis prohibentur, quæ prohibentur excommunicatis.*

Apoſtatæ de iure non ſunt excommunicati, ſed excommunicandi.

Ratione priuilegiorum ſunt excommunicati.

Apoſtata celebrans ſit irregularis.

1035 Ad XIV. Reſp. Multa in iure prohibentur Apoſtatis. Primò, non poteſt eſſe teſtis. Secundò, non poteſt facere teſtamentum. Tertiò, repellitur ab omnibus actis legitimis. Quartò, non poteſt eſſe Epiſcopus, & ſi Papa eum non nouerit, & promouit. Quintò, non poteſt doctorari, quia doctoratus eſt dignitas. Sextò, eſt inhabilis ad Beneficia Eccleſiaſtica. Septimò, nòn habet ius præſentandi, quamuis Beneficia ſint patronata. Omnes hos caſus per extenſum recenſet Riccius *variar. reſolut. reſol.* 97. vbi plures congerit Doctores.

ADDITIO.

1036 Facere teſtamentum prohibetur omni regulari, ſicut etiam quilibet eſt inhabilis ad beneficia licet non ſit Apoſtata. Vnde hic Auctor ponit quæ prohibentur Apoſtatis à fide, quos confundit cum Apoſtatis à religione. Apoſtatis autem à religione ea prohibentur ratione Apoſtaſiæ, quæ prohibentur excommunicatis, ſiquidem, licet de iure communi non ſint de facto excommunicati, vt cum Gloſ. *in cap.* 1. verbo *Apoſtata. de tempor. ordin. in* 6. notant Hoſtienſ. *in ſum.* Tit. *de Apoſt. num.* 4. Tabiena verbo *Apoſtata, num.* 15. Sylueſter *num.* 11. & alij, ſed ſolum ſint excommunicandi, ex *cap. Si quis ex Cler. de vita, & honeſt. Cler.* vt communiter cum Gloſ. *in cap.* 2. *Ne Cler. vel Monachi in* 6. verbo *Ipſo facto*: Attamen ratione priuilegiorum, quæ conceſſa ſuntin fauorem religionũ, ſunt ipſo facto excommunicati, vt *in Compend. priuil. mendic.* verbo *Apoſtata*. & *in compend. priuileg. Societ. Ieſu eod. verbo*. Et ita notant Sanchez *lib. ſum. cap.* 8. *num.* 20. Lezana *tom.* 1. *quæſt. Regul. cap.* 16. *n.* 13. Atque ſi dimittant habitum, ex hoc quoque capite excommunicati ſunt per *cap. Vt periculoſa. Ne Cler. vel Monachi*. Ex quo fit, quod ſi Apoſtata auderet celebrare, fieret irregularis, vt notant Oldrad. *conſil.* 148. *num.* 12. Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. cent.* 6. *caſu* 546. *n.* 7. 30. & 48. Tuſch. *littera M. concluſ.* 329. *num.* 1. & 4.

Apo-

Digitized by Google

Apoſtaſia quos effectus habeat. Quæſt. XV.

SVMMARIVM.

1037 *Apoſtaſiæ effectus.*
1038 *Cui Apoſtaſia conueniant.*
Apoſtaſia à Religione reddit infamem.
Prohibet ſuſceptionem Ordinum, & miniſtrationem in ſuſceptis.
Apoſtatæ non poſſunt aſſumi ad dignitates.
Amittunt priuilegium clericale.

1037 Ad XV. Reſp. Apoſtaſia multos habet effectus. Primò, Apoſtatarum bona publicantur, ipſo iure. Secundò, Licet crimina reorum morte extinguantur, crimen Apoſtaſiæ non extinguitur. Tertiò, Quiſquis propter Apoſtaſiam à commercio hominum prohibetur. Quartò, Pro crimine Apoſtaſiæ receditur à regulis iuris communis. Quintò, Apoſtata nemini ſuccedere poteſt. Sextò, Crimen Apoſtaſiæ eſt publicum. Septimò, Licet ius accuſandi non permittatur niſi ei tantum, cuius intereſt: tamen in hoc crimine cuilibet etiam, cuius non intereſt, permittitur accuſatio. Octauò, Apoſtata carcerari, & affligi poteſt. Nonò, Pœna Apoſtaſiæ punitur ille, qui apoſtatandi, ordinem & conſilium præbet. Decimò, Ordinatus in Apoſtaſia, ordines exercere non poteſt. Idem Riccius *ſupradicta reſol.* 97.

ADDITIO.

1038 Effectus enumerati conueniunt Apoſtaſiæ à fide, de qua agit Riccius ab Auctore citatus, non autem Apoſtaſiæ à religione, quæ alios habet effectus: nam præter excommunicationem, quam ſecum trahit, reddit infamem. *cap. Alieni. 2. qu. 7.* prohibet ſuſceptionem ordinum, & adminiſtrationem in ipſis, ſi ſuſcipiant, ita vt à ſolo Papa poſſint diſpenſari *cap. fin. de Apoſtatis.* Non poſſunt aſſumi ad dignitates, *cap. Legi. 16. quæſt. 1.* Amittunt priuilegium clericale *cap. 1. de Apoſtatis.* Quod non valet de religioſis, ſed ſolum de Clericis apoſtatantibus à clericatu. Vnde quando reuertuntur ad religionem, indigent diſpenſatione ſuper his inhabilitatibus.

Quid requiratur, vt quis ſit Apoſtata. Quæſt. XVI.

SVMMARIVM.

1039 *Ad Apoſtaſiam requiritur profeſſio, aſſumptio habitus ſæcularis, & animus non redeundi.*
1040 *Quid ſit animus non redeundi.*
Animus non redeundi debet eſſe cum effectuatione.
Hæc effectuatio admittit paruitatem materiæ, & quænam ſit pro foro interno.
1041 *Quænam pro foro externo.*
1042 *Animus non reuertendi Apoſtatarum vnde colligatur pro foro externo.*
Habitus dimiſſio eſt præſumptio non reuertendi.
Transfert onus probandi in dimittentem.
1043 *Nouitius recedens à religione, & retinens habitum, puniri poteſt vt fugitiuus.*

1039 Ad XVI. Reſp. Tria concurrere debent, Vt quis dicatur Apoſtata à religione. Primò, vt ſit religioſus profeſſus, nam Nouitius non ferens habitum religionis, non dicitur Apoſtata. Secundò, vt aſſumat habitum ſæcularem, quia ſi de vna ad aliam religionem tranſeat, non dicetur Apoſtata. Tertiò, concurrere debet animus non redeundi.

ADDITIO.

1040 Animus non redeundi nihil aliud eſt, quàm animus viuendi in ſæculo laicaliter. *cap. 1. de Apoſtatis.* Circa quod eſt aduertendum, quod vt quis ſit verè Apoſtata, non ſufficit animus viuendi laicaliter, ſed requiritur effectuatio eiuſdem animi *cap. Relatum. de cler. non reſident.* quia Apoſtaſia dicit actualem receſſum à religione. Verum ſi quis recederet à religione cum animo viuendi laicaliter, & ſtatim pœniteret, & reuerteretur, excuſaretur ab Apoſtaſia, ratione paruitatis materiæ, quia ſcilicet nondum cœpiſſet laicaliter viuere; & ita notat etiam Donat. *in praxi rer. regul. par. 2. tract. 6. de Apoſt. num. 1.* vbi *num. 4.* extendit hoc breue tempus ad ſpacium vnius horæ, Caiet. verò *in ſumma* verbo *Excommunicatio.* Graſ. *lib. 3. deciſ. cap. 5. num. 76.* extendunt ad ſpatium trium horarum. Verum, cùm ſimus in moralibus, hoc quoque penſandum eſt moraliter; & ideo exiſtimo hoc breue tempus poſſe habere maiorem, vel minorem latitudinem, ita vt extendatur vſque ad primũ actum, in quo moraliter cenſeatur incipere vitam laicalem; cùm enim requiratur effectuatio animi viuendi laicaliter, requiritur aliquis actus, ratione cuius dicatur viuere laicaliter.

1041 Hoc autem procedit pro foro conſcientiæ, nam in foro externo admittitur maius tempus ad purgandam Apoſtaſiam, ita vt ſi poſt triduum reuertantur, non cenſeantur Apoſtatæ. Ita colligunt ex *cap. Ad noſtram.* vbi Gloſ. verbo *Triduum, de regul.* & ex *l.* 3. *C. de error. aduocat,* & ex *l. fin. C. de iudic.* Riccius *de iure perſon. extr. Eccleſ. grem. lib.* 8. *cap.* 2. *num.* 31. Bonac. *de clauſ. diſp.* 2. *pun.* 2. *num.* 21. Donat. *in praxi rer. Regul. p.* 2. *tract.* 6. *de Apoſt. quæſt.* 4. *num.* 3. qui *num.* 4. ait, hoc triduum non includere diem receſſus, neque diem regreſſus, nam dies termini non computantur in termino.

1042 Difficultas eſt, quomodo pro foro externo colligatur animus non reuertendi, ſed laicaliter viuendi. Reſp. quod cùm animus ſit occultus, non poteſt colligi, niſi ex aliquo ſigno externo. Pro ſigno autem ſufficienti habetur habitus dimiſſio. Ita Riccius *p.* 2. *praxis reſol.* 11. *num.* 16. Donat. *in praxi rer. Regul. p.* 2. *tract.* 6. *de Apoſt. quæſt.* 3. *num.* 4. Quia habitus eſt ſignum profeſſionis religioſæ *cap. Clerici officia. de vita & honeſt. Cleric.* & *cap. In nonnullis eod. tit. in* 6. & ideo dimiſſio talis ſigni indicat animum relinquendi profeſſionem. Eſt tamen aduertendum, quod habitus dimiſſio facit ſolum præſumptionem talis animi, & ideo eſt ſola probatio præſumptiua, iuxta *l. Licet, ff. de leg.* 1. & proinde transfert onus probandi contrarium in eum, qui dimiſit habitum. *l. fin. ff. quod met. cau.* & poterit euacuari per probationes. *l. Si chirographum. ff. de probat.*

1043 Circa autem id, quod ait Auctor de Nouitio, eſt aduertendum, quod quamuis non ſit Apoſtata, ſi diſcedat à religione, quia non eſt verè religioſus, ſi tamen retineat habitum religionis, capi poterit, & puniri, vt fugitiuus, vt notat Riccius *p.* 2. *praxis reſol.* 11. *num.* 15. cum Syluestro verbo *Apoſtaſia. num.* 3. Claro *in pract. quæſt.* 78. *num.* 4. Quia dum retinet habitum, adhuc profitetur ſubiectionem reſpectu religionis. Hoc tamen non habet locum apud Clericos Regulares quoad hoſpites, ſeu pro illo tempore, quod præcedit annum probationis, quia nondum ſunt ſolenniter induti habitu religionis, ſed tantum ipſum deferunt, ſicut deferret laicus, ſi ipſum indueret.

An ſit Apoſtata deferens habitum laicalem, ſi non conſtet de animo deſerendi, religionem. Quæſt. XVII.

SVMMARIVM.

1044 *Induens habitum laicalem, non eſt Apoſtata, ſi non conſtat de animo deſerendi Religionem.*

1045 *Quando præſumatur Apoſtata.*

1044 Ad XVII. Reſp. Negatiua opinio probatur *in cap.* 2. vbi Canoniſtæ ita tenent. *Ne Cler. vel Monach.* prout etiam tenuit Rota *coram Achill. de Graſſ. deciſ.* 346. *per tot.* & per alios. Rod. *quæſt. Regul. tom.* 1. *quæſt.* 30. *art.* 2. Benè verum eſt, vt ibi dicitur *num.* 21. quod eſt vagabundus, & largo modo, & impropriè dicitur Apoſtata. & ita intelligenda eſt *deciſ.* 19. *lib.* 2. *Thom. Triuiſan.* dicentis Venetijs fuiſſe Apoſtatam quemdam Regularem coopertum alio habitu ſæculari ſuprà induto.

ADDITIO.

1045 Neque in tex. *cit.* ab Auctore aliquid habetur, quod ad rem faciat, neque Rodriquez id habet, cùm in illo *ar.* 2. loquatur de eo, qui occultè habitum defert. Achilles autem de Graſſis in illa deciſ. ſolum dicit, quòd ſola habitus dimiſſio non facit Apoſtatam, non autem dicit quod non oriatur præſumptio Apoſtaſiæ pro foro externo. Itaque iuxta dicta *num.* 1042. præſumetur Apoſtata, ſi egreſſus ſit è Monaſterio. & iuxta dicta *num.* 1041. per notabile tempus extra permanſerit, præſumetur Apoſtata, quia concurrunt illa, ex quibus probatur Apoſtaſia.

An dimittens habitum ob fugiendum rigorem Superiorum, cum animo reaſſumendi, ſit Apoſtata. Quæſt. XVIII.

SVMMARIVM.

1046 *Dimittens habitum, vt fugiat rigorem Superiorum, non eſt Apoſtata.*

1047 *Si tamen id eſt neceſſarium.*

1048 *Quando id locum habeat etiam pro foro externo.*

1046 Ad XVIII. Reſp. Non: quia Apoſtaſia propriè eſt retrocedere à Religione, Nauar. *lib. conſ.* 1. *in tit. de Apoſt. num.* 6. *& ſeq.* ſecundum impreſſionem de anno 1597.

AD-

Digitized by Google

ADDITIO.

1047 Procedit reſolutio, quando dimiſſio habitus eſt neceſſaria ad ſe ſubtrahendum à rigore Superiorum, quia tunc adeſt rationabilis cauſa dimittendi, vt ſi opus haberet accedere ad Superiores, & timeret impediri, ſi deferret habitum. Ita Gloſ. *in cap. Vt periculoſa*, verbo *Temerè. Ne Cler, vel Monachi. in 6.* Azor. *par. 1. lib. 12. cap. 12. qu. 6.* Portel. *in dub. Regul.* verbo *Habitus < in addit. n 3.* Peirin. *tom. 1. de ſubd. relig. quæſt. 1. cap. 20.*

1048 Et quamuis Bannes *2. 2. quæſt. 12. ar. 1. in diſput. de Apoſtaſ. poſt concluſ. 6.* Miranda *tom. 1. Manual. quæſt. 51. ar. 1. concluſ. 2.* Coriolan. *de caſib. reſerv. par. 2. caſu 2. de Apoſt. num. 13.* Hieronym. Rodriquez *in compend. reſol. 11. num. 27.* Peirin. *de priuileg. ad Conſtit. 13. Leon. X. §. 1. num. 3.* Portel. *in dub. Regul.* verbo *Apoſtaſia. in addit. num. 3.* putant hoc habere locum ſolum in foro conſcientiæ, non autem in foro externo: Hoc tamen ita accipiendum eſt, vt tunc ſolum non habeat locum in foro externo, quando nullæ concurrant præſumptiones de iuſta cauſa dimittendi habitum: vnde ſi conſtaret de grauamine, quod ſubditus pateretur, haberet locum etiam pro foro externo, vt notant Rodriquez *par. 1. ſam. cap. 43. n. 1.* Sanchez *lib. 6. ſum. cap. 8. num. 17. in fine*. Donat. *in praxi rer. Regul. p. 2. tract. 7. num. 5.* Quia tunc in foro externo non poteſt præſumi, quod habitus ſit dimiſſus ex animo deſerendi religionem, cùm præſumptio ſit in contrarium.

An deferens habitum proprium ſub alieno occultatum, ſit Apoſtata. Quæſt. XIX.

SVMMARIVM.

1049 *Occultans habitum proprium ſub alieno, cenſetur Apoſtata.*
Non deferre habitum, & deferre coopertum, paria ſunt.

1050 *In foro conſcientiæ, ſecluſo animo deſerendi Religionem, occultans habitum non eſt Apoſtata.*
Quid ſi occultet ſub habitu alterius Religionis?

1049 Ad XIX. Reſp. Paria eſſe, non deferre habitum, & deferre coopertum. Achilles de Graſſ. *dec if. 1. de Apoſtat.* Henriquez *conſ. 22.* Rubeus *conſ. 60.* Quare Anan. *in rubrica de Apoſtat.* quem ſequitur Calcan. *conſ. 23.* voluit, deferentem habitum ſubtus, eſſe Apoſtatam, & ita etiam tenet Riuius *deciſ. Delph. in praxi rerum fori Eccleſiaſtici*, qui reſpondet contrarijs.

ADDITIO.

1050 In hoc dubio eſt procedendum cum diſtinctione. Nam ſi loquamur in foro conſcientiæ, reſpiciendus eſt animus: nam, ſi non adſit animus deſerendi religionem, & laicaliter viuendi, non erit Apoſtata, cùm talis animus requiratur ad Apoſtaſiam, vt dictum eſt *num.* 1040. In foro autem externo non poterit præſumi Apoſtata: tum quia, dum defert habitum alterius Religionis, non poteſt præſumi animus deſerendi religionem, & viuendi laicaliter. Tum quia de facili talis animus excluditur, cùm poſſit oſtendere habitum ſuæ religionis occultatum. Et ita ſentire debent, qui volunt tranſeuntem ad aliam religionem etiam laxiorem, ſine licentia, non eſſe Apoſtatam, vt Angelus verbo *Apoſtaſia. num.* 5. Roſella *num.* 6. Syluester *num.* 9. Armilla *num.* 11. Bannes *2. 2. quæſt. 12. ar. 1.* verbo *Quarta concluſ.* Azor. *par. 1. lib. 12. cap. 13. quæſt. 10.*

Quænam ſint Conſtitutiones Pontificum contra Apoſtatas. Quæſt. XX.

SVMMARIVM.

1051 *Conſtitutiones editæ contra Apoſtatas.*
1052 *Pius V. non confirmauit Conſtitutionem Pauli IV. contra Apoſtatas.*

1051 Ad XX. Reſp. Paulus Quartus edidit Conſtitutionem contra huiuſmodi Religioſos Apoſtatas, aut malè translatos, aut extra Clauſtra vagantes, & Pius Quartus in ſua Conſtitut. quæ incipit: *Sedis Apoſtolicæ ſolertia*: edita anno 1560. reduxit dictam Conſtitut. Pauli Quarti ad formam iuris, & ſacrarum Conſtitutionum, quæ ſunt *in capite 1. de Apoſtatis*, & *in cap. vltimo de Regularibus*, vbi ſcribentes hanc materiam præclarè tangunt.

AD-

Digitized by Google

ADDITIO.

1052 Constitutionem Pauli Quarti de qua Auctor, confirmatam fuisse à Pio V. *in Bulla* quæ incipit, *Quæcunque sacrarum*, quæ est 89. *tom.* 2. *Bullar.* tradit Donat. *in præxi rer. regul. par.* 2. *tract.* 6. *quæst.* 20. *num.* 5. Verum ex inspectione totius tenoris illius Bullæ constat, nequaquam Pontificem confirmare Constitutionem Pauli, cùm tantum in ea prohibeat singulis religionibus recipere religiosos alterius religionis virtute priuilegiorum, sed tantum iuxta iuris communis dispositionem.

Quæ sint pœnæ Apostatarum. Quæst. XXI.

SVMMARIVM.

1053 *Pœna Apostatarum.*
1054 *Procedunt de Apostatis à fide.*
Apostatis à Religione non est de iure aliqua pœna determinata.
1055 *Inducens ad apostatandum, aut cooperans, ad quid teneatur.*
1056 *Detinentes, occultantes, fouentes Apostatas sunt ipso iure excommunicati.*
1057 *Pro hac excommunicatione incurrenda requiritur contumacia.*

1053 Ad XXI. Resp. Pœna, quæ datur Apostatis, Prima est, quia carcerari, & affligi possunt, & ita procedit tex. *in cap. A nobis.* vbi Abbas & DD. omnes, *de Apostatis*; Secundò, nam omnia bona Apostatarum publicantur, & fisco applicantur, *l.* 2. *de Apostat.* Glos. *in c. secundum leges, de hæreticis, lib.* 6. vbi in ea habetur, in quibus casibus bona fisco applicentur, quos casus enumerat Iul. Clar. *lib.* 5. *sent. §. fin. quæst.* 37.

ADDITIO.

1054 Hic quoque Auctor ponit pœnas Apostatarum à fide, de quibus non agitur. Suprà autem *num.* 1038. positi sunt effectus Apostasiæ à religione, qui etiam sunt pœnales. Quibus addit Cochier. *de iurisdic. Ordinar. in exemp. p.* 1. *quæst.* 20. quod priuantur priuilegio exemptionis; quod tamen non video, vnde deducatur. In iure tamen communi non est determinata aliqua pœna imponenda Apostatis, quando retrahuntur ad religionem. vnde standum erit statutis specialibus singularum religionum, aut arbitrariè puniendi, habita ratione circumstantiarum.

1055 Est autem aduertendum, quod si quis inducat aliquem religiosum ad apostatandum, aut eiusdem Apostasiæ cooperetur, tenetur ad omnia damna, quæ inde obueniunt religioni, quales sunt expensæ pro requirenda Apostasia, lucra cessantia, & alia huiusmodi, quia peccant contra iustitiam subtrahendo religioni, quod suum est. Ita Caiet. *in sum.* verbo *Restitutio. cap.* 7. Suarez *tom.* 4. *de relig. tract.* 8. *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 8. Lezana *tom.* 1. *quæst. regul. cap.* 16. *num.* 14. Vnde tenentur etiam ad compensandum detrimentum bonæ opinionis, quod ob talem Apostasiam subit religio.

1056 Similiter detinentes, occultantes, atque fauorem præbentes Apostatis religiosis, sunt ipso facto excommunicati, ob plura priuilegia concessa Regularibus relata à Casarub. *in Compend. priuilegior.* verbo *Apostatæ ab ordine.* & ita notant Peirin. *de priuileg. ad Constit.* 2. *Iulij II. §.* 13. *num.* 47. Lezana *tom.* 1. *quæst. Regul. cap.* 16. *num.* 15. Et ex concessione Pij II. procedi potest per censuras, & inuocationem brachij sæcularis contra quoscunque Magnates, Duces, & Principes fauentes Apostatis, vt notat Miranda *tom.* 1. *Manual. quæst.* 51. *ar.* 2. Episcopi tamen non subsunt eiusmodi excommunicationi, vt notant Peirin. & Lezana citati. Quia de iure communi non possunt excommunicari, nisi de ipsis fiat specialis mentio.

1057 Est tamen aduertendum, quod vt incurratur præsens excommunicatio, requiritur contumacia. Vnde si quis faueret Apostatæ, aut ipsum reciperet, putans habere legitimam causam manendi extra religionem, vel quia intra religionem non esset tutus, vel ex alio capite; non subijceretur excommunicationi. Similiter, si faueret Apostatæ, vt induceret ad pœnitentiam, quia hoc esset fauere religioni, à qua apostatauit. An autem incurrat excommunicationem recipiens deferentem religionem, quia prætendat, se nulliter professum? affirmatiuè resoluendum est, quia quandiu professio non est declarata nulla, in foro externo habetur pro professo, & proinde haberetur pro Apostata, & ideo ex hoc solo capite nullitatis professionis non posset receptari.

AD-

ADDITIO.

Nonnullæ aliæ obſeruationes de Eiectis.

SVMMARIVM.

1058 *Eiectio incorrigibilium eſt remedium ſalutare.*
Quinam ſit vere incorrigibilis.
1059 *Quænam de iure debeant concurrere, vt quis eiici poſſit tanquam incorrigibilis.*
1060 *Ob vnum ſæuum delictum an poſſit quis declarari incorrigibilis.*
1061 *An vt quis poſſit declarari incorrigibilis, debeat præcedere monitio.*
1062 *Aliquando, quis eiici poſſit non ſeruata forma Decretorum &c.*
Pontifex licet operetur de plenitudine poteſtatis, non impedit, quæ ſunt iuris naturalis.
Forma cenſetur remiſſa, quando ex aliqua neceſſitate non poteſt ſeruari.
1063 *Religioſus ob conſpirationem in Superiorem non poteſt eiici.*
1064 *Non poteſt quis eiici ad tempus.*
1065 *Incorrigibiles alij de iure, & alij de facto.*
Incorrigibiles de facto an poſſint expelli.
Incorrigibilitas de facto eſt ſecundum iuris diſpoſitionem.
1066 *Scandaloſi non poſſunt eiici, nec ſunt verè incorrigibiles, niſi ſint puniti.*
1067 *An poſſit declarari incorrigibilis, qui fugit è carceribus intra annum pœnitentiæ.*
1068 *Incorrigibilis an ſit, qui in carcere per annum libenter pœnitentias exequitur.*
1069 *Delicta, de quibus religioſus fuit abſolutus, non computantur pro incorrigibilitate.*
1070 *Expleto anno pœnitentiæ, quomodo dignoſcendum an permaneat incorrigibilis.*
1071 *Vt quis expelli poſſit requiritur ſententia declaratoria incorrigibilitatis.*
1072 *A quibus ferenda ſententia incorrigibilitatis.*
Quomodo probandæ cauſæ expulſionis.
1073 *Iudices incorrigibilium quomodo adhibendi quando Generalis viſitat.*
1074 *Quid ſi non eligantur iudices incorrigibilium in Capitulo generali.*
Iudices incorrigibilium non eſt neceſſe quod ſimul reſideant.
Poſſunt per literas votum ſuum explicare.
1075 *Conſenſus maioris partis ſufficit pro ſententia incorrigibilitatis.*
Sententia expulſionis fertur a ſolo Generali.
Quod ſit à maiori parte, ſit ab omnibus.
1076 *Generalis an poſſit alicui delegare cauſam incorrigibilitatis.*
Dictio taxatiua excludit omnia alia.
Sed non ad quæ ſit extenſio auctoritate legis.
1077 *Superiores non poſſunt aliquem eiicere ſub conditione, quod ingrediatur aliam religionem.*
Eiecti an poſſint auctoritate propria tranſire ad aliã religionem,
1078 *Eiectus non poteſt venire contra renunciationem factam intuitu profeſſionis.*
1079 *Eiecti non poſſunt miniſtrare in ordinibus, quos habent.*
Miniſtrando Euchariſtiam an incurrant excommunicationem &c.
1080 *Eiecti an aſſumi poſſint ad concionandum.*
1081 *Eiectus dimittens habitum clericalem an incidat in excommunicationem.*
1082 *Moniales non poſſunt eiici vt incorrigibiles.*

1058 Quia circa eiectos nonnullæ aliæ difficultates occurrunt, quæ non ſunt tactæ ab Auctore, ideo quædam alia ſubnectenda ſunt. Et prius eſt præmittendum, quod eiectio eſt remedium ſalutare, ordinatum præcipuè ad bonum, & ſalutem religionis; quia cum illi, qui eijciuntur, ſuis prauis moribus inficere poſſint cæteros, & perdere religionem adinuentum eſt remedium eiectionis ad præcauendam infectionem, vt habetur in Decretis S. Congregat. *de eiectis §. 6.* ibi, *Ne contagione peſtifera plurimos perdat, tanquam pecus morbida, & membrum putre eijci tandem poſſit*. Ordinatur etiam ad bonum eiecti, vt ſcilicet, dum ipſum pudet proprij ſtatus, tandem reſipiſcat. Et quo fit, quod non poſſit quis eijci, niſi ſit verè incorrigibilis, vt in ijſdem Decretis ſtatuitur. Ille autem dicitur verè incorrigibilis, in quo concurrunt requiſita de iure communi ad incorrigibilitatem, & præterea de iure nouo ſit probatus in carceribus cum ieiunijs, & pœnitentia, ita vt adhuc elapſo anno perſeueret in ſua contumacia, nec corrigatur.

1059 De iure autem, vt quis ſit verè incorrigibilis ad effectum, vt poſſit expelli à religione, plura debent concurrere. Primum, vt commiſerit aliquod graue delictum, vt eſſet delictum proprietatis, furti, homicidij, aut quid ſimile, vt deſumitur ex cap. *cum ad Monaſteria, de ſtatu Monach.* & cap. *cum non ab homine, de iudic.* Secundum, quod de delicto legitimè conſtet, atque adeo aut ſit confeſſus, aut conuictus, vt ex dicto cap. *cum non ab homine.* & cap. *vt famæ. de ſentent. excommunicat.* Tertium, quod condemnatus ſit, atque ſubierit pœnam pro delicto, vt ex ijſdem text. deſumitur. Quartum, quod pluries grauiter deliquerit, & conuictus, & condemnatus fuerit pro ſingulis delictis, vt expreſſe habetur in ijſdem tex. quia ſemel delinquens, non poteſt dici contumax, nec perſeuerans in delictis, atque adeo nec incorrigibilis; imo ſi poſt primum delictum aliud non committit, præſumitur correctus.

1060 Ex quo colligitur non rectè Graſſum, *de effectib. clericat. effect. 1. num. 882.* Rodriguez *tom. 1. quæſt. regular. quæſt. 30. ar. 5.* aſſerere, Religioſum poſſe declarari incorrigibilem ob vnum ſæuum, & enorme delictum: quia licet poſſit imponi pœna aliqua, ob quam extra religionem debeat manere,

vt

vt eſset pœna triremium, aut ergaſtuli, aut ſimilis, attamen non poterit declarari incorrigibilis, quia reuera non eſt incorrigibilis, cum eſſe incorrigibilem excludat correctionem, atque adeo permanentiam in delicto. Nec eos iuuat cap. *cum non ab homine. de iudic.* ex eo, quod ſtatuat pro delictis ibi diſiunctiue enumeratis poſſe clericum deponi, atque adeo pro vno tantum: quia aliud eſt deponi, aliud declarari incorrigibilem; ſiquidem depoſitio eſt pœna, quæ ſolum commenſurari debet de delicto; at declaratio, cum non faciat, ſed ſupponat, quod declarat, debet neceſſario ſupponere incorrigibilitatem, vt habeat locum. Et obſtant Decreta S. Congregat. diſponentia probandum per annum in carcere, &c. vt declaratio locum habere poſſit, an perſiſtat in incorrigibilitate.

1061 An autem, vt quis ſit incorrigibilis, ſufficiat perſeuerantia in malo, an vero requiratur monitio? ſi loquamur de monitione verbali, & proteſtatiua, negatiuè reſpondetur, vt tenet etiam Magal. *in pract. crimin. canon. cap.* 21. *num.* 3. ſed ſufficit, ſi æquiualenter corrigatur, nempe imponendo pœnas debitas delicti. Pœna enim eſt effectus iuſtitiæ coercitiuæ, & habet vim coercendi homines à delictis magis, quam verba, & ideo æquiualent potentiori modo correctioni verbali. Quod requiratur talis monitio, conſtat ex dictis *num.* 1055. quia ſcilicet requiritur, quod per ſententiam ſit punitus, ſententia autem habet vim monitionis. Quoties autem quis ſit monendus, ſeu puniendus, vt ſit verè incorrigibilis? Duas monitiones, ſeu punitiones ſufficere docent Menoch. *conſil.* 83. *nu.* 130. Caſtro *lib.* 2. *de iuſt. hæret. punit. cap.* 2. & alij apud ipſum. At tres requiri, tradit Donat. *in praxi rer. regul. par.* 2. *tract.* 8. *quæſt.* 10. *num.* 2. quod antea prius tradiderunt Abbas *in cap. cum non ab homine, num.* 30. *de iudic.* Butr. *num.* 22. Verùm puto, quod ſufficiant duo delicta punita, ſuperueniente tertio, & ita conciliari poſſunt Doctores citati. Nam duo delicta punita dicunt quod non ſe ſubmittat correctioni, & dum ſuperuenit tertium maiorem pertinaciam in malo oſtendit, & proinde locum habere poteſt annus probationis pro incorrigibilitate, iuxta Decreta S. Congregat. qui formam incorrigibilitatis plene conſtituat, ſi probatus religioſus non reſipiſcat. Hoc autem deducitur ex cap. *cum non ab homine. de iudic.* vbi clericus deſperata emendatione conſignandus eſt ſæculari poteſtati, vt exilio, vel alia pœna plectatur, tanquam in vltimum remedium. Tunc autem vt *ibid.* habetur, eſt deſperata emendatio, cum ter deliquit, & ter etiam punitus eſt; & tamen non reſipiſcit, militat enim in eijciendis eadem cauſa finalis, quam textus exprimit, nempe, *Ne poſſit eſſe vltra perditio plurimorum.*

1062 An vero poſſit quis eijci non ſeruata forma præſcripta in Decretis Sac. Congregat. propter aliquod graue delictum, vnde magna infamia religioni ſequatur? Fortè poterat ante noua Decreta de eiectis, vt docet Sylueſter verbo *Abbas quæſt.* 3. *num.* 6. præſertim ſi id per conſtitutiones religionis permitteretur. Imo etiam poſt noua Decreta de Eiectis, affirmat Leander *in cap.* 2. *regul. D. Franciſc. cap.* 16. *num.* 17. ver. *aſſi miſmo*, addens id licere, quando probabiliter timeretur notabilis infamia religioni, aut graue ſcandalum, ſi differretur expulſio, & ordinaretur cauſa modo præſcripto in dictis decretis, non ſeruata forma præſcripta. Quia religio de iure naturali habet, quod auertere poſſit quælibet ſuam grauem in famiam, aut ſcandalum, cui iuri derogare non poteſt ius poſitiuum humanum, *l. ſcientiam §. qui cum aliter ff. ad leg. Aquiliam.* Vnde in tali caſu cenſendum erit, quod non habeat locum forma præſcripta, nec ad ipſum ſe extendat ex intentione Summi Pontificis, qui licet operetur de plenitudine poteſtatis, non intendit impedire, quæ ſunt de iure naturali, cap. *cum inter, de except.* & Clemen. *Paſtoralis §. cæterum, de ſent. & re iud.* Verum difficile puto, caſum ſic figuratum in praxi contingere poſſe, ita vt alia via infamiæ, & ſcandalo occurri non poſſit. Quando autem alia via occurri poteſt, forma præſcripta non ſit impoſſibilis moraliter loquendo, & ideo erit ſeruanda, quia tunc ſolum forma cenſetur remiſſa, quando ſit impoſſibilis, ob aliquam ſuperuenientem neceſſitatem, vt notant Pariſ. *conſil.* 33. *num.* 29. *lib.* 2. Rolan. *conſil.* 81. *num.* 25. *& ſequent.* Felin. *in cap. quantum. vt lite non conteſt.* Tiraquel. *ad leg. connub. gloſſ.* 6. *n.* 34.

1063 Ex quo deducitur, non habere locum id, quod tradunt Viual. *in candelab. par.* 3. *tit. de depoſitione, num.* 22. Diaz *in pract. cap.* 90. nempe, religioſum ob conſpirationem in aliquem ex ſuis Superioribus poſſe expelli à religione; ſiquidem magis tenetur obedire ſuis Superioribus, quam clerici Epiſcopo, qui tamen ſi in ipſum conſpirent, deponuntur. Siquidem poſt noua decreta nullus à religione expelli poteſt, niſi ob incorrigibilitatem, vt conſtat ex illis verbis §. 6. *Ad hæc vt impoſterum è religionibus nullus legitimè profeſſus ejici poſſit, niſi ſit verè incorrigibilis.*

1064 Rurſus deducitur. Non poſſe etiam Generalem cum deputatis pro incorrigibilibus eijcere aliquem à religione per ſententiam ad tempus determinatum, quo finito teneatur eiectus redire, vt notat etiam cum Nauar. Leander *in cap.* 2. *regul. S. Franciſ. cap.* 16. *in fine*, ver. *En quanto*. Quia vel eijcitur vt incorrigibilis verè, & tunc debet eijci per ſententiam definitiuam, & in perpetuum quantum eſt ex vi ſententiæ, ita vt non poſſit recipi à religione, niſi ſe correxerit; quia cum eiectio ſit propter bonum commune, non poteſt retractari, niſi ceſſet cauſa eiectionis, nempe incorrigibilitas. Vel non eijcitur tanquam verè incorrigibilis, & tunc ceſſat facultas eijciendi per Decreta S. Congregat.

1065 Quia autem alij ſunt incorrigibiles de iure, de quibus dictum eſt *num.* 1055. qui ſcilicet ſunt tales, ſecundum diſpoſitionem iuris, quia non obſtante multiplici punitione perſeuerant in malo. Alij vero de facto, qui ſcilicet, licet puniti non ſint, vel quia delicta fuerint diſſimulata, vel quia actitè confecta non ſint, vel quia non plenè crimina ſint probata, perſeuerant tamen in malo, multiplicando delicta abſque vlla ſpe emendationis, & inficiunt cæteros præſertim iuniores: Dubitatur, an iſti expelli poſſint tanquam incorrigibiles. Et affirmatiuè reſpondent Rodriguez *tom.* 1, *quæſt. regul. quæſt.* 30. *ar.* 15. Miranda *tom.* 1. *manual. quæſt.* 52. *ar.* 2. *concluſ.* 2. Portel. *in dub. regul.* verbo *eijcere*

ab

ab ordine num.1. ver. tertiorata. Iſti tamen Doctores ſcripſerunt ante Decreta S.Congregationis de Eiectis. Verum Alphonſus de Leone *de cenſur. reſol.6.* verbo *ejicere nam.314.* affirmat adhuc poſſe eijci poſt dicta Decreta, ſi tamen per annum ieiunijs, & pœnitentijs probentur in carcere. Quia revera ſunt ſecundum ſe incorrigibiles, nec Decreta S.Congregationis excludunt incorrigibilitatem de facto, nam licet decernat, quod quis non ſit cenſendus incorrigibilis, niſi ſit talis ex iuris diſpoſitione, hæc tamen verba non ponuntur ad excludendam incorrigibilitatem, quam ponebant ſtatuta, & conſtitutiones aliquarum religionum, nam recipiũt declarationem, & reſtrictionem à ſubſequentibus verbis, *Sublatis in hac parte ſtatutis, &c.* Deinde quia etiam incorrigibilitas de facto eſt ſecundum iuris diſpoſitionem, cum in ipſo habeat fundamentum, vt dicitur etiam de ignorantia iuris, & facti. Vnde in cap. *fin. de ſtatu Monachor.* habetur. *Quos contumaces inuenerint, & rebelles, iuxta modum culpæ vice noſtra eijcient*. Poſſunt autem inueniri rebelles, & contumaces de iure, cum ſcilicet iuridicè puniti non reſipiſcunt; & de facto, quando factis ipſis tales ſe demonſtrant. Vnde ſi accedat probatio præſcripta à S. Congregat. poterunt tanquam ſeruata forma declarari incorrigibiles.

1066 Tertiò deducitur, non poſſe eijci religioſos ſcandaloſos, & delinquentes, vt declarauit Sac. Congregat. 1. *die Iunij* 1635. niſi ſint verè incorrigibiles. Et proinde quamuis pluta delicta commiſerint, non poterunt dici incorrigibiles, niſi aut puniti ſint, aut ſaltem verbaliter correcti authenticè nempe à Superioribus auctoritatiuo modo: quia non dicitur quis incorrigibilis, niſi reſpuerit correctionem, & ex illa non profecerit, vnde niſi præceſſerit authentica correctio, non poterunt haberi authenticè pro incorrigibilibus. Et proinde etiam auctoritatiuo modo erit indicendus annus probationis in ieiunijs, & carcere.

1067 Quartò deducitur, an poſſit declarari incorrigibilis, qui infra annum probationis è carceribus aufugit. Affirmat Bellettus *par.2. diſquiſit. clerical. tit. de pœn. clericor. §. 25. num. 13.* ſiquidem nullum eſt maius ſignum incorrigibilitatis, quam nolle ſuſcipere pœnas correctiuas. At oppoſitum tenendum eſt, ſiquidem ex Decretis de incorrigibilibus requiritur pro forma ad inducendam incorrigibilitatem annus integer probationis; vnde ſicut profeſſio eſt nulla, quando non præmittitur integer annus probationis, ita etiam eiectio erit nulla, quia non præceſſit forma præſcripta. Et ita declarauit Sacra Congregatio *die 21. Iulij 1653.* nam interrogata, an regularis conſtitutus in carceribus ſpatio vnius anni in ieiunio, & pœnitentia, ad finem, vt tanquam incorrigibilis à religione eijciatur, ſi è carceribus fugiat, dicto carcerationis anno nondum expleto, & deinde ſit captus, poſſit tunc vt incorrigibilis eijci. An verò quid, aliud faciendum ſit. Reſpondit, *Regulares delinquentes vt incorrigibiles à religione eijci non poſſe anno carcerationis nondum expleto*. Et proinde iuxta hanc reſponſionem iterum in carcerem erit conijciendus. Atque alia dubia in hac materia reſoluit S.Congregat. quæ infra ponentur. Et antea *die 13. Nouemb. 1632.* vt refert Peirin. *de priuileg. regular. circa fin. in decretis S.Congregat.* Legitimè profeſſos non poſſe à religione eijci, niſi poſtquam per annum in carceribus ieiunio, & pœnitentia detenti, & probati fuerint, & eo elapſo non reſipuerint, ſed animo indurato in ſua pertinacia perſeuerauerint. Fugientes verò vt ſupra è carceribus, etiam pro huiuſmodi fugæ delicto eſſe puniendos, & poſſe ferrea cuſtodia in carceribus detineri.

1068 Quinto deducitur. An cenſendus ſit incorrigibilis, qui in carcere per annum libenter pœnitentias iniunctas ſuſcipit, & exequitur. Nam ſi id faciat pœnitentia ductus priorum delictorum, & ex deſiderio ſe corrigendi, certè non poterit haberi pro incorrigibili, quia iam depoſuit peruicacem voluntatem male agendi. At ſi nihilominus retineat voluntatem male agendi, & in promptitudine ad malum perſeueret, erit habendus pro incorrigibili, vt tradunt etiam Alphonſ. de Leone *de cenſur. recollect.6. num.318.* Donat. *in præxi rer. regular. par.2 tract.8. quæſt. 12. num.1.* Ratio eſt, quia exequi libenter, & promptè pœnitentias, non eſt ſignum infallibile emendationis, cum alias cauſas habere poſſit; & ideo, ſi aliunde conſtet, quod duret peruicacia malæ voluntatis, non erit habendus pro emendato; cum non poſſit habere locum emendatio durante obſtinata voluntate in malo. Et à fortiori pro ſummè incorrigibili erit habendus, ſi libenter pœnas impoſitas ſubſtineat ex deſiderio, quod declaretur incorrigibilis, quia nullum maius ſignum incorrigilitatis, quam velle eſſe incorrigibilem. Et proinde ſi quis poſt commiſſa delicta inſtaret probari in carcere in pœnitentijs, & ieiunijs, in hunc finem vt expleto anno declararetur incorrigibilis, habendus eſſet pro incorrigibili, ſi completo anno adhuc in hoc propoſito perſeueraret, nam oſtenderet voluntatem maximè peruerſam, & in malo obſtinatam.

1069 Sexto deducitur. In ordine ad incorrigibilitatem non eſſe computanda illa delicta, de quibus religioſus abſolutus fuit, vt tradunt Riccius *deciſ.102. in fine par. 4.* Donat. *in præxi rer. regular. par.2. tract.8. q.14.* Et ratio eſt, quia non entis nullæ ſunt qualitates, & ideo, cum delicta, à quibus quis fuit abſolutus, non ſint, quia per abſolutionem declaratur non fuiſſe ab ipſo commiſſa, non poſſunt dici correcta, aut non correcta. Quod etiam locum habet, etiamſi talia delicta ab ipſo commiſſa fuiſſent, ſed non potuiſſent probari, quia abſolutionis ſententia detergit maculam contractam ex fama, aut indicijs ob tale delictum.

1070 Septimo deducitur, quomodo expleto anno probationis dignoſcendum ſit, religioſum perdurare in ſua incorrigibilitate. Cum enim non poſſit eijci quis, niſi ſit verè incorrigibilis, ita vt debeat experiri per annum, an in ſua incorrigibilitate perſeueret, non poteſt deueniri ad expulſionis ſententiam, niſi conſtet elapſo anno permanere in ſua incorrigibilitate, & ideo debent confici proceſſus de duratione incorrigibilitatis. Et quidem ſi ipſe inſtet declarari incorrigibilem, ſufficiet reducere in actis hanc inſtantiam, cum abundanter declaret incorrigibilitatem, vt dictum eſt. Si verò non inſtet, examinandi erunt teſtes, qui deponant de duratione peruerſæ eius voluntatis. Ita Donat. *in præxi*

rer.

rer. regular. par. 2. tract. 8. qu. 19. n. 3. Vt autem poſſint deponere, neceſſe erit, quod aliqui Patres præſertim ex grauioribus, identidem durante anno probationis carceratum inuiſant, hortentur ad bonam frugem, & diligenter obſeruent diſpoſitionem animi ipſius, an ſcilicet pœnitentijs emolliatur, & diſponatur ad reſipiſcentiam, an vero induratus permaneat: vt ſcilicet in teſtificando, ſui dicti rationem reddere poſſint. Iuuabit etiam pro incorrigibilitate probanda, ſi dum eſt carceratus, delictum aliquid attentet, quamuis non perficiat, quia ſufficiet, quod animum paratum habeat, vt oſtendat incorrigibilitatem.

1071 Octauo deducitur, antequam aliquis expellatur tanquam incorrigibilis, neceſſariam eſſe ſententiam declaratoriam incorrigibilitatis, & proinde compilandum eſſe proceſſum, ex quo conſtet de incorrigibilitate. Quia licet forte non fuerit neceſſaria ante noua Decreta, vt videntur ſentire Farinac. *in praxi, quæſt. 8. num. 49.* Nouar. *in ſum. Bullar. tit. de Apoſt. & elect. num. 21.* Attamen modo omnino neceſſaria eſt. Et ita docent Clarus *in pract. quæſt. 36. num. 34. ver. Sed quæritur.* Follet. *in praxi crimin.* verbo *Audiatur, num. 4.* Felin. *in cap. Cum non ab homine, n. 10. de iudic.* Capyc. *deciſ. 112 num. 6.* Donat. *in praxi rer. regular. par. 2. tract. 8. quæſt. 13. num. 2.* Et conſtat ex dictis Decretis, ſiquidem iniungunt, quod ſententia expulſionis Ordinario notificetur, vnde ſupponunt, eſſe ferendam. Et ratio eſt, quia per expulſionem electus priuatur iure, quod per profeſſionem acquiſiuit ad conuiuendum cum cæteris intra clauſtra, & ad exigenda alimenta à religione; hoc autem iure non poteſt priuari, niſi per ſententiam, & compilato proceſſu de incorrigibilitate; ſiquidem cum non poſſit priuari hoc iure, niſi ſubſiſtente cauſa iuſta, neceſſe eſt, quod de cauſa iuridicè conſtet; & ideo ſemper fuit neceſſaria compilatio proceſſus, & ſententia.

1072 Hæc autem ſententia ferenda eſt à Generali Religionis, & à ſex PP. deputandis in ſingulis Capitulis Generalibus iuxta noua Decreta, per quæ abrogata ſunt priuilegia conceſſa religionibus aliter expellendi incorrigibiles. Et ita notant Nouar. *De nouo iure Pontif. concluſ. 83. num. 3.* Alter Nouar. *in ſum. Bul. tit. de electis, num. 21.* Megal. *in praxi crim. can. cap. 23. num. 8.* Non eſt tamen neceſſarium, quod Generalis, aut aliquis ex deputatis Patribus compilet proceſſum, ſed compilatio poterit alicui delegari. Quia dicta Decreta ſolum requirunt, quod Generalis ferat ſententiam de conſenſu dictorum ſex Patrum. Nec item neceſſarium erit, quod in compilando proceſſu ſeruentur apices iuris, ſed ſufficiet, quod ſit compilatus ſecundum ſtylum, & conſuetudinem religionis, vt habetur in dictis Decretis, §. 6. *Non niſi inſtructo ſecundum eorum ſtylum, & Conſtitutiones proceſſu, & plenè probatis cauſis expulſionis ad ſacrorum canonum præſcriptum.* Præterea cum plenè probandæ ſint cauſæ expulſionis in plurali per dicta Decreta, non ſufficiet, quod probetur incorrigibilitas in genere, ſed erit in ſpecie probanda ex tali, vel tali delicto, ita vt probata maneant delicta, in quibus fundatur incorrigibilitas, & quorum intuitu ad annum probationis in ordine ad electionem admiſſus eſt. Non erit tamen neceſſarium inſtruere nouos proceſſus de ijs delictis, ſed ſufficiet inferere nouo proceſſui priores proceſſus, quorum vi punitus fuit; nam hoc facto plenè remanent probatæ omnes cauſæ expulſionis. Non ſufficiet tamen remiſſio ad priores proceſſus, ſed per extenſum erunt inferendi, alioquin non poſſent iudices incorrigibilium videre, an plenè ſint probatæ cauſæ expulſionis.

1073 Quia tamen in praxi admodum difficile erat, quod ſex Patres ſimul cum Generali ferrent ſententiam expulſionis pro omnibus incorrigibilibus, quandò Generalis non moratur in aliquo loco, ſed fere continuò viſitat prouincias: ideo declaratum fuit à S. Congregat. quod dum Generalis viſitat, poteſt in quaibet prouincia eligere ſibi ſex Patres coniudices, de quorum conſenſu ferat in illa prouincia ſententiam incorrigibilitatis; iuxta tamen reſponſionem S. Congregat. de qua infra *num. 301. in fine.* Electio horum Patrum pro ſingulis prouincijs facienda eſt in Capitulo Generali, ſeu Congregatione, quia electio fuit conceſſa Generali pro illa vice vſque ad proximum Capitulum Generale. Et Decretum de electione facienda à Capitulo Generali eſſe intelligendum, quando in ipſo Capitulo Generali eſt ferenda ſententia, vel in loco vbi regulariter moratur Generalis. Ita notant Peirin. *De priuileg. ad Conſtit. 10. Vrbani VIII.* Lezana *tom. 1. ſum. cap. 23. num. 5.* (qui tamen *tom. 2. cap. 12. num. 8.* hanc declarationem reuocat in dubium. Verum S. Congregat. mentionem fecit de hac declaratione in alijs declarationibus; quæ infra ponentur, & fuit facta ſub *die 9. Auguſt. 1625.*) Nouar. *par. 1. Bullar. tit. de Apoſt. n. 35* Alphonſus de Leone *de cenſur. recol. 5. n. 322.* Donat. *in praxi rer. regul. par. 2 tract. 8. q. 17.* teſtans, ita in praxi ſeruatum fuiſſe à Nicolao Rodulphio Ordinis Prædicatorum Generali.

1074 Quod ſi contingat non eligi dictos ſex Patres in Capitulo Generali, aut ex obliuione, aut ex alia cauſa, non poterunt amplius eligi, ſed recurrendum erit ad Sacram Congregat. in ſingulis caſibus. Ita enim eadem Congregat. declarauit: nam interrogata, *Quod ſi à religione huiuſmodi ſex Patres non fuerint electi in Capitulo Generali, ſeu Congregatione Generali, quid faciendum ſit vſque ad primum Capitulum Generale.* Reſpondit. *Recurrendum ad Sacram Congregationem in ſingulis caſibus.* Ita in Declarationibus infra ponendis. Præterea non eſt neceſſarium, quòd Iudices reijciendorum ſimul reſideant, nec etiam quod ſimul conueniant, quando ferenda eſt ſententia; ſed ſufficit, ſi ſinguli expenſo proceſſu incorrigibilitatis ſuum votum in ſcriptis ſignificent Generali, qui poſtea iuxta vota ſibi ſignificata ſententiam feret. Ita enim declarauit S. Congregat. vt in declarat. infra afferendis: ſiquidem interrogata, an ſufficiat, vt Prælatus Conuentualis, ſeu Prouincialis conficiat proceſſum ſtylo religionis ſeruato, & illius ſummarium tranſmittat Generali Ordinis, ſeu illius delegato, qui adhibitis ſex Patribus electis quilibet eorum videat eumdem proceſſum, & tranſmittat votum ſuum per literas eidem Generali, ſeu delegato. Reſpondit. Proceſſum conficiendum eſſe iuxta ſtylum, & Conſtitutiones religionis, & illorum tranſumptum authenticum eſſe tranſmittendum ad ſingulos ex ſex

Patri-

Patribus electos, qui per litteras poſſunt votum datum dare. Et ratio eſt, quia Decreta ſolum requirunt, quod Generalis ferat ſententiam de conſenſu illorum ſex Patrum, qui ſiue ſint præſentes, ſiue abſentes, poſſunt ſuum conſenſum exhibere.

1075 Eſt autem difficultas, an requiratur conſenſus omnium, & ſingulorum ſex Patrum, an verò ſufficiat maioris partis. Rurſus, ſi tres conſentiant, & tres diſſentiant, an poſſit ferri ſententia expulſionis accedente conſenſu Generalis; nam tunc quatuor ſuffragia, quæ ſunt maior pars, conſentiunt. Reſp. Non eſſe neceſſarium ſingulorum conſenſum, nec ſufficere conſenſum trium, ſed requiri maiorem partem illorum ſex, atque adeo ſaltem quatuor. Et ita declarauit S. Congregat. vt in declarationibus infra exhibendis. quæ ita interrogata. *An Generalis ſeu Delegatus poſſit ferre ſententiam electionis à religione, quando à tribus ex ſex Patribus electis, ſeu ab illorum maiori parte dicta ſententia approbetur. An potius ſit neceſſario, vt omnes ſex dent votum, ita vt ex defectu voti etiam vnius, non poſſit ſententia validè ferri.* Reſpondit. *Sententiam electionis à religione ferri debere ſaltem de voto maioris partis ſex Patrum electorum.* Et hoc deſumitur ex dictis Decretis. nam §. 6. ſtatuitur, quod permanens in ſua incorrigibilitate, eijci poſſit ab ipſomet Generali tantum, de conſilio, & aſſenſu ſex Patrum ex grauioribus religionis. Ex quibus verbis conſtat, quod ſententia expulſionis fertur à ſolo Generali cum conſenſu ſex Patrum, vnde hi Patres non ſunt ferentes ſententiam, ſed conſentientes in ſententiã, & ideo non faciunt cum Generali vnum corpus in iudicando, & proinde non vnitur ſuffragium Generalis, ſeu ſenſus ipſius cum cæteris, quia eſt diuerſæ rationis, nam illi concurrunt, vt conſulentes, & conſentientes, ipſe verò vt operans, & vt principalis. Rurſus, cùm Generalis debeat ferre ſententiam *de conſilio, & aſſenſu ſex Patrum;* debet verificari, quod interueniat eorumdem conſilium, & aſſenſus; non poſſet autẽ verificari, ſi tres tantum conſentirẽt, quia ſolum dicitur fieri ab omnibus, quod fit à maiori parte. cap. *Ne Epiſcopi, de tempor. ordinat.* & *cap. ex parte, de cenſib.* Et ideo dum maior pars illorum ſex conſentit, omnes conſentire cenſentur.

1076 Nono deducitur. An Generalis poſſit delegare alicui cauſam incorrigibilitatis. Videtur enim negatiuè reſoluendum, quia in Decretis de electis, §. 6. dicitur, *Ab ipſomet Generali tantum,* quæ oratio taxatiua excludit omnes alias perſonas, quæ in ipſa non comprehenduntur cap. *Cum Eccleſia Sutrina. §. pars Canonic. de cau. poſſeſſ. & propr.* Verum tenendum eſt, poſſe delegare, nam dictio taxatiua eſt poſita ad excludendas alias perſonas tanquam iudices ordinarios: vnde cum Generalis ſit iudex ordinarius poterit prout de iure delegare, quia oratio taxatiua non excludit id, ad quod fit extenſio auctoritate alicuius legis *l. 1. ff. de regul. iur.* & notant Salicet. *in l. 1. C. de bonor. poſſeſſ. con. tab.* Bart. *in l. Ob æs, C. de præd. min.* Extenſio autem ad delegatum fit in virtute iuris communis concedentis Ordinario facultatem delegandi: Vnde S. Congregatio interrogata ſub hac diſiunctione, an Generalis, vel Delegatus poſſit ferre ſententiam electionis, vt ſupra *num.* 1074 reſpondit quæſito nihil dicens de delegato, & proinde tacitè approbans, quod etiam delegatus poſſit ferre ſententiam.

1077 Decimò deducitur, ſuperiores regulares, quando eijciunt aliquem à religione, quamuis prius poſſent eijcere ſub conditione, quod aliam religionem ingrederentur, & illi concedere litteras teſtimoniales ad hunc effectum virtute priuilegiorum, de quibus in *compend. priuileg. mendican.* verbo *Apoſtatæ, num. 9.* Qui propterea tenebantur adimplere conditionem, vt notant Laiman *lib. 4. tract. 5 cap. 13. quæſt. 5. num. 9.* Paſſarel. *in compen. priuileg. Minimor. cap. 16.* Modo tamen non poſſunt, cum id expreſsè prohibeatur in Decretis de Electis, §. 9. ibi. *Præterea ſtatuit, vt ijdem ſuperiores nemini ex religioſis expulſis litteras teſtimoniales concedant, illos ad Sedem Apoſtolicam reijcientes, vel iubentes aliam ingredi religionem.* An autem auctoritate propria poſſit tranſire ad aliam religionem, affirmat Nauar. *conſil. 78. de Regular. lib. 3. in 2. edit.* & videtur conſentire Rodriquez *tom. 1. quæſt. Regular. quæſt. 30. ar. 21.* Quia eſt extincta omnis obligatio reſpectu prioris religionis: &, ſi poteſt manere in ſæculo, multo magis poterit aliam religionem ingredi. Verum tenendum eſt, quod non poſſit, vt notant etiam Bellet. *par. 2. diſquiſit. Cler. tit. de pœn. Clericor. §. 25. num. 22.* Donat. *in praxi rer. Regular. par. 2. tract. 8. quæſt. 57. num. 3.* & conſtat ex Decretis de electis, §. 7. ibi. *Sic verò electi, quandiu non redierint ad religionem, in habitu clericali incedant, atque Ordinarij loci iuriſdictioni, & obedientiæ ſubſint;* vnde cum ipſis præfigatur habitus clericalis, & viuere ſub obedientia Ordinariorum, non eſt ipſis liberum eligere alium ſtatum, ſed tenentur in præfixo viuere. Imo nec poterant ante huiuſmodi Decreta; nam vel corrigebantur, & tunc tenebantur ad propriam religionem redire, iuxta cap. *fin. de regular.* Vel non corrigebantur, & tunc durabat cauſa finalis expulſionis, atque adeo periculum infectionis cæterorum, & ideo à nulla religione poterant recipi. Et ideo requiritur licentia Summi Pontificis, & Prælatorum ſuæ religionis, vt notant Corduba *in cap. 2. Reg. S. Francif. quæſt. 21. par. 3.* Suarez *de cenſur. diſp. 22. ſect. 5. num. 20.* Lezana *tom. 1. quæſt. regul. cap. 23. num. 10.* Quod habet locum ſtantibus etiam priuilegijs præſertim Innocentij IV. in fauorem Minorum, & participantium. de quo Rodriquez *tom. 1. quæſt. regular. q. 30 ar. 22.* Quia per Decreta S. Congregationis de electis, derogatum eſt omnibus priuilegijs ijſdem Decretis contrariantibus.

1078 Vndecimo ſequitur. Quod non poſſit electus venire contra renunciationem bonorum factam intuitu religionis, vt notant Sanchez *lib. 6. ſum. cap. 9. num. 34. & 45.* Nouar. *in Lucerna Regular.* verbo *Electi, num. 14.* Lezana *in ſum. eod. verbo num. 9.* Donat. *in praxi rer. regular. part. 2. tract. 8. quæſt. 58. num. 1.* Ratio eſt, quia electio non deſtruit profeſſionem, nec ſoluit vota ſolemnia, & ideo cum remaneat adſtrictus voto paupertatis, durat renunciatio, ſi aliàs valida fuit. Et ita etiam cenſuit Rota *deciſ. 109. num. ... par. 5. Recent.*

1079 Duodecimò deducitur, quod cum electi ex præfatis Decretis ſint perpetuò ſuſpenſi, non poſſunt miniſtrare in ordinibus ſuſceptis: vnde licet

ſint ſacerdotes, non poterunt miniſtrare Euchariſtiam. Difficultas eſt, an miniſtrando incurrant excommunicationem Clemen. *Religioſi, de priuileg.* in qua ſub pœna excommunicationis interdicitur religioſis miniſtrare Euchariſtiam ſine licentia Parochorum. Affirmat Lopez de Texeda *lib.2. tract.1. controuer.* 10. Quia eiectus remanet religioſus, & ideo afficitur excommunicatione impoſita religioſis. Sed melius negant Ceſpedes *de exemp. Regular. cap. 6. dub.127.num.3.* Donat. *in praxi rer. regular. par.2. tract.8. quæſt.61. num.* 4. Quia eſt ſeparatus à conuictu religioſorum, & tranſlatus ad habitum clericalẽ & cũ non fruatur priuilegijs religionis, nec etiã ſubijci debet pœnis. Rurſus cum ſit ſub obedientia Epiſcopi, à quo dirigi debet, habetur pro clerico quò ad vitam politicam, & communionem cum cæteris.

1080 An verò aſſumi poſſint ab Epiſcopo ad concionandum, videtur affirmatiuè reſoluendum, quia per dicta Decreta ſuſpenſi ſunt tantum ab exercitio ordinum, vt in §. 10. Concionari autem non eſt exercitium ordinis. Verum obſtant priuilegia Innocentij IV. & Sixti IV. *in Bullario* Rodriquez, de quibus alter Rodriquez *in Compen. qu. regular. reſol.112. num.*..... per quæ id interdicitur. Deinde cum eiecti ſint infames, & omnium honorum, & dignitatum incapaces, proinde tanquam tales non poſſunt aſſumi ad munus concionandi.

1081 Tertiodecimò deducitur, quod cum eiecti debeant incedere in habitu clericali, atque adeo habitus clericalis per Decreta S. Congregat. ſit ſubrogatus habitui religionis, ſequitur, quod reſpectu ipſius retineat eamdem obligationem, quam retinent cæteri religioſi reſpectu proprij habitus, ſiquidem non definunt eſſe religioſi, vt dictum eſt in ſuperioribus. Et proinde, ſi dimittat habitum clericalem, incidet in excommunicationem. cap. *Vt periculoſa. Ne Cler. vel Monachi.* Et ita docent etiam Maranta *par. 3. controuer. reſpon. 58. n. 31.* Donat. *in praxi rer. regul. tract.8. quæſt.4.* Non videtur tamen eſſe Apoſtata, quia non deſerit religionem cum animo laicaliter viuendi, hoc eſt extra clauſtra, quia iam ita viuebat, ſed tantum deponit habitum eo modo, quo deponeret religioſus degens intra clauſtra ſine animo apoſtatandi, ſed ad alium finem.

1082 Quartodecimò ſequitur, quæ dicta ſunt de religioſis eiectis, habere locum proportionaliter etiam in Monialibus, ſi declararentur incorrigibiles, quia militat eadem ratio. Verùm non poſſunt Moniales eijci è monaſterio tanquam incorrigibiles, niſi cum expreſſa facultate Summi Pontificis, vt aduertunt Sanchez *lib.6. ſum. cap. 9. n. 6.* Alphonſus de Leone *De cenſur. recollect. 6. num.* 322. Nouar. *in praxi noui iur. Pontific. concluſ. 1. alias* 83. *num.8.* Lezana *in ſum. verbo Electi, n. 11.* & verbo *Clauſtra, num.15.* Bonac. *quæſt.1. de clauſura pun.9. num. 19.* ver. *Maior difficultas.* Gauantus *in Manuali.* verbo *Monialium clauſura num. 23.* Miranda *de Monial. quæſt.3. ar.2.* Rodriquez *tom.1. q. regular. quæſt. 49. ar.1.* Ricciullus *lib.8. de iure perſonar. cap.5. num. 8. in fine.* Tamburin. *de iure Abbatiſſ. diſp.21. quæſt.4. num.* 3. Barboſa *in cap. fin. num.10. de regular.* Et ita declarauit S. Congregat. *die 27. Maij* 1603. apud Gauant. Vnde praxis declarauit, quod conceſſio declarandi religioſos incorrigibiles non ſe extendit ad moniales. Et proinde non habet locum regula, quod maſculinum concipiat fœmininum, quia huic extenſioni obſtat praxis. Nec vnquam conceſſio Innocentij IV. fuit reducta ad praxim, qua conceſſit Ciſtercienſibus, vt moniales rebelles poſſent per Prælatos religionis eijci, vt in eorumdem Bullario & meminit Rodriquez *in compen. reſol.55. num.3.*

DECLARATIONES ET SOLVTIONES ALIQVORVM Dubiorum circa incorrigibiles, Sacræ Congregationis Concilij Tridentini.

1083 *PRocurator Generalis Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, mediante interceſſione Eminentiſſimi Cardinalis de Lugo Protectoris, ſupplicat pro ſua (vt inquit) & aliorum Superiorum Regularium inſtructione, per hanc Sacram Congregationem reſponderi ad infraſcripta quæſita ſuper Decreto de Apoſtatis, & Eiectis, iuſſu Summi Pontificis, ex ſententia eiuſdem Sacræ Congregationis edito, anno 1624. & impreſſo in Bullario nouo, tom.4. pag.267. verſ. ad hæc.*

Primò. An Regularis conſtitutus in carceribus ſpatio vnius anni, in ieiunio, & pœnitentia, ad finem vt tanquam incorrigibilis à Religione eijciatur, ſi è carceribus fugiat, (dicto carcerationis anno nondum expleto) & deinde ſit captus, poſſit tunc vt incorrigibilis eijci. An verò quid aliud faciendum ſit?

Secundò. An Regularis pluribus interpolatis vicibus pro reiteratis delictis in diuerſis temporibus commiſſis in carceribus detentus poſſit vno carcerationis anno (vt ſupra interpolatè expleto) tanquam incorrigibilis à Religione eijci, ſi poſt dictum annum carcerationis interpolatum, animo indurato, in ſua pertinacia perſeuerans, iterum delinquet?

Tertiò. An Generalis Ordinis poſſit delegare facultatem eijciendi à Religione Prouincialibus pro eorum prouincijs, ſeu Commiſſarijs, vel Vicarijs Generalibus, & an delegatio ſit à Generali facienda in quolibet caſu, an verò indefinitè in omnibus caſibus?

Quæ-

Quartò. An ſex Patres, de quorum conſilio, & aſſenſu electio fieri debet, ſint eligendi de tota Religione, an potius ſufficiat ex qualibet Prouincia, ſeu Regno.

Quintò. Quod ſi à Religione huiuſmodi ſex Patres non fuerint electi in Capitulo, ſeu Congregatione Generali, quid faciendum ſit vſque ad primum Capitulum Generale?

Sextò. An ſufficiat vt Prælatus Conuentualis, ſeu Prouincialis conficiat proceſſum, ſtylo Religionis ſeruato, & illius ſummarium tranſmittat Generali Ordinis, ſeu illius Delegato, qui adhibitis ſex Patribus electis, quilibet eorum videat eundem proceſſum, & tranſmittat votum ſuum per litteras eidem Generali, ſeu Delegato?

Septimò. An Generalis, ſeu Delegatus poſſit ferre ſententiam electionis à Religione, quando à tribus ex ſex Patribus electis, ſeu ab illorum maiori parte dicta ſententia approbetur; An potius ſit neceſſarium, vt omnes ſex dent votum, ita vt ex defectu voti, etiam vnius, non poſſit ſententia validè ferri?

Die 21. 1653. Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, omnibus maturè perpenſis:

Ad primum. Reſpondit, Regulares delinquentes, vti incorrigibiles eijci non poſſe à Religione, anno carcerationis nondum expleto.

Ad ſecundum. Reſpondit, non ſufficere annum carcerationis interpolatè expletum, ſed requiri ſpatium vnius anni continuum, & integrum.

Ad tertium. Reſpondit, Generalem Ordinis non poſſe delegare facultatem eijciendi à Religione, Prouincialibus per eorum Prouincias, ſeu Commiſſarijs, vel Vicarijs Generalibus.

Ad quartum. Inhærendo declarationi alias factæ, Die 9. Auguſti 1625. à ſa. mem. Vrbano VIII. approbatæ. Reſpondit, ſex Patres eligi poſſe in vnaquaque Prouincia ſeu Regno.

Ad quintum. Reſpondit, recurrendum ad Sacram Congregationem in ſingulis caſibus.

Ad ſextum. Proceſſus eſſe conficiendos iuxta ſtylum, & Conſtitutiones Religionis, & illorum tranſumptum authenticum eſſe tranſmittendum ad ſingulos ex ſex Patribus electos, qui per litteras poſſunt votum dare.

Ad ſeptimum. Sententiam electionis à Religione ferri debere, ſaltem de voto maioris partis ſex Patrum electorum. Petrus Aloyſius Cardinalis Caraffa Præfectus. Loco ✠ Sigilli. Franciſcus Paulutius S. C. C. Secretar.

Ego Præſentatus Frater Ferdinandus de Galarea Notarius publicus, & Apoſtolicus in Archivio huius Romanæ Curiæ deſcriptus, ac Secretarius Reuerendi Admodum Patris noſtri Magiſtri Fratris Michaëlis de Alcantara Vicarij Generalis Italiæ, & Prioris Generalis totius Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, Sanctæ Inquiſitionis qualificatoris, & Sacræ Congregationis Indicis Conſultoris, eiuſdem iuſſu, fidem facio, huiuſmodi copiam propria manu ex Originali, quod quidem in Archivio noſtræ Sacræ Religionis in hoc Conuentu Sancti Adriani remanet, accuratè tranſumptam, poſteaque diligenter collationatam, cum illo fideliter concordare. In cuius rei teſtimonium præſentes litteras nomine meo ſubſcripſi, meoque ſigno communiui. Romæ in hoc prædicto Conuentu ſancti Adriani die 8. Auguſti, anni milleſimi ſexcenteſimi quinquageſimitertij. In teſtimonium veritatis. Locus ✠ Sigilli. De mandato R. A. P. N. Vicarij, & Prioris Generalis, Frater Ferdinandus de Galarea Præpoſitus, & Segretarius Notarius publicus, & Apoſtolicus.

Frater Michaël de Alcantara Vicarius Generalis Italiæ & Procurator Generalis totius Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, Sanctæ Inquiſitionis Qualificator, & Sacræ Congregationis Indicis Conſultor, tenore præſentium, fidem facimus, & atteſtamur, Eminentiſſimum, & Reuerendiſſimum Cardinalem de Lugo, noſtri Sacri Ordinis Protectorem, tranſumptum infraſcripti directi nobis propria manu dediſſe, quod & ab Illuſtriſſimo Domino Franciſco Paulutio Sacræ Congregationis Concilij Secretario, ſibi remiſſum, & tandem Sac. Congreg. nobis tradi præcepiſſe affirmauit, pro pleniori videlicet intelligentia declarationis ad quartum dubium ab ipſa ad noſtram inſtantiam nuper factæ. Tenor autem Decreti talis eſt.

Die 9. Auguſti 1625. Sacra Congregatio Concilij S. D. N. approbante, declarauit, ſex Patres in ſingulis Capitulis, vel Congregationibus Generalibus eligendos, de quorum conſilio, & aſſenſu, Generalis poteſt Regulares incorrigibiles à Religione eijcere, in vnaquaque prouincia eligi poſſe, eoſdemque ſic electos Generalis tam longè abfuerit, vt vna conuenire non poſſit, debere ad eundem tranſmittere ſummarium proceſſus, vna cum eorum voto, vt iuxta illud Generalis poſſit ad ſententiam expulſionis procedere, interea tamen vſque ad primum Generale Capitulum, vel Congregationem proximè celebrandam, Sanctitas ſua annuit, vt electio, (ſeruata in reliquis forma decreti hac de re editi) fieri poſſit à Generali, itidem

dem cum consilio, & assensu sex Patrum, quos idemmet Generalis, in qualibet Prouincia infra quatuor mensis elegerit. Dat. Romæ in hoc nostro Conuentu Sancti Adriani die 21. Augusti 1653. Frater Michaël de Alcantara, qui supra manu propria.

ADDITIO.

Notationes de Apostatis à Religione.

SVMMARIVM.

1084 *Apostatæ perquirendi à suis superioribus.*
Possunt ab Ordinario loci in carcerem conijci, superioribus suis consignandi.
Apostatæ quando, & à quibus superioribus inquirendi.
1085 *Superiores an teneantur inquirere, & reducere omnes apostatas.*
1086 *Superiores possunt suos apostatas capere vbicunque reperiantur.*
Religiosus comparatur seruo.
Seruus, si fugiat, capi potest vbicunque sit.
1087 *Iudices seculares tenentur auxilium præstare superioribus pro capiendis Apostatis, aliàs puniri possunt.*
1088 *Capientes apostatas non incurrunt censuras ratione violentiæ.*
Etiam si resistentes vrgeant, percutiant &c.
1089 *Retinens apostatam intuitu consanguinitatis, amicitiæ &c. non incurrit excommunicationem.*
1090 *Capere apostatas ad quem pertineat?*
Ordinarij ad instantiam Superiorum debent apostatas denunciare excommunicatos.
1091 *Quid si apostata non possit sine scandalo detineri in Monasterio.*
1092 *Monasterium non tenetur ad debita contracta ab Apostatis.*
1093 *Quid si apostata reuertens deferat secum aliqua bona.*
1094 *Bona apostatarum decedentium extra religionem pertinent ad Cameram Apostolicam.*
Quid de bonis acquisitis per actus prohibitos, si ijs in vita priuentur.
1095 *Bona Apostatarum retrahi possunt à religione.*
1096 *Bona acquisita ex beneficio ab Apostata, cuius sint.*
1097 *Apostata à quo absolui possit.*
1098 *Super suspensione, & irregularitate, si quam contraxit, à quo dispensari possit.*
1099 *Pœna Apostasiæ non stabilita de iure communi, & ideo standum statutis religionis.*
1100 *Apostatæ resipiscentes benignè excipiendi sunt, congruè tamen puniendi.*
1101 *Apostata permanens vltra annum in apostasia, an sit suspectus de hæresi.*
Contemnens claues videtur de ipsis male sentire.
1102 *Excommunicatus non denunciatus, si non resipiscat, non contemnit claues.*

1084 Regulares Apostatas esse perquirendos à suis superioribus, & ad religionem reducendos, statuitur in cap. *fin. de regular.* quod innouatum est in Decretis *de Apostatis, & eiectis* sub die 1. *Septembris* 1624 ad *Constit.* 26. Vrbani VIII. Vbi §. 4. *Rursus statuit, vt fugitiui, & Apostatæ, siue habitum regularem deferant, siue non, possint ac debeant ab Episcopo loci, vbi moram trahunt, in carcerem conijci, ac superioribus regularibus consignari, secundum regularia statuta puniendi; atque ipsi quoque superiores teneantur eos perquirere, ad religionem reducere atque efficere vt apprehendantur, salua tamen in omnibus facultate Ordinarijs locorum attributa Decreto Concilij Trident. cap. 3. sess. 6.* Circa quod est aduertendum, quod tunc insurgit obligatio quærendi Apostatas, quando habetur aliqua notitia, vbi inquiri possint; quia non præcipitur, nisi inquisitio prudens, & quando est ei coniuncta aliqua spes inueniendi, siquidem omnis alia inquisitio esset vana. Rursus hæc obligatio non solum afficit Superiores, in quorum Conuentibus reperiebantur Apostatæ, quando apostatarunt, sed etiam Superiores maiores: imo etiam alios superiores locales, quia ad omnes pertinet curare bonum religionis, & quia Apostatæ non sunt membra vnius conuentus, sed totius religionis.

1085 Dubium autem est, an teneantur inquirere, & reducere omnes apostatas. Et negatiuè respondent Sylueſter verbo *apostasia num.* 10. Rodriquez *tom.* 1. *quæst. regul. quæst.* 30. *ar.* 5. Miranda *tom.* 1. *manual. quæst.* 51. *ar.* 4. Riccius *resol.* 16. *nu.* 4 *par.* 3. Lezana *tom.* 1. *quæst. regular. cap.* 16. *num.* 16. Donat. *in praxi rer. regular. par.* 2. *tract.* 6. *quæst.* 15. *num.* 2. Qui volunt non teneri quando timetur, quod alijs scandalo, & periculo sint futuri, aut quando non adest spes emendationis. Addit Lezana, quando non possent aptè capi, aut detineri. Et fundantur in cap. *fin. de regular.* innouato in vltimis Decretis *de apostatis*: vbi statuitur, quod Superiores teneantur etiam per censuras compellere apostatas ad reuertendum, *Salua ordinis disciplina*. Et proinde cessat obligatio, quando periclitaretur disciplina regularis. Addunt Sylueſter, & Riccius, quod tenentur perquirere, nisi ordinis regula contradicat, vt apud Benedictinos, qui prohibentur recipere, qui ter apostatauit. Vnde secundum hos Doctores apostata sponte reuertens, non quia facti pœnitèret, sed aut necessitate compulsus, aut ex alio motiuo, non esset recipiendus, si timeretur, quod scandalum esset allaturus, aut cæteris periculo futurus.

1086 Poterunt autem Superiores regulares suos apostatas capere, vbicunque reperiantur, etiam extra

extra territorium, & in cuiuſcunque manibus reperiatur, nulla etiam præmiſſa monitione de regreſſu, inuocato etiam, ſi opus fuerit, brachio ſæculari. Ita Nauar. *com.* 3. *de regular. num.* 50. Rodriquez *tom.*1. *quæſt. regular. quæſt.*30. *ar.*6. Peirin. *de priuileg. ad conſtit.* 13. *Leon. X. num.* 7. & ad *conſtit.* 7. *Pij V. num.*20. Lezana *tom.*1. *quæſt.regular. cap.*16. *num.*16. Leander à Murcia *in cap.*2. *regul.S.Franciſ. cap.*15. *num.*6. Cornejus 3. *par. tract.*5. *de excommun. diſp.*6. *dub.* 5. Donat. *in praxi rer. regular. tract.*6. *quæſt.*17. *num.*1. Et hoc in virtute plurium priuilegiorum, quæ conceſsa ſunt regularibus, vt in compend. *priuileg.* verbo *apoſtata*, & in *Mari Magno Carmelitarum*, §. *apoſtatas corrigi*. Et quia religioſus comparatur ſeruo, qui, ſi fugiat, capi poteſt, vbicunque ſit. *l.*1. §. *per ſeruum*, *ff. de acquiren. poſſeſſ.* & *l.* 1. C. *ibi curialis*, &c. Quod etiam extendunt ad religioſum, qui tranſacto termino conceſso morandi extra religionem, renuit redire ad obedientiam Peirin. *citat.* Anila *de cenſur. par.*2. *cap.* 3. *diſput.* 2. *dub.*4.

1087 Cum autem poſſint Superiores regulares inuocare brachium ſæculare ad capiendos apoſtatas, vt dictum eſt, tenentur iudices ſæculares hoc auxilium præſtare, & niſi præſtent, mortaliter peccant, vt notat etiam Peirin. *de priuil. ad conſtit.*1. *Iulij II. num.* 97. Agitur enim de re graui, quæ cadit ſub obligatione ex mutua connexione, quam inuicem habent iuriſdictio ſpiritualis, & temporalis; cũ enim temporalis ſubordinetur ſpirituali, debet illa huic inſeruire quando occaſio id exigit. Vnde poterunt iudices ſæculares ad id cogi, & arbitrio iudicis puniri, vt habet Menoch. *lib.*2. *de arbitrar. caſu* 452. Aut cogi ſub pœna excommunicationis, vt habet Rodriquez *tom.*1. *quæſt.regular.* ex cap. *adminiſtratores* 23. *quæſt.* 5. Et ſequitur ex generali regula, quod per cenſuras compelli poſſint inobedientes.

1088 Si autem adhibeatur brachium ſæculare, apprehendentes, ligantes, & cogentes redire dictos apoſtatas non incurrent ratione violentiæ aliquam cenſuram, vt in quadam conceſſione facta Fratribus Minimis declarauit Leo X. quæ eſt apud Peirin. *de priuileg.* & *eſt* 13. *eiuſdem Pontificis.* Imo ſi reſiſtentes pugnis, aut alio modo vrgeant, & percutiant, aut ita neceſſitate exigente vulnerent, neque adhuc incurrunt excommunicationem, vt notat Peirin. *de priuileg. ad conſtit.*1. *Iulij II. num.*95. citans cap. *ſi clericos*, *de ſent.excommun.in* 6. ibi. *Niſi ex propoſito excedatur in ipſis*. Gloſ. *ibid.* verbo *excedatur*. Alciat. *item ibid.*

1089 Eſt autem aduertendum, quod, ſi quis retineret apoſtatam non tanquam fugitiuum, & apoſtatam, ſed contemplatione conſanguinitatis, amicitiæ, aut familiaritatis, præſertim cum propoſito reducẽdi ipſum ad meliorem frugem, ac etiam monitus non eiiceret, non incurreret excommunicationem, vt notant Nauar. *conſil.*69. *de regular. nu.*1. & *cap.*27. *manual. num.*1. Portel. *in dub. regular. vet. apoſtata num.* 4. *Miranda tom.*1. *manual. quæſt.* 51. *ar.*2. Hieronym. Rodriquez *reſol.* 11. *num.*7. *in fine.* Sanctarel. *in ſtatuta Minor. cap.*2. *ſtat.*62. ver. *Reſpondeo.* Rodriquez *tom.*1. *quæſt.regul. quæſt.*30. *ar.*9. Peirin. *de priuileg. ad conſtit.*2. *Iulij II. num.*49. quod probant à ſimili, quia non incurrunt excommunicationem recipientes hæreticos, fauentes, &c. quando non recipiunt, neque fauent tanquam hæreticis, ſed tanquam conſanguineis, amicis, &c. Vera tamen ratio eſt, quia excommunicatio eſt lata in odiũ apoſtaſiæ, & proinde ſolum in eos, qui fouent apoſtaſiam, & faciunt aliquem actum externum fauorabilem apoſtaſiæ. Si autem non fiat contemplatione apoſtaſiæ, ſed intuitu amicitiæ, conſanguinitatis, &c. exercentur officia de ſe bona, & ideo non prohibentur ſub pœna excommunicationis.

1090 Munus autem capiendi apoſtatas ita eſt Prælatorum Regularium, vt ſimul etiam ſit Ordinariorum, vt conſtat ex Concil. Trident. *ſeſſ.*25. *c.* 4. *de reformat.* & ex Decretis *de apoſtatis*, & proinde datur præuentio, ita vt ſe inuicem præuenire poſſint. Si tamen Ordinarius præueniat, tenetur eos conſignare Superioribus regularibus, ab ipſis puniẽdos iuxta ſuas regulas: vnde officium Ordinarij eſt ſolum cooperandi capturæ apoſtatarum, vt conſtat ex eiſdem Decretis. Ex quo fit, quod cum in cap. *fin. de regularib.* ſtatuatur his verbis, *Si verò huiuſmodi fugitiuos inobedientes inuenerint, eos excommunicent & tandiu faciant ab Eccleſiarum Prælatis excommunicatos publicè nunciari, donec ad mandatum ipſorum humiliter reuertantur*, tenentur Ordinarij ad inſtantiam Prælatorum regularium apoſtatas denũciare excommunicatos, atque adeo vitandos donec reſipiſcant.

1091 Quod ſi apoſtata non poſſet ſine graui ſcandalo detineri in ſuo Monaſterio, aut periculo nouæ apoſtaſiæ ad agendam pœnitentiam, reponendus erit in alio Monaſterio eiuſdem Ordinis, & proprium tenebitur expenſas pro alimentis ſubminiſtrare. ita deciditur in cap. *fin. de regul.* innouato in recentibus Decretis *de apoſtatis*. Ex quo fit, quod ſi aliquis apoſtata, vel fugitiuus non poſſet detineri in aliqua Prouincia, poſſet tranſmitti ad aliam cum ſubminiſtratione alimentorum, & teneretur ipſa eum recipere, quia quando edita fuit conſtit. dicti cap. *fin. de regular.* Monaſteria magis erant ſeparata inter ſe, & minus inuicem communicabant, quam modo communicent Prouinciæ, & ideo potior ratio militat nunc quò ad Prouincias, quàm tunc militabat quò ad Monaſteria.

1092 Si autem contingat, quod apoſtatæ tempore apoſtaſiæ contraxerint debita, etiam pro alimentis, non tenetur Monaſterium ea perſoluere. Ita Nauar. *conſil.*73. *num.*3. *lib.*3. Rodriquez *tom.* 1. *quæſt. regular. quæſt.*30. *ar.*11. Portel. *in dub.regul.* verbo *apoſtata num.*7. Lezana *tom.*1. *cap.*16. *nu.*19. Donat. *in praxi rer. regul. tract.*6. *quæſt.*16. *num.*1. ex cap. *non dicatis* 12. *quæſt.* 1. & cap. *quod quibuſdam de fideiuſſor.* vbi hæc habentur. *Ne quis religioſus abſque maioris partis Capituli*, & *Abbatis ſui licentia pro aliquo fideiubeat, vel ab aliquo pecuniam mutuam accipiat vltra ſummam à Capitulo conſtitutam; alioquin non teneatur Conuentus pro his aliquatenus reſpondere, niſi forte in vtilitatem domus ipſius manifeſtè conſtiterit redundaſſe*. Ratio eſt. Quia apoſtata ſubiacet legibus cæterorum religioſorum, cum adhuc ſit verè religioſus; & ideo cum non habeat velle, aut nolle, non poteſt nec contrahere, nec ſe aliquo nodo obligare independenter à Conuentu, & quicquid in contrarium agit, nullum

eſt defectu poteſtatis. Nec obſtat, quod religio teneatur alere profeſſum, & proinde alens repetere poſſit; quia ſolum tenetur alere, quandiù ſtat ſub obedientia. Excipiuntur tamen debita, ſi quæ fortè contracta eſſent in vtilitatem Monaſterij, & conſtaret euidenter, Monaſterium percepiſſe commodum, quia tunc tenebitur Monaſterium iuxta vtilitatem perceptam, vt ſtatuitur in citato cap. *Quod quibuſdam*.

1093 Sed quid, ſi dum reuertitur ad Monaſterium, afferret ſecum aliqua bona? quod tunc Monaſterium abſolutè teneatur debita ſoluere, tradunt Miranda *tom.1. manual. quæſt.* 51. *ar.* 8. *concluſ.* 1. Portel. *in dub. regul.* ver. *apoſtata num.* 7. Donat. *in praxi rer. regul. par.2. tract.6. quæſt.16. num.*10. non quidem ratione contractus, ſed ratione vtilitatis habitæ, & proinde non vltra quantitatem bonorum receptorum. Verum hæc ratio reſtringit reſolutionem. Quia ſi Monaſterium tenetur ſolum ſecundum menſuram vtilitatis, quam percepit ex debitis contractis ab apoſtata, tenetur tantum ea reſtituere, quæ ſuperſunt de ijs, pro quibus apoſtata ſe fecit debitorem, non autem tenetur ſupplere de ijs, quæ aliunde apoſtata acquiſiuiſſet, ſiue hæreditate, ſiue induſtria, & ratione quorum nullum contraxit debitum, nam hæc omnia acquiſiuit religioni, nec potuit alteri obligare, cum ſupra ipſa nullum haberet dominium.

1094 Quod autem ſpectat ad bona apoſtatarum, ſi moriantur extra religionem, quocunque titulo acquiſita ſint, pertinent omnia ad Cameram Apoſtolicam ex diſpoſitione Gregorij XIII. in ſua *Conſtit.* 43. quæ incipit, *Officij noſtri partes*, vbi declarans Conſtitutionem Pauli IV. de hac materia, ſtatuit, *Bona quæcunque per Regulares extra clauſtra Eccleſiarum, Monaſteriorum, domorum, & quomodocunque Regularium locorum degentes, quocunque iure, & actione, ſiue ex cauſa teſtati, ſine inteſtati acquiſita, & in poſterum acquirenda vel ad eos delata, in quibuſuis Prouincijs, Dominijs, Regnis & locis conſiſtant: niſi ijdem, ad quos illa ſpectauerint ſufficienti fuerint teſtandi, aut de illis diſponendi facultate ſuffulti, eaque legitimè vſi fuerint, ad eamdem Cameram Apoſtolicam pleno iure pertinuiſſe, & ſpectare; ac bona quæcumque eorumdem ſub ſpoliorum nomine comprehenſa, per ipſam Cameram, eiuſque nomine à quibuſuis illa quandoque occupantibus, & detinentibus recuperari, & vendicari potuiſſe, & poſſe, ac iuxta Pauli III. & aliorum prædeceſſorum noſtrorũ litteras eadem Camera Apoſtolica in huiuſmodi bonis ſpolia nuncupatis verè vniuerſaliter ſuccedente.* Hinc bona omnia acquiſita per apoſtatas ex illicita negociatione, aut quouis alio exercitio clericis prohibito, vt eſſet mederi, aduocare, chirurgiam exercere, inſeruire Principibus &c. pertinent ad Cameram Apoſtolicam poſt mortem ipſorum, aut ſi in vita ijs per ſententiam priuentur, vt notat Nauar. *com. de ſpol. §.7. num.4. & 5.* Et hoc etiam extenditur ad acquiſita contra iuſtitiam; quia tamen obligatio reſtituendi ſequitur ipſa bona, ideo tranſit cum ipſis ad eamdem Cameram, quæ proinde tenetur reſtituere acquiſita contra iuſtitiam.

1095 Quia tamen dicta diſpoſitio Gregorij procedit tantum de bonis relictis poſt mortem, vt conſtat ex §. 3. ibi, *ſi deceſſerint ſine facultate teſtandi*; Et rurſus, *Poſt eorum obitum*: ideo dum viuunt, poſſunt retrahi à religione, atque adeo ipſius quoq; erunt, ſi reuertatur ad religionem; quia cum apoſtata ſit verè religioſus, acquirit religioni, et debent ab ipſo auferri, & incorporari bonis religionis, vt ſtatuitur in cap. *Abbates* 18. *quæſt.*2. ibi. *Quod ſi quis per contumaciam extiterit indeuotus, aut per loca aliqua vagari, aut peculiare aliquid habere præſumpſerit; omnia quæ acquiſierit, ab Abbatibus auferantur ſecundum regulam Monaſterio profutura*, vbi Gloſ. verbo *acquiſierit*, & cap. *cum olim* 2. *de priuil.* vbi Innocent. & Authen. *ingreſſi. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & notant Roſella verbo *religio* 1. *num.*1. Syluester verbo *apoſtata*, *num.* 12. D. Antonin. 3. *par. tit.*16. *cap.*5. Sanchez *lib.*7. *ſum. cap.* 33. *num.*6. Lezana *tom.*1. *quæſt. regular. cap.*16. *num.*20. Rodriquez *tom.*1. *quæſt.reg. queſt.*30. *ar.*11. Portel. *in dub. regul.* verbo *apoſtata num.*2. Donat. *in praxi rer. regular. par.*2. *tract.6. queſt.*23. *num.*12. Vnde quocunque titulo acquiſita ſpectabunt ad religionem, & ſolum tenebitur ad reſtitutionem eorum, quæ contra iuſtitiam acquiſita ſunt.

1096 Quod ſi contingat apoſtatam impetrare aliquod beneficij, aut intuitu Eccleſiæ, ſpectabunt ad ipſam Eccleſiam; atque adeo, ſi reuertatur ad religionem tenebitur relinquere Eccleſiæ; at ſi acquirat intuitu perſonæ, aut ex propria induſtria, ſpectabunt ad religionem, quia acquiſitio perſonalis ſequitur perſonam, & ius ipſius, quod cum ſit translatum in religionem, ipſa quoque acquiſitio in eamdem tranſfertur. Ita D. Antonin. *3.par. tit.*16. *cap.*5. *§.*1. Azor *par.*1. *lib.* 12. *cap.*16. *quæſt.*8. Lezana *tom.*1. *q.regul. cap.*16. *num.*21.

1097 A crimine autem apoſtaſiæ, ſi non ſit reſeruatum, ſicut etiam à cenſuris annexis, poterit apoſtata à quocunque Confeſſario pro Conuentu deputato abſolui. Si verò reſeruatum ſit, recurrendum erit ad Superiorem, cui facta eſt reſeruatio, cum ad hunc finem non proſit Bulla Cruciatæ, nec Iubilea particularia, nec aliæ huiuſmodi conceſſiones pro caſibus reſeruatis apud regulares, iuxta *Conſtit.* 105. Vrbani VIII. *tom.*4. *Bullar.* & ita notant etiam Portel. *in dub. regular.* ver. *apoſtata in addit. num.* 1. Lezana verbo *apoſtata num.*11.

1098 Super ſuſpenſione autem, & irregularitate, ſi quam contraxerint, dummodo non ſit bigamiæ, mutilationis membrorum, aut homicidij voluntarij, poterunt apoſtatæ diſpenſari à ſuis Prælatis, cum poſſint diſpenſare virtute priuilegiorum ab omni alia irregularitate à prædictis, vt notant Caſarub. *in compend. priuileg.* verbo *diſpenſatio*. Sorbus *ibid.* verbo *ordines ſacri* D. Antonin. 3. *par. tit.* 28. *cap.*7. *§. vlt. in fine*. Miranda *tom.* 2. *manualis q.* 8. *ar.vlt.* Peirin. *quæſt.*1. *de ſubd. relig. cap.*26. ver. *ſed quæres.* & in *Formular. litera A. cap.*20. Donat. *in praxi rer. regular. par.* 2. *tract.6. quæſt.*21. *num.* 2. Naldus *in ſum.* verbo *infamia num.*1. Lezana *eodem verbo num.*27. & verbo *irregularitas num.* 72. Bordon. *in conſil. regular. reſol.*11. *num.*50. Imo etiam diſpenſare poſſunt ſuper irregularitate ex homicidio voluntario ſequuto ante ingreſſum, in foro tamen tantum conſcientiæ, ex priuilegio Pij V. conceſſo

ceſſo Monachis S. Benedicti Congregat. Caſſinenſ. *idib. Iun. anno* 1571. vt in fin. *Conſtit.* 129. *tom.* 2. *Bullar.*

1099 Quo autem ad pœnas pro apoſtatis, nullæ ſtabilitæ ſunt de iure communi; & proinde ſtandum eſt ſtatutis cuiuſcunque religionis. Quod ſi pro apoſtatis nullæ ſint pœnæ determinatæ, puniendi ſunt arbitrio iudicis, qui iuxta qualitatem apoſtaſiæ, & alias circumſtantias, pœnas determinabit: Solum noto, quod apud Fratres Minores, apoſtaſia grauis, quæ eſt apud ipſos, ſi vltra duos menſes manſerint extra religionem, vltra congruas pœnitentias, etiam carceris, punitur priuatione vocis actiuæ, & paſſiuæ; vltra quod ſolum promoueri poſſunt ad aliquod officium, ſi toto ipſo decennio laudabiliter vixerint, vt teſtatur Sanctorius *ad ſtatuta Minor. c.* 2. *ſtat.* 67. Quod ſi quis tertia vice incidat in hanc apoſtaſiam grauem, aut eijcitur à religione, quod tamen modo exequutioni mandari non poteſt, niſi ſequuto anno probationis intra carcerem in ieiunijs, & pœnitentia, ob noua Decreta *de apoſtatis, & eiectis*. Aut per decennium ad triremes damnatur.

1100 Quando autem apoſtatæ ſponte redeunt reſipiſcentes, & humiliter petentes ad religionem admitti, benignè ſunt excipiendi, & charitatis viſcera eis exhibenda, vt notat Gloſ. *in cap. à nobis* verbo *reſipiſcant, de apoſtatis*, & alij infra citandi. Attamen cum miſericordia coniugenda etiam eſt iuſtitia, tum ob ipſorum correctionem, tum in aliorum exemplum, ne facilitas condonandi delictum ſit incitamentum ad peccandum, & proinde congruis pœnis puniendi ſunt. Ita Peirin. *in formular. litera A. cap.* 20. *num.* 5. *&* 6. Fauſtus *lib.* 6. *theſauri relig. quæſt.* 234. Bordon. *in conſil. regular. reſol.* 41. *quæſt.* 11. Sanctor. *in ſtatut. Minor. cap.* 2. *ſtat.* 67. ver. *ceterum vt oleo*. Donat. *in praxi rer. regular. par.* 2. *tract.* 6. *quæſt.* 19. *num.* 5. Erunt tamen mitius puniendi, quia ceſſauit in ipſis rebellis voluntas, & ideo pœna non eſt neceſſaria vt reſipiſcant, & pœnitentia voluntariè ſuſcepta, facit dignos maiori miſericordia.

1101 An autem apoſtata permanens in apoſtaſia vltra annum, atque adeo in excommunicatione ſit ſuſpectus de hæreſi ratione inſordeſcentiæ, de qua Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 3. *de refor.* & ſit denunciandus tribunali Inquiſitionis, affirmant Sanctarel. *de hæreſi cap.* 41. *dub.* 3. Peirin. *de priuileg. ad conſtit.* 2. *Pauli V, §.* 2. *num.* 13. Farinac. *de hæreſi quæſt.* 153. *§.* 8. *num.* 108. Donat. *in praxi rer. regul. par.* 2. *tract.* 8. *quæſt.* 43. qui etiam alios citat. Verum hoc non habere locum vniuerſaliter, ſed ſolum quãdo apoſtata eſſet denunciatus tanquam vitandus, probabilius eſt, & conſonat praxis, ſiquidem inſordeſcentia non habet locum, niſi quòd ad excommunicatos denunciatos, vt reſoluunt Albertin. *de hæret. num.* 35. Additionator ad Sayr. *de cenſur. li.* 2. *cap.* 10. Quia in tantum inducitur in ſuſpicionem hæreſis, in quantum contemnendo claues, videtur de ipſis male ſentire, vt deſumitur ex cap. *bona, de ætate, & qualit.* & cap. *cum contumacia, de hæret. in* 6. & aduertit Rota *deciſ* 132. *n.* 7. *par.* 1. *recent.*

1102 Quando autem non eſt denunciatus, non oſtendit aliquem contemptum clauium in facie Eccleſiæ, nec ſe illi contumacem exhibet & proinde non habet locum inſordeſcentia. Quod conſtat etiam ponderatis verbis Concil. Trident. *dict. ſeſſ.* 25. *cap.* 3. *de reformat. in fine*, ibi; *Excommunicatus verò quicunque, ſi poſt legitimas monitiones non reſipuerit, non ſolum ad ſacramenta, & communionem fidelium non recipiatur, ſed ſi obdurato animo cenſuris annexus in illis per annum inſorduerit, etiam contra eum tãquam de hæreſi ſuſpectum procedi poſſit*. Si enim requiritur quod præcedant legitimæ monitiones, debet in facie Eccleſiæ eſſe excommunicatus, atque adeo denunciatus, & coram ipſa obduratum animum oſtendere.

DECRETVM

QVO CONCEDITVR, ET PRAESCRIBITVR FACVLTAS Ordinarijs circa acceſſum Regularium ad Monaſteria Monialium ad colloquendum cum eis.

1103 CVM aliàs de anno 1590. per Sacram Cardinalium negocijs Regularium Præfectorum Congregationem de mandato ſel. rec. Sixti Papæ Quinti circa acceſſum Regularium cuiuſcumque Ordinis ad Monialium Monaſteria fuerit decretum; Quòd nulli Religioſo cuiuſcumque Ordinis, gradus, qualitatis, & dignitatis exiſtat (Superiore, cui Monaſterij, ſeu Domus cura incumbit, Viſitatore, vel Viſitatoribus, Confeſſarioque ordinario, & extraordinario, qui ad tempus deputabitur, dumtaxat exceptis) liceat abſque licentia expreſſa eiuſdem Sacræ Congregationis accedere ad Monaſteria, ſeu Domus quarumcumque Monialium, vel Sororum, ſiue ſui, ſiue alterius cuiuſuis Ordinis ad colloquendum, ſiue tractandum cum eis. Quòd ſi aliquando mandato ſui Superioris aliquos Religioſos ad prædicandum Verbum Dei, vel ad celebrandas Miſſas in ipſarum Montalium, ſeu Sororum Eccleſijs ſiue Oratorijs exterioribus, ſiue extra Clauſtra exiſtentibus mitti, contigerit; ne dicti Religioſi vllo quæſito colore Moniales, Sorores, aut quamlibet aliam perſonam intra Clauſuram degentes alloqui poſſint, ſub pœnis priuationis officiorum, ac vocis activæ, & paſſiuæ ipſo facto incurrendis, aliiſque eiuſdem Sacræ Congregationis arbitrio: Fueritque poſtmodum declaratum, etiam Equites S. Ioannis Hieroſolymitani ſub eodem Decreto comprehendi, & quoſcumque contrafacientes ab alio, quàm ab Apoſtolica Sede, aut à Sacra Congregatione abſolui, & rehabilitari non poſſe; Ampliſſimi eiuſdem Sacræ Congregationis Patres Decreta huiuſmodi innouanda, & inuiolabiliter obſeruanda ſtatuerunt. Verùm quia experientia compertum eſt, interdum ob pias, & rationabiles cauſas, eaſque ita ferente caſu, repentinas, vt ab eadem Sac. Congregatione licentiam expectari ſummè incommodum, vel inutile ſit Regularibus ſupradictis colloquendi cum Monialibus ſibi attinentibus neceſſitatem obuenire, facto verbo cum Sanctiſſ. D. N. Vrbano VIII. & de Sanctitatis ſuæ expreſſo ordine, & mandato, facultatem tribuerunt in poſterum locorum Ordinarijs, vt quatenus ſibi viſum fuerit in Domino expedire, licentiam concedere poſſint per quatuor vices ad ſummum quolibet anno cuicumque Regulari, vt Moniales ſibi in primo, & ſecundo tantùm conſanguinitatis gradu coniunctas conuenire, & alloqui poſſit. Id verò non aliter quam ſeruata ad vnguem forma infraſcripta: Vt id nullo modo liceat diebus feſtiuis, aut in Aduentu, Quadrageſima, feria ſexta, ſabbato & Vigilijs: prædictaque licentia obtenta ab Ordinario, & ab alio, ad quem ſpectet eam concedere, conſignetur Confeſſario ordinario Monaſterij, qui penes ſe retinere debeat, iſque aſſociet, & preſens ſit, & Auſcultatrices de more, non autem alie, aſſiſtant, prædictaque licentia pro die, & hora certa, & in ſcriptis concedatur, in libriſque Cancellariæ eiuſdem Ordinarij annotetur. Quòd ſi prædicti locorum Ordinarij per plures vices, vel in vlteriori gradu coniunctis, aut aliter quàm ſeruata forma ſupradicta licentias conceſſerint, vel permiſerint, ſciant ſe intentionis Sanctiſſ. D.N. & Sacræ Congregationis Tranſgreſſores, iudiciumque reformident: Regulares autem pœnis in ſupradicto Decreto contentis, ac ſi nullam licentiam obtinuiſſent, eo ipſo ſe nouerint eſſe addictos, & arbitrio Sacræ Congregationis ſeuerius puniendos. Romæ xij. Kal. Decembris. M. DC. XXIII.

OCT. CARD. BANDINVS.

Laur. Campegius Secr.

QVÆSTIONES.

1104 1 An excommunicatio Epiſcopi lata contra alloquentes Moniales, procedat etiam in alloquentes cum Monialibus exemptis, & Regularibus ſubditis, quæ Epiſcoporum iuriſdictioni non ſubſunt, exiſtentes intra Diœceſim.

2 An Regularis abſque legitima licentia accedens ad monaſterium Regularibus ſubiectum,

ctum, ibique, in loco colloquendi deſtinato cum moniali colloquens, à Diœceſano Epiſcopo, tamquam Sedis Apoſtolicæ Delegato coerceri, & puniri poſſit.

3 An Epiſcopus carcerare, & punire poſſit regulares alloquentes moniales ipſi Epiſcopo ſubiectas, ſine licentia ipſius.

An excommunicatio Epiſcopi contra alloquentes Moniales habeat locum quò ad exemptas ſubiectas Regularibus.

Quæſtio I.

SVMMARIVM.

1105 *Paria ſunt eſſe exemptum, & eſſe extra diœceſim.*
Excommunicatio non ligat non ſubditos.
Excommunicatio contra alloquentes Moniales locum habet etiam quò ad exemptas.
Ad Epiſcopum ſpectat prouidere circa acceſſum ad Monaſteria.
Epiſcopi vt delegati Sedis Apoſtolicæ curant clauſuram Monialium exemptarum.
Prælatus Regularis non habet iuriſdictionem in territorio.
Epiſcopus an prohibere poſſit, ne quis accedat ad loca exempta.
1106 *Epiſcopalis lex non afficit exiſtentes in loco exempto.*
Excommunicatio Epiſcopi non habet locum quò ad alloquentes moniales exemptas.
Delictum in loco exempto commiſſum, eſt extra iuriſdictionem Ordinarij.
1107 *Statutum, & excommunicatio Epiſcopalis non afficit delinquentes in loco exempto.*
1108 *Monaſteria Monialium ſunt loca de ſe exempta.*
1109 *Aliud eſt, prohibere acceſſum ad locũ, & aliud prohibere acceſſum ad aliquid faciendum in loco, & quid vtrobique prohibeatur.*
Quando interdici poſſit acceſſus ad aliena loca.
1110 *Delegatio non extenditur vltra expreſſa.*
Quod non in delegatione expreſſum cenſetur prohibitum.
Quid poſſint Epiſcopi in virtute delegationis Tridentini ſeſſ. 25. cap. 25. de Monialib.
1111 *Quid diſponatur in cap. Monaſteria, de vita, & honeſt. cler.*

1105 IN hac quæſtione nonnulli aſſerunt, præfatam excommunicationem non includere alloquentes Moniales exemptas à iuriſdictione Epiſcopi, nam paria ſunt, locum eſſe extra Diœceſim, & eſſe exemptum, ſecundum gloſ. magiſtralem, & communiter receptam *in cap. vt animar. in gloſ. fina. de conſtitut. in* 6. quam commendat Panorm. *in cap. fina. de priuileg.* Iaſ. Deci. & reliqui communiter *in l. territorium ff. de iuriſdictione omnium Iudic.* & Rot. diuerſ. *in dec.* 207. *par.* 2. & clarum eſt, excommunicationem non ligare non ſubditos *cap. à nobis*, cum ſimilibus. *de ſent. excomm.* Abb. Fely. & alij *in cap. quod te, de pœnitentia*, & gloſ. *in cap. noult. de offic. legati*, ex quo ſubditus delinquens in loco exempto, non incurrit excommunicationem ab Epiſcopo primo latam, & prohibentem, in quo delinquit. Sylue. *in ſumma, verbo, excommunicatio* 2. *num.* 12. & gloſ. *in citat. c. vt animarum, verbo, Diœceſim, de conſtitut.* Afflict. *in Prælud. Conſtit. Regni, q.* 6. *num.*...

In contrarium tamen eſt communis opinio Doctor. ex infraſcriptis rationibus.

Primò, quia Epiſcopus facit excommunicationem tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus, virtute ſac. Conc. Trid. *ſeſſ.* 25. *c.* 5. *de Regular. & Monial.* & *cap. Periculoſo, de ſtatu Monach. in* 6. & circa hoc Ordinarij vocantur etiam delegati à Pio V, *in ſua Bulla* 100. *fol.* 190. & tenet Nauar. *in cap. ſtatutum n.* 55. 19. *q.* 3. & ante etiam Conc. Tridentinum tenuerunt Geminianus, & Franchus *in cap.* 1. *de ſtatu regularium in* 6. Angel. *in verbo ſtatutum* 3. Sylueſt. *in verbo excommunicatio* 2. *n.* 3. Henricus de Gottis *de Syn. Epiſcopi parte* 3. *art.* 1. *concluſ.* 13. *num.* 40. Iaſon. *in conſ.* 83. *volum.* 1. Rolandus à Valle *conſil.* 33. *volum.* 3. qui tamen dicit, quòd eſt facienda ſpecialis mentio de Monaſterijs exemptis, aliàs ſi ſtatutum ſub pœna excom. de non accedendo ſimpliciter loqueretur, non includeret alloquentes cum Monialibus in Monaſterijs exemptis. ad hoc conferunt notata & ſcribentes *in c. fin. de foro comp.*

Secundò facit textus in cap. *Monaſteria, de vita, & honeſtate Clericorum*, vbi ad Epiſcopum ſpectat, prouidere circa acceſſum ad Monaſteria, nec fit diſtinctio an ſint exempta, vel non.

Tertiò facit Conc. Trid. *ſeſſ.* 25. *de regularibus c.* 5. vbi Epiſcopi tamquam Apoſtolicæ Sedis delegati in Monaſterijs ſanctimonialium exemptis poſſunt ſe intromittere, & curam habere

clau-

clauſuræ Monaſteriorum ; & acceſſus ad dicta Monaſteria videtur pertinere ad Clauſuram.

Quartò, quia locus exemptus eſt in Diœceſi, vt patet ex deciſ. Rotæ 207. *part.* 2. *diuerſ.* & Prælatus regularis non habet iuriſdictionem Epiſcopalem in territorio, iuxta terminos textus *in cap. non dicatis, 63. diſtinct.* Cardinalis *in Clement. 1, de ſtatu Monachorum.* Caputaquen. *deciſ.* 22. *part.* 2.

Quintò, quia Epiſcopus poteſt prohibere ſub pœna excommunicat. ne quis accedat ad loca exempta, & contrafacientes dictam pœnam incurrent. *l. Mercatores, C. de Conuer. & Mercatoribus,* vbi prohibentur Ciues Romani habere commercium cum Perſis, qui non erant ſubiecti Romano Imperio, facit etiam textus *l. vlt. ff. de Decret. ab ord. faciend.* quam opinionem tuetur Azor. 1. *part. inſtit. Moral. lib.* 5. *cap.* 75. §. 4. quæritur.

Sextò, quia Epiſcopus pro cuſtodia ſanctimonialium excommunicare poteſt omnes accedentes ad Monaſteria earum, etiam exempta ſubdita regularibus. Geminianus, Franchus *in cap.* 1. *de ſtatu Monial. in* 6. & Doctores *vbi ſupra.*

ADDITIO.

1106 Quod dicta excommunicatio, & quæcunque lex Epiſcopalis non afficiat exiſtentes in loco exempto, atque adeo alloquentes Moniales in eorumdem Monaſterijs exemptis, tradunt plures Doctores, præſertim Henriquez *lib.* 13. *ſum. cap.* 26. *n.* 2. Laiman *lib.* 1. *theol. moral. tract.* 4. *cap.* 11. *num.* 5. Bonac. *tom.* 2. *diſp.* 1. *de legib. quæſt.* 1. *pun.* 6. *n.* 66. Azor. *tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 25. *quæſt.* 4. Salas *diſp.* 14. *de legib. ſect.* 6. Cochier. *de iuriſdict. Ordin. in exemp. par.* 2. *quæſt.* 45. *num.* 2. Suarez *lib.* 3. *de legib. c.* 32. *num.* 9. & *de cenſur. diſp.* 5. *ſect.* 4. *num.* 5. Merol. *in theol. moral. diſp.* 4. *cap.* 3. *num.* 484. D. Antonin. 3. *par. tit.* 24. *cap* 7 §. 1. Roſella verbo *Excommunicat.* 7. *num.* 3. Sylueſter verbo *Excommunicatio* 2. *num.* 12. ver. *Circa prædicta.* Armilla *num.* 3. Gabr. *in* 4. *diſt.* 18. *quæſt.* 2. *art.* 2. *concluſ.* 6. Palud. *ibid.* & communiter Canoniſtæ *in cap. Cum Epiſcopus de offic. Ordinar. in* 6. & *in Clemen. Archiepiſcopo de priuileg.* Anton. Hynojoſa *in Direct. deciſ. Regular.* verbo *Priuilegium in communi*, ver. *Secundo notandum eſt.* Et eſſe communem opinionem teſtatur Boëtus *De ſynodo par.* 3. *ar.* 2. *num.* 9. Et deſumitur ex *cap.* 1. *de priuileg. in* 6. vbi delictum in loco exempto commiſſum ſupponitur extra iuriſdictionem Ordinarij. ibi. *Dummodo ſit in loco exempto commiſſum.* Et ex Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 12. *de Reformat.* Vbi decernitur, quod interdicta indicta ab Epiſcopo afficiant Eccleſias Regularium, aliàs de iure no afficerent ratione exemptionis.

1107 Et proinde, quod ſtatutum Epiſcopale non afficiat delinquentes in loco exempto, & proinde neque etiam excommunicatio annexa ſtatuto, quia eſt eadem ratio, tradunt Franc. *in cap.* 2. §. *Statuto. de conſtit. in* 6. Geminian. *ibid.* Caſtrenſ. *in l. fin. ff. de iuriſd. omn. iud.* Laſ. *ibid.* Gratian. *tom.* 1. *diſcep. forenſ. in addit. deciſ.* 113. *num.* 5. Vnde cum cenſuræ Epiſcopales non poſſint ligare in loco exempto, alloquentes Moniales in Monaſterio exempto, non ſuberunt his cenſuris. Vt in ſpecie tradunt Ancharan *in cap.* 1. *de ſtatu Regul. in* 6. Felin. *in cap. fin. de foro compet.* Nald. *in ſum.* verbo *Monialis. num.* 17. Armilla verbo *Excommunicatio. num.* 10. Auila *de cenſur. p.* 2. *cap.* 3. *dub.* 6. Sylueſter verbo *Excommunicatio* 2. *num.* 12. Henriquez *lib.* 13. *cap.* 26. *n.* 1. Facundez *præcep.* 1. *Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 9. Bonac. *diſp.* 1. *de cenſur. quæſt.* 1. *pun.* 11. *num.* 9. Barboſa *de poteſt. Epiſc. alleg.* 102. *num.* 73. alios citans, qui etiam loquuntur de acceſſu, ſicut etiã alij citati, exceptis Bonac. & Auila. Et loquentes de ſtatuto contra ingredientes Monaſteria, & loquentes cum Monialibus. Alter. *lib.* 3. *de cenſur. diſp.* 9. *cap.* 5. verbo *Ex his etiam.* Laiman *lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 11. *num.* 5.

1108 Solum obſtare videtur, quod Monaſteria Monialium non ſint loca de ſe exempta, ſed ſolum ratione perſonarum. Verum hoc dici non poteſt, ſi quidem ſunt plenè exempta non ſolum ratione perſonarum, ſed etiam ratione ſui exemptione locali, non ſecus, ac eſſent extra Diœceſim. Ita Bonac. *diſp.* 1. *de cenſur. quæſt.* 1. *punct.* 11. *num.* 8. Bordon. *in conſil. regul. reſol.* 7. *num.* 4. & habetur ex diuerſis priuilegijs Summorum Pontificum, præſertim Sixti IV. *in Mari magno Prædicat.* quod eſt *Bulla* 1. eiuſdem Pontificis apud Conſet. *in collect. priuileg.* vbi ita habetur. *Et ne prætextu Conſtitutionis Innocentij IV. prædeceſſoris noſtri, quæ incipit,* Volentes, *locorum Diœceſani, & alij Ordinarij, ac alij quicunque in perſonas, ac loca Fratrum Prædicatorum contra eiuſdem Gregorij prædeceſſoris ordinationem ſibi quãcunque iuriſdictionem, & ſuperioritatem vendicare præſumant, diſtrictius inhibemus, ne quiſquam abſque dictæ Sedis ſpeciali commiſſione, & auctoritate in perſonas, domos, & loca dicti Ordinis Prædicatorum, vtpotè prorſus exempta, aliquas excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias ſpecialiter, vel generaliter quomodolibet promulgare, aut in perſonas, domos, & loca huiuſmodi aliquam præeminentiam ſuperioritatem, & iuriſdictionem, quomodolibet exercere præſumant etiam ratione contractus, vel delicti ſeu rei, de qua contra ipſos ageretur, vbicunque ineatur contractus, committatur delictum, & res ipſa conſiſtat.* Vbi notanda ſunt illa verba, *domos, & loca Ordinis, vtpote prorſus exempta,* quibus tribuit Monaſterijs ipſis ſeorſim à perſonis omnimodam exemptionem. Hoc autem priuilegium participatur ab omnibus exemptis, quia non eſt conceſſiuum, ſed declaratiuum illius, quod conuenit ratione exemptionis; nam declarat, non poſſe exer-

ceri

ceri aliquam iurisdictionem, &c. quia sunt prorsus exempta.

1109 Pro quo est adnotandum. Quod aliud est prohibere accessum ad aliquem locum, & aliud prohibere accessum ad faciendum aliquid in aliquo loco. Primo modo accessus prohibetur per se primo, & tanquam principale: nec prohiberi potest, nisi contrarietur bono publico territorij prohibentis. Sic prohiberi potest à Principe suis subditis accessus ad terras hostium, sicut prohibetur *in l. mercatores. C. de commer. & mercat.* Secundo modo prohibetur per se primò actus exercendus in alieno territorio, & accessus prohibetur tanquam quid accessorium, & actus exercendus in loco, vt quid principale, & ideo si actus prohiberi non potest, neque etiam prohiberi potest accessus, quia accessorium sequitur naturam sui principalis. Actus autem exercendus in alieno territorio non potest prohiberi, nisi inde sequatur damnum aliquod territorio prohibentis, seu communitati quæ ab ipso regitur; nam si secluso hoc damno prohiberetur actus, exerceretur iurisdictio in alieno territorio: at si prohibeatur ratione damni obuenientis, prohibetur hoc damnum per se primo, & ideo exercetur iurisdictio in proprio territorio, & actus faciendus in alieno prohibetur solum, vt via ad hoc damnum. Hinc notant Barr. *in l. relegatorum §. interdicere, ff. de interdict.* Panormit. *in cap. postulasti de for. competen.* quod non potest interdici accessus ad aliena loca, nisi propter commodum ciuitatis interdicentis, vel in odium eorum, qui habitant talia loca. Neque obstant Declarationes S. Congregat. quod Episcopus punire possit alloquentes Moniales etiam exẽptas, & Regularibus subiectas: quia aliud est posse punire, & aliud posse facere edicta, & ponere censuras per modum legis: nam primum supponit prohibitionem, & dicit quod Episcopus puniat tanquam exequutor iuris: Secundum dicit iurisdictionem circa loca exempta, quam non habet Episcopus.

1110 Neque vrgent, quæ pro se affert auctor. Nam primo loco ex delegatione Apostolica Episcoporum in ordine ad clausuram facit extensionem ad alloquutionem, quæ est quid diuersum, siquidem & sine alloquutione violari potest clausura, & per quamcunque alloquutionem etiam prohibitam non violatur: & ideo ex eo quod sint delegati in ordine ad custodiendam clausuram, non fit quod sint delegati etiam in ordine ad alloquutionem. Delegatio nanque non extenditur vltra expressa. cap. *fin. de offic. deleg.* vbi Doctores. Imo quod non est in delegatione expressum, censetur prohibitum: cap. *Inter corporalia, §. sed neque, de translat. Epis.* vbi Doctores & notant Ancharan. *consil.* 207. *nu.* 4. Angel. *consil.* 138. *num.* 1. Farinac. *consil.* 89. *num.* 1. Vantius *de nullit. ex defect iurisd. deleg. num.* 91. Deinde Episcoporum facultas in ordine ad clausuram est solum per Decretum Concilij Trident. *sess.* 25. *cap.* 5. *de Monial.* ad eam conseruandam, & vbi violata sit, restituendam, & ad procedendum per censuras contra inobedientes, & contradictores: & ideo ex vi huius delegationis possunt solum manutenere clausuram, & procedere contra inobedientes, non autem facere statuta, quamuis aliquo modo concernant conseruationem clausuræ, quia eorum facultas est tantum circa clausuram materialem conseruandam & restituendam, & contra inobedientes: Et proinde sunt solum exequutores illius quod circa clausuram à Sede Apostolica statutum est.

1111 Neque etiam vrget quod secundo loco affert ex cap. *Monasteria, de vita, & honest. Cleric.* quia ibi Pontifex non dat facultatem Episcopo ponendi censuras, quæ afficiant in loco exempto, sed solum disponit contra frequentantes Monasteria Monialium, & statuit pœnas, quibus puniri debeat, & constituit Episcopum exequutorem. Neque similiter quod tertio loco. Quia accessus ad Monasteria non spectat ad clausuram, vt constat ex dictis. Neque quod quarto loco. Quia licet locus exemptus sit in Diœcesi, est tamen omnino extra iurisdictionem Ordinarij, quia est prorsus exemptus. Quod autem Prælatus regularis non habeat iurisdictionem in territorio, non facit, quod censuræ ab Ordinario latæ afficiant in loco exempto. Neque quod quinto loco dicit: nam absolutè, non potest prohibere accessum ad loca exempta, sed solum iuxta dicta *num.* 1109. & text. allati solum probant, quod ibi dictum est. Neque denique quod sexto loco. Siquidem assumit ad probandam suam intentionem, quod controuertitur. Neque custodia Monialium exemptarum pertinet ad Ordinarium.

An Regularis loquens cum Monialibus subiectis Regularibus; possit ab Ordinario puniri; & plura alia de materia alloquutionis.
Quæstio II.

SVMMARIVM.

1112 *Regularis loquens cum Monialibus Regularibus subiectis, puniri potest ab Episcopo, vt delegato Sedis Apostolicæ.*

1113 *Declaratio S. Congregationis fundata in dispositione Gregor. XV.*

1114 *Ex hoc non habent aliquam facultatem Episcopi statuendi contra exemptos.*

1115 *Prohibitio ne Regulares alloquantur Moniales sine licentia.*

1116 *Moderatio eiusdem prohibitionis.*

1117 *Regulares alloquentes moniales sine licentia peccant mortaliter.*

Pœna priuationis vocis activæ & passiuæ non ponitur nisi pro peccato mortali.

1118 *Loquutio Regularis cum Moniali, licet de rebus indifferentibus, est prohibita sub mortali.*

1119 *Prohibitio alloquendi Moniales extenditur ad Conuersas, si seruent clausuram.*

Loqui-

1120 *Loquutio per ſigna, nutus &c. cum Moniali continetur ſub prohibitione.*

Non autem in idiomate non percepto à Moniali.

Loquutio per interpretem an prohibita.

1121 *Prohibitio alloquendi Moniales an ſe extendat ad ſcriptionem.*

1122 *An comprehendat Abbatiſſam.*

Nomine Monialium in odioſis non venit Abbatiſſa.

1123 *Loquente Regulari cum Moniali, & ipſa non reſpondente, an violetur prohibitio.*

Communis vſus loquendi præferendus ſtrictæ ſignificationi.

1124 *Loquutio cum Monialibus è domibus propinquis an comprehendatur ſub prohibitione.*

Vna via prohibitum non cenſetur alia conceſſum.

1125 *Prohibitio alloquendi Moniales an comprehendat Nouitios.*

Nouitius ante profeſſionem eſt laicus.

1126 *Religioſus alloquens Monialem cum licentia an alloqui poſſit auſcultatrices.*

1127 *Filius religioſus an poſſit alloqui matrem Monialis, pater filiam.*

1128 *Concionator an poſſit concionando alloqui aliquam Monialem.*

1129 *Alloquens Monialem diuerſa die à præſcripta an incidat in pœnas.*

1130 *Licentia indefinita alloquendi Monialem an extinguatur prima vice.*

Sermo ſimpliciter prolatus intelligitur de vnica vice.

Licentia intrandi clauſuram indefinita, eſt pro vnica vice.

Oratio indefinita æquiualet vniuerſali.

1131 *Valet non de rigore, ſed ex benignitate, & mente diſponentis.*

Ratio reddit orationem indefinitam, vel vniuerſalem, vel ſingularem.

1132 *Habens licentiam ſpecialem, ſi interim concedatur generalis, an poſſit pluries alloqui.*

1133 *Volens vti duplici reſcripto ſuper eodem negocio, caret beneficio vtriuſque.*

Si clericus obtineat beneficium, ceſſat mandatum de prouiſione.

1134 *Ordinarius an denegare poſſit licentiam alloquendi Moniales iuxta facultatem conceſſam à S. Congregat.*

Gratia concedi ſolita non poteſt ſine iniuria denegari.

1135 *Ordinarius an ex cauſa neceſſitatis concedere poſſit licentiam Regulari alloquendi Moniales nullo gradu coniunctas.*

1112 Ad II. Sacra Congregatio Conc. Trid. interpretum cenſuit poſſe. Quam Congregationis ſententiam Sanctiſſimus Dominus Vrbanus VIII. ad ſe relatam approbauit, vt refertur in Bullar. *tomo quarto, fol.* 102.

ADDITIO.

1113 Dicta declaratio habetur poſt *conſtit.* 18. Gregorij XV. & talis eſt. *An Regularis abſque legitima licentia accedens ad Monaſteria Monialium Regularibus ſubiectarum, ibique in loco colloquiis deſtinato cum Moniali colloquens, à Diœceſano Epiſcopo tanquam Apoſtolicæ Sedis delegato coerceri, & puniri poſſit. S. Congregatio Cardinalium Concil. Trid. Interpretum cenſuit, poſſe. Quam Congregationis ſententiam Sanctiſſimus D. N. Vrbanus VIII. ad ſe relatam approbauit.* Fundatur autem hæc declaratio in diſpoſitione Gregor. XV. *de exemptione priuil.* quæ incipit, *Inſcrutabili*, & eſt 18. huius Pontificis *in Bullar.* vbi §. 4. ver. *ad hæc*, ita diſponitur. *Ad hæc tam Regulares, quam ſæculares huiuſmodi nullis priuilegijs, aut exemptionibus tueri ſe poſſint, quominus, ſi deliquerint circa perſonas intra ſepta degentes, aut circa clauſuram, vel circa bonorum adminiſtrationem Monaſteriorum Monialium etiam Regularibus ſubiectarum, ab Epiſcopo loci ſimiliter tanquam ad hoc Sedis Apoſtolicæ delegato, quoties, & quando opus fuerit, puniri, & corrigi valeant.* Quare declaratio prædicta reducit alloquutionem Monialium abſque licentia ad delictum circa perſonas intra ſepta degentes.

1114 In virtute autem prædictæ diſpoſitionis non datur Epiſcopis aliqua facultas ſtatuendi contra exemptos, aut imponendi cenſuras, ſed ſolum ſuppoſita prohibitione alloquendi Moniales conſtituũtur delegati Apoſtolicæ Sedis ad coercendos violatores huius prohibitionis. Vnde cum pœnæ determinatæ ſint à S. Congregatione, poterunt eas contrauenientibus imponere, quia hoc eſt propriè corrigere, & punire, quod ſolum per Conſtitutionem Gregorii XV. ipſis conceditur.

1115 Prohibitio autem, qua religioſi prohibentur Moniales alloqui, eſt tenoris ſequentis. *Eminentiſſimi & Reuerendiſſ. DD. Cardinales S. Congregat. &c. Decreuerunt, & mandarunt, nulli poſthac religioſo cuiuſuis gradus, qualitatis, & dignitatis exiſtat, (Superiore, cui Monaſterij, ſeu Domus cura incumbit, Viſitatore, ſeu Viſitatoribus, Confeſſarioque ordinario, cùm ad tempus deputabitur, duntaxat exceptis) licere abſque licentia expreſſa eiuſdem S. Congregat. accedere ad Monaſteria, ſeu Domos quarumcunque Monialium, vel Sororum, ſiue ſui, ſiue alterius cuiuſuis Ordinis ad colloquendum, ſiue tractandum cum eis. Quod ſi aliquando mandato ſui Superioris aliquot Religioſos ad prædicandum Verbum Dei, vel ad celebrationem Miſſarum in ipſarum Monialium, ſeu Sororum Eccleſijs, ſeu Oratorijs externis, ſiue extra clauſtra exiſtentibus, mitti contigerit, prohibuerunt, ne dicti Religioſi vllo quæſito colore Moniales, Sorores, aut quamlibet perſonam intra clauſtra degentes alloqui poſſint. Confeſſarijs autem ſimiliter interdixerunt, ne in ædibus Monaſterij, ſeu Domibus, vel Monaſterio, ſeu domui Monialium, aut Sororum contiguis pernoctent, aut alios pernoctare faciant, vel alias ſecum retineant, neue extra tempora generalium confeſſionum (quibus ſoli tantum Confeſſario refectionem diuinam accipere, vix permittitur:) & tunc demum videlicet, cum ſua habitatio, aut Virorum Domus, aut Monaſterium, in quo degit, à Monia-*

Digitized by Google

rialium, ſeu Sororum Monaſterio, vel Domo nimium diſtat, niſi tamen & eo caſu contrarium ſpecialiter conſtitutum ſit.) ibi nullo modo comedant, reficiantur, aut cibum ſumant. Quæ omnia, & ſingula ſub pœnis priuationis officiorum, ac vocis activæ, & paſſiuæ, ipſo facto incurrendis, aliiſque eiuſdem Congregationis arbitrio præceperunt inuiolabiliter obſeruari.

1116 Hoc autem Decretum moderatum fuit ab eadem S. Congregat. ſub ſequenti modo. *Regulares poſſunt nunc quater in anno alloqui Moniales in gradu primo, & ſecundo conſanguinitatis tantum ſibi coniunctas, cum licentia Ordinariorum, & eorum, ad quos ſpectat, ad vnguem tamen ſeruata hac forma. Videlicet, non in diebus feſtiuis, Aduentus, Quadrageſimæ, feria ſexta, & Sabbato, & Vigilijs. Quæ licentia conſignetur Confeſſario Monaſterij ordinario, qui penes ſe retineat, iſque aſſociet, & præſens ſit, & auſcultatrices de more, non autem aliæ aſſiſtant: quæ licentia pro die, & hora certa, & in ſcriptis concedatur, in libriſque Cancellariæ eiuſdem Notarij annotetur. Quod ſi prædicti Ordinarij per plures vices, vel in vlteriori gradu coniunctis, aut aliter, quàm ſeruata forma ſupradicta licentias conceſſerint, vel permiſerint, ſciant ſe intentionis Sanctiſſimi Domini Noſtri, & S. Congregationis tranſgreſſores, iudiciumque reformident. Regulares autem pœnis in præfato Decreto contentis, ac ſi nullam licentiam obtinuiſſent eo ipſo ſe nouerint eſſe addictos, etiam arbitrio S. Congregationis ſeuerius puniendos. Romæ 12. Kal. Decembris 1623.*

1117 Ex quibus deducitur contra Bordon. *in Conſil. Regular. reſolut. 7. n. 81.* Del Bene *tom. 1. de immunit. cap. 14. dub. 5. ſect. 2. num. 5.* alloquentes cum Monialibus ſine licentia peccare mortaliter, vt docent Merol. *tom. 1. Theol. moral. cap. 2. num. 615.* Coriolan. *de caſib. reſer. par. 2. caſu 3. num. 29.* Naldus *in ſum.* verbo *Monialis. num. 16.* verbo *Monialis autem.* Tamburin. *de iure Abbatiſſ. diſp. 25. quæſt. 5. num. 1.* Peirin. *de priuileg. ad Conſtit. 6. Pij V. num. 3.* Lezana *in ſum.* verbo *Moniales. num. 20.* Nouar. *in ſum. Bullar. tom. 1.* verbo *Clauſura. num. 3.* Campanil. *in diuer. iur. Rubr. 12. cap. 16. num. 4.* Sayr. *lib. 3. clau. reg. cap. 7. num. 34.* Barboſa *de iure Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 44. num. 156.* Pax Iordan *tom 2. lib. 7. tit. 12. num. 27.* Pellizar. *de Monial. cap. 5. ſect. 5. n. 200.* Squiſlan. *de priuileg. Cler. par. 1. cap. 13. num. 56.* Siquidem S. Congregatio prohibet tanquam aliquid graue, & imponit tranſgreſſoribus pœnam valde graue, quæ non ſolet imponi niſi pro peccato mortali, vt notant communiter Doctores. Syluester verbo *Interdictum. 6. num. 3.* Angelus verbo *Interdictum. 7. num. 4.* Tabiena *num. 18.* Caiet. *eodem verbo.* D. Antonin. *3. par. tit. 7. cap. 4. circa fin.* Sotus *in 4. diſt. 22. quæſt. 3. ar. 1.* Nauar. *cap. 27. Manual. n. 187.* Vgolin. *de cenſur. tab. 5. cap. 11. §. 1. num. 10.* Henriquez *lib. 12. ſum. c. 46. num. 5.* Et ita declarauit S. Congreg. *1. Iulij 1606.* apud Duar. *lib. 3. in Bul. cœnæ §. 8. quæſt. 2. n. 45.* Quare ſolum paruitas materiæ excuſare poteſt à mortali, vt eſſent verba ſalutationis, aut aliqua pauca verba vrbanitatis cauſa.

1118 Et hoc habet locum, etiamſi loquutio ſit de rebus indifferentibus; imo etiam de rebus bonis, & concernentibus vtilitatem, licet ſpiritualem. Ratio eſt, quia finis prohibitionis eſt tollere commercium præſentiale propter pericula, quæ inde oriri poſſunt: hoc autem commercium exercetur in quacunque collocutione de quacunque materia ſit; & proinde militat ſemper eadem ratio finalis. Vnde dici non poteſt, quod ſit lex fundata in præſumptione, qua ceſſante ceſſet etiam obligatio ipſius; nam falſum eſt, quod fundetur in præſumptione colloquij ad malum finem; ſed fundatur in periculis annexis tali colloquutioni. Lex autem ſemper obligat, quamuis in aliquo caſu non adſit periculum, quod intendit vitare, quia non ceſſat finis adæquatus ipſius. Et ita inter alios notat Ianuar. *de caſib. reſer. reſol. 44. num. 14*

1119 Inſuper habet locum dicta prohibitio etiam quoad Moniales conuerſas, vt notat idem Ianuar. *de caſib. reſeruat. reſol. 34. num. 48.* Quia licet aliquando Conuerſæ non veniant nomine Monialium, veniunt tamen in præſenti caſu, & militat quoad ipſas eadem ratio prohibitionis. Colloquium namque eſt interdictum intuitu clauſuræ, ita vt prohibitio ipſius ſit poſita ad vitanda pericula, quæ intendit vitare clauſura, & proinde tanquam ipſam coadiuuans. Vnde cùm Conuerſæ teneantur ad clauſuram, remanet prohibitum colloquium etiam cum ipſis. Quando tamen Conuerſæ non ſernarent clauſuram, ſicut in aliquibus locis non ſeruant, quæ deſtinatæ ſunt ad mendicandum. Aut ſi alicubi aliquæ Moniales abſolutè illam non ſeruarent, non haberet locum prohibitio alloquendi: Ita Naldus *in ſum.* verbo *Monialis num. 17.* verbo *Si quæ autem.* teſtans S. Congregationem Epiſcop. & Regularium ita reſcripſiſſe Generali Capucinorum *die 15. Martij 1594.*

1120 Similiter habet locum præſens prohibitio, ſi quis ſignis, aut nutibus alloqueretur Moniales. Quia eſt prohibita loquutio ſecundum rationem loquutionis, quatenus ſcilicet eſt manifeſtatiua ſenſuũ internorum, qui cum manifeſtari poſſint tàm verbis, quàm nutibus, aut alijs ſignis, conſequenter etiam talis manifeſtatio eſt prohibita; nam quod manifeſtentur verbis, aut ſignis, pertinet ad modum loquutionis, non verò ad ſubſtantiam. Ita Ianuar. *de caſib. reſer. reſol. 34. num. 49.* Boccius *de caſib. reſer. Eccleſ. Neapol. caſu 4. pet. 2.* Rurſus ſi quis loqueretur aliquo idiomate à Moniali non percepto, non faceret contra prohibitionem. Ita etiam Merol. *tom. 1. diſp. 1. cap. 2. num. 608.* Pellizar. *de Monial. cap. 5. ſect. 5. num. 216.* quia non alloqueretur Monialem, ſed ſolum loqueretur coram Moniali: nam loquutio, vt ſit completa, debet tranſmittere conceptus loquentis ad audientem, & eos illi communicare, quo ſecluſo, non habetur formaliter loquutio. Inſuper addit Ianuar. *citat.* quod, ſi quis loquatur per intermediam perſonam non facit contra prohibitionem, nam tunc explicaret ſuos ſenſus alteri, & hic Moniali. Quod etiam docent Merol. *tom. 1. diſp. 2. cap. 2. num. 595. in fine.* Tamburin. *de iure Abbatiſſ. diſp. 5. quæſt. 8. num. 7.* Zambel. *in reper.* verbo *Moniales, num. 124.* Pellizar. *de Monial. cap. 5. ſect. 5. num. 215.* Quod tamen abſolutè mihi probari non poteſt; nam ſi loquutio eſſet directa ad Monialem, verè ipſam alloqueretur, ſicut

qui loquitur cum alio per interpretem; & finis ipſius eſſet communicare ſuos ſenſus Moniali, & ſolum eſſet fraudem facere legi, & proinde violaret legem. Solum autem hoc admitti poſſet, quando loquens non dirigeret ſuam loquutionem ad Monialem, ſed ſolum colloquens referret Moniali, quod ab ipſo percepit. Imo Graſ. *de caſib. reſer. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 34. abſolutè vult contrauenire. Ita etiam Lezana *in ſum.* verbo *Moniales num.* 20.

1121 An autem ex vi dictæ prohibitionis ſit prohibitum ſcribere Monialibus? affirmant Campanil. *in diuerſ. iur. rubr.* 12. *cap.* 16. *num.* 46. Pax Iordan. *tom.* 1. *lib.* 7. *tit.* 12. *num.* 60. Sed melius negant Riccius *in praxi aurea reſol.* 65. Barboſa *de poteſt. Epiſcopi alleg.* 102. *num.* 81. Ianuar. *de caſib. reſer. reſolut.* 46. vbi citat Graſ. Sanchez, Merol. Tamburin. Bonac. Squillante, *de priuileg. Epiſcop. par.* 1. *cap.* 13. *num.* 48. Quia non ſunt idem ſcribere, & loqui, & cum verba legis non conueniant ſcripturæ, nec etiam conuenit diſpoſitio. cap. *indemnitatibus*, §. *ſed cum eas*, *de elect. in* 6.

1122 Præterea non conueniunt Doctores, an dicta prohibitio extendatur ad Abbatiſſam. Aliqui enim volunt, quod alloquentes Abbatiſſam faciant contra prohibitionem. Ita Merol. *tom.* 1. *theol. moral. diſp.* 1. *cap.* 2. *num.* 604. Megal. *par.* 1. *promptuar.* verbo *Corruptio*, *num.* 14. Squillante *de priuileg. Epiſcop. par.* 1. *cap.* 13. *num.* 58. Quia talis prohibitio, ſicut etiam ſtatutum Synodale, cum ſit in fauorem animarum, cenſetur fauorabilis, & ideo extenditur ad Abbatiſſas, quæ in fauorabilibus veniunt nomine Monialium. Aut ſi eſt odioſum, non eſt tale reſpectu Monialium, ſed ſolum quo ad eos, quibus fit prohibitio. Verum ſi ex eo, quod, lex reſpiciat fauorem animarum, eſſet fauorabilis omnis lex vetans peccatum, ſeu obligans in cõſcientia eſſet fauorabilis. Rurſus cum loquens ſit correlatiuum audientis, & prohibita loquutione veniat in conſequentiam priuatio audiendi, dum lex eſt odioſa reſpectu loquentis, eſt etiam talis reſpectu audientis. Itaque alij probabilius docent ſub hac prohibitione non comprehendi Abbatiſſam. Ita Lezana *in ſum.* verbo *Moniales*, *num.* 22. Tamburin. *de iure Abbatiſſ. diſp.* 25. *quæſt.* 8. *num.* 5. Ianuar. *de caſib. reſer. reſol.* 44. *per totam*, Pellizar. *de monial. cap.* 5. *ſect.* 5. *num.* 308. Zambel. *in reper.* verbo *moniales*, *num.* 24. Cum enim hæc lex ſit odioſa, ſiquidem prohibet commercium etiam Monialibus, nomine Monialium non venit Abbatiſſa, iuxta Gloſ. *in cap. fin. de ſimon.* Panorm. *num.* 2. Cardinal. *in Clemen.* 1. *nu.* 7. *in* 6. *oppoſit.* Roman. *conſil.* 259. *in fine*, Armilla verbo *Abbas num.* 11. Mandoſ. *de priuileg. ad inſtar*, *gloſ.* 7. *num.* 28. alios citans. Et fauet etiam ratio, quia cum Abbatiſſa ſit perſona grauis, prouectæ ætatis, & probatæ vitæ, ceſſant quò ad ipſam illa pericula, propter quæ eſt facta prohibitio.

1123 Verum ſi contingat, quod religioſus loquatur Moniali, & ipſa nihil reſpondeat, non violari Decretum S. Congregat. nec pœnas habere locum tradunt Graſ. *de caſib. reſeruat. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 1. Ianuar. *eod. tract. reſol.* 39. *per totam*. Quia prohibetur colloquutio; qui autem loquitur non colloquitur, quia colloqui requirit mutuam loquutionem. Verum ſpectato fine legis eſt admodum leuis hæc ponderatio; imo etiam ſpectatis verbis; ſiquidem confunditur colloqui cum alloqui, quod enim prius dixerat colloqui, poſtea in eodem Decreto dicit alloqui. Finis enim legis eſt tollere commercium loquutionis, quod habetur, ſiue Monialis reſpondeat, ſiue non. Et praxis ita interpretatur hanc prohibitionem, & proinde cum communis vſus ita habeat vt cenſeatur prohibita loquutio, præferendus eſt ſtrictæ ſignificationi verbi *colloqui*. *l. Labeo ff. de ſupellect. leg.* vbi Bar. & communiter Doctores *in l. non dubium*, *C. de legib.* & *in l. ſic re leges*, *ff. de legib.* Et ideo ita tenet idem Graſ. *conſil.* 22. *num.* 3. *de ſent. excommunicat. tom.* 1. Merol. *tom.* 1. *diſp.* 1. *capit.* 2. *num.* 589. Pellizar. *de monial. cap.* 5. *ſect.* 5. *num.* 208. Lezana *in ſum.* verbo *Moniales num.* 20. Zambel. *in reper. eod. verbo*, *num.* 24. Econtra tamen ſi Monialis loqueretur & religioſus non reſponderet, non faceret contra prohibitionem, quia non eſt prohibita auditio, ſed loquutio, quæ eſt quid valde diuerſum.

1124 Quod autem ſpectat ad loquutionem cum Monialibus è domibus propinquis, non includi ſub dicta prohibitione, ſentiunt Tamburin. *de iure Abbatiſſ. diſp.* 25. *quæſt.* 8. *num.* 1. Lezana *in ſum.* ver. *moniales num.* 20. Pellizar. *de monial. cap.* 5. *ſect.* 5. *num.* 214. Ianuar. *de caſib. reſtr. reſol.* 29. *num.* 15. Pax Iordan. *tom.* 2. *lib.* 7. *tit.* 12. *num.* 57. Quia in Decreto duo prohibentur copulatiuè, acceſſus ad Monaſteria, & loquutio; & ideo cum ſit lex pœnalis, non habebit locum in ſola loquutione. Attamen oppoſitum cenſeo tenendum, vt tenet etiam Merol. *tom.* 1. *theol. moral. diſp.* 1. *cap.* 2. *num.* 625. Quia acceſſus ad Monaſteria non per ſe prohibetur, ſed tantum vt medium ad loquutionem; & ideo quod per ſe, & ratione ſui prohibetur eſt ſola loquutio, & acceſſus ſolum ratione alterius: vnde tota ratio prohibitionis eſt in loquutione, & proinde habet locum prohibitio, quoties interuenit loquutio; alioquin religioſi, qui haberent Monaſterium propinquum Monialibus, & adeſſet commoditas loquendi è feneſtris, poſſent continuo loqui. Et ſubintrat regula, quod vna via prohibitum, non cenſetur alia conceſſum. cap. *Tuæ*, *de procurat.* & *cap. Cum quid vna de reg. iur. in* 6. Vnde ſi per viam acceſſus ad Monaſteria eſt prohibita loquutio, erit prohibita etiam quacunque alia via fieri poſſit.

1125 An autem hæc prohibitio extendatur ad Nouitios. Negatiuè reſpondent non ſolum loquendo de Nouitijs Equitum Hieroſolymitanorum, ſed etiam de clauſtralibus, Portel. *Dub. regular.* verbo *Nouitij abſolutio*, *num.* 35. & in terminis Squillante *de priuileg. Epiſcop. par.* 1. *cap.* 13. *num.* 51. Quia licet Nouitij in fauorabilibus veniant nomine religioſorum, non tamen in odioſis, atque adeo non comprehenduntur ſub legibus pœnalibus loquentibus de religioſis. Siquidem ante profeſſionem remanent Laici. cap. *Non ſolum*. cap. *Conſtitutionem*, *de regular. in* 6. & *cap. Religioſo de ſent. excommunicat. in* 6. Vnde quo ad hoc erit eadem ratio de ipſis, ac de ſæcularibus.

1126 Quia autem, quando religioſus loquitur cum licentia cum aliqua Moniali, debent de more intereſſe auſcultatrices, dubitatur, an ſi iſte religioſus loquatur cum ipſis, aut cum aliqua alia,

quæ

quæ de iure aſſiſtat, violet Decretum, & pœnas incurrat. Et negatiuè reſoluunt Pellizzar. *De Monial. cap. 5. ſect. 5. num. 219.* Ianuar. *De caſib. reſer. reſol. 44. num. 15.* Qui alios citat. Et ſundantur in eo, quia quò ad has cenſetur adeſſe tacita licentia Superiorum. Vnde quò ad alias ſiue ex ſe aduenientibus, ſiue aduocatis, locum habet prohibitio. De quo nulla eſt difficultas quò ad hanc poſteriorem partem: adeſt tamen quò ad priorem partem, quæ tamen adhuc eſt probabilis. Quia ſumus in rebus moralibus; vnde cum ſint ex officio deſtinatæ, vt interſint colloquutioni, ſe habent moraliter vt vna perſona ad excipiendam externam alloquutionem, & ideo, ſicut loquutio eſt directa ad omnes, ita etiam licentia cenſetur conceſſa reſpectu omnium.

1127 Cum autem patres, & matres alloqui poſſint filias moniales ſine alia licentia, & filij proprias matres moniales, ex declaratione S. Congregationis *die 15. Martij 1619.* apud Gauantum *in Manuali* verbo *Monialium loquutio*, *num.* 8. Dubitatur, an id habeat locum quò ad religioſos, ita vt filij poſſint alloqui ſine licentia matres Moniales, & patres filias. Et quidem cum declaratio S. Congregationis ſit vniuerſalis, videtur prohibitio denegari quò ad hanc partem per dictam declarationem, præſertim quia militat etiam ratio, imo à fortiori quò ad religioſos patres reſpectu filiorum, & filios reſpectu matrum. Quia tamen etiam prohibitio facta Regularibus eſt vniuerſalis, nec ipſi derogari poteſt per declarationes, quæ non inferunt nouum ius, ſed ſolum quod ſancitũ ſit declarant; ideo pro ipſis quoque erit neceſſaria licentia.

1128 Rurſus, cum Regulares concionari poſſint apud Moniales, dubitatur, an concionando poſſint alloqui aliquam Monialem, aut etiam communitatem explicando ipſis ſuos priuatos ſenſus, qui non concernunt ad concionem, an verò violarent Decretum. Reſp. Non videri violare Decretum, cum per ipſum Decretum prohibeatur loquutio de per ſe, & ex intentione loquendi proueniens: illa autem loquutio intermixta concioni, tanquam ipſi commixta ſequeretur naturam concionis, & proinde non videtur prohibita, ſicut nec eſt prohibita concio, præſertim quia in tali caſu ceſſat finis legis, neque ponatur aliud commercium præter commercium concionis, neque adſint illa pericula, propter quæ colloquutio eſt interdicta.

1129 Cæterum, ſi habens licentiam alloquendi aliquam Monialem pro certa die, diuerſa die à præſcripta vtatur licentia, non peccare mortaliter, atque adeo non incidere in pœnas Decreti exiſtimat Bordonus *Deciſ. Miſcel. 249.* Quia manet ſubſtantia licentiæ, & ſolum variatur modus. Nec obſtat, quod pro nulla habeatur non ſeruata forma in ea præſcripta, ſiquidem in forma continetur dies: quia cum Decretum requirẽs talem formam fundetur in præſumptione, non obligat in foro conſcientiæ, cum adeſt veritas in contrarium, & religioſus loquatur bono fine. Melius tamen videtur poſſe reſponderi, nempe formam illam præſcriptam in Decreto non eſſe ſubſtantialem. quia continet nonnulla, quæ ſubſequuntur licentiam, nempe quod confeſſarius aſſotiet, quod auſcultatrices ſint præſentes &c. & proinde non reddere nullam licentiam: quod etiam declarant verba eiuſdem Decreti in fine: Regulares autem pœnis in præfato Decreto contentis, ac ſi nullam licentiam obtinuiſſent, eo ipſo ſe nouerint eſſe addictos. Ex quibus patet, licentiam non fuiſſe nullam, ſed ſolum pœnas habituras locum, ac ſi illam non obtinuiſſent.

1130 Cum autem licentia alloquendi Moniales concedi poſſit religioſo diuerſis modis, dubitatur, an ſi concedatur indefinitè, extinguatur prima vice, an verò cenſenda ſit licẽtia vniuerſalis alloquendi toties, quoties libuerit. Merolla *tom. 1. theol. moral. diſp. 1. cap. 2. num. 629.* putat valere ſolum pro vnica vice. Tum quia eſt diſpenſatio in lege, & ideo ſtricti iuris. Tum quia ſermo ſimpliciter prolatus præſertim in odioſis intelligitur de vnica vice, *l. Boues, §. Hoc ſermone, ff. de verbor. ſignificat.* Vnde etiam licentia intrandi clauſuram intelligitur, licet indefinita, pro vnica vice, vt tradunt Iaſ. *in l. Duobus reis, §. Si ei, qui, num. 75. ff. de iureiur.* Graſſ. *Conſil 22. num. 38. de ſent. excom. tom. 1.* Maſtril. *deciſ. 97.* Sbrozzius *de offic. Vicar. lib. 2. quæſt. 210.* Riccius *Collect. 587. par. 3.* Io. Andr. *Reg. 34. de reg. iur. in 6.* Alber. *lib. 2. ſtat. quæſt. 181.* Felin. *in c. 1. de reſcrip. num. 17.* Tiraquel. *de conſenſu connub. §. 2. gloſ. 1. num. 79.* & alij. Contrarium tamen, quod ſcilicet non conſumatur vnica vice, ſed ſufficiat pro toties, quoties libuerit, tradunt alij, præſertim Ianuar. *de caſib. reſernat. reſol. 28.* Quia ſermo indefinitus æquiualet vniuerſali. argum. ex *l. Cum inter veteres.* ver. *Maximè, C. de fideicom.* Gloſ. *in cap. Vt circa*, verbo *Aliorum, de elect. in 6.* &c. & melius ex *l. Si ita relictum.* & *l. Pluribus, ff. de leg. 2.* & *l. Si plures, ff. de legat. 3.* & *cap. Quia circa, de priuileg.*

1131 Verum, cum ſermo indefinitus non æquualeat vniuerſali de rigore ſignificationis, ſed ſolum ex quadam benignitate, & mente diſponentis, vt notant Bart. *in l. ſi pluribus, ff. de leg. 2.* & *in l. qui ædificium, ff. de ſeruit. vrban. prædiod.* per tex. *l. Si ſeruitus eod. tit.* Corneus *conſil. 138. circa fin. lib. 2.* & *conſil. 160. num. 6. lib. 3.* Riminal. *in cap. Quæ in Eccleſiarum, num. 223. de Conſtit.* Tuſch. *littera I. concluſ. 86. num. 16.* Sequitur quod inſpicienda ſit mens diſponentis, & ſubiecta materia, atque adeo ratio diſpoſitionis, quæ eſt illa, quæ regulat mentem diſponentis, & iuxta menſuram rationis videndum, an indefinita conceſſio poſſit æquiualere vniuerſali, an verò reſtringenda ſit iuxta doctrinam, quam tradunt Fulgoſ *conſil. 75. in fine* Corneus *conſil. 83. n. 2. lib. 4.* Signorol. *conſil. 69. num. 8.* ver. *Nihilominus*. Menoch. *Præſump. 72. num. 7. lib. 4.* Tuſch. *ſtat. concluſ. 86. num. 29.* Vnde in præſenti materia conſideranda eſt ratio, quæ mouet ad concedendam licentiam alloquendi moniales, & videndum, an ſit ratio vniuerſalis, quæ poſſit mouere ad concedendam licentiam vniuerſalis, an verò requirat ſolum licentiam pro vnica, aut altera vice, & poſtea determinandum, an licentia ſit, vel non ſit vniuerſalis. Vnde qui obtineret indefinitam licentiam alloquendi ſororem, cenſeretur vniuerſalis, quia affectus ſanguinis eſt ratio vniuerſalis, quæ ſæpeſæpius exigit communicationem ſermonis. Qui obtineret licentiam indefinitam alloquendi aliquam monialem in-

tuitu alicuius negocij, posset toties alloqui, quoties negocium exigeret. Has tamen licentias indefinitas non possunt Ordinarij concedere, nec Pontifex, seu S. Congregatio concedere solet.

1132 Sed quid, si quis habeat licentiam specialem alloquendi aliquam Monialem, & antequam alloquatur concedatur licentia generalis omnibus alloquendi Moniales? Resp. Merolla *tom.1. theol. moral. disp.1. cap.2. num.630. & sequen.* Si alloquatur in virtute licentiæ generalis, non posse vti licentia speciali, nisi specialis esset pro certa die diuersa ab illa, pro qua adest licentia generalis, aut non loquutus fuisset cum illa Moniali, pro qua est specialiter concessa licentia. Oppositum tamen tenet Ianuar. *De casib. reser. resol.28. num. 6.* Et meritò, quia licentia generalis, & specialis sunt duæ gratiæ distinctæ, nec vna per aliam reuocatur, & quantumcumque strictè accipiantur, vna non est reuocatiua alterius, & ideo consummata vniuersali, potest adhiberi particularis. Et cum licentia particularis aliquid operari debeat, necesse est, quod causet aliquem fauorem vltra vniuersalem. Et confir. potest ex eo, quod lex generalis non derogat speciali ex *cap.1. de Constit. in 6.* & ideo nec etiam licentia generalis derogabit speciali.

1133 Neque vrgent tex. qui in contrarium solent afferri, qualis est cap. *Ex tenore de rescriptis*. quia ibi tantum decernitur, quod si quis impetret duo rescripta commissionis super eodem negocio, & vtroque vti velit, carebit beneficio vtriusque, ratione fraudis, & doli. In casu autem nostro nulla fraus interuenit, neque agitur de duabus licentijs ad eumdem finem, & ex eadem causa impetratis, & proinde est dispar ratio, & tex. non facit ad rem. Neque etiam tex. *c. Si pauper de præben. in 6.* Vbi si mandabatur prouideri clerico pauperi de beneficio, cessat mandatum, si aliunde obtineat beneficium. Nam ideo cessat mandatum, quia cessat causa mandati, vt habet tex. ipse, quia scilicet causa mandati erat subleuatio paupertatis; quæ amplius non habet locum, dum de alio beneficio prouisus est. At diuersus est casus præsens, quia cum vna licentia sit generalis, & altera specialis, supponuntur habere diuersas causas, nam generalis habebit causam generalem, & specialis specialem; vnde stante diuersitate causæ, ex consummatione vnius licentiæ non extinguitur altera.

1134 Occurrit autem dubium. nempe, an Ordinarius denegare possit licentiam, quam concedere potest iuxta formam Decreti S. Congregationis, alloquendi scilicet consanguineas in primo, aut secundo gradu coniunctas. Et affirmatiue respondet Bordon. *decis. miscellan. 222.* Quia dictum Decretum hoc remittit arbitrio eiusdem Ordinarij, vt constat ex illis verbis, *Quatenus sibi visum fuerit in Domino expedire, licentiam concedere possint*. vnde a fortiori infert, quod posset denegare, si adesset periculum alicuius peccati, alioquin non esset concedere, Quatenus sibi visum fuerit in Domino expedire. Cæterum tenendum est, quod sine causa non possit denegare, quia agitur de gratia solita, concedi. Gratia autem concedi solita non potest sine iniuria denegari, argum. ex *l. 1. §. penul. ff. de aqua quotid.* & notant Bart. *ibid.* Gabr. *Conclus. 8. num. 2. de iure emphyt. lib. 3. commun. conclus.* Aflict. *decis. Neapol. 238.* & *ad Consuet. Neapol. lib.1. rubr.97. num.22. de pœna contum.* Puteus *decis.419. num.1. lib. 3.* Ex causa tamen rationabili posset denegare, quia gratia concedi solita, ex causa denegari potest. vt Puteus *ibid.*

1135 Quod si vrgeat aliqua necessitas alloquendi monialem nullo gradu coniunctam, vt esset celebratio alicuius contractus, aut alia similis; putat Bordon. *cit. decis. miscellan. 222.* quod possit Ordinarius concedere licentiam toties, quoties necessitas vrgebit. Quia, inquit ipse, colloquutio necessaria non prohibetur, vt colligitur ex cap. *Monasteria, de vita, & honest. cler.* Sed tantum vitiosa, & periculosa, ibi. *Sine manifesta, & rationabili causa frequentare præsumpserit*: neque id prohibetur per Decretum S. Congregat. cum disponat tantum de colloquutione & vrbanitate, & pietate.

An Episcopus carcerare possit Regulares loquentes cum Monialibus sibi subiectis. Quæst. III.

SVMMARIVM.

1136 *Episcopus carcerare potest Regulares alloquentes Moniales sibi subiectas.*
1137 *Oppositum est tenendum.*
Quando pœna est taxata à lege, iudex etiam delegatus tenetur illi stare, nec potest aliam imponere.

1136 Ad 3. Resp. Quòd sic: ita tenet Boer. *decis.* 211. & Guid. Pap. *quæst.* 159. ad terminos Conc. Trid. *sess. & c.19.* & *sess.21. c.8.* & *sess.29. c.19. de refor.*

ADDITIO.

1137 Obstat resolutioni Auctoris, quod in Decreto prohibente religiosis loquutionē cum Monialibus, determinatur pœna pro transgressoribus, nempe priuatio officiorum, ac vocis activæ, & passivæ, Quando autem pœna est determinata à lege, iudex stare debet huic determinationi, nec pro suo libito potest aliter punire. cap. *De causis, §. Illa etiam de offic. delegati*. Et quamuis Ordinarij procedant in hoc, vt Apostolicæ Sedis delegati, non tamen delegatio excedit punitionem, seu exequutionem pœnæ

deter-

determinatæ, quia ſunt tantum delegati ad coercendum, & puniendum, vt in Conſtitutione *Inſcrutabili*. Gregor. XV. *De exemptor. priuileg.* Vnde cum in his pœnis non inueniatur carcer, uon videtur, quod poſſit Ordinarius incarcerare. In quo tamen ſtandum erit Inſtructioni, quam habent Ordinarij à S. Congregatione.

BVLLA
SANCTISS. DOMINI NOSTRI
VRBANI PAPAE VIII.
CONTRA MALE AD SACROS, VEL MINORES ORDINES, ſeu Clericalem characterem ordinantes, & malè ordinatos.

VRBANVS PAPA VIII.
AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

1138 *SECRETIS æternæ prouidentiæ conſilijs, nullo noſtrorum ſuffragio meritorum, ſpeculatores Domus Iſrael, in ſublimi Apoſtolatus culmine conſtituti, eò potiſſimum Pontificiæ ſedulitatis officia conuertenda eſſe arbitramur, vt quì in ſortem Domini vocantur, Chriſtiquæ Militiæ dant nomen, ſpiritualem Eccleſiæ tranquillitatem non perturbent, ſed pacem confirment, vires augeant, ac tam ſtrenuè ſe gerant, vt ipſam terribilem, quaſi caſtrorum aciem ordinatam, inferæ poteſtates, ac Principes tenebrarum quotidie magis perhorreſcant.*

§. 1. Hæc autem quantò impenſius fieri optamus, tanto maiori indignatione irreligioſam quorundam impudentiam deteſtamur, ac ſacrilegam temeritatem execramur, qui Sacros Canones, Summorumq; Pontificum Decreta non verentes, Clericales Ordines illegitimè ſuſcipiunt, ac dum in Eccleſiaſticorum miniſtrorum cœtum per nefas irrepunt, DEI cultui, animarum ſaluti, omnibuſque ad optimum Chriſtianæ Reipublicæ regimen pertinentibus, plurimum obeſſe noſcuntur.

§. 2. Aliàs ſiquidem ſel. rec. Clemens Papa IV. Prædeceſſor noſter volens periculis animarum eorum obuiare, qui vinculo excommunicationis adſtricti, aut apoſtatæ, ſeu irregulares, vel aliàs Ordinum ſacrorum ſuſceptione indigni, ſuam patriam, in qua de his haberetur notitia, fugientes, ſe in remotis partibus faciebant ad huiuſmodi Ordines promoueri, ſtatuit, vt nullus Epiſcoporum Italiæ de cætero aliquem vltramontanum Clericum ordinare præſumeret, niſi ab eodem Clemente Prædeceſſore, vel ab Epiſcopo, de cuius diœc. traxerat originem, ordinandus, vel in cuius diœc. beneficiatus exiſtebat, per eius patentes literas cauſam rationabilem continentes, quare ipſum nolebat, aut nequibat ordinare, ſpecialem licentiam haberet: eos verò, quos contra præmiſſa contigiſſet ordinari, manere voluit abſque ſpe diſpenſationis ſuper hoc à Sede Apoſtolica obtinendæ ſuſpenſos, ac ordinantes condigna pœnitentia puniri.

§. 3. Cum autem non ſine graui animi noſtri moleſtia, Nobis innotuerit, quamplares vltramontanos, ſuæ ſalutis immemores, DEIque timore poſtpoſito ad Ordines prædictos dimiſſorialibus litteris, ſeu etiam falsò, cum bonorum omnium ſcandalo, ſe promoueri feciſſe; Nos innumeris, quæ ex minus canonica Clericorum ordinatione huiuſmodi proueniunt, malis, quantum Nobis ex alto conceditur, prouidere volentes, prædictam Clementis Prædeceſſoris conſtitutionem, cum omnibus, & ſingulis in ea con-

tentis approbantes, & innouantes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, in Italia existentibus, tenore præsentium prohibemus, ne quouis prætextu, & ex quacumque causa Hispanos, Lusitanos, Gallos, vel Germanos, aliosque quoscumque Vltramontanos, & ex quibusuis locis extra Italiam oriundos, non solum ad sacros, sed neque etiam ad minores Ordines, vel Clericalem characterem promouere audeant, seu præsumant, nisi dimissoriales suorum Ordinariorum litteras à nostris, & huius Sanctæ Sedis Nuncijs, seu Collectoribus in illis partibus commorantibus recognitas, probatas, & subscriptas habeant, eorumdumuè Nunciorum, seu Collectorum subscriptiones à dilecto filio nostro in Alma Vrbe Vicario in spiritualibus generali similiter examinatæ, recognitæ, & approbatæ fuerint; aliàs promouentes, ad annum ab exercitio Pontificaliuu; promoti verò, perpetuæ suspensionis pœnam, absque spe dispensationis à Sede Apostolica obtinendæ, incurrant eo ipso. Insuper in promotos huiusmodi, ac etiam eos, qui cum falsis, vel fictis, aut fiduciarijs patrimonij titulis scienter se ad Ordines huiusmodi promoueri fecerint, non solum prædictis, verùm etiam maioribus arbitrio nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis infligendis pœnis.

§. 4. Italos verò, si quos impostetum Clericali characterе insigniri, vel ad minores Ordines promoueri ab alieno Episcopo, cum falsis dimissorijs contigerit, etiamsi qualitatibus per Concil. Trident. Decretum cap. 16. sess. 23. requisitis præditi sint, nihilominus sequuta tamen prius desuper Iudicis Ecclesiastici declaratione, fori priuilegio minimè gaudere, sed sæculari iurisdictioni, vt antea, plenè in omnibus subiacere, & subiectos esse respectiuè volumus.

§. 5. Sicque, & non aliter per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam, quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. In contrarium facien. non obstantibus quibuscumque.

§. 6. Per præsentes autem constitutioni rec. mem. Pij Papæ II. Prædecessoris nostri contra male promotos editæ, nullatenus derogare intendimus, sed illam cum omnibus', & singulis in ea contentis, in suo robore, & efficacia permanere, perindè ac si præsentes non emanassent, decernimus.

§. 7. Vt autem præsentes litteræ ad omnium notitiam facilius deuenire possint, volumus quod illæ, siue earum exempla in valuis Basilicarum Sancti Ioannis Lateranensis, ac Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ; necnon in acie Campi Floræ, vt moris est, affixæ; omnes, & singulos, quos illæ concernunt, perinde arctent, & afficiant, ac si vnicuique personaliter intimatæ fuissent.

§. 8. Quodque earumde transumptis, etiam manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud vbique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 11. Decembris 1624. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

QVÆSTIONES.

1139 1 An Clerici vtentes falsis Dimissorijs, ignorantes esse falsas, & illas recipientes à viro probo, & bonæ opinionis, puniantur pœna in supradicta Bulla contenta.

2 An Clericus ordinatus à non suo Episcopo sine falsis dimissorijs, incurrat pœnam præfatæ Constitut.

3 An Ordinarius possit ratificare ordinationem sui subditi, factam ab alio Episcopo, ac quid requiratur, & an in præiudicium tertij.

4 An Episcopus sibi non subdito ordines conferens cum spe ratihabitationis proprij Episcopi, suspensionem incurrat.

5 An Episcopus ordinans alienum Clericum excusetur à suspensione, si probabiliter ignorauit Clericum à se ordinatum esse alterius Diœcesis, sed communiter habitum de sua Diœcesi.

6 Quæ concurrere debent, vt quis possit ordinari ab alieno Episcopo ratione domicilij.

7 An Ordinandus etiam Episcopo ordinanti non subditus, irretitus aliqua censura Ecclesiastica, vel irregularitate, habeat aliquod releuamen, vel Beneficium per absolutionem, vel dispensationem, qua vtitur Episcopus in principio ordinationis.

8 An laicus fabricans falsas dimissorias, possit puniri ab illo Episcopo, cuius iurisdictio offensa

offenſa eſt in fabricatione dictarum dimiſſoriarum.

9 Quid ſi laicus incepit falsò ſcribere dimiſſorias, ad perfectionem tamen non deductas.

An vtentes falſis dimiſſorijs cum bona fide, puniantur pœna Conſtitutionis Vrbani VIII. Quæſt. I.

SVMMARIVM.

1140 *Vtens bona fide falſis dimiſſorijs non punitur*
Falſitas non punitur abſque ſcientia.
Ignorantia in dubio præſumitur;
Vſus falſarum ſcripturarum non punitur abſque dolo.
Ignoranti non poteſt imputari dolus.
1141 *Quid requiratur, vt excuſetur vtens falſis dimiſſorijs.*
Scire debens eſt in culpa.

Ad I. Reſp. Clericali charactere inſignitos, vel ad minores ordines promotos ab alieno Epiſcopo cum falſis dimiſſorijs, quas falſas ignorabat, & à probo viro receperat, non incurrere pœnas præfatæ Conſtit. ex reg. iur. falſitatem non puniri, abſque ſcientia. *l. 1. §. fin. ff. de falſis. l. nec exemplum. C. eod.* quæ qualitas eſt de ſubſtantia delicti, ex quo ignorans non dicitur delinquere, ſecundum Rip. *in l. fin. num.* 48. *C. de reuoc. donat.* Gram. *conſ.* 25. Menoch. *de arb. iud. caſ.* 186. *num.* 12. & ignorantia in dubio præſumitur, niſi probetur ſcientia. *c. præſumitur de reg. iur. l. verius, ff. de probat.* Roland. *conſ.* 45. *volum.* 1. Cacher. *deciſ.* 24. Maſcard. *de probat. concluſ.* 879. *num.* 6. ſcientem enim non ignorantem lex vult obligare, *l. generaliter. C. de tabular. lib.* 10. Cuman. *in l. quicumque n.* 4. *C. de ſeru. fugit.* & Rom. *conſ.* 473. & in proprijs terminis in materia falſitatis, dolus requiritur ad puniendum aliquem vtentem falſis ſcripturis, Plot. *in l. ſi quando, num.* 624. *C. vnde vi*, Boniſac. de Vitalin. *in rub. de falſ. num.* 2. Iodoch. *in pract. crim. c.* 123. *num.* 7. quemadmodum dicimus etiam in vtentibus falſis ponderibus, & menſuris, Natt. *conſ.* 72. *num.* 3. Tab. *in ſumma §. emptio num.* 9. *& §. falſum, num.* 10. Nauar. *in manual. cap.* 17. *num.* 169. Vnde Clar. *in §. falſum, num.* 5. voluit, quod qui vtitur falſo inſtrumento, non punitur, niſi ſciens illud eſſe falſum, & eo vſus ſit. cuius ratio eſt, quia pœna præſupponit culpam, Rimin. iun. *conſ.* 640. *num.* 72. *volum.* 6. ſed in ignorante non conſideratur culpa, vt ait Crauetta *conſ.* 204. *num.* 21. & Rimin. *d. conſ.* 640. *num.* 76. vbi etiam ſubdit, *n.* 77. quod ſine culpa non conſideratur pœna. & ad idem facit, quod notanter ſcripſit idem Crauett. *conſ.* 8. *num.* 10. quod ignoranti falſas ſcripturas, ſeu dimiſſorias, dolus imputari non poteſt. Non obſtat Luc. de Pen. *in l. modios, num.* 4. *C. de ſuſceptoribus*, vbi ait, quod tenentes falſas menſuras ſunt puniendi, nec excuſantur per ignorantiam per text. *in l. ſed addes, §. ſi quis ff. locati.* quia loquitur in alio caſu.

ADDITIO.

1141 Limitanda eſt doctrina Auctoris, vt non habeat locum in quocunque caſu dimiſſoriæ falſæ putentur veræ, ſed ſolum quando eas acceperint ab Officialibus, quia ſcire tenentur, quod ab Ordinario conceduntur ſolum per Officiales de eius mandato, & proinde ſi aliàs habitis vterentur, eſſent in culpa, quia ſcire debuiſſent non eſſe legitimè expeditas, *l. quod te. ff. de reb. cred.* vbi Gloſ. Bart. Bald. Iaſ. & veteri Doctores, & *l. idem §. 1.* ibi. *Intelligit, vel intelligere debet. ff. ad leg. Aquiliam*, & *Lqui fundum §. ſeruus 2. ff. pro emptore*, vbi Dinus. Tiraquel. *de retr. lign. §. 12. num.* 9. vbi latè.

An Clericus ordinatus à non ſuo Epiſcopo, incurrat pœnas Conſtitutionis Vrbani. Quæſt. II.

SVMMARIVM.

1142 *Ordinatus à non ſuo Epiſcopo ſine dimiſſorijs non incurrit pœnas Conſtitutionis Vrbani.*
Caret tamen exequutione Ordinis.
1143 *Finis Conſtitutionis Vrbani eſt obuiare, ne Clerici vtantur falſis dimiſſorijs.*
Vt habeat locum diſpoſitio, debent verificari omnes qualitates diſpoſiti.

1142 Ad 2. Resp. Clericum ordinatum à non suo Episcopo, male fuisse promotum, *c. 1. & c. eos*, & ibi DD. *de temporib. ordinationum, lib. 6.* & habere characterem Clericatus, non tamen illius exequutionem. Conc. Trid. *sess. 23. c. 8.* sed non incurrere pœnam in dicta constitut. expressam, quia Summus Pontifex punit delictum falsitatis, & committentes falsitatem non debere gaudere priuilegio fori, & si voluisset Summus Pontifex, ordinatum à non suo Episcopo non debere gaudere dicto priuilegio fori, expresisset, & non apposuisset illam propositionem coniunctiuam in illis verbis ibi appositis, cum falsis dimissorijs: & Italos, si quos in posterum clericali charactere, vel ad minores ordines promoueri ab alieno Episcopo cum falsis dimissorijs contigerit, etiamsi qualitatibus per Concilij Tridentini decretum *cap. 26. sess. 23.* requisitis præditi sunt; Nihilominus, sequuta tamen prius desuper Iudicis Ecclesiastici declaratione, fori priuilegio minime gaudere, sed sæculari iurisdictioni, vt antea, plenè in omnibus subiacere, & subiectos esse respectiuè voluit: & pœnæ non sunt ampliandæ, sed restringendæ.

ADDITIO.

1143 Resolutio Auctoris colligitur clarè ex dispositione Pontificis circa dimissorias, quia vult, quod Vltramontanorum dimissoriæ sint recognitæ à Nuncijs, seu Collectoribus Apostolicis Prouinciæ, seu Regni, vt in *§. 3.* & quod recognitio, & subscriptio facta per Nuncios, seu Collectores recognoscatur à Vicario Vrbis. Ex quibus patet, quod finis Pontificis est obuiare, ne adhibeantur falsæ dimissoriæ. Quod etiam constat ex Proœmio. nam cum recensuisset dispositionem Clementis VIII. statuentis, quod nullus Vltramontanus ordinaretur sine patentibus literis sui Ordinarij, per quas concederet licentiam, & exprimeret causam, cur ipse non ordinaret, subdit, quod sibi innotuerit aliquos cum falsis dimissorijs ordinari, & ideo, vt huic malo obuiam eat, statuit &c. Et proinde pœnæ impositæ non extenduntur vltra eos, qui vtuntur falsis dimissorijs, quia non extenduntur vltra dispositionem, sed vt habeat locum, debent verificari omnes qualitates, de quibus in ipsa Constitutione. *cap. 1. de homicid. in 6.* vbi Io. Andr. Iulius Clar. *lib. 5. §. fin. quæst. 85. num. 9.*

An Episcopus ratam habere possit Ordinationem sui Clerici ab alieno Episcopo, etiam in præiudicium tertij. Quæst. III.

SVMMARIVM.

1144 *Episcopus ratam habere potest ordinationem sui clerici ab alieno Episcopo.*
Ratificatio non debet fieri ante collationem beneficij.
Non retrotrahitur in præiudicium tertij.
1145 *Episcopus non potest ordinare alienum subditum sub ratihabitione.*
1146 *An possit ratificare ordinationem, quando ordinatus est sub iure alterius.*
Quid si ratificatio impedit, ne tertius consequatur beneficium.
Vtens iure suo non facit alicui iniuriam.
1147 *Ratihabitio Ordinationis quem effectum operetur.*
Suspensio ordinati sine licentia proprij Episcopi, potest ab ipso tolli.
1148 *Ratihabitio retrotrahitur.*
Ratihabitio non operatur in præiudicium illius, cui medio tempore fuit ius acquisitum.
1149 *Episcopus ratam habens ordinationem sui subditi ab alieno Episcopo, tollit suspensionem Ordinatoris.*

1144 Ad 3. Resp. affirmatiuè. c. *Salomitanæ*, cum glos. *in capit. ac si, 63. dist.* & *in c. illud in glos. fin. 71. dist.* requiritur tamen; vt ratificatio fiat per Ordinarium, vel eius officialem habentem speciale mandatum, vel Episcopus agat in remotis, & Vicarius sit etiam in spiritualibus. Franc. *in c. cum nullus, in 4. not. de temp. ordin. in 6.* & *ibi* Gemin. *in §. Episcopo n. 1.* & quia ratificatio quando fit, debet fieri in tempore antequam Clerico sic promoto conferatur beneficium: alioquin collatio non valet. *Imol. in c. 2. n. 29. de Instit.* & Franc. *inc. si eo tempore, n. 8. de rescript. in 6.* Nec ista ratificatio retrotrahitur in præiudicium tertij, Glos. Bart. & alij *in l. bonorum, ff. rem rat. haberi*. Decius *cons. 226. n. 6.* Paris. *cons. 12. n. 17. lib. 4.* Sarnen. *in reg. de iur. quæst. non tollendo, q. 11. n. 8. & seq.* & ita fuisse tentum die sexta Ianuarij 1552. coram D. Reumano *in una Burgensi dimidiæ portionis* affirmat Riccius *in sua Praxi rerum Eccl. deciss. 297.*

AD-

Digitized by Google

ADDITIO.

1145 Quamuis proprius vniuſcuiuſque Ordinarius ratam habere poſſit Ordinationem ſui ſubditi factam ab alieno Epiſcopo abſque literis dimiſſorijs, Epiſcopus tamen non poteſt ſub ratihabitione alienum ſubditum ordinare, vt tradunt Rebuf. *in praxi tit. de dimiſ. num.* 11. Quaranta *in ſum. Bullar.* verbo *Ordo.* ver. *Amplia hanc extrauag.* Bonac. *diſp.8. de ſacram. diſp.vn. pun.* 4. *num.* 29. ver. *Verum præſertim.* Pax Iordan. *tom.* 1. *Variar. Lucubrat. lib.*3.*tit.*6. *num.*116. Quia iura, quæ prohibent ordinari alienum ſubditum abſque dimiſſorijs, requirunt expreſsè has literas teſtimoniales in eum finẽ, vt non ſolum conſtet de conſenſu proprij Ordinarij, ſed etiam, vt notum fiat ordinanti, quod ordinandus habeat qualitates requiſitas à ſacris canonibus, quæ per ratihabitionem ſuppleri non poſſunt, quæ licet faciat præſumere conſenſum, non tamen facit de ipſo conſtare.

1146 Quod autem proponat Auctor, nec videtur reſoluere, an poſſit Ordinarius ratam habere ordinationem proprij ſubditi factam ſine dimiſſorijs ab alieno Epiſcopo in præiudicium tertij. Reſp. Quod ſi ordinatus eſt ſub dominio aut iure alterius, ita vt poſſit impedire, ne ordinetur, non poterit ratam habere, cum neminem priuare poſſit ſuo iure, vnde ſi ordinatus eſſet ſeruus, aut religioſus conuerſus, non poſſet ratam habere ordinationem, & extrahere ſeruum à ſeruitute, & religioſum conuerſum à ſeruitijs, quibus eſt deputatus in religione. Si vero non ſit ſub dominio, aut iure alterius, poterit ſemper ratam habere, quia dum eius ſubditus ab alieno Epiſcopo abſque licentia ordinatur, fit tantum ipſi iniuria, quia ipſa ſolum impedire poteſt, ne ordinetur; & quamuis inde ſequatur aliquod incommodum tertio, quia ſcilicet non poſſit obtinere aliquod beneficium, quia ſcilicet præferendus ſit ordinatus ab alieno Epiſcopo, ſi rata habeatur à proprio eius Ordinatio, hoc non eſt verum præiudicium, ſed eſt vti proprio iure, ex quo per accidens aliquod incommodum tertio ſequitur, quod non eſt prohibitum; imo eſt in iure conceſſum cum liceat vnicuique vtendo proprio iure ſibi conſulere, licet cum damno alterius, *l.*1. *§. Denique Martellus ff. de aqua plu.arcen.* & *l. Fluminum*, §. *vlt.* & *l. ſequen. ff. de dam. infec.* Neque enim alicui fit iniuria, cum quis vtitur iure ſuo. cap. *Cum Eccleſia de elect.* Et ratio eſt, quia illa ordinatio, licet non quo ad validitatem, attamen quò ad exequutionem ordinis, & vſum, dependet ab electione proprij Ordinarij, qui ſi conſentiat, rata erit in facie Eccleſiæ.

1147 Quia autem ordinatus ab alieno Epiſcopo abſque licentia proprij Ordinarij, remanet ſuſpenſus ex diſpoſitione Concil. Trident. *ſeſſ.*23. *c.*8. *de reformat.* & incapax beneficij, ideo ratihabitio proprij Ordinarij operatur hunc effectum, vt tollat ſuſpenſionem, & reddat capacem beneficij, vt tradunt Maiol. *lib.*1.*de irregular. cap.*10.*num.*1. Bonac. *diſp.*8. *de ſacram. quæſt.vn. pun.*4. *num.*15. Ciarlin. *lib.*1.*controuer. forenſ. cap.*46. *num.*26. Pariſ. *de reſignat. lib.* 4. *quæſt.* 2. *num.* 87. Quaranta *in ſum. Bullar.* verbo *Ordo.* ver. *Amplia hanc extrauag.* Nauar. *Conſil.* 48. *de tempor. ordinat. in nouis.* Pax Iordan. *tom.*1. *Variar. elucubrat. lib.*3. *tit.* 6. *n.*117. Eſt enim in poteſtate Epiſcopi tollere hanc ſuſpenſionem, quando libuerit, vt conſtat ex Concil. loco *cit.* ibi, *Ordinatus, à ſuſceptorum ordinum exequutione, quandiu proprio Ordinario videbitur expedire, ſit ſuſpenſus.* Pro quo tamen eſt aduertendum, quod vt poſſit tollere hanc ſuſpenſionem, debet moueri ex aliquo motiuo rationabili, quod ſit ſufficiens ad mouendum intellectum, vt iudicet expedire; ſiquidem Concilium non concedit facultatem tollendi ſuſpenſionem, niſi quando videbitur expedire.

1148 Et cum ratihabitio retrotrahatur. cap. *Quoties de pactis.* & *cap. Ratihabitionem de regul. iur. in 6.* Quando proprius Ordinarius ratam habet ordinationem alieni Epiſcopi, operatur, quod eodem pacto ſe habeat, ac ſi ab initio ritè ordinatus fuiſſet. Et proinde iura acquiſita ratione ordinationis eodem pacto ſe habent, ac ſi ab initio, quando ordinatus eſt, fuiſſent acquiſita; ſuppoſito tamen, quod tempore intermedio non ſit alicui alteri ius idem acquiſitum, quia ratihabitio nihil operatur in præiudicium illius, cui medio tempore fuit ius acquiſitum. vt notant Iacob. de S. Georgio *in l.*1. *C. admitti ad bonor. poſſ.* Natta *Conſil.*252.*num.*9. Dec. *Conſil* 460. Socin. *Conſil.*126. *num.*1. *lib.*4. Afflict. *Deciſ.* 335. *num.*13.

1149 Verum dubitatur, an cum Ordinarius ratam habet ordinationem proprij ſubditi factam ab alieno Epiſcopo ſine licentia, ſicut tollit ſuſpenſionem Ordinati, ita etiam tollat ſuſpenſionem Ordinatoris, quam ponit Concil. Trident. *ſeſſ.* 23. *c.*8. *de reformat.* nempe à collatione Ordinum per annum. Et affirmatiuè videtur reſpondendum, quia cum ratihabitio retrotrahatur, vt dictum eſt *num. præced.* & operetur, quod actus ita ſe habeat, ac ſi ab initio legitimè fuiſſet geſtus, videtur reſtituere omnia in eum ſtatum, quem habuiſſent, ſi actus ab initio legitimus fuiſſet. Verùm, oppoſitum tenendum eſt, quia non eſt in poteſtate Ordinarij tollere hanc ſuſpenſionem ab Ordinatore, & ideo cum eam iam incurrerit, non tollitur per id, quod rata habeatur Ordinatio ab ipſo non legitimè facta, ſicut tollitur ſuſpenſio malè ordinati, quia eſt in poteſtate Ordinarij eam auferre à proprio ſubdito.

Digitized by Google

An Episcopus conferens ordines sub spe ratihabitionis suspensionem incurrat. Quæstio IV.

SVMMARIVM.

1150 *Ordinans non subditum sub spe ratihabitionis non incurrit suspensionem. Oppositum est tenendum.*

Ordinati ab alieno Episcopo, si alias habiles sint, tolerari possunt pœnitentia imposita.

1150 Ad 4. Resp. Quòd absque metu pœnæ id fieri potest. ad hoc est text. expressus *in c. Lugdunensis, 9. quæst. 2.* pro qua ratione Ignat. *super d. c. 29. vers. secundus*, refert Raymundum *in sua sum. tit. de forma consecrationis*. Versic. *in summa nota*, quòd *Ordinati*, & gloss. *in c. nullus alterius in fin. 9. quæst. 2.* atque Maiolum *in tract. de irregularitate lib. 4. c. 2. n. 7.* & ibi, quòd videtur hæc opinio probari à contrario sensu in Conc. Trid. *sess. 14. cap. 3.* & *d. c. Lugdunensis*, procedere in collatione primæ tonsuræ, & aliorum ordinum, probat Quintilian. Mandos. *in reg. Cancellar. 24. quæst. 4. num. 12.* & latius per Gabriel. *in d. conf. 287. col. 2. vol. 2.*

ADDITIO.

1150 Ex cap. *Lugdunensis 9. quæst. 2.* solum habetur, quod Ordinati ab alieno Episcopo, si aliàs habiles sint, tolerari possunt pœnitentia iniuncta, & rata haberi Ordinatio, ex quo constat, quod non excusatur ordinatio alieni subditi, dum pœnitentia est imponenda. Imo *ibid.* cap. *Nullus alterius* prohibetur expressè ordinatio alieni subditi, & Glos. ab Auctore citata *in dictum cap. Nullus alterius* in fine, quod potest Ordinatio alieni subditi confirmari, & rata haberi ab illius Ordinario, si ordinans credidit Ordinarium ordinandi ratam habiturum Ordinationem. Itaque sicut dictum est, *n.* 1145. cum non possit quis ordinari ab alieno Episcopo, nec etiam sub spe ratihabitionis ordinans euadet pœnam suspensionis positam à Concilio Trident. Quia tunc non euaditur pœna, quando violatur lex, in cuius auxilium est apposita pœna, & tunc violatur, quando non seruatur forma ab ipsa præscripta; forma autem à Concilio præscripta pro ordinatione alieni subditi est, quod ordinatio fiat in virtute literarum testimonialium proprij Ordinarij.

Ordinans alienum subditum existimatum de propria diœcesi, an excusetur à suspensione. Quæstio V.

SVMMARIVM.

1151 *Ordinans alienum subditum putans esse proprium an excusetur à pœna suspensionis.*

1152 *Episcopus tenetur permittere diligens examen.*

Non præmissa debita diligentia, non excusatur à pœna suspensionis, si ordinet alienum subditum.

1151 Ad 5. Resp. Quòd sic: vbi probabiliter Episcopus alterius Diœcesis clericum esse ignorauerit, vtpotè quia parentes eius in sua Diœcesi eum esse dixerunt, vel communiter pro tali habebatur: nam vt Episcopus suspensionem incurrat ob causas supradictas, requiritur, vt ex præsumptione id fecerit, ob verbum illud, præsumpserit, præsumptio autem dolum requirit, quo caret hic Episcopus ob probabilem ignorantiam facti: atque sic respondisse sacram Congregationem testatur supradictus Riccius *vbi supra*, & tenet Nauarr. *in conf. 40. de tempor. ord.* Vgol. *de potestate Epis. §. 21. n. 26.*

ADDITIO.

1152 Concil. dicta *sess. 23. cap. 8. de reformat.* dum ponit pœnam suspensionis pro ordinante alienum subditum sine literis testimonialibus, non requirit præsumptionem, solum enim dicit, *Si secus fiat, Ordinans à collatione ordinum per annum sit suspensus*. Quæ verba arguunt solum contrauentionem legis. Imo, cum teneatur Episcopus præmittere examen diligens ordinandorũ iuxta Decretum Concilij Trident. *sess. 23. cap. 17. de reformat.* in quo *Ordinandorum genus, personam, ætatem, institutionem, mores, doctrinam, & fidem diligenter inuestiget, & examinet*. Et cum non possit ordinare, nisi

Digitized by Google

niſi ſuos ſubditos, vt *cap. ſequen.* debet eos recognoſcere tanquam proprios ſubditos, alioquin ſi non præmiſſa debita diligentia ordinaret alienum, non excuſaretur à pœna, & ideo tunc ſolum habet locum probabilis ignorantia excuſans à pœna, quando adhibetur debita diligentia ; & in hoc ſenſu loquuti ſunt Doctores, ſeu accipiendi ſunt, ſicut etiam Sayr. *deciſ. 62. de tempor. ordinat.*

Quæ concurrere debeant, vt quis ordinari poſſit ab alieno Epiſcopo ratione domicilij. vbi de domicilio. Quæſt. VI.

SVMMARIVM.

1153 *Quando quis contrahat domicilium.*
Ex coniecturis colligitur animus contrahendi domicilium, & quænam illæ ſint.
1154 *Ordinarius domicilij non poteſt ordinare promotum ad titulum beneficij cum reſidentia ab Epiſcopo originis, aut cum adſcriptione alicui Eccleſiæ. quod alij non admittunt.*
1155 *Translatio maioris partis bonorum an ſit cõiectura ſufficiens translationis domicilij.*
Signa animi redeundi ad prius domicilium impediunt contractionem noui domicilij.
1156 *Translatio familiæ aut ſupellectilis quando ſufficiat pro contrahendo domicilio.*
1157 *Poteſt quis habere plura domicilia.*
1158 *Quando quis retento priori contrahat nouum domicilium?*
Supplicatio pro obtinenda ciuilitate ſupponit contractum domicilij.
1159 *Filij Officialium, qui ſunt perpetui, ordinari poſſunt, quando primo peruenerunt ad locum officij.*
Relegati in aliquem locum contrahunt ibi domicilium.
1160 *Barones & eorum filij habent domicilium loci feudalis, licet ibi non habitent.*
1161 *Nobiles patricij, apud quos eſt regimen Reipublicæ, an obtineant domicilium in ſingulis ciuitatibus.*
1162 *Barones habent tot domicilia, quot feuda in diuerſis diœceſibus.*
Domicilium acquiſitum nunquam excludit originarium.

1153 Ad VI. Reſp. Contrahere domicilium, ſi quis transferat ſe ad habitandum in aliquo loco, & declaret expreſſe ſe habere animum contrahendi ibi domicilium, ſtatim enim illud acquirit abſque aliqua temporis expectatione, ita But. *in c. ad Apoſtolicæ, de decimis*, Abb. *in cap. fin. de parochis*, Franch. *in cap. cùm nullus, de temp. ord. in 6.* Felyn. *in cap. dilectus filius, il ſecundo, de reſcript.* Petr. de Vbald. *in tract. de canon. port. Epiſc. & Parochiali cap. 7.* Maſcard. *de probat. concluſ. 134.* Menoch. *de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 1. caſu 86*, & aliqua tradit Afflict. *deciſ. 384.* & Henriq. *in ſuprad. cap. 22. §. 2.* Quando verò non declarat animum, tunc recurrit ad coniecturas : quarum prima eſt, cùm quis in locum aliquem maiorem partem bonorum transfert, & ibi contrahit. ſic Bart. *in l. placet, ff. ad municip.* aliter enim ſola emptio domus, vel alicuius partis bonorum, domicilium non facit. *cap. dilectus, de reſcriptis, cap. ſi Epiſcopus, de paroch. cap. cum nullus, in 6. cit.* iuncta gloſſ. Hoſt. *in ſum. cit. de foro comp. num. 4.* Ang. Arm. verbo *domicilium* ; ſi verò nihil habet in bonis, habitatio decennij cum animo habitandi perpetuò, requiritur, *l. 2. C. de incol.* Quod intellige concurrente aliquo actu, ſeu ſigno ſignificatiuo aſſumpti domicilij. Abb. *in cap. fin. de paroch.* Felyn. *in cap. dilect. num. 11. de reſcript.* & ita iudicauit Rota Romana *in deciſ. 150. parte 2.*

ADDITIO.

1154 In præſenti materia aduertunt Zerola *in praxi Epiſcop.* verbo *Dimiſſoria* §. 1. Quaranta *in ſum. Bullarij.* verbo. *Ordo.* ver. *circa tertium*. Piaſecius *in praxi. par. 1. cap. 1. num. 10.* ver. *Ampliatur ſecundò*. Non poſſe Ordinarium domicilij illum ordinare, qui ab Epiſcopo originis promotus fuiſſet ad titulum beneficij requirentis reſidentiam, vel ad titulum patrimonij cum adſcriptione alicui Eccleſiæ : ſed in tali caſu requiri dimiſſorias Epiſcopi originis. Hanc tamen doctrinam non admittunt Campanil. *in diuerſor. iur. rubr. 9. cap. 8. num. 25.* Barboſa *de poteſt. Epiſc. alleg. 4. num. 41.* Sed ſufficere, quod habeat notitiam morum, & cæterarum qualitatum, quæ pro ordinandis neceſſariæ ſunt. Et ſolum poſſe Epiſcopum originis punire recedentes Clericos adſcriptos eo inſcio, interdicendo exercitiũ ſacrorum iuxta diſpoſitionem Concilij Trident. *ſeſſion. 23. cap. 16. de reformat.*

1155 Quod tranſlatio maioris partis bonorum ſit coniectura ſufficiens, accedente habitatione trãſlationis domicilij, habetur ex *l. 2. C. vbi Senator, vel cla. & l. ciues, C. de incolis*, & notant idem Bart. *in l. de iure, num. 2. ff. ad munic.* Felin. *in cap. dilectus, num. 12.* ver. *Secundus caſus de reſcrip.* Menoch. *de arbitr. centur. 2. caſu 86. num. 18.* Tiraquel. *de retract. conſang. §. 36. gloſ. 3. num. 7.* alios referens. Quod tamen ita accipiendum eſt, vt locum habeat ſolum, quando non apparet ex aliquo ſigno animus redeundi ad prius domicilium, nam ſi ex ſignis talis animus apparet, non contrahitur domicilium, etiam ſi in loco per multos annos moraretur. Ita Bald. *in l. eſt verum, C. de incol.* Angelus *in l. nec ipſi eod. tit.*

Bar-

Barbat. *in l. lex Cornelia*, §. *domum*, *ff. de iniur. & fam. lib.* Boer. *in l. conſentaneum*, *num.*107. *C. quomodo, & quan. iud.* Soccin. ſen. *in cap. fin. num.*25. ver. *Si verò animum*, *de foro compet.* Menoch. *de arbitr. lib.*2. *cent.*1. *caſu* 86. *num.* 27. Speculat. *tit. de reo*, §. 1. ver. *porro ſcholaris*. Quia ſigna oſtendentia animum reuertendi ad præcedens domicilium excludunt animum perpetuò commorandi in illo loco, qui requiritur ad contrahendum domicilium. Cap. *cum nullus*, *de tempor. ordinat. in 6.*

1156 Rurſus, ad contrahendum domicilium ſufficit tranſlatio familiæ, aut ſuppellectilis, quando tamen huiuſmodi translatio libera eſt, & non ex aliqua cauſa neceſſaria impellente ad alibi habitandũ, vt eſſet timor inimicorum, exercitium alicuius muneris non perpetui, & aliæ huiuſmodi; nam huiuſmodi translatio ſeeluſa dicta cauſa facit præſumi animum, mutandi domicilium. Ita notant Socin. *in cap. fin. num.* 29. ver. *Et clarius*, *de foro compet.* Menoch. *de arbitr. lib.*2. *caſu* 86. *num.*18. Farinac. *par.*1 *fragmen. crimin.* verbo *domicilium*, *num.*214. Piaſec. *par.*1. *prax. Epiſcop. cap.*1. *num.*9.

1157 Præterea, cum poſſit quis habere plura domicilia, vt deſumitur ex *l. eum*, *qui*, §. *Celſus*. *ff. ad municip.* & cap. *ex parte de foro competenti*, quamuis quis oſtendat animum retinendi prius domicilium, dum in alio loco inſtruit domum, & aliqua bona ibi parat, cenſetur habere animum acquirendi ſimul cum priori aliud domicilium, quia iam interueniunt factum habitationis, &c. animus perpetuò ibi manendi ſaltem per aliqnam anni partem, quæ ſufficiunt ad contrahendum domicilium iuxta cap. *Cum nullus*, *de tempor. ordinat. in 6.* & notant Abbas *in cap. fin. de paroch.* Socin. ſen. *in cap. licet ratione*, *num.*25. *de foro compet.* Nauar. *conſil.*10. & 11. *de tempor. ordinat. in lib.*1. Graſ. *lib.*3. *deciſ. c.*2 *num.*2. ver. *ſextum*. Maiol. *de irregularit. lib.*4 *cap.*2. Rota *deciſ.* 150. *num.*6. *par.*7. *recent.* Vnde ordinari poſſet ab Epiſcopo tam vnius, quam alterius domicilij.

1158 Rurſus, animus acquirendi domicilium, atque adeo iam contractum fuiſſe, colligitur ex eo, quod habitans in aliquo loco ſupplicet pro obtinenda ciuilitate illius loci. Ita Decius *conſil.* 284. *n.* 12. Alciat. *in l. pupillus*, §. *incola*, *num.* 3. *ff. de verbor. ſignificat.* Maſcard. *lib.*1. *de probat. concluſ.* 534. *n.*4. Farinac. *lib.*1. *fragmen. crimin.* verbo *domicilium*. *num.* 225. Quia ſtante habitatione & inſtantia pro ciuilitate, præſumitur prouenire ex animo figendi habitationem, & ibi perpetuò manendi, vnde in tali caſu poterit ordinari ab Epiſcopo loci.

1159 Similiter ordinari poterunt ab Epiſcopo loci filij Officialium, quando primo peruenerunt ad locum, vbi exercere debent officium perpetuum. Quia qui ſe transferunt ad aliquem locum pro exercendo aliquo officio perpetuo, acquirit ibi ſtatim domicilium, ſiquidem interuenit habitatio; & perpetuitas officij ſuſcepti arguit animum perpetuo ibi manendi, vt notant Rebuff. *in praxi par.* 1. *tit. de cler. num.*14. Campanil. *in diuer. iur. rubr.*9. *cap.*8. *num.*22. Barboſa *de poteſt. Epiſc. allegat.*4. *num.* 34. Pax Iordan. *tom.*1. *variar. lucubrat. lib.*3. *tit.*6. *n.*68. Vnde etiam relegati in aliquem locum ſtatim ibi acquirunt domicilium, quia ex neceſſitate ibi perpetuò habitaturi ſunt, & proinde habent animum perpetuò ibi habitandi, quamuis non omnino liberum, & deſumitur ex *l. filij libertorum.* §. *relegatus*, *ff. ad municip.* vnde habent duplex domicilium, ſi quidem retinent etiam prius vnde arcentur, *l. eius qui manumiſſus*, §. *fin. eod. tit.*

1160 Barones quoque, atque eorum filij obtinent domicilium loci eiuſdem feudi, cuius ſunt Baronis, quamuis ibi non inhabitent, & proinde poterunt ordines ſuſcipere ab Epiſcopo, in cuius diœceſi feudum reperitur, vt docent Campanil. *in diuer. iur. rubr.* 9. *cap.* 8. *num.* 20. Barboſa *de poteſt. Epiſc. allegat.*4. *num.*32. & 3. & ſenſit Rota *in Ceſarauguſtana penſionis* 9. *Martij*, 1598. *coram Orano.* Ratio eſt, quia ſtante dominio loci, habent ibi habitationem in habitu, quamuis non in actu, quatenus ſcilicet habent ibi domum ordinatam ad ſui habitationem, & quatenus exercendo iuriſdictionem, vel per ſe, vel per alios, cenſentur præſentes animo, & effectu, ex quo conſurgit habitatio quædam virtualis æquipollens materiali; ſicut enim habitatio materialis cum animo permanendi, incorporat ciuitati, & facit membrum ipſius; ita hæc virtualis, & æquipollens facit Baronem eſſe actu membrum nobiliſſimum communitatis, nempe caput, ſiquidem exercet rationem capitis regendo, & exercendo iuriſdictionem.

1161 Hinc oritur dubium. An nobiles patricij Rerumpublicarũ, apud quos ſolos eſt regimen Reipublicæ, cenſeantur habere domicilium in ſingulis Ciuitatibus, & Oppidis ſui dominij, atque adeo, an ipſi, ſeu eorum filij ordinari poſſint a quolibet Epiſcopo dominij. Affirmat Pax Iordan. loquendo de Venetis *tom.*1. *variar. lucubrat. lib.*3. *tit.*6. *num.*66. Quia ſunt domini ſingularum Vrbium, & Oppidorum, atque adeo primarij ciues eorumdem. Verùm oppoſitum tenendum puto, cum ſit diuerſa ratio, ac de Baronibus. Nam dominium, & iuriſdictio Baronum eſt perſonale, atque adeo inducere poteſt effectus perſonales in ipſos, qualis eſt acquiſitio domicilij. At dominium Rerumpublicarum ſupra Vrbes, & Oppida non eſt perſonale ſequens perſonas; ſed eſt reale penes communitatem, in quod ſuccedunt modo iſtæ, modo illę perſonæ; & idèo cum non inhæreat perſonæ non facit ipſas vti ſingulas, dominas, ſed vti collegium, & vt faciunt vnum corpus, vnde nec vti in ſingulis exerceri poteſt, ſed ſolum collegialiter. Quæ autem conueniunt vti ſingulis, non poſſunt habere fundamentum in ijs, quæ conueniunt tantum collegialiter. Domicilium autem conuenit vti ſingulis, & ideo non poteſt fundari in dominio, quod conuenit tantum vti collegio.

1162 Ex quibus deducitur, quod Barones poſſidentes plura feuda in diuerſis diœceſibus, habeant etiam plura domicilia, & tot, quot ſunt feuda, vt notat etiam Campanil. *in diuer. iur. rubr.* 9. *cap.* 8. *n.* 19. Quia reſpectu ſingulorum obtinent, & exercent rationem capitis, atque adeo ſunt primaria, & nobiliſſima membra illarum communitatum. Et ſicuti quocunque domicilio acquiſito, nunquam excluditur Originarium, *l. Senatores*, *ff. de ſenator.* & *l.* 1. *ff. de decurion.* & *l. Et qui originem*, *ff. de muner. & honorib.* ita domicilium iuriſdictionis, ſeu quod habetur

habetur ratione exercitij iuriſdictionis ſecundum proprietatem ſemper manet, nec vnquam excluditur per quodcunque aliud domicilium.

An abſolutio data in principio Ordinationis proficiat Ordinando non ſubdito: Quæſtio VII.

SVMMARIVM.

1163 *Abſolutio impenſa ab ordinante an proſit non ſubdito.*

1164 *Abſolutio operatur in ordine ad effectum, ad quem datur.*

1163 Ad 7. Reſp. Quòd ſic: ita Nauar. *conſ.* 49. *num.* 12. *verſ. ad* 5. *de ſent. excom.* ratio eſt, quia verba illa abſolutoria, & diſpenſatoria debent aliquid operari, *l.* 1. & ibi Gloſſ. *quod metus cauſa*, cap. *ſolita de maior, & obed.* & nos diximus etiam *ſupra*.

ADDITIO.

1164 Textus allegeti ab Auctore nihil cõtinent ad propoſitum. Eius tamen reſponſio eſt vera, quia abſolutio data ab habente poteſtatem operatur in ordine ad illum effectum conſequendum, pro quo datur, non autem in ordine ad alios effectus, vt inter alios notat Rebuf. *in praxi benefic. tit. Forma & declar. non. prouiſ.* §. *Teque abſoluentes n.* 15.

An fabricans falſas dimiſſorias puniri poſſit ab Epiſcopo, cuius iuriſdictio eſt offenſa. Quæſt. VIII.

SVMMARIVM.

1165 *Fabricans falſas dimiſſorias puniri poteſt ab eo, cuius nomine fiunt.*

1166 *Offendens iuriſdictionem ſit ſubditus offenſi.*

1167 *Excipitur tamen Eccleſiaſticus, reſpectu laici.*

Tunc Eccleſiaſticus puniri debet à ſuo iudice.

Poteſt in tali caſu iudex vti proceſſu fabricato à laico contra laicum.

1165 Ad 8. Reſp. Quòd ſic, quia illius iuriſdictio offenſa cenſetur, & conſequenter offendentes efficiuntur ſubditi illius: arg. tex. *in l. nullum C. de teſtibus*: latè Bart. *in l. à diuo Pio* §. 1. *ff. de re iudic.* Afflict. *deciſ.* 230. Dominicus de Franchis. 147. Treuiſ. *deciſ.* 8. *p.* 3. & Ann. *conſ.* 107. *vol.* 2.

ADDITIO.

1166 Quod offendens iuriſdictionem alicuius efficiatur illius ſubditus, atque ab ipſo puniri poſſit, eſt communis concluſio, quam tradunt Alber. de Roſate *in l. Si quis forte,* §. *Si quos comitum, q. vlt. ff. de pœnis.* & *in l. vnic. C. Ne quis in ſua cauſa.* Boer. *deciſ.* 9. *num.* 14. Archidiacon. *in cap. Conqueſtus, num.* 3. *Cauſa* 9. *quæſt.* 3. & affert tex. cap. *Romana de pœnis in* 6. Foller. *in pract. crim.* verbo *Audiantur exequutores num.* 143. Baiard. ad Clar. §. *fin. quæſt.* 35. *num.* 12. Afflict. *deciſ.* 219. vbi Vrſil. *in Addit.* Zanchin. *de hæret. cap.* 31, *num.* 5. Genuenſ. *in praxi Neapolit, cap.* 42. Repertorium Inquiſitorum, verbo *Impediens,* §. *Sed nunc quæritur*. Pegna *ad Director. Inquiſit. par.* 2. *com.* 72. *ver. Vbi non fletit*. Vincent. de Franchis *deciſ.* 147. Cabal. *in reſol. Crimin. caſu* 117. Io. Segura *in direct. iud. eccleſ. fori par.* 2. *cap.* 6, *num.* 5. Farinac. *Conſil.* 134. *num.* 3. *lib.* 2.

1167 Hoc tamen limitandum eſt, vt non habeat locum quò ad laicum reſpectu Eccleſiaſtici, ſed laicus inſtare debebit apud Eccleſiaſticum iudicem pro punitione. Ita tradunt communiter Doctores in caſu, quo Eccleſiaſticus coram laico falſum teſtimonium diceret. Hoſtienſ. *in cap. Verum, de foro compet.* Io. Andr. *ibid.* Imola *num.* 6. Butr. *num.* 11. Felin. *num.* 5. ver. *Contra Clericum*. Abbas *n.* 20. & cæteri, & *in cap. At ſi Clerici*. vbi idem Felin. *n.* 10. & *in cap. Dilectus, de pœnis*, Iaſ. *in l.* 1. §. *fin. ff. de eo, cui man. eſt iuriſd.* Io. de Anan. *in cap.* 1. *de crim. falſi.* Caſtrenſ. *in l. Nullum, num.* 5. *C. de teſtib.* Salicet. *num.* 8. Angel. *de maleſ.* verbo Falſario, *num.* 24. Afflict. *deciſ.* 230. *num.* 1. & 4. Capic. *deciſ.* 5. *num.* 13. Clar. *in prac.* §. *fin. quæſt.* 38. *n.* 3. ver. *Sed hic quæro*. Maranta *de ordine iudic. par.* 6. *art.* 12. *num.* 4. Conrad. *in pract. crim. tit. de inquiſit. num.* 8. *limit.* 2. Rolan. *Conſil.* 12. *num.* 34. *lib.* 2 Anton. Faber *lib.* 3. *Codic. Fabr. tit.* 12. *de iuriſ. om. iud. defin.* 36. aſſerens ita iudicaſſe Senatum Sabaudiæ 13. *Kal. Auguſ.* 1595. in cauſa Dominorum de Lentillis, & de Damas. Triuiſan. *deciſ.* 8. *num.* 5 *lib.* 2.

addens, quod in tali caſu poteſt Eccleſiaſticus vti proceſſu fabricato à laico contra laicum, qui clericum in falſum teſtem produxit, ad condemnandum eumdem clericum. Et in eo fundantur, quod laicus omnino incapax ſit iuriſdictionis in Eccleſiaſticos, & ideo illam non acquirit, quando ab Eccleſiaſtico læditur in propria iuriſdictione.

Incipiens ſcribere dimiſſorias falſas, ſed non perficiens, an incurrat pœnas. Quæſtio IX.

SVMMARIVM.

1168 *Non perficiens literas dimiſſorias falſas non incurrit pœnas.*
Ad crimen falſi requiritur perfectio operis.
Nihil dicitur feciſſe, qui perfectum non fecit.
Scriptura, quæ deſeruire non poteſt, non dicitur ſcriptura.
Non eſt actum, quod non eſt per propriam formam conſummatum.

1169 *Paria ſunt, non incipere, & cœptum non perficere.*
Dimiſſoriæ non redactæ in formam authenticam, non ſunt dimiſſoria.
Dimiſſoriæ redactæ in formam authenticam, continent crimen falſi.
Ad crimen falſi ſufficit, ſi poſſit alteri præiudicare.

1168 Ad 9, Reſp. Quòd verior eſt opinio nullam incurrere pœnam, etiamſi laicus falsò incipiat ſcribere literas Apoſtolicas, cùm huiuſmodi literæ perfectionem habeant ab ipſa bullatione annuli piſcatorij, ſine qua literæ, Apoſtolicæ non dicuntur: ergo nec falſitas dicitur commiſſa in literis Apoſtolicis, & ad hoc eſt text. *in §. item lex Cornelia, de falſis, inſtit. de publ. iud. in ver. ſcripſerit, & ſignauerit.* Vbi ſignationis perfectio requiritur, & ad falſitatis eſſentiam requiritur, vt ad perfectionem ducatur, *l. qui falſam, in prin. & l. ſi quis legatum, in prin. ff. de falſis.* Sed cum priuatus incipit ſcribere has literas, nihil dicitur feciſſe, quia perfectius ſupereſt agendum, *l. pen. in fi. ff. ad Syllanian. §. ex eo, inſtit. quib. mod. teſtam. infirm.* & principium illius ſcripturæ, cum in vſu eſſe non poſſit, non dicitur ſcriptura, *l. ædificia, §. perfeciſſe, ff. de verb. ſign. l. Quintus, §. cui, ff. de aur. & arg. leg. l. ex his, in fi. ff. quand. dies legati ced. l. ſtipulatio, §. opus, ff. de nou. oper. nunciat.* nec cenſetur actum id, quod non eſt per propriam formam in conſummationem adductum, *l. ſi is, qui, §. ſed ſi opus, ff. ad l. falcid.*

ADDITIO.

1169 Procedit doctrina Auctoris, quia agitur de actu, in quo non ſunt partes, quæ de per ſe ſubſiſtant, ſed tam incipere, quàm perficere pertinent ad ipſius ſubſtantiam, & ideo ſubintrat regula, quod paria ſint, non incipere, vel cœptum non perficere *l. fin. §. Illud C. de codicil.* Sed quid, ſi perficeret dimiſſorias falſas, ſed non vteretur, nec pro ſe, nec pro alio? Reſp. Inſpiciendum eſſe, an ſint redactæ in formam authenticam, cum ſigillo ſcilicet ementito, an non. Quia ſi non ſunt redactæ in formam authenticam, non habentur pro literis dimiſſorijs, ſed pro aliquo tranſumpto, & ideo non inducunt crimen falſi, quia licet vnicuique huiuſmodi exemplaria formare. At ſi redactæ ſint in formam authenticam cum ſigillo, ita vt fidem faciant, iuxta ea, quæ notant Doctores *in cap. Poſt teſſionem de præben.* Innocent. *in cap. 2. de fide inſtrum.* Caſtrenſ. *conſil. 337. vol. 1.* Socin. *Conſil. 258. ver. Præterea lib. 2.* continebunt crimen falſi. iuxta ea, quæ notat Bart. *in l. reddatur, C. de profeſſ. & in l. Eos. ff. de fal. & in l. Papilla §. Item ſi fundum ff. de negoc. geſt.* Felin. *in cap. ſuper literis de reſcriptis.* Nec obſtat, quod actu non præiudicauerit alicui, quia imprimis præiudicat auctoritati, & iuriſdictioni Ordinarij, ad quem ſpectaret dimiſſorias concedere, ſiquidem eam ſibi vſurpat. Deinde ſufficit, quod præiudicare poſſint, vt tradunt Felin. *in cap. Ex tenore, n. 30. de reſcrip.* Salicet. *in l. Qui relat. C. de falſ.*

SAN-

SANCTISS. DOMINI NOSTRI VRBANI PAPAE VIII. DECRETVM,

QVOAD IMAGINES NONDVM A SEDE APOSTOLICA Canonizatorum, vel Beatificatorum, cum radijs ſplendoribus, & laureolis proponendas, vel tabellas, & luminaria ad eorum ſepulchra apponenda, & cum atteſtationibus deſuper proponendis recipienda, & aſſeruanda, ſiue eorum miracula in imprimendis libris enarranda.

Feria V. die 13. Martij Anno à Natiuitate D. N. Ieſu Chriſti M. DC. XXV.

In Generali Congregatione S. Romanæ, & Vniuerſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtolico in Vaticano coram S.D.N.D. VRBANO diuina Prouidentia Papa VIII. ac Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. DD. S.R.E. Cardinalibus, aduerſus hæreticam prauitatem Inquiſitoribus generalibus à Sancta Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatis.

1170 SANCTISSIMVS Dominus Noſter ſollicitè animaduertens abuſus, qui irrepſerunt, & quotidie irrepere non ceſſant in colendis quibuſdam cum Sanctitatis, aut Martyrij fama, vel opinione defunctis, qui, etſi neque Canonizationis, neque Beatificationis honore inſigniti ſint ab Apoſtolica Sede, eorum tamen imagines in Oratorijs, atque Eccleſijs, aliiſque locis publicis, ac etiam priuatis, cum laureolis, aut radijs, ſeu ſplendoribus proponuntur, miracula, & reuelationes, aliaque beneficia, à DEO per eorum interceſſiones accepta, in libris rerum ab ipſis geſtarum enarrantur, & ad illorum ſepulchra, tabellæ, imagines, & res aliæ ad beneficia accepta teſtificanda, & lampades, & alia lumina apponuntur.

§. 1. Volenſque proinde huiuſmodi abuſibus, pro debito officij paſtoralis, occurrere, re etiam cum Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. DD. Cardinalibus, contra hæreticam prauitatem in vniuerſa Republica Chriſtiana generalibus Inquiſitoribus communicata, & maturè conſiderata, ac diſcuſſa: Declarauit, ſtatuit, & decreuit, ne quorumuis hominum, cum ſanctitatis, ſeu martyrij fama (quantacumque illa ſit), defunctorum Imagines, aliaque predicta, & quodcumque aliud, venerationem, & cultum præferens, & indicans, in Oratorijs, aut locis publicis, ſeu priuatis, vel Eccleſijs tàm ſæcularibus, quàm regularibus cuiuſcumque Religionis, Ordinis, Inſtituti, Congregationis, aut Societatis apponantur, antequam ab Apoſtolica Sede Canonizentur, aut Beati declarentur, & (ſi quæ appoſitæ ſunt) amoueantur, prout eas ſtatim amoueri mandauit.

§. 2. Ac pariter imprimi de cætero inhibuit libros eorumdem hominum, qui Sanctitatis, ſiue Martyrij fama, vel opinione (vt præfertur) celebres è vita migrauerint, geſta, miracula, vel reuelationes, ſeu quæcumque beneficia tamquam eorum interceſſionibus à DEO accepta continentes, ſine recognitione, atque approbatione Ordinarij, qui in ijs recognoſcendis, Theologos, alioſque pios ac doctos viros in con-

filium adhibeat, & ne deinde fraus aut error, aut aliquid nouum, ac inordinatum in re tam graui committatur, negotium instructum ad Sedem Apostolicam transmittat, eiusque responsum expectet: Reuelationes verò, & miracula, aliaque beneficia supradicta, quæ in libris horum hominum vitam, & gesta continentibus, hactenus sine recognitione, atque approbatione huiusmodi, impressa sunt, nullo modo approbata censeri vult, mandatque Sua Sanctitas.

§. 3 *Ad horum hominum sepulchra, vetuit etiam, ac inhibuit, Tabellas, atque Imagines ex cera, aut argento, seu ex alia quacumque materia, tàm pictas, quàm fictas, atque exculptas appendi; aut affigi, & lampades, siue alia quæcumque lumina accendi, sine recognitione ab Ordinario omnino, prout supra facienda, Sedique Apostolicæ referenda, ac probanda.*

§. 4 *Declarans, quod per suprascripta, præiudicare in aliquo non vult, neque intendit ijs, qui aut per communem Ecclesiæ consensum, vel immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum, virorumque sanctorum scripta, vel longissimi temporis scientia, ac tolerantia Sedis Apostolicæ, vel Ordinarij coluntur.*

§. 5 *Vt autem præmissa diligentius obseruentur, vniuersis, ac singulis, tàm Ordinarijs, quàm hæreticæ prauitatis Inquisitoribus, districtè præcipit, vt in sua quisque Diœcesi, vel Prouincia sedulò peruigilent, ne sine approbatione prædictæ Imagines cum memoratis signis exponantur, aut miracula, reuelationes, ac beneficia prædicta publicentur, aliaue contra superiùs disposita, fiant.*

§. 6 *Transgressores verò, si Regulares fuerint, priuationis suorum officiorum, ac vocis activæ, & passiuæ, necnon & suspensionis à diuinis; si verò Clerici sæculares, priuationis pariter suorum officiorum, suspensionis à diuinis, & ab administratione Sacramentorum, executioneque suorum ordinum respectiuè, alijsque arbitrio prædictorum Ordinariorum, seu Inquisitorum pro modo culpæ infligendis pœnis plectendo.*

§. 7 *Qui autem libros impresserint, aut Imagines pinxerint, sculpserint, seu quoquo modo effinxerint, vel formauerint, cæterique Artifices circa præmissa qualitercumque delinquentes, prædicta omnia amittant, & insuper pecuniarijs, alijsque etiam corporalibus pœnis, iuxta criminis grauitatem, eorumdem Ordinariorum, seu Inquisitorum arbitrio, afficiantur.*

§. 8 *Contrarijs quibuscumque non obstantibus.*

§. 9 *Et ne præmissorum ignorantia possit ab aliquo prætendi: voluit, vt Decretum huiusmodi, seu illius exemplum ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum Vrbis, ac in acie Campi Floræ affixum, omnes perinde arctet, atque afficiat, ac si vnicuique personaliter intimatum fuisset.*

§. 10 *Quodque præsentium transumptis etiam impressis, manu Notarij publici subscriptis, ac sigillo alicuius personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides habeatur, quæ præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.*

Io. Antonius Thomasius S. Rom. & vniuers. Inquisitionis Notarius.

QVÆSTIONES.

1171 1 Quid sit miraculum.
2 Quæ requirantur ad verum miraculum.
3 Quare fiant miracula.
4 Quomodo probentur, & an per testes singulares.
5 An miracula possint directè à testibus probari.
6 An testes deponentes de miraculis, debeant etiam non interrogati, reddere causam scientiæ, & de singulis circunstantijs respondere.
7 Miracula quomodo sunt examinanda.
8 Quomodo differant miracula inter gratias.
9 Quomodo, & quando debeat, vel possit miraculum publicari.
10 Quid debeat facere Episcopus, quando asseruntur miracula patrata in aliqua Ecclesia tam sæculari, quam regulari.
11 An ad alium præter Episcopum spectet miraculorum recognitio.
12 Quæ pœna est publicantibus noua miracula, si non sint approbata à Sede Apostol. & examinata ab Ordinarijs, & quid si miracula essent falsa.
13 An liceat in Altari domus priuatæ retinere imaginem alicuius Sancti non Canonizati.

In

Digitized by Google

14 In quibus consistat his temporibus practica, & modus canonizandi.
15 Decretum Sacræ Rituum Congregationis seruandum in recipiendis informationibus pro causis Beatificationum, & Canonizationum seruorum Dei.

Quid sit miraculum. Quæstio I.

SVMMARIVM.

1172 *Quid sit miraculum, remissiuè.*
1173 *Miraculum quid importet.*
Quænam dicantur miracula.
Miraculum habet Deum pro causa extraordinario modo operantem.
1174 *Miracula sunt triplicis generis.*
1175 *In miraculo inuertitur ordo totius naturæ creatæ.*
Quid requiratur, vt miracula ratione modi, & ordinis, sint vera miracula.
1176 *Mirabilia dæmonum non sunt vera miracula.*
Dæmones efficiunt veros effectus reales admirabiles.
1177 *Miracula ratione modi, & ordinis quomodo discerni possint à mirabilibus dæmonum.*

1172 Ad 1. Resp. Vide S.Thom. 1.*par.q.*105. *ar.*7.& Lexicon Theologiæ *in verbo, miraculum*, & Abb. *in cap. cum Martha. n.*7. *de celebrat. missarum*.

ADDITIO.

1173 Miraculum, vt notat D.Th. *citato art.* 7. *qu.* 105. *par.* 1. Secundum etymologiam importat aliquid mirandum, ita enim dicitur quasi sit admiratione plenum, quia scilicet importat effectum nobis notum, & causam incognitam, nempe Deum extraordinario modo operantem. Vnde concludit, quod ea dicuntur miracula, quæ fiunt præter causas nobis notas à Deo, & proinde excedunt facultatem naturæ, vel ob substantiam facti, vel ob modum, & ordinem faciendi vt habet *in resp. ad* 2. Quando autem dicitur miraculum habere Deum pro causa extraordinario modo operantem, non excluditur aliarum causarum ministerium,& præcipuè angelorum, qui præsident rebus corporeis, in quibus visibilia miracula fiunt, nam Deus vtitur tali ministerio, vt habet D. August. *lib.*10. *de Ciuit. Dei*, *c.* 12. dum ait. *Porrò autem quæcunque miracula siue per Angelos, siue quocunque modo ita diuinitus, &c.* Vnde Deus extraordinario modo operans est causa principalis miraculorum, cæteræ verò causæ tantum ministeriales. Et ratio est, quia miraculum est aliquis effectus præter ordinarium cursum causarum secundarum, atque adeo importat aliquam inuersionem talis cursus, & dispositionis, quod non potest fieri ab aliqua creatura, quia generalis cursus causarum omnium secundarum est dispositus per Dei prouidentiam, supra quam nulla creatura potest: & ideo, vt fiat aliquid extraordinarium præter hunc cursum, & aliquo modo inuertatur, requiritur potentia diuina, vnde vera miracula à solo Deo fieri possunt. iuxta illud Io. 3. *Nemo potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo*. Et ita docet D. August. *lib.*3. *de Trinit. cap.* 7. & *lib.* 22. *de Ciuit. cap.*8. & 9.

1174 Miracula autem triplicis generis ponuntur à D.Th. 1. *par. quæst.* 105. *ar.* 8. Alia enim important effectum, seu factum, quod secundum substantiam excedit facultatem naturæ, vt glorificatio corporis humani, quæ secundum suum esse à facultate naturæ nullo modo haberi potest, Alia quæ in facto, seu effectu secundum se non excedunt facultatem naturæ, excedunt tamen ratione subiecti, quia natura, licet possit illud facere, non tamen facere potest in tali subiecto, vt est resuscitatio mortuorum, cuius substantia cum consistat in vita, potest quidem fieri à natura, quæ passim vitam causat; sed non potest in tali subiecto nempe mortuo, seu cadauere. Tertium genus continet ea, quæ important effectum excedentem facultatem naturæ quò ad modum, & ordinem, quo fit, vt quando effectus non potest fieri per facultatem naturæ nisi cursu alicuius temporis, & fit in instanti, vt cum curatur aliqua infirmitas in instanti. Vnde hoc genus miraculorum, cum excedat facultatem naturæ solum quò ad modum, & ordinem, non excludit causas naturales operantes, sed solum dicit, quod moueantur ad operandum instantaneum. Vnde D. Th. *citat.* ait, hæc miracula tenere infimum locum, quippe in solo modo, aut ordine excedunt vires naturæ, & consequenter tantum secundum quid.

1175 Verum quia hoc tertium genus miraculorum non videtur excedere facultatem angelicam, etiam malorum angelorum, siquidem possunt veluti in momento applicare actiua passiuis, & perficere effectus admirabiles, præsertim circa sanationes infirmitatum; vnde in momento possent auferre à corpore humano prauos humores, & sanare à febri, aut alio morbo: Ideo resoluendum est, quod dictum est *num.* 1173. Quod in miraculo inuertitur aliquo pacto regularis cursus vniuersalis naturæ, quod est id, quod aduertit D. Th. 1. *par. quæst.* 110. *ar.*4. *in corp.* Dum docet, quod miraculum propriè dicitur, cum aliquid fit præter ordinem naturæ, non particularis, sed totius naturæ creatæ: & ideo ex hoc infert, quod solus Deus miracula facere possit, quia quicquid facit Angelus siue bonus, siue malus propria virtute, est intra ordinem naturæ creatæ. Vnde hæc, quæ miracula sunt ratione modi, aut ordinis, quo fiunt, vt sint vera miracula, non debent habere causas præsentes intra ordinem totius naturæ, sed

ſed applicari debent virtute diuina; & ideo firmum ſtat, quod miracula vera à ſolo Deo fieri poſſunt, loquendo etiam de hoc genere, vt docent D. Auguſt. *lib. 3. de Trinit. cap. 7.* D. Th. *citato loco 1. par.* & *3. contra Gent. cap. 102.* & *103.* Binsfeld. *in Confeſ. Maleſ. par. 2. concluſ. 1.* Sprengel. *in Mal. Maleſ. par. 1. q. 5.* Hieronym. Mengus *aduer. malign. ſpirit. cap. 10.*

1176 Ex quibus colligitur, quod quamuis dæmones plura mirabilia faciant, aut per motum localem, aut applicando actiua paſſiuis, non ſunt tamen vera miracula, vt docet D. Th. *1. par. qu. 114. ar. 4.* Quia non ſunt præter ordinem totius naturæ, ſed intra ipſum. Sunt tamen effectus reales aliquando, & non tantum apparentes. Sic magi Pharaonis ope dæmonum feceruut veros ſerpentes, veras ranas: verus ignis vno impetu conſumpſit familiam Iob cum gregibus, & alia ſimilia leguntur. Et quod efficiant aliquando effectus veros, & reales, tradunt D. Auguſt. *De diuinat. dæmon. cap. 3.* & *5.* & *lib. 3. de Trinit. cap. 7.* D. Th. *citat.* & *3. contra Gent. c. 104* Medina *lib. 2. de recta fide in Deum, cap. 7.* Victor. *relect. de magia, num. 18.* Valent. *tom. 3. ſum. diſp 6. quæſt. 12. pun. 2.* Azor. *par. 1. lib. 9. cap. 25.* Leſſius *lib. 2. de Iuſt.* & *iure cap. 44. dub. 3.* Tolet. *in c. 3. Io.* Suarez *tom. 1. de relig. lib. 2. cap. 6.* & communiter. Et proinde D. Th. *citato ar. 4. quæſt. 114. p. 1.* concludit cum D. Auguſt. *lib. 3. de Trinit. c. 8.* Quod dæmon poteſt efficere omnes illas tranſmutationes rerum corporalium, quæ poſſunt fieri per aliquas virtutes naturales, adhibendo ſemina, quæ in elementis mundi reperiuntur.

1177 Sed hic oritur graue dubium; Quomodo miracula huius generis diſcerni poſſint, quod ſint vera miracula habentia Deum auctorem, an autem miracula non vera. Et quàm certum eſt, eſſe vera miracula, quando ſunt præter ordinem totius naturæ; ita etiam certum eſt in praxi hoc non poſſe à nobis cognoſci, quia neceſſe eſſet, vt cognoſceremus totum ordinem naturæ, quia videri non poteſt aliquid eſſe extra ipſum, niſi etiam videatur ordo ipſe. Vnde ſi ſecundum ſe ſpectentur, non poterunt à nobis diſcerni, an ſint vera miracula; & ideo recurrendum eſt ad extrinſecas circumſtantias, cum quibus fiunt. Dergo Th. *3. par. q. 114. ar. 4. ad 3.* cum D. Auguſt. *lib. 83. quæſt. qu. 79. poſt med.* habet, quod cum talia faciunt magi, qualia ſancti, diuerſo fine, & diuerſo iure fiunt. Iſti enim faciunt quærentes gloriam ſuam, illi quærentes gloriam Dei. Et iſti faciunt per quædam priuata commercia; illi autem publica adminiſtratione, & iuſſu Dei, cui cuncta creata ſubiecta ſunt. Inſpiciendus eſt ergo finis in his miraculis, & videndum, an ſit talis, vt poſſit Deus illi cooperari, & an poſſit ipſum velle conteſtari operatione miraculoſa; tunc enim poterit miraculum haberi pro vero, quia ex ordine ad finem characterizantur in ratione veri miraculi.

Quid requiratur ad verum miraculum, Quæſt. II.

SVMMARIVM:

1178 *Miraculum debet eſſe aliquid arduum, inſolitum, præter vires, & ordinem naturæ; rarum; ad bonum finem; inſtantaneum.*

1179 *Finis miraculorum eſt religio, & cultus Dei.*
Verus character miraculorum.

1178 Ad 2. Reſp. Quod requiritur primum, vt ſit aliquod arduum, & difficile, vt ſaturatio quinque mille hominum cum quinque panibus, & duobus piſcibus. Ioan. *cap. 6.* vbi ait: *Vnde ememus panes, vt manducent hi?* & Marci 8. *Quis poteſt hos ſaturare in ſolitudine?* vbi arduũ, & difficile demonſtratur. Secundum, vt inſolitum, vt ſiſtere ſolem, & lunam, Ioſue 10. & 4. Reg. *cap. 20.* & Iſa. *cap. 38.* vbi eſt magna difficultas; an conſtiterint omnes cæli. Vide pro hac materia Sot. *4. ſen. d. 48. q. 2. ar. 2.* Tertium, vt præter conſuetudinem, ordinem, & vires naturæ, Ioan. *cap. 9.* de cœco nato, vbi fecit lutum, quod non ſolum non eſt illuminatiuum, ſed obcœcatiuum. Quartum, vt rarò, D. Auguſt. *tra. 24. in Ioan.* vbi ait, *quotidiana viluerunt.* gloſſ. *in c. legitimus, in ver. paucitate, 93. diſt.* Quintum, vt fiat ad bonum finem. D. Aug. *lib. de vtilit. creden. ad Honoratum cap. 16.* D. Thom. *loc. cit. art. 7. ad ſecundum, 22. art. 1.* & *2.* Patet in languido, Ioan. *cap. 5. Vade,* & *noli amplius peccare;* & de paralytico, ſeu hydropico, Luc. *cap. 13. Remittuntur tibi peccata tua.* Sextum, quòd fiat ſtatim, illicò, protinus, repentè: nam ſi fieret ſucceſſiuè, non diceretur miraculum. D. Thom. *loc. cit. art. 8.* Beda, & Hieronymus *ſup. Luc. cap. 4.* de ſocru Simonis, *Imperauit febri.* & ſtatim: & ita de Lazato ſtatim: ita de filio Viduæ ſtatim; & alia quamplurima; Miracula enim ſunt ex omni parte perfecta; nunquam enim Chriſtus aliquem ſanauit, quem non in totum liberauerit ab infirmitatibus mentis, & corporis, vt dicit D. Auguſt. *in cap. ſunt plures,* & *ibi* Card. de Turrecrem. *de pœnit. diſt. 3.* D. Thom. *in 3. part. ſummæ, quæſt. 44. art. 3. in ſolutione ad 2. argum.* Neque obſtat illud Marci *cap. 8.* de cœco illuminato paulatim, & ſucceſſiuè; tum quia non recepit ſtatim viſum, propter eius infidelitatem, ſecundum Chryſoſt. & Bedam; quem Chriſtus vno verbo totum ſimul curare poterat, paulatim curauit, vt magnitudinem humanæ cœcitatis oſtenderet, quæ

vix,

vix, & quasi per gradus ad lucem venit. facit text. *in cap. maiores, §. vbi adhuc, de baptismo*; tum quia paruula temporis mora dictus cœcus sanatus fuit.

ADDITIO.

1179 Finis miraculorum debet esse religio, & cultus Dei, vt habet D. Augustin. *lib. 10. de Ciuit. c. 12.* ibi. *Vt Dei vnius cultum, religionemque commendent*. Et hic est verus character miraculorum; siquidem, cum dæmon odio habeat Deum, non potest facere opera mira in contestationem religionis, & cultus ipsius. & ideo, quando miracula habent hunc characterem, censenda sunt habere Deum auctorem, & esse extra totum ordinem naturæ, atque adeo vera miracula.

Quare fiant miracula. Quæst. III.

SVMMARIVM.

1180 *Varij fines, ad quos ordinantur miracula.*
1181 *Ratione finis miracula reducuntur ad duo genera.*
1182 *Miracula in contestatione sanctitatis, à quo fieri possint.*
Miracula in alterius vtilitatem possunt fieri etiam à peccatoribus.

1180 Ad 3. Resp. Quòd miracula fiunt primo ad confirmationem sanctæ Prædicationis, Marci *vlt.* & hæc potest facere etiam homo peccator, D. Thom. Secundo ad propagationem fidei, D. Greg. *in homil. Ascens.* Tertio, ad ostendendam sanctitatem alicuius viri, vt de B. Stephan. *Actuum* 6. dicitur, *Faciebat prodigia*, quia plenus gratia. Quarto, ad ostendendam sanctitatem loci, vt Gen. 28. & Exod. 3. Quinto ad conseruationem fidei, & ad fouendam charitatem fidelium, quæ alioquin refrigesceret. Matth. *cap.* 24. 1. Corinth. *cap.* 14. qui prophetant hominibus, loquuntur ad ædificationem, & exhortationem. D. Thom. 1. *Cor. c.* 12. *Lect.* 2. & sic ad augendam plebis Christianæ deuotionem. Sexto, ad gloriam Dei, Actuum *cap.* 4. Io. *cap.* 9. Psal. 113. Septimo, ad confirmandam veritatem sacrarum imaginum, prout in septima Synodo generali, quæ est secunda Nicæna sub Constant. & Irene Imperatoribus, vbi agitur de imagine Crucifixi percussa pugione, emittente magnam sanguinis effusionem: ex Athanasio, & ex imaginibus Sanctorũ Cosmæ: & Damiani, & sic videmus diuersis in locis sacris, hisce nostris temporibus fieri miracula circa corporum infirmitates; & ista possunt peti à Deo. Flor. Theol. 4. *sent. tract. de suffrag. art. 2. difficul. 2. conclus. 2.* D. Thom. *in 2. ad Thessal.* 1. 3. *Lect.* 2. *circa vlt.*

ADDITIO.

1181 Ratione finis omnia miracula ad duo genera reduci possunt. nam quamuis omnia referantur in Deum, non ordinantur tamen immediatè; sed mediante alio fine. Vel ergo sunt in vtilitatem propriam; voco vtilitatem illius, qui efficit miracula, seu cuius intuitu fiunt. Si primum; ordinantur ad testificandam sanctitatem illius. Si secundum; tunc diuerso modo possunt alienam vtilitatem operari, & proinde ordinari possunt ad omne illud, vnde aliqua aliena vilitas prouenire potest. vt sunt sanationes, testificatio fidei, honor Dei extrinsecus, & alia huiusmodi. Vnde miracula facta ab initio Ecclesiæ pro testificatione Euãgelicæ doctrinæ fuerunt propter nostram vtilitatem, quia ex illius stabilimento orta est nostra salus.

1182 Differunt autem hæc miracula, quod quæ fiunt in contestationem sanctitatis, non possunt fieri nisi ab eo, qui verè sanctus sit, iuxta illud Io. 9. *Quia peccatores Deus non exaudit*; alioquin Deus concurrendo ad ipsa mentiretur, quia testaretur esse in illo sanctitatem, in quo non est: vnde si sanctitas est testificanda, debet supponi eiusdem existentia. Quod etiam verum est, quando per miracula alicuius alterius sanctitas testificaretur. Miracula autem, quæ ad commodum, seu vtilitatem alterius ordinantur, possunt fieri etiam à peccatoribus, & infidelibus, vt tradunt D. Augustin. *lib. 2. de serm. Domini cap. 39.* & *lib. 2. contra aduersar. leg. capit. 4.* & *lib. 4. confess. cap. 5.* D. Gregor. *lib. 2. moral. cap. 8.* Beda *in cap. 7. Matth.* Theophilat. Maldonat. & alij Expositi. *ibid.* D. Th. 2. 2. *quæst. 172. ar.* Medina *lib. 2. de rect. fide in Deum cap. 2.* Suarez *disput. 4. de fide sect. 3. num. 8.* & *sect. 4. num. 15.* Bozius *lib. 2. de signis Eccles. cap. 8.* Raphael à Turre *tom. 2. sum. q. 90. ar. 2. disp. 8.* Maluenda *de Antichrist. lib. 6. cap. 1.* & *lib. 7. cap. 15.* Vvaldens. *de sacram. tom. 1. tit. 24. capit. 168.* Perez *in Lauea Salam. cert. 1. dub. 1. cap. 1. num. 32.* & *certam. 4. dub. 1. cap. 3.* & habetur ex cap. *multæ* & cap. *teneamus*, & cap. *prophetauit 1. quæst. 1.* & cap. 1. *de reliq. & veneral. Sanct.* & clarè ex illo Matthæi cap. 7. *Multi dicent mihi in illa die: Nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo*

damo-

dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos. Vbi adnotanda est dictio, *nunquam*, quæ excludit omne tempus, & proinde neque tempore illo, quo hæc fecerunt, erant in gratia.

Miracula quomodo probentur, & an per testes singulares. Quæst. IV.

SVMMARIVM.

1183 *Miracula quomodo probentur, remissiuè.*
An per testes singulares.
Adhibere fidem testibus, est arbitrarium iudici.
1184 *Miracula quando probentur etiam per vnicum testem.*
In eo quod nemini nocet, & alteri prodest, creditur vnico testi.
Præsertim si qualitas facti non permittat haberi alios testes.
1185 *Pro miraculis in ordine ad beatificationem, aut canonizationem, non sufficit vnicus testis.*
Causa Canonizationis, & Beatificationis est de maioribus.
In causa criminali probationes debent esse luce meridiana clariores.
In causa Beatificationis, & Canonizationis requiruntur probationes certæ, & euidentes.
1186 *Pro miraculo in ordine ad beatificationem & canonizationem, non sufficit vnicus testis cum adminiculis.*
Quid probandum, vt probetur miraculum.
1187 *Assistentia Spiritus Sancti in causa canonizationis quid respiciat.*

1183 Ad IV. Resp. Vide Gemin. *cap. 1. num. 3. de confess. lib. 6.* Bol. *in l. solam, col. fin. C. de testibus.* Addit. Zachar. *in Abb. in cap. cum Martha, num. 7. de celebrat. Miss. in litera B.* & Simanca *de Cath. instit. tit. 28. num. 19.* An autem miracula probentur per testes singulares? multi Doctores tenent, quod non: Archid. *in cap. nec mirum 26. quæst. 5.* Abb. *in cons. 42.* & Alexand. consulendo scripsit *in cons. 72. lib. 1. sub num. 3.* Gabrielius *de testibus concl. 2. num. 59.* & Mascard. *de probationibus lib. 2. concl. 1066. num. 13.* Alij Doctores tenent contrarium, & videtur magis pia opinio, prout probat Card. Tuscus *in sua pract. comm. conclus. in verb. singularium testium, conclus. 277. num. 7.* & quod ita fuit obseruatum in Canonizatione sancti Bonauenturę. Panuin. 2. *part. art. 4.* vbi etiam dicit *in §. & hinc est*, quod Innocentius III. hoc obseruauit in processu Canonizationis sancti Homoboni Cremonen. nam fidem adhibuit vni testi singulari. Item, quòd hoc confirmatum fuit in Canonizatione Sancti Thomæ Aquinatis per Ioannem XXII. nam fidem adhibuit fratri Reginaldo sodali Diui Thomæ deponenti de auditu à D. Thoma, se potius diuinitus scientiam acquisiuisse, quàm studio, & labore, vt etiam habetur *in 5. lectione officij eiusdem Sancti, die 7. Martij.* Et ratio est, quia adhibere fidem testibus, est arbitrarium Iudici, *l. 3. ff. de testibus cum vulgatis aliis*; & ideo si factum est tale, vt sciri non possit, nisi per vnum testem, cur non debemus illi adhibere fidem? præcipuè si sit homo bonæ conditionis & famæ: & in particulari, vt sit arbitrarium Iudici, etiam plenè adhibere fidem testibus singularibus, & præsertim quando testes sunt bonæ famæ, & sunt personæ nobiles, & notabiles, probat ex multis Castren. *cons. 342. in causa, col. fin. vers. 4. dicitur, lib. 2.* & Farinacius *in tractat. de testibus, quæst. 64.* præcipue *num. 104. & seq.* & quòd probentur per testes singulares, tenet Riccius *variarum resol. resol. 492.*

ADDITIO.

1184 Ardua quæstio, an scilicet miracula probari possint per testes singulares. Cui respondent negatiuè præter citat. ab Auctore Genuens. *in praxi Neapol. cap. 49. num. 3.* Bordon. *Moral. controu. 13. num. 36.* Sed videtur cum distinctione resoluenda; nam vel agitur de miraculo iam canonizati, aut beatificati in ordine ad canonizationem; seu etiam de miraculo beatificandi, aut canonizandi, ita tamen vt sit accessorium cæteris, & non sit principale, in quo fundetur iudicium beatificationis, seu canonizationis; & tunc censerem, probari posse per testes singulares: Quia tunc agitur de eo, quod nemini nocet, & alteri prodest, nam in tali casu sufficit vnus testis, iuxta cap. *cum itaque*, & cap. *parvulis de consecrat. dist. 4.* Et tradunt Glos. *in capit. licet vniuersis* ver. *numerus, de testib.* vbi etiam Baldus. Iterum Glos. *in cap. placuit, de consecrat. dist. 4.* & *in cap. in tanta, dist. 86.* & *in cap. quanto 2. quæst. 5.* vbi etiam Dominicus. Speculat. *tit. de testib. nu. 9. fallent. 16.* Felin. *in cap. licet vniuersis in fine, de testib.* Ias. *in repet. l. admonendi, ff. de iureiur.* Hippolyt. *in l. 1. §. idem Cornelio, ff. de quæst.* Afflict. *ad constit. Regn. tit. de Apost. num. 12. lib. 1.* Quod præsertim locum habet, si factum tale sit, vt non possit haberi nisi vnicus testis, vt notant Doctores *in l. 1. §. fin. ff. de verbor. obligat.* Anton. Gabr. *commun. conclus. 1. num. 25. de testib. lib. 1.*

1185 Verum, si agatur de miraculis in ordine

ad

ad beatificationem, seu canonizationem, quibus inniti debeat iudicium de beatificando aliquo, aut canonizando, non videtur sufficere testis vnicus, sed requiri plures contestes. Ratio est, quia agitur de re grauissima, in qua plurimum periculi inesse potest, & proinde cautissimè procedendum est, vt habet Glos. *in cap. venerabili*, verbo *diligentia, de test.* Et quia causa canonizationis, & beatificationis est de maioribus, quæ in Ecclesia Dei proponi possint, vt habet Glos. *in cap. vnicum* verbo *Sedis Apostolicæ, de relig. & vener. sanct. in 6.* Et ideo requirit altiorem indaginem, & probationes certissimas, nec inferioris ordinis, quam debeant esse in causa criminali, in qua probationes debent esse meridiana luce clariores, & apertissimæ, *l. fin. C. de probat.* vbi Doctores. Tum quia agitur de magno præiudicio tertij, nempe Ecclesiæ, si falsitas subesset probationibus, siquidem videretur parum prudenter procedere, si in re tam graui admitteret probationes, quibus reperiretur subesse falsitas. Tum denique, quia agitur de applicanda veritate in genere reuelata, nimirum, quod qui sanctè in hac vita vixerunt, fruantur beata vita, iuxta illud ad Hebr. 11. *Operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones*. & 1. Io. 3. *Qui iustitiam facit, iustus est per repromissionem, quam promittit iustis, ac sanctis Deus*: personæ particulari. Hæc autem applicatio fieri non potest, nisi quod in vniuersali reuelatum est reperiatur in ipsa, & ideo debet constare certo, & infallibiliter, quantum fieri potest, reperiri. Quod fieri non potest nisi probationes miraculorum, & aliorum, quæ probanda sunt pro canonizatione, aut beatificatione, sint certissimæ, & irrefragabiles: talis autem non est probatio per vnicum testem. Et ideo requiri probationes certas & euidentes desumitur ex PetroGallesino *par. 3. de canonizat. S. Didaci cap. 6. §. cuius singularis*, & *cap. 8. 10. & sequen.* Iacobo Castellano *de canonizat. sanct. quæst. 7. §. quæro quoliter*, Troilo Maluetio *cap. 1. de canonizat. sanct. num. 15 & cap. 4. num. 64. & sequent.* Luca Castellino *de inquisit. miracul. in not. ad 3 pun. quæst. num. 12.*

1186 Hinc] neque sufficiet vnicus testis concurrentibus adminiculis, pro probatione miraculi, cui innitatur iudicium de canonizatione, seu beatificatione. Et ratio est, quia, vt probetur aliquod miraculum, non solum debet probari factum ipsum, sed etiam omnes illæ circumstantiæ, quæ sufficiant ad excludendas causas naturales, & extrahendum factum à potestate naturæ, & reducendum in Deum vt auctorem. Est autem moraliter impossibile, quod omnes istæ circumstantiæ comprobatę per vnicum testem, ita singulæ talibus adminiculis inuentur, vt reddantur certæ, tanquam si dicto alterius confirmarentur. Vna autem sola, quæ non adminiculetur, sufficit ad euacuandam totam vim adminiculorum; sicuti si vna deficiat, non extrahitur factum sufficienter à facultate naturæ.

1187 Nec iuuat recurrere ad assistentiam Spiritus Sancti, quæ operatur infallibilitatem, & proinde probationes minus perfectę sufficiant, quales sufficere possunt ad prudenter procedendum in tali negocio. Nam Spiritus Sanctus non assistit Summo Pontifici, nisi in applicanda veritate reuelata in communi personæ particulari, quæ canonizatur, ac beatificatur; quod fit dum pronunciat talem esse sanctum, aut beatum, & proinde solum operatur, quod in hac applicatione non possit errare. Vnde antequam deueniatur ad hanc applicationem, necesse est, vt constet de capacitate subiecti, cui est facienda, atque adeo de sanctitatę huius vitæ manifestata per virtutes, & de ipsius gloria testificata per miracula, atque adeo miracula debent esse certa non solum in ratione facti, sed etiam in ratione miraculi, vt sint certum testimonium de gloria beati, ita vt non relinquatur locus dubitationi de capacitate ipsius in ordine ad talem applicationem.

Miracula an possint directe probari. Quæst. V.

SVMMARIVM.

1188 *Miraculum non potest directe probari.* 1189 *Indirectè probatur, & quomodo.*

1188 Ad V. Resp. Quod non: quia miraculum ex subiecto, in quo fit, principium non habet, & directa probatio est per rerum principia, indirecte autem probabitur, id est, per rationem argumentandi, vt explicat Archid. *in cap. Nec mirum 14. caus. 26. quæst. 5. num. 6.* & Troyl. Maluet. *de Canonizat. sanctorum in 3. dub. num. 53. & seqq.*

ADDITIO.

1189 Miracula directè probari non possunt, sicut etiam nec directè à nobis cognosci possunt; nã cum miraculum in eo consistat, quod sit factum excedens facultatem totius naturæ, vt dictum est, necesse esset hoc cognoscere, & probare, vt directè cognosceretur, & probaretur. Hoc autem non potest cognosci, quia deberet cognosci facultas totius naturæ, quia non potest cognosci excessus supra facultatem totius naturæ, nisi cognoscatur tota facultas. Solum ergo indirectè probari potest, vt notat etiam Mascard. *de probat. conclus. 1060. num. 11. & 12.* quatenus deponunt testes, vel de facto, quod pensatis qualitatibus ipsius reperitur secundum se excedere facultatem totius naturæ. Vel de facto, quod ratione subiecti, in quo contigit, colligitur excedere eamdem facultatem. Vel denique de circumstantijs talibus, ex quibus fit, quod licet factum secundum se non superet facultatem totius naturæ, superat tamen cum talibus circumstantijs.

An

An teſtes deponentes de miraculis debeant reddere rationem ſuæ ſcientiæ, etiam non interrogati, & reſpondere de ſingulis circumſtantijs.
Quæſtio VI.

SVMMARIVM.

1190 *Deponens de miraculo, etiam non interrogatus debet reddere cauſam ſcientiæ.*
Debet de circumſtantijs reſpondere.

1191 *Debet fuiſſe præſens actioni miraculoſæ.*
In quibus miraculis hoc procedat.

1190 Ad VI. Reſp. Quod teſtes deponentes de miraculis, debent, etiam non interrogati, reddere cauſam ſcientiæ. Bald. *in l. ſolam, C. de teſtibus*. nec probant, ſi dicant, ſcio, quia vicinus, vt probat Maſcard. *de probat. concl.* 1060. & diligenter examinari debent, & de ſingulis circumſtantijs reſpondere. Abb. & alij *in cap. venerabili, de teſtibus*.

ADDITIO.

1191 Cum debeat teſtis de ſingulis circumſtantijs reſpondere, non ſolum non ſufficit, quod pro ratione ſuæ ſcientiæ aſſignet cauſam vicinitatis, ſed debuit eſſe preſens actioni miraculoſæ, vt ſit teſtis idoneus, iuxta id quod tradunt Archidiacon. *in cap. nec mirum de teſtibus*. Alexan. *conſil.* 105. *circa fin. num.* 3. Eſt tamen aduertendum, quod hoc non procedit vniuerſaliter in omnibus miraculis, ſed ſolum in ijs, quæ talia ſunt ratione modi, & ordinis, quo fiunt, quia hæc ſola ſecundum ſe ſunt intra facultatem totius naturæ, & ſolum excedunt ratione modi, & ordinis, quo fiunt, & ideo dependent à circumſtantijs, quas cognoſcere debent teſtes, vt ſint congruenter inſtructi pro teſtificando. Nam ſi miraculum, aut ſecundum ſubſtantiam, aut ratione ſubiecti, ſit tale, non requiritur, quod teſtis fuerit præſens, quando factum fuit, ſi habeat eſſe permanens, ſed ſufficit, quod deponat aut de ſubſtantia facti, aut etiam de qualitate ſubiecti in præcedenti tempore; vt ſi contingat mortuum ſuſcitari, ſufficienter enim probabitur miraculum, ſi deponatur de morte ſequuta, & de vita, quæ ſuperuenerit; imo ſufficiet, quod aliqui teſtes deponant de morte, & alij de vita ſubſequuta, nam ſtante identitate perſonæ ſufficienter probabitur miraculum.

Miracula quomodo ſint examinanda. Quæſt. VII.

SVMMARIVM.

1192 *Miracula cum ſumma diligentia examinanda.*

1193 *Miracula noua non admittenda niſi approbata ab Epiſcopo.*
An alius Ordinarius poſſit ea approbare.
Appellatione Epiſcopi quando veniat quilibet Ordinarius.
Dictio, Tantum *includit expreſſum, & excludit non expreſſum.*

1194 *Epiſcopus an poſſit approbare miracula non canonizatorum, nec beatificatorum.*

1195 *Quando, & quomodo tractari poſſit de beatificatione, & canonizatione.*

1196 *Epiſcopus an poſſit approbare miracula beatificatorum, licet non ſint canonizati.*

1197 *Quinam pij viri adhibendi in approbatione miraculorum, & an diuerſi à theologis.*

1198 *Epiſcopus in approbandis miraculis tenetur vti conſilio Theologorum.*
An teneatur ſequi.

1199 *Si non adhibet, nulliter procedit.*
Ablatiuum abſolutum importat formam.

1200 *Epiſcopus an poſſit approbare miracula eorū, qui ſolū ex conſuetudine immemorabilis coluntur.*

1192 Ad VII. Reſp. Quod ſumma quidem diligentia examinanda ſunt, ob plurimas, quæ deſuper exoriri ſolent difficultates, vt diſcernantur vera à ludificatorijs: & ideo Conc. Trid. in admiſſione nouorum miraculorum, Epiſcoporum, Theologorum, & aliorum piorum virorum operam requirit *ſeſſ. 25. de Reliq. SS. propè finem*. Teſtes adhibendi de circumſtantijs miraculorum diligenter interrogandi ſunt, conteſtes de eadem re eſſe, cauſamque ſcientiæ explicare debent, *cap. venerabili, cum ibi not. 52. de teſtib.* Archid. *in cap. nec mirum, cauſ. 26. q. 5. num. 7.* Alex. *conſ. 100. lib. 5. num. 5.* Bal. *in l. 3. Cod. de teſtib. num. 23.* Curt. *in tract. de teſtib. nu. 80.*

ADDITIO.

1193 Miracula de nouo ſuperuenientia non eſſe admittenda, niſi approbentur ab Epiſcopo adhibito conſilio Theologorum, & aliorum virorum piorum, decernit Concil. Trident. *ſeſſ. 25. in Decreto de*

Digitized by Google

de Inuocat. & Venerat. Sanctor. Et ita hoc pertinere ad Epiſcopum, vt excludatur quilibet alius Ordinarius, qui non fulgeat dignitate Epiſcopali, reſoluunt Marius Antonin. *lib.* 1. *reſol.* 112. *caſu* 22. Homobonus *tract.* 12. *examin. Eccleſ. cap.* 3. *quæſt.* 15. *ſupp.* 3. Riccius *deciſ.* 397. *n.* 1. *par.* 4. Barboſa *de poteſt. Epiſcopi allegat.* 97. *n.* 9. Quod tamen difficultate non caret, ſiquidem non agitur de ijs, quæ ſunt ordinis Epiſcopalis, ſed tantum iuriſdictionis; nam recognoſcere miracula non eſt actus ordinis. Quando autem agitur de ijs, quæ ſunt iuriſdictionis, Epiſcoporum appellatione veniunt omnes Ordinarijj habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, vnde communiter Doctores tribuunt huiuſmodi Prælatis, ea quæ Concilium Trident. tribuit Epiſcopis, vt approbare Regulares pro confeſſionibus, quod conſtat etiam ex praxi; vnire beneficia, vt cum pluribus notat Sanchez *lib.* 7. *ſum. cap.* 29. *n.* 160. diſpenſare in irregularitatibus ex delicto occulto, exceptis ex homicidio voluntario, vt Sanchez cum alijs *lib.* 2. *ſum. cap.* 11. *num.* 5. & in cæteris huiuſmodi. Imo quando vult excludere Prælatos inferiores, adhibet aliquam dictionem, aut particulam, qua id ſignificet: vt quando agit de cognitione cauſarum matrimonialium, *ſeſſ.* 24. *cap.* 20. *de reformat.* vbi cum velit, has cauſas à ſolis Epiſcopis, & non ab inferioribus cognoſci, declarat illis verbis, *Sed Epiſcopi tantum*, nam dictio, *tantum*, includit expreſſum, & excludit cætera. vt notant Bar. *in l.* 1. *n.* 1. *ff. Si quis ius dicen. non obtemp.* Iaſ. *num.* 9. Cardin. *in cap. Contingit de fide inſtrum.* Felin. *n.* 3. Vnde cum Concilium in citato Decreto nihil apponat, ex quo deduci poſſit ad ſolos Epiſcopos ſpectare recognitionem miraculorum, imo, quæ ibi decernit, exequenda ſint etiam à cæteris Ordinarijs, videtur eadem eſſe ratio etiam de recognitione miraculorum. Præſertim, quia in Decretis Vrbani VIII. *ſub die* 13. *Martij*. & 2. *Octobris* 1625. & ſub *die* 5. *Iulij* 1634. Quando agitur de capienda informatione miraculorum nondum Canonizatorum, aut Beatificatorum, committatur negocium Ordinarijs ſub nomine Ordinarij.

1194 An autem diſpoſitio prædicta Conc. Trid *ſeſſ.* 25. *in Decreto de inuoc. & venerat. ſanct.* per quam committitur Epiſcopis examinatio, & approbatio miraculorum, procedat de miraculis eorum, qui nondum canonizati ſunt, aut beatificati. Affirmat Barboſa *de poteſt. Epiſ. allegat.* 97. *n.* 1. *& ſequen.* & *ad citat. locum Concil. Trid.* & *in cap. fin. de reliq. & venerat. ſtatutor.* vbi refert, ſe inſtante fuiſſe deciſum, diſpoſitionem Concilij eſſe intelligendam tam de miraculis canonizatorum, quàm non canonizatorum, & ait ſe habere Decretum authenticum penès ſe. Sed quicquid ſit de fide adhibenda huic Decreto, obſtat diſpoſitio Vrbani VIII. *ſub die* 13. *Martij*. & 2. *Octobris* 1625. per quam ſtatuitur, quod quò ad defunctos cum fama ſanctitatis nondum canonizatos, aut beatificatos, Ordinarij ſolum recipiant informationes, & negocium inſtructum tranſmittant ad Sedem Apoſtolicam, & expectent reſponſum ipſius; vnde nullam habent facultatem aliquid decernendi, & multò minus approbandi. Verba diſpoſitionis ſunt: *Ac pariter imprimi de cætero prohibuit, libros eorumdem hominum, qui ſanctitatis, ſiue martyrij fama, vel opinione, vt præfertur celebres è vita migrauerint, geſta, miracula, vel reuelationes, ſeu quæcunque beneficia tanquam eorum interceſſionibus à Deo accepta continentes, ſine recognitione, atque approbatione Ordinarij, qui in ijs recognoſcendis theologos, alioſque pios, ac doctos viros in conſilium adhibeat. Et ne deinde fraus, aut error, aut aliquid nouum, ac inordinatum in re tam grauis committatur, negotium inſtructum ad Sedem Apoſtolicam tranſmittat, eiuſque reſponſum expectet.* Et in fine loquens de tabellis, imaginibus &c. quæ ſepulchris offeruntur, habet. *Liceat eccleſiaſticis perſonis tabellas &c. atque alia quæcunque collatæ gratiæ fidem facientia, ſimul cum deferentis, aliorumque, qui conſcij fuerint, atteſtationibus recipere, atque approbantibus Ordinarijs, ad quos referre omnia ſtatim teneantur, in ſecreto aliquo ſeorſim ab Eccleſia loco cuſtodire, ibidemque iam amota collocare, & aſſeruare, vt ſi quando Dominus talium virorum merita beatificationis, ſeu canonizationis honore in terris decorare voluerit, extent huiuſmodi ſanctitatis qualeſcunque probationes, Apoſtolicæ Sedis iudicio tum examinanda.* Quæ omnia rurſus confirmata ſunt ab eodē Pontifice ſub *die* 5. *Iulij* 1634. in ſua Conſtitutione, quæ incipit, *Cæleſtis Hieruſalem*. Ex quibus conſtat, Ordinarium nullam habere facultatem approbandi miracula nondum canonizatorum, aut beatificatorum.

1195 Quod amplius conſtat ex praxi beatificationis, & canonizationis, neque enim de hoc tractari poteſt, niſi poſt quadraginta annos à morte Serui Dei, & tunc niſi ex ſpeciali commiſſione Summi Pontificis; & interim tantum conceditur, quod Ordinarius inſtruere poſſit proceſſus in genere ad effectum examinandi, an concedi poſſit inſtructio proceſſus in ſpecie, ne occaſione dilationis pereant probationes. & conceſſis proceſſibus in ſpecie tranſmittendi ſunt ad Apoſtolicam Sedem in S. Rituum Congregatione examinandi, quò ad ipſorum validitatem tantum. & deinde abſque progreſſu ad vlteriora ſigillandi ſigillo S. Congregat. aſſeruandi vſque ad præfinitum tempus. Ex quo conſtat, quod non ſolum prohibetur Ordinarijs horum miracula examinare, ſed neque etiam examinanda ſunt ab Apoſtolica Sede, niſi poſt certum tempus, & examinata prius vitæ ſanctitate.

1196 An autem poſſint Ordinarij in virtute prædictæ diſpoſitionis Concilij Tridentini examinare & approbare miracula beatificatorum, licet non canonizatorum. Et videtur affirmativè reſpondendum, quia quò ad hoc videtur eſſe eadem ratio, ac de Canonizatis, ſiquidem cultus ipſorum eſt iam conceſſus; in tantum enim prohibetur Ordinarijs approbare miracula, in quantum non pertinet ad ipſos decernere alicui cultum iuxta cap. *Audiuimus, de reliq. & venerat. ſanctor.* & approbare miracula eſt implicitè decernere cultum; ſiquidem miracula ſunt teſtimonia ſanctitatis, & gloriæ defunctorum, vnde quando approbantur pro veris, proponitur tale teſtimonium, quod eſt ſufficiens motiuū ad cultum. Quæ ratio ceſſat in Beatificatis; ſiquidem cultus ipſorum eſt iam à Sede Apoſtolica conceſſus. Deinde Decreta, & Conſtitutiones, quæ prohibent Ordinarijs talem approbationem, procedunt

dunt de ijs, qui nondum sunt canonizati, aut beatificati: & ideo dispositio Concilij tanquam indefinita locum habere debet in omnibus casibus, in quibus non reperitur prohibitum.

1197 Rursus, cum Concilium præcipiat, quod pro approbandis miraculis adhibeantur in consilium Theologi, & alij pij viri, dubitatur, quinam sint hi viri pij. & quid adhibeantur tantum Theologi. Resp. Per pios viros intelligi personas religioni deditas, & cultui diuino, in quibus relucere soleant actus religiosi, & cultus diuini, quales esse solent personæ Ecclesiasticæ, & præsertim Regulares; & hi viri pij adhiberi poterunt etiamsi non sint theologi, quia Concilium requirit theologos, & pios viros copulatiuè; copula enim, *Et*, requirit concursum copulatorum, vt notant Felin. *in cap.* 2. *nu.* 32. *de rescrip.* Iaf. *in l.* 1. *n.* 3. *ff. de iust. & iure*. Paris. *Consil.* 95. *n.* 6. *vol.* 1. Rota *decis.* 115. *num.* 8. *par.* 1. *diuers.* Si tamen qualitas pietatis concurrat in theologis, sufficiet illos adhibere, quia tunc copula, *Et*, significaret adiectionem alterius copulati respectu primi, & resolueret in vnum, siquidem non ponitur ad multiplicandas personas, sed ad multiplicandas qualitates, iuxta id, quod tradit Gutierez. *lib.* 3. *pract. quæst.* 13. *numer.* 6.

1198 Ex quibus deducitur, quod ex vi præsentis dispositionis Concilij, tenetur Episcopus in approbandis miraculis adhibere Theologorum consilium, & piorum virorum, quamuis postea non teneatur sequi consilium ipsorum, vt notant Azor. *part.* 1. *lib.* 9. *cap.* 8. *q.* 8. Sanchez *lib.* 2. *sum. cap.* 43. *n.* 15. Facundez *præcep.* 1. *Eccles. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 4. Quod tamen ita accipiendum est, vt solum habeat locum, quando Episcopus niteretur alicui graui motiuo incontrario, quod præponderaret motiuis ab ipsis adductis. Quia cum in re tam graui debeat rationabiliter procedere, cum consilium exhibitum ipsi sit rationabile, vt supponitur, si ab ipso discederet absque sufficienti motiuo, irrationabiliter procederet.

1199 Ita autem tenetur Episcopus adhibere consilium Theologorum, & piorum virorum, vt si non adhibeat, nulliter procedat. Quamuis enim de iure habeat facultatem approbandi miracula canonizatorum, ac beatificatorum, atque reliquias; vsus tamen huius facultatis regulatur à Concilio, vt scilicet exerceatur cum tali forma, atque adeo facultas restringitur, vt non possit exerceri, nisi cum tali forma. Vtitur enim Concilium ablatiuo absoluto, *Adhibitis in consilium Theologis*. Ablatiuum autem absolutum importat formam *l. Si debitor.* §. 1. *Quib. mo. pign. vel hypot. sol.* & notant Bar. *in l.* 1. *quæst.* 3. *ff. de condit. & demonstrat.* Tusch. plures allegans *littera A. conclus.* 32. Socin. *Reg.* 1. Ludouis. *decis.* 492. *num.* 7. Quando autem non seruatur forma præscripta à lege, actus est nullus, c. *Cum dilecta de rescrip.* & *cap. Quia propter de electione*, & declarat Euerar. *in Top.* 12. *loco* 43.

1200 Quod autem spectat ad miracula eorum, qui nec ab Ecclesia canonizati sunt, nec beatificati, sed solum ex communi consensu, aut immemorabili tempore coluntur: videntur approbari posse ab Episcopo, quia in cap. *Audiuimus, de reliq. & venerat. sanctorum*, solum declaratur, quod non possunt Ordinarij decernere cultum, quia hoc est reseruatum Romanæ Sedi, & proinde nec possunt approbare miracula illorum, qui nondum habent cultum, nam hoc esset indirectè decernere cultum. Quando autem iam habent cultum, aut ex communi consensu Ecclesiæ, aut ex tempore immemorabili, aut ex Patrum, virorumque sanctorum scriptis, cessat hæc ratio. Vnde cum Concilium tribuit Episcopis facultatem indefinitè approbandi miracula, debet censeri concessa quò ad omnia, de quibus non extat prohibitio. Præsertim qua illi sunt excepti à regulis seruandis quò ad eos, qui moriuntur cum fama sanctitatis, vt constat ex Decretis Sanctissimæ Inquisitionis. & Vrbani VIII. *sub die* 13. *Martij* 1625. ibi. *Declarant, quod per supradicta præiudicare in aliquo non vult, neque intendit ijs, qui aut per communem Ecclesiæ consensum, aut per Patrum, virorumque sanctorum scripta, vel longissimi temporis scientia, ac tolerantia Sedis Apostolicæ, vel Ordinarij coluntur*. Vnde cum relinquantur in possessione proprij cultus, relinquuntur etiam in possessione quod per approbationem miraculorum possit idem cultus manuteneri.

Quomodo differant miracula, & gratiæ. Quæst. VIII.

SVMMARIVM.

1201 *Discrimen inter miraculum, & gratiam. Vera miracula totum, quod agunt, operantur.*
1202 *Gratia non excedit facultatem totius naturæ. Quid requiratur ad gratiam.*

1201 Ad 8. Resp. Miracula vera sunt illa, quæ supra diximus in responsione ad secundam quæstionem: gratiæ verò possunt fieri magis communiter, vt gratia sanitatum, & sic interdum fiunt quædam mira, seu stupenda, in quibusdam Ecclesijs, siue imaginibus sacris, quæ videntur miracula, & reuera non sunt talia: sed potius gratiæ, vel dona, D. Th. *loc. cit. Lect.* 2, & ex his poteris colligere, quòd non sunt vera miracula, quando quis progressu temporis sanaretur, vel quid modicum infirmitatis. Nam vera miracula, vel nihil, vel totum operantur, vt de Paralytico, *Ioan.* 5. vbi D. Augustin. totum hominem sanum fecit in Sabbato. Deut. 32. *Dei perfecta sunt opera*, & Gen. *cap.* 1. *Vidit cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona*; & insuper quòd

quòd ea, quæ fiunt à malis hominibus, vel à Dæmonibus prædicantibus falsam doctrinam, non sunt verè miracula, & sic erunt illa, quæ faciet Antichristus, & si quæ sunt, quæ circumferuntur à nostris Pseudoprophetis recentioribus hæreticis falsa dogmata prædicantibus.

ADDITIO.

1202 Omne miraculum est gratia, quia semper redundat in beneficium generis humani; non tamen omnis gratia est miraculum. Sed cum miraculum sit quidam effectus excedens virtutem totius naturæ, vt dictum est, gratia erit quid inferius non pertingens ad rationem miraculi, atque adeo non excedet facultatem totius naturæ; & proinde erit intra ordinem naturæ, & poterit eiusdem facultate causari. Quia tamen de ratione gratiæ est, quod contineat aliquod beneficium, quod aliàs non haberetur, nisi conferretur ab eo, à quo obtinetur gratia, ideo non debet esse aliquid, quod ex regulari causarum secundarum cursu proueniat, quia hoc totum habetur secluſa speciali benevolentia, & liberalitate illius, qui confert gratiam; sed debet esse specialis effectus benevolentiæ conferentis gratiam, ita vt quamuis per causas naturales obtineatur, applicentur tamen ad causandum, non ex regulari cursu, sed ex speciali benevolentia benefacientis; vnde sanitas, pluuiæ, serenitas, & alij huiusmodi effectus non sunt gratiæ, quando afferuntur per generalem cursum causarum secundarum. Quare gratia licet consistat in aliquo effectu naturali, etiam quo ad modum, & ordinem, differt tamen ab effectibus naturalibus, quia sunt præter regularem cursum causarum, & ex speciali applicatione alicuius causæ.

Quomodo, & quando debeat miraculum publicari.
Quæstio IX.

SVMMARIVM.

1203 *Quid requiratur, vt miraculum publicari &c. possit.*
Miracula, an fiant per malos homines, & dæmones.
Miracula vera vnde cognoscantur.
1204 *Nemo inferior Pontifice approbare potest miracula non canonizatorum aut beatificatorum.*

1203 Ad 9. Resp. Quòd non potest miraculum publicari, teneri, haberi, seu venerari sine auctoritate & approbatione Romanæ Ecclesiæ, cap. 1. *de reliq. & venerat. sanct.* & requiritur etiam approbatio Ordinarij, Conc. Trid. *sess.* 25. *cap. de invoc. & venerat. Sanct. in princ.* Ratio potest esse, quia miracula possunt fieri per malos homines, & Dæmones, cap. *teneamus* 1. *q.* 1. glossa *in d. c.* 1. *in ver. miracula*. D. Thom. *vbi sup.* Matth. *c.* 7. & *c.*24. Hier. *c.* 23. Deut. *c.*13. D. August. *lib.*10. *c.*16. *de Ciuit. Dei*, & *Hom.*9. *in Apoc.* & *tract.* 110. *in Ioan.* Alex. de Ales. 2. *part. quæst.*43. *mem.*10. *prope fin.* D. Thom. *sup. c.*1.2. *Cor. Lect.*3. *in catena aur. sup. Luc.*1. referens Athan. *in vita S. Hilar. sup. Matth. c.* 7. & *ibi*. Chrys. *sup. c.* 8. *Luc.* sanctus Max. *in homil.*1. *Dom. Aduentus*. D. Thom. *super c.*6. *ad Eph.*3. *prope fi.* Beda *in c.*3. *Io.* sup. illa verba: *Dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem*. Alcuinus *ibidem*, & *ibi* glossa *interlin.* D. Thom. 2.2. *quæst.* 161. *art.* 3. & *part.*1. *q.*61. *art.*2. *ad secundum*. D. Aug. *lib.*8. *sup. Gen. ad litteram*. Mall. malef. *qu.*61. *art.* 10. *ad octauum*, Syl. *lib.*1. *c. vlt. p.* 3. de Strig. Comp. Theol. *lib.*2. *c.*1. Soto 4. *sentent. dist.*43. *q.*2. *art.*3. D. Thom. *in addit.* 3. *p. q.* 77. *art. vlt.* & *sup. c.* 15. 1. *Cor. Lect.*8. Quibus in locis habes, an miracula possint fieri à dæmonibus, vel à malis hominibus, vel à viris sanctis, etiam nondum canonizatis ab Ecclesia Catholica. & cognoscuntur: Primò ex fine: secundò ex modo: tertiò ex tempore: quartò ex locis. D. Hier. *in Matth.* 8. super illa verba, *Venisti ante tempus, &c.* glossa ord. *sup. Luc.*8. & *ibi* Chrys. & Nicephor. *in histor Eccl. lib.*.... Innoc. *in c.*1. *de reliq. & venerat. Sanct.* Viguer. *in inst. Theolog. tract. de virtute Dei c.*10. & an hodie sint necessaria, vel vtilia miracula, vide Greg. *in hom. Ascens.* Ioan. Gerſonem Cancel. Paris. 2. *quæst.*

ADDITIO.

1204 Textus allatus ab Auctore cap. 1. *de reliquijs, & venerat. Sanct.* non probat intentum Auctoris, quia ibi tantum statuitur, quod ad solam Romanam Sedem spectet decernere cultum decedentibus cum fama sanctitatis. Vnde solum in consequentiam venit, quod nemo inferior Summo Pontifice possit approbare miracula eorum, qui nondum obtinuerunt cultum ab Apostolica Sede. Siquidem, vt dictum est in superioribus, approbatio miraculorum est quædam indirecta approbatio cultus exhibendi.

bendi. Vnde hoc quoque prohibitum est in Decretis Vrbani VIII. pro beatificatione, & canonizatione. Ad Episcopum tamen spectabit approbare miracula eorum, qui iam obtinuerunt cultum ab Apostolica Sede, absque recursu ad summum Pontificem iuxta dispositionem Concil. Trident. *sess.* 25. *in Decreto de inuocat. & venerat. Sanct.*

Quid debeat facere Episcopus, quando miracula dicuntur fieri in aliqua Ecclesia. Quæstio X.

SVMMARIVM.

1205 *Quid præstandum Episcopo, quando audit miraculosum aliquid contingere in aliqua Ecclesia, aut circa imaginem.*

1206 *Si quod mirum narratur est transactum, diligenter testes sunt examinandi.*
Quando vnico testi credendum in miraculis.

1205 Ad 10. Resp. Quòd quando miracula fieri dicuntur in aliqua Ecclesia seu sæculari, seu regulari, virtute sacrarum imaginum, statim Episcopi mandant operiri imagines, ianuas Ecclesiæ claudi, & impediunt concursum hominum, ne miracula publicentur, nisi priùs per testes legitimos fuerint sufficienter probata, & processus, siue aliquid huiusmodi mittatur ad Summum Pontificem. glossa *cit.* & *cap. Venerabili, de testibus*, & *ibi* glossa. Nauar. *c.* 18. *not.* 5. & sic ab ipso Summo Pontifice expectetur determinatio.

ADDITIO.

1206 Hoc præcipuè seruandum est, quando aliquid mirum occurrit circa aliquam sacram imaginem, quod miraculi speciem præseferat, vt esset sudor, mutatio speciei, & alia huiusmodi: nam aut fraus subesse potest, aut esse naturalis effectus; & ideo omnia diligenter perscrutanda sunt, vt veritas, quantum fieri potest, eruatur. Quod si effectus præseferens rationem miraculi, fuerit transiens, vt quod aliqua imago loquuta sit, aut quod aliquam in se mutationem transeuntem præ se tulerit, examinandi erunt summa diligentia, qui præsentes fuerint, & scrutandum, an ex aliqua leuitate id dixerint, an ex imaginatione, & proinde qualitates testificantis erunt considerandæ, quantam fidem ipsi concilient; nam tales poterunt esse, vt etiamsi sit vnius testis, mereatur fidem, vt contingit in pluribus apparitionibus, quas in hac vita habuerunt Serui Dei, aut alia miracula, quorum soli conscij fuere; nam qualitas vitæ, quam ducebant, conciliabat ipsis fidem, sicut etiam eorumdem confessarijs, quibus ea detexere. Et in hoc casu habet locum doctrina, quam tradunt Ias. *in l. Properandum, §. Sin autem, C. de iudic.* Grammat. *Consil.* 13. *num.* 15. Gabr. *De testib. concl.* 1. & 2. Nellus *de testib. par.* 1. *§. Sed an credatur.* Speculat. *tit. de testib. §.* 11. *num.* 9. Contelor. *in not. ad Castel. de canonizat. quæst.* 7. *ar.* 3. *n.* 38. adducens exempla ex varijs relationibus pro canonizat. Castellin. *De cert. glor. Sanct. cap.* 8. *pun.* 26. *§.* 3. Rota *in relat. S. Theresiæ pro canon. ar.* 1. *de miraculis*, & *in ead. relat. B. Petri de Alcantara par.* 2. Quod scilicet sufficiat vnius testis pro probandis miraculis, quando alio modo probari non possunt.

An ad alium præter Episcopum spectet miraculorum recognitio. Quæst. XI.

SVMMARIVM.

1207 *Solus Episcopus potest recognoscere miracula. Dictio*, Nisi, *habet vim taxatiuæ.*

1208 *Dictio*, Nemo, *importat omnimodam exclusionem.*
Dictiones taxatiuæ non excludunt, quæ veniunt sub nomine inclusi.

1209 *Prohibitio de non admittendis nouis miraculis, &c. non se extendit ad gratias.*
Cur miracula non recipienda, nisi approbata.

1210 *Miracula quando dicantur admitti, & quatenus admitti possint.*

1207 Ad XI. Resp. ex Conc. Trid. *sess.* 25. *sub rubr. de inuocat. & venerat. Sanctor.* nemini licere noua miracula publicare, nisi recognoscente, & approbante Episcopo, & dictio illa, *nisi*, posita in Concilio, habet vim taxatiuæ, *l. consulta, C. de testam.* Couar. *de sponsal. part.* 2. *cap.* 4. *§.* 1. *num.* 8. Osasc. *decis.* 174. *num.* 4. Antonin. *decis.* 112. *in princ.* Fel. *in cap. in causis. n.* 10. *de testibus*. Item verbum illud, *nemini*, quod denotat omnimodam exclusionem, secundum Panorm. *in cap. graue, num.* 8. *de offic. ordin.* Tandem, quia fit mentio Episcopi, ex quo sequitur,

tur, quod venit excludendus, aliis inferior, ſecundum Tiraquell. *de retract. conuentional. Gloſſ. 7. num. 9. & 13.*

ADDITIO.

1208 Quamuis dictio, *Neſt*, in diſpoſitione Concilij, de qua Auctor, ſtet exceptiuè, & proinde excipiat omnes præter nominatum; præſertim præcedente dictione, *Nemini*, quæ importat omnimodam excluſionem, vt notant etiam Abbas *in cap. graue num. 8. de offic. ordin.* Mar. Antonin. *reſolut. olt. variar. caſu 42. ver. ponderabatur, lib. 1.* cum nominetur Epiſcopus, atque adeo ipſe includatur, includuntur etiam omnes qui veniunt appellatione Epiſcopi, quales ſunt omnes Ordinarij habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, vt dictum eſt etiam in ſuperioribus, *num.* 1193.

1209 Hæc tamen prohibitio de non admittendis nouis miraculis, niſi approbentur ab Epiſcopo, non ſe extendit ad gratias, quia gratia, & miraculum non ſunt idem, ſed differunt inter ſe, vt dictum eſt *num.* 1202. & ideo prohibitio loquens de miraculis non ſe extendit ad gratias, quia tanquam odioſa eſt reſtringenda, vt notat Maſcard. *de probat. concluſ.* 1236. *num.* 3. *vol.* 3. Et ratio eſt, quia in miraculis poteſt adeſſe falſitas, & deceptio, vnde cum per ipſa interponatur auctoritas Dei, ſiquidem ab ipſo ſolo fieri poſſunt, cautè procedendum eſt, ne temerè interponatur. Quod non contingit in gratijs, quia cum omne beneficium ſit à Deo, poteſt ſemper ab ipſo recognoſci, atque adeo etiam ex interceſſione Sanctorum. Vnde Concionatores, qui publicarent nouas gratias factas ab aliquo Sancto, aut Beato, non facerent contra prohibitionem Concilij, aut aliquam aliam, quæ veret publicari miracula, quia non eſſent in caſu prohibitionis.

1210 Cum autem ex diſpoſitione Concilij Tridentini *ſeſſ. 25. in Decreto de innocat. & veneral. Sanctorum, in fine.* Nulla ſint admittenda miracula noua, niſi approbante Epiſcopo, quæritur quid ſignificet hoc admittere; ſeu quando dicantur admitti. Et imprimis certum eſt, non prohiberi admitti factum ipſum, in quo conſiſtit miraculum, quia cum factum poſſit eſſe certum, & incertum, an ſit miraculoſum, ſeu excedens virtutem totius naturæ manifeſtum ſit, quod aliud eſt factum, & aliud miraculum, vnde poſſet admitti factum, & negari miraculum; & ideo prohibitio non admittendi miracula, non ſe extendit ad ipſa facta, quæ admitti poterunt, narrari, ſcribi, &c. præſcindendo ab eo, quod ſint, vel non ſint miracula. Rurſus, cum iuxta Decreta Vrbani VIII. *anni* 1625. *ſub die* 13. *Martij & 2. Octobris* declarata *anno* 1631. liceat ſcribere miracula ſeruorum Dei nondum canonizatorum, aut beatificatorum, cum proteſtationibus præſcriptis, quod ſcilicet ſolum ſint tanquam quid humanæ hiſtoriæ, quorum fides ſit tantum penes ſuos Auctores; ideo poterunt admitti miracula, ſicut admittuntur cæteræ humanæ hiſtoriæ, etiam tanquam miracula, licet ſolum ex humana teſtificatione teſtificata. Vnde ſolum remanet, quod ſecluſa approbatione, non liceat admittere miracula noua tanquam auctorizata, vt vera miracula; nam auctorizatio cum pertineat ad Eccleſiam, eſt publica; atque adeo facit, quod miraculum legalizatum, & publicæ notitiæ factum poſſit admitti; qua ſecluſa poterit ſolum admitti tanquam quid priuatæ notitiæ, quod ſcilicet tale ſit penes priuata iudicia ſingularium perſonarum.

Quæ pœna impoſita ſit publicantibus miracula non approbata, & quid ſi ſint falſa. Quæſt. XII.

SVMMARIVM.

1211 *Publicantes noua miracula non approbata puniri poſſunt ab Epiſcopo.*

Si ſint falſa ſunt excommunicati.

1212 *Ordinarius non poteſt procedere contra regulares exemptos publicantes miracula non approbata.*

1213 *Excommunicatio contra publicantes miracula falſa, an ſit vſu recepta.*

1214 *Prædicantes miracula falſa peccant mortaliter.*

Falſitas cultus eſt peccatum mortale.

Quid ſi miraculum ſit partim verum, & partim falſum.

1215 *Appendentes tabellas, &c. in ſignum miraculi falſi, peccant mortaliter.*

Quæ non indicant miraculum, poſſunt ex libito offerri.

1216 *Reuelationes, & prædictiones futurorum inhibentur in ſermonibus publicis ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ.*

Quæ reuelationes, & qualiter prohibeantur enunciari.

1217 *Epiſcopi an poſſint procedere contra regulares, proponentes prædictiones, &c.*

1211 Ad XII. Reſp. tam ſæculares, quam regulares poſſunt puniri ab Epiſcopo vigore Sacri Conc. Trid. vbi expreſſe prohibetur nulla admittenda eſſe noua miracula; & Epiſcopus tamquam executor decretorum Sac. Conc. Trid. poteſt contrauenientes punire, Rodrig. *tom.* 3. *queſt. reg. queſt.* 32. *art.* 10. Publicantes verò falſa miracula ſunt excommunicati excommunio-

Digitized by Google

ne Papali. Nauar. *cap.27. num.113. excommunione* 30. licet ipse, & Caietan. dubitent hanc censuram fuisse vsu receptam.

ADDITIO.

1212 Rodriquez *citat.* ab Auctore solum, quando loquitur de miraculis, ponit, quod habetur in *Monumentis Ordinis Minorum*, nec aliquid in ijs dicitur circa facultatem Episcoporum puniendi Regulares. A Barbosa autem *ad cap.2. num.24. in fine sess.5. Concil. Trident.* citatur Vvlpes *in praxi c.43. num.* 14. tanquam asserens, quod Episcopus procedere possit contra Regulares miracula non authentica prædicantes; sed in illo *num.* nihil de hac materia habet, & solum *num.* 1. loquitur de prædicantibus errores, scandala, aut hæreses. Itaque nullo pacto poterit Ordinarius procedere contra Regulares prædicantes miracula non authentica; quia cum sint exempti, non habent Ordinarij supra ipsos aliquam iurisdictionem, nisi eis specialiter concedatur, quam tamen Concil. Trident. ijs non concedit, quia solum citato loco loquitur de disseminantibus erroribus, scandalis, & hæresibus, & *sess.* 25. *in Decreto de inuocat. & venerat. Sanctor.* solum prohibet admitti noua miracula sine approbatione.

1213 Quod autem spectat ad miracula falsa, non posse publicari à Prædicatoribus sub pœna excommunicationis reseruatæ Summo Pontifici positæ à Leone X. *in Concil. Lateranensi sess.* 11. aserunt plures Doctores, de qua etiam alibi dictum est. Verum præter Caiet. & Nauar. *citat.* ab Auctore, Suarez *disp.23. de censur. sect.6. num.*8. Filliuc. *tract.*15 *cap.*7. *quæst.*6. *num.* 177. dubitant an sit vsu recepta, sicut etiam de alijs censuris latis in illo Concilio. Quicquid tamen de hoc sit, aduertunt Suarez *citat.* Bonac. *disp.* 2. *de censur. in parti ul. quæst.* 5. *punct.*2. *num.* 10. hanc excommunicationem non se extendere ad miracula, quia licet in narratione illius Constitut. mentio fiat de miraculis, non tamen fit in dispositione, quæ ibi incipit, *Sacro approbante Concilio statuimus*, vbi nihil disponit de denunciantibus miracula falsa, & ideo, cum simus in constitutione pœnali, non est extendenda vltra verba dispositionis.

1214 Verum quamuis dicta excommunicatio non afficiat publicantes miracula falsa, peccant tamen mortaliter, licet id faciant ex intentione excitandi alios ad deuotionem, nec aliqua pia intentione excusari possunt. Ita Caiet. 2.2. *quæst.*93. *ar.*1. *in fine*, Sayr. *lib.* 4. *Clau. reg. cap.* 4. *num.* 4. Sanchez *lib.*2. *sum. cap.*37. *num.*9. Ratio est, quia adest mendacium perniciosum eperuans fidem miraculorum, & decipiens in re graui: & cum simus in materia religionis, falsitas cultus est peccatum mortale, vt cum D. August. *lib. de mend. cap.* 4. docent communiter Caiet. *in cit. loco*, & *in sum.* verbo *superstitio cap.*1. Armil. *num.* 2. Lessius *lib.* 2. *de iust. & iure cap.*43. *dub.*1. *num.*4. Nauar. *cap.*11. *Manual. num.*24. Valent. *tom.*3. *disp.*6. *quæst.*10. *punct.*2. Suarez *tom.*1. *de relig. lib.*2. *de super stit. cap.*2. *num.* 18. Sanchez *lib.*2. *sum. cap.*37. *num.*6. Riccius *de iss.* 397 *num.*2. *par.*4. Sed quid si quis publicans miracula partim verum, & partim falsum dicat, Resp. quod si falsitas concernat substantiam miraculi, ita vt faciat factum putari miraculum, quamuis consistat in circumstantijs, & accidentalibus, dummodo tamen transferant factum ad rationem miraculi, peccabit mortaliter, quia iam falsitas erit circa substantiam miraculi faciens apparere miraculum, quod non est. Si vero falsitas sit tantum circa aliquid accidentale non solum facto, sed etiam miraculo continebit solum peccatum veniale, sicut quodlibet mendacium in materia leui.

1215 Hinc deducitur. Quod sit peccatum mortale appendere aliculus Sancti Imagini tabellas, figuras cereas, vestes, & alia huiusmodi in signum aliculus miraculi falsi, aut gratiæ fictæ, quamuis id fiat ex intentione augẽdi cultum talis Sancti. Ita Caiet. *in sum.* verbo *Superstitio. cap.*1. Armilla *num.* 2. Nauar. *cap.* 11. *Manual. num.*26. Sanchez *lib.* 2. *sum. cap.* 37. *num.* 9. Quia hoc est profiteri cultum ex falso capite, & mentiri in materia religionis, quod est valde iniurioſum Deo, & Sanctis, & est euacuare fidem, & auctoritatem miraculorum, & beneficiorum. Ex hoc tamen non fit, quod non liceat appendere oblationes, vt cereos, aut quid simile in signum cultus, & deuotionis, etiamsi id fiat ad excitandum cultum, & deuotionem apud alios, quia in hoc non continetur aliqua falsitas, cùm non sint in signum alicuius rei falsæ. Hinc non poterunt offerri etiam ex deuotione, & cultu, quæ de se indicant miraculum, aut gratiam acceptam, quia portare tale signum esset mentiri, siquidem acciperetur communiter, vt declaratiuum gratiæ, aut miraculi. Quæ tamen ex se indifferentia sunt, ita vt possint indicare, aut non indicare gratiam, aut miraculum, licebit offerre ob cultum & deuotionem, quia stante indifferentia non determinabunt oblationem ad significandum miraculum, aut gratiam.

1216 In materia autem reuelationum, & prædictionum futurorum, inhibetur Regularibus, & Clericis sæcularibus à Leone X. *in Concil. Lateranensi. sess.* 11. in Constitutione, quæ incipit, *Supernæ maiestatis*, quæ est 21. *eiusdem Pontificis in Bullario*, ne in suis sermonibus publicis constanter prædicent sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, vt constat ex illis verbis, *Inhibentes omnibus, & singulis Clericis sæcularibus, vel Regularibus præfatis, ne de cætero in sermonibus suis publicis alia quoque futura ex literis sacris constanter prædicere, nec illa à Spiritu Sancto, vel diuina reuelatione se habuisse affirmare, & alienas inanes diuinationes asseuerando, aut alio quocunque modo tractando assumant &c.* Rursus: *Si qui autem contra præmissorum aliquod committere quicquam ausi fuerint, vltra pœnas contra tales à iure statutas, excommunicationis etiam sententiam eos incurrere volumus &c.* Ex quibus constat, quod tota prohibitio versetur non circa omnes reuelationes, sed tantum futurorum, & prædictionem, vt ostendunt illa verba. *Futura*

Pre-

Prædicere, Diuinationes. Vnde qui reuelationes de rebus præteritis, aut præſentibus, ſed abſentibus proponeret, non faceret contra prohibitionem. Rurſus non eſſe prohibitionem abſolutam, ſed coarctatam ad ſermones publicos, vt declarant illa verba, *In ſermonibus ſuis publicis*: & ideo non habet locum quoad colloquia priuata. Denique vt habeat locum prohibitio, neceſſarium eſſe, quod proponantur huiuſmodi reuelationes, ſeu diuinationes tanquam certæ, vt indicant illa verba, *Conſt inter prædicere, Aſſeuerando*. & ideo ceſſaret, ſi tanquam coniecturalia, & probabilia proponerentur.

1217 An autem poſſint Epiſcopi procedere contra Regulares proponentes huiuſmodi reuelationes, & diuinationes, affirmat Barboſa *de poteſt. Epiſc. par. 3. allegat. 76. num. 48.* & ad *Decret. de editione & vſu ſacr. libror. num. 10. ſeſſ. 4. Concil. Trident.* & citat Mirand. *tom. 1. Manual. quæſt. 50. ar. 7* Homobon. *de examine Eccleſ. tract. 11. cap. 7. quæſt. 18. reſol. 3. in fine*. Riccium *deciſ. 397. n. 2. par. 4.* Solorzan. *tom. 2. de iure Indiar. lib. 3. cap. 28. num. 64.* Nonar. *in Lucerna Regular.* verbo *Prædicatores. num. 1.* Verum Miranda, Ricc. Nonar. loquuntur in alio caſu, & non de reuelationibus, & prædictionibus, & forte etiam cæteri Doctores citati, quos non vidi. Nec vllibi reperitur in Concil. Tridentino, quod in hoc caſu tribuatur poteſtas Ordinarijs coercendi Regulares exemptos, ſed ſolum, quando diſſeminant errores, ſcandala, aut hæreſes: Nec obſtat, quod reuocata ſint omnia priuilegia contraria Concilio Tridentino: quia priuilegium exemptionis non eſt contrarium, cùm nullibi aliquid ipſi contrarium diſponat; imò vt ſaluet exemptionem, quando vult vt procedant Ordinarij contra exemptos, conſtituit eos delegatos Sedis Apoſtolicæ. Et ad quid tribueret Concilium Ordinarijs facultatem procedendi in aliquibus caſibus contra Regulares, ſi poſſent procedere in omnibus tanquam eiuſdem Concilij Protectores?

An liceat in Altari domus priuatæ retinere imaginem non canonizati, vbi plura circa materiam. Queſt. XIII.

SVMMARIVM.

1218 *Non licet in Altari priuatæ domus retinere Imaginem ſolam non habentis cultum à Sede Apoſtolica cum lampade &c.*

1219 *Qui ſentiant id licere.*

Non licere eſt certum poſt Decreta Vrbani VIII.

1220 *Imagines ſeruorum Dei poni poſſunt in dextra, aut ſiniſtra Altaris, & vbicunque, dummodo non appareant deſtinatæ ad cultum.*

1221 *Non canonizatis, aut beatificatis non poſſunt erigi Altaria.*

1222 *Seruis Dei poteſt exhibi priuatus cultus.*

Quinam ſit cultus publicus, & quinam priuatus.

1223 *Non canonizatis, aut beatificatis deferri poſſunt, quæ ſunt priuati cultus.*

An poſſint appellari Sancti, aut Beati.

1224 *Non canonizati an inuocari poſſint in Litanijs, & fieri eorumdem commemoratio in officio.*

1225 *Seruis Dei an poſſint oſculari manus, pedes, &c. antequam ſepultura tradantur.*

1226 *Corpora ſeruorum Dei ſepeliri poſſunt nobiliori loco, cum ornatu, &c.*

An circa ipſorum ſepulchra accendi poſſint cerei.

Dictio, Alia, *ſignificat ſimilia in qualitate.*

1227 *Poſt mortem ſeruorum Dei quomodo liceat imprimere libros continentes geſta ipſorum, miracula, &c.*

1228 *An in ipſorum mortis anniuerſario liceat cantare Miſſam de Trinitate.*

Quid ſi cantaretur ex impulſu deuotionis.

1229 *Diem anniuerſarium obitus ſeruorum Dei non licet inſtituere in Feſtum.*

Nec Ordinarius indicere ieiunium in eius vigilia.

1230 *Priuatis perſonis an liceat in honorem ſeruorum Dei abſtinere à ſeruilibus in eorumdem anniuerſario.*

Oratio quatenus connotet publicum cultum.

1231 *Seruis Dei an liceat offerre vota in ordine ad obtinendas gratias.*

Quid de voto publico totius populi.

1232 *In anniuerſario ſeruorum Dei, an liceat celebrare apud populum ipſorum laudes.*

1233 *Imagines ſeruorum Dei qualiter formari poſſint.*

1234 *Senſus priuatus ſanctitatis ſeruorum Dei non poteſt declarari ſignis publicis.*

1218 Ad XIII. Reſp. Quòd non, ſi ſola in eo ſit, & cum lampade. Thomas Sanchez *in Decal. lib. 2. c. 43. num. 6. & 7.* & Philiar. *de offic. Sacerd. tom. 1. par. 2. lib. 3. c. 9. in fin.*

ADDITIO.

1219 Sanchez ab Auctore *citatus* relinquit difficultatem in dubio, nam ponit rationes pro parte affirmatiua; nempe quia tenere imaginem non canonizati, ſeu beatificati ſolã in altari domus priuatæ cum lampade, pertinet ad cultum priuatum. Et quia Concil. Trident. *ſeſſ. 25. in Decreto de inuocat. & venerat ſanct.* loquitur de loco publico, ſubdit tamen, quod non audet hoc aſſerere. Vnde abſolute hoc licitum eſſe tenent Moleſ. *conſil. 45.* quia quamuis Concil. Trident. *citat.* dicat vllo in loco, vel Eccleſia, intelligit de loco eiuſdem qualitatis cum Eccleſia, nempe publico. Sed id non licere tenent Facundez *præcep. 1. Eccleſ. lib. 1. cap. 4. num. 16.* Trullench. *lib. 1. in Decal. cap. 2. dub. 1. num. 12.*

in fine. Et eſt omninò certum poſt Decreta Vrbani VIII. *ſub die* 13. *Martij*. & 2. *Octobr.* 1625. *circa cultum non canonizat, aut non beatificat.* Nam prohibetur quodcunque ſignum cultus erga huiuſmodi perſonas. ibi. *Decreuit ne quorumuis hominum cum ſanctitatis, ſeu Martyrij fama (quantacunque illa ſit) defunctorum imagines, aliaque predicta, & quodcunque aliud veneronem, & cultum præferens, & indicans, in Oratorijs, aut locis publicis, ſeu priuatis, vel Eccleſijs tam ſæcularibus, quàm Regularibus cuiuſcunque Religionis, Ordinis, Inſtituti, Congregationis, aut Societatis apponantur, antequam ab Apoſtolica Sede canonizentur, aut Beati declarentur, & ſi quæ appoſitæ ſunt, amoueantur, prout ea ſtatim amouere mandauit*. Ex quibus patet, quod prohibetur quodcunque ſignum cultus etiam in priuato loco.

1220 Poterunt tamen imagines horum ſeruorum Dei poni in parte ſiniſtra, aut dextra Altaris in priuatis Domibus, in Oratorio priuato, ita tamen, vt ita poſitæ ſint, vt non appareant deſtinatæ ad cultum: & proinde poni poterunt in cubiculis priuatorum in loco, vbi orare ſolent, dummodo tamen non ponantur ſolæ, nam ſi eſſent ſolæ, viderentur deſtinatæ ad cultum. Ita Molſeſ. *conſil.* 43. *num.* 28, qui affert Concil. Nicæn. 2. *act.* 4. & vſum antiquum Eccleſiæ, & exemplum D. Io. Chryſoſt. *in Orat. in die Natalis S. Mileſij*. Facundez *præcep.* 1. *Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 15. Trullench. *lib.* 1. *in Decal. cap.* 9. *dub.* 6. *num.* 6. Ratio eſt; quia dum priuato modo coluntur huiuſmodi imagines, nihil certificatur de ſanctitate eorum, quos repræſentant. At ſi ponerentur tanquam deſtinatæ ad cultum, tribueretur ipſis, quod Eccleſia non conceſſit, quia adhibere imagines tanquam deſtinatas ad cultum, eſt ex vſu, & approbatione Eccleſiæ, & proinde non poteſt extendi vltrà conceſſionem eiuſdem Eccleſiæ.

1221 Hinc à fortiori non poſſunt non canonizatis, aut beatificatis erigi altaria, vt tradunt Bellarmin. *lib.* 1. *de Beatit. Sanctor. cap.* 10. Sanchez *lib.* 2. *ſum. cap.* 43. *num.* 7. Facundez *præcep.* 1. *Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 18. Turrian. *de fide, ſpe, & charit. diſp.* 27. *dub.* 11. Bonac. *diſp.* 3. *de præcep. Decalog. quæſt.* 1. *pun.* 3. *num.* 2. Contelor. *de canonizat. cap.* 22. *num.* 2. Trullench. *lib.* 1. *in Decal. c.* 9. *dub.* 6. *num.* 31. Hoc enim pertinet ad cultum publicum, qui eſt interdictus ab Eccleſia, ex *cap. Audiuimus. de reliq. & venerat Sanct.* Vnde non ſolum non poterunt erigi Altaria mediante conſecratione, ſed neque etiam Altaria non conſecrata, imo neque etiam in priuatis Oratorijs, nam adhuc huiuſmodi erectio pertinet ad publicum inſtitutum ab Eccleſia, quamuis priuato modo fiat.

1222 Verùm cùm priuatus cultus exhiberi poſſit non canonizatis, aut beatificatis, argum. à contrario ſenſu ex *cap. Audiuimus. de reliq. & venerat. Sanct.* & tradunt Gloſ. *in cap. vnicum.* verbo *Sedis Apoſtolicæ. de reliq. & venerat. Sanct. in* 6. & Doctores *in dict. cap. Audiuimus*. Io. Andr. *num.* 6. Innocent. *in fine*. Hoſtienſ. item *in fine*. Butr. *in cap. final. num.* 6. *eod. tit.* Ancharan. *num.* 2. Abbas *num.* 3. Cardin. *not.* 4. Sylueſter verbo *Reliquiæ. init.* Bellarmin. *lib.* 1. *de beatit. Sanct. cap.* 10. Azor. *par.* 1. *lib.* 9. *c.* 8. *quæſt.* 8. Sanchez *lib.* 2. *ſum. c.* 43. *n.* 4. Facundez *præcep.* 1. *Eccleſ. lib.* 1. *c.* 4. *num.* 19. Suarez 3. *par. tom.* 1. *diſp.* 55. *ſect.* 2. & *tom.* 1. *de relig. lib.* 2. *de Feſt. c.* 11. Molſeſ. *conſil.* 43 *num.* 64. Turrian. *de fide, ſpe, & charit. diſput.* 27. *dub.* 11. *in fine*. Trullench. *lib.* 1. *in Decal. c.* 9. *dub.* 6. *num.* 4. Palaus *tr.* 8. *oper. moral. diſp.* 2. *pun.* 3. *num.* 7. Eſt aduertendum, quod cultus non dicitur publicus, aut priuatus ex eo, quod publicè, vel priuatè fiat, quia hoc ſe habet extrinſecè, & materialiter ad cultum: ſed publicus eſt, qui exhibetur nomine Eccleſiæ, aut ex inſtitutione ipſius; vnde qui cultum inſtitutum ab Eccleſia pro veneratione Sanctorum alicui exhiberet, exhiberet publicum cultum, quamuis priuatè exhiberet. Hinc priuatus cultus eſt, qui nec nomine Eccleſiæ, nec ſecundum inſtitutionem ipſius exhibetur. Ita Molſeſ. *conſil.* 55. *n.* 20. Portel *in Dub. Regul.* ver. *Reliquiæ. in addit. n.* 18. Facundez *præcep.* 1. *Eccleſ. lib.* 1. *c.* 4. *num.* 19. Trullench. *lib.* 1. *in Decal. c.* 9. *dub.* 6. *num.* 2.

1223 Hinc poſſumus ea omnia exhibere, quæ ſunt priuati cultus, vt deferre ad collum appenſas ipſorum reliquias, offerre illis orationes, & nos ijſdem commendare. Ita Gloſ. *in cap. vnicum*, verbo *Sedis Apoſtolicæ*, ver. *dicimus enim, de reliq. & venerat. ſanct. in* 6. Hoſtienſ. *in cap.* 1. *eodem tit.* Innocent. *ibid.* Syluester verbo *Canonizatio n.* 1. & 2. Azor *par.* 2. *lib.* 5. *cap.* 6. *quæſt.* 8. *in fine*. Bellarmin. *lib.* 1. *de beatit. ſanct. cap.* 10. Sanchez *lib.* 2. *ſum. cap.* 43. *num.* 7. Facundez *præcep.* 1. *Eccleſ. li.* 1. *cap.* 4. *num.* 19. Hæc enim omnia ſunt priuatus cultus. Quod autem ſpectat ad appellationem ſancti, aut beati, affirmant citati Doctores, præſertim Sanchez, Facundez, poſſe nos credere eſſe ſanctos, & ipſos ſanctos appellare, & beatos. Addunt tamen Bonac. *diſp.* 3. *de præcep. Decal. quæſt.* 1. *punct.* 2. *n.* 2. ver. *hoc poſito*, Trullench. *lib.* 1. *in Decal. cap.* 9. *dub.* 6. *num.* 5. in publicis concionibus abſtinendum eſſe ab huiuſmodi appellatione, ne videamur diuulgare tanquam canonizatos, aut beatificatos. Puto tamen eſſe diſtinguendum. Si enim nomen ſancti aut beati ponatur qualificatiuè, ita vt ex contextu orationis appareat adhiberi ad exprimendam hanc qualitatem ſanctitatis, tunc licita erit appellatio, quia pertinebit ad priuatam reuerentiam, & exprimet priuatum ſenſum appellantis, & adhiberi poterit abſolutè ſiue in concionibus, ſiue in ſcriptis, ſiue in quocunque colloquio. At ſi ponatur denominatiuè ſeu appellatiue, ita vt appareat nos ſignificare non qualitatem, ſed titulum honoris, tunc nunquam licebit ita appellare, quia huiuſmodi titulus eſt nota publici cultus, nec poteſt alicui conuenire, niſi ex publica auctoritate, atque adeo per conceſſionem Sedis Apoſtolicæ.

1224 An autem non canonizati inuocari poſſint in Litanijs, ſicut etiam non beatificati, aut fieri in recitatione diuini officij eorumdem commemoratio. Affirmant Turrian. *de fide ſpe, & charit. diſp.* 27. *dub.* 11. Molſeſ. *conſil.* 45. *num.* 47. & 48. Trullench. *lib.* 1. *in Decal. cap.* 9. *dub.* 6. *num.* 16. Quando ſcilicet priuatim recitantur. Immo addit Molſeſ. id licere, quando recitantur à Monialibus, aut religioſis in ſuis Eccleſijs: quod tamen non admittit Trullench. *citat.* Sed abſolutè tenendum eſt, quod non liceat, etiam quando priuatè recitantur, ſiue Litaniæ, ſiue Officium diuinum, ſiue quæcunque

alia

alia oratio inſtituta ab Eccleſia in cultum Sanctorum. Ita Sanchez *lib.* 2 *ſum. cap.* 43. *num.* 5. Bonac. *diſp.* 3. *de præcep. Decal quæſt.* 1. *punct.* 2. *num.* 2. Sylueſter verbo *Canonizatio*, *num.* 1. Innocent. *in cap. audiuimus, de reliq. & veneral. ſanctor.* Bellarmin. *lib.* 1. *de beatitud. ſanct. cap.* 10. Facundez *præcept.* 1. *Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 19. Palaus *par.* 3. *oper. moral. tract.* 8. *diſp.* 1. *punct.* 3. *num.* 8. Quia eo ipſo quod oratio inſtituta eſt ab Eccleſia in cultum Sanctorum, continet publicum cultum ab eadem Eccleſia auctorizatum: nec ratione priuatæ recitationis amittit talem auctorizationem.

1225 Quod autem ſpectat ad oſculationem pedum, manuum, veſtimentorum, &c. horum ſeruorum Dei antequam ſepulturæ tradantur, negat eſſe licitam, ſi publice fiat, vel ad ſanctitatem denotandam, Contilor. *de canonizat. cap.* 22. *num.* 5. & adhæret Trullench quo ad illa loca, vbi recepta ſunt Decreta Vrbani VIII. *de cultu decedentium cum fama ſanctitatis*. Verum non obſtare Decreta prædicta manifeſtum fiet, quia in ipſis Decretis hæc ſigna obſequij non recenſentur neque inter abuſus enarratos, neque in diſpoſitione, neque ad ibi diſpoſita reduci poſſunt, cum tota diſpoſitio ſit circa ea, quæ apponuntur ſepulchris, circa imagines, & libros, qui Typis mandantur. Et ideo tenendum eſt eſſe licitam. Ita Bellarmin. *lib.* 1. *de beatit. ſanctor. c.* 10. Sanchez *lib.* 2. *ſum. cap.* 43. *num.* 7. Facundez *præcep.* 1. *Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 19. Palaus *par.* 2. *oper. moral. tract.* 8. *diſp.* 1. *punct.* 3. *num.* 8. Hæc enim oſculatio eſt ſignum priuati affectus, & priuatæ reuerentiæ. Imo etiam licebit in ſignum venerationis proſternere ſe ad ſepulchrum, ibi orare, &c. quod ex eo conuincitur, quia quando agitur de canonizatione, aut beatificatione, inter cæteros articulos probanda eſt veneratio ſepulchri. Non exigeret autem Eccleſia tanquam aliquod fundamentum beatificationis, aut canonizationis, quod illicitè fieret, & eſſet ab ipſa prohibitum.

1226 Poſſunt etiam corpora ſeruorum Dei, qui decedunt cum opinione ſanctitatis, ſepeliri honeſtiori loco ſeorſim ab alijs, cum ornatu veſtium prætioſarum. Ita communiter præſertim Molfeſ. *conſil.* 45. *num.* 14. Trullench *lib.* 1. *in Decal. cap.* 9. *dub.* 6 *num.* 10. & conſtat ex praxi; imo hoc etiam ſeruatur cum ijs, qui non moriuntur cum fama ſanctitatis, ſed ſolum fuerunt excellentes in aliquo; vnde iſte honor pertinet ad cultum priuatum communem prophano, & ſacro. An autem circa ſepulchra accendi poſſint cerei, & lampades, affirmant Molfeſius *conſil.* 45. *num.* 37. Turrian. *de fide, ſpe, & charit. diſp.* 27. *dub.* 10. Et quidem ante Decreta Vrbani VIII. id licebat, quia nullo iure erat prohibitum, nec continet cultum publicum, ſed tantum ſunt ſignum lætitiæ & priuatæ reuerentiæ: vnde etiam in prophanis feſtis accenduntur ignes, & intortitia ad feneſtras ad declandam lætitiam. Imo etiam accenduntur cerei ad ſepulchrum cuiuslibet defuncti in Commemoratione Omnium Defunctorum. Verum modo non licet, cum id prohibeatur in Decretis Vrbani VIII. *circa cultum defunctorum cum fama ſanctitatis. ſub die* 13. *Martij* & 2. *Octobris* 1625. ibi. *Ad horum hominum ſepulchra vetuit etiam, ac inhibuit, tabellas, atque imagines ex cera, aut argento, ſeu ex alia quacunque materia, tam picias, quam ſictas, atque exſculptas appendi, ſeu affigi; & lampades, ſiue alia quacunque lumina, accendi ſine recognitione ab Ordinario omnino, prout ſupra facienda, Sedique Apoſtolicæ referenda, ac probanda.* Exiſtimo tamen, quod ſi aliquæ priuatæ perſonæ ad oſtendendam ſuam deuotionem offerrent ad ſepulchrum cereos, & accenderent, non peccarent. Tum quia hoc pertinet ad venerationem ſepulchri, quæ non eſt interdicta, imo articulatur in proceſſu pro beatificatione, aut canonizatione. Tum quia Pontifex per dicta Decreta intendit ſolum obuiam ire abuſibus, vt conſtat ex proœmio, & proinde videtur ſolum hoc interdicere miniſtris Eccleſiarum quod etiam indicant illa verba, *ad illorum ſepulchra lampades, & alia lumina apponuntur*. Lampades autem non apponuntur à perſonis venerantibus ſepulchrum, ſed à miniſtris Eccleſiæ, & proinde intelligit de alijs ſimilibus luminibus, quæ ab ijſdem miniſtris apponi ſolent: nam dictio, *alia*, ſignificat ſimilia in qualitate, *l. fin. §. cui dubia, ff. de vino, trit. oleoq. leg.* & notant Ruin. *conſil.* 181. *num.* 2. *li.* 2 Pariſ. *conſil.* 145. *num.* 25. *lib.* 4. Oſaſch. *deciſ.* 52. *num.* 123. Tum quia abuſus in hac materia conſiſtit in eo, quod accendantur lumina ad captandum cultum populorum.

1227 Rurſus licebit etiam poſt mortem immere libros continentes geſta ipſorum, miracula, reuelationes, gratias, & alia huiuſmodi. Ita Molfeſ. *conſil.* 45. *num.* 51. & conſtat ex praxi antiquitùs ſeruata, nam plurimorum vitæ & miracula ſcripta ſunt in omni ſæculo, antequam declarentur Sancti ab Eccleſia. Modo tamen neceſſarium eſt ſeruare, quod præſcribitur in Decretis Vrbani VIII. *circa cultum horum ſeruorum Dei*, & eorumdem declarationibus, apponendo in principio, & fine libri proteſtationes ibi præſcriptas.

1228 An autem liceat in anniuerſario horum ſeruorum Dei cantare Miſſam ſolemnem de Sanctiſſima Trinitate, aut eam priuatè celebrare. Affirmat Molfeſius *conſil.* 45. *num.* 46. vbi affert ex hiſtorijs plura exempla in confirmationem ſuæ opinionis. Sed oppoſitum tenet Contilor. *de canonizat. c.* 2. Quod etiam tenet Trullench. *lib.* 1. *in Decalog. c.* 9. *dub.* 6. *num.* 16. vbi Decreta Vrbani VIII. *de cultu ſeruorum Dei* ſunt in viridi obſeruantia. Et ita tenendum eſt, quia in dictis Decretis prohibetur omnis cultus publicus. Cantare autem Miſſam Trinitatis, etiam in gratiarum actionem, quod Deus talem ſeruum ſuum ad cœlum tranſtulerit, eſt in cultu publico profiteri ſanctitatem ipſius, atque adeo ei exhibere publicum cultum. Imò hoc eſt procurare cultum populorum, quod obſtaret beatificationi, & canonizationi, cùm in ordine ad ad ipſas ſit probandum cultum non eſſe procuratum. Cenſerem tamen, quod ſi Sacerdotes ex impulſu deuotionis celebrarent Miſſam in honorem alicuius ſerui Dei, aut populi feſtum celebrarent, aut aliquid agerent in honorem ipſius, non continerentur ſub prohibitione. Quia prohibitiones humanæ regulant actus, qui humano modo fiunt, non autem qui fiunt ex impulſu Spiritus ſancti. Quando autem ijs, ad quos non pertineret ſeruus Dei, abſque humano impulſu exercerent aliqua ex ſupra dictis,

cen-

censendum esset, exercere ex instinctu Spiritus. Sic Io. XXII. in Bulla *canonizationis S. Th. Aquinatis* approbat factum quorumdam Monachorum, qui post septem menses ab obitu eiusdem D. Thomæ nulla obtenta licentia celebrauerunt Missam de communi Confessorum in ipsius honorem. Et in vita S. Caroli legitur *lib 7. c. 16.* quod cùm populus Mediolanensis exhiberet ea, quæ solent exhiberi in honorem Sanctorum declaratorum, in honorem S. Caroli, & Cardinalis Borromæus Federicus tunc Archiepiscopus vellet prohibere, Romæ prouisum fuit, quod populus relinqueretur in sua libertate. Rursus, cùm antequam decerneretur publicus cultus S. Carolo, & S. Philippo, ortum fuisset dubium de cultu, qui ipsis deferebatur, coram Clemente VIII. fuit resolutum. *Nihil innouetur, & vt possidetis, ita possideatis.* Idem fuit resolutum coram Paulo V. anno 1615. quoad B. Caietanum fundatorem Clericorum Regularium, cum ipsi deferretur cultus publicus, pingeretur imago ipsius cum radijs, &c.

1229 Hinc à fortiori non licebit in honorem horum seruorum Dei instituere in festum, diem anniuersarium, vt constat ex cap. 1. *de reliq. & venerat. Sanct.* & docent Gloss. *ibid.* verbo *Festiuitates.* Hostiens. *num.* 8. Io. Andr. *num. 6.* Rursus Glos. *in cap. vnicum*, verbo *Sedis Apostolicæ*, *de reliq. & venerat. sanct. in 6.* vbi Franc. *nu. 3.* Dominic. *nu. 12.* Innocent. *in cap. fin. num. 1.* ver. *solemniter*, *de fer.* Abbas *num. 4.* Anton. *eod. num.* Imola *num. 3.* D. Antonin. *2. par. tit. 9. cap. 7. init.* Syluester ver. *Dominica quæst. 1.* Troilus *de canonizat. sanct. dub. 2. nu. 12.* Sanchez *lib. 2. sum. cap. 43. num. 9.* Trullench. *lib. 1. in Decal. cap. 9. dub. 6. num. 22.* hic enim est cultus publicus, cum exhibeatur ex institutione Ecclesiæ, & ex imperio ipsius. Et ob eamdem rationem non poterit Ordinarius indicere publicum ieiunium in vigilia diei anniuersariæ talis serui Dei; quia talia ieiunia sunt obsequia, & cultus illorum, qui ex auctoritate Ecclesiæ coluntur.

1230 An autem liceat priuatis personis abstinere ab operibus seruilibus in die anniuersaria horum seruorum Dei, aut in peruigilio ieiunare in ipsorum honorem, negat Contilor. *de canonizat. sanct. cap. 22.* quia censet id esse reprobatum per Decreta Vrbani III. sed non rectè, quia neque expressè id reprobat, vt legenti constat, neque consequitur ex reprobatis, cum omnia quæ reprobantur pertineant ad cultum publicum. Itaque id esse licitum, tradunt Molfes. *consil. 45. num. 46.* Sanchez *lib. 2. sum. cap. 43. num. 8.* Bellarmin. *lib. 1. de beatitud. sanctor. cap. 10.* Trullench. *lib. 1. in Decal. cap. 9. dub. 6. num. 21.* Castropalaus *par. 2. oper. moral. tract. 8. disp. 1. punct. 3. num. 8.* Hæc enim pertinent ad cultum priuatum, quia de sui natura non sunt ordinata ad cultum, cum ob alias causas ieiunetur, & abstineatur ab operibus seruilibus, & ideo, vt pertineant ad cultum, debent institui, & ordinari ad ipsum, & proinde talis erit cultus, quem continebunt, qualis erit institutio; & solum erit publicus, quando institutio sit publica, & auctoritatiua. Sic etiam cum oratio ex sui natura sit ordinata ad cultum, sed ad petendum etiam ab hominibus, non continet publicum cultum, nisi quatenus publica auctoritate ad hunc effectum instituitur, & ideo licet ad priuatum cultum ordinare orationem auctoritate priuata.

1231 Eadem ratione licebit cuicunque priuatæ personæ vota ei offerre etiam in ordine ad obtinendas gratias. Ita Sanchez *lib. 2. sum. cap. 43. num. 8.* Molfes. *consil. 45. num. 74.* Palaus *par. 2. oper. moral. tract. 8. disp. 1. punct. 3. num. 8.* Trullench *lib. 1. in Decal. g. cap. 9. dub. 6. num. 21.* Hoc enim nil aliud continet, nisi cultum priuatum, siquidem votum, cum sit promissio facta Deo, retinet naturam promissionis, & proinde est indifferens, vt ordinetur ad cultum, vel non ordinetur, & ideo sola publica ordinatio facit, quod cultus sit publicus. Non tamen poterit emitti votum publicum à toto populo sub auctoritate Episcopi, aut Principis, seu alterius inferioris præsidentis, quia hoc contineret cultum publicum. Ita notant Doctores *citati*, quamuis Molfesius loco citato existimet, posse offerri votum publicum à toto populo pro tota ciuitate, Prouincia aut Regno, quia cum non offerant auctoritate Ecclesiæ, remanet intra cultum priuatum, quia interuenit tantum auctoritas circa quæ non habet facultatem instituendi, quæ sunt ordinis spiritualis, & ordinantur ad Dei cultum, & Sanctorum; vnde cum non offeratur nomine Ecclesiæ, nec ex ipsius institutione, non erit cultus publicus.

1232 Dubitatur etiam, an saltem in anniuersario horum seruorum Dei liceat concionem habere ad populum, efferendo laudes, & merita ipsorum. Affirmat Trullench *lib. 1. in Decal. cap. 9. dub. 6. n. 13.* & citat Innocent. & Hostien. *in cap. 1. de reliq. & venerat. sanctor.* Et reuera in se non continet cultum publicum; nam talis laudatio haberi solet quotannis pro vitis illustribus, licet nullam habeant opinionem sanctitatis, in quibusdam Academijs. Circumstantiæ tamen videntur reddere cultum publicum, siquidem concio fit in Ecclesia, à personis Ecclesiasticis, & consuetudo habet, quod tales conciones non habeantur, nisi in honorem sanctorum. Et esset saltem talis concio procuratio cultus, quia excitaret ad colendum talem seruum Dei, & officeret canonizationi, aut beatificationi, cum primò loco arriculandus sit processus de cultu non procurato. An autem si haberentur huiusmodi conciones prohiberi possent à Nuntijs Apostolicis, Ordinarijs, Inquisitoribus, &c. certum etiam posse prohiberi, si si narrarentur miracula, reuelationes, aut gratiæ acceptæ ab his seruis Dei, vt constat ex Constitutione Vrbani VIII. *sub die 5. Iulij 1634.* & incipit *Cœlestis Hierusalem*, ibi. *Quocirca venerabilibus fratribus Patriarchis &c. & Apostolicæ Sedis Nuncijs ac hæreticæ prauitatis Inquisitoribus vbilibet existentibus per Apostolica scripta mandamus, vt statim atque præsentes litteræ nostræ ad eorum, & cuiuslibet eorum notitiam peruenerint, in sua quisque respectiuè Diœcesi, vel Prouincia sedulo pervigilet, ne sine approbationibus prædictis imagines cum memoratis signis exponantur, aut miracula, reuelationes, ac beneficia prædicta publicentur, aliàve contra superius disposita fiant.* Si autem nulla ex his prohibitis, in concionibus narrarent, non crederem prohibere posse quia neque in his Decretis, seu Constitutionibus, nec aliunde prohibetur laudes, & virtutes, & præclara gesta cuiuscunque celebrare. Si verò con-

cio

cio excederet hos terminos, & tenderet ad sanctitatem asserendam, seu ad persuadendum, quod esset sanctus, qui celebretur, prohiberi posset, quia non licet aliquem ponere in veneratione tanquam sanctum, nisi ex auctoritate Sedis Apostolicæ.

1233 Quod autem spectat ad imagines horum seruorum Dei, sicut certum est, formari posse, & exponi: ita etiam certum est, non posse formari cum insignibus, vt notant Bellarmin *lib. 1. de beatit. sanctor. cap. 10.* Sanchez *lib. 2. sum. cap. 43. num. 6.* Molfes. *consil. 45. num. 2.* Trullench. *lib. 1. in Decal. cap. 8. dub. 6. num. 6.* Facundez *præcep. 1. Eccles. lib. 1. cap. 4. num. 17.* Vnde non solum non licebit formare cum diademate, sed neque cum radijs, quia hæc ex instructione Ecclesiæ adhibentur tanquam insignia æternæ gloriæ ipsorum, & ideo pertinent ad cultum publicum. Et hoc modo certum est ex Decretis Vrbani VIII. circa cultum Seruorum Dei, & eius Constitutione, *Cælestis Hierusalem sub die 5. Iulij 1634.* ibi. *Statuimus, & decreuimus, ne quorumuis hominum cum sanctitatis, seu martyrij fama, quantacunque illa esset, defunctorum imagines, aliaque præfata, & quodcunque aliud venerationem, & cultum præferrent, & indicans, in Oratorijs, aut locis publicis, sex priuatis, vel Ecclesijs tam sæcularibus, quàm regularibus, cuiuscunque Religionis, Ordinis, Instituti, Congregationis, aut Societatis apponerentur, antequam ab Apostolica Sede canonizarentur, aut beatificarentur.* Et expressius in Decretis *sub die 13. Martij, & 2. Octobr. 1625.* refertur inter Abusus; *Qui etsi neque canonizationis, neque beatificationis honore insigniti sint ab Apostolica Sede, eorum tamen imagines in Oratorijs, atque Ecclesijs, aliisque locis publicis, ac etiam priuatis, cum laureolis, aut radijs, seu splendoribus proponuntur, &c.* Ex quibus constat, quod neq; cum aliquibus radijs, seu splẽdoribus vt voluit Molfes. *Consil. 45. n. 30.* formari possint: qui tamen ante supradicta Decreta scripsit. Vnde licet aliquæ horum imagines ante formarentur cum radijs, aut etiam diademate, vt notat idem Molfes. *num. 30.* fuit tamen introductum ex abusu.

1234 Nec obstat, quod possint iuxta priuatum sensum, habere hos Seruos Dei pro Sanctis, & exprimere etiam hunc sensum vocando Sanctos; nam ex hoc non rectè infertur, quod etiam pingere possim cum radijs ad ostendendum hunc sensum priuatum; nam tunc adhiberem, non signa priuata ad exprimendum meum sensum, sed publica, quia radij instituti sunt ab Ecclesia ad declarandam sanctitatem; vnde exprimerem sanctitatem, non ex meo priuato sensu, sed ex sensu Ecclesiæ. Hinc ob eamdem rationem, quamuis possint imagines poni in Ecclesijs ad excitandam memoriam fidelium, & eorumdem reuerentiam; non tamen ante ipsas lampades accendi possunt, quia sunt ex institutione Ecclesiæ signum sanctitatis. Poterunt tamen imagini circumcirca ornari, & poni sub baldachino, quia hæc signa reuerentiæ non indicant sanctitatem, cum etiam adhibeantur erga imagines Principum, & virorum illustrium.

In quibus consistat praxis, & modus canonizandi.
Quæstio XIV.

SVMMARIVM.

1234 *Praxis canonizandi, remissiue.*
1235 *Substantia canonizationis in quo consistat.*
Formula canonizationis.
Quomodo Pontifex errare non possit in canonizatione.
1236 *Pro canonizatione coniunctim requiruntur sanctitas, vita & miracula.*
1237 *Miracula in vita non sufficiunt.*
Sola miracula post mortem sufficiunt pro canonizatione.
1238 *Canonizatio non innititur puro testimonio humano sed etiam diuino.*
Martyres cur declarari possint sancti absque miraculis.

1234 Ad 14. In duodecim actibus, de quibus post alios meminit Mascar. *de probat. lib. 1. concl. 262. n. 58.* Graff. *in suis decis. p. 2. lib. 2. cap. 13. n. 4 & seqq.* Troyl. Maluet. *de Canonizatione sess. 3. in 4. & vlt. dubio.* Latè Rocca, Apostolici Sacrarij olim Præfectus, Episcopus Tagasti, *in suo commentario de canonizatione Sanctorum*, vbi de definitione, authoritate, & antiquitate, deque causis, & ordine iudiciario canoniazandi sanctos, de miraculis, item de rebus quæ veram declarant sanctitatem, nec non de honoribus, qui sanctis debentur, deque infallibili catholicæ Ecclesiæ certitudine ad canonizationem pertinente, additis cæremonijs in ea obseruari consuetis, ac declaratis: sanctorumque canonizatione catalogo accedente, & eorum, qui de canonizatione scripserunt. Romæ impressus anno 1601.

ADDITIO.

1235 Quamuis plures actus intercueniant in canonizatione, vnicus tamen est substantialis, in quo consistit tota substantia canonizationis; cum cæteri sint, aut præparatorij, aut rituales, nempe iudicium, seu declaratio solemnis, quod canonizatus fruatur gloria cælesti cooptatus à Deo in numerum Beatorum; ex quo postea consequitur, quod sit propositus publicè colendus tanquam sanctus. &

ita

tur, prohibet omnibus, & ſingulis perſonis Eccleſiaſticis tam ſæcularibus, quam Regularibus, etiam Sancti Ioannis Hieroſolymitani, Societatis IESV, vel aliorum quantumuis ſpeciali nota dignorum, ne audeant ipſi per ſe, aut per alios capere informationes ſuper ſanctitate vel aut miraculis alicuius defuncti, neque vllo modo exquirere, atque obtinere ad hunc effectum extraiudiciales teſtificationes, aut ſubſcriptiones, ſub pœnis arbitrio Sacræ Congregationis infligendis. Quòd ſi Superiori, Sacriſtæ ſeu alteri Officiali illius Eccleſiæ, in qua reponi ſit corpus ipſius vel defuncti, vel alterius etiam Eccleſiæ, fuerint reuelata aliqua miracula, ſiue prophetiæ dona, poſſint ea recipere ſub ſigillo ſecreti ab ipſis tantum relatoribus, in quorum gratiam contigiſſe narrabitur; teneantur tamen quamprimum commodè poterunt eadem deferre, vel obſignata tranſmittere Epiſcopo loci, cum expreſſa declaratione, quod reuelationes, ſic vt ſupra receptæ, non faciant aliquem probationis gradum, etiam cuiuſuis longiſſimi temporis curſu.

Quod Decretum cum fuerit ad notitiam S. D. N. Vrbani VIII. deductum, Sanctitas ſua illud approbauit, ac imprimi, & vbique publicari mandauit. Die 22. Martij 1631.

C. Epiſc. Port. Card. Pius.

T. Tegrimius Epiſc. Aſſiſien. Secr.

ADDITIO.

Notationes circa Decretum.

SVMMARIVM.

1240 *De quorum ſanctitate prohibeantur informationes etiam extraiudiciales.*

1241 *Miracula ſeruorum Dei quomodo recipi poſſint à Rectore, ſeu Officiali Eccleſiæ.*

Conceſſo principali conceduntur acceſſoria.

1242 *Sigillum ſecreti circa miracula ſeruorum Dei, quibus imponatur.*

Quod lex non exprimit, non cenſetur volitum.

Ceſſante cauſa ceſſat prohibitio.

1243 *Recipientes miracula an hortari poſſint deferentes, at promulgent.*

Quod directè prohibetur non licet indirectè.

1240 Circa hoc Decretum eſt aduertendum, quod prohibetur ſolum capere informationes etiã extraiudiciales de illorum ſanctitate, & miraculis, qui nondum ſunt canonizati aut beatificati, quia ſcilicet non cenſetur expediens, quod propalentur miracula, ad augendam opinionem ſanctitatis, ſed quod tota opinio proueniat ex inſpiratione interna vt facilius dignoſci poſſit, an Deus velit talem ſeruũ ſuum in terris honorare fama ſanctitatis. Et proinde ſubtrahuntur omnia illa humana, quæ inducendo opinionem ſanctitatis poſſunt offuſcare teſtimoniũ diuinum. Hinc non prohibetur recipere informationes extraiudiciales de miraculis canonizatorum, aut beatificatorum, quia in his ceſſat ratio finalis Decreti.

1241 Rurſus. Cum à Rectore, ſeu Officiali aliquo Eccleſiæ poſſint recipi ſub ſecreto miracula, quæ illi manifeſtantur, ſicut etiã quæcumq; quæ ad oſtendendam ſanctitatem ſerui Dei inſeruiunt, ad effectũ deferendi Epiſcopo. Poterunt etiam recipi à deferente nomina eorum, qui in materia teſtificari poterunt, & etiam circumſtantiæ, quæ factum concernunt; nam conceſſo principali conceduntur, quæ veniunt acceſſoriè ad ipſum. cap. *prudentiam*, §. *ſi vero*, *de offic. deleg.* & notat Euerard. *in Topica loco à conceſſ. anteced. ad conceſſ. conſeq. num.* 2. Rurſus cum id concedatur Rectori, ſeu alteri Officiali, cenſetur cæteris denegatum, & ideo ſi occurrat ipſis occaſio aliqua huiuſmodi, debent remittere ad Superiorem, aut Officialem.

1242 Eſt etiam adnotandum, quod ſigillum ſecreti imponitur tantum recipientibus miracula, aut prophetiæ dona, non autem deferentibus, vt conſtat ex illis verbis. *Poſſint ea recipere ſub ſigillo ſecreti*. Et ideo licet recipientes teneantur ad ſecretum, non tenentur tamen iniungere deferentibus, quod ſeruent ſub ſecreto, quia hoc in Decreto non exprimitur, & ideo non cenſetur volitum, cap. *ad audientiam* 2. *de decimis*, & *l. ſi ſeruus* §. *Prætor ait ff. de caducis tollen.* Et ideo deferentes poterunt promulgare, quæ detulerunt, cum id non ſit ipſis prohibitum. Nec eſt fruſtratorium, quod officiales Eccleſiæ teneantur ad ſecretum, dum deferentes loqui poſſunt, quia hoc eſt pactum, ne ex occaſione delatæ rei procurent cultum, & faueant opinionem ſanctitatis: ideo ob hanc cauſam imponitur ſecretum, quæ cauſa ceſſat in deferentibus, & conſequenter ceſſat etiam prohibitio. Cap. *Quoniam*, §. *porro*, & §. *fin. Vt lite non conteſt.* & cap. *cum ceſſante de appellat.*

1243 Hinc autem inſurgit dubium, an recipientes miracula horum ſeruorum Dei, poſſint hortari deferentes, vt ea promulgent ad honorem Dei, & ſuorum ſeruorum. Et videtur affirmatiuè reſpondendum, quia ipſi tantum tenentur ad ſecretum; vnde cum deferentes promulgare poſſint, poterit etiam perſuaderi promulgatio. Sed oppoſitum tenendum, quia indirectè procurarent cultum, & famam ſanctitatis illi ſeruo Dei, mediante aliena promulgatione, contra finem prohibitionis, & fieret indirectè,

directè, quod directè prohiberetur, quod non licet, cap. *deteſtanda* 2. *de præben. in 6.* & cap. *cum quid, de regul. iur. in 6.* Nec obſtat, quod promulgari poſſint à deferente. Quia quæ alteri licent, non ſemper procurare poſſumus, ſed ſolum quando aliunde non prohibemur procurare.

LITERAE PRAEFATAE SACRAE CONGREGATIONIS, reſcriptæ Illuſtriſſimo Archiepiſcopo Auenionenſi.

1244 *ILluſtris admodum, & Reuerendiſſime Domine. Cùm quotidie magis notum fiat, quanta ſinceritate mentis, & maturitate cognitionis incipere, & perſequi deceat eorum cauſas, qui diem vltimum obiere, non ſine aliqua populo relicta opinione ſanctitatis, & quàm accuratè, fideliterque in re tanti momenti adhiberi teſtes, & in examen vocari conueniat: Sacra Rituum Congregatio facto prius verbo cum Sanctiſſimo, ne aliquis ſubrepat abuſus, iuſſit, Amplitudinem tuam, hac peculiari Epiſtola fieri certiorem de ijs quæ in adiuncto Decreto continentur. Nempe, vt curet, ne impoſterum vlla ex parte aduerſus illud à quopiam in tua diœceſi aliquid committatur; ſed ab omnibus omnino inuiolabiliter obſeruetur, & quando apud Amplitudinem tuam ab aliquo petitum fuerit, vt velit inquirere in ſanctitatem vitæ, & Miracula alicuius qui cum præfata fama obiiſſe dicatur: quoniam nimia plerumque procliuitas, atque celeritas occaſionem errori præbet, non prius generaliter ſuper vitæ ſanctitate inquiri permittat, quàm particulariter de alicuius virtutis eminenti gradu, aut peculiari aliquo miraculo præcedat famæ comprobatio, prout prudentiæ tuæ magis expedire videbitur: quod per teipſum exequi S. Congregatio ſummopere exoptat. Sed ſi ob inualetudinem, vel ob legitimum aliud & graue impedimentum id conficere non valebis, ſuper quo conſcientiam tuam onerat Congregatio, poterit Amplitudo tua delegare Vicarium ſuum Generalem, vel alium in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutum, qui delegatus, ſiue ille ſit Vicarius, ſiue cuiuſcumque dignitatis, cum alijs adminimũ duobus, doctis viris, altero ſaltem Magiſtro in Theologia, altero verò graduato, vel licentiato in iure Canonico, rem totam ita peragere debeat, vt omnia ſua nomina ſubnotent, poſt ſubſcriptionem cuiuſcumque teſtis, antequam diſcedant à loco ipſius examinis. Curabit inſuper Amplitudo tua, vt teſtes omnes quæcumque habeant, explanatè, & per extenſum deponant, nec ſe referant ad atteſtationes redditas, neque eis recitentur, quæ alias ipſi depoſuerunt. Poſtquam verò fuerint per Amplitudinem tuam, vel per alios ex cauſis ſupra narratis à te ſubrogatos acta completa, ſecreto retineantur præſtito etiam iuramento à Notarijs, & teſtibus, ſe nemini promulgaturos quicquid ipſi ſcripſerint, & reſpectiuè depoſuerint, vel de quibus interrogati fuerint: de his autem actis per te aut iuſſu tuo confectis centiorem reddere debebit ſtatim Amplitudo tua Summum Pontificem, eaque quantò citiùs poterit authenticè tranſcripta, ac ſigillo obſignata ad Sacram Rituum Congregationem tranſmittere. Originalia verò eodem modo conſignata, & in capſa clauſa pluribus clauibus, quæ diuerſis ad arbitrium tuum cuſtodiendæ tradantur, in Archiuio Archiepiſcopali conſeruentur. Notum tamen ſit Amplitudini tuæ, neque per hanc Epiſtolam, neque per aliquid in ea propoſitum voluiſſe Summum Pontificem, neque Sacram Rituum Congregationem tribuere aut augere iuriſdictionem, ſeu facultatem quæ alijs Epiſcopis competere poſſet: atque vt hæ litteræ nulla impoſterum oblitione deleantur, ſed ſemper in recordatione vigeant & tua, & tuorum deinceps ſucceſſorum, dabit operam Amplitudo tua, vt illa quantò citiùs tam in Curia tua Archiepiſcopali, quàm in Archiuio Capitulari, ad perpetuam memoriam aſſeruentur, Vale.*

Datum Romæ XII. Martij M. DC. XXXII. Amplitudini tuæ vti Frater, C. Cardinalis Pius.

I. Tegrimius Epiſcopus Aſſiſin. Secret.

Illuſtri admodum, & Reuerendiſſimo D. D. Archiepiſcopo Auenionen.

ADDITIO.

An præfata Epistola contineat instructionem vniuersalem ab omnibus seruandam.

SVMMARIVM.

1245 *Præfata Epistola est pro obseruantia Decretorum S. Rituum Congregat.*

Continet instructionem vniuersalem?

1245 Circa hanc Epistolam dubium occurrit, an contineat instructionem vniuersalem seruandam ab omnibus Episcopis. Pro cuius resolutione existimo fuisse Epistolam circularem, siquidem constat ex lectura missam fuisse pro obseruantia Decreti S. Rituum Congregat. concernentis cultum seruorum Dei. Quo stante certum sit, continere instructionem vniuersalem. Præsertim quia non est in particulari negocio, sed iubetur conseruari in Cancellaria, & Archiuio Capitulari etiam pro successoribus. Rursus, hoc etiam præciso, adhuc videtur continere instructionem vniuersalem, siquidem instruit, quomodo practicanda sint Decreta edita circa cultum seruorum Dei, quando de eorum vita, & sanctitate est inquirendum; & proinde tanquam quid accessorium Decretis prædictis haberet vim cuiusdam declarationis, & ideo esset ab omnibus seruanda, ad quorum notitiam peruenisset, dummodo constaret, quod reuera esset Epistola S. Congregat. Nam quæ emanant à Sac. Congregationibus, si non sunt in authentica forma, non faciunt fidem, iuxta Decretum Vrbani VIII.

BVLLA
SANCTISS. DOMINI NOSTRI
VRBANI PAPAE VIII.

IN QVA FIT CONFIRMATIO, ET INNOVATIO Constitut. PII Papæ V. contra Monetarios, eiusdemque ad quascunque personas Ecclesiasticas sæculares, ac cuiusque Ordinis, necnon etiam Militarum Regulares ampliatio, & extensio; vt in Prouincijs Sanctæ Sedi subiectis ad Cardinales de Latere Legatos in eisdem Prouincijs, & Prolegatos pro tempore existentes: In alijs verò locis in Italia tantum comprehensis, cognitio causarum contra supradictos Monetarios tam sæculares, quam Regulares, priuatiuè quoad omnes etiam Superiores Religiosorum, ipsisq; Superioribus penitus exclusis, ad Ordinarios locorum spectet.

VRBANVS EPISCOPVS
SERVVS SERVORVM DEI,
AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

1246 *IN suprema Pastoralis specula meritis licèt imparibus à Domino constituti, vt, noxia ab eius Grege arcentes, eiusdem salutari regimini prospiciamus, non sine magno animi mœrore videmus eò nostri temporis iniquitates esse progressas, vt ij, quibus onus incumberet, pacem euangelizandi, & charitate proximum prosequendi, suæ vocationis immemores, à cupiditatum vortice abrepti, adulterinæ monetæ crimen perpetrare, siue perpetrantibus opem præstare non erubescant, nec reformident. Quare Prædecessorum nostrorum constitutiones desuper editas innouantes, extendentes, & ampliantes, huiusmodi perditorum hominum, quos suæ existimationis consideratio in officio non continet, condigna pœnarum seueritate temerarios, & nefarios ausus intendimus coercere.*

§. 1 Cùm itaque fel. rec. Pius Papa V. prædecessor noster attendens, quòd licèt monetarum aurearum tonsoribus, de iure, vltimi supplicij esset inflicta pœna, argenteas tamen monetas tondentibus satis minor erat imposita: omnes eos, qui argenteas tonderent, vltimi supplitij, & eadem, qua aurearum tonsores eatenus puniti fuerant, & de iure puniri debebant, pœna puniendos esse statuerit, prout in Schedula Motus proprij manu eiusdem Pij prædecessoris subscripta plenius continetur.

§. 2 Nos Motu proprio, ac ex certa scientia, meraq; deliberatione nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuò valitura constitutione, statutum, voluntatem, & mandatum Pij prædecessoris præfati tenore præsentium approbamus, confirmamus, & innouamus.

§. 3 Ac ad omnes, & singulas personas Ecclesiasticas, etiam quomodolibet exemptas tàm sæculares, quàm cuiusuis Ordinis, Congregationis, Societatis, & Instituti etiam de necessitate exprimendi, necnon Militiarum quarumcumque, etiam Hospitalis Sancti Ioannis Hierosolymitani regulares, non solùm in sta-

in Statu Eccleſiaſtico mediatè, vel immediatè Nobis, & Sedi Apoſtolicæ ſubiecto, ſed etiam in omnibus & ſingulis Prouincijs, Regnis, Ciuitatibus, Terris, Oppidis, Caſtris, & locis in Italia dumtaxat exiſtentibus, qui aureas, vel argenteas monetas tondere, fabricare, colorare, vel aliàs adulterare, ſeu etiam quomodolibet adulteratas ſcienter erogare, aut exponere præſumpſerint, extendimus, & ampliamus.

§. 4 Volentes, vt culpabiles in præmiſſis reperti, præuia degradatione Curiæ ſæculari puniendi tradantur.

§. 5. Pecunias verò ſic, vt præfertur, adulteratas ſcienter detinentibus, ſeu de loco ad locum transferentibus, aut materiam, inſtrumenta, ſiue opem ad præmiſſa præſtantibus, pœnam Triremium per decennium imponimus.

§. 6 Et cognitionem cauſarum huiuſmodi, quoad perſonas Eccleſiaſticas præfatas tàm ſæculares, quàm regulares in Prouincijs Nobis, & Sedi præfatæ ſubiectis, ad Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales in eiſdem Prouincijs de latere Legatos, & Prolegatos pro tempore exiſtentes; in alijs verò omnibus, & ſingulis Prouincijs, Regnis, Ciuitatibus, Oppidis, Caſtris, & locis tam ſub noſtra, & dictæ Sedis, quàm cuiuſuis alterius Principis ditione, in Italia tantùm comprehenſis, priuatiuè quoad omnes etiam Superiores Religioſorum, ipſiſque Superioribus penitus excluſis, ad Ordinarios locorum *ſpectare etiam volumus. Mandantes propterea Venerabilibus Fratribus noſtris Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ſingulis videlicet in ſuis Ciuitat. & Diœceſ. & quoad loca intra fines alicuius Diœceſis, non tamen de Diœceſ. exiſtentia, ipſarum Diœceſum, intra quarum fines eadem loca extiterint, quòd verò ad ea, quæ extra fines alicuius Diœceſis conſiſtunt, vicinioribus eorumdem locorum Ordinarijs, quatenus ad inſtantiam cuiuſuis fiſci, vel etiam cuiuſuis denunciatoris cauſarum huiuſmodi cognitiones, ſuſcipientes, præuia etiam auocatione à quibuſuis alijs, in cauſis ipſis modo præmiſſo procedant, omnibus iuris, & facti remedijs opportunis, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, brachij ſæcularis auxilio.*

§. 7 Inhibentes inſuper tàm Decanis, & Capitulis Eccleſiarum Cathedralium, Metropolitanarum, & Patriarchalium, necnon quorumuis Ordinum, & Locorum Regularium, Societatum, & Inſtitutorum, ac etiam Hoſpitalis S. Ioan. Hieroſolymitani, præfatorum Superioribus, Conuentibus, & Fratribus quantumuis exemptis, ne ſub priuationis beneficiorum, & officiorum, per eos reſpectiuè obtentorum, ac inhabilitatis ad alia in futurum obtinenda, vocisque actiua, & paſſiua, necnon excommunicationis latæ ſententiæ eo ipſo incurrendis pœnis, Legatos, & Prolegatos, ac Ordinarios locorum, vt præfertur, procedentes, quoquomodo impedire, moleſtare, aut perturbare audeant, vel præſumant. Ac etiam mandantes, vt quoties ad id fuerint requiſiti, religioſos ipſos, etiamſi Superiores alicuius loci regularis actu fuerint, ipſis Legatis, Prolegatis, & Ordinarijs, vel alijs, quibus ijdem Legati & Ordinarij mandauerint, conſignent cum ſcripturis, & actis, ſi quæ facta fuiſſe reperiantur.

§. 8 Sicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Iudices ordinarios, delegatos, & commiſſarios, & etiam Cameræ prædictæ Clericos, Præſidentes, necnon cauſarum Palatij Apoſtolici, & Curiæ eiuſdem Cameræ generalem Auditorem, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerarium, & alios Cardinales, etiam de latere Legatos, necnon Vicecamerarium iudicari, & diffiniri, ac interpretari debere: ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate: ac irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§. 9 Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon Prouinciarum, Regnorum, Ciuitatum, Terrarum, Oppidorum, Locorum, Eccleſiarum, Monaſteriorum, Militiarum, Hoſpitalium, etiam S. Ioannis, præfatorum, & aliorum religioſorum, ac piorum locorum, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinib. priuilegijs quoq; indultis, & litteris Apoſtolicis eiſdem Prouincijs, Regnis, Ciuitatibus, Terris, Oppidis, Locis, Eccleſijs, Monaſterijs, Hoſpitalibus, & Militijs, etiam S. Ioannis, vt præfertur, & alijs religioſis, & pijs locis, Vniuerſitatibus, Capitulis, Superioribus, & perſonis in contrarium quomodolibet conceſſis, ac etiam pluries, & iteratis vicibus approbatis, confirmatis, & innouatis: Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, eorum omnium tenores ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad effectum præſentium dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque.

§. 10 Volumus autem, quòd præſentes in valuis Eccleſiæ Lateranenſis & Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, necnon Cancellariæ, & in acie Campi Floræ publicentur, & affigantur, quæ poſtquam affixæ, & publicatæ fuerint, poſt duos menſes à die publicationis huiuſmodi computandos, quoſcumque

tàm in Statu nostro, quàm extra tum, vbique locorum, in Italia tamen existentes, perinde vrgent, & afficiant, ac si vnicuique nominatim, & personaliter intimatæ fuissent.

§. 11. Quòdque earum exemplis etiam impressis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsismet præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

§. 12. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam approbationis, confirmationis, innouationis, extensionis, ampliationis, impositionis, voluntatum, derogationis, mandatorum, & decreti nostrorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem id attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſeptimo, Idibus Nouembris, Pontificatus Noſtri anno quinto.

Anno à Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo octauo, Indictione vndecima, die verò vigeſima octaua menſis Ianuarij, Pontificatus Sanctiſſimi D. N. Vrbani Diuina prouidentia Papæ Octaui anno eius quinto, retroſcripta litteræ Apoſtolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Baſilicarum Sancti Ioannis Lateranenſis, & Principis Apoſtolorum de Vrbe, Cancellariæ Apoſtolicæ, & in acie Campi Florę, dimiſſis ibidem præſentibus litteris, per aliquot temporis ſpatium appenſis, & deinde amotis, vt moris eſt, per nos Auguſtinum de Bolis Romanum, & Brandimartem Latinum Apoſtolicos Curſores.

Matthias Spada Magiſter.

QVÆSTIONES.

1247 1 An crimen falſi dicatur difficilis probationis.
2 An probari poſſit per coniecturas, & præſumptiones, & quæ ſint.
3 Quando hoc ſit verum.
4 An moneta cuſa, vel falſa, debeat per teſtes concludenter probari.
5 Stampæ, icones, & alia inſtrumenta apta ad cudendum monetam, & diminuendam, quod indicium faciant contra retinentes.
6 An bona fama tollat indicium, quod reſultat ex inuentione penes aliquem dictorum inſtrumentorum.
7 An requiratur, quod actus ſit conſummatus in caſu falſæ monetæ, quando per facientem non ſtat, quò minùs conſummetur.
8 Monetam falſam alterius Principis cudens, ſed non ad perfectam formam, vt expendi valeat, qua pœna ſit puniendus.
9 Falſam monetam penes ſe habens, vel expendens, non oſtenſo Authore, an puniatur tamquam fabricator monetæ, & quid, ſi doceat de Auctore, non expreſſo nomine, quando eſt bonæ famæ.
10 Qnot modis poteſt moneta adulterari.
11 An Aurum, vel Argentum Alchimicum poſſit vnquam vendi pro vero auro, & argento.
12 An poſſit quis tuta conſcientia expendere falſam monetam, quam habuit ab alio.

An crimen falſi ſit difficilis probationis. Quæſt. I.

SVMMARIVM.

1248 *Crimen falſi difficilis probationis.* 1249 *Cur difficilè probetur.*

1248 Ad I. Reſp. Crimen falſi connumerari inter delicta difficilis probationis, ita tenet Iulius Clar. *quæſt. 64. num. 6. in fin.* vbi addentes *in litera N.* Surdus *conſ. 132. num. 9. volum. 1.* latè Moder. Rom. *conſ. 11. numer.*

AD-

Digitized by Goog

ADDITIO.

1249 Crimen falſi eſſe difficilis probationis tradunt etiam Crueta *conſil.56. num.2. lib.1.* Tiber. Decian. *conſil.100. num.11. lib.2.* Iaſ. *conſil.68.n.2. lib.4.* Menoch. *conſil.538. num.2. & conſil.596.n.20.* Marſil. *conſil.37. num.20.* Feder. Scot. *conſil.5.n.25. lib.1. tom.2.* Quia ſcilicet non committitur palam, ſed ſecreto, & ideo difficile eſt habere teſtes.

An crimen falſi probari poſſit per coniecturas, & præſumptiones, vbi plura de materia. Quæſt. II.

SVMMARIVM.

1250 *In crimine falſi ſufficit corpus delicti conſtare per conniecturas, & indicia.*

1251 *Aliud probare falſum, & aliud probare crimen falſi.*

Quando ciuiliter agitur, falſum probatur præſumptionibus.

1252 *Crimen falſi non ſufficiet probari per coniecturas, quando criminaliter agitur.*

1253 *In criminalibus debent probationes eſſe meridiana luce clariores.*

Non eſt quis condemnandus ex inditijs, & præſumptionibus.

1254 *In crimine falſi ſufficiunt indicia, &c. ad inquirendum, incarcerandum, & torquendum.*

Iudex arbitratur, quando indicia ſufficiant pro tortura.

1255 *Indicia indubitata, & violenta, an ſufficiant ad pœnam ordinariam.*

Pœna ordinaria requirit probationes ordinarias.

1250 Ad II. Reſp. Quod de huius delicti falſitatis corpore ſufficiat conſtare per indicia, & coniecturas. Ant. Gabr. *concl.17. num.13. ſeq. tit. de crim. lib.7.* Moder. Rom. *quæſt.2. num.21.* Doctores adducti per Rimin. iun. *conſ.183. num.5. lib.2.* Peregrin. Iannin. *in tractatu de citat. reg. lib.1. cap.2. num.61.* vbi ſubdit, quod Iudex videre debet, an falſitas cedat commodo alicuius, & contra illum relaxet mandatum, & hanc eſſe communem opinionem teſtatur Moder. Rom. *in quæſt.2. num.21. in fin.* vt crimen falſi inter delicta difficilis probationis, & quod in iſto crimine ſufficiat conſtare de corpore delicti. Boer. *deciſ.164. num.8.* Gabr. *concl.17. num.13.* verſ. *contrarium tamen.* Brun. à Sole *in ſuo vnico conſ. crim. num.54.* vbi de communi & plures coniecturas refert. Ant. Theſaur. *in ſuis quæſt. lib.1. quæſt.47.* & Moder. Rom. *in tract. de falſis.*

ADDITIO.

1251 Aliud eſt probare falſum, & aliud probare crimen falſi: primum dicit factum permanens, & ideo non eſt difficilis probationis, vt dicit Auctor in reſponſ. *ad 3. quæſt.* Probare autem crimen falſi, eſt probare quod falſum à tali ſit commiſſum. Verum quia aliquando contingit, quod falſitas non conſtet euidenter, ſed tantum ex coniecturis, & ſuſpicionibus; ideo quando ciuiliter agitur, ſufficiunt coniecturæ, & præſumptiones ad probandum falſum, vt tradunt Curt. iun. *conſil.64. num.5. lib.1.* Dec. *conſil.189. num.2.* Surd. *conſil.132. num.65. lib.1.* Clar. *in pract. §. falſum,* ver. *trita eſt concluſio.* Sfortius Oddo *conſil.621. num.7.* Caputaquenſ. *deciſ.207. num.3. par.1.* Farinac. *in praxi quæſt.152. num.10.* alios referens. Grammat. *conſil.30. poſt init.* Calcan. *conſil.27. circa fin.* Bertrand. *conſil.139. volum.3.* Io. de Anania *conſil.49. num.3.* Neuizan. *conſil.8. num.37.* Alban. *conſil.99. num.2.* Maſcard. *de probat. concluſ.739. num.5. vol.2.*

1252 Quando verò criminaliter agitur, non ſufficit, quod crimen falſi coniecturis, & præſumptionibus probetur ad effectum puniendi, vt tradunt Alexan. *conſil.74. num.7. vol.2.* Iaſ. *conſil.62. poſt init. vol.1.* Grammat. *conſil. ciuil.50.* Dec. *in l. ſingularia, circa fin. ff. ſi cert. pet.* Idem Iaſ. *in l. iuris gentium, §. Quod ſere, ff. de pactis,* Bald. *ibid.* Dec. *in cap. porrecta, num.1 de conſtit. vt. vel inut.* Fulgoſ. *conſil.174. init.* Foller. *in pract.* verbo, *Item quod commiſit falſitatem, num.32. 88. & 97.* Pariſ. *conſil.158. in fine vol.4* Cepol. *conſil. crim.21. n.5.* Natta *conſil.633. num.3.* Burſat. *conſil.312. nu.82.* Crauetta *conſil.134. num.39.* Viuian. *deciſ.81. n.1.* Cephal. *conſil.54. num.16.* Gabr. *conſil.169. num.12. lib.1.* Surd. *conſil.132. num.65.78. & 80. lib.1.* Honded. *conſil.109. num.64. lib.1.* Riminal. iun. *conſil.58. num.13. lib.1.* Menoch. *de præſumpt. quæſt.99. lib.1* Farinac. *in praxi quæſt.152. num.10.* & alij plures apud citatos, præſertim Farinac. & teſtantur de communi.

1253 Et fundantur in eo, quod in criminalibus ad effectum condemnandi debent probationes eſſe meridiana luce clariores, *l. fin. C. de probat.* vbi communiter Doctores, & ſpecialiter in crimine falſi notant Socin. iun. *conſil.31. num.20. & conſil.61. n.8. & ſequent.* teſt. de communi *vol.2.* Alexan. *conſil.74 num.7. vol.2.* Et proinde non eſſe aliquem condemnandum ex inditijs, & præſumpt. tradunt per tex. *l. abſentem, ff. de pœn.* vbi Gloſ. Bart. *ibid.* Boer. *deciſ.164. num.1.* Marſil. *conſil.40. num.26.* Gomez *de delictis cap.12.* Rubr. *dd probat. delict. num.12.*

Digitized by Google

Boſſius *in pract. tit. de conuict. num.46.* Foller.*item in pract.* verbo *Item quod ſuffocauit num.24.*Fachin. *lib.1. controuer. cap.49.* Maſcard. *de probat. concluſion.496.num.2.* Farinac. *in praxi quæſt.51.num.37.* teſtans de communi, & *quæſt.86. num.1.*

1254 Verum quamuis indicia, & præſumptiones non ſufficiant in crimine falſi ad pœnam infligẽdam, ſufficient tamen ad inquirendum, ad carcerandum, & etiam ad torquendum, vt tradunt Socin.*conſil. 61. num.11. lib.2.* Sfort. Oddo *conſil. 62. num.6.* Gabr.*conſil.169.num.12.lib.1.* Clar.*in pract. §. falſum*, ver. *trita eſt concluſio*. Theſaur. *quæſt. forenſ. lib.1. quæſt.47. num.11.* ver. *Item quando teſtes*, aſſerens, ita practicari apud Senatum Pedemontanum. Riminal. iun. *conſil.58. num.13. lib.1.* Afflict.*in conſtit. qui literas, num. 5.* Maſcard. *de probat. concluſ.740. num.26.* Ioſeph Ludouic. *deciſ. Lucenſ.13. num.51.* Menoch. *lib.1. præſumpt.qu. 99. num.* 10. Item Riminal iun. *conſil.117. num.7.lib.2.* Gabr. *lib.7.comman.opin.concluſ.6.num.11.* Farinac. quamplures allegans *in praxi quæſt.* 152. *num.19.* Quando autem indicia ſint ſufficientia, vel non,pro tortura, relinquitur iudicis arbitrio, qui conſideratis circumſtantijs omnibus, & qualitate indiciorum, & præſumptionum, determinabit, an ſit deuenien-dum ad torturam, vt tradunt Bart. *in l. fin. num.5. ff. de quæſtion.* Angelus *de malefic.* verbo *Fama publica, num.9.* Craueta *conſil.35. num.* 20. Bald. *conſil. 95. num.6. lib.1. & conſil.515. num.6. lib.5.* Cabal. *reſol.crimin. caſu* 200. *num.144.* Clar.*in pract. §. fin. quæſt* 64. ver. *dixi quoque non ſufficere*. teſtans de communi.Oſaſch. *deciſ. Pedemon. 69. n.57.* Farinac. alios allegans *in praxi*, Tit.*de indic.& tort. quæſt.37. num.192.*

1255 Et quamuis indicia,& præſumptiones ſint violentæ, & indubitatę, neque adhuc ſufficient ad infligendam pœnam ordinariam, vt loquentes de crimine falſi docent Craueta *conſil.* 134. *num.* 39. Hieronym. Gabr.*conſil.* 180. *num.* 20. *lib.* 1. & *conſil.* 177. *num.1, lib.2.* Natta *conſil.663. num.5.lib.3.* Surdus *conſil.*132. *num.13.* ver. *Et quamuis.*Bertazzol. *conſil. crimin.91.num.35. lib.1.* Farinac. *in praxi conſil. 152. num.21. & 37.* Ioſeph Ludouic. *deciſ. Lucenſ.13. num.50.* Theſaur. *lib.1. quæſt. for. q. 47. num.11.* Pœna enim ordinaria requirit probationes ordinarias, arque adeo in quocunque crimine clariſſimas,cap. *ſciant cuncti 2, quæſt.8.& l.qui ſententiam, C. de pœnis,* & tradunt Bald. *in l.fin.* ver. *Hæc eſt ſententia, ff. de hæred. inſtit.* Bart. *in l. non ſolum §. ſed vt probetur, ff.de noui oper.nun.*vbi & alij Doctores Aretin. *in cap. tertio loco, num.* 19. *de probat.* Innocent. *in cap. quia veriſimile, num.2.* ver. *Nota tamen, de præſumpt.* Clarus *in pract.§. fin. quæſt.20.* ver. *ſcias tamen,*teſtans de communi opinione. Menoch. *lib.1. de præſumpt. quæſt. 58. num.2. & 9u.97. num.23.*aſſerens eſſe opinionem magis communem. Boſſius *in pract.crimin. tit. de conuict. num.46.* Maſcard. *de probat. concluſ.*1221. *num.* 55. Eugen. *conſil.76. num.19.* Seſſe *deciſ.*103. *num.* 16. *&* 18. Farinac. *in pract. tit. de reo confeſſo, quæſt.86. nu.*110. vbi alios plures citat.Imo quamplures arbitrati ſunt quod neque pro imponenda pœna extraordinaria ſufficiant indicia indubitata, quos refert Farinac. *dicta quæſt.86. num.57.*

Quando crimen falſi probari poſſit per coniecturas, & præſumptiones. Quæſt. III.

SVMMARIVM.

1256 *Crimen falſi quo ad crimen probatur coniecturis: non autem quo ad factum.*
1257 *Falſum quando coniecturis probari poſſit.*
1258 *Notarius quando arguatur falſi, Non regiſtrare ſtatim inſtrumentum: conſueta omittere: cancellatura, vel raſio, ſunt indicia falſitatis.*

1256 Ad III. Reſp. Quod in hoc propoſito conſideratur, quod iſtud crimen falſi eſt difficilis probationis, reſpectu delinquentium, cum, vt plurimum, ſoleat committi ſecretè: non autem reſpectu ipſius corporis delicti, cum ex ipſa falſitate remaneant veſtigia, & factum ſit apparens, & permanens, vt ſi fuerit abraſum inſtrumentum, vel lacerum, vt in caſu Farinac. *conſ.23. per totum*: vel cancellatum, vel ſi fuerit ei aliquid additum, vel diminutum; poterit oculo corporeo bene percipi, & ſic habeat vitium viſibile: vel ſi aliqua alia res, vel merces fuerit alterata, vel deprauata, poterit etiam ex ipſa re, vel merce conſtare de ipſa deprauatione, ſaltem per peritos. Idem ſi aliqua menſura non fuerit iuſta, ſed etiam deprauata, vel diminuta, vel alterata, poterit per inſpectionem, vel per menſuram ad aliam menſuram iuſtam fieri experientia, vel comparatio, & ſic in ſimilibus falſitatibus conſiſtentibus in aliquo facto extrinſeco apparenti, & viſibili,debeat de dicta falſitate conſtare non per coniecturas, & præſumptiones, ſed verè per teſtes, & per ocularem inſpectionem, & relationem medio iuramento per teſtes faciendam, & in actis redigendam per Notarium, prout tradunt Doctores in terminis in crim. falſæ, vel diminutæ, ſeu alteratæ monetæ.

ADDITIO.

1257 Supradicta habent locum, quando falsitas est permanens, & de sui natura est demonstrabilis, alioquin habent locum etiam in hoc crimine coniecturæ, & præsemptiones, quando agitur ciuiliter, & etiam quando agitur criminaliter in ordine ad inquirendum, carcerandum &c. vt dictum est in superioribus. Et proinde circa scripturas probari falsitatem per coniecturas, tradunt communiter Fran. Curt. *consil.* 132. *num.* 10. Dec. *consil.* 448. *num.* 28. Calcan. *consil.* 27. *circa fin.* Anania *consil.* 49 *num.* 3. Bertrand. *consil.* 139. *vol.* 3. Grammat. *consil.* 30. *post init.* Neuizan. *consil.* 8. *num.* 38. Cruet. *consil.* 134. *num.* 39. & alij, quos citat & sequitur Mascar. *de probat. conclus.* 739. *num.* 5.

1258 Et proinde quando Notarius non seruauit suam consuetudinem, nempe si non registrauit statim instrumentum, habetur coniectura falsa. cap. *Inter dilectos de fide instrument.* & notant Crueta *Consil.* 5. *vol.* 1. aut si consueta omisit. c. *Cum graui, de crimin.* & notant Apostil, *ad Bar. in l. fin. ff. de tab. exhiben.* Dec. *in capit.* 2. *not.* 3. *de rescrip.* Ripa *in cap. Cum primo, de constit.* Sic etiam cancellatio, vel rasura, dummodo sit in loco substantiali est coniectura probans falsitatem, vt notant Natta *Consil.* 132. *vol.* Maranta *de ordine iudiciar. par.* 6. *tit. Et peruenitur aliquando, num.* 148. Veral. *decis.* 3. *num.* 6. *par.* 2. Aut si sit solitus notarius fabricare instrumenta falsa, vt tradunt Bald. *consil.* 401. *n.* 2. Bertazzol. *consil.* 91. *num.* 35. Bossius *in prac. tit. de fal. num.* 7. Farinac. *in praxi quæst.* 153. *num.* 146.

An moneta cusa, vel falsa, debeat per testes concludenter probari, vbi de suspicione, & purgatione huius criminis.
Quæstio IV.

SVMMARIVM.

1259 *In crimine monetæ debet constare de corpore delicti.*

Si non constet de corpore delicti, non potest reus damnari, licet confiteatur in crimine monetæ.

Moneta adulterina apud aliquem reperta an reddat conuictum.

1260 *Pœna Constit. Vrbani VIII. contra Monetarios, quando locum habeant.*

1261 *Si penès aliquem reperiantur monetæ falsæ considerandæ qualitas personæ, circumstantiæ &c.*

Quid si habeat reconditas in arca.

1262 *Monetæ falsæ apud aliquem repertæ quando faciant præsumptionem contra ipsum.*

1263 *Vna aut altera moneta falsa non facit suspicionem.*

Quid si conseruetur moneta falsa ob effigiem &c.

1264 *Habens monetas falsas collectas ad alium effectum, quam expendendi, an veniat in suspicionem &c.*

1265 *Veniens in suspicionem ob monetam falsam apud se repertam, quomodo se possit purgare.*

1266 *An pro purgatione sufficiat iuramentum.*

Mala fama iurantis extenuat vim iuramenti.

1259 Ad 4. Resp. Quòd debet plenè constare per testes vel per peritos deponentes de ipsa falsa cusione, vel diminutione, seu alteratione eiusdem monetæ, vel de qualitate materiæ, an aurum, vel argentum, quibus moneta cusa reperitur, sint iustæ ligæ, vel iusti ponderis, aliàs si confiteretur reus confeciſſe dictam falsam monetam, & non appareat euidenter de ipsa falsitate, non posset condemnari. Cephal. *cons.* 230. *n.* 11. *volum.* 1. quem refert Brun. à Sol. *in suo vnico cons. crim. n.* 176. & sequitur Moder. Roman. *in quæst.* 2. *n.* 22. Bursat. *cons.* 166. *nu.* 4. *vers. respondetur enim, & num. seqq.* & in terminis etiam, an per inspectionem oculorum constare debeat de corpore delicti in isto crimine falsæ monetæ, Hond. *cons.* 99. *num.* 11. *volum.* 2. & quid si inuenta fuit moneta adulterina penès aliquem, an dicatur conuictus. Vide latè Marsi. *in l. qui falsam. n.* 10. *& seqq. ff. de falsi.* Decian. *lib.* 7. *cap.* 26. *num.* 5. & *cap.* 27. *n.* 2. vbi firmat negatiuè: sed erit considerandæ qualitas personæ, & quantitas pecuniæ, & aliæ circumstantiæ, & in specie si voluerit ipsam monetam adulterinam abscondere, vel proijcere, prout ipse in facto habuit.

ADDITIO.

1260 Consonant, quæ allata sunt *n.* 1252. *& sequentib.* de probatione criminis falsi in genere. Vnde vt locum habeant pœnæ positæ in præfata Constitutione tanquam ordinariæ, necesse erit, quod plenè constet de aliqua ex illis actionibus ibi interdictis, nempe tunsione, fabricatione, coloratione, seu alia adulteratione, aut erogatione scienter facta. & quod per testes conuincatur reus, aut delictum confiteatur. Alioquin si sint tantum indicia quamuis vehementissima, non habebit locum pœna ibi posita

ita desumitur ex Glos. *in cap. vnic. de reliq. & vener. sanctor. in 6.* & ex Doctoribus communiter, qui tractant de materia; Abbate *in c.1. n.5.* Io. Andr. Innocent. *ibid.* D. Antonin. *3. par. tit.21.cap.5.* Tabiena, verbo *Canonizatio*. Angel. *ib.d.* Viguer. *in Instit. Theol. tit. de virtute fidei, cap. de canonizat. init.* Tuschus *littera C.* verbo *Canonizatio*. Castellan. *de canonizat. par.1.* Bellarm. *lib. 1. de Beatitud. sanctor. cap.7. init.* Castellin. *de certitud. glor. sanct. cap.3. pun.49.* Et constat ex Bullis canonizationum, in quibus similis formula adhibetur. *Auctoritate Domini nostri Iesu Christi, Beatorumque Apostolorum Petri, & Pauli, & nostra, de Fratrum nostrorum speciali consilio, & assensu decernimus, atque definimus, bonam memoriam N.N. in cœlesti Hierusalem inter Beatorum Choros iam receptum, æternaque gloria condonatum fuisse, ac Sanctorum Confessorum Catalogo adscribendum fore: Ipsumque huiusmodi Catalogo in præsentiarum adscribimus, & eum tanquam Sanctum publicè, priuatimque colendum declaramus, atque mandamus.* Vnde quando dicitur, quod Pontifex non possit errare in canonizatione Sanctorum, intelligitur, quod non possit errare in hoc iudicio, seu determinatione, & declaratione; non autem de præparatorijs, quia hæc innituntur fidei humanæ, cui potest subesse falsum; quia licet iudicium Summi Pontificis præparatorijs innitatur, regulatur tamen, & dirigitur assistentia Spiritus Sancti, ita vt, quamuis in ipsis esset aliquid falsi, adhuc tamen indeficiens conseruaretur, veritati innixum, quatenus per vera manifestatæ.

1236 Est autem aduertendum, quod pro canonizatione duo coniunctim requiruntur, nempe sanctitas vitæ, & miracula; ita vt vnum non sufficiat sine altero. Ita communiter Theologi, & canonistæ; & ita etiam docent plures Summi Pontifices Gregor. IX. *in Bulla canonizationis S. Antonij de Padua*. ibi. *Vt sanctus habeatur apud homines in Ecclesia militanti, duo sunt necessaria, virtus morum, & veritas signorum: merita scilicet, & miracula, vt hæc, & illa sibi inuicem contestentur, cum nec merita sine miraculis, nec miracula sine meritis plenè sufficiant ad perhibendum inter homines testimonium sanctitatis.* Innocent. III. *in Bulla canonizationis S. Homoboni*. Pius II. *in Bulla canonizationis S. Catharinæ Senensis*. Sixtus V. *in Bulla pro S. Didaco*. Clemen. VIII. *in Bulla pro S. Hiacyntho*. Paulus V. *in Bulla pro S. Carolo. & S. Francisca Romana*. Et ratio est, quia sanctitas sine miraculis potest esse ficta, seu dubitari, an sit vera sanctitas. Rursus, miracula possunt reperiri sine sanctitate, quia gratia miraculorum est gratia gratis data, quæ potest esse ex genere suo etiam in peccatore.

1237 Quod autem miracula in vita non sufficiant, quia scilicet, qui fuit sanctus, potest in fine deficere, sed requirantur miracula post mortem, quæ etiam sola sufficiunt, tradunt communiter, quamuis nonnulli Canonistæ etiam in vita miracula requirant. Sed sufficere post mortem docent D.Th. 2. 2.q. 178. *ar. 2. in corpore*. Cassaneus *in Catal. glor. mun. par.3. considerat.49. init.* Maluet. *de canonizat. Sanct. dub.3. num.1. & 73.* ver. *Tamen*, Panuinus *in relat. S. Bonauent. par.2. ar. 3.* Anfossius *de reliquiar. cult. §. 23. num. 41.* Auditores Rotæ *in Relat. S. Theresiæ, tit. de miracul.* ver. *Et quamuis*. & *in relat. S. Ignat. tit. de miracul. in relat. S. Raymundi par.2. ar.7.* ver. *Non licet*. S. Caroli *par. 3. init.* B. Ludouici Beltrandi. *Tit. de miraculis init.* Et ratio est, quia miracula post mortem cum sint ex intercessione Seruorum Dei, sufficienter testificantur eorumdem sanctitatem, & quod sint in statu gloriæ, in quo intercedant pro nobis. Et cum miracula non possint esse, nisi à Deo, iuxta superius dicta, palam fit, Deum testificari tanquam signis eorumdem sanctitatem, & intercessionem.

1238 Ex quo deducitur, quod canonizatio non innititur puro testimonio humano, sed etiam diuino, quatenus Deus per miracula testificatur sanctitatem. Cum enim miracula sint actiones, & effectus proprij Dei, & fiant ad inuocationem talis sancti, & eiusdem intercessionem, sunt quædam loquutio Dei, qua declarat, sibi gratam esse talem interpositionem, atque adeo esse interpositionem amici atque sancti: & cum non possit mentiri, reuera esse sanctum, & sibi gratum; & ideo cum canonizatio fiat perhibente Deo testimonium sanctitati, acquirit certitudinem ex diuino testimonio. Nec obstat, quod Martyres possint declarari sancti absque miraculis, vt communiter docent, & nihilominus eorumdem canonizatio æquè certa sit. Nam adhuc Martyres habent testimonium suæ sanctitatis à Deo; nam cum pro Deo mortem subeant, ostendunt maximam charitatem erga ipsum. Quæ cum non possit esse, nisi à Deo, habent testium diuinum in tali charitate, testificans eorumdem sanctitatem.

1239 Ad XV. Decretum est infrascriptum.

DECRETVM SACRAE RITVVM CONGREGATIONIS seruandum in recipiendis informationibus pro causis Beatificationum, & Canonizationum Seruorum DEI.

CVm in tota Ecclesia gubernatione nihil maius, nihil sit augustius Beatificatione, & Canonizatione Sanctorum, vtpote homines iam demortuos etiam cum fama sanctitatis, & miraculorum declarare pro Sanctis, eosque vti tales colendos, & venerandos decernere: Sacra Rituum Congregatio, vt res hæc planè amplissima, atque grauissima vite, sanctèque conficiatur

tur, prohibet omnibus, & singulis personis Ecclesiasticis tam secularibus, quam Regularibus, etiam Sancti Ioannis Hierosolymitani, Societatis IESV, vel aliorum quantumuis speciali nota dignorum, ne audeant ipsi per se, aut per alios capere informationes super sanctitate, aut miraculis alicuius defuncti, neque vllo modo exquirere, atque obtinere ad hunc effectum extraiudiciales testificationes, aut subscriptiones, sub pœnis arbitrio Sacræ Congregationis infligendis. Quòd si Superiori, Sacristæ seu alteri Officiali illius Ecclesiæ, in qua requiescit corpus ipsiusmet defuncti, vel alterius etiam Ecclesiæ, fuerint reuelata aliqua miracula, siue prophetiæ dona, possint ea recipere sub sigillo secreti ab ipsis tantum relatoribus, in quorum gratiam contigisse narrabitur; teneantur tamen quamprimum commodè poterunt eadem deferre, vel obsignata transmittere Episcopo loci, cum expressa declaratione, quod reuelationes, sic vt supra receptæ, non faciant aliquem probationis gradum, etiam cuiusuis longissimi temporis cursu.

Quod Decretum cum fuerit ad notitiam S. D. N. Vrbani VIII. deductum, Sanctitas sua illud approbauit, ac imprimi, & vbique publicari mandauit. Die 22. Martij 1631.

C. Episc. Port. Card. Pius.

T. Tegrimius Episc. Assisien. Secr.

ADDITIO.

Notationes circa Decretum.

SVMMARIVM.

1240 *De quorum sanctitate prohibeantur informationes etiam extraiudiciales.*

1241 *Miracula seruorum Dei quomodo recipi possint à Rectore, seu Officiali Ecclesiæ.*

Concesso principali conceduntur accessoria.

1242 *Sigillum secreti circa miracula seruorum Dei, quibus imponatur.*

Quod lex non exprimit, non censetur volitum.

Cessante causa cessat prohibitio.

1243 *Recipientes miracula an hortari possint deferentes, ut promulgent.*

Quod directè prohibetur non licet indirectè.

1240 Circa hoc Decretum est aduertendum, quod prohibetur solum capere informationes etiã extraiudiciales de illorum sanctitate, & miraculis, qui nondum sunt canonizati aut beatificati, quia scilicet non censetur expediens, quod propalentur miracula, ad augendam opinionem sanctitatis, sed quod tota opinio proueniat ex inspiratione interna vt facilius dignoscí possit, an Deus velit talem seruũ suum in terris honorare fama sanctitatis. Et proinde subtrahuntur omnia illa humana, quæ inducendo opinionem sanctitatis possunt offuscare testimoniũ diuinum. Hinc non prohibetur recipere informationes extraiudiciales de miraculis canonizatorum, aut beatificatorum, quia in his cessat ratio finalis Decreti.

1241 Rursus. Cum à Rectore, seu Officiali aliquo Ecclesiæ possint recipi sub secreto miracula, quæ illi manifestantur, sicut etiã quæcumq; quæ ad ostendendam sanctitatem serui Dei inseruiunt, ad effectũ deferendi Episcopo. Poterunt etiam recipi à deferente nomina eorum, qui in materia testificari poterunt, & etiam circumstantiæ, quæ factum concernunt; nam concesso principali conceduntur, quæ veniunt accessoriè ad ipsum. cap. *prudentiam*, §. *si vero*, *de offic. deleg.* & notat Euerard. *in Topica loco à conces. anteced. ad concess. conseq. num.* 2. Rursus cum id concedatur Rectori, seu alteri Officiali, censetur cæteris denegatum, & ideo si occurrat ipsis occasio aliqua huiusmodi, debent remittere ad Superiorem, aut Officialem.

1242 Est etiam adnotandum, quod sigillum secreti imponitur tantum recipientibus miracula, aut prophetiæ dona, non autem deferentibus, vt constat ex illis verbis. *Possint ea recipere sub sigillo secreti*. Et ideo licet recipientes teneantur ad secretum, non tenentur tamen iniungere deferentibus, quod seruent sub secreto, quia hoc in Decreto non exprimitur, & ideo non censetur volitum, cap. *ad audientiam 2. de decimis*, & *l. si seruus* §. *Prætor ait ff. de caducis tollen.* Et ideo deferentes poterunt promulgare, quæ detulerunt, cum id non sit ipsis prohibitum. Nec est frustratorium, quod officiales Ecclesiæ teneantur ad secretum, dum deferentes loqui possunt, quia hoc est pactum, ne ex occasione delatæ rei procurent cultum, & faueant opinionem sanctitatis: ideo ob hanc causam imponitur secretum, quæ causa cessat in deferentibus, & consequenter cessat etiam prohibitio. Cap. *Quoniam*, §. *porro*, & §. *fin. Vt lite non contest.* & cap. *cum cessante de appellat.*

1243 Hinc autem insurgit dubium, an recipientes miracula horum seruorum Dei, possint hortari deferentes, vt ea promulgent ad honorem Dei, & suorum seruorum. Et videtur affirmatiuè respondendum, quia ipsi tantum tenentur ad secretum; vnde cum deferentes promulgare possint, poterit etiam persuaderi promulgatio. Sed oppositum tenendum, quia indirectè procurarent cultum, & famam sanctitatis illi seruo Dei, mediante aliena promulgatione, contra finem prohibitionis, & fieret indirectè,

directè, quod directè prohiberetur, quod non licet, cap. *deteſtanda* 2. *de præben. in* 6. & cap. *cum quid, de regul. iur. in* 6. Nec obſtat, quod promulgari poſſint à deferente. Quia quæ alteri licent, non ſemper procurare poſſumus, ſed ſolum quando aliunde non prohibemur procurare.

LITERAE PRAEFATAE SACRAE CONGREGATIONIS, reſcriptæ Illuſtriſſimo Archiepiſcopo Auenionenſi.

1244 *ILluſtris admodum, & Reuerendiſſime Domine. Cùm quotidie magis notum fiat, quanta ſinceritate mentis, & maturitate cognitionis incipere, & perſequi deceat eorum cauſas, qui diem vltimum obiere, non ſine aliqua populo relicta opinione ſanctitatis, & quàm accuratè, fideliterque in re tanti momenti adhiberi teſtes, & in examen vocari conueniat: Sacra Rituum Congregatio facta prius verbo cum Sanctiſſimo, ne aliquis ſubrepat abuſus, iuſſit, Amplitudinem tuam, hac peculiari Epiſtola fieri certiorem de ijs quæ in adiuncto Decreto continentur. Nempe, vt curet, ne impoſterum vlla ex parte aduerſus illud à quopiam in tua diœceſi aliquid committatur; ſed ab omnibus omnino inuiolabiliter obſeruetur, & quando apud Amplitudinem tuam ab aliquo petitum fuerit, vt velit inquirere in ſanctitatem vitæ, & Miracula alicuius qui cum præfata fama obiiſſe dicatur: quoniam nimia plerumque procliuitas, atque celeritas occaſionem errori præbet, non prius generaliter ſuper vitæ ſanctitate inquiri permittat, quàm particulariter de alicuius virtutis eminenti gradu, aut peculiari aliquo miraculo præcedat famæ comprobatio, prout prudentiæ tuæ magis expedire videbitur: quod per teipſum exequi S. Congregatio ſummopere exoptat. Sed ſi ob inualetudinem, vel ob legitimum aliud & graue impedimentum id conficere non valebis, ſuper quo conſcientiam tuam onerat Congregatio, poterit Amplitudo tua delegare Vicarium ſuum Generalem, vel alium in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutum, qui delegatus, ſiue ille ſit Vicarius, ſiue cuiuſcumque dignitatis, cum alijs adminimũ duobus, doctis viris, altero ſaltem Magiſtro in Theologia, altero verò graduato, vel licentiato in iure Canonico, rem totam ita peragere debeat, vt omnia ſua nomina ſubnotent, poſt ſubſcriptionem cuiuſcumque teſtis, antequam diſcedant à loco ipſius examinis. Curabit inſuper Amplitudo tua, vt teſtes omnes quæcumque habeant, explanatè, & per extenſum deponant, nec ſe referant ad atteſtationes redditas, neque eis recitentur, quæ alias ipſi depoſuerunt. Poſtquam verò fuerint per Amplitudinem tuam, vel per alios ex cauſis ſupra narratis à te ſubrogatos acta completa, ſecreto retineantur præſtito etiam iuramento à Notarijs, & teſtibus, ſe nemini promulgaturos quicquid ipſi ſcripſerint, & reſpectiuè depoſuerint, vel de quibus interrogati fuerint: de his autem actis per te aut iuſſu tuo confectis centiorem reddere debebit ſtatim Amplitudo tua Summum Pontificem, eaque quantò citiùs poterit authenticè tranſcripta, ac ſigillo obſignata ad Sacram Rituum Congregationem tranſmittere. Originalia verò eodem modo conſignata, & in capſa clauſa pluribus clauibus, quæ diuerſis ad arbitrium tuum cuſtodiendæ tradantur, in Archiuio Archiepiſcopali conſeruentur. Notum tamen ſit Amplitudini tuæ, neque per hanc Epiſtolam, neque per aliquid in ea propoſitum voluiſſe Summum Pontificem, neque Sacram Rituum Congregationem tribuere aut augere iuriſdictionem, ſeu facultatem quæ alijs Epiſcopis competere poſſet: atque vt hæ litteræ nulla impoſterum oblitione deleantur, ſed ſemper in recordatione vigeant & tua, & tuorum deinceps ſucceſſorum, dabit operam Amplitudo tua, vt illa quantò citiùs tam in Curia tua Archiepiſcopali, quàm in Archiuio Capitulari, ad perpetuam memoriam aſſeruentur, Vale.*

Datum Romæ XII. Martij M. DC. XXXII. Amplitudini tuæ vti Frater, C. Cardinalis Pius.

I. Tegrimius Epiſcopus Aſſiſin. Secret.

Illuſtri admodum, & Reuerendiſſimo D. D. Archiepiſcopo Auenionen.

AD-

ADDITIO.

An præfata Epiſtola contineat inſtructionem vniuerſalem ab omnibus ſeruandam.

SVMMARIVM.

1245 *Præfata Epiſtola eſt pro obſeruantia Decretorum S. Rituum Congregat.*

Continet inſtructionem vniuerſalem?

1245 Circa hanc Epiſtolam dubium occurrit, an contineat inſtructionem vniuerſalem ſeruandam ab omnibus Epiſcopis. Pro cuius reſolutione exiſtimo fuiſſe Epiſtolam circularem, ſiquidem conſtat ex lectura miſſam fuiſſe pro obſeruantia Decreti S. Rituum Congregat. concernentis cultum ſeruorum Dei. Quo ſtante certum ſit, continere inſtructionem vniuerſalem. Præſertim quia non eſt in particulari negocio, ſed iubetur conſeruari in Cancellaria, & Archiuio Capitulari etiam pro ſucceſſoribus. Rurſus, hoc etiam præciſo, adhuc videtur continere inſtructionem vniuerſalem, ſiquidem inſtruit, quomodo practicanda ſint Decreta edita circa cultum ſeruorum Dei, quando de eorum vita, & ſanctitate eſt inquirendum; & proinde tanquam quid acceſſorium Decretis prædictis haberet vim cuiuſdam declarationis, & ideo eſſet ab omnibus ſeruanda, ad quorum notitiam peruenifſet, dummodo conſtaret, quod reuera eſſet Epiſtola S. Congregat. Nam quæ emanant à Sac. Congregationibus, ſi non ſunt in authentica forma, non faciunt fidem, iuxta Decretum Vrbani VIII.

BVLLA
SANCTISS. DOMINI NOSTRI
VRBANI PAPAE VIII.

IN QVA FIT CONFIRMATIO, ET INNOVATIO Constit. PII Papæ V. contra Monetarios, eiusdemque ad quascunque personas Ecclesiasticas sæculares, ac cuiusque Ordinis, necnon etiam Militarum Regulares ampliatio, & extensio; vt in Prouincijs Sanctæ Sedi subiectis ad Cardinales de Latere Legatos in eisdem Prouincijs, & Prolegatos pro tempore existentes: In alijs verò locis in Italia tantum comprehensis, cognitio causarum contra supradictos Monetarios tam sæculares, quam Regulares, priuatiuè quoad omnes etiam Superiores Religiosorum, ipsisq; Superioribus penitus exclusis, ad Ordinarios locorum spectet.

VRBANVS EPISCOPVS
SERVVS SERVORVM DEI,
AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

1246 *IN suprema Pastoralis specula meritis licèt imparibus à Domino constituti, vt, noxia ab eius Grege arcentes, eiusdem salutari regimini prospiciamus, non sine magno animi mœrore videmus eò nostri temporis iniquitates esse progressas, vt ij, quibus onus incumberet, pacem euangelizandi, & charitate proximum prosequendi, suæ vocationis immemores, à cupiditatum vortice abrepti, adulterinæ monetæ crimen perpetrare, siue perpetrantibus opem præstare non erubescant, nec reformident. Quare Prædecessorum nostrorum constitutiones desuper editas innouantes, extendentes, & ampliantes, huiusmodi perditorum hominum, quos suæ existimationis consideratio in officio non continet, condigna pœnarum seueritate temerarios, & nefarios ausus intendimus coercere.*

§. 1 Cùm itaque fel. rec. Pius Papa V. prædecessor noster attendens, quòd licèt monetarum aurearum tonsoribus, de iure, vltimi supplicij esset inflicta pœna, argenteas tamen monetas tondentibus satis minor erat imposita: omnes eos, qui argenteas tonderent, vltimi supplitij, & eadem, qua aurearum tonsores eatenus puniti fuerant, & de iure puniri debebant, pœna puniendos esse statuerit, prout in Schedula Motus proprij manu eiusdem Pij prædecessoris subscripta plenius continetur.

§. 2 Nos Motu proprio, ac ex certa scientia, meraq; deliberatione nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuò valitura constitutione, statutum, voluntatem, & mandatum Pij prædecessoris præfati tenore præsentium approbamus, confirmamus, & innouamus.

§. 3 Ac ad omnes, & singulas personas Ecclesiasticas, etiam quomodolibet exemptas tàm sæculares, quàm cuiusuis Ordinis, Congregationis, Societatis, & Instituti etiam de necessitate exprimendi, necnon Militiarum quarumcumque, etiam Hospitalis Sancti Ioannis Hierosolymitani regulares, non solùm

in sta-

in ſtatu Eccleſiaſtico mediatè, vel immediatè Nobis, & Sedi Apoſtolicæ ſubiecto, ſed etiam in omnibus & ſingulis Prouincijs, Regnis, Ciuitatibus, Terris, Oppidis, Caſtris, & locis in Italia dumtaxat exiſtentibus, qui aureas, vel argenteas monetas tondere, fabricare, colorare, vel aliàs adulterare, ſeu etiam quomodolibet adulteratas ſcienter erogare, aut exponere præſumpſerint, extendimus, & ampliamus.

§. 4 Volentes, vt culpabiles in præmiſſis reperti, prætia degradatione Curiæ ſæculari puniendi tradantur.

§. 5. Pecunias verò ſic, vt præfertur, adulteratas ſcienter detinentibus, ſeu de loco ad locum transferentibus, aut materiam, inſtrumenta, ſiue opem ad præmiſſa præſtantibus, pœnam Triremium per decennium imponimus.

§. 6 *Et cognitionem cauſarum huiuſmodi, quoad perſonas Eccleſiaſticas præfatas tàm ſæculares, quàm regulares in Prouincijs Nobis, & Sedi præfatæ ſubiectis, ad Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales in eiſdem Prouincijs de latere Legatos, & Prolegatos pro tempore exiſtentes; in aliſs verò omnibus, & ſingulis Prouincijs, Regnis, Ciuitatibus, Oppidis, Caſtris, & locis tam ſub noſtra, & dictæ Sedis, quàm cuiuſuis alterius Principis ditione, in Italia tantùm comprehenſis, priuatiuè quoad omnes etiam Superiores Religioſorum, ipſiſque Superioribus penitus excluſis,* ad Ordinarios locorum *ſpectare etiam volumus. Mandantes propterea Venerabilibus Fratribus noſtris Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ſingulis videlicet in ſuis Ciuitat. & Diœceſ. & quoad loca intra fines alicuius Diœceſis, non tamen de Diœceſ. exiſtentia, ipſarum Diœceſum, intra quarum fines eadem loca extiterint, quòd verò ad ea, quæ extra fines alicuius Diœceſis conſiſtunt, vicinioribus eorumdem locorum Ordinarijs, quatenus ad inſtantiam cuiuſuis fiſci, vel etiam cuiuſuis denunciatoris cauſarum huiuſmodi cognitiones, ſuſcipientes, prætia etiam auocatione à quibuſuis alijs, in cauſis ipſis modo præmiſſo procedant, omnibus iuris, & facti remedijs opportunis, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, brachij ſæcularis auxilio.*

§. 7 Inhibentes inſuper tàm Decanis, & Capitulis Eccleſiarum Cathedralium, Metropolitanarum, & Patriarchalium, necnon quorumuis Ordinum, & Locorum Regularium, Societatum, & Inſtitutorum, ac etiam Hoſpitalis S. Ioan. Hieroſolymitani, præfatorum Superioribus, Conuentibus, & Fratribus quantumuis exemptis, ne ſub priuationis beneficiorum, & officiorum, per eos reſpectiuè obtentorum, ac inhabilitatis ad alia in futurum obtinenda, vocisque actiua, & paſſiua, necnon excommunicationis latæ ſententiæ eo ipſo incurrendis pœnis, Legatos, & Prolegatos, ac Ordinarios locorum, vt præfertur, procedentes, quoquomodo impedire, molestare, aut perturbare audeant, vel præſumant. Ac etiam mandantes, vt quoties ad id fuerint requiſiti, religioſos ipſos, etiamſi Superiores alicuius loci regularis actu fuerint, ipſis Legatis, Prolegatis, & Ordinarijs, vel alijs, quibus iidem Legati & Ordinarij mandauerint, conſignent cum ſcripturis, & actis, ſi quæ facta fuiſſe reperiantur.

§. 8 Sicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Iudices ordinarios, delegatos, & commiſſarios, & etiam Cameræ prædictæ Clericos, Præſidentes, necnon cauſarum Palatij Apoſtolici, & Curiæ eiuſdem Cameræ generalem Auditorem, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerarium, & alios Cardinales, etiam de latere Legatos, necnon Vicecamerarium iudicari, & diffiniri, ac interpretari debere: ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate: ac irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§. 9 Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon Prouinciarum, Regnorum, Ciuitatum, Terrarum, Oppidorum, Locorum, Eccleſiarum, Monaſteriorum, Militiarum, Hoſpitalium, etiam S. Ioannis, præfatorum, & aliorum religioſorum, ac piorum locorum, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinib. priuilegijs quoq; indultis, & litteris Apoſtolicis eiſdem Prouincijs, Regnis, Ciuitatibus, Terris, Oppidis, Locis, Eccleſijs, Monaſterijs, Hoſpitalibus, & Militijs, etiam S. Ioannis, vt præfertur, & alijs religioſis, & pijs locis, Vniuerſitatibus, Capitulis, Superioribus, & perſonis in contrarium quomodolibet conceſſis, ac etiam pluries, & iteratis vicibus approbatis, confirmatis, & innouatis: Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, eorum omnium tenores ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad effectum præſentium dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque.

§. 10 Volumus autem, quòd præſentes in valuis Eccleſiæ Lateranenſis & Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, necnon Cancellariæ, & in acie Campi Floræ publicentur, & affigantur, quæ poſtquam affixæ, & publicatæ fuerint, poſt duos menſes à die publicationis huiuſmodi computandos, quoſcumque

tàm in Statu noſtro, quàm extra tum, vbique locorum : in Italia tamen exiſtentes, perinde vrgeant & afficiant, ac ſi vnicuique nominatim, & perſonaliter intimatæ fuiſſent.

§. 11. Quòdque earum exemplis etiam impreſſis, manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ iiſdem præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

§. 12. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam approbationis, confirmationis, innouationis, extenſionis, ampliationis, impoſitionis, voluntatum, derogationis, mandatorum, & decreti noſtrorum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem id attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſeptimo, Idibus Nouembris, Pontificatus Noſtri anno quinto.

Anno à Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo octauo, Indictione vndecima, die verò vigeſima octaua menſis Ianuarij. Pontificatus Sanctiſſimi D. N. Vrbani Diuina prouidentia Papæ Octaui anno eius quinto, retroſcripta littera Apoſtolica affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Baſilicarum Sancti Ioannis Lateranenſis, & Principis Apoſtolorum de Vrbe, Cancellariæ Apoſtolicæ, & in acie Campi Florę, dimiſſis ibidem præſentibus litteris, per aliquot temporis ſpatium appenſis, & deinde amotis, vt moris eſt, per nos Auguſtinum de Bolis Romanum, & Brandimartem Latinum Apoſtolicos Curſores.

Matthias Spada Magiſter.

QVÆSTIONES.

1247 1 An crimen falſi dicatur difficilis probationis.
2 An probari poſſit per coniecturas, & præſumptiones, & quæ ſint.
3 Quando hoc ſit verum.
4 An moneta cuſa, vel falſa, debeat per teſtes concludenter probari.
5 Stampæ, icones, & alia inſtrumenta apta ad cudendum monetam, & diminuendam, quod indicium faciant contra retinentes.
6 An bona fama tollat indicium, quod reſultat ex inuentione penes aliquem dictorum inſtrumentorum.
7 An requiratur, quod actus ſit conſummatus in caſu falſæ monetæ, quando per facientem non ſtat, quò minùs conſummetur.
8 Monetam falſam alterius Principis cudens, ſed non ad perfectam formam, vt expendi valeat, qua pœna ſit puniendus.
9 Falſam monetam penes ſe habens, vel expendens, non oſtenſo Authore, an puniatur tamquam fabricator monetæ, & quid, ſi doceat de Auctore, non expreſſo nomine, quando eſt bonæ famæ.
10 Qnot modis poteſt moneta adulterari.
11 An Aurum, vel Argentum Alchimicum poſſit vnquam vendi pro vero auro, & argento.
12 An poſſit quis tuta conſcientia expendere falſam monetam, quam habuit ab alio.

An crimen falſi ſit difficilis probationis. Quæſt. I.

SVMMARIVM.

1248 *Crimen falſi difficilis probationis.* 1249 *Cur difficilè probetur.*

1248 Ad I. Reſp. Crimen falſi connumerari inter delicta difficilis probationis, ita tenet Iulius Clar. *quæſt. 64. num. 6. in fin.* vbi addentes *in litera N.* Surdus *conſ. 132. num. 9. volum. 1.* latè Moder. Rom. *conſ. 11. num. 4.*

AD-

ADDITIO.

1249 Crimen falſi eſſe difficilis probationis tradunt etiam Crauetà *conſil.56. num.2. lib.1.* Tiber. Decian. *conſil.100. num.11. lib.2.* Iaſ. *conſil.68.n.2. lib.4.* Menoch. *conſil.538. num.2. & conſil.596.n.20.* Marſil. *conſil.27. num.20.* Feder. Scot. *conſil.5.n.25. lib.1. tom.2.* Quia ſcilicet non committitur palam, ſed ſecreto, & ideo difficile eſt habere teſtes.

An crimen falſi probari poſſit per coniecturas, & præſumptiones, vbi plura de materia. Quæſt. II.

SVMMARIVM.

1250 *In crimine falſi ſufficit corpus delicti conſtare per conniecturas, & indicia.*

1251 *Aliud probare falſum, & aliud probare crimen falſi.*

Quando ciuiliter agitur, falſum probatur præſumptionibus.

1252 *Crimen falſi non ſufficiet probari per coniecturas, quando criminaliter agitur.*

1253 *In criminalibus debent probationes eſſe meridiana luce clariores.*

Non eſt quis condemnandus ex inditijs, & præſumptionibus.

1254 *In crimine falſi ſufficiunt indicia, &c. ad inquirendum, incarcerandum, & torquendum.*

Iudex arbitratur, quando indicia ſufficiant pro tortura.

1255 *Indicia indubitata, & violenta, an ſufficiant ad pœnam ordinariam.*

Pœna ordinaria requirit probationes ordinarias.

1250 Ad II. Reſp. Quod de huius delicti falſitatis corpore ſufficiat conſtare per indicia, & coniecturas. Ant. Gabr. *concl. 17. num.13. ſeq. tit. de crim. lib.7.* Moder. Rom. *quæſt.2. num.21.* Doctores adducti per Rimin. iun. *conſ.183. num.5. lib.2.* Peregrin. Iannin. *in tractatu de citat. reg. lib.1. cap.2. num.61.* vbi ſubdit, quod Iudex videre debet, an falſitas cedat commodo alicuius, & contrà illum relaxet mandatum. & hanc eſſe communem opinionem teſtatur Moder. Rom. *in quæſt.2. num.21. in fin.* vt crimen falſi inter delicta difficilis probationis, & quod in iſto crimine ſufficiat conſtare de corpore delicti. Boer. *deciſ. 164. num.8.* Gabr. *concl. 17. num.13.* verſ. *contrarium tamen.* Brun. à Sole *in ſuo vnico conſ. crim. num.54.* vbi de communi & plures coniecturas refert. Ant. Theſaur. *in ſuis quæſt. lib.1. quæſt.47.* & Moder. Rom. *in tract. de falſit.*

ADDITIO.

1251 Aliud eſt probare falſum, & aliud probare crimen falſi: primum dicit factum permanens, & ideo non eſt difficilis probationis, vt dicit Auctor in reſponſ. *ad 3. quæſt.* Probare autem crimen falſi, eſt probare quod falſum à tali ſit commiſſum. Verum quia aliquando contingit, quod falſitas non conſtet euidenter, ſed tantum ex coniecturis, & ſuſpicionibus; ideo quando ciuiliter agitur, ſufficiunt coniecturæ, & præſumptiones ad probandum falſum, vt tradunt Curt. iun. *conſil.64. num.5. lib.1.* Dec. *conſil.189. num.2.* Surd. *conſil. 132. num.65. lib.1.* Clar. *in pract. §. falſum*, ver. *trita eſt concluſio.* Sfortius Oddo *conſil. 621 num.7.* Caputaquenſ. *deciſ. 207. num.3. par.1.* Farinac. *in praxi quæſt. 152. num.10.* alios referens. Grammat. *conſil.30. poſt init.* Calcan. *conſil.27. circa fin.* Bertrahd. *conſil. 139. volum.3.* Io. de Anania *conſil.49. num.3.* Neuizan. *conſil.8. num.37.* Alban. *conſil.99. num.2.* Maſcard. *de probat. concluſ.739. num.5. vol.2.*

1252 Quando verò criminaliter agitur, non ſufficit, quod crimen falſi coniecturis, & præſumptionibus probetur ad effectum puniendi, vt tradunt Alexan. *conſil. 74. num.7. vol.2.* Iaſ. *conſil. 62. poſt init. vol.1.* Grammat. *conſil. ciuil. 50.* Dec. *in l. ſingularia, circa fin. ff. ſi cert. pet.* Idem Iaſ. *in l. iuris gentium, §. Quod ſere, ff. de pactis*, Bald. *ibid.* Dec. *in cap. porrecta, num.1 de conſtit. vt. vel inut.* Fulgoſ. *conſil. 174. init.* Foller. *in pract.* verbo, *Item quod commiſit falſitatem, num.32. 88. & 97.* Pariſ. *conſil. 158. in fine vol.4* Cepol. *conſil. crim. 21. n.5.* Natta *conſil. 633. num.3.* Burſat. *conſil. 311. nu.82.* Crauetta *conſil. 134. num.39.* Viuian. *deciſ.81. n.1.* Cephal. *conſil 54. num.16.* Gabr. *conſil.169. num.12. lib.1.* Surd. *conſil.132, num.65.78. & 80. lib.1.* Honded. *conſil. 109. num. 64. lib. 1.* Riminal. iun. *conſil.58. num 13. lib 1.* Menoch. *de præſumpt. quæſt.99. lib. 1* Farinac. *in praxi quæſt. 152. num. 10.* & alij plures apud citatos, præſertim Farinac. & teſtantur de communi.

1253 Et fundantur in eo, quod in criminalibus ad effectum condemnandi debent probationes eſſe meridiana luce clariores, *l. fin. C. de probat.* vbi communiter Doctores, & ſpecialiter in crimine falſi notant Socin. iun. *conſil.31. num.20. & conſil.61. n.8. & ſequent.* teſt. de communi *vol.2.* Alexan. *conſil.74 num.7. vol.2.* Et proinde non eſſe aliquem condemnandum ex inditijs, & præſumpt. tradunt per tex. *l. abſentem, ff. de pœn.* vbi Gloſ. Bart. *ibid.* Boer. *deciſ.164. num.1.* Marſil. *conſil.40. num.26.* Gomez *de delictis cap. 12.* Rubr. *dd probat. delict. num.12.*

Boſſius *in practi. tit. de conuict. num.46.* Foller. *item in practi.* verbo *Item quod ſuffocauit num.24.* Fachin. *lib.1. controuer. cap.49.* Maſcard. *de probat. concluſion.496.num.2.* Farinac. *in praxi quæſt.51.num.37.* teſtans de communi, & *quæſt.86. num.1.*

1254 Verum quamuis indicia, & præſumptiones non ſufficiant in crimine falſi ad pœnam infligẽdam, ſufficient tamen ad inquirendum, ad carcerandum, & etiam ad torquendum, vt tradunt Socin. *conſil. 61. num.11. lib.2.* Sfort. Oddo *conſil. 62. num.6.* Gabr. *conſil.169.num.12.lib.1.* Clar. *in practi. §. falſum*, ver. *trita eſt concluſio*. Theſaur. *quæſt. forenſ. lib.1. quæſt.47. num.11.* ver. *Item quando teſtes*, aſſerens, ita practicari apud Senatum Pedemontanum. Riminal. iun. *conſil.58. num.13. lib.1.* Afflict. *in conſtit. qui literas, num. 5.* Maſcard. *de probat. concluſ.740. num.26.* Ioſeph Ludouic. *deciſ. Lucenſ.13. num.51.* Menoch. *lib.1. præſump. qu. 99. num.10.* Item Riminal. iun. *conſil.117. num.7.lib.2.* Gabr. *lib.7.comman.opin.concluſ.6.num.11.* Farinac. quamplures allegans *in praxi quæſt. 152. num.19.* Quando autem indicia ſint ſufficientia, vel non, pro tortura, relinquitur iudicis arbitrio, qui conſideratis circumſtantijs omnibus, & qualitate indiciorum, & præſumptionum, determinabit, an ſit deueniendum ad torturam, vt tradunt Bart. *in l. fin. num.5. ff. de quæſtion.* Angelus *de malefic.* verbo *Fama publica, num.9.* Craueta *conſil.35. num.20.* Bald. *conſil. 95. num.6. lib.1.* & *conſil. 515. num.6. lib.5.* Cabal. *reſol.crimin. caſu 200. num.144.* Clar. *in practi. §. fin. quæſt 64.* ver. *dixi quoque non ſufficere*. teſtans de communi. Oſaſch. *deciſ. Pedemon. 69. n.57.* Farinac. alios allegans *in praxi*, Tit. *de indic. & tort. quæſt.37. num.192.*

1255 Et quamuis indicia, & præſumptiones ſint violentæ, & indubitatę, neque adhuc ſufficient ad infligendam pœnam ordinariam, vt loquentes de crimine falſi docent Craueta *conſil. 134. num. 39.* Hieronym. Gabr. *conſil. 180. num. 20. lib. 1.* & *conſil. 177. num.1. lib.2.* Natta *conſil.663. num.5. lib.3.* Surdus *conſil. 132. num.13.* ver. *Et quamuis.* Bertazzol. *conſil. crimin.91.num.35. lib.1.* Farinac. *in praxi conſil. 152. num.21. & 37.* Ioſeph Ludouic. *deciſ. Lucenſ.13. num.50.* Theſaur. *lib.1. quæſt. for. q. 47. num.11.* Pœna enim ordinaria requirit probationes ordinarias, arque adeo in quocunque crimine clariſſimas, cap. *ſciant cuncti 2, quæſt.8.* & *l. qui ſententiam, C. de pœnis*, & tradunt Bald. *in l. fin.* ver. *Hæc eſt ſententia, ff. de hæred. inſtit.* Bart. *in l. non ſolum §. ſed vt probetur, ff. de noui oper. nun.* vbi & alij Doctores Aretin. *in cap. tertio loco, num. 19. de probat.* Innocent. *in cap. quia veriſimile, num.2.* ver. *Nota tamen, de præſumpt.* Clarus *in practi. §. fin. quæſt.20.* ver. *ſcias tamen*, teſtans de communi opinione. Menoch. *lib.1. de præſumpt. quæſt. 58. num.2.* & *qu.97. num.23.* aſſerens eſſe opinionem magis communem. Boſſius *in practi. crimin. tit. de conuict. num.46.* Maſcard. *de probat. concluſ.1221. num. 55.* Eugen. *conſil.76. num.19.* Seſſe *deciſ.103. num. 16. & 18.* Farinac. *in practi. tit. de reo confeſſo, quæſt.86. nu.110.* vbi alios plures citat. Imo quamplures arbitrati ſunt quod neque pro imponenda pœna extraordinaria ſufficiant indicia indubitata, quos refert Farinac. *dicta quæſt.86. num.57.*

Quando crimen falſi probari poſſit per coniecturas, & præſumptiones. Quæſt. III.

SVMMARIVM.

1256 *Crimen falſi quo ad crimen probatur coniecturis: non autem quo ad factum.*
1257 *Falſum quando coniecturis probari poſſit.*
1258 *Notarius quando arguatur falſi, Non regiſtrare ſtatim inſtrumentum: conſueta omittere: cancellatura, vel raſio, ſunt indicia falſitatis.*

1256 Ad III. Reſp. Quod in hoc propoſito conſideratur, quod iſtud crimen falſi eſt difficilis probationis, reſpectu delinquentium, cum, vt plurimum, ſoleat committi ſecretè: non autem reſpectu ipſius corporis delicti, cum ex ipſa falſitate remaneant veſtigia, & factum ſit apparens, & permanens, vt ſi fuerit abraſum inſtrumentum, vel lacerum, vt in caſu Farinac. *conſ.23. per totum*: vel cancellatum, vel ſi fuerit ei aliquid additum, vel diminutum; poterit oculo corporeo bene percipi, & ſic habeat vitium viſibile: vel ſi aliqua alia res, vel merces fuerit alterata, vel deprauata, poterit etiam ex ipſa re, vel merce conſtare de ipſa deprauatione, ſaltem per peritos. Idem ſi aliqua menſura non fuerit iuſta, ſed etiam deprauata, vel diminuta, vel alterata, poterit per inſpectionem, vel per menſuram ad aliam menſuram iuſtam fieri experientia, vel comparatio, & ſic in ſimilibus falſitatibus conſiſtentibus in aliquo facto extrinſeco apparenti, & viſibili, debeat de dicta falſitate conſtare non per coniecturas, & præſumptiones, ſed verè per teſtes, & per ocularem inſpectionem, & relationem medio iuramento per teſtes faciendam, & in actis redigendam per Notarium, prout tradunt Doctores in terminis in crim. falſæ, vel diminutæ, ſeu alteratæ monetæ.

ADDITIO.

1257 Supradicta habent locum, quando falsitas est permanens, & de sui natura est demonstrabilis, alioquin habent locum etiam in hoc crimine coniecturæ, & præsemptiones, quando agitur ciuiliter, & etiam quando agitur criminaliter in ordine ad inquirendum, carcerandum &c. vt dictum est in superioribus. Et proinde circa scripturas probari falsitatem per coniecturas, tradunt communiter Fran. Curt. *consil.* 132. *num.* 10. Dec. *consil.* 448. *num.* 28. Calcan. *consil.* 27. *circa fin.* Anania *consil.* 49 *num.* 3. Bertrand. *consil.* 139. *vol.* 3. Grammat. *consil.* 30. *post init.* Neuizan. *consil.* 8. *num.* 38. Cauet. *consil.* 134. *num.* 39. & alij, quos citat & sequitur Mascar. *de probat. conclus.* 739. *num.* 5.

1258 Et proinde quando Notarius non seruauit suam consuetudinem, nempe si non registrauit statim instrumentum, habetur coniectura falsa. cap. *Inter dilectos de fide instrument.* & notant Crauetta *Consil.* 5. *vol.* 1. aut si consueta omisit. c. *Cum graui, de crimin.* & notant Apostil, *ad Bar. in l. fin. ff. de tab. exhiben.* Dec. *in capit.* 2. *not.* 3. *de rescrip.* Ripa *in cap. Cum primo, de constit.* Sic etiam cancellatio, vel rasura, dummodo sit in loco substantiali est coniectura probans falsitatem, vt notant Natta *Consil.* 132. *vol.* Maranta *de ordine iudiciar. par.* 6. *tit. Et peruenitur aliquando, num.* 148. Veral. *decis.* 3. *num.* 6. *par.* 2. Aut si sit solitus notarius fabricare instrumenta falsa, vt tradunt Bald. *consil.* 401. *n.* 2. Bertazzol. *consil.* 91. *num.* 35. Bossius *in prac. tit. de fal. num.* 7. Farinac. *in praxi quæst.* 153. *num.* 146.

An moneta cusa, vel falsa, debeat per testes concludenter probari, vbi de suspicione, & purgatione huius criminis.
Quæstio IV.

SVMMARIVM.

1259 *In crimine monetæ debet constare de corpore delicti.*
Si non constet de corpore delicti, non potest reus damnari, licet confiteatur in crimine monetæ.
Moneta adulterina apud aliquem reperta an reddat conuictum.
1260 *Pœna Constit. Vrbani VIII. contra Monetarios, quando locum habeant.*
1261 *Si penès aliquem reperiantur monetæ falsæ considerandæ qualitas personæ, circumstantiæ &c.*
Quid si habeat reconditas in arca.
1262 *Monetæ falsæ apud aliquem repertæ quando faciant præsumptionem contra ipsum.*
1263 *Vna aut altera moneta falsa non facit suspicionem.*
Quid si conseruetur moneta falsa ob effigiem &c.
1264 *Habens monetas falsas collectas ad alium effectum, quam expendendi, an veniat in suspicionem &c.*
1265 *Veniens in suspicionem ob monetam falsam apud se repertam, quomodo se possit purgare.*
1266 *An pro purgatione sufficiat iuramentum.*
Mala fama iurantis extenuat vim iuramenti.

1259 Ad 4. Resp. Quòd debet plenè constare per testes vel per peritos deponentes de ipsa falsa cusione, vel diminutione, seu alteratione eiusdem monetæ, vel de qualitate materiæ, an aurum, vel argentum, quibus moneta cusa reperitur, sint iustæ ligæ, vel iusti ponderis, aliàs si confiteretur reus confecisse dictam falsam monetam, & non appareat euidenter de ipsa falsitate, non posset condemnari. Cephal. *cons.* 230. *n.* 11. *volum.* 1. quem refert Brun. à Sol. *in suo vnico cons. crim. n.* 176. & sequitur Moder. Roman. *in quæst.* 2. *n.* 22. Bursat. *cons.* 166. *nu.* 4. *vers. respondetur enim,* & *num. seqq.* & in terminis etiam, an per inspectionem oculorum constare debeat de corpore delicti in isto crimine falsæ monetæ. Hond. *cons.* 99. *num.* 11. *volum.* 2. & quid si inuenta fuit moneta adulterina penès aliquem, an dicatur conuictus. Vide latè Marsil. *in l. qui falsam. n.* 10. *& seqq. ff. de falsi.* Decian. *lib.* 7. *cap.* 26. *num.* 5. & *cap.* 27. *n.* 2. vbi firmat negatiuè: sed erit considerandæ qualitas personæ, & quantitas pecuniæ, & aliæ circumstantiæ, & in specie si voluerit ipsam monetam adulterinam abscondere, vel proijcere, prout ipse in facto habuit.

ADDITIO.

1260 Consonant, quæ allata sunt *n.* 1252. & *sequentib.* de probatione criminis falsi in genere. Vnde vt locum habeant pœnæ positæ in præfata Constitutione tanquam ordinariæ, necesse erit, quod plenè constet de aliqua ex illis actionibus ibi interdictis, nempe tunsione, fabricatione, coloratione, seu alia adulteratione, aut erogatione scienter facta. & quod per testes conuincatur reus, aut delictum confiteatur. Alioquin si sint tantum indicia quamuis vehementissima, non habebit locum pœna ibi posita

ſita, iuxta dicta *num.* 1255. Sed ad ſummum, ſi ea reus non purgauerit, puniri poterit pœna extraordinaria.

1261 Si penès aliquem inueniantur monetę falſæ, conſideranda eſt qualitas perſonæ, & circumſtantiæ, nam ſi reperiantur apud ipſum inciſæ, aut alio modo factæ inhabiles, vt expendantur, non aderit locus pœnæ, vt notant Decian. *lib.7. tract. crimin. cap.22. num.14.* Farinac. *in praxi tom.5. quæſt. 115. inſpect. 3. num.* 143. Io. Kitzelius *de iure monetar. claſ.5. quæſt.3. ſect.4. num.46.* Talis enim circumſtantia inciſionis declarat abfuiſſe animum expendendi tales monetas, atque adeo nec etiam animo crimen commiſſum fuiſſe. Similiter etiam, ſi habeat in arca reconditas, non eſſe præſumendum delictum, tradunt Gallinius *de verbor. ſignificat. lib.5. cap. 20. num. 256.* Rener. Budel. *de re num. lib. 2. cap.27. num.36.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. centur.4. caſu 316. num.66.* Boer. *de iure monet. cap.6. n.22.* Farinac. *Inſpect. 3. modo citata, num. 156.* Supposito tamen, quod is, apud quem inueniuntur, ſit vir honeſtæ conditionis & bonæ famæ. Addunt tamen Budel. *citat.* Marſil. *conſil.47.* Maſcard. *de probationib. concluſ. 742. num.....* Quod res eſt plena periculi, quod præſumptio eſt contra ipſum, & proinde torqueri poterit.

1262 Verum hoc tantum locum habere puto, ſi monetæ falſę inuentæ ſint in magna quantitate, quia tunc non poteſt præſumi, cum non ſit probabile, quod tot monetæ ad eius manus peruenerint, & ideo præſumptio eſſet contra ipſum, niſi deferret vnde habuiſſet. Rurſus, licet ſint in parua quantitate, ſi tamen ſint adminiculatæ alijs indicijs, facient præſumptionem contra ipſum. At ſi vna, aut altera moneta, aut etiam plures diuerſæ ſpeciei reperiantur apud virum honeſtum, non video, quod poſſint facere iudicium contra ipſum, cum valde probabile ſit, quod ad manus eius aliunde peruenerint pro bonis, nec alia indicia contra ipſum exiſtunt. Præſertim in circumſtantijs, quod ſit ſolitus plures monetas recipere, vt mercatores, aut quod ſoleant currere monetæ falſæ.

1263 Ex quo deducitur, quod cum vna, aut altera moneta falſa reperitur apud aliquem, quamuis non dicat, à quo acceperit, non per hoc tamen in ſuſpicionem venire debet: quia cum facile ſit monetas falſas legitimis immixtas obrepere, dum à pluribus pecuniam accepit, non poteſt ſcire, à quo falſas acceperit, præſertim, ſi notabile tempus fluxerit. Rurſus, non potuiſſe argui huius criminis illum, qui cum accepiſſet monetam argenteam cum figura Principis egregiè facta, eam conſeruauit appenſa in cubiculo ob dictam imaginē Principis: nam deprehenſa falſitate, ei licuit in alium vſum conuertere. Nec tenebatur denunciare, à quo accepiſſet, tum quia eadem die à duobus notabilem ſummam exegerat, & ab vtriſque monetas eiuſdem ſigilli, quem habebat falſa, vnde non poterat ſcire, à quo accepiſſet, quia vtramque pecuniam miſcuerat. Tum quia cum vnicam tantum adulteratam acceperit, debuit præſumere non ſcienter ſibi ſolutam, ſicut etiam ijs, à quibus acceperat.

1264 Rurſus, ſi quis haberet monetas adulteratas collectas, non ad effectū expendendi, ſed ad effectum vēdendi quanti valent, non eſſet reus huius criminis, nec pœnis huius Conſtitut. ſubijceretur, cum id fieri poſſit ſine dolo, vt tradunt Cephal. *Conſil.230. num. 3. lib. 2.* Decian. *lib. 7. tract. crimin. cap. 26. num.3. in fine.* Farinac. *in Praxi tom.5. quæſt.115. num. 161.* Kitzelius *de iure monet. claſ. 5. quæſt. 2. ſect.4. num. 39. in fine.* Imo hic talis vtilem rem præſtat Reipublicæ, quia colligendo monetas adulterinas, purgat rem monetariam tali vitio.

1265 Præterea is, apud quem monetæ falſæ reperiuntur, ſi veniat in ſuſpicionem delicti, diuerſimode ſe purgare poterit. Et præſertim ſi nominet, à quo acceperit, vt tradunt Decian. *lib.7. tract.crimin. cap.27. num.1. in fine.* Gallin. *lib.5. de verbor. ſignificat. cap. 20. num.254.* Menoch. *lib.2. de arbitr. caſu 316. num. 57.* Bocer. *de iure Monetæ, cap. 6. num.19.* Farinac. *tom.5. Praxis crimin. quæſt.115. num. 160.* Quia tali pacto eximit ſe à ſuſpicione delicti, & profert ſuam bonam fidem, & proinde ſi ſit honeſtæ conditionis, ei credendum eſt. Sed quid, ſi ille quem nominauit, negaret, ſe dediſſe tales monetas, nec alter probare poſſet ſe accepiſſe? Reſp. in tali caſu eſſe conſiderandas qualitates perſonarum, indicia, circumſtantias, atque alia huiuſmodi, vnde ſaltem probabile iudicium poſſit formari de eo, qui veritatem dixit: & in dubio, niſi adſint alia indicia, contra neutrum erit procedendum.

1266 Iuramentum quoque ſufficere ad purgandam ſuſpicionem, tradunt Marſil. *in l. Qui falſam, num.90. ff. ad leg. Cornel. de falſ.* Decian. *lib.7. tract. crimin. cap.25. num.8.* Clarus *in pract. lib. 5. §. Falſum num.145. & 159.* Bocer. *de iure monetæ, cap. 8. num.18.* Farinac. *tom. 5. praxis, quæſt. 115. num.159.* Kitzelius *de iure monet. claſ. 5. quæſt. 2. ſect. 4. num. 43.* Hoc enim habet iuramentum ex natura ſua, vt poſſit purgare malas ſuſpiciones; quod tamen limitandum videtur, vt non habeat locum in eo, qui eſt malæ famæ: nam mala fama iurantis extenuat vim iuramenti, vt tradunt Bald. *in cap. Bonæ 1. de elect.* Panuin. *de poteſt. Capit. Sede vacan. par. 2. quæſt. 8. num. 17.* Gutierez *de iuram. confir. par. 1. cap.40. num.27.*

Instrumenta pro cudenda, aut tondenda moneta quod indicium faciant.

Quæstio V.

SVMMARIVM.

1267 *Instrumenta monetaria faciunt indicium ad torturam.*
Etiam contra dominum domus.
1268 *Quid si ille, apud quem reperiuntur, sit bonæ famæ.*
Quid si instrumenta sint antiqua.

1267 Ad 5. Resp. Sufficiens esse indicium ad torturam. ita in terminis Dominicus de Franchis, *decis.* 440. volens, quòd ex solis instrumentis repertis contra aliquem cudentem falsam monetam, potest torqueri, & conuincitur vnico teste fide digno, & ex fama publica. & Marsil. *in l. qui falsam. num.* 40. *ff. de falsis*, in specie hanc conclusionem ponit, & post multa concludit, quòd si ille, penès quem reperta sunt dicta instrumenta, non sit bonæ conditionis, & famæ, talis inuentio indicium faciat ad torturam: & quod indicium faciat contra Dominum domus, & illa retinentes, vide Decian. *resp.* 93. *num.* 81. *& seq. volum.* 2. Mascard. *de probat. concl.* 1066. *num.* 10. *volum.* 3. Honded. *cons.* 92. *volum.* 2. Cephal. *cons.* 145. *num.* 32. *& seq. vtlum.* 3.

ADDITIO.

1265 Idem sensit Bossius *in pract. crimin. tit. de falsa moneta num.* 7. Vincent. de Franchis *decis.* 440. *num.* 1. Et eamdem limitationem, quod instrumenta apud aliquem reperta non faciant indicium ad torturam, quando sit bonæ famæ, tradunt etiam Bald. *in l. fin. ff. de hæred. instit.* Imola *ibid.* Salicet. *in l. fin. circa fin. C. de quæst.* Bossius *citat.* Mascard. *de probat. conclus.* 1066. *num.* 10. Bonifac. *de fart. ff. Fraudolosa num.* 64. Catala *de indul. cap.* 28. *n.* 68. Ball. *de lite disp. casu* 8. *num.* 10. Farinac. *tom.* 5. *prox. quæst.* 115. *num.* 9. Debebit tamen ille, apud quem huiusmodi instrumenta reperiuntur, dicere, vnde, & quomodo habuerit, & in quem finem. Rursus, si instrumenta essent antiqua, & ex inspectione constaret, non fuisse adhibita de recenti, sed solum à longo tempore, præsertim si non continerent sigillum monetatus, quæ de præsenti expenduntur, sed antiquatarum, non crederem, quod facerent indicium ad torturam, quia non potest venire in suspicionem, quod adhibeantur ad cudendas monetas. Et idem dicendum erit de instrumentis, quibus monetæ tondentur, apud aliquem repertis.

An bona fama tollat indicium, quod resultat ex inuentione instrumentorum monetariorum apud ipsum. Quæstio VI.

SVMMARIVM.

1269 *Bona fama quatenus purget indicium criminis falsæ monetæ ex inuentione instrumentorum.*
1270 *Bona fama quando non iuuet.*
Receptans ignoranter non dicitur receptare.
Quid si instrumenta monetaria in alicuius subsidium reperiantur.
1271 *An habens falsas monetas, aut instrumenta pro fabricatione, habeatur pro conuicto.*

1269 Ad 6. Resp. Quòd supradictum indicium tollitur per bonam famam Domini domus, vel dicta instrumenta retinentis. & quas excusationes, & defensiones adducere possit, & quomodo se tueri quis imputatus de falsa moneta, latè ponit Decian. *in tract. crim. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 27. *per totum*, vbi in specie declarat, quòd non sufficiat quælibet, & vulgaris bona fama, sed sit notabilis, & vehemens, & maximè si nesciat rationem reddere, quomodo ad eius manus dicta instrumenta peruenerunt. & *sub num.* 8. post alios, quos allegat, testatur facere indicium ad torturam, & quòd possit reus condemnari de falsa moneta absque eius confessione, si fuerint repertæ stampæ, & moneta falsa cusa penès aliquem. Vide Moscatel. *de probat. delict.* Rubr. *de fals. monet. num.* 47. *& seq.* vbi reprobat, seu potius declarat decis. Vinc. de Franch. *decis.* 401. & *sub num.* 18. docet, vt non sufficiat, quòd testes de visu dicant vidisse talem expendere, vel habere monetam falsam, nisi etiam fiat per peritos recognitio super dicta moneta adulterina, vulgariter dicendo, *con la proua*, & latè tradit Maur. Burg. *in tract. de mod. proced. ex abrupto, quæst.* 24. *num.* 152. *& num.* 136. *& seq.* & sequitur quando fuerunt inuentæ monetæ rasæ,

raſæ, & diminutæ. vel inuentæ fuerunt forficulæ, vel aliud genus inſtrumentorum, quo moneta tondi, aut minui ſolet, & ſi fuerint inuenta inſtrumenta apta ad cuſionem, quæ probationem facient, ibi etiam latè declarat.

ADDITIO.

1270 Bona fama non iuuabit, ſi apud aliquem reperiantur inſtrumenta ad fabricandam monetam, & monetæ falſæ correſpondentes inſtrumentis, ſeu ſigillis. nam tunc conſtat de corpore delicti, ſi fiat experientia per peritos de monetæ falſitate. & cum delictum ſit commiſſum in domo ipſius, inſurgit vehementiſſima præſumptio, ſi non ſit alius in eadem domo, in quem delictum refundi poſſit, aut niſi ipſe nominet, à quo talia inſtrumenta, & monetæ inuectæ fuerint. Fieri enim poſſet, quod ipſe neſciret, domi extare, & proinde conſideranda erunt indicia, an potuerit ſcire, quod apud ſe extarent, quia ſi probabile ſit, quod neſcierit apud ſe extare, excuſabitur, tanquam ſi non extitiſſent, ſiquidem deficiente ſcientia redditur ei inuoluntarium. ſic etiam ignorantet receptans non dicitur receptare *l.* 1. *ff. de recep.* Vbi Doctores: Et ita docent Boſſius *tit. de falſ. monet. num.* 7. Decian. *lib.* 7. *crimin. c.* 26. *num.* 6. *in fine*. Vnde ſi in aliqua domo reperiantur, in qua plures habitant, ad quos delictum pertinere poteſt, præſumptio contra illum orietur, ad quem ſpectat cubiculũ, cæteri autem immunes erunt, niſi alſunde in ſuſpicionem veniant, quia ille tanquam de reperto in ſuo cubiculo tenetur rationem reddere. Et quamuis ad ſe non pertinerent, non excuſabitur, quia quamprimum id ſciuit, tenebatur indicare *l.* 1. *C. de falſ. monetis*.

1271 An autem, qui reperitur habere falſas monetas, aut inſtrumenta ordinata ad illius fabricationem, habeatur pro conuicto, ſi conetur abſcondere, aut proijcere, affirmare videtur Decian. *li.* 7. *crimin. cap.* 26. *num.* 5 nam per hoc videtur declarare, ſe eſſe in dolo, quia non celat quis, quod ſine culpa ab eo geſtum eſt. Verum hoc mihi non videtur certum indicium doli, quia fieri poteſt, quod haberet illas pecunias falſas abſq; animo expendendi, aut quod haberet denunciandi, ad quem pertinerent; ſicut etiam dici poteſt de inſtrumentis; ſed prouentus, & dubitans de moleſtia ſubeunda, attentet celare. & ideo videndum erit, quomodo euacuet ſuſpicionem, quam exhibuit tentans celare.

An in crimine falſæ monetæ requiratur actus conſummatus, & quid ſi per reum non ſteterit. Quæſt. VII.

SVMMARIVM.

1271 *In crimine falſæ monetæ ſufficit, ſi per reum non ſteterit, quod delictum conſummaretur.*

1273 *Non perficiens falſam monetam non punitur pœna ordinaria.*

1274 *Cudens monetas ex alia materia apparenti, quam currentis, an incurrat pœnas.*

Moneta debet eſſe id, quo res æſtimantur, & proinde proportionata valori.

1272 Ad VII. Reſp. Quod in caſu falſæ monetæ non requiritur, quod actus ſit conſummatus, quando per eum non ſtat, quin conſummaretur. Ita Bart. *in l. qui falſas, ff. ad l. Cornel. de ſal.* & ita tenet Dominicus de Franch. *deciſ.* 440. & ſecundum hanc opinionem iudicaſſe fac. Conc. Neap. vt refert Grammat. *deciſ.* 74.

ADDITIO.

1273 Communis eſt concluſio, quod qui non perficit falſam monetam, ſed pœnitentia ductus intermittit attentatum, non punitur pœna ordinaria, ſed pro qualitate inchoati delicti. Ita Gloſ. *in l. quicunque* verbo *Res erit ff. ad leg. Cornel. de falſ.* Det. *lib.* 7. *tract. crimin. cap.* 27. *num.* 7. Volateran. *lib.* 3. *de mineral. tit.* 9. *num.* 104. Grammat. *deciſ.* 74. *n.* 29. & 30. Bocerus *de iure monetæ cap.* 6. *num.* 1. Afflict. *ad cap. vnic. quæ ſint Regal.* verbo *monetæ, num.* 24. Clarus *lib.* 5. §. *falſum, num.* 315. Budel. *de re numer. lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 23. Bonifac. *de furt.* §. *fraudoloſa, num.* 66. Gallin. *lib.* 5. *de verbor. ſignificat. capit.* 20. *num.* 251. Schonet. *lib.* 1. *diſp. feud.* 4. *theſi* 136. *litera C.* Harprecht. §. *Item lex Cornelia de falſis* 7. *nu.* 51. Inſtit. *de publ. iudicijs* Menoch. *de arbitr. centur.* 4. *caſu* 316. *num.* 23. Farinac. *tom.* 5. *praxis quæſt.* 115. *num.* 92. & *ſequent.* vbi latè Kithzel. *de iure monet. claſ.* 5. *quæſt.* 2. *ſect.* 4. *nu.* 34. Couaruu. *de numiſm. cap.* 8. *num.* 3. ver. *ſed & an.* Azeuedo *lib.* 8. *recopil. tit.* 17. *l.* 5. *num.* 26. Narbona *lib.* 4. *nouæ recopil. tit.* 1. *l.* 20. *gloſ.* 7. *num.* 86. Et fundantur *in l. qui falſam, init. ff. ad leg. Cornel. de falſ.* Excipiunt tamen, quando per ipſum non ſteterit, quin crimen perfecerit, vel quia in flagranti repertus ſit, & coactus ſit fugere. Vnde etiam pœnæ huius Conſtitutionis Vrbani VIII. non habebunt locum in eo, qui pœnitentia ductus non perfecit opus.

1274 An autem ille, qui cuderet monetas alterius materiæ à currenti, vt qui cuderet monetas cum ſigillo ſcutorum aureorum, ſed ex plumbo, aut ære, ita vt ex inſpectione ſtatim notum fieret, quod eiuſ non ſunt, vt expenderentur, ſed in alium finem, ne-

negatiuè videtur reſpondendum, quia ceſſat finis legis, quæ intendit per prohibitionem, & pœnas appoſitas auertere damnum, quod obuenit ex falſis monetis, & detonſis: quod non contingit, quando monetæ non ordinantur, vt expendantur; præſertim quia tales monetæ non eſſent veræ monetæ, ſed potius quædam numiſmata: ſiquidem de ratione monetæ eſt, quod habeat certum valorem ratione materiæ, & proinde quod conſtet certa materia à Principe determinata, & proportionata valori, vt poſſit eſſe id, quo res omnes æſtimantur, iuxta *l. ſi ita fideiuſſorem, in fine, ff. de fideiuſſ.* & notant Ari. *li. 5. Ethicor. cap. 5.* Zaſius *in l. 2. §. mutui datio, ff de reb. cred.* Budel. *de re num. lib. 1. cap. 3. num. 9.* Gail. *de pignorat. cap. 13. num. 6.* Deinde quia euideret appareret materia, ex qua conſtaret, & proinde non haberet locum crimen falſi, ſine quo non habetur adulteratio pecuniæ.

Cudens monetam alterius Principis, ſed non perficiens, qua pœna ſit puniendus, vbi & de tondentibus. Quæſt. VIII.

SVMMARIVM.

1275 *Pœna Conſtitutionis Vrbani VIII. contra monetarios quando habeat locum quo ad monetas aliorum Principum.*

1276 *Cudens monetas cum ſigillo alterius, non punitur pœna ordinaria.*

1277 *Adulteratio monetæ proprij Principis & adulteratio monetæ alieni, ſunt diuerſa crimina.*

1278 *Finis Conſtitutionis Vrbani VIII. contra monetarios.*

1279 *Pœna Conſtitutionis Vrbani VIII. contra monetarios non habet locum, ſi moneta ſit aurea, aut mixta.*

Pœna ordinaria circa monetarios non habet locum, ſi crimen ſit circa monetas minimi valoris.

Quid ſi ſit circa monetas argenteas minimi valoris in modica quantitate.

1280 *Pœnæ ordinariæ contra monetarios non habent locum, ſi monetæ ſint obſoletæ, & bannitæ à Principe.*

Diſpoſitiones pœnales circa monetas ſunt tantum de venalibus.

1281 *Tondentes falſas monetas, &c. non ſubſunt pœnis, &c.*

1275 Ad VIII. Reſp. diſtinguendo: aut moneta illius Principis, quæ falſificatur, expenditur in loco vbi falſificatur, & locum habet Conſtit. S. D. N. aut non expenditur, vel non eſt redacta ad perfectionem, & tunc non: ita in terminis tenet D. Franch. *iuxta d. deciſ 440. n. 7.* & quod ad fiſcum pertinet probare, quod in loco vbi fabricatur moneta, expendatur; ſed monerem, ſi caſus accideret, vt conſulatur ſacra Congregatio.

ADDITIO.

1276 Cudentem falſas monetas cum ſigillo alterius Principis non puniri pœna ordinaria, tradunt Hippolytus *in l. qui falſam, num. 63. ff. de falſ.* Cuman. *conſil. 79.* Alexan. *conſil. 104. vol. 1.* & *conſ. 121. vol. 7.* Afflict. *ad conſtit. adulterinam, num. 3.* Tiber. Decian. *l. b. 7. crimin. cap. 27. num. 3.* Io. Aquila *de poteſt. monetæ cap. 10. ver. falſi ſus autem.* Budel. *de monet. cap. 27. num. 19.* Iulius Clar. *in pract. §. fin. quæſt. 67. init.* Anania *in cap. ad falſar. de falſ.* Vluius *com. opin.* verbo *moneta*, Hippol. *conſ. 53. num. 39.* Couaruu. *cap. 8. de veter. numiſ. num. 3. ver. quod ſi quis* Menoch. *de arbitrar. caſu 316. num. 27.* Azeuedo *lib. 8. recopilat. tit. 17. l. 5. num. 23. & 24.* Qua communi doctrina ſtante, dubitatur, an applicari poſſit Conſtitut. præfatæ Vrbani VIII. ita vt pœnæ in ea expreſſæ ſolum habeant locum quoad monetas Pontificis; aut quia Conſtitutio eſt pro omnibus Eccleſiaſticis degentibus intra Italiam, quo ad monetas ſolum illius Principis reſpectiuè, in quo delinquens reperitur.

1277 Et ratio dubitandi oritur ex eo, quod diuerſum eſt crimen, ſi adulterentur monetæ ſui Principis, ac ſi adulterentur alieni: ob quam rationem tradunt communiter Doctores, quod adulterans monetas Principis alieni, mitius ponitur, vt dictum eſt *num. præcedenti*. Nam adulterare monetas ſui Principis, continet crimen læſæ maieſtatis, *l. 2. C. de falſ. monet.* vbi Bald. Salicet. & alij Doctores. Andr. Sicul. *conſil. 70. ver. Et ſi ita videantur, vol. 4.* Cigas *de crim. læſæ maieſt.* Tit. *qualiter, & à quibus.* Crāmat. *conſ. 6. num. 7.* Angel. *de malefic.* verbo *præſente Caio, & appellante, num. 4.* Ceſol. *conſ 17.* Decian. *lib. 7. crimin. tract. cap. 23. num. 1.* Didac. Perez *in l. 4. tit. 6. lib. 8. ordinat.* Azeuedo *lib. 8. recopil. tit. 17. l. 5. num. 2.* Marſil. *de indult. cap. 27. num. 1.* Catalan. *eod. tract. cap. 28. num. 36. & 56.* Maurus *de modo procedendi ex abrupto, cent. 1. quæſt. 23. num. 130.* Adulterans autem monetas alieni Principis, non committit crimen læſæ maieſtatis, cum hoc crimen non habeat locum, niſi in ſubdito; & proinde cum ſit grauius crimen adulterare monetas proprij Principis, quam alieni, debet etiam correſpondere grauior pœna.

1278 Verum ſi hæc doctrina applicaretur præfatæ Conſtitutioni, pœnæ in ea contentæ non haberent locum niſi quo ad monetas cuſas auctoritate Summi Pontificis, quia cum afficiat ſolas perſonas Eccleſiaſticas, quæ non ſunt ſubditæ, niſi Summo Pontifici, & proinde ſolum contra ipſum committere poſſunt crimen læſæ maieſtatis, non deberent puniri taxatis pœnis, niſi peccantes contra monetas Summi Pontificis, quod eſt omnino contra ipſius

men-

Digitized by Google

ralsæ, & diminutæ, vel inuentæ fuerunt forficulæ, vel aliud genus instrumentorum, quo moneta tondi, aut minui solet, & si fuerint inuenta instrumenta apta ad cusionem, quæ probationem facient, ibi etiam latè declarat.

ADDITIO.

1270 Bona fama non iuuabit, si apud aliquem reperiantur instrumenta ad fabricandam monetam, & monetæ falsæ correspondentes instrumentis, seu sigillis. nam tunc constat de corpore delicti, si fiat experientia per peritos de monetæ falsitate. & cum delictum sit commissum in domo ipsius, insurgit vehementissima præsumptio, si non sit alius in eadem domo, in quem delictum refundi possit, aut nisi ipse nominet, à quo talia instrumenta, & monetæ inuectæ fuerint. Fieri enim posset, quod ipse nesciret, domi extare, & proinde considerandæ erunt indicia, an potuerit scire, quod apud se extarent, quia si probabile sit, quod nescierit apud se extare, excusabitur, tanquam si non extitissent, siquidem deficiente scientia redditur ei inuoluntarium. sic etiam ignorantet receptans non dicitur recepeare *l. 1. ff. de recep.* Vbi Doctores: Et ita docent Bossius *tit. de falsis monet. num.7.* Decian. *lib.7. crimin. c. 26. num.6. in fine*. Vnde si in aliqua domo reperiantur, in qua plures habitant, ad quos delictum pertinere potest, præsumptio contra illum orietur, ad quem spectat cubiculū, cæteri autem immunes erunt, nisi aliunde in suspicionem veniant, quia ille tanquam de reperto in suo cubiculo tenetur rationem reddere. Et quamuis ad se non pertinerent, non excusabitur, quia quamprimum id sciuit, tenebatur indicare *l.1. C. de falsi. monetis*.

1271 An autem, qui reperitur habere falsas monetas, aut instrumenta ordinata ad illius fabricationem, habeatur pro conuicto, si conetur abscondere, aut proijcere, affirmare videtur Decian. *li.7. crimin. cap. 26. num. 5* nam per hoc videtur declarare, se esse in dolo, quia non celat quis, quod sine culpa ab eo gestum est. Verum hoc mihi non videtur certum indicium doli, quia fieri potest, quod haberet illas pecunias falsas absq; animo expendendi, aut quod haberet denunciandi, ad quem pertinerent; sicut etiam dici potest de instrumentis, sed prœuentus, & dubitans de molestia subeunda, attentet celare. & ideo videndum erit, quomodo euacuet suspicionem, quam exhibuit tentans celare.

An in crimine falsæ monetæ requiratur actus consummatus, & quid si per reum non steterit. Quæst. VII.

SVMMARIVM.

1271 *In crimine falsæ monetæ sufficit, si per reum non steterit, quod delictum consummaretur.*

1273 *Non perficiens falsam monetam non punitur pœna ordinaria.*

1274 *Cudens monetas ex alia materia apparenti, quam currentis, an incurrat pœnas.*

Moneta debet esse id, quo res æstimantur, & proinde proportionata valori.

1272 Ad VII. Resp. Quod in casu falsę monetæ non requiritur, quod actus sit consummatus, quando per eum non stat, quin consummaretur. Ita Bart. *in l. qui falsas, ff. ad l. Cornel. de fal.* & ita tenet Dominicus de Franch. *decis.* 440. & secundum hanc opinionem iudicasse fac. Conc. Neap. vt refert Grammat. *decis.* 74.

ADDITIO.

1273 Communis est conclusio, quod qui non perficit falsam monetam, sed pœnitentia ductus intermittit attentatum, non punitur pœna ordinaria, sed pro qualitate inchoati delicti. Ita Glos. *in l. quicunque* verbo *Res erit ff. ad leg. Cornel. de falsi.* Dec. *lib.7. tract. crimin. cap.27. num.7.* Volateran. *lib.3. de mineral. tit.9. num.104.* Grammat. *decis.74.n.29. & 30.* Bocerus *de iure monetæ cap. 6.num.1.* Afflict. *ad cap. vnic. quæ sint Regal.* verbo *monetæ, num.24.* Clarus *lib.5. §. falsum, num.315.* Budel. *de re numer. lib.2. cap.27. num.23.* Bonifac. *de furt. §. fraudolosa, num. 66.* Gallin. *lib.5. de verbor. significat. capit.20. num.251.* Schoner. *lib.1. disp. feud.4. thesi 136. litera C.* Harprecht. *§. Item lex Cornelia de falsis 7.nu.51.* Instit. *de publ. iudicijs* Menoch. *de arbitr. centur. 4. casu 316. num.23.* Farinac. *tom.5. praxis quæst.215. num.92. & sequent.* vbi latè Kithzel. *de iure monet. class.5. quæst.2. sect.4. nu. 34.* Couarru. *de numism. cap.8. num. 3. ver. sed & an.* Azeuedo *lib. 8. recopil. tit.17. l.5. num.26.* Narbona *lib.4. nouæ recopil. tit.1. l.20. glos.7. num.86.* Et fundantur *in l. qui falsam, init. ff. ad leg. Cornel. de falsi.* Excipiunt tamen, quando per ipsum non steterit, quin crimen perfecerit, vel quia in flagranti repertus sit, & coactus sit fugere. Vnde etiam pœnæ huius Constitutionis Vrbani VIII. non habebunt locum in eo, qui pœnitentia ductus non perfecit opus.

1274 An autem ille, qui cuderet monetas alterius materiæ à currenti, vt qui cuderet monetas cum sigillo scutorum aureorum, sed ex plumbo, aut ære, ita vt ex inspectione statim notum fieret, quod cusæ non sunt, vt expenderentur, sed in alium finem, ne-

negatiuè videtur reſpondendum, quia ceſſat finis legis, quæ intendit per prohibitionem, & pœnas appoſitas auertere damnum, quod obuenit ex falſis monetis, & detonſis: quod non contingit, quando monetæ non ordinantur, vt expendantur; præſertim quia tales monetæ non eſſent veræ monetæ, ſed potius quædam numiſmata: ſiquidem de ratione monetæ eſt, quod habeat certum valorem ratione materiæ, & proinde quod conſtet certa materia à Principe determinata, & proportionata valori, vt poſſit eſſe id, quo res omnes æſtimantur, iuxta *l. ſi ita fideiuſſorem, in fine, ff. de fideiuſſ.* & notant Ari. *li. 5. Ethicor. cap. 5.* Zaſius *in l. 2. §. mutui datio, ff de reb. cred.* Budel. *de re num. lib. 1. cap. 3. num. 9.* Gail. *de pignorat. cap. 13. num. 6.* Deinde quia euidenter appareret materia, ex qua conſtaret, & proinde non haberet locum crimen falſi, ſine quo non habetur adulteratio pecuniæ.

Cudens monetam alterius Principis, ſed non perficiens, qua pœna ſit puniendus, vbi & de tondentibus. Quæſt. VIII.

SVMMARIVM.

1275 *Pœna Conſtitutionis Vrbani VIII. contra monetarios quando habeat locum quo ad monetas aliorum Principum.*

1276 *Cudens monetas cum ſigillo alterius, non punitur pœna ordinaria.*

1277 *Adulteratio monetæ proprij Principis & adulteratio monetæ alieni, ſunt diuerſa crimina.*

1278 *Finis Conſtitutionis Vrbani VIII. contra monetarios.*

1279 *Pœna Conſtitutionis Vrbani VIII. contra monetarios non habet locum, ſi moneta ſitærea, aut mixta.*

Pœna ordinaria circa monetarios non habet locum, ſi crimen ſit circa monetas minimi valoris.

Quid ſi ſit circa monetas argenteas minimi valoris in modica quantitate.

1280 *Pœnæ ordinariæ contra monetarios non habent locum, ſi monetæ ſint obſoletæ, & bannitæ à Principe.*

Diſpoſitiones pœnales circa monetas ſunt tantum de venalibus.

1281 *Tondentes falſas monetas, &c. non ſubſunt pœnis, &c.*

1275 Ad VIII. Reſp. diſtinguendo: aut moneta illius Principis, quæ falſificatur, expenditur in loco vbi falſificatur, & locum habet Conſtit. S. D. N. aut non expenditur, vel non eſt redacta ad perfectionem, & tunc non: ita in terminis tenet D. Franch. *iuxta d. deciſ 440. n. 7.* & quod ad fiſcum pertinet probare, quod in loco vbi fabricatur moneta, expendatur; ſed monerem, ſi caſus accideret, vt conſulatur ſacra Congregatio.

ADDITIO.

1276 Cudentem falſas monetas cum ſigillo alterius Principis non puniri pœna ordinaria, tradunt Hippolytus *in l. qui falſam, num. 63. ff. de falſ.* Cuman. *conſil. 79.* Alexan. *conſil. 104. vol. 1.* & *conſ. 121. vol. 7.* Afflict. *ad conſtit. adulterinam, num. 3.* Tiber. Decian. *l. b. 7. crimin. cap. 27. num. 3.* Io. Aquila *de pot. ſt. monetæ cap. 10. ver. falſans autem.* Budel. *de monet. cap. 27. num. 19.* Iulius Clar. *in pract. §. fin. quæſt. 67. init.* Anania *in cap. ad falſar. de falſ.* Vlius *com. opin.* verbo *moneta*, Hippol. *conſ. 53. num. 39.* Couaruu. *cap. 8. de veter. numiſ. num. 3. ver. quod ſi quis* Menoch. *de arbitrar. caſu 316. num. 27.* Azeuedo *lib. 8. recopilat. tit. 17. l. 5. num. 23. & 24.* Qua communi doctrina ſtante, dubitatur, an applicari poſſit Conſtitut. præfatæ Vrbani VIII. ita vt pœnæ in ea expreſſæ ſolum habeant locum quoad monetas Pontificis; aut quia Conſtitutio eſt pro omnibus Eccleſiaſticis degentibus intra Italiam, quo ad monetas ſolum illius Principis reſpectiuè, in quo delinquens reperitur.

1277 Et ratio dubitandi oritur ex eo, quod diuerſum eſt crimen, ſi adulterentur monetæ ſui Principis, ac ſi adulterentur alieni: ob quam rationem tradunt communiter Doctores, quod adulterans monetas Principis alieni, mitius ponitur, vt dictum eſt *num. præcedenti*. Nam adulterare monetas ſui Principis, continet crimen læſæ maieſtatis, *l. 2. C. de falſ. monet.* vbi Bald. Salicet. & alij Doctores. Andr. Sicul. *conſil. 70. ver. Et ſi ita videantur, vol. 4.* Cigas *de crim. læſæ maieſt. Tit. qualiter, & à quibus.* Crāmat. *conſ. 6. num. 7.* Angel. *de malefic. verbo præſente Caio, & appellante, num. 4.* Ceſol. *conſ 17.* Decian. *lib. 7. crimin. tract. cap. 23. num. 1.* Didac. Perez *in l. 4. tit. 6. lib. 8. ordinat.* Azeuedo *lib. 8. recopil. tit. 17. l. 5. num. 2.* Marſil. *de indult. cap. 27. num. 1.* Catalan. *eod. tract. cap. 28. num. 36. & 56.* Maurus *de modo procedendi ex abrupto, cent. 1. quæſt. 23. num. 130.* Adulterans autem monetas alieni Principis, non committit crimen læſæ maieſtatis, cum hoc crimen non habeat locum, niſi in ſubdito; & proinde cum ſit grauius crimen adulterare monetas proprij Principis, quam alieni, debet etiam correſpondere grauior pœna.

1278 Verum ſi hæc doctrina applicaretur præfatæ Conſtitutioni, pœnæ in ea contentæ non haberent locum niſi quo ad monetas cuſas auctoritate Summi Pontificis, quia cum afficiat ſolas perſonas Eccleſiaſticas, quæ non ſunt ſubditæ, niſi Summo Pontifici, & proinde ſolum contra ipſum committere poſſunt crimen læſæ maieſtatis, non deberent puniri taxatis pœnis, niſi peccantes contra monetas Summi Pontificis, quod eſt omnino contra ipſius

men-

mentem, ſiquidem, vt conſtat ex proœmio Conſtitutionis, intendit extirpare, ſeueritate pœnarum, hoc crimen ab Eccleſiaſticis, quos decet pacem euangelizare, & charitate proximum proſequi: quod non aſſequeretur, ſi pœnæ imponerentur ſolum delinquentibus circa monetas eius auctoritate fabricatas. Et proinde tenendum eſt, quod diſpoſitio delictum vniuerſaliter comprehendat circa quodcunque genus monetarum.

1279 Cum autem præfata Conſtitutio diſponat ſolum de monetis aureis, & argenteis, non habebit locum in monetis æreis, aut mixtis ex ære, & argento, aut alterius materię; ſiquidem pœnæ ſtrictè accipiendæ ſunt. Vnde etiam tradunt communiter Doctores, quod pœna ordinaria non habet locum, ſed alia mitior quo ad eos, qui fabricant falſas monetas minimi valoris, qualis regulariter ſolet eſſe moneta ærea, argum. ex *l. ſi quis C. de falſ. mon.* ita Decian. *lib. 7. crimin. cap. 27. num. 2.* Menoch. *lib. 2. de arbitrar. centur. 3. caſu 316. num. 33.* Tuſch. *litera M. concluſ. 354. num. 27.* Farinac. *tom. 5. praxis qu. 115. num. 91.* Harprech. *§. item lex Cornel. de falſ. 7. n. 52* Inſtit. *de publ. iud.* Bocer. *de iure monetæ cap. 5. n. 6.* Nicolaus Euerar. *iun. conſil. 54. num. 14.* Kithzelius *de monetis claſ. 5. quæſt. 2. ſect. 4. num. 33.* Cabal. *in reſol. crimin. caſu 199. num. 19.* Maurus Burg. *de modo proceden. ex abrup. cent. 1. quæſt. 23. num. 135.* Azeuedo *lib. 8. recopil. tit. 17. l. 5. num. 32.* An autem hoc extendi poſſit ad monetas argenteas minimi valoris, affirmatiuè eſſet reſpondendum, ſi in exigua quantitate cuderetur, quia haberet locum paruitas materiæ. Verum quia vbi agitur de exiguo emolumento, non præſumitur, quod quis ſe exponat periculo pœnæ grauiſſimę, quale eſt vltimum ſupplicium; nec quod plus impendere voluerit pro inſtrumentis, quam lucrari ex adulteratis monetis, ideo præſumitur, quod voluerit fabricare magnam quantitatem monetæ adulteratæ, & proinde non excuſabitur ratione exiguæ quantitatis.

1280 Ex quibus deducitur, quod ſi quis cuderet falſas monetas ex ijs quę prius erant in vſu, ſed de preſenti ſunt bannitę à Principe, aut tales monetas antiquatas tonderet, non haberet locum pœna ordinaria, atque adeo nec pœnę impoſitę in præfata Conſtitutione, ſed mitiores. Ita notant Decian. *lib. 7. crimin. cap. 25. num. 10.* Honded. *conſil. 92. n. 9 27. & 32. vol. 2.* Menoch. *lib. 2. de arbitr. caſu 316. num. 67.* Budel. *de monet. lib. 2. cap. 27. num. 36.* ver. *Quarto excuſabitur*, Farinac. *tom. 5. praxis quæſt. 115 num. 142.* Bocer. *de iure monetæ capit. 16. numer. 24.* Kithzel. *eod. tract. claſ. 5. quæſt. 2. ſect. 4. num. 49.* Franciſ. Curt. *de monet. num. 20.* vbi citat Bald. qui ita conſuluit. Azeuedo *lib. 8. recopil. tit. 17. l. 5. n. 25.* Guidius *de mineralib. quæſt 78. num. 115.* Lezana *in ſum.* verbo *Monetarij, num. 3.* Et quo ad actionem tondendi, conſtat, quia cum illę monetę non ſint vſuales, remanent in diſpoſitione poſſidentis, vt poſſit, quod libuerit de ipſis efficere. Ratio autem eſt, quia diſpoſitiones pœnales circa monetas ſunt tantum de vſualibus, quia in his tantum committi poteſt crimen falſi, & inferri damnum communitati. Monetę autem, quę non ſunt vſuales, non ſunt verę monetę, nec tali appellatione veniunt, cum non poſſint ſortiri finem, ad quem monetæ deſtinatur. Rurſus cum ſint reprobatę ſunt eliminatæ à re monetaria, & proinde non ſunt amplius ſub tutela publicæ auctoritatis, & ideo non violatur ius, & auctoritas Principis, nec ipſi fit iniuria.

1281 Quod etiam extenditur ad tondentes falſas monetas, aut eas adulterantes, vt notant Cotta *in memorabilibus*, verbo *actus nullus*, Decian. *lib. 7. crimin. cap. 27. num. 14.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. caſu 316. num. 19. & ſequent.* Surd. *deciſ. 282. num. 18.* quos citat & ſequitur Barboſa *de poteſt. Epiſc. allegat. 51. num. 62.* Lezana *in ſum.* ver. *Monetarij n. 3* Quod tamen intelligi debet, dummodo falſificatio monetarum falſarum non eſſet in ordine ad eas expendendas. Et ratio eſt, quia monetæ falſæ non ſunt veræ monetæ, & ideo non cadunt ſub diſpoſitionibus loquentibus de monetis; nam cum ſint pœnales ſtrictè accipiendæ ſunt, atque adeo de monetis in propria ſignificatione, & quæ ſunt veræ monetæ.

Falſam monetam apud ſe habens, aut expendens, an puniatur tanquam auctor. Quid ſi tacito nomine doceat de auctore. vbi & alia de materia. Quæſtio IX.

SVMMARIVM.

1282 *Falſam monetam habens vel expendens punitur; excuſatur docens de auctore, licet non exprimat nomen, ſi ſit bonæ famæ.*

1283 *Doloſè falſas monetas expendens punitur pœna mortis, vel mitiori, ſecundum alios.*

Conciliantur opiniones.

1284 *Pœnæ Conſtitutionis Vrbani VIII. contra monetarios an locum habeant quò ad omnes expendentes monetas falſas.*

In pœnis ſit benignior interpretatio.

Verbum ſubſequens declarat antecedens.

1285 *Ignorãtia excuſat expendentes falſas monetas.*

Ignorantia reddit factum inuoluntarium.

1286 *Ignorantia craſſa & ſupina an excuſet à pœna expendentium monetas falſas.*

Vt locum habeat pœna requiritur dolus.

Quælibet cauſa etiam iniuſta excuſat à pœna.

1287 *Quando pœna eſt impoſita ſcienter delinquenti, quælibet ignorantia excuſat.*

Quæcumque ignorantia excludit dolum, etiam craſſa.

1288 *Antequam procedatur contra expendentes monetas falſas, quid prærequiratur.*

Pro Eccleſiaſticis præſumitur bona opinio.

1289 *Si dubiũ ſit, an moneta ſit falſa, an poſſit expẽdi.*

1290 *Dicens, ſi moneta erit falſa, tradam probam, omnino excuſatur.*

1291 *Expendens monetam falſam tanti, quanti valet, aut ludo exponens, an excuſetur.*

Ad

1282 Ad 9. Reſp. Quòd falſam monetam habens, vel expendens ſcienter, punitur pœna mortis in Regno Neapolit. ſed habens, vel expendens, excuſatur, ſi docet de authore, etiam non expreſſo nomine, quando eſt bonæ famæ. Ita in proprijs terminis tenet D. de Franch. *deciſ.* 401. *per totam*, vbi quamplurimos cumulat authores, ad quos breuitatis cauſa te remitto.

ADDITIO.

1283 Pœna mortis afficiendos eſſe tanquam falſarios qui falſas monetas doloſe expendunt, tradunt Marſil. *in l. qui falſam*, & *l. lege Cornelia §. eadem pœna*, & *§. eadem lege*, *ff. ad leg. Cornel. de falſ.* Couaruu. *de veter. numiſ. cap* 8. *num.* 4 Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. cent.* 4. *caſu* 38. *num.* 52. Honded. *conſ.* 92. *num.* 5. *vol.* 2. Harprech. *in §. item lex Cornel. num.* 58. Farinac. *tom.* 5. *prax. queſt.* 115. *inſpection.* 3. *num.* 115. Sixtin. *lib.* 2. *de regal. cap.* 7. *n.* 135. Afflict. *in Conſtit. Regni Sicil.* Rubr. *adulterinam*, *§.* 1. *num.* 3. Clar. *§. falſum*, *num.* 38. Vincent. de Franch. *deciſ.* 401. Ricc. *collect.* 147. *ampl.* 4. Homobon. *tract.* 10. *exam. Eccleſ. cap.* 4. *queſt.* 12. *reſol.* 2. Hæc tamen opinio non eſt certa, nam oppoſitum tenent, nempe non eſſe afficiendos pœna mortis, ſed ſolum mitiori, Bart. *in l. lege Cornelia*, *ff. ad leg. Cornel. de falſ.* Schoner. *lib.* 1. *diſput. feud.* 4. *theſi* 145 Budel. *de re num. cap.* 27. *num.* 34. *in fine*. Boniſac. *de furtis*, *§. fraudoloſa*, *num.* 62. teſtans de praxi Volateran. *lib.* 3. *de mineralib. tit.* 9. *num.* 107. Peguer. *deciſ.* 46. *num.* 14. Tuſch. *litera M. concluſ.* 352 *num.* 1. & *concluſ.* 354. *num.* 32. Panormit. *in cap. ad falſarior. de crimine falſi*, Anania *ibid.* Hippol. *conſil.* 47. *num.* 2. Cepolla *conſil.* 87. *num.* 2. Decian. *lib.* 7. *criminal. cap.* 25. *num.* 4. Verum hæ contrariæ opiniones videntur poſſe conciliari, vt prima procedat quando expendens falſam monetam, cooperatur crimini cudentis, ita vt ſciat, à quo cudatur, & in gratiam ipſius expendat, nam tunc participat in crimine, & ideo teneri debet eadem pœna. Secunda vero locum habeat, quando cognoſcit quidem monetam eſſe falſam, ſed neſcit, à quo fabricata ſit, nec vllo pacto delicto fabricandi cooperatur; quod delictum, cum ſit minus, minori quoque pœna puniri debet, cum pœna debeat eſſe proportionata delicto.

1284 Quod autem ſpectat ad præfatam Conſtitutionem Vrbani contra monetarios, apertè etiã ad expendentes adulteratas monetas extendit eamdem pœnam vltimi ſupplicij impoſitam fabricantibus falſas monetas; ſi tamen ſcienter id faciant, Dubium tamen eſt, an quò ad omnes expendentes falſas monetas ſcienter habeat locum, an vero accipienda ſit iuxta explicationem *num. præcedent.* Et quidem cum in pœnis fiat benignior interpretatio, *l. penul. ff. de pœnis*, & cap. *ex literis de conſtit.* & cap. *in pœnis de reg. iur. in* 6. videtur admitti poſſe dicta explicatio, vt ſcilicet pœna vltimi ſupplicij locum habeat, quo ad eos qui primò expendunt falſas monetas, non autem quo ad eos, qui expendunt acceptas ab alio. Cui expoſitioni fauent verba Conſtitutionis, ibi *§.* 3. *ſeu etiam quomodolibet adulteratas ſcienter erogare*, *aut exponere præſumpſerit*. Verbum enim *exponere*, quadrat illi, qui primò expendit, nam ille propriè exponit pecunias publicæ negociationi, qui verò ab alio acceptas expendit, non exponit, ſed iam expoſitis vritur. Vnde verbũ *exponere*, declarat verbum antecedens, *erogare*, & reſtringit ad primam erogationem, iuxta *l. vtrum ff. de petit. hæred.* & *l. qui filiabus*, *init.* & *l. ſi ſeruus §. fin. ff. de leg.* 1. & *l. quæſitum*, *§.* 1. & *l. prædys*, *ff. de leg.* 1. & notant Caſtrenſ. *conſil.* 357. *num.* 3. *volum.* 1. Imola *conſil.* 85. *init.* Signorol. *conſil.* 37. *num.* 7. ver. *præterea*, Roman. *conſil.* 328. *num.* 5. Deinde prohibetur ſub eadem pœna erogatio monetarum falſarum, ſub qua prohibetur fabricatio, tanquam delictum pullulans ex delicto fabricationis, ſeu potius tanquam aſſequutio finis, ad quem ordinatur delictum fabricationis, vt nedum ſit prohibitum delictum, ſed etiam finis delicti. Ergo cenſeri debet prohibita ſub tali pœna ſola prima erogatio monetarum adulteratarum, cum in ipſo obtineatur totus finis cudentium falſas monetas. Nec obſtat dictio *ſcienter*, quaſi per ipſam determinetur ad omnem erogationem, quæ fiat cum ſcientia; nam etiam prima erogatio poteſt fieri cum ſcientia, & etiam ſine ſcientia, vt ſi fabricans monetas falſas det alicui expendendas, qui neſciat eſſe falſas, nam tunc non puniretur; & ideo dictio, *ſcienter*, non eſt ſuperflua, ſed coarctat diſpoſitionem ad primam erogationem, quæ fiat cum ſcientia.

1285 Secluſa autem ſcientia in expendentibus falſas monetas, nulla pœna habet locum, cum ignorantia excuſet, & reddat factum inuoluntarium, vt deſumitur ex *l. lege Cornelia*, *§. eadem lege*, ibi. *dolo malo ff. ad leg. Cornel. de falſ.* vbi Bart. *num.* 4. Marſil. *in l. qui falſam*, *num.* 65. *eod. tit.* Budel. *de re numar. lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 35. Honded. *conſil.* 92. *n.* 16. *vol.* 2. Bocer. *de iure monetæ*, *cap.* 6. *num.* 14. Boniſac. *de furt. §. fraudoloſa*, *num.* 63. Harprechr. *in §. item lex Cornel. de falſis*, *num.* 60. Inſtit. *de publ. iud.* Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. centur.* 3. *caſu* 316. *num.* 55. Farinac. *tom.* 5. *praxis quæſt.* 115. *inſpect.* 3. *num.* 153. Crauetta *conſil* 244. *num.* 4. Decian. *lib.* 7. *crimin. cap.* 26. *num.* 3. & *cap.* 27. *num.* 1. Macerat. *reſol.* 44. *caſu* 7. *num.* 1. *lib.* 3. Burgus *de modo proceden. ex abrup. cent.* 1. *quæſt.* 23. *num.* 139. Azeuedo *lib.* 8. *recopil. tit.* 17. *l.* 5. *num.* 45. Kitzelius *de iure monet. claſ.* 5. *quæſt.* 2. *ſect.* 4. *num.* 41. Cabal. *in reſol. crim. caſu* 199. *num.* 7. & 15.

1286 Et quamuis Marſil. *in l. qui falſam*, *n.* 89. *ff. de falſ.* quem videtur ſequi Menoch. *de arbitr. li.* 2 *caſu* 316. *num.* 56. velit ignorantiam craſſam, & ſupinam non excuſare; verius tamen puto, quod licet non excuſet à peccato, excuſet tamen à pœna. Siquidem vt locum habeat pœna, requiritur dolus, *l. lege Cornelia §. eadem lege ff. ad leg. Cornel. de falſ.* Quælibet autem cauſa excuſat à dolo *l.* 2. *ff. de plagiar.* & notant Hippolyt. *conſil.* 2. *num.* 14. Clar. *§. fin. quæſt.* 69. *num.* 21. Surdus *deciſ.* 89. *num.* 21. Farinac.

par. 1. *praxis, quæſt.* 16. *num.* 64. Quod valet etiam ſi cauſa ſit iniuſta, & fatua, *l. igitur, §.* 3. *ff. de liber. cau.* Gloſ. *in l.* 1. *in fine, ff. ſi quis ius dicen.* Menoch. *de recuper. poſſeſſ. remed.* 5. *num.* 49. Dec. *conſ.* 37. Iaſ. *in l. qui iuraſſe, num.* 5. *ff. de iureiur.* Pinel. *in l.* 2. *par.* 2. *cap.* 3. *num.* 18. *Cod. de reſcinden. vendit.* Gabr. *concluſ.* 8. *num.* 83. *lib.* 7. Honded. *conſ.* 35. *numer.* 59. Quando autem interuenit ignorantia, licet craſſa, interuenit etiam aliqua cauſa.

1287 Atque in terminis præfatæ Conſtitutionis Vrbani VIII. contra monetarios, res eſt magis certa; quia Pontifex vtitur verbis, *Scienter*, & *præſumpſerit*. Quando enim pœna imponitur præſumenti, & ſcienter aliquid facienti, ignorantia, quantumuis craſſa, excuſat à pena. Ita Bart. *in l. ſi adulterium, num.* 11. *ff. ad leg. Iudiam de adult.* Ancharan. *in Clemen. vn. de conſang.* Imola *num.* 4. Bonifac. *num.* 14. Syluester verbo *Ignorantia quæſt.* 8. Couaruu. *in cap. alma mater par.* 1. *§.* 10. *num.* 17. ver. *eadem ſane*, Henriquez *lib.* 13. *de excom. cap.* 23. *num.* 3. Ledeſma *in ſum. cap.* 3. *de excommun. dub. vlt. dicto* 3. Ludouic. Lopez *par.* 2. *Inſtruct. cap.* 13. *de excom. §. ſed iam ad ſecundum punct.* Gregor. Lopez *l. fin.* verbo *A ſapiendas, tit.* 18. *par.* 7. Quos citat & ſequitur Sanchez *lib.* 9. *de matr. diſp.* 32. *num.* 36. Et ratio eſt. Quia quando lex requirit, quod aliquid ſcienter fiat, requirit etiam dolum, & animum delinquendi. Stante autem quacunque ignorantia excluditur dolus, *l. Et ſi leges §. ſcire ff. de petit. hæred.* ibi. *Non puto eſſe prædonem, qui dolo caret, quamuis in iure erraut*, & *l. igitur*, ver. *Et generaliter ff. de liberal. cau.* ibi, *Et generaliter quoties aliquis iuſtis rationibus ductus, vel non ductus, ſine calliditate tamen putauit ſe liberum: dicendum eſt, hunc in ea cauſa eſſe, vt ſine dolo malo in libertate fuerit.* & *l. Si quis id. in fine ff. de iuriſdict. omn. iud.* ibi. *Doli mali ideo in verbis edicti fit mentio, quia ſi per imperitiam, vel ruſticitatem, vel caſu aliquis fecerit, non tenetur*. Atque quod quælibet ignorantia etiam craſſa excludat dolum, tradunt Gloſ. *in l. in actionibus*, verbo *non etiam, ff. de in lit. iur.* & *l. plagij* 2. ver. *iuſta, C. ad l. Flau. de plagiar.* vbi Bald. *init.* Angel. *in l. Si quis id §. doli, ff. de iuriſdict. omn. iud.* Bart. *in l. quod Nerua num.* 20. *ff. depoſiti*. Abbas *in cap.* 2. *num.* 6. *de conſtit.* Alex. de Næuo *num.* 45. iuncto *n.* 53 Anton. *num.* 9. Imola *num.* 12. Felin. *in cap. ſi vero* 2. *de ſent. excommun.* Couaruu. 4. *Decret. par.* 2. *cap.* 6 §. 8. *num.* 21. Syluester verbo *Ignorantia quæſt.* 8. Præterea quando quis operatur cum ignorantia craſſa, & affectata, verè operatur ignoranter. Ergo non ſcienter, quia operari ſcienter, & ignoranter, opponuntur.

1288 Cum ergo requiratur ſcientia in expendente monetas falſas, vt contra aliquem procedatur, imprimis, & ante omnia probanda erit ſcientia ipſius, & dolus; & non probata, non habet intentionem. Ita docent Dinus *Conſil.* 38. *num.* 7. Bald. *conſil.* 155. Barbat. *conſil.* 29. *num.* 12. *lib.* 2. & *conſil.* 51. *num.* 3. *lib.* 3. Decian. *lib.* 7. *crimin. cap.* 26. *num.* 3. Vincent. de Franch. *deciſ.* 351. *num.* 2. Macerat. *reſol.* 44. *caſu* 7. ver. *Tertio quia lib.* 3. Io. Anton. *in Capit.* 31. *Regni Neapol. num.* 14. Couarruu. *de numiſ. cap.* 8. *num.* 4. Farinac. *tom.* 3. *prax. q.* 215. *inſpec.* 3. *num.* 156. Honded. *Conſil.* 92. *num.* 28. Kitzel. *de monet. claſ.* 5. *q.* 2. *ſect.* 4. *num.* 42. Bocer. *de iure monet. cap.* 6. *num.* 16. Burgus *de modo proceden. ex abrup. centur.* 1. *quæſt.* 23. *num.* 151. Et ratio eſt, quia antequam procedatur contra aliquem conſtare debet de corpore delicti: vnde cum in præſenti caſu delictum non ſit expenſio monetarum falſarum abſolutè, ſed facta cum ſcientia, atque adeo qualificata, non conſtabit de corpore delicti, niſi conſtet de expenſione ita qualificata. Præſertim, quia in dubio ſemper præſumitur ignorantia, niſi ſcientia probetur *l. Verius, ff. de probat.* & cap. *Præſumitur de reg. iur. in* 6. Et hoc ſpecialiter habebit locum in terminis Conſtitutionis Vrbani VIII. contra Monetarios; nam cum diſponat contra perſonas Eccleſiaſticas, pro quibus præſumitur opinio bona, erunt excuſandi, vt notant Decian. *lib.* 7. *crimin. capit.* 27. *num.* 17. Alexander *conſil.* 121. *numer.* 8. Farinac. *in praxi quæſt.* 92. *num.* 41. alios citans. Macerat. *reſol.* 44. *caſu* 7. *in fine lib.* 3. niſi ſcientia probetur.

1289 In dubio autem, an moneta ſit falſa, quia ſcilicet aliqui dicunt eſſe falſam, alij eſſe probam: credo poſſe expendi abſque incurſu pœnarum, & abſque peccato, quia diuerſorum iudicia faciunt opinionem probabilem pro vtraque parte, & ideo poteſt ſequi quam partem libuerit. Rurſus, in dubio actus eſt iudicandus potius licitus, quam illicitus, vt notant Alciat. *de præſump. reg.* 3. *præſum.* 1. Bertazol. *Conſil.* 387. *num.* 10. Marſil. *conſil.* 61. *num.* 28. & *conſil.* 96. *num.* 8. vnde etiam de licita expenſione monetæ, potius licita iudicanda eſt, quam illicita. Denique quia in dubijs melior eſt conditio poſſidentis, dominus autem illius monetæ eſt in poſſeſſione expendendi talem monetam.

1290 Ex quibus deducitur, quod ſi quis expendens monetam, dicat, ſi deprehenſa fuerit non proba, aliam probam tradam, omnino excuſabitur, ſi falſa inuenta fuerit. Ita Decian. *lib.* 7. *crimin. cap.* 25. *num.* 15. & *cap.* 27. *num.* 19. Andr. Sicul. *conſil.* 51. *num.* 3. Menoch. *lib.* 2. *de arbitrar. cent.* 4. *caſu* 316. *num.* 60. Honded *conſil* 92. *num.* 22. *vol.* 2. Farinac. *tom.* 5. *praxis quæſt.* 115. *inſpect.* 3. *n.* 144. Kithzel. *de iure Monet. claſ* 5. *quæſt.* 2. *ſect.* 4. *n.* 44. Per talem enim proteſtationem remouet animum à facto expenſionis adulteratæ monetæ, & declarat, ſe nolle expendere, niſi probam monetam. Deinde cum non conſentiat expenſioni, niſi ſub conditione, quod bona ſit, dum inuenitur falſa, ceſſat conditio, atque adeo moneta habetur pro non expenſa.

1291 An autem, qui expenderet monetam falſam tanquam falſam, tanti, quanti valet, aut ſi vt talem ludo exponeret, ſubijceretur pœnis, negant Marſil. *in l. Qui falſam. num.* 98. *ff. Ad leg. Corn. de falſ.* Bald. *conſil.* 23. verbo *Statutorum, lib.* 3. Menoch. *lib.* 2. *de Arbitr. cent.* 4. *caſu* 316. *numer.* 62. Grat. *reſpon.* 151. *n.* 24 *par.* 2. Farinac. *tom.* 5. *praxis quæſt.* 115. *inſpect.* 3. *num.* 141. Bocer. *de iure monet. cap.* 6. *num.* 21. Budel. *de re numar. lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 35. Decian. *lib.* 7. *crimin. cap.* 27. *n.* 35. Kithzel. *de monet. claſ.* 5. *quæſt.* 3. *ſect.* 4. *num.* 45. Quia dum declarat monetam eſſe falſam, non committit crimen falſi, atque adeo nec crimen, quod prohibetur in expenſione monetarum falſarum. Aduertit

uertit tamen Menochius inſpiciendum eſſe, an verisimile ſit, quod vel propter ludendum, aut exponendum pro eo, quod valent, conſeruet huiuſmodi monetas: conſideranda etiam eſt quantitas; quia ſi quis haberet magnam vim talium monetarum, veniret in ſuſpicionem, qnod complex eſſet cudentis, cum non ſit verisimile, quod inaduerterter ab alio acceperit, aut ſi accepiſſet, non reſtituerit, & exegerit monetas probat.

Quot modis moneta adulterari poſſit. Quæſt. X.

SVMMARIVM.

1292 *Quatuor modis adulteratur moneta.*
1293 *In quo proprie conſiſtat falſificatio monetæ.*
Cudentes monetas mixtas viliori metallo, pœna ordinaria puniendi ſunt.

1292 Ad 10. Reſp. Quatuor modis poteſt moneta adulterari, tondendo, rodendo, aqua forti minuendo, & falſo metallo cudendo, Abb. *in cap. quanto, de iureiur.* & *ibi* Innoc. Couar. *de numiſmat. cap.* 7. & 8.

ADDITIO.

1293 Non ſolum, qui cudunt monetas ex falſo metallo, ſed etiam qui vero metallo viliorem materiam admiſcet, eſt adulterator monetæ; imo in hoc propriè conſiſtit falſificatio, dum melius fraus tegitur, & proinde pœna ordinaria plectendi ſunt, non ſolum de iure communi, ſed etiam iuxta præfatam Conſtit. Vrbani VIII. contra Monetarios. Et quò ad ius commune, ita habetur ex *l. Si quis nummos, in fine C. de falſ. mon.* Et tradunt Gloſ. *in cap. Quanto*, verbo *Defraudata, in fin. de iureiur.* Butr. *ibid. num.* 15. Hoſtienſ. *num.* 9. Clar. *§. Falſum, num.* 37. ver. *Falſificans*, Couarruu. *de vet. numiſ. cap.* 8. *num.* 1. Capel. Tholoſ. *deciſ.* 162. Bonifac. *de furt. §. Fraudoloſa, num.* 57. Budel. *lib.* 2. *de re numar. cap.* 27. *num.* 14. & 15. Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. cent.* 4. *caſu* 316. *num.* 6. Fabius de Monte *de empt. & vendit. quæſt.* 5. *princip. num.* 7. Farinac. *tom.* 5. *prax. quæſt.* 115. *inſpect.* 1. *num.* 16. 31. & 46. Harprec thuſ. *§. Item lex Cornel. de falſ. num.* 45. & *ſequent.* Guid. *lib.* 3. *de mineral. tit.* 9. *num.* 96. Schoner. *lib.* 1. *diſp. Feud.* 4. *theſi.* 134. *littera D.* Tuſch. *littera M. concluſ.* 354. Kithzel. *de monet. claſ.* 5. *q.* 2. *ſect.* 4. *num.* 24.

An aurum, & argentum chimicum poſſint vendi pro vero. Quæſtio XI.

SVMMARIVM.

1294 *Aurum, & argentum chimicum non poſſunt vendi pro vero auro, & argento.*
1295 *Imo vendendum pro eo, quale eſt, & pro vero, ſi eſt verum.*

1294 Ad 11. Reſp. Quòd nunquam eſt vendendum aurum, vel argentum alchimiſticum, pro vero auro, & argento, licet appareat verum, & reſiſtat igni, & aquæ viuæ: & ſi habet proprietates aliquas auri, & argenti, tamen non poteſt habere omnes connaturales eiſdem, vt puta lætificandi animum, & deſeruiendi Medicinæ, & non eſt diu duraturum. D. Th. 2. 2. *q.* 77. *art.* 2. *ad primum*. Caiet. *in ſum. in ver. Alchimiſta*. Old. *conſ.* 74. *aliàs* 74. Tab. *ver. emptio, n.* 9. Abb. *in c.* 2. *de ſortileg. in fine*. Caiet. 2. 2. *q.* 77. *art.* 2. *ad primum*, vbi reddit quatuor cauſas, quare iniuſta ſit venditio auri, vel argenti ſophiſticati: prima eſt, quia non poteſt deſeruire nummis conficiendis: ſecunda, quia non diu durat: tertia, quia non naturale: quarta, quia frequentius applicatur, vide Armil. *ver. Alchimia, num.* 1. Oldrad. *conſ. cit.* Iſer. *in tit. quæ ſint reg.* in ver. *Moneta*, Pegn. *com.* 26. *in* 3. *part. director. inquiſitor.* & Sylueſt. *in ver. Alchimia*, & ſuperius, *in ver. caſus, in quibus, §. Alchimiſtici*, quibus in locis habetur, Alchimiſticos eſſe ſuſpectos ſaltem de ſuperſtitione non pauca.

ADDITIO.

1295 Placent, quæ tradunt Oldrad. *Conſil.* 74. quod incipit. *An alchimiſta*. Abbas *in cap.* 2. *de ſortileg.* Iſernia *in cap.* 1. ver. *Moneta, tit. Quæ ſint regal. in vſib. feud.* Bald. *ibid.* Afflict. *num.* 32. & *ad Conſtit. Regni* Adulterinam, *num.* 12. & 13. Speculat. *Tit. de crim. falſi in Rubrica*, vbi late Hippolyt.

polyt. *in l. Qui falsam. num. 113. ff. ad leg. Cornel. de falsi.* Anania *in cap. 2. de sortileg.* & *in cap. fin. de crimine falsi.* Decian. *lib. 7. crimin. cap. 23. num. 2.* & D. Th. 2. 2. *quæst. 77. ar. 2. ad 1.* Quod scilicet potest vendi pro eo, quod est; ita vt vendatur pro vero, si tale est. Et ratio clara est, quia dum venditur pro eo, quod est, nulla fit iniuria-ementi, nec committitur crimen falsi. Et quamuis artificiosè sit factum, & hoc taceatur, nihil obstat, quia non venditur modus, quo est factum, sed ipsa substantia auri: vnde, si ex eo, quod sit factum per artem, non resunditur in ipsum aliquod vitium occultum, non est necessarium aperire modum, quo est factum.

An possit quis expendere falsam monetam, quam habuit ab alio. *Quæstio XII.*

SVMMARIVM.

1296 *Non potest quis expendere monetam falsam, licet bona fide acceperit ab alio.*
1297 *Si expenderet, committeret crimen falsi. An excusetur ratione paruitatis materiæ.*
Paruitas materiæ quando habeat locum?
1298 *Expendens falsas monetas compulsus necessitate, mitiori pœna punitur.*

1296 Ad 12. Resp. Si quis bona fide habuit monetam falsam ab aliquo, non potest eam tuta conscientia expendere, sed debet inuestigare eum, qui dedit, si potest, aliàs non, D. Ant. 2. *part. c. 17. §. 4. & 5.* Tab. *in ver. emptio, §. 3.* Nau. in *Manu, c. 17. 173. & c. 19. n. 8.* Sylu. *in ver. falsarius.*

ADDITIO.

1297 Communis est, & certa doctrina auctoris, nam adhuc in tali erogatione committeretur crimen falsi, & verificaretur quod falsam monetam expenderet; & proinde peccaret mortaliter, & teneretur ad restitutionem, nisi ex paruitate materiæ excusaretur. Sed dubium est, an subiaceret pœnis impositis expendentibus falsas monetas in casu, in quo moneta esset tanti valoris, quod peccaret mortaliter, sed non vltra vnam, aut alteram. Et quidem videtur excusari posse ratione paruitatis materiæ, quia licet inferat dānum graue accipienti, & proinde teneatur ad restitutionem: attamen non videtur inferre graue damnum rei monetariæ, & auctoritati Principis. Verum non excusari omnino, sed solum mitiori pœna esse puniendum, tradunt Alexan. *consil. 121. num. 3. lib. 3.* Barbatia *consil. 51. num. 15. lib. 3.* Decian. *lib. 7. crimin. cap. 27. num. 16.* Quia adhuc talis expensio est crimen falsi, & continet totam malitiam delicti: nec paruitas materiæ habet locum. Quia tunc solum paruitas materiæ habet locum, quando crimen contingit secundum materiam, ita vt ipsa materia sit obiectum delicti, vt contingit in furto, quod pro obiecto habet rem alienam. Non autem, quando contingit secundum aliquam habitudinem, seu formam materiæ; nam tunc habitudo, seu forma secundum se totam reperitur in qualibet exigua materia. Vnde cum crimen falsæ monetæ non consistat in materia, sed in forma materiæ, nempe in eo, quod materia non idonea vestiatur auctoritate Principis, & exponatur ciuili commercio; & hæc forma etiam in vnica moneta reperiatur, cum violatione auctoritatis publicæ, locum non habebit paruitas materiæ, sed solum habita ratione exiguī damni, succedet mitior pœna.

1298 Rursus excusabitur ab ordinaria pœna, & mitiori solum erit puniendus, si ratione necessitatis expendat monetas falsas. Ita Menoch. *lib. 2. de arbitrar. casu 316. num. 71.* Bocer. *de iure monetæ c. 6. num. 25.* Hippolyt. *Consil. 71. num. 27.* Decian. *lib. 7. crimin. cap. 27. num. 5.* Kithzel. *de iure monet. clas. 5. quæst. 2. sect. 4. num. 50.* Cum enim ad manus pauperis aliqua moneta falsa peruenit, nec potest ei restituere, à quo accepit, valide durum illi videtur, si carere debeat vtilitate talis monetæ, præsertim si inde victū, aut vestitum deberet sibi comparare, aut pensionem domus soluere, & ideo dignus est miseratione, si expenderit, & pœna satis miti puniendus erit. Denique omnes illæ causæ, quæ excusant ab ordinaria pœna cudentes monetas falsas, excusabunt etiam expendentes, quia hoc est minus graue delictum.

ADDITIO.

Notationes aliæ circa Principes habentes ius cudendi monetas.

SVMMARIVM.

1299 *Quid teneantur seruare Principes in cudendis monetis.*
An tanti valere debeat moneta, quanti rudis massa.
Princeps an in cudendis monetis possit aliquid lucrari

In

1300 *In minutis monetis materia an debeat correſpondere valori ſicut in groſſis.*
1301 *Ratione neceſſitatis an poſſit Princeps cudere monetas inferioris ligæ, & æqualis valoris cum bonis.*
1302 *Tempore belli an poſſit Princeps augere valorem monetæ ſupra iuſtum.*
1303 *Princeps an poſſit cogere deferri monetas ad erarium & alio ſigno ſignatam augere, & reſtituere ſolum partem delatæ æquivalentem bono valori. Quid ſi rurſus redeant ad priſtinum valorem. In contributione ſecunda, quantum poteſt, æqualitas.*
1304 *Iuramentum, quod moneta vitiata, &c. exigendi, non tenet. Iuramentum contra bonos mores non valet.*
1305 *Princeps iubens conflari probam monetam, & vendi in deteriorem peccat mortaliter.*
1306 *Quid ſi id faciat ex rationabili cauſa.*
1307 *Principi non licet pro libito mutare monetas præſertim in deterius.*
1308 *Quid ſi conſentiat populus.*
1309 *Princeps reprobans monetam probam, vt eam reducat in erarium, & deteriorem conficiat, peccat grauiter.*
1310 *Princeps iubere poteſt vt moneta vitiata deferatur ad erarium ſoluendo iuſtum pretium.*
1311 *Princeps exæquans monetam probam deteriori cuicunque tenetur ad reſarcienda damna.*
1312 *Princeps conflari faciens monetas groſſas minutas, ſi materia proportionaliter non reſpondeat, peccat, & tenetur ad damna.*
1313 *Princeps an poſſit monetas alterius Principis conflare ſub proprio ſigillo.*
1314 *Potens cudere monetas, an poſſit ſub alieno ſigillo.*
1315 *Quid ſi cudat, & tranſmittat vbi expendantur, & ſint cuſa, & ſint vitiata.*
1316 *Princeps an poſſit tranſmittere ſuas monetas æreas minutas in ditionem alienam, vt conuertantur in argenteas.*
1317 *Habens ius cudendi monetas, an poſſit alteri locare, &c. pacta penſione.*
1318 *Feudatarij puniri poſſunt à domino directo, ſi delinquant in cudendis monetis.*
Abutens priuilegio, meretur illo priuari.
1319 *Princeps an poſſit priuato concedere ius cudendi monetas nomine proprio.*
Moneta debet eſſe publicè auctorizata.
Maius eſt cudere monetas, quam ſtatuta condere.

1299 Neque Principes habentes ius cudendi monetas exempti ſunt à delictis, quæ circa eaſdem monetas contingere poſſunt. Tenetur ergo Princeps ſeruare iuſtitiam in cudendis monetis, ita vt taxet valorem ipſarum iuſta proportionem materiæ ex qua conſtat. Et quamuis Bart. *in l. 2. §. Mutui, ff. Si cert. pet.* & *in l. Paulus, ff. de ſolut.* ſentiat, quod tanti debeat valere pecunia formata, quanti valet rudis maſſa, ita vt expenſæ fabricationis de publico fiant; communiter tamen concedunt, quod detrahi poſſint expenſæ in cudendo fieri ſolitæ. Ita Curtius *tract. de monet. num.* 2. Decian. *lib. 7. crimin. cap.* 23. *num.* 31. Innocent. *in cap. quanto*, ver. *Et hoc quidem*, *de iureiuran.* Imola *num.* 16. Bald. *num.* 19. Ancharan. *num.* 7. Butrius *num.* 10. Imola *num.* 16. ver. *ſecundo dicitur*. Panorm. *num.* 11. Alexan. *num.* 62. *in fine*. Afflict. *in cap. vnic. num.* 23. *quæ ſint reg.* Farinac. *tom.* 5. *prax. inſpect* 1. *num.* 58. *& ſequent.* Kithzel. *de monet. claſ.* 5. *queſt.* 2. *ſect.* 4. *num.* 2. Addit tamen Innocent. quod poteſt Princeps ex cuſione monetarum percipere aliquod modicum lucrum; ſed non video quo iuſto titulo percipere poſſit, quia cum ratione officij teneatur prouidere populis monetas vſuales, non poteſt ex hoc capite aliquid lucrari; imo cum monetæ ſint communes ſuis ſubditis, & cæteris quoque, qui in commercio communicant, inferret illis damnum, quia nullum poteſt habere iuſtum titulum lucrandi cum ipſis in fabricatione monetarum. Vnde ſi materia non reſpondeat valori monetarum, aut ſint inferioris ligæ, quàm deberent eſſe, peccant mortaliter, & tenentur ad reſtitutionem, non ſolum quo ad ſuos ſubditos, ſed etiam quò ad exteros, ad quos moneta peruenit.

1300 Sed dubium eſt, an hoc habeat locum etiam quo ad monetas minutas, quales ſunt æreæ, aut mixtæ ex diuerſis metallis. Et quidem ratio exigere videtur, quod etiam in his materia correſpondeat valori deductis expenſis, quia neque in his Princeps habet iuſtum titulum lucrandi. Attamen praxis videtur in contrarium, nam fere vbique materia monetarum minutarum eſt longe minoris valoris, quam ſit valor præfixus monetis: quod etiam alicubi obſeruaui in minutis monetis argenteis; & in quodam loco obſeruaui, quod materia monetarum certæ ſpeciei æquivalentium ſcuto argenteo, non pertingebat ad valorem dimidij ſcuti, & nihilominus talis ſpecies monetarum pluries fiebat apud populum, quam proportione ſeruata moneta argentea, aut aurea. Hæc autem praxis ſolum ex eo capite videtur tolerari poſſe, ex tacito conſenſu populorum, ex eo, quod huiuſmodi monetæ cedunt in commoditatem commercij, quam vix puto eſſe ſufficientem cauſam.

1301 Sed an Princeps ſtante vrgenti cauſa poſſit cudere monetas inferioris ligæ, ſed æqualis valoris cum ijs, quæ ſunt bonæ ligæ, vt eſſet tempore belli? Et negariue reſpondendum eſt, quia dum ſunt inferioris ligæ, ſunt adulteratæ, & proinde Princeps deciperet populos cum ipſorum damno, & committeret crimen falſi. Et proinde ſolum vrgente grauiſſima neceſſitate poterit cudere monetas de vili materia, vt ſtamno, plumbo, & imponere illi valorem ſuperexcedentem, cum obligatione tamen permutandi eoſdem monetas in probas ceſſante neceſſitate, aliàs non poſſent ſine iniuſtitia, & rapina. Ita Hoſtienſ. *in cap. quanto*, *de iureiur.* Pariſ. *de ſyndicata rubr. de Princip. & Duc. exceſſ. num.* 68. Iſernia *in cap.* 1. ver. *monetæ*, Tit. *quæ ſint regal.* Decian. *lib.* 4. *crimin. cap.* 23. *num.* 28. Ratio eſt. Quia licet populus contribuere teneatur pro publicis neceſſitatibus, non poteſt vti Princeps adulteratis monetis, exigens tacitè, & ſub hoc inuolucro contributionem. Tum quia æqualiter tenentur omnes ſeruata proportione, ſubſtinere onera ſecundum menſuram iurium: hoc autem pacto inæqualiter

grauarentur, quia illæ monetæ vitiatæ, & inferioris ligæ, non peruenirent æqualiter ad omnes ſeruata proportione, & ſecundum vitium menſuram. Tum quia illæ monetæ peruenirent ratione commercij etiam ad non ſubditos, & proinde indebitè damnificarentur. Quod non contingit, ſi monetas vilioris materiæ cudat, quia eas poſtea commutando in probas, ſeruat indemnes, qui eas acceperunt, nec non ſubditis damnum infert, quia cum illarum materiam cognoſcant, vel non accipient, vel accipiendo cenſentur cedere iuri ſuo.

1302 Similiter tempore belli, aut alia calamitate ingruente, poterit Princeps augere valorem monetarum ſupra iuſtum, & ceſſante cauſa reducere ad iuſtum valorem, quod paſſim legimus factum. Et ita notat Decian. *lib. 7. crimin. cap. 23. num. 33.* Tenebitur tamen reſarcire damnum, quod inde prouenit, ſi modo prouenit. Ratio eſt, quia in hoc eſt æqua omnium conditio, & valor vnicuique creſcit in ipſius beneficium, vnde ſi decreuit, quando reducuntur ad iuſtum valorem, amittunt quod acquiſierunt ex augmento, & ſolum per accidens poſſet quis damnum pati, nimirum ſi plus monetarum haberet, quando reducuntur ad priſtinum valorem, quàm habebat, quando valor auctus eſt, atque tales pecunias receperit non ex contractu emptionis, & venditionis, ſed ex alio titulo; nam ſi recepiſſet vendendo, quia creſcente valore pecuniæ creſcit etiam pretium vendibilium, non perciperet damnum. Verum ſi contingit aliquem ſentire damnum, contingit etiam aliquem ſentire commodum, nimirum, quando contingit aliquem habere plus monetarum, quando augetur valor, & minus, quando reducitur. Et proinde communitas non damnificatur, quia non deperdit, niſi quod receperat, & ideo videtur poſſe tolerari cum damno per accidens aliquorum particularium.

1303 Ex his colligitur, quid dicendum de quodam caſu, Princeps quidam iuſſit totam monetam Ciuitatis deferri ad publicam officinam monetarum, vbi ſpeciali charactere ſignabatur, & in virtute talis characteris valor duplicabatur, nec alia moneta præter ſic ſignatam expendi poterat. Verum deferentibus monetas non reſtituebatur tota, ſed tantum dimidia, & altera dimidia pro Principe manebat; quia tamen valor erat duplicatus, dimidia moneta reſtituta æquiualebat valori totius monetæ delatæ. Quia tamen valor monetarum cum illo augmento erat exceſſiuus, & impediebat commercium, ideo poſtquam Princeps monetas, quæ ſibi remanſerunt, erogauit, redactæ ſunt ad priſtinum valorem. Quæritur modo, quid iuris. Et quidem certum eſt, quod abſque vrgentiſſima cauſa publicæ neceſſitatis id fieri non poſſit abſque rapina: & ideo de hoc ferendum eſt iudicium, habita ratione publicæ neceſsitatis, & videndum an reduci poſſit ad aliquam communem collectam, per quam quiſque contribueret iuxta vires, quas haberet ratione pecuniæ quam poſſideret. Si enim neceſſitas publica erit talis, & tanta, vt exigeret huiuſmodi contributionem, exiſtimo ſaluari poſſe tanquam quamdam collectam. conſonat Gabriel Biel *de poteſt. monet. dub. 2. poſt 5. concluſ.* cuius iuſtitia ex eo deduci poteſt, quod regulariter pecunia correſpondet facultatibus, ita vt qui plura poſſidet, plus etiam pecuniæ ſoleat habere, & proinde videntur omnes hoc pacto æqualiter grauari, ſeruata proportione quantum moraliter poſſibile eſt ſeruari, cum in nulla contributione perfectè ſeruari poſſit, & tamen in omnibus debeat, *l. 1. C. de vniuer. patr.* & *l. fin. C. Quemadmodum Ciuium vniuer. ind.* & *l. fundos, C. de fun. patrim.* Quod autem etiam ſuper pecunijs, quasquis otioſus conſeruat, poſſint imponi contributiones, notat Matthæus Vveſembecius *de ſubſid. concluſ. 5. num. 10.* Solum videtur obſtare iuſtitiæ, quod campſores plus cæteris grauarentur, cum ferè omnia eorum bona in pecunia conſiſtant. Verum hoc ipſum contingit, etiam, quando ſuper alijs bonis imponuntur contributiones, vt ſuper agris, ſuper domibus, & alijs huiuſmodi: nam aliqui nihil contribuunt; cum talia bona non poſſideant; alij plurimum contribuunt, quia plurimum horum bonorum poſſident: vnde ſeruatur iuſtitia, quia modo ſuper vna ſpecie bonorum imponitur contributio, modo ſuper alia. Deinde non eſt veriſimile, quod campſores totam pecuniam deferant ad publicam officinam monetarum, quia eſt veriſimile, quod ſibi perſuadeant, quod in tali delatione aliquid detrahendum ſit, & poſſunt quam retinent, tranſmittere ad alia loca.

1304 Sequitur ſecundo: Quod ſi Princeps iuraret, quod moneta vitiata, aut iniuſti ponderis, aut inferioris ligæ à ſe cuſa, vel à ſuis prædeceſſoribus expenderetur, iuramentum non teneret, vtpote contra iuſtitiam, atque ideo contra bonos mores. cap. *Quanto de iureiur.* & notat Decian. *lib. 7. crimin. cap. 23. num. 29.* Vnde non poteſt Princeps, vt notat idem Decian, *ibid.* permittere, quod in ſua dictione expendantur monetæ vitiatæ inferioris ligæ, aut iniuſti ponderis, quamuis à ſuis prædeceſſoribus expoſitæ ſint. Cum enim monetæ ſub publica auctoritate expendantur, auctorizatur ſemper à Principe dominante, & ideo ſi permittit expendi, nomine ipſius expenduntur, & proinde ipſe eſt cauſa damni, & illius iniuſtitiæ, quæ eſt in tali expenſione.

1305 Secundo delinquunt Principes, ſi monetam antiquam probam, & iuſti ponderis conflari iubeant, & nouam cudant deterioris conditionis, aut minoris ponderis, eique præfigant eumdem valorem, quem prior habebat, & ſibi lucrum retineant argum. ex *l. 1. C. de veter. numiſ. poteſt. lib. 11.* & tradunt Innocent. *in cap. Quanto, init. de iureiur.* Butr. *num. 10.* Hoſtienſ. *num. 3.* Panotm. *num. 11.* Imola *num. 16. ver. Secundo dicitur.* Afflict. *in cap. 1. §. Monetæ num. 13. Quæ ſint regal.* Tiber. Decian. *lib. 7. crimin. c. 23. num. 3.* Farinac. *tom. 5. praxis queſt. 115. inſpect. 1. num. 63.* Kithzel. *de iure monet. claſ. 5. quæſt. 2. ſect. 4. num. 31.* Ratio eſt, quia nullum habet iuſtum titulum percipiendi tale lucrum; & quamuis monetæ maneant ſub auctoritate Principis, proprietas tamen eſt penès priuatas perſonas, quarum ſunt, & ideo tollitur ab ipſis, quod ipſarum eſt. & quamuis reſtituantur monetæ nouæ æquiualentes in valore, non ſunt tamen æquiualentes in materia, & proinde non poterunt ex ipſis illud commodum percipere, quod aliàs ex veteribus percepturi fuiſſent, præſertim in ordine ad commercia cum exteris.

An

1306 An autem id facere possit ex rationabili causa, qualis videtur esse, vt accommodet suas monetas, habita ratione valoris, monetis aliorum Principum præsertim confinantium; nam si ipsius subditi haberent monetas magis probas, quam habeant subditi aliorum Principum, dum horum monetæ ratione commercij inuehuntur in suam ditionem, & magis probæ extrahûtur, damnificatur communitas, quia loco probarum acquirit minus probas monetas. Resp. Hanc esse forte causam sufficientem, quando alio modo damno obuiam ire non posset. Verum non inde aliquod lucrum percipere posset, cum careat titulo percipiendi, sed teneretur hoc lucrum restituere deferentibus monetas proportione seruata, & ad summum retinere posset expensas, quæ fierent in cudendis moneris. Sed cum rari sint Principes, qui non cudant probas monetas, melius foret, quod non probas prohiberet, nec sineret expendi in sua ditione.

1307 Ex quibus sit, quod non liceat Principi mutare pro libito monetas præsertim in deterius. Ita Hostiens. *in sum: tit. de censib: §. Ex quibus* ver. *Sed nunquid*, nisi forte, ait, accedente consensu populorum. Paris de Puteo. *de syndicatu* Rubr. *de excess. imperat. num. 6.* Afflict. *in prælud. Constit. Reg. quæst 16.* Boerius, *tract. de sedit. quæst. 1. n. 23* Decian. *lib. 7. crimin. cap. 23. num. 32.* Quod etiam intelligendum est quò ad mutationem formæ & speciei. Quia cum monetæ inuentæ sint ob publicam vtilitatem, tenetur Princeps, tanquam is, qui propter publicum bonum factus est, & cuius potestatis mensura est subditorum communis vtilitas, eas regulare secundum exigentiam eiusdem publicæ vtilitatis, aliàs faceret contra munus suum. Cum autem ex mutatione monetarum oriantur diuersa incommoda, lites, contentiones, proculdubio talis mutatio est contra publicam vtilitatem, & ideo sine graui causa non est admittenda, quę concernat eamdem publicam vtilitatem, & præponderet manutenentiæ monetarum.

1308 An verò mutare possit consentiente populo, vt aiebat Hostiens. negatiuè resoluendum videtur: quia non agitur de priuato interesse singulorum, cui cedere possint, sed de communi, cui cedere non possunt. Comparantur enim ad communitatem tamquam membra communicantia in vno corpore ciuili, quæ tenentur cooperari conseruationi ipsius. Et ideo tota illa facultas, quam habent, est in ordine ad talem conseruationem, quæ est mẽsura eiusdem facultatis: vnde quæ tendunt ad conseruationem, sunt intra terminos facultatis; quæ verò sunt contra conseruationem, sunt extra terminos: ex quo fit, quod statim ac aliquid præiudicat conseruationi, non est in facultate populorum quatenus singuli sunt membra communitatis, quia non habent facultatem destruendi, sed solum ædificandi. Quæ autem sunt contra publicam vtilitatem, tendunt ad destructionem tanquam contraria fini communitatis, & ciuilis regiminis, quod eò dirigitur, vt communitas bene se habeat.

1309 Tertiò. Si Princeps aliquam probam monetam, & iusti ponderis reprobaret, siue à se, aut suis prædecessoribus cusam, aut etiam exteram, vt tali occasione eam reduceret in ærarium, & cum lucro exponeret monetas deteriores, peccaret, & ad resarciendum damnum teneretur. Ita Hostiens. *in cap. Quanto, num. 3.* ver. *Vel quando bonam, de iureiur.* Butr. *ibid. num. 10.* ver. *Item quando bonam.* Io. Andr. *num. 4.* ver. *Item quando.* Imola *nu. 16.* Farinac. *tom. 5. prax. quæst. 115. inspec. 1. num. 6.* Kithzel. *de iure monet. clas. 5. quæst. 2. sect. 4. nu. 5.* Et ratio est, quia facit contra iustitiam, siquidem minus dat, quàm recipiat, & proinde remanet obnoxius restitutioni. Rursus, quia deteriores facit monetas, causat damnum communitati in ordine ad commercium cum exteris, quia tales monetæ apud ipsos non tanti fient, quanti fierent, si essent probæ, sicuti erant conflatæ.

1310 Poterit tamen Princeps statuere, quod moneta laborans aliquo vitio ad publicam officinam monetarum deferatur, vt in meliorem confletur, soluendo deferentibus iustum pretium, & interim prohibere, ne expendatur. argum. *ex l. 1. in fine C. de metal. lib. 11.* & notant Afflict. *in cap. 1.* ver. *Moneta, n. 10. Quæ sint regal.* Decian. *lib. 7. Crimin. cap. 23. num. 34.* Quod etiam præstare poterit quò ad aliquam speciem probæ monetæ, si ipsi immixta sit moneta vitiata eiusdem speciei, ita vt difficile sit probam ab adulterata discernere. Ratio autem est, quia ratione muneris tenetur Princeps procurare publicam vtilitatem, atque adeo prouidere debet, ne expendantur monetæ vitiatæ, quia tandem deteguntur cum damno possidẽtium et vnde non solum potest, sed etiam debet his incommodis obuiare.

1311 Quartò. Si Princeps exæquet monetam probam debiliori, & constituat, quod sint eiusdem valoris, aut minuendo valorem probæ, aut augendo valorem debilioris, siue monetæ sint proprij sigilli, siue exteræ, peccabit, & tenebitur ad resarcienda damna. Ita communiter Butr. *in c. Quanto, n. 16.* ver. *Fraudatur etiam, de iureiur.* Io. Andr. *num. 4. eod. ver.* Hostiens. *num. 3.* Ancharan, *nu. 9.* Farinac. *tom. 5. praxis quæst. 115. inspect. 1. num. 66.* Decian. *lib. 7. crimin. cap. 23. num. 30.* Kithzel. *de iure monet. clas. 5. quæst. 2. sect. 4. num. 4.* In hoc enim interuenit iniustitia, quatenus inter inæqualia ponitur æqualitas. Rursus, quia hoc causare potest notabile damnum, nam aurifices conflabunt probiores monetas, quia inde maius lucrum percipient; exteri exportabunt has probiores monetas, & debiliores inuehent; vnde processu temporis remanebit sola debilior moneta. Et hoc turpius erit, si Princeps pro se colligat meliores monetas, quia erit quædam auctoritatiua inuentio furandi.

1312 Quintò. Contra iustitiam peccat Princeps, & contra ius gentium, & tenetur ad damna resarcienda, si grossas monetas in minutas conflari faciat, supposito, quod minutæ non correspondeant grossis, proportione seruata in materia, & pondere, vt regulariter non correspondeant. Ita Bart. *in l. Paulus, ff. de solut.* Angel. *ibid.* Francis. Curt. *de monet. num. 5.* Decian. *lib. 7. crimin. cap. 23. n. 36.* Farinac. *tom. 5. præx. quæst. 115. Inspect. 1. num. 67.* Kithzel. *de iure monet. clas. 5 quæst. 2. sect. 4. sum. 6.* Cum enim, vt dictum est in superioribus, monetæ minutæ constent ex materia longe inferiori valore, conflando grossas monetas in minutas, absque aliquo

Digitized by Google

quo iuſto titulo Princeps perciperet magnum lucrum, ſeu potius faceret magnam rapinam. Rurſus monetæ groſſæ rariores eſſent, & magnum incommodum perciperent ſubditi in ordine ad commercium cum exteris, cum non poſſint cum ipſis vti monetis minutis eò, quod non admittantur.

1313 Sexto, an poſſit Princeps, alterius Principis probas monetas conquirere, & conſeruare, vt inde alias monetas ſub proprio ſigillo cudat. Et reſpondet Kithzel. *de iure monet. claſ. 5. qu. 2. ſect. 4. num.* 11. Non poſſe, ſi in deteriores, aut minores conuerti faciat: & addit id prohiberi in *Conſtit. crimin.* Imperij, *ar.* 111. *in fine*. Et quidem ſi conuertat in deteriores, non eſſe licitum, quia id non poteſt eſſe ſine damno ſubditorum, conſtat ex dictis in ſuperioribus: Verum ſi conuertat in æquè probas, quamuis minores ſint, dummodo ſint æquiualentes, proportione ſeruata in pondere, & materia, non video, cur non liceat, cum nulli fiat iniuria, & aliàs ſit in poteſtate Principis tales monetas conflare, & proprias cudere.

1314 Septimò dubitatur, an habens poteſtatem cudendi monetas, cudere poſſit cum ſigillo, ſeu forma alterius Principis? v.g. Hiſpanus Rex cudat Venetorum zechinos, & Veneti duplas Hiſpanas. Reſpondeo, certum eſſe, non poſſe, ſi cudat ex inferiori materia, ſeu liga, quia in hoc damnificaret communitatem deteriorando monetas, & læderet bonam opinionem illius Principis, cuius formam monetarum vſurpat, quaſi ipſe tales monetas cuderet. Sed neque cudere poteſt, etiamſi ſint eiuſdem bonitatis, vt per tex. *l. Lege Cornelia, ff. Ad leg. Cornel. de falſ.* notat Io. Aquila *de poteſt. mon. c. 9. ver. Tertiò fit*, & *Corol. 3.* per *l. Falſi nominis. & l. Qui nomine, ff. de falſ & cap. Quanto, de iureiur.* Ratio eſt, quia dum vtitur forma alterius Principis, facit, quod moneta currat ſub nomine, & auctoritate ipſius, cum tamen nullam præſtet auctoritatem; & proinde committitur crimen falſi, & fit vſurpatio alienæ auctoritatis, non ſecus ac ſi priuatus cuderet tales monetas; quia licet habeat auctoritatem cudendi monetas, non tamen extenditur ad cudendas cum aliena forma, ſeu ſigillo.

1315 Ex quibus deducitur reſolutio illius caſus. An peccauerit Princeps, qui cudi fecit quamdam ſpeciem monetarum, quæ in alio regno expendebantur, ſed erant longè inferioris ponderis, quàm deberent eſſe, habita ratione valoris, & tranſmiſit ad locum, vbi expendebantur, ad emendas merces. Dupliciter enim peccauit. Primò, quia vſurpauit ſibi alienam formam monetæ, ſeu ſigillum, quod fieri non poteſt, vt dictum eſt *num. præcedenti*. Secundo, quia damnificauit notabiliter populos illius regni, nam receperunt monetas iniuſti ponderis, nec cum materia æquiualente valori. Nec obſtat, quod ibi talis ſpecies monetarum auctoritate Principis expenderetur; imo ſicut peccauit Princeps, ſi ipſe introduxit tales monetas, ita etiam peccat, qui nouam quantitatem introducit, & tenetur ad reſarcienda damna, quæ inde proueniunt. Sed quid ſi Princeps dãnificatus eſſet ab alio Principe? an ad reſarcienda damna poſſet prædictas monetas cudere, & tranſmittere ad emendas merces ab ipſius ſubditis? Ex vna parte videtur, non poſſe, quia violarentur iura commercij, quod exigit, quod bona fide procedatur; hic autem procederetur cum dolo. Ex alio autem capite videtur poſſe reſarciri tali pacto propria damnia, quia iure belli poteſt, & vindicare, & per vim tollere, quantum ſufficit ad ea reſarcienda; cur ergo non poterit tali via reſarciri, & ſeruare indemnem? Nec interuenit dolus, quia monetæ ſunt cognitæ tales quales ſunt, & cuſtrunt auctoritate Principis: nec facit iniuriam, quia non ſunt fabricatæ à proprio Principe, quia quod ipſe fabricauerit, facit iniuriam alteri Principi; quod autem ſoluat alicui non facit iniuriam, quia tantum ſoluit etiam quò ad materiam, quantum ſolueret, ſi vteretur moneta à Principe illius loci fabricata.

1316 Octauò dubitatur, an poſſit Princeps facere, quod monetæ æreæ minutæ deferantur ad loca aliorum Principum, vt commutentur in monetas argenteas groſſas, ob lucrum, quod ex tali permutatione perciperetur. In quo ex dictis illud certum eſt, quod non poteſt cudere monetas minutas aliorum Principum, vt eas tranſmittat permutandas ad ipſorum ditiones; quia vſurparet ſibi iuriſdictionem alienam, & committeret crimen falſi, vt iam conſtat ex dictis. Nec ſimiliter poteſt proprias monetas minutas tranſportare in aliena loca, vt commutentur cum groſſis. Quia in monetis minutis, præſertim æreis, materia non correſpondet valori, ſed eſt longe inferior, vt dictum eſt in ſuperioribus; vnde in tali commutatione non interueniret æqualitas. Ita quamuis licita ſit talis commutatio, quando ita exigit commoditas, non eſt tamen licita ob lucrum, quia monetæ minutæ introductæ ſunt ob commoditatem populorum, & ideo commutatio debet fieri iuxta menſuram finis; alioquin ſi fieret ob lucrum, tota aliqua Prouincia, aut Regnum impleretur monetis minutis, & exhauriretur monetis groſſis cum maximo detrimento ipſius.

1317 Nono. An qui habent ius cudendi monetas, poſſint alicui priuato locare, ſeu vendere, pacta annua penſione, facultatem cudendi monetas, ſub forma tamen, & ſigillo locantis, ſeu concedentis facultatem. Negat Kithzelius *de iure monetar. claſ. 5. quæſt. 2. ſect. 4. num.* 10. & aſſerit, id pluries prohibitum fuiſſe, nempe in Receſſibus Imperij *anno* 1551. *in ordinat. monet.* Ferdinan. 1. *anno* 1559. in Receſſibus Imperij *anno* 3570. & in ijſdem Receſſib. *anno* 1594. Et quidem, cum de iure materia monetę non debeat æquiualere valori deductis expenſis, dum quis pacta certa penſione conducit officinam monetariam, vt inde lucretur totam penſionem, quam ſoluit, & lucrum quod intendit facere, detrahet aut de iuſto pondere monetarum, aut de materia, eam deteriorando; & proinde ex hac locatione notabile damnum obueniet communitati.

1318 Ex quibus deducitur, quod Principes recognoſcentes Superiorem, quorum ſint feudatarij, ſi delinquant in negocio monetarum, cudendo ex inferiori liga, aut iniuſti ponderis, aut aliquo alio modo, puniri poſſunt à Superiore, & priuari iure cudendi monetas, vt obſeruat Kithzel. *de iure monet. claſ. 5. quæſt. 2. ſect. 4. num.* 15. Quia abutens priuilegio meretur illud amittere *l. Qui ſiue de negoc.*

goc. geſt. & cap. *gratum*, §. *cumque plures, de poſtulat. prælat.* & cap. *priuileg. de reg. iur. in 6.*

1319 An autem poſſit Princeps concedere alicui priuato, vt poſſit cudere monetas, relinquendo ipſum in ſtatu priuato, non eſt ita certum. Quod tamen poſſit concedere, vt cudat nomine ſuo, non eſt in dubium reuocandum, quia quando priuatus cudit nomine Principis, priuatus eſt tantum exequutor, & poteſtas reſidet in ipſo Principe. Et ideo ſolum quæritur, an poſſit tribuere facultatem cudendi, ita vt poteſtas ſit in priuato, & cudat nomine proprio. Negatiuam partem tradunt Gloſ. *in l. fin. C. de falſ. mon.* Salicet. *ibid.* aſſerens, quod neque valeret conceſſio ex certa ſcientia. Bar. *ibid.* Alexan. *in addit. ad Bar. in l. ſolidos C. de veter. num. poteſt lib.* 11. Hippolyt. *in l. qui falſam, num.* 67. *ff. de falſ.* quos ſequitur Decian. *lib.* 7. *crimin. cap.* 23. *num.* 3. Io. de Anania *in cap. ad falſarior. de crimin. fal.* Cantera *in quæſt. crimin. cap.* 8. *de falſit. num.* 19. ver. *Sed quo*. Et ratio eſt. Quia moneta, vt ſit moneta, debet eſſe omnibus communis ex publica authorizatione; & proinde debet habere ſigillum omnibus cognitum publica auctoritate impreſſum, & ex *l.* 1. *ff. de contrahen. empt.* & ex *l. penult. & vlt. C. de falſ. mon. probat.* Decian. *num.* 17. *cit. cap.* & ideo eſt impoſſibile quod priuatus remanens in ſtatu priuato habeat poteſtatem cudendi monetam nomine proprio, cum in ſtatu priuato non poſſit habere publicam auctoritatem. Vnde cudere monetas nomine proprio, ita conuenit Principi; vt nulli alteri conuenire poſſit, niſi ei auctoritas Principis communicetur. Hinc maius eſt poſſe monetas cudere, quam ſtatuta condere, vt obſeruant Gloſ. *in l.* 2. ver. *noſtris*, C. *de falſ. mon.* vbi Doctores Abbas *in cap. quanto, quæſt.* 2. *de iureiur.* Decian. *lib.* 7. *crimin. cap.* 24. *num.* 5. Vnde plures Ciuitates, quæ poſſunt ſtatuta condere, non poſſunt monetas cudere.

ADDITIO.

De miniſtris artis monetariæ, notationes aliquot.

SVMMARIVM.

1320 *Non poteſt quis conducere ius cudendi monetas.*

1321 *Locantes operas ſuas pro cudendis monetis nõ habentibus ius, delinquunt.*

Quid in dubio an habeant ius.

1322 *Miniſtri monetarum an poſſint cudere monetas pro priuata perſona exhibente materiam.*

1323 *Non poſſunt cudere monetas vltra ſummam præſcriptam à Principe.*

Tota quantitas monetarum cuſa ſpectat ad Principem.

Miniſtri monetarum cudentes pro ſe ipſis monetas furtum committunt.

1324 *Artifices monetarij cudentes monetas alterius Principis puniendi ſunt.*

1325 *Artifices monetarij delinquunt, ſi conuertant monetas alterius Principis in deteriores proprij Principis.*

Finis mandati diligenter cuſtodiendi ſunt.

1326 *Artifices monetarij tenentur ſcindere monetas vitiatas.*

1327 *Quid ſi moneta ſint alterius Principis, in cuius dictione expendantur.*

1320 Cum Princeps locare non poſſit ius cudẽdi monetas, vt dictum eſt in ſuperioribus, neque etiam quis poteſt illud conducere, & proinde peccabit. Ita notant Sixtin. *de regalib. cap.* 7. *num.* 142. ver. *Et in ſpecie*. Petrus Denais *de iure cameral. littera M.* verbo *Monetarium*. quos ſequitur Kithzel *de iure monet. claſ.* 5. *quæſt.* 2. *ſect.* 4. *num.* 17. Ratio eſt. Quia eo ipſo quod intendit conducere, non habet rectam intentionem. Si quidem vltra materiam monetarum, & expenſas, præſtare tenebitur penſionem locanti: vnde, vt ſe indemnem ſeruet ab hac penſione, & aliquid lucretur, oportet quod peccet, aut vitiando materiam, aut detrahendo de iuſto pondere. Et ideo pœnas impoſitas fuiſſe à Ferdinan. I. Imperat. *anno* 1559. conducentibus ius cudendi monetas, refert Kithzel. *cit.*

1321 Secundo, delinquunt miniſtri monetarum ſi operas ſuas locent ijs, qui non habent ius cudendi monetas, aut à Superiore prohibitum eſt cudere. Ita Kithzel. *de iure monet. claſ.* 5. *quæſt.* 2. *ſect.* 4. *num.* 18. aſſerens etiam pro hoc delicto impoſitam eſſe pœnam in Ordinationib. Imperialib. Et ratio eſt clara, quia delinquunt facientes cudere monetas, qui non habent ius, aut habent impeditum: miniſtri autem, qui cudunt, communicant tanquam exequutores in eodem delicto. In dubio autem, an habeat, vel non habeat ius cudendi monetas, excuſabuntur, quia poſſunt præſumere ius cudendi, ſi alias adſit publica auctoritas: ſecus autem ſi priuatis operam ſuam præſtarent.

1322 Ex quo deducitur, quod ſi priuata perſona offerret ad publicam officinam monetarum materiam, ex qua fabricarentur monetæ, non poſſent miniſtri operam ſuam illi exhibere, cudendo monetas quas poſceret; nam tales monetæ non cuderentur nomine Principis, ſed nomine illius, qui materiam exhiberet: vnde eſſent monetæ priuatæ, & eodem pacto res ſe haberet, ac ſi exhiberent ſuam operam alicui priuato, qui vellet monetas cudere, quia quod cudantur in publica officina, publicis inſtrumentis, & à publicis miniſtris materialiter ſe habet, quia hæc omnia applicari poſſunt priuatæ actioni; & ſufficit ad delictum, quod non interueniat publica auctoritas. Vnde ſi monetæ eſſent minutæ, aut inferioris ligæ, conſurgeret obligatio ad reſtitutionem pro eo toto, quod valor monetarum excederet materiam, & expenſas.

1323 Tertiò. Cum huiuſmodi miniſtri monetas

netas cudant non nomine proprio, ſed nomine Principis, tanquam exequutores illius, tenentur non vltra illam ſummam monetas cudere, quam Princeps præfixit, præſertim quò ad minutas: & ſi excedant, totus exceſſus ſtare debet nomine Principis. Cum enim ex illius mandato cudantur monetæ, & miniſtri tanquam mandatarij, & non iure proprio cudant, tota pecuniarum quantitas ſpectat ad mandantem, iuxta notata per Bart. *in l. procurator, ff. de procurat.* & *in l. alio hærede num.* 25. *ff. de alimen. & cibar. leg.* Alexan. *conſil.* 90. *num.* 9. *lib.* 3. Pariſ. *conſil.* 78. *num.* 35. *lib.* 1. Surd. *conſil.* 19. *num.* 11. Vnde ſi pro ſeipſis monetas cudant, committere furtum publicæ pecuniæ, & teneri crimine peculatus, aſſerit Decian. *lib.* 7. *crimin. cap.* 27. *num.* 25. per *l. ſacrilegij*, §. *qui cum ff. ad leg. Iul. pecul.* Verum, licet hoc habeat locum, ſi ſibi vſurpent monetas publico nomine ſignatas; attamen ſi ex materia propria ſibi priuatim has monetas cuderent, delinquerent non ſecus, ac ſi extra officinam publicam priuatis inſtrumentis ſibi cuderent, nam adhuc nomine proprio, & tanquam priuatæ perſonæ fabricarent, & non nomine Principis, & proinde ijſdem pœnis tenerentur, quibus quælibet alia priuata perſona. Nec Princeps per id, quod eis committat ſignationem propriæ monetæ, dat facultatem, quod ſibi priuatim ſignent;

1324 Quartò, Artifices monetarij alicuius Principis cudentes monetas alterius Principis, deliſquunt, & puniendi ſunt, vt obſeruat Decian. *lib.* 7. *crimin. cap.* 27. *num.* 21. Addit tamen, non eſſe puniendos pœna mortis naturalis, quia abutuntur auctoritate ſui Principis. Imo vſurpant ſibi alienam auctoritatem, quia non poſſunt cudere monetas, niſi nomine proprij Principis, qui cum non poſſit cudere monetas alterius Principis, nec etiam ipſi ſignare poſſunt, alioquin committunt crimen falſi, quia illæ monetæ exponerentur ſub auctoritate illius Principis, cum tamen eius auctoritate non eſſent ſignatæ.

1325 Quintò. Delinquunt artifices monetarij, ſi exteras monetas probioris materiæ conuertant in monetas ſui Principis, quæ ſolent eſſe debilioris materiæ, vt inde aliquod lucrum percipiant vt ob obſeruat etiam Kithael. *de iure monet. claſ.* 5. *qu.* 2. *ſect.* 4. *num.* 19. aſſerens id ſpecialiter prohibitum in in Prouiſionib. Imperial. Ratio eſt, quia ſunt purè miniſtri, & operantur nomine alieno, & ideo non eſt in ipſorum facultate diſponere circa materiam monetarum, nec conuertere in proprium lucrum, præſertim cum damno communitatis, in qua creſcerent debiliores monetæ, & probiores minuerentur. Et cum ſignent monetas nomine alieno, ſubintrat regula, quod fines mandati diligenter cuſtodiendi ſunt. *l. Diligenter, ff. Mandati.* & *cap. Cum olim, de offic. deleg.* & *cap. Cum veniſſent, deo eo, qui mit. in poſſeſ.* & *cap. Piſanis de reſt. ſpoliat.* & ideo non poſſunt in tali munere aliquid aliud præter id, quod ipſis commiſſum eſt.

1326 Sextò. Idem monetarij artifices tenentur, quando ad eius manus quomodocunque perueniunt monetæ vitiatæ, aut inferioris ligæ, quàm debeant eſſe, eas ſcindere, & non permittere, quod ampliùs expendantur, nec poſſunt reſtituere dominis, etiam ad effectum, vt reddant illi, à quo acceperunt, niſi ſint certi, quod talis moneta non amplius exponenda ſit. ita obſeruat etiam Kithael. *de iure monetar. claſ.* 5. *quæſt.* 2. *ſect.* 4. *n.* 20. Quod etiam dicendum eſt quò ad omnes, quibus ex officio incumbit curare rem monetariam, ſiue ſint ponderatores, ſiue probatores monetarum. Ratio eſt, quia dum eis demandata eſt cura monetarum, tenentur à re monetaria auertere damna, obuiare fraudibus, & omnibus incommodis; & ideo ſi omittunt, peccant contra munus proprium. Hoc tamen non habet locum, quò ad cæteros, quibus non incumbit ex officio curare rem monetariam, niſi adſint ſpecialia ſtatuta, vt ſunt aurifices, quia ad id non habent ſpecialem obligationem, & ideo poſſunt reſtituere monetas vitiatas, vt qui habent, poſſint ſe ſeruare indemnes, reſtituendo illis, à quibus acceperunt.

1327 Sed quid dicendum de monetis exteris reprobatis. Reſp. Videndum eſſe, cur reprobatæ ſint: nam ſi reprobatæ ſint, quia ſint debilioris materiæ, aut indebiti ponderis, & expenduntur in ditione Principis, cuius auctoritate ſignatæ ſunt, poterunt eas reſtituere dominis, qui poterunt tranſmittere ad locum vbi expenduntur, quia nulla iniuria fit illi Principi, cum eiuſdem auctoritate expoſitæ ſint, & expendantur. Imo miniſtri officinæ monetariæ, ſi nolunt collectas conflare, poterunt tranſmittere ad ea loca, in quibus expenduntur, ob eamdem rationem, quia auctoritatiue modo ibi expenduntur. Non poterunt tamen id facere ſine licentia Principis, nec conuertere lucrum in proprium commodum, quia poſtquam collectæ ſunt, non ſe habent amplius tanquam monetæ vſuales, ſed tanquam res quædam, quæ eſt ſub dominio Principis, & ideo non poſſunt illa vti abſque eius conſenſu. Si autem ſint reprobatæ, quia ipſis ſint immixtæ plures adulteratæ, deſtruendæ erunt vitiatæ: cæteris autem vti licebit modo explicato.

De priuatis perſonis quò ad monetas.

SVMMARIVM.

1328 *Cudens monetas, licet probas, committit crimen læſæ maieſtatis.*

Quomodo committat crimen falſi.

1329 *Minus tamen delinquit, quàm ſi cuderet monetas vitiatas.*

1330 *Cudens monetas probas, an eadem pœna puniendus, ac qui cuderet falſas.*

Pœna debet eſſe proportionata delicto.

Non eſt æquum, minus delinquentes, & grauiter æqualiter puniri.

1331 *Tondens, cudens, &c. committit crimen falſæ monetæ.*

1332 *Tondentes monetas argenteas non puniuntur pœna mortis, ſed mitiori.*

Ton-

1333 *Tondentes monetas argenteas modici valoris puniuntur pœna extraordinaria.*

Habet locum in hoc crimine paruitas materiæ.

Quid in terminis Constitutionis Vrbani VIII.

1334 *Tondens monetas, sed non expendens, excusatur à pœna ordinaria.*

Quid si tonderet ad alium finem, quàm expendendi,

Laborans suspicione circa tonsuram monetarum, purgat se iuramento.

1335 *Tondens monetas excedentes reducendo ad iustum pondus, an delinquat.*

Expenditur Constitutio Theodosiana.

Moneta quatenus sint opus publicum.

1336 *Detrahens à monetis excessum, nullo pacto ipsas damnificat.*

1337 *Detrahens excessum à monetis, an committat crimen furti.*

1338 *Moneta deficienti an liceat addere vsque ad iustum pondus.*

Quid requiratur, vt licitè fiat.

1339 *Argumentum à contrario quando valeat.*

1340 *Exportantes monetas probiores, & conuertentes in deteriores cum lucro, delinquunt.*

Inducta ad vnum finem non debent operari oppositum.

1341 *Inferens monetas æreas in ditionem alterius Principis, & conuertens in argenteas, aut aureas, delinquit.*

Negociatio non debet ab exteris retorqueri in damnum.

1342 *Monetæ minus valentes in loco an importari possint quò plus valent, & inde extrahi minus valentes, sed alibi plus.*

1343 *Aurifices &c. an possint conquirere probiores monetas ad conflandum.*

1344 *Expendentes monetam tonsam, an delinquant, & subsint alicui pœnæ.*

Quid si adsint coniectura, quod totonderint.

1345 *Expendens monetam olim vsualem, sed postea reprobatam, an delinquat.*

1346 *Mentiens valorem monetæ delinquit, sed non crimine falsæ monetæ, & tenetur damnum resarcire.*

1347 *Affirmans valorem monetæ supra vsualem, eo quod quis tanti illam receperit, an delinquat.*

Pœna non habet locum vbi præsumitur bona fides.

1348 *Affirmans monetam esse iusti ponderis, an committat crimen falsi.*

Ea interpretatio est sumenda, quæ excludit delictum.

1349 *Monetæ iniusti ponderis an colligi possint, vt transferantur, vbi expenduntur tanquam iusti ponderis.*

Volenti, & consentienti non fit iniuria.

1350 *Non licet recusare monetam proprij Principis non vitiatum.*

Recusantes qua pœna puniendi.

1351 *Quando debitor tenetur soluere in certa specie pecuniæ, potest quælibet alia recusari.*

Species certa monetæ deduci potest in obligationem.

In mutuo an reddenda eadem species monetæ.

Vna moneta pro alia recipit functionem in genere suo.

1328 Non vertitur in dubium à Doctoribus, an delinquant, qui cudunt monetas probas ex debita materia, & iusti ponderis, quia certum est, quod committunt crimen læsæ maiestatis, nam vsurpant sibi auctoritatem Principis, cui soli conuenit cudere monetas. cap. *vnico*. vet. *Monetæ*. *Quæ sint regal.* & *l.* 2. §. *Cum deinde erarium*, *ff. de orig. iur.* & proinde tenentur lege Iulia maiest. per tex. *l. Si quis nummum*, C. *de falsi.* Dissentiunt tamen, an etiam committatur crimen falsi. Partem negatiuam tenent Hippolyt. *in l. Qui falsam. num. 66. ff. de falsi.* Decian. *lib. 7. crimin. cap. 23. num. 26.* Nouel. *in praxi crim. tit. contra monetar. num. 4.* Cæterum committere etiam crimen falsi tenent Azo. *in sum. C. Ad leg. Cornel. de falsi.* Couarruu. *de veter. numis. cap. 8. num. 1.* Menoch. *de arbitr. casu 316. num. 5.* Bossius *in praxi tit. de falsi. monet. num. 2.* Budel. *de re num. capit. 27. num 17.* Francis. Curt. *de monet. num. 20.* Afflict. *in cap. 1.* verbo *Monetæ*. *Quæ sint regal.* Cuman. *Consil. 139. num. 5. in fine.* Bald. *consil. 376. vol. 3.* Didac. Perez *in l. 4 tit. 6. lib. 8. Ordin.* Io. Aquila *de monet. cap. 9. init.* Cantera *in quæst. crimin. cap. 8. de falsit. num. 20.* ver. *Primus modus.* Azeuedo *lib. 8. recopil. tit. 17. l. 5. num. 8.* Ratio est, quia licet materia sit proba, & pondus iustum, nèque in his interueniat falsitas, interuenit tamen in forma, quæ consistit in illo charactere, quo signatur auctoritate publica; nam licet habeat illum eumdem characterem, non habet tamen ex auctoritate publica; & ideo deficit in forma, quatenus non est forma publica, & auctorizata. Et quamuis hoc non variet speciem externam secundum esse sensibile, variat tamen secundum moralem æstimationem, quod sufficit ad inducendam falsitatem; & eodem pacto se habet, ac se haberet scriptura aliqua, in qua Notarius exprimeret Principem se obligare, qui reuera non se obligasset, nec præstitisset consensum, quæ proinde esset falsa. Moneta namque ratione sui characteris declarat, se expendi auctoritate Principis; quæ deest, quando non est fabricata auctoritate ipsius.

1329 Ex quibus deducitur. quod absolutè minus delinqueret, quàm qui fabricaret monetã falsam in materia, aut in pondere, contra Decian. *lib. 7. criminal. cap. 23. num. 26.* Qui vult, quod plus delinquat, qui cudit priuata auctoritate monetas probas, quia immediatè tangit Principis auctoritatem, & offendit eius maiestatem. Verum hoc ipsum etiam contingit, quando quis cudit monetas adulteratas: nam adhuc vsurpat sibi ius Principis, cum characterem ab ipso destinatum ad auctorizandas monetas imprimat suæ monetæ, & iure proprio illam canonizet; imo plus offendit Principis maiestatem, quia ipsi adscribit monetam falsam, & proinde facit auctorem falsi: vnde adscribit ipsi delictum, quantum est de se. Et rursus delinquit vitiando materiam, aut pondus, quod continet delictum etiam contra iustitiam.

1330 Dubitatur, an qui propria auctoritate cudit monetas probas in materia, & pondere, sit puniem-

niendus eadem pœna ordinaria, quæ punitur cudens monetas vitiatas, Et quod ſit puniendus pœna ordinaria, qua punitur adulterans monetas, tenent Gloſ. *in l.2.* verbo *Obnoxij*, *C. de falſ. monet.* Bart. *in l. Qui falſam. num. 66. ff. de falſ.* Menoch. *de arbitr. caſu* 316. *num.6.* Couarruu. *de veter. numiſ. cap.8, num.3.* ver. *Is verò*. Farinac. *tom. 5. praxis, quæſt.* 115. *inſpect. 1. num.* 20. Schoner. *lib. 1. diſp. feud. 4. Theſi* 137. *littera D.* Bonifac. *de furt. §. Fraudoloſa, num.55.* Maſcard. *de probat. vol.2, concluſ.* 1069. *num. 3.* Boſſius *in praxi tit. de falſ. monet. num.2.* Budel, *lib.2. de monet. cap. 27. num. 17.* Perez *in l.4. tit.6. lib.8, Ordinat.* alios referens. Azenedo *lib.8. recopil. tit.17. l. 5. num. 6.* At non eſſe puniendum pœna ordinaria impoſita adulterantibus monetas, tradunt Marſil. *in l. Qui falſam, num. 55. ff. ad leg. Cornel. de falſ.* Sixtin. *lib.2. de regal. cap.7. num.*109. Peguer, *deciſ. Cathalon. 46. num. 7.* Volaterran. *de Mineral. lib.3. tit.19. num.*116. Harprec. *§. Item lex Cornelia de falſis 7. num.49.* Inſtit. *de publ. iudic.* Iacob. Aleman. *Conſult. 8. queſt. 14. princip. memb.2.* Conrad. Lancel. *de offic. prator. in cauſ. crim. tit. de falſal. num. 26.* ver. *Si autem*, Quod mihi probabilius videtur, ſiquidem minus delinquit & erga Principem, & erga communitatem, vt dictum eſt *num. præced.* vnde cum pœna debeat eſſe proportionata delicto, *l. Perſpiciendum, ff. de pœn.* & *cap. Quæſiuit de his, quæ fiunt à ma. par. cap.* & *cap. Sicut dignum de homicid.* & *c. Felicis, §. Illud autem, de pœn. in 6.* Non eſt æquum, quod minus delinquens æqualiter puniatur cum eo, qui grauius delinquit. An autem Conſtitutio Vrbani VIII. contra monetarios comprehendat cudentes priuata auctoritate monetas probas in materia, & iuſti ponderis, dicetur infra.

1331 Secundo committit crimen falſæ monetæ, qui tondet monetas, radit, aut quoquomodo diminuit, vt conſtat ex *l. Quicunque numos, ff. ad leg. Cornel. de falſ.* & intelligitur tàm de monetis aureis, quàm de argenteis, & proinde puniuntur tamquam corruptores monetarum, quamuis de iure communi mitius puniantur, qui tondent monetas argenteas, & grauius, qui aureas. Ita notant communiter Doctores, Couarruu. *de veter. numiſ. collat. cap.8. num.5.* Clar. *lib.5. recep. ſent. §. Falſum, num.37.* ver. *Radens autem.* Budel. *de re numar. lib.2. cap.27. n. 28.* Menoch. *lib. 2. de arbitrar. caſu 316. num.34. & ſequent.* Bonifac. *de furt. §. Fraudoloſa, num.60.* Tuſch. *littera M. concluſ. 354. n. 1.* Sixtin. *de Regal. lib.2. cap. 7. num. 129.* Io. Guido Volaterran. *lib.3. de Mineral. tit. 9. num.98.* Farinac. *tom.5. prax. quæſt. 115. inſpect. 2. num. 99.* Conrad. Lancellot. *de offic. prætor. in can. crimin. tit. de falſal. num. 26.* ver. *Tondens autem*. Bocer. *de iure monet. cap.5. num.11.* Peguera *deciſ.46. num.10.* Schoner. *1. diſp. feud. 4. theſi 141. littera A.* Kithzel. *de iure monet. claſ.5. quæſt.2. ſect.4 num. 36.* Decian. *lib.7. crimin. cap. 23. num. 25.* Cabal. *in Reſol. crimin. caſu 191. num. 137* Burgus *de modo proceden. ex abrup. cent. 1. queſt. 23. num. 145.* Io. Aquila *de poteſt. monet. cap. 9.* ver. *Quartò falſatur*. Bart. *in l Qui falſam. ff. ad leg. Cornel. de falſ* Didacus Perez *in l. 4. tit.6. lib.8. ordin.* Gomez *in l. 82. Taur. num.4.* Azeuedo *lib.8. Recopil. tit.17. l. 5. num. 36.* Cantera *in queſt. crimin. cap. 8. de falſit. num. 20.* ver. *Tertius modus*.

1332 Et quamuis tondentes monetas argenteas non puniantur pœna mortis, ſed mitiori, vt notant Couarruu. Menoch. Gomez. & alij *num. præced. citati*. Hippolyt. *conſil.71. num.13.* non deſunt tamen, qui volunt puniri eadem pœna mortis. Ita Decian. & Azeuedo *num.* item *præced. cit.* & Gomez non de iure communi, ſed de lege Regia Hiſpana, & ponderat Decian legem Conſtantini in *Cod. Theodoſ. lib. 9. cap. 1. tit. 22.* quæ loquitur de omnibus ſolidis, ſeu monetis. Verum ſtandum eſt priori ſententiæ. Siquidem de praxi ita interpretante legem teſtatur Vrbanus VIII. *in præfata ſua Conſtit. contra monetar.* ibi. *Pius Papa V. prædeceſſor noſter attendens, quod licet monetarum aureatum tonſoribus de iure vltimi ſupplicijs eſſet inflicta pœna, argenteas tamen monetas tondentibus ſatis minor erat impoſita*. Per dictam tamen Conſtitutionem eadem pœna eſt impoſita etiam tondentibus monetas argenteas, vt conſtat ex §. 3. Quæ tamen Conſtitutio habet locum ſolum in Italia,

1333 Verum à pœna ordinaria excipiuntur tondentes monetas argenteas modici valoris, ita Cabal. *in reſol. crimin. caſu* 199. *num.20.* Farinac. *tom. 5. prax. quæſt.115. inſpect. 2. num.111.* Menoch. *de arbitr. lib.2. caſu 316. num.41.* Burg. *de modo proceden. ex abrup. centur.1. queſt.23. num.150.* Qui non puniuntur pœna ordinaria, ſed extraordinaria mitiori, Imo cum hoc crimen contingat ſecundum materiam monetarum, quia ſcilicet detrahitur de pondere ipſius, poterit habere locum paruitas materiæ, ſi nimirum materia, quæ detrahitur ab vna, aut pluribus monetis ſiue aureis, ſiue argenteis, ſit exigua, ita vt in furto non cenſeatur materia peccati mortalis. Nec obſtat, quod in re publica lædatur ius Principis: quia non læditur ſecundum formam monetæ, quæ præſeferet auctoritatem ipſius, ſed in materia quo ad quantitatem, in quo non continetur tota malitia, ſicut continetur in fabricatione falſæ monetæ quo ad materiam; & ideo leuiter læditur, ſi quantitas ſit leuis. An autem hoc dicendum ſit etiam in terminis Conſtitutionis præfatæ Vrbani VIII. partem affirmatiuam probabilem puto, quia non decernit, niſi de pœnis, & proinde non eſt veriſimile, quod vbi non eſt peccatum mortale, velit habere locum pœnas adeo graues, quale eſt vltimum ſupplicium.

1334 Similiter excipiunt ab ordinaria pœna, qui monetas tonſit, ſed pœnitentia ductus non expendit, ſed ad monetariam officinam detulit, vt conflaretur. Ita Farinac. *tom. 5. praxis quæſt. 115. inſpect.2. num.93.* Burgus *de modo procedendi ex abrupto centur. 1. quæſt.23. num.151.* Et ratio eſt, quia delictum non eſt conſummatum, ſiquidem non eſt delictum monetas tondere, niſi quatenus ordinantur ad erogationem, & in illa tonſione intenditur detrahere de eo, quod ſub tali charactere exhibendum eſt ex determinatione Principis; et proinde tonſio monetarum non eſt prohibita, niſi quatenus eſt cauſa fraudis in erogatione, & inluſtitiæ; & ideo qui tondet monetas, ſed non expendit, licet ponat cauſam, ſubtrahit tamen effectum, & ideo non conſumit delictum. Et ideo ſi tonderet monetas abſ-

que

que animo expendendi, ſed ad probandum aliquem modum incidendi aurum, aut argentum, aut minuendi in pondere, non committeret aliquod delictum, nec puniri poſſet, quando conſtaret de tali animo, aut non adeſſent præſumptiones in contrarium. Et quando laboraret aliqua ſuſpicione, purgari poſſet per iuramentum, vt in ſimili tradunt in hac materia Marſil. *in l. qui falſam, num.* 90. *ff. ad leg. Cornel. de falſ.* Decian. *lib.* 7. *crimin. cap.* 25. *n.* 8 Clar. *lib.* 5. *ſententi. §. falſum, num.* 145. & 159. Honded. *conſil.* 92. *num.* 15. Farinac. *tom.* 5. *praxis, inſpect.* 3. *num.* 159.

1335 Circa autem tonſionem monetarum occurrit pulchrum dubium. An delinquat, qui tondet monetas excedentes in pondere, reducendo ad iuſtum pondus, & conſequenter an puniendus ſit. Et prima opinio aſſerit delinquere, & puniendum eſſe, quamuis mitiori pœna. Ita Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſu* 316. *num.* 38. Tuſch. *litera M. concluſ.* 354. *n.* 31 Budel. *lib.* 2. *de monet. cap.* 27. *num.* 29. & *ſeq.* Farinac. *tom.* 5. *praxis, quæſt.* 115. *inſpect.* 3. *num.* 107. Bocer. *de iure monet. cap.* 5. *num.* 12. Schoner. *diſp.* 4. *feud. theſi* 138. *lib.* 1. Kithzel. *de iure monet. claſ.* 5. *quæſt.* 2. *ſect.* 4. *num.* 37. Nauar. *in manuali cap.* 17. *num.* 168. Laiman. *lib.* 3. *theol. moral. tract.* 3. *par.* 1. *cap.* 5. *num.* 5. Lezana *in ſum.* verbo *Falſarij num.* 5. Et ponderant Conſtitutionem Cod. Theodoſiani *lib.* 9. *tit.* 22. vbi ita habetur. *Eum, qui menſuram circuli exterioris in ſolido aureo inciderit, vel adroſerit, puniendum eſſe capite, vel flammis, vel alia pœna mortifera.* Verum hic tex. non conuincit, quia vetat corrumpi circulum exteriorem, & proinde non habet locum in monetis quæ carent tali circulo, aut in quibus materia excedit circulum, aut ſi aliquo alio modo detrahatur abſque corruptione circuli. Et ſi dicatur, quod finis legis eſt ſeruare circulum incorruptum, ne detrahatur de pondere monetæ, ceſſabit hic finis, ſi detrahatur tantum exceſſus. Prohibet ergo Imperator detrahi de circulo, vt appareat, an ſit detractum de iuſto pondere, & quia ſupponit eſſe iuſti ponderis, & ſine exceſſu. Rurſus addunt: Quod monetæ ſunt opus publicum Principum, qui nolunt à ſe factum in deterius mutari, nec priuatos manum mittere in res publicas. Sed neque hoc vrget. Quia Principes habent quidem voluntatem, quod eorum monetæ non alterentur ſiue ſecundum qualitatem, ſiue quò ad pondus: verum hæc voluntas non ſe extendit ad exceſſum ſupra iuſtum pondus, quia cum habeat tantum voluntatem de iuſto pondere, hoc ſolum cenſetur ab ipſo factum, & intendit manutenere. Et cum exceſſus ſit ex incuria miniſtrorum, eſt præter intentionem Principis, & per accidens, & ideo detrahens non mittit manum in id quod eſt factum à Principe, ſed in id, quod eſt præter ipſius intentionem.

1336 Itaque ſecunda opinio tenet, quod detrahens exceſſum non delinquit. Ita Marſil. *in l. qui falſam num.* 100. *ff. de falſ.* Alciat. *reſp.* 461. Decian. *lib.* 7. *crimin. cap.* 27. *num.* 11. Angelus verbo *falſarius, num.* 9. Ratio eſt. Quia delictum monetæ continet peccatum contra monetas damnificans ipſas; vnde quando nullo modo deteriorantur monetæ, neque in materia, neque in pondere, neque in forma, prout etiam dicit publicam auctoritatem, nullum interuenit delictum. At quando detrahitur exceſſus, actio verſatur circa pondus, & nullo modo in pondere deterioratur moneta, cum remaneat iuſti ponderis, & ideo nullum erit delictum. Præſertim quia delicta, quæ tangunt monetas, continent crimen falſi, & ideo, vbi non eſt tale crimen nec etiam adeſt delictum: cum autem detrahitur exceſſus, non fit falſa moneta in pondere, cum remaneat iuſti ponderis. Nec detrahere exceſſum tangit publicam auctoritatem, nam ſola forma, & determinatio ponderis, & materiæ ſunt à publica auctoritate, non autem exceſſus, & ideo detractio ipſius non tangit, quod habet moneta ex publica auctoritate.

1337 Verum licet non interueniat crimen falſæ monetæ, adhuc dubium remanet, an interueniat crimen furti, & an detrahens exceſſum teneatur ad reſtitutionem. Nauar. & Laiman. *num. præceden.* citati, aſſerunt, teneri reſtituere, vel Principi, vel fabricatoribus monetarum, quo ſtante, ſequitur, quod committant furtum, quia inquiunt, ille exceſſus eſt præter intentionem exponentis monetas. Verum oppoſitum mihi videtur probabilius, quia dum ex officina monetaria erogant monetas, cenſentur miniſtri conſentire in erogationem illarum, prout ſunt, atque adeo tacitè conſentire in illum exceſſum effugientem illorum diligentiam; & cum ſciant aliquando monetas excedentes in pondere exire ex officina, nunquam repetunt exceſſum. Imo ſicut exeunt etiam diminutæ in pondere, & non reſarciunt, ita nec poſſunt repetere exceſſum, ſed ſtare debent lucro, quod habent ex monetis diminutis in pondere, & damno.

1338 Sed quid ſi moneta ſit diminuti ponderis, licebitne priuatæ perſonæ addere ex eadem materia quantitatem deficientem? Reſp. licere. Ita Hippolyt. *in l. qui falſam, num.* 100. *ff. de falſ.* Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. caſu* 316. *num.* 38. Ratio eſt quia hoc vergit in beneficium rei monetariæ, cum monetæ reducantur ad iuſtum pondus, atque adeo concernit auctoritatem publicam; & conſtat etiam ex praxi, quia monetæ quibus addita eſt noua materia, expenduntur vt plurimum; & quamuis hic Romæ modo non expendantur, antea tamen expendebantur. Eſt tamen aduertendum, quod vt hoc licitè fiat, debet materia quæ additur, eſſe eiuſdem bonitatis intrinſecæ cum materia monetæ, alioquin committeret crimen falſi, nec excuſaretur, niſi ratione modicitatis materiæ. Neque in hoc vſurpatur auctoritas Principis, ſicut vſurpatur in cuſione monetæ, ſed vel ſuppletur defectus fabricantium monetas, ſi ex eorum incuria, aut malitia diminutæ prodierunt, vel corrigitur malitia eorum, qui debito pondere detraxerunt, quod eſt ſolum coadiuuare opus Principis.

1339 Ex quo confirmatur, quod dictum eſt ſupra *num.* 1336. Quod ſcilicet liceat detrahere à monetis exceſſum ponderis, quia ſi licet addere, vt reducatur ad iuſtum pondus, licebit etiam detrahere, vt reducatur ad idem iuſtum pondus, vt arguit Marſil. *in l. qui falſam, num.* 100. *ff. de falſ.* Nec rectè reſponder Menoch. quod non valet argumentum à contrario, quando adeſt diuerſitas rationis,

vt in præſenti: quia dum additur, perficitur moneta; dum detrahitur, deterioratur. Nam reuera eſt eadem ratio, & in vtroque caſu proficitur moneta, ſiquidem quando aliquid conſiſtit in certa menſura, & intra certos terminos, ex quibus conſurgit debita forma, tam exceſſus, quam defectus, eſt imperfectio, & proinde detractio, & additio quando conducunt ad debitos terminos, & debitam menſuram, ſunt actiones perfectiuæ. Sic quia liberalitas conſiſtit in mediocritate, tam detractio ex prodigalitate, quam additio ſuper auaritiam, perficiunt ſubiectum in ratione virtutis. Cum igitur ſubſtantia monetæ conſiſtat in certa materia, forma, & pondere, quo ad pondus vtroque modo perficietur additione, & detractione, quouſque ad deſignatos terminos ponderis perueniat.

1340 Tertiò delinquunt qui colligentes monetas probiores ſiue aureas, ſiue argenteas exportant extra Prouinciam, ſeu Regnum, ſeu etiam extra Ciuitatem, & permutant cum lucro in alias monetas deteriores, atque eas important, vnde probas exportarunt. Ita etiam Kithzel. *de iure monet. claſ.5. quæſt.2. ſect.4. num.* 23. Ratio eſt. Quia damnificant communitatem, cum eam priuent probiori moneta, & onerent deteriori, ex quo fit, quod ſit minus habens, quam aliàs haberet. Et ideo eſt quædam negociatio, quæ non ſortitur finem, ad quem ordinata eſt, imo eſt contraria fini negociationis, quæ introducta eſt ob communem vtilitatem; prædicta autem eſt contra communem vtilitatem, quod eſt contra rationem negociationis, & proinde reddit ipſam illicitam; nam inducta ad vnum finem, non debent contrarium operari, *l. legata inutiliter, ff. de leg.* 1. & cap. *maiores*, §. *ſed adhuc de baptiſmo*. & notant Rota *deciſ.* 140. *num.* 4. *par.* 4. *recentior.*

1341 Ex quibus etiam deducitur. Quod ſi quis colligeret monetas æreas, puta obolos, aut huius generis, & inferret in ditionem alterius Principis, vt conuerteret in monetas argenteas groſſas, aut aureas exportandas cum lucro, aut etiam ſine lucro, damnificaret notabiliter communitatem, ſi quantitas eſſet notabilis, nam deteriorem faceret rem monetariam. Siquidem minus æſtimaretur ſecundum ſe totam cum illa maiori quantitate monetarum ærearum, quam antea æſtimaretur, dum plures monetas groſſas aureas, & argenteas haberet; & proinde teneretur ad reſarcienda damna. Neque enim negociatio conceditur exteris vt damnificent communitatem, ſed vt ipſi profint, & proinde non poteſt ad contrarios effectus retorqueri, *l. qui hominem*, §. *fin. ff. de ſolut.* & *l. legatum, ff. de adimen. legat.* Quod etiam conſtat ex intentione Principum, ſiquidem prohibent illas negociationes, quæ poſſunt eſſe detrimento communitati. Et proinde Principes deberent rigoroſis remedijs huic damno obuiare, prohibendo omnino, ne exteræ monetæ minutæ in ſuis ditionibus expendantur.

1342 Quia tamen contingit, quod aliqua ſpecies monetæ in vno loco minoris valeat, quam alia, & econtra alia ſpecies pluris valeat, vt contingit Neapoli, vbi vngarus valet ſolum decem, & ſeptem carolinos, & zechinus valet viginti carolinos: e contra verò Romæ zechinus valet ſolum iulios decem & octo, nempe vno iulio minus, quam valeat Neapoli, & vngarus valet iulios decem & ſeptem, atque adeo vno iulio fere plus quam valeat Neapoli: dubitatur, an liceat deferre Neapolim zechinos, & inde exportare Romam vngaros, propter lucrum conſequens ex tali negociatione. Et affirmatiuè reſpondendum eſt, non ſolum quo ad has monetas, ſed etiam quo ad omnes alias; dummodo ſint probæ monetæ. Ita Gabr. Biel. *de monetæ poteſt. concluſ.* 5. Et ratio eſt. Quia in hoc nulli fit iniuria, cum permutentur monetæ iuxta valorem legalem, & currentem; nec damnificatur communitas, ſiquidem pro probis monetis aliæ probæ importantur. Hoc tamen non eſſet licitum, quando adeſſet prohibitio, ne extraherentur monetæ, quo ad illas monetas ſuper quibus caderet prohibitio; & ſi prohibitio non eſſet merè pœnalis, talis negociatio contineret etiã peccatum graue. Verum ſi importarentur monetæ prohibitæ exportari commutandæ in alias ſimiliter exportari prohibitas, forte liceret, quia fieret compenſatio vnius ſpeciei cum alia, nec damnificaretur communitas, vnde ceſſaret finis prohibitionis exportationis, qui eſt conſeruare abundantiam monetæ in talibus ſpeciebus, nam quod detraheretur vni ſpeciei, accederet alteri.

1343 Quarto, an liceat Aurificibus, & cæteris fabris auri, & argenti conquirere meliores monetas tam quo ad materiam, quam quo ad pondus, vt conflent pro operibus ſuis faciendis. Reſpondent Angel. *in ſum.* verbo *falſarius, num.* 9. Gabr. Biel *de poteſt. monet. dub.* 3. *poſt* 5. *concluſ.* Quod ſi cudentes monetas ſinunt aliquas monetas maioris põderis tranſire, quia aliæ etiam fluunt minoris ponderis, vt ſcilicet fiat compenſatio, tunc non poſſe conflatores ſeligere ponderioſores, quia damnificarent totum corpus pecuniæ, ſecus autem ſi omnes facerent iuſti ponderis, tunc enim ſeligere poſſent meliores. Verum ſuppoſito quod ipſis aliàs liceat conflare monetas pro ſuis operibus fabricandis, exiſtimo quod abſolutè poſſint ſeligere meliores. Ratio eſt. Quia ſunt domini monetarum, quia quamuis ad Principem ſpectet cudere, & determinare monetas, vt notat Gabr. Biel. *de poteſt. monet. dub.* 1. *poſt primum concluſ.* ver. *licet autem*, tamen ſtatim ad diſpergitur in populum, quiſque fit dominus pecuniæ, quam accipit, quia cum ſit medium ad permutandas diuitias ipſis æquiualens, fit illorum quorum ſunt diuitiæ. Vnde ratione dominij poſſunt, quas volunt, ſeligere pro conflatione, & reliquas ſeruare pro expenſis faciendis, quæ cum ſint vſuales, & currentes, nullam iniuriam inferunt alicui.

1344 Quintò dubitatur, an expendentes monetam tonſam, delinquant, & ſubſint alicui pœnæ. Negatiuè reſpond. Bal. *in l. 1. C. de adilit. act.* Salic. *ibid.* Farinac. *tom.* 5. *praxis quæſt.* 115. *inſpect.* 3. *numer.* 136. Alexan. *conſil.* 121. *num.* 7. *lib.* 7. Hippolyt. *conſil.* 71. *num.* 17. Decian. *lib.* 7. *crimin. cap.* 24. *n.* 4. Aleman. *in paleſt. conſult.* 8. *quæſt.* 14. *Princip. memb.* 1. *reſtrict.* 1. Kithzel. *de iure monet. claſ.* 5. *quæſt.* 2. *ſect.* 4. *num.* 47. argumen. cap. *damnum*, *de regul. iur. in* 6. Quod etiam ex praxi declaratur, ſi quidem tam aureæ quam argenteæ monetæ tonſæ, ſine vlla difficultate expenduntur, & forte ex argenteis plures ſunt tonſæ, quam integræ. Et ratio eſt; quia

aut

aut tanto minori expenduntur, aut cum vitium ſit patens, nulli fit iniuria, dum recipiendo conſentit. Et hoc ſtabiliuit conſuetudo; imo etiam alicubi edicto ſtabilitum eſt, dum ſtatuitur, quod recipiantur monetæ deficientes vſque ad certum pondus, & non vltra ipſum. Hoc autem ita accipiendum eſt, vt locum habeat, quando contra expendentem non adſint coniecturæ, quod ipſe totonderit, vt ſi de recenti apparerent tonſæ. Vnde nec Vrbanus VIII. *in ſua Conſtit. contra Monetarios*, poſuit aliquam pœnam contra expendentes monetas tonſas, ſed ſolum contra expendentes adulteratas ſcienter, ſeu cum dolo.

1345 Sextò, an delinquat, qui expendit monetam, quæ olim erat vſualis, ſed poſtea fuit, reprobata à Principe. Reſp. communiter, quod delinquit quidem, ſed non delicto falſæ monetæ, & ideo non eſt puniendus pœna falſæ monetæ, ſed arbitraria. Ita Franciſ. Curt. *de monet. num.* 20. allegans Bald. Alexander *conſil.* 104. *num.* 1. *lib.* 1. Decian. *lib.* 7. *crimin. cap.* 25. *num.* 10. & *cap.* 27. *num.* 6. & 15. Budel. *lib.* 2. *de re num. cap.* 27. *num.* 36. verbo *Quarto excuſabitur*. Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. caſu* 316. *num.* 67. Honded. *conſil.* 92. *num.* 9. 27. & 32. Farinac. *tom.* 5. *prax. quæſt.* 115. *inſpect.* 3. *nu.* 142. Bocer. *de iure monet. cap.* 6. *num.* 14. Kithzel. *eod. tract. claſ.* 5. *quæſt.* 2. *ſect.* 4. *num.* 49. Et quod delinquat, manifeſtum eſt, quia facit contra edictum Principis prohibens talem ſpeciem monetæ. Quod autem non ſit puniendus pœna falſæ monetæ, etiam conſtat, quia moneta, quam expendit, non eſt falſa ſed reprobata, & cum fuerit in vſu, habet omnes qualitates requiſitas ad ſubſtantiam monetæ, & ſolum illi obſtat prohibitio. Hoc tamen non habebit locum, ſi moneta ſit reprobata, quia ſit vitiata, aut quia ſit inferioris ligæ, quàm debeat eſſe, vt contingere poteſt in monetis exteris, quæ poſſunt eſſe vſuales, antequam vitium detegatur; nam tunc expendens committeret crimen falſæ monetæ, quia ſciret propter vitium eſſe prohibitas.

1346 Septimò delinquit, qui mentitur valorem monetæ maius, quam ſit, & tenetur ad reſarcienda damna accipientibus ſub mentito valore. Non tamen committit crimen falſæ monetæ, & proinde non eſt puniendus pœna debita huic crimini. Ita Din. *conſil.* 38. *num.* 8. Craueta *conſil.* 104. *in fine*. Decian. *lib.* 7. *crimin. cap.* 27. *num.* 13. Sixtin. *de regal. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 139. Harprech. *ad §. item lex Cornel. de falſ.* 7. *num.* 61. Inſtit. *de publ. iudic.* Kithzel. *de iure monet. claſ.* 5. *quæſt.* 2. *ſect.* 4. *nu.* 51. qui alios citat. Ratio eſt. Quia vitium non eſt in monera, ſed in dicto expendentis, & ideo ponit in ipſo falſitatem, non autem in moneta; falſitas autem ſimplicis loquutionis non continet crimen falſi, ſed oportet quod tranſeat falſitas in externam materiam. Addit autem Craueta *citat.* quod contra talem non eſt criminaliter procedendum, ſed ciuiliter. Verum cum delinquat, erit aliqua pœna plectendus, qualis eſſet pecuniaria, dummodo tamen mentitus ſit circa eam quantitatem valoris, quæ inducat peccatum mortale, aliàs ſicut excuſatur à peccato mortali, excuſabitur etiam à pœna. Si tamen frequenter, & cum pluribus mentiretur, licet in materia parua, eſſet eadem ratio de ipſo ac de vendente, & paſſim in aliquo modico defraudante.

1347 Ex his colligitur, quid dicendum de eo, qui affirmat monetam plus valere, quam communiter expendatur, ex eo, quod aliquis illam recepit pro illo valore, quem affirmat. Contingit enim aliquando, quod aliquis mercator recipiat ſpeciem alicuius monetæ cum valore ſupra conſuetum, quia ipſius intereſt tales monetas colligere, cum lucretur ad alium locum tranſmittendo. Reſp. adhuc mentiri, & peccare, quia affirmat valorem maiorem ſupra communem, & vſualem; quod enim aliquis mercator eas recipiat cum maiori valore ſupra vſualem, non facit, quod talis exceſſus pertineat ad valorem vſualem. Vnde tenebitur ad reſarcienda damna. Excuſabitur tamen à pœna, quia poteſt accipi eius dictum de valore, quem habent apud aliquos, ſiquidem in pœnis fit benignior interpretatio. cap. *ex literis, de conſtit* & cap. *in pœnis, de reg. iur. in 6.* Et proinde, quando præſumi poteſt, aliquid eſſe factum bona fide, ita præſumendum eſt, & conſequenter pœnam non habere locum, *l. ſeruum*, §. *Prætor. ff. de acquir. hæred.* & notant. *conſil.* 8. *n.* 31.

1348 Rurſus colligitur quid dicendũ de eo, qui affirmat, monetas eſſe iuſti ponderis, cum non ſint, aut minus deficere ab ipſo, quàm deficiant, quando monetæ deficientes expenduntur habita ratione defectus à iuſto pondere. Reſp. enim, quod cum defectus in pondere ſit vitium intrinſecum monetæ, & pertineat ad falſitatem, rigoroſè loquendo, quando in erogatione monetarum habetur ratio talis defectus, committeretur crimen falſæ monetæ. Regulariter tamen habet locum excuſatio, quia præſumitur error, & animus expendendi monetas tanti, quanti valent, habita ratione defectus, quia eſt adhibenda interpretatio, quæ excludit delictum; vt notant Gloſ. *in l.* 2. verbo *Probaretur*, C. *de petit. hæred.* Grammat. *conſil.* 25. *num.* 20. Menoch. *conſil.* 37. *num.* 104. Cephal *conſil.* 397. *num.* 98. *lib.* 3. Bald. *in l. Non ſolum. §. Sed vt probari, ff. de nou. oper. nunc.* Tiraquel. *de retrac. conſanguin.* §. 30. *gloſ.* 2. *num.* 24.

1349 An verò poſſit quis monetas deficientes in pondere colligere pro eo, quod valent, vt tranſferat, vel tranſmittat ad locum, vbi expenduntur tanquam iuſti ponderis, quamuis in ipſo deficiant; affirmatiuè reſoluendum eſt. Quia interuenit iuſtus titulus pro illo lucro, nempe tranſlatio monetæ de vno loco ad alium cum periculo. Neque in hoc fit fraus aliqua, ſiquidem in vtroque loco recipiuntur & expenduntur monetæ ſecundum vſualem, & legalem valorem. Solum obſtare videtur, quod damnificetur corpus pecuniæ illius, quò importantur monetæ deficientes in pondere, & exportantur integræ, deterioratur enim moneta, ſiquidem paulatim fiet tota deficiens. Et quidem ita dicendum eſſet, nam non eſt dubium, quod deterior eſt pecunia deficiens in pondere, vt propterea tàm grauiter puniantur detrahentes quocunque modo de iuſto pondere. Verum quia illi, ad quos pertinent, ſciunt expendi plures monetas deficientes in pondere, tanquam ſi eſſent iuſti ponderis, & haberent remedium in promptu, quod vident adhiberi in cæteris locis, nempe ponderare monetas; & ſciunt, quod non ponderare, eſt occaſio, quod importentur plurimæ

monetæ deficientes, ideo cenſentur conſentire, nec curare tale damnum; volenti autem, & conſentienti non fit iniuria, iuxta commune effatum. *l. 1. §. Vſque adeo, ff. de iniur. & cap. Scienti, de reg. iur. in 6.*

1350 Octauò. An liceat recuſare monetam proprij Principis, aliàs non vitiatam; nam certum vitiatam quocunque modo poſſe recuſari. Et negatiuè reſoluendum eſt, ſiue loquamur de Principe viuente, ſiue de defuncto: nam per hoc læditur maieſtas Principis, & videtur iuriſdictio, & auctoritas ipſius in dubium reuocari, aut non recognoſci. Ita deciditur *in l. 1. C. de veter. numiſ. poteſt.* vnde recuſantes grauiter puniendi ſunt. Et quamuis videantur puniendi pœna mortis naturalis per *l. fin. C. de veter. numiſ. poteſt.* & ſentiunt Afflict. *in cap. 1.* verbo *Monetæ, num. 8. Quæ ſint regal.* Theodor. Petr. *concluſ. crimin. 173.* Attamen eſſe puniendos pœna extraordinaria ſentiunt communiter: nec tex. *dicta l. fin.* loquitur de recuſante monetam. Ita ſentiunt idem Afflictus *ad Conſtit. Neapolit. lib. 3. Rubr. 40. Conſtit. Si quis campſor. num. 3.* & *Conſtit. Adulterinam, §. 1. num. 5.* Fabian. de Monte *de empt. & vendit. quæſt. 5. princip. num. 15.* ver. *Et tenetur quis.* Peguera *deciſ. 46. num. 5.* Decian. *lib. 7. crimin. cap. 28. num. 18.* Beſol. *in Theſau. pract. littera M. n. 60.* Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 7. n. 134.* Petr. Gregor. *lib. 36. Syntag. iur. cap. 2. num. 26.* ver. *Neque impunita.* Harprech. *in §. Item lex Cornel. de falſ. num. 62.* Inſtit. *de publ. iudic.* Kithzel. *de monet. claſ. 5. quæſt. 2. ſect. 4. num. 53.* Quælibet tamen cauſa ſufficiens erit, vt excuſet, nempe ſi recuſetur talis ſpecies, quia ſoleant inter ipſas reperiri monetæ falſæ, ſi non ſit commoda ad expendendum, aut quæcunque alia. Nam ad committendum delictum requiritur temeritas, & dolus, quia oportet quod recuſatio ſit in contemptum Principis. Quælibet autem cauſa declarat, quod non ſit in contemptum Principis.

1351 Hinc excluditur hoc delictum, ſi debitor teneatur ſoluere ex conuentione certam ſpeciem pecuniæ, nam tunc creditor iuſtè illam poteſt exigere, quia hoc facit, non quia recuſet alias monetas, ſed quia vult ſibi à debitore præſtari, quod tenetur. Et proinde ſpeciem certam monetæ in obligationem deduci poſſe, habetur ex *l. Si is, cui §. ſin autem.* ibi. *Sine in pecunia non corpora cogitet, ſed, quantitatem, ff. de ſolut. & liberat.* iuncta lege *Si pœnæ cauſa, §. Si putem. ff. de condit. indebit. & l. Sed etſi non, ff. de acceptilat. & l. ſi inter virum, & vxorem, C. de iure dot.* In quibus tex. diſtinguitur inter obligationem pro corpore pecuniæ, & pro quantitate, ſeu æſtimatione. Imo in mutuo hoc ſpeciale eſt, quod teneatur mutuatarius reddere eamdem ſpeciem monetæ, quam dedit mutuator, ſi ipſe ita exigat. Cum in mutuo vnum pro alio reddi non poſſit. *l. Mutuum, §. Mutui datio, ff. de reb. cred. & l. Eum à quo. C. de ſolut.* Verum aliter de conſuetudine ſeruatur, quia vna moneta pro alia recipit functionem in genere ſuo. Ita Gloſ. *in l. Si quis argentum, C. de donat.* Bart. *in l. Libera C. de ſenten. interloq.* Bald. *in l. 2. §. 1. ff. Si cert. pet.* Franciſ. Curt. *ibid. & de Monetis, num. 23.*

De pœnis monetariorum obſeruationes.

SVMMARIVM.

1352 *Pœna falſificantium monetas de iure Cæſareo.*

1353 *Bona falſificantium monetas confiſcantur.*

Domus in qua falſificatur falſa moneta, cedit Fiſco, & publicatur, niſi ſit pupilli.

Vt domus confiſcetur, probari debet ſcientia domini de delicto.

1354 *Complices in delicto monetæ, ſiue mandantes ſiue auxiliantes, eadem pœna puniuntur.*

Item conſcij, & non reuelantes.

1355 *Conſcius criminis læſæ maieſtatis, & delicti monetæ, quando teneatur reuelare.*

Quando probare non poteſt, quomodo teneatur reuelare.

1356 *Pœnæ monetariorum, an locum habeant in omni tali delicto.*

Quid ſi cudantur monetæ Principis recognoſcentis ſuperiorem.

1357 *Pœnæ monetariorum an locum habeant ſiue monetæ ſint aureæ, ſiue etiam argenteæ.*

Adulteratio monetæ argenteæ continet crimen falſi.

1358 *Pœna vltimi ſupplicij an locum habeant quò ad crimen monetarum argentearum.*

1359 *Condemnatus in crimine falſæ monetæ non poteſt appellare.*

Appellatio eſt defenſio, & præſidium innocentiæ.

Prohibita appellatione non prohibetur querela, & recurſus.

1360 *Quilibet an teneatur accuſare monetarios.*

Accuſator ſuccumbens in crimine monetæ, non punitur de calumnia.

1361 *In crimine monetæ accuſator particeps obtinet immunitatem.*

1362 *Monetarij incarcerari poſſunt ſine mandato.*

1363 *Quæ notitia criminis requiratur, vt capi poſſint ſine mandato.*

Iudex non poteſt relaxare mandatum de captura, niſi præuia cauſæ cognitione.

1364 *Iudex tenetur ex officio procedere contra monetarios.*

Præuijs indicijs poteſt iudex inquirere de quolibet crimine.

Iudex tenetur ex officio procedere, quando agitur de publica vtilitate.

1365 *Quilibet etiam infamis accuſare poteſt in crimine monetæ.*

Socius criminis poteſt eſſe teſtis in delicto monetæ.

In crimine monetæ ſufficiunt leuiores probationes.

1366 *Minoritas ætatis excuſat à pœna ordinaria monetariorum.*

1352 De iure Cæſareo, pœna falſificantium monetas eſt vltimum ſupplicium, & combuſtio, ita ſtatuitur in *l. Si quis numos*. ibi. *Illico omni dilatione ſubmota flammarum excuſſionibus mancipentur, C. de falſ. monet.* Vnde vbi ſeruatur Ius Cæſareum, hac pœna puniuntur. Et ita notant communiter Doctores, Hoſtienſ. *in cap. Quanto, num. 9.* verbo *Aut falſum. de iureiur.* Butr. *num.* 15. Bonifac. *de furt. §. Fraudoloſa, num.* 57. Couarruu. *de vet. numiſ. collat. cap.* 8. *num.* 1. Clar. *lib.* 5. *recep. ſent. §. Falſum, nu.* 57. ver. *Falſificans*. Tuſch. *littera M. concluſ.* 354. *num.* 2. Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. caſu* 316. *num.* 6. Capel. Tholoſ. *deciſ.* 162, Budel. *lib.* 2. *de re num. cap.* 27. *num.* 1. Farinac. *tom.* 5. *prax. quæſt.* 115. *inſpect.* 1. *num.* 113. Decian. *lib.* 7. *crimin. cap.* 28. *num.* 2. & alij apud citatos Doctores. In alijs autem regnis, vbi non ſeruatur ius Cæſareum, puniuntur quidem pœna mortis, ſed diuerſi generis.

1353 Inſuper bona ipſorum confiſcantur, vt ſtatuitur *in l. Si quis numos init. C. de falſ. monet.* ibi. *Vniuerſas eius facultates fiſco noſtro præcipimus ad. dici.* Ita inter alios notant Bonifac. *de furt. §. Fraudoloſa, num.* 57. Cæpol. *conſil.* 77. *num.* 4. Guido Volateran. *lib.* 3. *de mineralib. tit.* 9. *num.* 96. Decian. *lib.* 7. *crimin. cap.* 28. *num.* 11. Kitzhel. *de iure monet. claſ.* 5. *quæſt.* 2. *ſect.* 4. *num.* 25.

Rurſus. Domus, in qua fabricatur falſa moneta cedit fiſco, etiamſi ſit locata, niſi dominus domus id ignoret, & niſi cum primo ſciuit, indicet Magiſtratui. Vnde publicatur, niſi ſit pupilli, nam tunc Tutor pretium domus tenetur ſoluere. Ita *in l.* 1. §. *Domus vero, C. de falſ. monet.* vbi Gloſ. & Doctores. Couarruu. *de veter. numiſ. coll. cap.* 8. *num.* 3. Decian. *lib.* 7. *crimin. cap.* 28. *num.* 12. Farinac. *tom.* 5. *praxis, quæſt.* 115. *inſpect.* 1. *num.* 14. Circa quod eſt aduertendum, quod vt domus, in qua eſt fabricata falſa moneta, confiſcetur, debet per fiſcum probari ſcientia domini domus, ſiquidem non eſt confiſcanda, niſi dominus ſciens non denunciauerit, iuxta dicta ſupra, quod ſit probanda ſcientia in eo, qui expendit monetas falſas, vt puniri poſſit; alioquin præſumitur ignorantia, vt dictum eſt *num.* 1288.

1354 Complices quoque huius delicti eadem pœna puniuntur, ſiue ſint mandantes, ſiue auxilium præbentes. *l.* 1. *§. Sin vero, C. de fal. monet.* & notant Budel. *lib.* 2. *de re num. cap.* 27. *num.* 37. Decian. *lib* 7. *crimin. cap.* 28. *num.* 4. Io. Aquila *de poteſ. monet. cap.* 8. Peguera *deciſ.* 46. *num.* 13. Sixtin. *de regal. lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 116. *& ſequent.* Farinac. *tom.* 5. *prax. quæſt.* 115. *inſpect.* 1. *num.* 14. Kithzel. *de iure monet. claſ.* 5. *q.* 2. *ſect.* 4. *num.* 26. Imo etiam extenditur ad conſcios, & non reuelantes, vt per eamdem *l.* 1. notant Bar. *in l. Vtrum, ff. ad leg. Pomp. de parricid.* Afflict. *in Conſtit. Adulterinam num.* 10. Decian. *lib.* 7. *crim. cap.* 25. *num.* 2. Io. Aquila *cit. cap. in fine*. Vt tamen pœna locum habeat, probandum erit, quod quis fuerit conſcius, aliàs ſemper præſumetur ignoraſſe.

1355 Verum non concordant inter ſe Doctores, quando conſcius criminis læſæ maieſtatis, atque adeo huius delicti, teneantur reuelare. Nam aliqui volunt, quod non teneatur conſcios detegere, niſi probare poſſit, quia non debet detegendo ſe in periculum conijcere. Ita Dec. alios citans *in l. Culpa caret. num.* 9. ver. *Et hoc ſane, de reg. iur.* Angelus *cum Bul. de Maleſ.* ver. *Che hai tradito, num.* 10. Natta *Conſil.* 629. *lib.* 3. Capic. *deciſ.* 155. *num.* Marſil. *ſingul.* 164. & *in l. Vnum, nu.* 2. *ff. ad leg. Pomp. de parricid.* Neuizan. *lib.* 1. *Sylua nupt. n.* 70. Socin. Iun. *Conſil.* 105. *num.* 43. *lib.* 3. Brun. *conſil.* 28. *n.* 2. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſu* 355. *n.* 10. Econtra verò volunt alij, quod conſcius teneatur detegere, etiamſi probare non poſſit. Ita Bart. *in l. Vtrum, ff. ad leg. Pompe. de parricid.* Plaza *lib.* 1. *Epitom. delict. cap.* 22. *num.* 17. Clarus *lib.* 5. *ſentent. §. fin. quæſt.* 87. ver. *Punctus eſt*. Sed vera eſt conciliatio Alciati *in l.* 4. *§. Cato. ff. de verbor. obligat.* Cagnol. *in l. Culpa caret. num.* 12. *ff. de reg. iur.* Nimirum, vt conſcius non teneatur detegere accuſando, quando probare non poteſt, ne ſe exponat periculo ſubſtinendi tormenta, iuxta *l.* 3. *ff. ad leg. Iul. maieſt.* Qui tex. ſolum de accuſatione loquitur; teneatur tamen detegere per modum monitionis, ſeu denunciationis, exponendo id, quod ſcit, & quomodo ſcit. Et certè quando agitur de damno publico, cui obuiam iri poteſt, ſi detegantur malefactores; non video, cur conſcij non teneantur monere eos, ad quos ſpectat, vt poſſint remedium afferre, cum ratione charitatis teneantur plus diligere bonum publicum, quàm priuatum vniuſcuiuſque. Vnde in Tribunali S. Inquiſitionis obligant conſcios ad detegenda delicta pernicioſa communitati.

1356 Sed an hæ pœnæ, præſertim concremationis, locum habeant in omni delicto falſarum monetarum, controuertitur inter Doctores. Nam quidam volunt habere locum quò ad omnes falſificantes monetas cuiuſcunque Principis, aut ciuitatis, ſiue recognoſcant, ſiue non recognoſcant ſuperiorem. Ita Harprech. *ad §. Item lex Cornel. de falſ. num.* 48. Inſtit. *de publ. iudic.* Nicolaus Euerard. iun. *conſil.* 54. *num.* 68. Vveſemb. *conſil.* 45. Kithzel. *de iure monetar. claſ.* 5. *quæſt.* 2. *ſect.* 4. *num.* 27. & 28. qui alios citat, & teſtatur de conſuetudine Germaniæ. Verum oppoſitum tenent Menoch. *lib.* 2. *de Arbitr. caſu* 316. *n.* 26. Farinac. *tom.* 5. *praxis, qu.* 115. *inſpect.* 1. *n.* 69. 75. 81. *& ſequent.* Qui volunt habere locum pœnam combuſtionis ſolum, quo ad falſificantes monetas Principis Superiorem non recognoſcentis: cæteros autem alia mitiori pœnas, capitali tamen, eſſe puniendos. Et quidem cum in pœnis ſit ſumenda benignior interpretatio, videtur mitius puniendum, qui minus in hac materia delinquit; minus autem delinquit, qui offendit Principem recognoſcentem Superiorem, cum ipſius quoque dignitas minor ſit. Et minus etiam delinquit, qui offendit alienum Principem, quàm qui proprium, cum non committat crimen læſæ maieſtatis. Nec quod lex *Si quis numos, C. de falſ. monet.* vniuerſaliter loquatur; quia diſponit tantum de numis Imperialibus. Vnde propter hanc rationem, forte in Imperio omnes falſarij monetæ, etiam Principis Inferioris, eadem pœna puniuntur, quia ſcilicet omnes monetæ, quæ ibi, cuduntur, ſunt monetæ Imperiales, cum cudantur iuxta ligam, pondus, & valorem in ordinationibus conuentibus Imperialibus ſtabilitum. Ex quibus deducitur, quod ſi quis cuderet monetam cum inſignibus illius ſtatus, rationæ cuius Princeps Superiorem recognoſcit, quamuis aliàs

idem Princeps non recognoſcat Superiorem, non erit flammis tradendus, ſed mitius puniendus, quia non offendit Principem niſi in eo, in quo recognoſcit Superiorem, cum talis moneta ſit inſtar illarum, quas cudit ſtatus feudatarius.

1357 Similiter nec conueniunt inter ſe Doctores, an hæ pœnæ habeant locũ tàm quò ad cudentes falſas moneta aureas, quàm quo ad cudentes argenteas. Nam aliqui volunt, quod pœna ignis locum habeat, ſiue moneta ſit aurea, ſiue argentea. Ita Salicet. *in l. Si quis numos, num. 3. oppoſit. 3. C. de falſa monet.* Vivius *com. opin. 519. num. 2.* ver. *Nec quiſpiam*. Hondod. *Conſil. 92. num. 4. vol. 2.* Tuſch. *littera M. concluſ. 354. num. 4. & 30.* Peguera *deciſ. 86. num. 3.* Euerar. Iun. *conſil. 54. num. 9.* teſtans de praxi, Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 7. num. 123. & ſeq.* Io. Aquila *de poteſt. monet. cap. 10. init.* Azeuedo *lib. 8. recopil. tit. 17. l. 5. num. 17.* Kithzel. *de iure monet. claſ. 5. quæſt. 2. ſect. 4. num. 30.* Quia etiam in adulteratione argenteorum numorum committitur crimen falſi. *l. Lege Cornel. ff. Ad leg. Cornel. de falſ.* & argentei æquè moneta ſunt atque aurei, *l. Subditos.* & *l. pro imminutione.* & *l. Vniuerſos, C. de veter. numiſ. poteſt. lib. 11.* & proinde lex, *Si quis numos, C. de falſ. monet.* ponens pœnam non diſtinguit inter monetas argenteas, & aureos.

1358 Econtra verò alij tenent, quod pœna vltimi ſupplicij, ſeu combuſtionis, locum habeat ſolum quò ad fabricantes monetas aureas. ita Couarruu. *De veter. numiſ. collat. cap. 8. num. 3.* ver. *Quod ſi quis hoc crimen*. Decian. *lib. 7. crimin. cap. 28. num. 2.* Io. Guidus Volateran. *lib. 3. de mineral. tit. 9. num. 99.* Farinac. *tom. 5. prax. quæſt. 115. inſpect. 1. num. 84. & ſequentib.* Vbi plures alios Doctores allegat. & vt dictum eſt in ſuperioribus, praxis ſuffragatur huic ſententiæ, de qua teſtatur Vrbanus VIII. in ſua præfata Conſtitutione contra Monetarios; & & ideo pœnam vltimi ſupplicij extendit ad delictum etiam quò ad monetas argenteas, pro perſonis Eccleſiaſticis contra Italiam.

1359 Rurſus, condemnatus de hoc crimine non poteſt appellare, per *l. 1. C. de falſ. monet.* ibi. *Appellandi etiam licentia priuato denegatur*. & notant Angel. *de malefic.* ver. *Præſente Caio, & appellante, num. 4.* Carrer. *in ſua pract. crim. in princip. n. 94.* Afflict. *in cap. 1. §. Monetæ num. 37. Quæ ſint Regal.* Decian. *lib. 7. crimin. cap. 24. num. 13.* Peguera *deciſ. crimin. 46. num. 16. & deciſ. 85. per totam*. Io. Corſet. *ad Capel. Tholoſan. deciſ. 177. num. 10.* Scaccia *de appellat. quæſt. 17. limit. 4. num. 83.* aſſerens de contraria obſeruantia in Francia. Speculator *de appellat. §. 2. ver. 29.* Io. Aquila *de poteſt. monetæ, cap. 8.* ver. *Quintum*. Kithzel. *de iure monetar. claſ. 5. q. 2. ſect. 4. n. 25.* Farinac. *par. 2. prax. quæſt. 101. num. 52.* Quod tamen videtur admodum durum, quia cum appellatio ſit defenſio contra iniuſtitiam, & oppreſſionem iudicis, & præſidium innocentiæ, cap. *Cum ſpeciali. §. Porro.* & *cap. Suggeſtum, de appellat.* & *l. 1. ff. de appellat.* Denegatur remedium contra iudicis iniuſtitiam, & aperitur via, quod innocens damnari poſſit ob iudicis nequitiam, contra quam tollitur reo defenſio, quæ eſt iuris naturalis. Verum hoc inconueniens non ſequitur, quia, licet prohibeatur appellatio, non tamen prohibetur querela, & recurſus ad Principem. vt tradunt Gloſ. *in cap. Statutum, §. Acceſſiorem, de reſcrip. in 6.* Angel. *de Malef.* ver. *Præſente d. Caio num. 32.* Curt. ſen. *in l. Admonendi, num. 379. ff. de iureiur.* Boſſius *in pract. crimin. tit. de mult. num. 5.* Menoch. *de arbitr. quæſt. 70. num. 18.* Boer. *deciſ. 384. num. 20.* Lancellott. *de attent. cap. 19. num. 21.* Miaud. *deciſ. 27. & 42.* Rolan. *à Valle conſil. 94. num. 1. lib. 1.* Et ideo poteſt oppreſſus hoc remedio vti contra nequitiam iudicis, quod æquiualet appellationi; & ſolum differt, quod in appellatione proceditur per viam iuſtitiæ. in recurſu autem per viam dementiæ, & æquitatis. Et hoc poſtulabat grauitas delicti, vt ſcilicet in odium ipſius denegaretur audientia ſuperioris ex vi iuſtitiæ, & ſolum concederetur ratione Clementiæ.

1360 An autem in odium huius criminis quilibet teneatur accuſare? Affirmant Gloſ. *in c. Quanto.* verbo *Defraudata de iureiur.* Io. Aquila *de poteſt. monet. cap. 8. init.* Verum hoc non admittit Decian. *lib. 7. crimin. cap 24. num. 8.* Quia nullus adeſt textus imponens hanc obligationem; imo ex *l. 2. C. de falſ. monet.* contrarium elicitur, quia habet, dãdum eſſe præmium accuſatori: vnde ſi accuſatores præmio ſunt alliciendi, vt accuſent, ſequitur, quod non teneantur accuſare. Quæ tamen illatio non eſt valida, nam præmia determinantur etiam pro actionibus, quæ cadunt ſub obligatione, præcipuè ſi exequutio habeat annexam difficultatem. Quare ſtandum eſt priori fundamento, quod non conſtet de huiuſmodi obligatione. Quò ad denunciationem autem, ſtandum eſt dictis *num. 1355.* Eſt tamen aduertendum, quod ſi accuſator in hoc crimine ſuccumbat, & non probet, non punitur de calumnia per *l. 1. C. de falſ. monet.* vbi Gloſ. verbo *Immunitatem*. Cinus *oppoſit. 2.* Decian. *lib. 7. crimin. cap. 24 num. 6.* Io. Aquila *de poteſt. mon. cap. 8.* ver. *Secundum*. Kithzel. *de iure monet. claſ. 5. quæſt. 2. ſect. 5. num. 7.* Farinac. *tom. 5. prax. quæſt. 115. inſpect. 1. num. 48. & 49.*

1361 Quinimo, ſi accuſator ſit particeps criminis, obtinet immunitatem per *l. 1.* ver. *Accuſatoribus, C. de falſ. mon.* vbi Gloſ. verbo *Immunitatem*. Alberic. *num. 3.* Salicet. *ibid.* Panormit. *in cap. Quanto, num. 8. de iureiur.* Decian. *lib. 7. crimin. cap. 24. nu. 7.* Hippolyt. *in l. Qui falſam. n. 70. ff. de falſ.* Speculat. *tit. de accuſat. num. 12.* Afflict. *in cap. 1.* verbo *Monetæ, num. 26. Quæ ſint Regal.* Kithzel. *de iure monet. claſ. 5. quæſt. 2. ſect. 5, n. 11.* Farinac. *tom. 5. prax. quæſt. 115. inſpect. 1. num. 42. & ſequent.* Vnde ſpeciale eſt in hoc delicto, quòd ſocius criminis poſſit accuſare. *l. Quiſquis, in fine, C. ad leg. Iul. maieſt.* & *l. Non omnis, §. fin. ff. de re milit.*

1362 Præterea, in odium huius criminis conceditur, vt monetarij capi poſſint, & incarcerari abſque mandato iudicis, & *l. 1. C. de falſ. monet.* & tradunt Speculator *Tit. de accuſatione §. 1.* ver. *Hoc tamen*. Hippolyt. *in l. Qui falſam. num. 69. & 109. ff. de falſ.* Salicet. *in l. 1. C. de falſ. monet.* Decian. *lib. 7. crimin. cap. 24. num. 12.* Hoc enim crimen tangit intereſſe totius communitatis, & etiam ſingularum; & ideo non requiritur mandatum iudicis, vt delinquentes capi poſſint, & iſti eidem iudici,

Sed

ſed poteſt quiſque ad ſui defenſionem, & Reipublicæ capere, vt auertat malum proueniens ex tali crimine.

1363 Verum dubitatur, quid requiratur, vt monetarij capi poſſint ſine mandato, ſeu quæ notitia delicti ſit neceſſaria. Reſp. Non eſſe neceſſarium, quod reperiantur in flagranti delicto. nam etiam in alijs delictis capi poſſunt delinquentes reperti in flagranti, vt tradunt communiter Bart. *in l. Neminem, C. de exhiben. reis.* Abbas *in cap. Cum non ab homine, de iudic.* Clar. *in pract. §. fin. quæſt.* 28. ver. *Dictum eſt.* teſtans de praxi. Farinac. *in praxi de delict. & pœn. quæſt.* 21. *num.* 138. & *de carcer. quæſt.* 32. *num.* 36. Sed cum ſpeciale ſit in hoc delicto, quod pro captura non requiratur iudicis mandatum, ſufficiet notitia delicti, quæ tamen ſit certa, ita vt in iudicio probari poſſit. Cum enim neque iudex poſſit relaxare mandatum de captura, niſi previa cauſæ cognitione, vt tradunt communiter Doctores. Io. Andr. *in cap. Si clericus de ſenten. excommunicat. in* 6. Anton. *in cap.* 1. *de iudic.* Aret. *ibid.* ver. *Iſta concluſio.* vbi & cæteri Doctores. Foller. *in pract. crimin.* verbo *Capiat informationem.* Boſſius *Tit. de cap. reis, num.* 3. Boer. *deciſ.* 215. *num.* 34. Gomez *lib.* 3. *Variar. reſol. cap.* 9. Diaz *in prac. cap.* 123. *num.* 1. Marian. Socin. *de citat. ar.* 2. *princip. quæſt.* 24. Multo minus capi poſſunt ſine mandato, niſi cauſa ſit cognita. Imo debet eſſe talis, vt ſubſiſtere poſſit in iudicio, quod fieri non poteſt, niſi probari poſſit.

1364 Atque cum valde intereſſit Reipublicæ conſeruatio legitimitatis monetarum, & arcere crimen falſificantium, tenetur iudex ex officio procedere contra huiuſmodi delictum tanquam atrociſſimum, vt notat ſpecialiter Kithzel. *de iure monet. claſſ.* 5. *q.* 2. *ſect.* 5. *num.* 1. Cum enim præcedente diffamatione, & indicijs, poſſit de iure canonico inquiri de quolibet crimine, vt tradunt Alciat. *in c.* 1. *v.* 12. *de offic. ordinar.* Salicet. *in l. Ea quidem, C. de accuſat.* Gomez *tom.* 3. *Variar. reſolut. tit. de delict. cap.* 1. *num.* 49. ver. *Non.* vt habetur ex cap. *Quæſtum, & quando de accuſat. & inquiſit.* & etiam de iure ciuili, *§. Iubemus.* Authen. *de collat. & l. Congruit. ff. de offic. præſid.* & *l. Ea quidem, C. de accuſat.* Et teneatur iudex ex officio procedere, quando agitur de publica vtilitate, vt tradunt Bart. *in l.* 4. *§. Hoc autem, ff. de damno infec.* Alexan. *num.* 4. & 5. Imola *in cap. Odoardus, de ſolut.* Abbas *in cap. tuam. num.* 2. *de etate, & qualit.* & deſumitur ex *l. Congruit. ff. de offic. præſid* & *l. Si quis in hoc genus, C. de Epiſcop. & cler.* Sequitur quod in delicto monetarum debeat ex officio procedere, quia agitur de maxima vtilitate publica.

1365 De hoc autem crimine quicunque etiam infamis poteſt accuſare, per *l.* 1. & *fin. C. de falſ. monet.* & notat Azor. *in ſum. tit. de falſ. mon. num.* 2. Imo ſocius criminis poteſt eſſe teſtis, per eandem *l.* 1. vt tradunt Afflict. *in l. qui falſ. m, num.* 70. *ff. de falſ.* Alexan. *conſil.* 89. *num.* 3. *lib.* 3. Afflict. *in cap.* 1. ver. *Monetæ num.* 26 *quæ ſint. regal.* Deciar. *lib.* 7. *crimin. cap.* 9. Quia cum crimen ſit valde atrox, & difficilis probationis, quia clam committi ſolet, vt dicitur in *l.* 1. *C. de falſ. monet.* ſufficiunt leuiores probationes, vt latè tradit Hippolyt. *in pract. §. ailigenter, num.* 8. & *ſequent.* & *num* 124. & *ſequent.*

1366 Denique eſt aduertendum: Quod minoritas ætatis excuſat à pœnis falſæ monetæ, argum. *l.* 1. ver. *imouberis, C. de falſ. monet.* vbi etiam Gloſ. Et quamuis ſint doli capaces, non puniuntur ordinaria pœna, ſed mitiori arbitrio iudicis, vt tradunt Hippolyt. *in l. infans, ff. ad leg. Cornel. de ſicar.* Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. centur.* 4. *c ſu* 316. Tiraquel. *de pœn. temperan. cauſ.* 7. *num* 6. Budel. *lib.* 2. *de re numar. cap.* 27. *num.* 26. Farinac. *in praxi de pœn. temperan. quæſt.* 92. *num.* 109. & *tom.* 3. *quæſt.* 115. *inſpect.* 1. *num.* 97. Schoner, *lib.* 2. *diſp. feud.* 4. *th-ſi* 136. *litera A.* Boer. *de iur. mon. cap.* 6. *num.* 8. Kithzel. *eod. tr. claſſ.* 5. *quæſt.* 2. *ſect.* 4. *num.* 25. Azeuedo *lib.* 8. *recop. tit.* 17. *l.* 5. *num.* 30. Et ratio eſt, quia in minore ætate eſt etiam minor cognitio, & proinde non perfectè apprehenditur grauitas delicti. Quo autem minor eſt cognitio, eo magis decreſcit grauitas delicti; vnde quando nulla eſt cognitio, vt in ſtultis, nullum eſt delictum.

Animaduerſiones circa Conſtit. Vrbani VIII. contra Monetarios.

SVMMARIVM.

1367 *Conſtitutio Vrbani VIII. contra monetarios extendit pœnam mortis ad monetarios argentearii monetarum.*

Superiores Regulares non poſſunt procedere contra ſubditos in crimine monetæ.

1368 *Nomine Ordinarij in Bulla Vrbani VIII. contra monetarios qui veniant.*

Verba ſubſequentia declarant antecedentia.

Crimen monetæ commiſſum in loco nullius diœceſis ab Eccleſiaſticis, iudicandum ab Epiſcopo diœceſis, aut vicinori.

1369 *Epiſcopus an cognoſcere poſſit de crimine monetæ per Vicarium Generalem.*

Quæ poteſt Epiſcopus iuriſdictione ordinaria, poteſt etiam committere Vicario.

1370 *Superior regularis exiſtens in Italia an poſſit cognoſcere de delicto monetæ commiſſo à ſubdito extra Italiam.*

1371 *Si delictum monetæ à religioſo committatur in Italia, ſi diſcedat ex Italia, an poſſit cognoſci à Superioribus Regularibus.*

1372 *Quid ſi iudices, ad quos ſpectat, negligentes ſint*

ſint in cognitione huius delicti.
Delictum commiſſum in alieno territorio puniri poteſt à iudice domicilij.
1373 *Conſtitutio Vrbani VIII. contra monetarios an afficiat delinquentes in Sicilia, Sardinia, & Corſica.*
Sicilia, Sardinia, & Corſica an ſint partes Italiæ.
Efficiunt Prouincias diſtinctas.
1374 *Conſtitutio Vrbani VIII. contra monetarios afficit omnes Eccleſiaſticos, tàm ſæculares quam regulares.*
Eccleſiaſticorum nomine qui veniant.
Dictio, Omnes, & ſinguli, *ita eſt vniuerſalis, vt neminem excludat.*
1375 *Bulla Vrbani VIII. contra monetarios prohibet tonſionem monetæ, & quid veniat nomine tonſionis.*
Quando locum habet ſubſtantia rei prohibitæ, locum habet etiam prohibitio.
1376 *Bulla Vrbani VIII. contra monetarios prohibet fabricationem monetæ.*
Non præſumitur quis committere crimen falſæ monetæ abſque magno lucro.
1377 *Bulla Vrbani prohibet adulterationem monetarum, & in quo conſiſtat.*
1378 *Item erogare ſcienter monetas adulteratas, & quænam ſint;*
Dictio Aliàs, *ampliat diſpoſitionem.*
1379 *Contra expendentem monetas tonſas nulla datur actio.*
1380 *Quænam aliæ actiones concernentes monetarios prohibeantur in Bulla Vrbani.*
1381 *An prohibeatur tranſferre monetas reprobatas, vbi expenduntur.*
1382 *Pœnæ Conſtitutionis Vrbani contra monetarios poſſint irrogari extra Italiam.*
Prælati regulares non poſſunt tradere ſubdito Curiæ ſæculari.
Degradatio à quibus facienda.
1383 *Superiores regulares conſignare tenentur reos ſubditi in crimine monetæ.*
Superiores ipſi à quo conſignandi, ſi in hoc delinquant
1384 *Superiores regulares conficere poſſunt proceſſum informatiuum in crimine monetæ.*
1385 *Conſtitutio Vrbani contra monetarios, continet Decretum irritans.*
Decretum irritans afficit etiam ignorantes.
1386 *Fabricans monetas probas abſque auctoritate an teneatur ad aliquam reſtitutionem.*
1387 *Fabricans monetas probas non infert alicui damnum.*

1367 Conſtitutio Vrbani VIII. contra Monetarios, quæ incipit. *In ſuprema Paſtorali*, emanata *anno* 1627. *idib. Nouemb.* partim eſt ampliatiua veteris iuris, partim condit nouum ius. Eſt enim ampliatiua, quatenus pœnam vltimi ſupplicij impoſitam tondentibus aureas monetas, extendit etiã ad tondentes argenteas, vt ex illis verbis conſtat, *Extendimus, & ampliamus*. Condit verò nouum ius, quatenus prohibet, Superiores regulares procedere contra ſuos ſubditos intra Italiam in hoc genere delinquentes; & cauſas decernit cognoſcendas à Legatis, & Prolegatis, ſeu vbi non ſunt, ab Ordinarijs locorum, ita vt ſit ipſis conceſſa iuriſdictio priuatiuè quò ad Superiores regulares, vt conſtat ex illis verbis; *Priuatiuè quò ad omnes, etiam Superiores religioſorum, ipſiſque Superioribus penitus excluſis*. Vnde in hoc crimine ſoli Legati, aut Prolegati, aut Ordinarij ſunt iudices competentes, cæteri verò iudices ſiue regulares, ſiue ſæculares excluduntur, quamuis aliàs eſſent iudices ordinarij in primis cauſis, vt conſtat ex illis verbis, *priuatiuè quò ad omnes, etiam Superiores Religioſorum*.

1368 Sed circa hoc difficultas eſt; quid intelligatur nomine Ordinarij, an ſoli Epiſcopi, an vero omnes qui habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem qui ſolent venire Ordinarij appellatione. Verum licet quilibet ordinariam iuriſdictionem habentes, veniant nomine Ordinarij, vt cum pluribus notat Kochier *de iuriſdict. Ordinar. in exemp. par. 1. qu. 1. num. 9.* Attamen in præſenti videntur intelligi ſoli Epiſcopi. Primò, quia Pontifex excludit omnes iudices ordinarios, quibus aliàs cauſæ cognitio competeret, & coarctat ad Ordinarios locorum; vnde veriſimile eſt, quod propter excellentiam eligat ipſos, & ideo intelligat de ſolis Epiſcopis, in quibus ſolis eſt excellentia prædicta. Secundo, quia poſtquam decreuit ſpectare ad Ordinarios locorum, declarans quos intelligat, ſubdit, *Mandantes propterea Venerabilibus Fratribus noſtris Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis*. Hæc autem verba declarant antecedentia, nempè locorum Ordinarios, *l. qui filiabus, init. & l. ſi ſeruus, §. fin. ff. de leg. 1.* & notant Roman. *conſil. 231.* Socin. iun. *in l. fin. ff. de rèb. dub.* Bald. *in l. ſi quando, ff. de leg. 1.* Iſernia *in cap. 1. §. donare, qualiter olim feud. alien. pot.* Cacheran. *deciſ. 50. num. 10.* Nec dici poteſt, quod nomine Epiſcopi veniat quilibet Ordinarius habens iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, quia additur dictio, *Venerabilibus Fratribus*, qui titulus conuenit ſolis Epiſcopis ratione gradus Epiſcopalis, non autem habentibus iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem. Tertio quia cauſas huius criminis commiſſi in loco nullius diœceſis, ſiue extra fines, vult iudicari aut ab Epiſcopo diœceſis, ſi ſit intra diœceſim, aut à viciniori, ſi extra diœceſim, & tamen hæc loca habent ſuum Ordinarium, qui vt plurimum habet iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem. Quartò, quia Pontifex in Prouincijs, in quibus ſunt Legati, aut Prolegati, omiſſis etiam Epiſcopis, conſtituit iudices ordinarios competentes ipſos Legatos, aut Prolegatos tantum; ex quo conſtat, quod eius intentio eſt, quod hæc crimina iudicentur in tribunalibus, quò fieri poteſt eminentioribus.

1369 Verum dubitatur, an poſſit Epiſcopus cognoſcere de hoc crimine per ſuum Vicarium Generalem. Et affirmatiue reſoluendum videtur. Quia cognitio huius delicti ſpectat ad eius iuriſdictionem ordinariam, quia neque quò ad exemptos conſtituitur Sedis Apoſtolicæ delegatus, imo datur ipſi iuriſdictio priuatiuè quo ad alios. Vnde cum de intentione Pontificis ſit, quod Epiſcopus tanquam Ordinarius cognoſcat de hoc delicto, hæc diſpoſitio

Digitized by Google

cio intelligitur etiam de Vicario, iuxta ea, quæ tradunt Glos. *in cap. Ordinarij*, verbo *locorum*, *de offic. Ordinar. in 6.* Franc. *ibid. num. 3.* Gutierez *lib. 2. qu. canon. cap. 17. num. 17.* Garzias *par. 5. de benefic. capit. 8. num. 51.* Paris. *lib. 3. de resignat. quæst. 11. n. 22.* Sanchez *lib. 3. de matrimon. disp. 29. num. 5.* Pont. *li. 5. de matrim. cap. 11. num. 4.* Merlin. *decis. 693. num. 3.* Est enim idem Tribunal Episcopi, & Vicarij *c. 2. de consuet. in 6.* & cap. *Romana, de appellat. eod. lib.*

1370 Sed quid, si religiosus committat delictum huiusmodi, extra Italiam; poterisne causa cognosci à Superiore Regulari existente in Italia, vtpote à Generali, siue perauocationem causæ, siue quocunque alio modo? Et videtur affirmatiuè respondendum. Quia Pontifex in sua Constitutione disponit solum de delinquentibus in Italia, vt constat ex illis verbis, *Ac ad omnes, & singulas personas Ecclesiasticas &c. in omnibus, & singulis Prouincijs Regnis, Ciuitatibus, Terris, Oppidis, Castris, & locis in Italia dumtaxat existentibus, qui aureas, vel argenteas monetas tondere &c.*, Vnde cum auferat à Superioribus regularibus facultatem cognoscendi de delictis, de quibus disponit, auferet solum de delicto commisso in Italia; non autem cognoscendi in Italia de hoc delicto commisso extra Italiam. Et proinde poterunt Generales in via appellationis, quamuis existant in Italia, cognoscere de hoc delicto commisso extra Italiam, quia si in prima instantia erat causa Superiorum religionis, erit etiam in via appellationis, quia alioquin nec in prima instantia potuisset cognosci virtute eiusdem Constitutionis.

1371 Econtra autem, si religiosus committat hoc delictum in Italia, & postea excedat Italia ex præscripta Superiorum obedientia, aut quia non erat permanenter in Italia, causa adhuc cognoscenda erit aut per Legatos, aut Ordinarios locorum respectiuè ad locum, in quo est commissum delictum. Ratio est, quia non solum habet locum Constitutio Vrbani VIII. cum crimen in Italia sit commissum, sed etiam de iure communi spectat ad iudicem loci, vbi commissum est, *l. capitulum*, §. *famosus, ff. de pœnis*, & cap. *fin. de foro compet.* & notant Din. *in l. si quis, ff. ad municip.* Bald. *in l. fin. num. 17. C. si à non compet. iud.* Salicet. *in l. seruos, C. ad leg. Iul. de vi publ.* Clar. *lib. 5.* § *fin. quæst 39. num. 4.* Boer. *decis. 270. per totam*, Rolan. à Valle *consil. 19. lib. 2.* Gomez *tom. 3. variar. cap. 1. n. 97. tit. de delict.* Vnde cum pro hoc crimine in territorio delicti Superiores regulares non sint iudices cõpetentes, iudicandum erit per Legatos, aut loci Ordinarios respectiuè; & instare poterunt apud superiores regulares, vt delinquentem puniendum consignent tanquam pertinentem ad suum tribunal.

1372 Quod si prædicti iudices, negligentes sint in delicto puniendo, crederẽ, existente extra Italiam delinquente, posse à suis Superioribus existentibus similiter extra Italiam puniri. Quia quamuis in Constitutione Vrbani VIII. excludantur à iudicio huius criminis penitus Superiores regulares, excluduntur tamen tantum intra Italiam, vt constat ex §. 6. ibi. *In Prouincijs nobis, & Sedi præfatæ subiectis &c. In alijs verò omnibus, & singulis Prouincijs, Regnis, Ciuitatibus, Oppidis, Castris, & locis tam sub nostra, & dictæ Sedis, quam cuiusuis alterius Principis ditione in Italia dumtaxat comprehensis, priuatiuè quo ad omnes, etiam Superiores religiosorum, ipsisque Superioribus penitus exclusis, &c.* Vnde Superiores extra Italiam tanquam non excluſi cognoscere poterunt, negligentibus iudicibus, ad quos spectat punitio, siquidem etiam sæculares puniri possunt à iudice domicilij ob delictum commissum in alieno territorio, vt tradunt Abbas *in cap. fin. num. 41. de foro compet.* Felin. *ibid. num. 13.* Bart. *in l. cunctos populos, num. 45. C. de sum. Trinit.* Salicet. *num. 8.* ver. *Ex quo infero* Butr. *in dict. cap. fin. de foro compet.* Io. Andr. *in cap. 1. de raptor.* Fachineus *lib. 9. controuer. cap. 20.* & alij, quos refert Farinac. *in praxi crimin. par. 2. tit. 1. qu. 7. num. 20.* Quia plurimum interest Reipublicæ, quod delicta præsertim grauia non remaneant impunita, *l. 1.* §. *quies, ff. de præfect. vrb.* & *l. diuus, ff. de iust. reor.* & *l. congruit. ff. de offic. præsid.* Et hoc à fortiori habet locum in religioso, qui non subijcitur suis Superioribus ratione territorij, sed ratione voti obedientiæ, quod independenter à loco ponit subiectionem; & ideo vbicumque sit, habet eamdem subiectionem, & facit delictum punibile à quocunque legitimo Superiore, cum facultas puniendi fundetur in facultate regendi subditum; & statim ac mutat Superiorem, nouus Superior, sicut acquirit ius regendi subditum, ita etiam acquirit ius puniendi.

1373 Cum autem dicta Constitutio afficiat tãtum delinquentes in Italia, dubium est, an comprehendat delinquentes in Sicilia, Sardinia, & Corsica? & resolutio pendet ex eo, an scilicet hæ Insulæ sint intra, vel extra Italiam. Et quod comprehendat, est respondendum iuxta doctrinam eorum, qui volunt has Insulas esse partes Italiæ. Ita Castrens. *in l. 9. de iudic.* Bar. & alij Doctores *ibid.* Pancirol. *de nou. imper. par. 2. cap. 53.* Cepol. *de seruit. iust. præd. cap. 26. de mari num. 16.* Cumia *de ritib. Sicil. cap. 6. num. 38.* Marta *de iurisdict. par. 1. c. 26. num. 35.* Verum oppositum tenendum videtur ex opposito fundamento, quod hæ Insulæ non sunt pars Italiæ, atque adeo non veniant nomine Italiæ. Ita Gambarupta *de casib. reser. c. 3. n. 8.* Peirin. *de priuileg. ad const. 12. Vrbani VIII. num. 8.* Lezana ver. *Monetarij, num. 6.* Diana *par. 2. tract. 17. resol. 30.* ver. *at*, Horatius Griphiander *de insul. cap. 35. n. 36.* & desumitur etiam ex Plinio *lib. 3. cap. 5.* & Ptolom. *lib. 3. sub 5. Europæ*, qui non ponunt has Insulas in Italia, vt ex *l. Insulæ ff. de iudic.* vbi dicitur, quod Insulæ sunt pars Italiæ & Prouinciæ, & proinde si pars Prouinciæ, non sunt Prouincia. Insulæ ergo, quæ sunt Prouincia, non erunt pars Prouinciæ, atque adeo nec Italiæ. Hæ autem Insulæ sunt Prouinciæ per se solas, vbi etiam Glos. verbo *Prouinciæ*. Et ratio est, quia neque iuxta terminos geographicos sunt aliquid de Italia, neque secundum politicam diuisionem pertinent ad Italiam, cum sint Regna seiuncta. Vnde antequam subijcerentur à Romanis, non pertinebant ad Italiam; postquam subiectæ sunt manserunt Prouinciæ distinctæ cum suis proprijs Prætoribus, vt conatur ex *l. necessarium*, §. *capta inde ff. de orig. iur.* Vnde etiam Pontifices, quando volunt suas Constitutiones, quas pro Italia condunt,

obligare

obligare etiam has insulas, hoc specificant, quod frustatorium esset, si venirent nomine Italiæ. Quia tamen S. Congregat. Episcop. & Regul. *die* 14. *Augusti.* 1582. declaranit, quod etiam in odiosis hæ insulæ veniant nomine Italiæ; ideo ea, quæ à dicta Congregat. disponuntur pro Italia, censenda sunt disposita etiam pro insulis adiacentibus.

1374 Quod spectat ad personas, quas afficit hæc Constitutio, constat ex §. 3. afficere omnes personas Ecclesiasticas tàm sæculares, quam Regulares, etiam militares. Difficultas tamen est, quinam veniant nomine personarum Ecclesiasticarum. Resp. Appellatione Ecclesiasticorum venire eas omnes personas, quæ subijciuntur iurisdictioni Ecclesiasticæ, & gaudent priuilegio fori. Quod ex eo colligitur, quia Pontifex disponit de illis, qui pertinent ad iudicaturam Ecclesiasticam in ditione aliena. solum autem ij, qui gaudent priuilegio fori, pertinent ad talem iudicaturam, & proinde de cæteris subiectis alijs Principibus, qui non gaudent priuilegio fori, non potest Pontifex disponere in ordine ad forum contentiosum. Rursus, quod comprehendat omnes, quicunque gaudent priuilegio fori, constat ex dictione, *Omnes, & singulas*, quæ ita vniuersalis est, vt neminem excludat, vt notant Dec. *in l. Omnia*, *ff. Si cert. pet.* Ias. *in Authen. Præterea, num.* 15. *C. Vnde vir & vx.* Roman. *consil.* 44. *num.* 5. ver. *Attendenda ergo*. Alexan. *consil.* 195. *nu.* 3. *lib.* 5. Rota *decis.* 169. *num.* 9. *par.* 5. *Recent.* & *decis.* 417. *n.* 1. *par.* 4. *Recent.* Ludouis. *decis.* 315. *num.* 11.

1375 Actiones autem, quæ prohibentur principaliter in hac constitutione, reducuntur ad quatuor. Quarum prima est tonsio monetarum aurearum, & argentearum. Nomine autem tonsionis intelligitur omnis actio, qua detrahitur de iusto pondere monetæ siue circumcirca radendo, siue partem aliquam incidendo, siue aqua forti cortices detrahendo, aut quocunque alio modo, quia non prohibetur tonsio tamquam materialis actio, sed formaliter, prout est adulteratio in pondere, & ideo vbicunque habet locum talis adulteratio, habet locum etiam prohibitio, quocumque modo fiat, nam locum habet substantia tonsionis iuxta ea, quę tradunt Bonifac. *de furt.* §. *Fraudolosa, num.* 60. Mastril. *de indult. cap.* 27. *num.* 13. Burgus *de Modo proceden. ex abrupto centur.* 1. *quæst.* 23. *num.* 148. Vnde tonsio monetæ excedentis, qua reducitur ad iustum pondus, non comprehenditur sub hac prohibitione, cum non sit adulteratio in pondere. Pontifex autem, vt constat ex Procemio, agit tantum de crimine adulterinæ monetæ.

1376 Secunda actio, quæ prohibetur, est fabricatio monetæ, quæ etiam quando cuditur priuata auctoritate, est falsa moneta, quia non habet publicam auctorizationem, vt dictum est in superioribus, & continet crimen falsi, & læsæ maiestatis, & ideo meretur grauem pœnam, quamuis alias sit iusti ponderis, & probæ materiæ: quæ actio non solum propter crimen, quod continet, prohiberi debuit, sed etiam propter periculum, quia vix est possibile, quod quis paret instrumenta pro cudenda moneta, & cudere vehit monetas probas in pondere, & materia, & non etiam falsas, siquidem cudendo tantum probas monetas nullum lucrum perciperet, aut valde exiguum, quale esset pensio, quæ fabricatoribus monetæ solet solui. Non præsumitur autem, quod quis velit committere tam enorme crimen falsi sine magno lucro, vt notant Glos. *in cap. Accedens de crim. falsi.* vbi & Doctores. Rolan. *Consil.* 38. *num.* 36. *lib.* 1. Craueta *consil.* 75. *n.* 16. Honded. *consil.* 109. *num.* 23. *lib.* 1. Gabr. *Consil.* 169. *num.* 11. ver. *Quoties verò, lib.* 1. Menoch. *lib.* 5. *præsump.* 20. *nu.* 49. Tiraquel. *de iud. in reb. exig.* ver. *Et id quidem*. Farinac. *in praxi quæst.* 153. *n.* 207. Merlin. *decis.* 209. *num.* 6.

1377 Tertia actio, quæ prohibetur, est adulteratio monetæ, quocunque modo fiat, quæ exprimitur illis verbis. *Colorare, vel alias adulterare*. Coloratio autem monetæ tunc fit, quando moneta argentea ita tingitur, vt habeatur pro aurea, quod tunc contingere potest, quando vtraque habet eumdem characterem; vnde expediret, quod semper monetæ vnius generis haberent characterem diuersum à monetis alterius generis; aut monetæ æreæ tinguntur, vt appareant argenteæ. Intelligitur autem de coloratione, quocunque modo fiat; & ideo si moneta argentea inauraretur, aut ærea tegeretur argento, actio esset, quæ prohibetur, nam re vera adulteraretur moneta. Similite sub hac actione comprehenditur fabricatio monetarum diminutarum in pondere, nam hæ quoque sunt adulterinæ monetæ, *l.* 1. *ff. de contraben. empt.*

1378 Quarta actio, quæ prohibetur, est erogatio, & expolitio monetarum adulteratarum cum scientia ibi. *Seu etiam quomodolibet adulteratas scienter erogare, aut exponere præsumpserit*. Ex quo vltimo verbo constat, quod requiritur præsumptio, atque dolus, qui tamen excluditur per quamlibet ignorantiam, vt dictum est in superioribus *num.* 1286. Quod autem erogatio, & expositio sint vnum, & idem, & quod verbum posterius declaret primum, dictum est *num.* 1284. Solum difficultas est, an per monetas adulteratas intelligatur de adulteratis in materia, aut etiam de adulteratis in pondere, & forma. Quod autem non intelligatur de adulteratis in pondere, aut forma, sed tantum in materia, ex eo colligitur, quod ponit tanquam actionem distinctam, corationem, seu adulterationem, aliam à tonsione & fabricatione monetarum, & subiungit aliam actionem, nempe erogationem, & expositionem monetarum adulteratarum, quæ proinde dicitur relatiuè ad adulterationem prohibitam, & non ad alias actiones. quod etiam declarat dictio, *Seu aliàs*, quæ dispositionem de adulteratione monetarum ampliat ad erogationem earumdem, iuxta tradita per Dec. *in l. Petens, num.* 11. *C. de pact.* per illum tex. Cottam *in Memorab.* verbo *Seu*. Crauet. *consil.* 105. *numer.* 5. Ias. *consil.* 64. *numer.* 2. *volum.* 1. Roman. *consil.* 363. *num.* 2. Paris. *consil.* 7. *numer.* 38. *vol.* 2. Menoch. *consil.* 307. *num.* 28. Bertazol. *de clauf. instrumen. clauf.* 26. *glos.* 6. *numero septimo*.

1379 Et hoc est iuxta praxim, & communem doctrinam, nam monetæ tonsæ præsertim argenteæ sine vlla difficultate expenduntur: imo etiam eodem valore, ac si essent iusti ponderis. Cum enim vitium tonsuræ sit visibile, & patens, non fit iniuria recipienti, nec item Principi, quia posset prohibere ne ta-

ne tales monetæ expenderentur, & proinde contra expendentem nulla datur actio. cap. *Damnum de reg. iur. in 6.* & notant Bald. *in l. 1. C. de adilit. act.* Salicet. *ibid. & in l. Eos in fine, C. de furt.* Decian. *lib. 7. tract. crimin. cap. 27. num. 4.* Marsil. *consil. 71. num. 17.* Farinac. *tom. 5. praxis, quæst. 115. inspect. 3. num. 136.* Kithzel, *de iure Monet. class. 5. q. 2. sect. 4. num. 47.*

1380 Prohibentur præterea in eadem Constitutione actiones aliquæ accessoriæ ad hoc crimen, quæ sunt auxilium præbere, siue materiam, siue instrumenta ministrando, siue quocunque alio modo: Atque scienter detinere monetas ad alteratas, aut de loco ad locum transferre. Pœna tamen mitior his actionibus imponitur, nempe Triremium per decennium. Per quod mitigatur ius commune quò ad auxilium præbentes, nam hi de iure communi subsunt eidem pœnæ ac principales. Prædicta autem pœna triremium afficit omnes auxilium præstantes ad illas quatuor actiones prohibitas, de quibus supra, vt constat ex illis verbis. *Siue opem ad præmissa præstantibus.* dictio enim, *Præmissa* refertur ad omnia prohibita in superioribus.

1381 Hic autem quæri potest, an per illam particulam, *de loco ad locum transferentibus*, prohibeatur transferri monetas ob aliquod vitium reprobatas, ad locum, vbi auctoritate Principis fabricatæ sunt, aut expenduntur. Et negatiuè respondendum est. Quia prohibitio procedit de moneris adulteratis per priuatas personas, & quæ à nullo Principe auctorizatæ sunt, vt constat ex illis verbis, *Pecunias vero sic, vt præfertur, adulteratas scienter detinentibus, seu de loco ad locum transferentibus.* Antea autem imposuerat pœnas priuatis personis adulterantibus monetas, & ideo si monetæ alicuius Principis reprobentur, quia sint inferioris ligæ, non prohibetur per hanc Constitutionem eas transferre ad locum illius Principis, aut ad alium alterius Principis, in quo expendantur. Neque in hoc fit aliqua iniuria alicui, nam quocunque transferantur, expenduntur tanquam monetæ auctorizatæ saltem tacito consensu Principis.

1382 An autem extra Italiam Superiores regulares debeant, aut possint pœnas huius Constitutionis irrogare delinquentibus in hac materia. Affirmare videtur, seu potius supponere Lezana *in sum.* verbo *Monetarij*, *num.* 4. dum circa degradationem, quæ virtute huius Constitutionis est præmittenda traditioni delinquentium curiæ sæculari, remittit ad alium locum, vbi de ipsa egit. Sed hoc non videtur admittendum, quia hæc constitutio nihil innouat quò ad delinquentes extra Italiam, & ideo non erunt puniendi pœnis in ipsa præscriptis, sed prout antea solebant puniri. An autem Superiores Regulares extra Italiam possint imponere has easdem pœna vtendo Constitutione tanquam directiua; negatiuè respondendum est quò ad pœnam principalem, nempe vltimi supplicij, seu traditionem curiæ sæculari. Quia non est in potestate Prælatorum regularium tradere aliquem curiæ sæculari, siquidem præcedere debet degradatio, quæ non potest fieri à Prælatis regularibus, sed solum ab Episcopo, qui solus habet hanc facultatem. cap. *degradatio de pœn. in 6.* Quod est verum non solum quò ad solemnitatem degradationis, quam vocant degradationem realem, sed etiam quò ad sententiam degradationis, seu degradationem verbalem, vt tradunt Abbas *in cap. Cum contingat de foro competenti*, Io. de Lignano *in capit. Ne in agro de statu Monach.* Sylvester verbo *Degradatio*, *num.* 1. Sayr. *lib. 5. de censur. cap. 20. num. 18.* Auila *eod. tract. part. 3. disp. 5. dub. 4.* Bonac. *de censur. disp. 4. pun. vn. num. 8.* Chochier. *de iurisdict. Ordinar. in exemp. par. 2. quæst. 45. num. 98.* Barbosa *de potest. Epis. alleg. 110. num. 25.* Quod etiam ex eo colligitur, quod Concilium Trident. licet concedat posse fieri degradationem à solo Episcopo absque alijs Episcopis, requirit tamen quod intersueniant Abbates Mitrati, aut saltem aliæ personæ in dignitate constitutæ, cum quorum suffragio ferenda est sententia degradationis, cum interueniant tanquam iudices assessores, vt desumitur ex dicto Concil. Trident. *sess. 13. cap. 4. de reformat.* ibi. *Adhibitis tamen, & in hoc sibi assistentibus totidem Abbatibus vsum mitræ.* Si enim voluisset, quod tantum interuenirent in solemnitate degradationis, non addidisset, *Et in hoc sibi assistentibus.* & ita cum Geminiano, & Sylvestro docet Suarez *disp. 30. de censur. sect. 1. num. 20.*

1383 Rursus in eadem Constitutione obligantur Superiores regulares requirentibus Legatis, Prolegatis, aut Ordinarijs, consignare delinquentes in actionibus in dicta Constitutione prohibitis, etiam si Superiores fuerint in aliquo loco, ijsdem, siue illis, quibus consignari mandauerint, cum scripturis, & actis, si quæ facta fuerint reperiantur. Circa quod occurrit dubium, à quo consignari debeat Superior localis, si contingat delinquere, & in conuentu non sit maior Superior, qui supra ipsum auctoritatem habeat. Resp. Esse consignandum ab ipsis religiosis subditis, si requirantur, quia cum consignandus sit ex mandato Summi Pontificis, vt constat ex illis verbis Constitutionis, *Ac etiam mandantes, vt quoties ad id fuerint requisiti &c.* tunc enim exequuntur quod ipsis imponitur à Summo Pontifice, & ideo etiam respectu sui Superioris possunt hoc ipsum exequi.

1384 Secundò circa hoc ipsum dubitatur, quomodo intelligenda sint illa verba, *Cum scripturis, & actis, si quæ facta fuisse reperiantur*; nam cum non possint Superiores regulares cognoscere de delictis, de quibus procedit Constitutio, consignando acta, declararent, se attentasse iudicium de his delictis contra prohibitionem Constitutionis, & proinde incurrisse in pœnas positas in eadem Constitutione. Nemo autem tenetur se prodere. Resp. Intelligi de actis confectis pro informatione curiæ, quæ non prohibentur fieri à Superioribus regularibus, nam per hanc Constitutionem solum ipsis interdicitur cognitio causæ in delictis, de quibus ipsa disponit, & ab ipsa penitus excluduntur. Cognitio autem causæ importat examinationem ipsius, & cõclusionem, atque sententiam: non autem illa acta, quæ fiunt pro informatione Curiæ, nam hæc sunt potius præparatio quædam ad causæ cognitionem. Sic etiam Ordinarius, quamuis causæ cognitio non pertineat ad ipsum, potest sumere informationem de delictis religiosorum extra claustra. Vel etiam illa ver-

verba intelligi possunt de actis confectis ante emanationem huius Constitutionis, siquidem Pontifex iniungit iudicibus deputatis, quod auocent causas coram alijs pendentes. ibi. *Prauia etiam auocatione à quibuslibet alijs, in causis ipsi modo præmisso procedant*; tunc autem necessarium esset consignare acta iam confecta.

1385 Denique est aduertendum, quod hęc Constitutio continet Decretum irritans, ibi. *Ac irritum, & inane quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus*. Ex quo fit, quod quamuis hæc Constitutio ignoraretur ab aliquo, ad quem aliàs cognitio harum causarum spectaret, irritum esset, quidquid ab ipso fieret, siquidem etiam ignorantes ligat. cap. *Si postquam*. & cap. *Dudum*. & cap. *Si beneficiũ de prabend. in 6.* præsertim, quia adest dictio, *Ignoranter*. Non tamen stante ignorantia obnoxius erit cæteris pœnis dictæ Constitutionis per ea, quæ tradunt Glos. *in cap. Nolentes*. verbo *Ex nunc de hæret. in 6.* Felin. *in cap. Cæterum num. 19.* ver. *Secunda restrictio de rescrip.* Gonzalez *ad Reg. 8. Cancel. glos. 67. num. 19.* Puteus *decis. 274. num. 2.* Rota *decis. 231. num. 7. par. 5. Recent.*

1386 Circa fabricationem monetæ probę à priuatis personis, quæ in præsenti Constitutione prohibetur, vt dictum est, dubitatur, an in fabricante insurgat aliqua obligatio restitutionis. Affirmant Capeauil. *de casib. reser. casu 16. quæst. 1. difficul. 1.* Peirin. *de priuileg. in addit. ad Constit. 12. Vrbani VIII. num. 4.* qui volunt, damnificari recipientes talem monetam, quia cum non sit Principis auctoritate facta, non habent valorem monetæ, sed tantum materiæ. Similiter volunt damnificari Principem, quia supposita ista moneta, minus exponitur de moneta Principis; & etiam qui nomine Principis monetam cudit, nam ab eo aufertur lucrum; quod haberet in sua moneta expendenda. Addit Peirin. quod restitutio non habet locum, quia isti falsarij communiter suspenduntur, & qui luit in corpore, non debet luere in ære. Verum hoc non recte dicitur, quia suppositа obligatione restitutionis, per id, quod suspenditur, non liberaretur, nam non luit in corpore debitum restitutionis, sed pœnas debitas delicto.

1387 Sed nulla adest obligatio restitutionis, supposito, quod monetæ sint probæ, tàm quò ad monetam, quàm quò ad pondus. Neque enim damnificantur recipientes, quia expenduntur eodem valore, ac si essent Principis auctoritate fabricatæ: obligatio autem restituendi non habet locum nisi ex damno illato. Non damnificatur Princeps, nam quod minus exponatur de eius moneta, non est Principi damnosum, supposito, quod iustè procedat in cudenda moneta, siquidem nullum lucrum percipere debet. Sed neque minus exponitur de eius moneta; quia totam illam, quam habet exponere, de sua exponit; non enim venditur moneta à Principe, sed exponitur iuxta expensas faciendas. Imo confert ad abundantiam monetæ, atque adeo ad vtilitatem publicam. Nec etiam damnificatur is, qui nomine Principis cudit monetam. quia si iustè procedere vult, non percipit aliquod lucrum, nisi, quod meretur opera impensa pro cudenda moneta; quo non defraudatur. Deinde cudit eamdem quantitatem monetæ, & etiam eamdem quantitatem exponit, quam cuderet, & exponeret, non existente moneta fabricata à priuato, quia non exponitur moneta cusa nomine Principis, nisi ob publicas expensas, nec cuditur, nisi illa quantitas, quæ disponitur à Principe.

Digitized by Google

BVLLA
SANCTISS. DOMINI NOSTRI
VRBANI PAPAE VIII.

IN QVA FIT REVOCATIO INDVLTORVM, ac Priuilegiorum omnium, etiam per modum Communicationis conceſſorum Militijs, Hoſpitalibus, Collegijs, Capitulis, Religionibus, Societatibus, Congregationibus, & Ordinibus quibuſuis, tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, cæteriſque locis pijs, & eorum, ſiue earum reſpectiue perſonis, audiendi ſecularium perſonarum Confeſſiones abſque Ordinarij examinatione, & approbatione.

Priuilegia omnia ſuper huiuſmodi facultate conceeſſa reuocauerat Conc. Trid. *ſeſſ.* 23. *cap.* 15. & ad ſæcularium Confeſſiones audiendas, ab Epiſcopis illos tantùm admitti ſtatuit, qui vel parochiale beneficium obtinuerint, vel per examen, aut aliàs idonei iudicati fuerint, prout iudicatum eſt ad *Conſtit.* 133. Pij V. *tom.* 2. *pag.* 345. per quam ipſe Pius hoc idem prohibuit Regularibus cuiuſcunque Ordinis, etiam lectoribus, aut in Theologia graduatis. Cuius Conſtitutionis reductionem ad terminos Iuris communis, & Concilij Trid. fecit Greg. XIII. *in Conſt.* 9. In tanta, *dict. tom.* 2. *pag.* 371. & ad hanc materiam attende etiam, Clement. VIII, *Conſtit.* 115. Quæcumque.

TENOR BVLLAE EST INFRASCRIPTVS.

VRBANVS PAPA VIII.
AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

1388 CVM, *ſicut accepimus, aliquibus Religioſis quorumdam Ordinum, ſeu Congregationum à Sede Apoſtolica indultum fuerit, vt ſacramentales perſonarum ſæcularium confeſſiones audire valeant, etiamſi ab Epiſcopis Diœceſanis ad id examinati, & approbati non fuerint; nec deſint qui temerè aſſeuerent, hoc ipſum priuilegium cæteris quoque aliorum Ordinum Regularibus competere, ex ampliſſimis priuilegiorum communicationibus, quas ab eadem Sede Apoſtolica obtinuerunt, & hinc ſaluberrimum Sacri Concilij Tridentini Decretum deſuper ſancitum penitus euertatur.*

§ 1 *Nos huic malo opportunè prouidere volentes, de Ven. Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotijs Regularium præpoſitorum conſilio, omnia, & ſingula indulta huiuſmodi, audiendi ſecularium*

rium confeſſiones abſque Ordinarij examine, & approbatione, quibuſuis Collegijs, Capitulis, Religionibus, Societatibus, & etiam Societati IESV, Congregationibus, & Ordinibus, tàm Mendicantium, quàm non Mendicantium, necnon Monachorum quorumcumque, etiam Sancti Benedicti, Ciſtercien. & Carthuſien. ac etiam quibuſuis Militijs etiam Hoſpitalis Sancti Ioannis Hieroſolymitani, ac quibuſcumque Eccleſijs etiam Patriarchalibus, & Metropolitanis, Monaſterijs, cæteriſque locis pijs, ſiue eorum, & earum reſpectiuè Abbatibus, Præpoſitis, Decanis, Magiſtris, Prælatis, Prioribus, Rectoribus, etiam Generalibus, vel Prouincialibus, Capellanis, Confeſſarijs, aut alijs quocumque nomine nuncupatis Superioribus, & perſonis quibuſcumque, etiam quomodolibet exemptis, ac Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectis, cuiuſcumque dignitatis, præeminentiæ, & conditionis exiſtentibus, & quouis priuilegio munitis, & tàm ad ſupplicationem partium, quam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine hactenus quandocumque, & qualitercumque ex quauis, etiam de neceſſitate, exprimenda cauſa, & aliàs quomodolibet conceſſa, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium reuocamus, caſſamus, tollimus, abrogamus, & annullamus, viribuſque & effectu euacuamus, ac reuocata, caſſa, ſublata, abrogata, & annullata, viribuſque, & effectu vacua eſſe, & fore, nec Religionibus, Societatibus, etiam Societati IESV, Congregationibus, Ordinibus, ac Militijs, & Eccleſijs, Monaſterijſque prædictis, eorumque Superioribus, & perſonis quibuſcumque impoſterum ullo modo ſuffragari, minuſque illos, & illas, etiamſi de ijs ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac de verbo ad verbum mentio haben. foret, indultis huiuſmodi vti poſſe.

§. 2 *Præſentes verò literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo quòd quicumque in præmiſſis intereſſe haben. ſeu habere prætendentes, ad hoc vocati & auditi non fuerint, de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quocumque defectu notari, impugnari, redargui, in ius, vel controuerſiam reuocari, ad terminos iuris reduci, aut aduerſus illas quodcumque iuris, gratiæ, vel facti remedium impetrari nullatenus poſſe, ſed illas ſemper validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuòſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere.*

§. 3 *Sicque per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales etiam de Latere Legatos, & Nuncios: Sublatæis, & eorum cuilibet quauis aliter iudican. & interpretan. facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere: ac irritum & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus.*

§. 4 *Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſuis Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, Ordinibus, Societatibus, & Congregationibus prædictis, eorumque Præpoſitis, Decanis, Magiſtris, Abbatibus, Miniſtris, Prælatis, Prioribus, Rectoribus, & alijs Superioribus, Capellanis, alijſque prædictis, ſub quibuſcumque ten. & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & alijs decretis in genere, vel in ſpecie, ac aliàs in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis ten. ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quauis alia expreſſio haben. aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruan. foret, tenores huiuſmodi præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis haben. illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque.*

§. 5 *Volumus autem quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus vbique fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.*

§. 6 *Quodque eædem præſentes literæ, ſeu illarum exempla ad valuas Baſilicarum S. Ioan. Lateranen. ac Principis Apoſtolorum de Vrbe, & in acie campi Floræ affixa, omnes ita arctent, & afficiant ac ſi vnicuique perſonaliter intimata fuiſſent.*

Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem, ſub Annulo Piſcatoris, die 12. Septemb. 1628. Pontificatus Noſtri Anno Sexto.

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆSTIONES.

1389 1 An Confessarij approbati ad confessiones audiendas, ab Episcopo prædecessore sine temporis præfinitione, possint ab Episcopo successore iterum examinari.

2 An Confessarij possint approbari ad tempus.

3 An Episcopus possit impartiri licentiam regularibus audiendi Christi fidelium Confessiones, etiamsi illi non exponantur examini.

4 An Confessarij, qui abiurauerunt de vehementi, possint admitti amplius ad audiendas Confessiones, & quid si de leui tantùm.

5 An approbatus ad audiendas confessiones ab vno Ordinario, possit eas audire in alio Episcopatu.

6 Confessarij electi vigore priuilegiorum Confraternitatum, an debeant esse approbati ab Ordinario.

7 An Confessarij possint absque incursu pœnæ absoluere ab hæresi purè mentali.

8 Sacerdos audiens confessiones absque licentia Ordinarij, quam pœnam incurrat, & quid, si non esset sacerdos.

9 Episcopus non eligens idoneos Confessarios in Cathedralibus, an peccet mortaliter.

10 Quomodo se gerere debeat Sacerdos, quando non potest audire totam confessionem pœnitentis, puta in bello, vel naufragio, in peste, vbi moriuntur multi simul.

11 An facultas eligendi sibi Confessarium idoneum ab Ordinario approbatum, vigore Bullæ Cruciatæ sanctæ, extendatur etiam ad Regulares vtriusque sexus, & cuiuscunque Ordinis.

12 An Confessarij tam sæculares, quam regulares possint absoluere à casibus Episcopalibus vigore diplomatum concessorum alicui loco, Religioni, vel Vniuersitati.

An Confessarij absolutè approbati possint à successore de nouo examinari.
Quæstio I.

SVMMARIVM.

1390 *Confessarij approbati simpliciter possunt de nouo à successore examinari.*
1391 *Doctores concordantes.*
1392 *Approbatio Regularium pro confessionibus est de se perpetua.*
Approbatio se habet per modum sententiæ.
1393 *Nouus Episcopus potest recognoscere approbationem pro confessionibus.*
Tenetur ratam habere ritè concessam.

1390 Ad I. Resp. Quod sic: & ita declarauit Sacra Congregatio his verbis. Congregatio Conc. censuit, Regulares ad audiendas in Ciuitate, & Diœcesi, secularium confessiones, semel ab Episcopo præuio examine approbatos, iterum ab eodem Episcopo non esse examinandos. Cœterum à successore posse vtique examinari iuxta Constit. fel. record. S.D. Pij V. *Datum Rom. Id. Aug. & Pontificatus illius, an.* 6. & non est reuocata per reductionem priuilegiorum regularium ad terminos Conc. Trid. ita Quaranta verbo, *Confessor, fol.* 235.

ADDITIO.

1391 Quod nouus Episcopus possit de nouo examinare Regulares, tradunt Coninch. *disp.* 8. *de sacrament. dub.* 7. *num.* 57. Vgolin. *de potest. Episcopi cap.* 20. *num.* 3. Fernandez *par.* 3. *examin. theol. mor. cap.* 19. *§.* 8. *num.* 5. Sà verbo *Confessor, num.* 7. Reginal. *lib* 1. *praxis fori pœnit. cap.* 16. *num.* 201. Zerola *in praxi de pœnit. quæst.* 2. *num.* 2. Io. à Cruce *lib.* 2. *de statu religioso, cap.* 6. *conclus.* 3. *dub.* 3. Quaranta *in sum. Bullarij* verbo *Confessor.* Botel. *in dub. regul.* verbo *præsentatio, num.* 1. Io. Sanchez *in select. de sacram. disp.* 48. *num.* 16. Qui de hac materia latè tractat, & se fundat in eo, quod putet, approbationem esse de se reuocabilem, sicut potest vnus legislator reuocare leges sui prædecessoris.

1392 Econtra vero plures alij tenent, quod approbatio Regularium in ordine ad confessiones, sit perpetua. Sotus *in* 4. *dist.* 18. *quæst.* 4. *art.* 3. Ledesma *par.* 1. *sum. cap.* 13. *difficul.* 1. *post dub.* 10. Henriquez *lib.* 6. *sum. cap.* 6. *num.* 6. Ouand. *in* 4. *dist.* 17. *propos.* 24. & 25. Vasquez *de pœnit. quæst.* 93. *ar.* 3. *dub.* 5. Lopez 2. *par. instruct. cap.* 2. *de claues.* Vega *par.* 1. *sum. cap.* 62. *casu* 4. & 17. Llamas *par.* 1. *meth. cap.* 7. Capeauil. *de casib. reser. quæst.* 2. *difficult.* 3. Villalob. *par.* 1. *sum. tract.* 9. *difficul.* 53. Coriolan. *de casib.*

casib. reseruat. par. 1. sect. 2. ar. 8. Ludouic. à S. Io. *par. 1. sum. quæst. 9. de pœnit. ar. 2. dub. 2.* Et quidem loquendo de approbatione, quatenus approbatio est, & qua quis approbatur simpliciter, & absolutè, videtur irreuocabilis, quia approbatio non est aliud, quam declaratio idoneitatis fundata in iudicio de idoneitate, vt etiam desumitur ex Concilio Trident. *sess. 23. cap. 15. de reformat.* ibi. *Nisi ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut alias idoneus iudicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat.* Ex quo manifestum fit, quod approbatio non est aliud, quam declaratio idoneitatis, & quod idoneitas est secundum iudicium, quod formatur ab Episcopo, vel ex vi examinis, vel ex alia notitia. Et ideo se habet per modum sententiæ, quæ si sit iusta, de sui natura est irreuocabilis, quia si reuocaretur committeretur iniustitia. Quod etiam in casu præsenti contingeret, quia reuocatio approbationis est declaratio contraria approbationi, vnde sicut approbatio est declaratio idoneitatis, ita reuocatio est declaratio inhabilitatis, quæ profectò esset in iusto respectu illius, qui simpliciter, & absolutè est declaratus idoneus, si iustè declaratus est.

1393 Hoc tamen non obstante potest nouus Episcopus de nouo examinare Regulares iuxta declarationem S. Congregat. Quia vocando ad examen non reuocat approbationem, sed tantum recognoscit, an sit iustè data. Quod autem possit recognoscere approbationem, ex eo conuincitur, quia est pastor ouium suæ diœcesis, & de ipsis tenetur reddere rationem, vnde ratione sui officij habet ius recognoscendi idoneitatem ministrorum, quos habet adiutores in pascendis ouibus sibi commissis. Et sicuti imputatur Episcopo, si approbet ministros non idoneos, ita imputaretur successor, si manuteneret non idoneos, aut permitteret, & ideo debet recognoscere. Rursus, cum ad ipsum spectet cura suarum ouium, nō debet relinquere curæ ignotorum, & proinde debet recognoscere ministros, & eorumdem idoneitatem, per quos reguntur, alioquin negligerent eues sibi commissas, siquidem relinquerent earumdem conscientias sub ignotorum cura, quod esset negligere ipsarum salutem, & ideo tenerentur reddere rationem Deo, si quæ anima periret ob inhabilitatem Confessariorum. In hoc tamen examine tenentur ratam habere approbationem illorum, quos idoneos repererint, absolutè, & simpliciter, sicut eam obtinuerant à prædecessore; alioquin iniustè se gererent auferendo ab approbatis, quod per modum sententiæ ante obtinuerant.

An Confessarij possint approbari ad tempus. Quæst. II.

SVMMARIVM.

1394 *Confessarij quando possint approbari ad tempus.*
Absolute idoneos tenentur Episcopi absolute approbare.
1395 *Approbatio non est libera Episcopis, sed debent se conformare idoneitati.*

1394 Ad 2. Resp. Quòd sic: & ita hodie seruatur in Curijs Episcopalibus ad tollendas omnes difficultates, quas regulares proponebant, quòd semel approbati poterant deinde semper audire Confessiones, & ita declarauit S. Conc. Trid. *die 2. Iulij* 1587. per hæc verba. *Regulares, qui ad confessiones audiendas idonei generaliter ab Ordinarijs, eorumve examinatoribus reperti & probati fuerunt, generaliter quoque, & indistinctè absque aliqua limitatione temporis, certorumue locorum, aut generis personarum admittantur in Diœcesi propria. De cæteris verò, qui non adeo idonei reperientur, si petierint se admitti, arbitrio Ordinariorum relinquitur ipsos cum limitata facultate, prout eisdem Ordinarijs magis expedire videbitur, probare, & admittere. Qui autem in domibus Laicorum confessiones ex causa audierint, statim Parochum admonere teneantur, & fidem auditæ confessionis pro Medico adueniente relinquere*; Vtteſtatur Quaranta *in verbo, Priuilegia Regularium fol.* 514.

F. Michael Bonel. Card. Alex.

Gregorius Palearius Secretar.

ADDITIO.

1395 Ex declaratione S. Congregat. quam Auctor affert, constat, quod tenentur Ordinarij, quos simpliciter idoneos repererint, simpliciter approbare. Vnde non ex eo, quod semel approbati prętendant semper posse audire confessiones, vt innuit Auctor, possunt Ordinarij ad tollendas difficultates approbare ad tempus, sed solum, quia non sint absolutè idonei. Et ita tradunt Suarez *disp. 28. de pœnit. sect. 7. dub. 6.* Vgolin. *de potest. Epis. par. 1. cap. 20. num. 6.* Rodriquez *tom. 1. quæst. reg. quæst. 58. ar. 8.* Cened *lib. 1. quæst. canon. quæst. 38. num. 21. & 22.* Facundez *præcep. 2. Eccles. lib. 7. cap. 2. num. 17.* Miranda *tom. 1. Manual. quæst. 45. ar. 10. concluſ. 10.* Homobon. *tract. 5. Exam. Eccles. cap. 3. quæst. 17.* Gutierez *lib 1. quæst. canon. cap. 27. num. 18.* Lezana *tom. 1. quæst Regular. cap. 19. num. 8.* Ex quo fit, quod approbatio non sit libera Episcopus, ita & possint ad libitum limitare, aut modificare, sed tenentur

tur approbare ſecundum menſuram idoneitatis. Quod ſequitur ex natura approbationis, quæ non dicit aliud, quàm proferre ſententiam de idoneitate iuxta iudicium, quod de ipſa formatur. & ideo ſi prolatio ſententiæ diſcrepet à iudicio, & appellatio non ſit ſecundum menſuram idoneitatis, iniuſtoſa eſt, & iniuſta non ſecus, ac eſſet ſententia iudicis, quæ diſcreparet ab ipſius iudicio, quod formaret audita vtraque parte, & à iuribus, ſecundum quæ eſſet proferenda. Et ideo Concil. Trident, *ſeſſ.* 23. *c.* 15. *de reformat.* non refundit approbationem in purum beneplacitum Ordinariorum, ſed in iudicio de idoneitate, vt conſtat ex illis verbis, *Niſi per examen, aut aliàs idoneus iudicetur*. Vnde cum per Concilium committatur Ordinarijs ſola approbatio, non eſt ipſis liberum reijcere, aut admittere, prout libuerit, ſed ſimul obligantur declarare idoneitatem, prout reperiunt, & proferre ſententiam iuxta iudicium, quod de ipſa formant. Vt proinde S. Congregat. declarauerit, debere Ordinarios abſolutè, & abſque vlla reſtrictione loci, temporis, perſonarum approbare, quos abſolutè idoneos reperetint.

An Epiſcopus poſſit concedere licentiam Regularibus audiendi confeſſiones, etiamſi non exponantur examini. Quæſt. III.

SVMMARIVM.

1396 *Epiſcopus poteſt admittere ad confeſſiones audiendas non examinatos, & quando.*

Quid requiratur, vt quis ſit aptus ad audiendas confeſſiones.

1397 *Idoneitas debet eſſe nota, vt quis approbetur ad audiendas confeſſiones.*

1398 *Examen confeſſariorum quando poſſit omitti.*

Quando ſcientia doctorandi eſt notoria, omitti poteſt examen.

1399 *Ordinarius an poſſit ſe remittere Superioribus quò ad idoneitatem ſubditorum pro audiendis confeſſionibus.*

Superior Regularis teſtans aliquem idoneum pro audiendis confeſſionibus, qui non ſit, grauiter peccat.

1400 *Si habilis pro audiendis confeſſionibus reijciatur, poteſt appellare à grauamine.*

Quid ſi deficiat ex timore, aut perturbatione animi.

1396 Ad 3. Reſp. Ratio dubitandi pro oplnione negatiua, quòd non poſſit, ſumitur ex Conc. Trid. *ſeſſ.* 23. *can.* 25. in quo diſponitur, nullum etiam regularem poſſe confeſſiones ſæcularium audire, aut ad id idoneum reputari, niſi parochiale Beneficium habuerit, aut ab Epiſcopo per examen, ſi illi videbitur neceſſarium, ſit approbatus. Ex quibus verbis patet euidenter, non poſſe Epiſcopum examen remittere; & fortificatur ex eo, nam in approbandis confeſſoribus, manifeſtè debet conſtare de eorum ſcientia, vt notat Gloſſ. communiter recepta *in Clem. dudum. §. ſtatuimus. de ſepulturis*: vbi ponit ſex qualitates neceſſarias, inter quas præcipua eſt, quòd ſit perſona ſagax, vt ſciat ſoluere, & ligare, ac miſericordiam cum rigore miſcere, cap. *diſciplina*, & quòd ibi communiter notatur, 45. *diſt.* Archidiac. *in cap. pœnitentia. de pœnitentijs, diſt. prima*. Panorm. *in cap. niſi vtriuſque ſexus, num.* 7. *& ſequen. eodem tit.* vnde Gloſſ. *in cap. conſideret, de pœnitentijs diſt.* 6. dicit, tantam debere ineſſe ſapientiam *in Confeſſario*, vt valeat diſcernere inter morbum & morbum, lepram & lepram, atque ita ſequuntur omnes Summiſtæ in verbo *Confeſſor*. Supradictis accedebat, requiri examen in Confeſſoribus pro forma, & propterea omitti non poteſt, ad tradita latiſſimè per Pariſium *in tractatu de reſignatione Beneficior. lib.* 7. *q.* 9. Gonzalez *Gloſ.* 5. *§.* 3. *n.* 8. *& ſequen.* Artama. *conſ.* 25. Kopen. *in dec. Germaniæ* 21. Hinc eſt, quòd quando examen requiritur pro forma, non ſufficit præſentatio virtualis, ſed perſonalis, ita Bald. *in c. Conſtitutus il.* 2, *num.* 4. Dec. *n.* 7. Fel. *n.* 10. Anan. *num.* 12. *de appellationibus*. Fuſchus *in tract. de viſitat. lib.* 2. *c.* 5. voluit examen faciendum in Parochialibus beneficijs, eſſe de forma ſacri Concilij Tridentini. Concludo tamen, quod non eſt neceſſarium pro forma in approbatione Confeſſariorum, ſed ſufficit, quòd Epiſcopus reputet aliquem idoneum, & ſic illum etiam abſque examine approbare poteſt, ſi vult: nam Concilium Trid. non ſe reſtringit ad dictum examen, ſed dicit, aut aliàs idoneus iudicetur. ita Riccius *in prax. var. reſol. fol.* 14. *reſol.* 21.

ADDITIO.

1397 Eſſe neceſſariam notitiam idoneitatis cõfeſſarij in Ordinario approbãte, deducitur euidenter ex Concilio, ſiquidem requirit, quod ab approbante aut per examen, aut aliàs iudicetur idoneus. Iudicium autẽ de idoneitate non poteſt formari niſi propria notitia de ſcientia. Et ideo ſi Ordinarius aliquem approbaret abſque examine, & abſque notitia de habilitate, peccaret mortaliter, quia in re grãui negligeret munus ſuum, & exponeret periculo ores ſibi commiſſas, dum ſineret eumdem con-

conſcientias regi ab ijs, quos neſciret eſſe habiles pro tali munere.

1398 Quod autem poſſit Ordinarius prætermittere examen, quando alias ipſi conſtat de ſufficientia approbandi, non ſolum deducitur ex Concilio, cum vtatur dictione, *Aut aliàs idoneus iudicetur*, ſed etiam, quia in Doctoratu, in quo fit iudicium de doctrina doctorandi, omitti poteſt examen, quando ſcientia doctorandi eſt notoria, vt tradunt Gloſ. *in cap. Nullus.* verbo *Teſtimonio. diſt.*24 Felin. *in cap. fin. num.* 28. *de præſumpt.* plura allegans. Dec. *in cap. Conſtitutis* 2. *num.*3, *de appellat.* Ceual. *Commun. contra com. par.*2. *quæſt.*302.*n.*14. Gonzalez *ad reg.* 8. *Cancel gloſ.* 4. *num.* 86. Henriquez *lib.*10. *ſum. cap.* 18. Modit. *in* §. *Plebiſcitum dub.*54. *num.* 12. Achugna *in c.p. Nullus num.* 3. *diſt.*24. Adeſt tamen diſcrimen, quod, vt quis doceretur abſque examine, debet ſcientia eſſe notoria non ſolum ijs, qui ſuffragium ferre debent pro doctoratu, ſed etiam cæteris, ita vt debeat eſſe publica, quia ſicut doctoratus eſt gradus publicus, ita etiam habilitas debet eſſe publica, vt tollatur ſuſpicio, quod inhabiles doctorentur. At confeſſarij ſcientia ſufficit, ſi ſit nota approbanti, quia inſeruit ſolum notitia, vt poſſit approbare, & ſciat futurum miniſtrum idoneum. Ex quo fit, quod debeat habere notitiam de doctrina neceſſaria pro exercendo munere confeſſarij; nam licet ſciret eſſe theologum ſcholaſticum, non tamen ſufficeret, quia theologia ſcholaſtica non ſufficit pro exercendo munere confeſſarij; imo plures theologos noui, qui neſciebant penitus neceſſaria pro tali munere.

1399 An autem poſſit Ordinarius ſe remittere Superioribus regularibus circa ſufficientiam ſubditorum, quos præſentant pro audiendis confeſſionibus, atque adeo abſque alia notitia de eorumdem ſufficientia eos approbare. Negatiue videtur reſoluendum; quia iudex non poteſt ferre ſententiam ſine cognitione cauſæ ſtando dicto alterius, ſed oportet quod ipſe ſit inſtructus de meritis cauſæ. Cum ergo approbatio ſit declaratio idoneitatis per modum ſententiæ, non poterit Ordinarius declarare aliquem idoneum, niſi cognoſcat de idoneitate per examen, vel alio modo noram habeat. Tenendum tamen eſt, quod poſſit ſe remittere iudicio Superiorum regularium, ſi eos idoneos iudicet, vt poſſint ferre iudicium de habilitate, & confidat de ipſorum induſtria, & fidelitate. Ratio eſt, quia in tali caſu cenſetur ipſis committere cognitionem cauſæ, & ipſe ſtat eorumdem relationi, tanquam inſtructus, & in virtute talis relationis approbat, & proinde approbatio habet debitum fundamentum notitiæ, quâ Epiſcopus habet ex tali relatione. Sic etiam Summus Pontifex fert iudicium in cauſis grauiſſimis, quas committit examinandas alicui peculiari Congregationi, innixus relationi eiuſdem Congregationis. Ex quo fit, quod Superior regularis atteſtans aliquem eſſe idoneum, quem neſcit eſſe idoneum, aut reuera non eſt, grauiter peccat, & multipliciter. Nam quando Ordinarius ſe remittit ipſius iudicio, exigit eiuſdem fidelitatem, & ipſe tacitè promittit, dum acceptat munus atteſtandi de idoneitate; & ideo mentitur, & peccat contra fidelitatem. Rurſus committit illud peccatum, quod committeret Ordinarius approbando, quem neſcit eſſe idoneum, quia eſt cauſa quod approbetur.

1400 Sed quid ſi aliquis habilis in examine reijciatur? Reſp. Poſſe reiectum appellare à grauamine examinatorum, & petere iterum examinari, quia ex nouo examine per perſonas non ſuſpectas optimè conſtabit, an ſit paſſus grauamen, iuxta ea, quæ tradunt Ludouiſ. *deciſ.*159. *num.* 10. Rota *deciſ.*8. *de probat. in Nouis.* & *deciſ.*18. *num.*4. *de conceſſ. præbendar. ſimiliter in Nouis.* & *in Calagurritana Beneficij de Ceruera* 8. *Februar.* 1591. & *in Calagurritana de Munilla* 15. *Iun.* 1612. *coram Coccino*. Et ideo ſi ſe offerat reiectus nouo examini, erit admittendus, quod etiam locum habet, ſi ex timore, aut ex alia perturbatione animi defeciſſet in examine, vt ponderat Merlin. *citata deciſ. num.* 9. & ideo etiam ab ijſdem examinatoribus poterit de nouo examinari, ſi ſit paratus ad nouum examen ſubeundum.

An qui abiurauerunt de vehementi, poſſint amplius admitti ad confeſſiones audiendas. Quæſt. IV.

SVMMARIVM.

1401 *Qui abiurauit de vehementi, non poteſt amplius admitti ad audiendas confeſſiones.*
Cenſetur grauiter infamatus.
Ex condemnatione criminis publici oritur infamia.
Hæreſis eſt crimen publicum.
Abiuratio de vehementi habet vim publicæ pœnitentiæ.
Inducit irregularitatem. Vide num. 1403. & 1404.
Abiuratio de leui non impedit exercitium ordinum, & audire confeſſiones.

1402 *Abiurans de vehementi non poteſt admitti ad audiendas confeſſiones, ſed tantum ſæcularium.*

1403 *Abiurans de vehementi an ſit irregularis.*
Publicâ pœnitentia non inducit irregularitatem.

1404 *Abiuratio de vehementi non inducit irregularitatem.*
Irregularitas non inducitur ex argumentis, aut paritate rationis.

1401 Ad 4. Reſp. Quòd non. Locatus *in opere iudic. in fine*. quæ deciſio non videtur carere ratione; ſiquidem tales cenſentur grauiter infamati, cap. *ad abolendam*, & quod ibi communi-

muniter notatur, *de hæreticis*; & proinde debent suspendi ab officio, & beneficio propter criminis immanitatem, argument. tex. *in cap. inter, de purgatione canonic.* Achil. de Grass. *in decis. vnica, de hæreticis*, & Capp. Tholos. *in decis.* 91. Imò etiam post abiurationem remanet infamia facti; siquidem solus reus illam remouere possit, per Hostien. & alios *in cap. ex tuarum, de purgatione canonica*, & *ibidem* Abb. *num.* 2. & *in cap. testimonium*, vbi etiam Fel. *num.* 12. *de testibus*, stante maximè quòd fuerat condemnatus ex causa criminis publici, ex qua oritur infamia. *cap. infamiæ §. porrò* 3. *quæst.* 6. Spec. *in tit. de testibus, §.* 1. & crimen hæresis esse publicum non dubitatur, ex latè traditis per Simanc. *de Catholicis instit. num.* 7. facit. tex. *in cap. ius publicum*, 1. *dist.* & infamis non potest consequi dignitates, cap. *Infamis, de regulis iuris*, l. *vnica, C. de infamibus lib.* 12. Item quòd supradicta abiuratio de vehementi obtinet vim publicæ pœnitentiæ, vt tradunt communiter *in cap. accusatus §.* 1. *de hæreticis, in* 6. quæ inducit irregularitatem, & consequenter inhabilitatem ad audiendas confessiones fidelium, cap. *Ex pœnitentibus*, cap. *illud*, & *cap. placuit.* 50. *dist.* quia irregularitas contrahitur ex publica pœnitentia, quæ imponitur pro crimine, vt habetur *in d. cap. placuit*, & notat Arch. *in cap. in capite.* 50. *distinct.* Alex. de Neuo *Cons.* 69. *num.* 6. Alciat. *cons.* 17. & speciale est in crimine hæresis, vt abiuratus etiam post abiurationem remaneat suspensus, ratione scandali, vt notabiliter voluit Oldrad. *in cons.* 22. Mand. *cons.* 29. post Host. Io. Andr. & reliquos *in cit. cap. inter, de purgatione canonica*; & facit cap. *nihil, de præscriptionibus*; & facit suspicio recidui, ad tex. *in cap. Semel malus, de regulis iuris*.

Non obstat Paris. *cons.* 2. *num.* 18. & *in cons.* 188. *vol.* 4. & Rol. *cons* 63. *n.* 6. vbi ait, hæreticum formalem, qui prima vice abiurauit, non effici inhabilem ad beneficia. Quia respondetur id procedere in re non ita præiudiciali. In abiurante verò de leui, cùm fuisset dubitatum in Curia Archiepiscopali Neapolitana, re delata ad sacram Congregationem generalis Inquisitionis Sancti Officij in Vrbe, fuit rescriptum die 6. Martij 1596. dictum Sacerdotem non esse impeditum exercere omnes Ordines, & Sacramenta ministrare; ac fidelium etiam sæcularium confessiones audire, quamuis abiurasset de leui; qui verò abiurauerunt de vehementi, nunquam admittuntur.

ADDITIO.

1402 Locatus *in fine praxis*, seu *oper. iudicial.* citatus ab Auctore affert Decretum, seu declarationem Congregationis S. Officij, quòd qui abiurarunt de vehementi, non possint admitti ad audiendas confessiones. Et ita notant etiam Alphonsus de Leone *de offic. Confes. par.* 2. *resol.* 1. *num.* 211. Riccius *decis.* 218. *par.* 2. Genuens. *in praxi Archiepis. cap.* 45. *num.* 2. Intelligitur tamen de confessionibus sæcularium, quia ita habet expressè prædictum Decretum. Vnde si fuerit regularis, poterit cum licentia suorum Superiorum audire confessiones aliorum regularium, cum de his confessionibus non loquatur Decretum. Qui verò abiurauit de leui, admitti potest, vt habet Auctor, quod intelligendum est, nisi aliud obstet.

1403 An autem, qui abiurauit de vehementi, sit irregularis, affirmat Riccius *decis.* 218. *n.* 5. *par.* 2. & citat Archidiacon. *in cap. In capite dist.* 50. Alexan. de Næuo *consil.* 69. *num.* 6. Mandel. *consil.* 29. cum Host. Io. Andr. & alijs *in cap. Inter, de purgat. canon.* Quia irregularitas contrahitur ex publica pœnitentia. cap. *Placuit dist.* 50. Abiuratio autem de vehementi obtinet vim publicæ pœnitentiæ, vt tradunt *in cap. Accusatus, §.* 1. *de hæret. in* 6. Sed hoc nō est fundamentum sufficiens ad inducendam irregularitatem. Nam non est verum, quod publica pœnitentia inducat irregularitatem, neque hoc habetur ex dicto cap. *Placuit*. Imo potius oppositum colligitur, dum statuitur, quod publicè pœnitentes non admittantur ad Clerum, *Nisi necessitas, aut vsus exegerit*, vbi non reijciuntur absolutè, sed admittuntur, si *Vsus* hoc est Consuetudo, vt *ibi* explicat Glos. *exigat*. Deinde loquitur de publicis pœnitentibus, durante pœnitentia, vt constat ex illis verbis. *Eum verò pœnitentem dicimus, qui &c. publicam pœnitentiam gerens cilicio &c.* Rursus abiuratio de vehementi neq; obtinet vim publicę pœnitentiæ, qualis antiquitus erat in vsu, quia non trahit secum illas publicas demonstrationes, neque etiam æquiualentes, quales erant in publicè pœnitentibus.

1404 Itaque tenendum est, quod abiuratio licet de vehementi, non inducat irregularitatem, vt tradunt Paris. *consil.* 2. *num.* 18. & *consil.* 188. *lib.* 4. Rolan. *consil.* 63. *num.* 26. Sanchez *lib.* 1. *sum. cap.* 25 *num.* 12. Villalob. *par.* 1. *sum. tract.* 21. *difficul.* 5. *n.* 2 Alphon de Leone *de offic. Confessar. tom.* 2. *recollect.* 1. *num.* 211. Et idem tradunt Nauar. *consil.* 16. *num.* 1. *de hæret. lib.* 5. testans de praxi, vbi refert Prælatum sequenti die post abiurationem de vehementi absque vlla dispensatione celebrasse Missam, & fuisse de hoc laudatum à Papa, erat enim in Curia Romana. Et ratio est. Quia irregularitas non potest induci ex argumentis, aut paritate rationis, sed vt locum habeat, debet esse expressa in iure. Nullo autem iure probari potest talis irregularitas, & ideo non est admittenda. Imo dato, quod solemniter pœnitentes essent irregulares, non est ex hoc casu extendenda irregularitas ad alium; nempe ad abiurantes, cum non extendatur à iure.

An

An approbatus ab vno Ordinario possit audire confessiones in alio Episcopatu Quæstio V.

SVMMARIVM.

1404 *Approbatus in vno Episcopatu non potest in alio audire confessiones.*
1405 *Doctores oppositum sentientes.*
1406 *Praxis requirit approbationem pro singulis Diœcesibus.*
Approbatio pro vna Diœcesi non se extendit ad aliam.

1404 Ad V. Resp. negatiuam sententiam probat post alios Rod. *vbi sup. ar.* 5. vbi plenè, & ita ab eadem Sacra Concilij Congregatione decisum fuisse adnotauit Quaranta *in d. verbo Confessio, pag. mihi* 195.

ADDITIO.

1405 Oppositum, nempe approbatum in vna Diœcesi posse vbique confessiones audire, tenent quamplures, Henriquez *lib.* 6. *sum. cap.* 6. *num.* 7. & *lib.* 7. *cap.* 12. *num.* 4. *in com. litera O.* vbi plures alios refert. Medina 112. *quæst.* 19. *art.* 6. Gomez *in Bul. Cruc. clauſ.* 10. *num.* 8. Corduba *in ſumm. quæſt.* 10. *compend. priuileg. Mendicantium* verbo *abſolutio*, Filliuc. *tract.* 7. *cap.* 9. *num.* 261. Reginal. *lib.* 1. *prax. fori pœnit. num.* 181. Petrus Ledesma *de sacram. pœnit. cap.* 12. *dub.* 7 Vega *par.* 1. *sum. cap.* 62. *casu* 41. & *in speculo Curat. cap.* 11. *num.* 280. & *num.* 337. Ouand. *in* 4. *dist.* 17. Coninch. *disp.* 8. *de sacram. pœnit. dub.* 7. *num.* 53. & *sequen.* ſuppoſito quod non adſit ſpecialis prohibitio Ordinarij. Summa Corona *tit. de sacram. pœnit. dub.* 2. *num.* 52. Suarez *disput.* 28. *de pœnit. sect.* 7. *num.* 6. & 10. Bartholom. Ledesma *de sacram. pœnit. difficul.* 23. Io. à Cruce *lib.* 2. *de statu relig. cap.* 6. *dub.* 5. Ludonic. à S. Ioan. *par.* 1. *sum. quæst* 6. *de pœnit. art.* 2. *difficult.* 13. Malder. 1. 2. *disp.* 8. & alij. Quia inquiunt, finis Concil. Trident. *sess.* 23. *cap.* 15. *de reformat.* requirentis approbationem Ordinarij, est, ne ignorantes excipiant confessiones; vnde obtinetur finis eo ipso, quod Confessarius est approbatus ab vno Ordinario.

1406 Praxis tamen aliter interpretatur Concil. Trident. si quidem seruatur præsertim à Regularibus, in quibus frequentius occasio contingit, quod in singulis Diœcesibus à singulis Ordinarijs petant approbari. Adest etiam declaratio S. Congregat. apud Garziam *par.* 5. *de benefic. cap.* 8. *n.* 132. quæ ita habet, *Congregatio Concilij respondit. Approbatum ab alio, quàm à Valentino Episcopo, in Diœcesi Valentina non censeri approbatum ab Ordinario.* Et ratio est. Quia approbatio est actus auctoritatiuus, & iurisdictionis, quia non est nuda declaratio idoneitatis, sed declaratio auctoritatiua. Actus autem auctoritatiui, & iurisdictionis non excedunt spheram auctoritatis, & iurisdictionis, atque adeo nec limites Diœcesis, & ideo non habent vim extra ipsam, nisi rati habeantur, vt contingit in Doctoratu. Approbatio autem vnius Ordinarij non rata habetur ab alio. Accedit etiam, quod approbatio est superaddita de iure nouo præsentationi, quæ sola sufficiebat de iure antiquo quo ad Regulares. Ergo sicut de iure antiquo erat necessaria præsentatio respectu cuiuscumque Ordinarij; ita etiam erit necessaria approbatio tanquam superaddita præsentationi.

An Confessarij electi vigore priuilegiorum Confraternitatum, debeant esse approbati ab Ordinario. Quæst. VI.

SVMMARIVM.

1407 *Confessarij electi vigore priuilegiorum Confraternitatum, debent esse approbati ab Ordinario.*
1408 *Non possunt absoluere à reseruatis.*
Nec dispensare super aliqua irregularitate.

1409 Ad 6. Resp. Quòd Confessarij electi vigore Priuilegiorum Confraternitatum, debent esse approbati ab Ordinario, prout cauetur expresè in Constit. Clem. VIII. fel. record. quæ incipit, *Quæcumque à Sede Apostolica.*

ADDITIO.

1408 Constitutio Clement. VIII. de qua Auctor, habetur supra *num.* 202. Ex qua est etiam adnotandum, quod Confessarius electus vigore priuilegiorum dictarum facultatum, circa absolutionem non habet aliam facultatem, quam habeant regulariter alij Confessarij, siquidem per dictam Constitutionem non potest absoluere non solum à casibus in Bulla Cœnæ, sed neque etiam à cæteris reseruatis siue Apostolicæ Sedi, siue Ordinarijs locorum. Vnde facultas ipsorum reducitur ad Ordinarium

quoad

quò ad abſolutionem à peccatis. Nec item abſoluere poſſunt ab excommunicatione ab homine lata; nec ſimiliter diſpenſare ſuper aliqua irregularitate, ſiue ex crimine ſiue ex aliquo defectu prouenlente. Vnde videndum erit, an virtute priuilegiorum aliquid aliud poſſint præter prædicta, & hoc manebit in ſuo robore; alioquin tota illorum facultas non erit alia, niſi quam habent Confeſsarij ordinarij.

An Confeſſarij poſſint abſoluere ab hæreſi purè mentali, vbi plura de materia. Quæſt. VII.

SVMMARIVM.

1409 *Quilibet Confeſsarius poteſt abſoluere ab hæreſi purè mentali.*
1410 *Hæreticum pure mentalem incurrere excõmunicationem, qui doceant.*
1411 *Hæreticus purè mentalis non incurrit aliquas pœnas.*
Eccleſia non iudicat de omnino occultis.
1412 *Hæreſis purè mentalis an poſſit reſeruari ab inferioribus Papa.*
Ordinarij non poſsunt ſibi reſeruare caſus ſpecialiter reſeruatos Papæ.
Vbi Pontifex manum apposuit, non poteſt inferior ſe ingerere.
1413 *Quid requiratur, vt hæreſis fiat externa, vt ſubſit excommunicationi.*
Animus efficacius declaratur factis quam verbis.
Quale debeat eſſe factum vt declaret hæreſim.
1414 *Omiſſiones alicuius actus poſsunt declarare hæreſim.*
1415 *Quomodo hæreſis debeat manifeſtari, vt locum habeat excommunicatio.*
Qualia debeant eſſe ſigna manifeſtatiua hæreſis.
Signa inadæquata poſsunt manifeſtare hæreſim.
1416 *Scribens hæreſim internam characteribus ſibi tantum notis, an ſit hæreticus externus.*
1417 *Propoſitio æquiuoca prolata ex ſenſu hæretico, an faciat hæreticum externum.*
Propoſitio quæ habet ſenſum catholicum, & hæreticũ non eſt ſuſpecta.
In dubio adhibenda illa interpretatio, quæ excludit delictum.
1418 *Vt quis ſit hæreticus externus, debet ſignum eſſe profeſſio interioris hæreſis.*
1419 *Communicans hæreſim internam ad conſilia capiendum, non eſt hæreticus externus.*
1420 *Nec manifeſtans hæreſim internam præbitam.*
Quid ſi explicet hæreſim præteritam cum complacentia.
1421 *Quid ſi explicet Inquiſitori interroganti, & tunc hæreticè ſentiat.*
1422 *An ſit hæreticus externus, qui explicat ſe aliquid contra fidem ſenſiſſe.*
1423 *Hæretice ſentiens, & eamdem hæreſim legens, aut tanquam lectam narrans, aut tranſcribens, an fiat hæreticus externus.*
1424 *Hæreſis interna non fit externa niſi per actũ peccaminoſum mortaliter.*
1425 *Pronuncians hæreſim internam dormiendo, aut in ebrietate, non fit hæreticus externus.*
1426 *Quid ſi præuideat, nec impediat.*
1427 *Hæreſis interna manifeſtata indeliberate non eſt hæreſis externa.*
1428 *An fiat hæreticus externus, qui præuidens ſe inebriat, vt manifeſtet hæreſim.*
1429 *Fingens ſe dormire, & pro tali habitus, an fiat hæreticus externus ſi pronunciet hæreſim.*
Quid de repræſentante in ſcena perſonam hæretici.
1430 *Pronuncians internam hæreſim ex inconſideratione, aut cum ſolo peccato veniali, an fiat hæreticus externus.*
1431 *Quid ſi hæreſis interna non influat in pronunciationem.*
Paria ſunt non eſſe, & eſſe ſine effectu.
Aſſumens ſignum ſectæ Hebræorum quando fiat hæreticus externus.
1432 *Exercens opera bona, ſed ex hereſi interna, an fiat hæreticus externus.*
1433 *Edens carnes ex interna hæreſi, ſed in parua materia, an fiat hæreticus externus.*
Eſus carnium in exigua quantitate cur non ſit de ſe ſignum hæreſis internæ.

1409 Ad 7. Reſp. Quod ſic, quia purè mentalis hæreſis non eſt punibilis ab Eccleſia in foro exteriori, & non eget abſolutione in dicto foro, nec ſubiacet iudicio fori exterioris Eccleſiæ, iuxta conſtantem receptamque Theologorum ſententiam, de qua relatis alijs teſtatur Io. Simanc. *de Cathol. inſtit. cap.* 24. *num.* 3. *& ſeq.* & meminit Guttier. *vbi ſup.*

ADDITIO.

1410 Oppoſitum eſſet dicendum iuxta doctrinam, quod hæreticus purè mentalis incurrat excommunicationem, & proinde adhuc eſſe reſeruatam, quam tradunt Gloſ. *in Clemen. I. §. verum*, verbo *eo ipſo*, *de hæret.* & *in cap. cogitationis*, verbo *patitur*, *de pœnit. diſt.* 1. & *in cap. penul.* verbo *tuo de ſentent. excom. in* 6. Cardin. *in d. Clemen.* 1. *n.* 8. Imola alios referens *num.* 18. Goffred. *in ſum. tit. de hæret. num.* 2. Anan. *in cap. ſi quis Epiſcopus nu.* 7. ver. *Iſtud tamen de hæret.* Felin. *in cap.* 1. *num.* 7. *de præſump.* & *tract. quando conatus pun. num.* 3. ver. *Fallit tertio, in* 4. *caſu.* Abbas *in cap. fin. num.* 1. *de hæret.* & *in dap.* 2. *num.* 13. *de offic. Ordinar.* Bald. *in l. ſi quis non dic. num.* 1. ver. *venio ad oppoſit. C. de Epiſcop.* Hippolyt. *in l. qui falſ. m. num.* 13. *ff. de falſ.* Roſella *in ſum.* verbo *abſolutio* 1. *num.* 29. Cenal. alios

alios referens *tom. 2, com. opin. quæſt. 698. num. 9.* Adrian. *in 4, quæſt. 2. de confeſſ.* S. *alij prob.* verbo *ſed huius.* Albertin. *de cognoſcen. aſſert. quæſt. 33. num.27.* Decian. *lib.5. crimin. cap.41. num.2.* Rojas *de hæret. par.1. num.246.* Vela *de pœn. delict. c.14. ver. iure verò.* Canter. *in ſuis quæſt. de quæſt. tangent.punit. cap.1. num.8.* Repertor. *Inquiſitorum*, verbo *pœna ipſo iure.* Menoch. *lib.2. de arbitr.cent.4. caſu 360. num.6.* Et quamuis Ceual. & Cantera velint incurrere ſolam excommunicationem, incurrere tamen etiam alias pœnas tradũt Bald.Anan.Hippolyt. *citati*, Pelin. *in cap.1. num.7. de præſump.* & incurrere etiam amiſſionem bonorum, tradit Surd. *de alimen. tit.9. quæſt.33.num.7.* & *deciſ.247. n.12. par.1.* Quia ſcilicet hæreticus mentalis eſt perfecte hæreticus, cum hæreſis ſola mente conſummetur, & proinde tanquam delictum conſummatum ſubiacet pœnis.

1411 Auctoris tamen ſententia, quod hæreticus pure mentalis nullas incurrat pœnas, neque etiam excommunicationem, eſt communiſſima. Quam tradunt Couarru. *in reg. peccatum par.2.in 4 num.7* Clarus *in practi. lib.6. §. hæreſis, num.3.* Villagut. *de extenſ. leg. tit. de iudice, & iudic &c. §.10. num.56.* & *tit. de exten. pœn. inflict. hæret. &c. numer.96.* Guttierez *lib.1. canon. quæſt. cap.13. n.28.* Perez *lib.1. Ordin. tit.1. l.2.* & *lib.8. tit.4. l.3.* verbo *quari inſuper ſolet.* Azeuedo *lib.8. recopilat. tit.3.l 1. num.155.* Caſtro *lib.2. de iuſta hæret. punit. capit.18 poſt init.* Maior. *in 3. diſt.25. quæſt.3.in fine.* Palud. *in 4. diſt. 13. quæſt.3. ar.1. concluſ. 8. nu.15.* Caiet. *in ſum.* verbo *hæreſis in fine*, & *2.2. quæſt.11. ar.3. in fine*, D.Antonin. *3. par. tit.24. cap.4. init.* Sotus *in 4. diſt.22. quæſt.2. ar.2.* ver. *hoc autem ſupposito*, Driedo *lib.3. de libert. clau. capit.5. in fine*, Tabiena verbo *excommunicatio 5. num. 4.* Angel. verbo *hæret. num. 2.* Armill. verbo *excommunicatio caſu 9.* Sylueſter verbo *excommunicatio 7. num. 4.* Sá *eod. verbo de casib. Bull. Cœn. num.3.* Nauar. *cap.11. manual. num.22.* Martin. Ledeſma *2. par. 4. quæſt. 21. ar.6.* ver. *ſed hæſitabis.* Aragon. *2.2. quæſt 11. ar.3. ll. ſed propter hæc argumenta*, ver. *ex his colligitur*, Bannes *ar.4. dub.2. concluſ.1.* Azor. *par.1. lib.8. c.10 quæſt.3.* Vaſquez *1.2. quæſt.96. diſp.160. cap 5. n.22.* Medina *ar. 4. ante concluſ.* Valent. *tom.3. diſput. 1. quæſt. 11. punct. 3. in fine.* Capeauil. *de casib. reſer. par.2. cap.1. quæſt.2.* ver. *quinto.* Vgolin. *de cenſur. reſer. par. 2. cap. 1. §. 1. num. 16.* & *de cenſur. tab. 1. cap.9. §.12. num.3.* Rodriquez *in Bull. Cruciatæ, §.9. num.71.* Viual. *par.2. candelab. de Bull. Cœnæ, caſu 1. num. 2.* & *par. 1.* Tit. *de abſolut. num.10.* Auila *de cenſur. par.1. dub.10. concluſ. 1.* Henriquez *lib.6. ſum. cap.14. num.6.* Sayr. *de cenſur. lib.3. c.4. num. 21.* Lopez *par. 1. inſtruct. cap. 41.* Suarez *diſput.21. de cenſur. ſect.2. num.2.* Bartholom.Ledeſma *de ſacram. dub.16. de confeſ. fundam.2. in fine.* Petrus Ledeſma *tom.2. ſum.tract.1. cap.6. concluſ.9.* Sanchez *lib.2. ſum. cap.8. num. 2.* & alij. Quia ſcilicet Eccleſia non iudicat de omnino occultis, & mentalibus, quia cum non ſubſint cognitioni, nec etiam ſubeſſe poſſunt diſpoſitioni; vnde licet crimen hæreſis perfectè conſummetur in mente, cum non ſit ſub diſpoſitione Eccleſiæ, nec etiam ſubeſt pœnis ab ipſa impoſitis, & conſequenter non erit reſeruatum, ſed à quocunque Confeſſario hæreticus mentalis abſolui poterit. Siquidem reſeruatur ſolum ratione cenſuræ annexæ, ita vt delictum non ſit reſeruatum, niſi quando trahit ſecum excommunicationem, quia videlicet prius punitur pœna, & de delicto ſic punito fit reſeruatio.

1412 An autem, cum hæreſis purè interna non ſit reſeruata à Summo Pontifice, poſſit reſeruari ab Epiſcopis, aut alijs habentibus facultatem reſeruandi, affirmant Caiet. *2.2. quæſt.11. artic. 4. in fine*, Aragon. *ar.3. colum.8.* Vgolin. *de casib. reſer. Sum. Pont. par.2. cap. 1. §. 1. num. 11.* Suarez *diſp. 21. de cenſur. ſect.2. num.2.* Sanchez *lib.2. ſum. cap.8. nu.4.* qui tamen addit, non eſſe cenſendam reſeruatam, niſi expreſſis verbis declaretur reſeruata; quod intelligit de omnibus peccatis internis, quia cum ſit alienum à prudenti gubernatione Eccleſiæ, peccata interna reſeruari, debet reſeruatio interpretari de internis erumpentibus in actum externum. Verum de præſenti ſtante reſeruatione facta à Summo Pontifice, exiſtimo non poſſe reſeruari ab Ordinarijs. Cum enim caſus hæreſis ſit reſeruatus ſub illa modificatione, quod prorumpat in actum externum, non poſſunt Ordinarij addere huic reſeruationi, quia S.Congregatio decreuit ſub die *26. Nouemb. 1602.* apud Quarant. *in ſum.Bullar.* verbo *caſus reſeruati §. cum autem*, de mandato Clement. VIII. Ne Ordinarij poſſint ſibi reſeruare caſus Bullæ Cœnæ, aut aliàs ſpecialiter reſeruatos Apoſtolicæ Sedi. Rurſus cum Pontifex manum appoſuerit circa crimen hæreſis quò ad reſeruationem, non poteſt inferior amplius ſe ingerere circa reſeruationem, quia eius manus ſunt ligatæ. cap. *vt noſtrum, de appell.* & Extrau. *ad Romanos de præben.* & notant Innocent. *in cap. cum M. Ferrar. num.10. de conſtit.* Dec. *conſ. 191 num.10.* Alexan. *conſ.130. num.9. vol.4.* Feder.de Senis *conſ.2. num.63. init.* Gonzalez *gloſ.52. de men. num.27.* Couaruu. *cap.9. pract. num.4.* Tuſch. *litera P. concluſ. 61. num. 7.* Caputaquenſ. *deciſ.282. numer.5. par.3.* Valaſ. *conſult. 105. num.63.*

1413 Ex ſupradictis autem oritur dubium, quid requiratur, vt hæreſis mentalis fiat externa, ad effectum, vt ſubiaceat excommunicationi. Reſp. Requiri aliquod ſignum externum, quod de ſe ſit manifeſtatiuum hæreſis. Signum autem hic accipitur pro quocunque externo, quod poteſt animum declarare, atque adeo quod poſſit manifeſtare internum actum intellectus, in quo conſiſtit hæreſis. Vnde complectuntur etiam facta, quæ apta ſunt declarare hæreſim, ſiquidem animus efficaciùs factis ipſis, quàm verbis declaratur *l. Paulus, ff. Rem rat.hab.* & *l. Pro hærede, ff. de acquir. hæred.* & *l. Reprehendenda, C. de inſtit.* & *cap. Dilecti filij, 2. de appellat.* & notant Surd. *deciſ.194. num.21.* Maſcard. *de probat. concluſ.1415. num.34.* Scaccia *de appellat. quæſt.17. limit.2. num.23.* Duran. *deciſ.233. num.16.* Rota *deciſ. 582. num. 7. par.1. Recent.* Et proinde quod etiam per facta declaretur hæreſis interna, notant Clar. *in prac. lib. 5. Hæreſis, num. 24.* Vgolin. *de casib. reſer. par.2. cap.1. num. 17.* Viual. *in Candel. par.2. tit. de bulla Cœnæ, num.2.* Sanchez *lib.2. ſum. cap.8. num.15.* & alij mox citandi. Factum tamen debet eſſe tale, vt ſaltem in circumſtantijs, in quibus fit, habeat vim declarandi hæreſim internam,

& ideo

& ideo non ſufficit quòd ſit hæreticale, niſi etiam hæreſim declaret; vnde vt cum Viualdo notat Sanchez *citat.* qui crederet fornicationem eſſe licitam, & ex hac opinione fornicaretur, non eſſet hæreticus externus, quia fornicatio ex ſe non declarat hæreſim, nec ex tali actu concipitur ſuſpicio hæreſis.

1414 Et ad facta, quibus hæreſis interna declaratur, reducuntur etiam illæ omiſſiones, quæ prouenire poſſunt ex animo hæretico, & aptæ ſunt eumdem animum declarare, vt notant Caiet. 2.2. *q.* 11. ver. *Ex his ſiquidem*. Sayr. *lib.* 3. *de cenſur. cap.* 4. *num.* 30. Tolet. *in ſum. in expoſit. Bul. cœnæ excommunicat.* 1. *num.* 10. Sanchez *lib.* 2. *ſum. cap.* 8. *num.* 16. Iſtæ tamen omiſſiones, vt reddant hæreticum externum, debent eſſe tales ex circumſtantijs, vt valeant declarare hæreſim interham, & tanquam ſigna ducere in illius cognitionem. Vnde ſi quis, dum eleuatur Euchariſtia, non genuflecteret ex animo hæretico, ſi ita ſe gereret, vt ſimul oſtenderet inaduertentiam, non eſſet hæreticus externus, quia tunc illa omiſſio non declararet hæreſim internam, ratione illius circumſtantiæ.

1415 Ex quibus ſequitur, quod vt dicatur hæreſis manifeſtata ad effectum incurrendi excommunicationem, debet eſſe manifeſtata relatiuè ad alterum, ita vt ſignum debeat habere vim cauſandi in altero notitiam talis hæreſis; aut ex ſui natura, qualia ſunt verba, & ſcripta directe explicatiua, aut ſaltem habita ratione circumſtantiarum, iuxta ea, quæ tradunt Bannes 2.2. *quæſt.* 11. *ar.* 4. *dub.* 2. *argum.* 3. *contra* 3. *concluſ.* Vaſquez 1.2. *diſp.* 160. *cap.* 5. *n.* 20. & 21. Henriquez *lib.* 6. *ſum. cap.* 14. *num.* 6. Ledeſma *tom.* 2. *ſum. tract.* 1. *cap.* 6. *difficul.* 2. *poſt* 10. *concluſ.* Nauar. *cap. Cogitationis, num.* 10. *corol.* 2. *de pœnit. diſt.* 1. Vgolin. *de cenſur. refer. ſum. Pont. par.* 2. *cap.* 1. §. 1. *num.* 17. Sà verbo *Excommunicatio, in expoſit. Bul. cœnæ num.* 3. Corduba *lib.* 4. *q.* 13. *opin.* 3. ver. *Tertiò corollarie*. Sayr. *lib.* 3. *de cenſur. cap.* 4. *num.* 26. Azor. *par.* 1. *lib.* 8. *cap.* 9. *quæſt. vlt.* Sanchez *lib.* 2. *ſum. cap.* 8. *num.* 7. Bonac. *diſp.* 2. *de cenſur. quæſt.* 5. *pun.* 2. *num.* 6. Palaus *par.* 1. *oper. moral. tract.* 4. *diſp.* 3. *pun.* 3. *num.* 3. Trullench. *lib.* 1. *in Decal. cap.* 2. *dub.* 3. *num.* 6. Aragon. 2.2. *qu.* 11. *ar.* 3. Caſtro *lib.* 2. *de hæret. pun. cap.* 18. Simancas *tit.* 42. *num.* 7. Suarez *de fide diſp.* 21. *ſect.* 2. *n.* 9. Valent. *tom.* 3. *diſp.* 1. *quæſt.* 11. *pun.* 3. *in fine*. Auila *de cenſur. par.* 1. *dub.* 11. *concluſ.* 2. Sanctarel. *q.* 3. *de Hæreſi dub.* 1. *quæſt.* 7. Becan. *par.* 2. *ſum. c.* 15. *quæſt.* 1. *num.* 8. Facundez *lib.* 1. *in* 1. *præcep. Decal. cap.* 11. *num.* 9. Lorca 2.2. *diſp.* 55. *de fide nu.* 6. Turrian. *diſp.* 56. *dub.* 2. ver. *Illud Placet*. Hurtad. *de fide diſp.* 83. *ſect.* 3. §. 20. Et proinde ſigna manifeſtatiua hæreſis, vt conſtituant quem exteriorem hæreticum, debent habere completam ſignificationem interioris hæreſis. Vnde non eſſet hæreticus, qui internè pronuncians, *Deus non eſt Trinus*, exterius ſolum diceret, *Non eſt*: quia hęc externa propoſitio nõ eſt adęquata pro explicãdo ſenſu interno. Ratio eſt, quia niſi ſignum ſit determinatum, & adæquatum, nõ habet vim ducendi in cognitionem audientem, aut videntem. Dum autem non poteſt ducere in cognitionẽ, non habet vim manifeſtandi, & proinde hæreſis ſic manifeſtata nõ eſt manifeſtata, quia non poteſt peruenire ad alterius cognitionem. Aduertendum tamen eſt, quod ratione circumſtantiarum ſigna alias inadæquata, & inſufficientia; poſſunt fieri adæquata, & ſufficientia, vt ſi aſſerente aliquo, quod Deus ſit Trinus, alius præſens, & ad hoc attendens reſpondeat, *Non eſt*. nam tunc expreſsè cenſetur negare, quod ab alio auditur affirmari.

1416 Ex quibus deducitur, quod ſi quis ſcribat hæreſim internam characteribus ſibi tantum notis, vt contingit, quando ſcribitur *in zifra*, vt vulgò dicitur, non fieri externum hæreticum, vt notant Sanchez *lib.* 2. *ſum. cap.* 8. *num.* 10. Filliuc. *tract.* 22. *cap.* 6. *quæſt.* 4. *num.* 187. Trullench. *lib.* 1. *in Decal. cap.* 2. *dub.* 2. *num.* 7. Petrus Hurtad. *de fide, diſp.* 83. *ſect.* 3. §. 15. Et ratio eſt, quia hæreſis non dicitur exterius manifeſtata, niſi poſſit alteri innoteſcere: explicata autem per huiuſmodi characteres non poteſt alteri innoteſcere. Nec obſtat, quod exprimens illos characteres, poſſit alios ducere in cognitionem, quia non ducet ex vi eorumdem characterum, ſed ex vi explicationis; & proinde non manifeſtabit hæreſim per illos characteres, ſed per explicationem ipſorum, & tunc fiet hæreticus externus. Eſt tamen aduerrendum cum Hurtado *citato*; quod vt ſic explicans ſuam hæreſim externam huiuſmodi characteribus, non fiat hæreticus externus, debent eſſe tales, vt nemo ex vi illorum poſſit deuenire in cognitionem rei explicatæ, neque ij quidem, qui periti ſunt in explicandis arcanis notis vulgo *zifre*; vel quia omnino arcani ſint, & ſpecialiſſimi; vel quia ſint malè efformati: nam ſi ex peritis poſſet aliquis explicare, hæreſis eſſet exterius manifeſtata.

1417 Sed quid, ſi proferat propoſitionem æquiuocam, quæ poſſit habere ſenſum catholicum, & hæreticum, & habeat interius hæreſim correſpondentem ſenſui hæretico? vt ſi crederet iuſtificationem fieri per fidem formaliter, diceret, *Homo fide iuſtificatur*; hęc enim propoſitio facit hæreticum, ſi intelligatur de formali iuſtificatione; & ſenſum catholicum, ſi intelligatur de iuſtificatione diſpoſitiuè accepta, ſiquidem de fide eſt, eſſe diſpoſitionem ad iuſtificationem. Reſp. Fieri hæreticum externum. Suarez *diſp.* 4. *de cenſur. ſect.* 3. *num.* 17. Sanchez *lib.* 2. *ſum. cap.* 8. *num.* 26. Hurtad. *de fide, diſp.* 83. *ſect.* 3. §. 13. Quia cum talia verba proferantur ex animo hæretico, & ſint apta ad explicandam hæreſim, cenſetur ſufficienter exterius manifeſtata. Verum obſeruat, & rectè, Hurtad. §. 14. *ſequenti*, requiri, vt reddat hæreticum externum, quod aliqua ratione ſit ſuſpectus; quia ceſſante ratione ſuſpicionis, non poteſt ſine graui peccato interpretari talis propoſitio in ſenſu hæretico; quia ſicut non poſſumus facta indifferentia iudicare peccara, niſi aliunde manuducti: ita & verba. Deinde, quia vt habet cum Suarez *diſp.* 81. *ſect.* 4. §. 27. Propoſitio, quę habet, ſenſum catholicum, & hæreticum, non poteſt vocari ſuſpecta, aut hæreſim redolens, ſed æquiuoca, nec poteſt ſine precipiti iudicio flecti in prauũ ſenſum. Et ideo huiuſmodi propoſitiones ſine alijs adminiculis non faciunt hæreticum externum. Et hoc etiam conſtat ex regula, quod in dubio ſemper eſt capienda illa interpretatio, quæ excludit delictum. *l. Merito, ff. pro ſocio.* & *l. Prætor* §. *docere, ff. de vi bon. rap.* & *cap. fin. de præſump.* & *cap. Eſtote, de regul. iur. in Decret.* & notant Bar. *in*

l. Non

l. Non ſolum, §. ſed vt probari, ff. de nou. oper. nun. per tex. *l. Item apud, §. ſi communem, ff. de iureiur.* Decian. *reſp. 92. num. 529. vol. 2.* Marſil. *conſil. 132. num. 4.* Cephal. *Conſil. 397. num. 98. lib. 3.* Menoch. *conſil. 27. num. 104.* Grammat. *conſil. 25. num. 20.* & *deciſ. 18. num. 5.* Craueta *conſil. 242. in fine.* Tiraquel. *de retrac. conſag. §. 30. gloſ. num. 24.* & alij cum Gloſ. *in l. 2.* verbo *Probaretur*, C. *de petit. hæret.* & habetur etiam *in Reg. iur. l. Semper in obſcuris, ff. de reg. iur.* Et ideo non eſſe talem hæreticum externum ſentit Ricciul. *lib. 1. de perſon. extra Eccleſ. grem. cap. 9. num. 5.*

1418 Rurſus, vt quis fiat hæreticus externus, requiritur, quod ſignum externum ordinetur ad manifeſtandã hæreſim internam; & proinde ſit profeſſio illius; & conſequenter requirit illius præſentiam, ſeu exiſtentiã in intellectu. Ita Vaſquez *1.2. diſp. 160. cap. 5. num. 22.* Suarez *diſp. 4. de cenſur. ſect. 3. n. 14.* Sanchez *lib. 2. ſum. cap. 8. num. 25.* Facundez *lib. 1. in 1. præcep. Decal. cap. 11. num. 14.* Hurtad. *de fide diſp. 83. ſect. 3. §. 30.* Trullench. *lib. 1. in Decal. c. 2. dub. 3. num. 5. in fine.* Ratio eſt, quia actus externus non eſt bonus, aut malus, niſi quatenus coniungitur cum interno, ſiquidem nec etiam eſt actus humanus; & proinde malus prohibetur ſolum vt dependens ab interno. Ergo cum actus ſeu ſignum externum reddens aliquem hæreticum externum ſit malus, & prohibitus ſub excommunicatione, debet coniungi cum actu interno. Deinde, quomodo poteſt ſignum externum manifeſtare hæreſim internam, & facere hæreticum externum, niſi interius adſit hæreſis? Rurſus vt ſignum externum faciat hæreticum externum, debet declarare, & notificare hæreſim internam; & ideo neceſſarium eſt, quod ſit quędam profeſſio illius.

1419 Ex quo deducitur, quod ſi quis habens hæreſim internam eam ſincero animo confeſſario, aut amico communicet ad conſilium capiendum, non fieret ratione huius actus hæreticus externus. Ita Sanchez *lib. 2. ſum. cap. 8. num. 19.* Suarez cum alijs *diſp. 21. de fide ſect. 2. num. 12.* Sanctarel. *de hæreſi cap. 3. dub. 2. num. 10.* Becan. *par. 2. ſum. cap. 15. quæſt 1. num. 8.* Facundez *præcep. 1. Decal. lib. 1. c. 11. num. 19.* Hurtad. *de fide diſp. 83. ſect. 3. §. 33.* Trullench. *lib. 1. in Decal. cap. 2. dub. 3.* Sayr. *lib. 3. de cenſur. cap 4. num. 18.* Azor. *par. 1. lib. 8. cap. 10. q. 5.* Ratio eſt, quia talis manifeſtatio non eſt proteſtatio hæreſis, ſed actus de ſe bonus, cum ordinetur ad petendum conſilium; nec eſſet peccatum hæreſis externæ, ſicut non eſſet actus concubinatus, ſi quis diceret amico ad finem bonum, ſe eſſe in concubinatu. Et hoc à fortiori, ſi detegat in confeſſione ſacramentali; ſiquidem quæ in illa manifeſtantur, ſunt extra humanum commercium, nec ſubſunt iudicaturæ eccleſiæ, prout regulat actus externos, quia deducuntur, & manifeſtantur coram Tribunali CHRISTI; atque adeo non ſubſunt excommunicationi latæ pro actibus externis.

1420 Et à fortiori non eſſet externus, qui confeſſario, aut vnicuique alteri manifeſtaret hæreſim internam iam præhabitam, vt notant Suarez *diſp 4. de cenſur. ſect. 2. num. 14.* Sayr. *lib. 3. de cenſur. cap. 4. num. 31.* Sanchez *lib. 2. ſum. cap. 8. num. 21.* Trullench. *lib. 1. in Decal. cap. 2. dub. 3. n. 16. & 20.* Vaſquez *1.2. diſp. 160. cap. 5. num. 22.* Aragon. *2. 2. quæſt. 11. ar. 3.* Couarruu. *Reg. Peccatum, pun. 2. init. num. 7. in fine.* Simanchas *de cathol. inſtit. tit. 42. num. 7.* Gutierez *lib. 1. canon. quæſt. cap. 132. num. 9.* Azor. *par. 1. lib. 8. cap. 10. quæſt. 4.* Azeuedo *lib. 8. recopil. tit. 3. l. 1. num. 156.* Becan. *par. 2. ſum. cap. 15. quæſt. 1. num. 8.* Sanctarel. *de hæreſi c. 3. dub. 2. num. 11.* Facundez *præcep. 1. Decal. lib. 1. c. 11. num. 20.* Petrus Hurtad. *de fide diſp. 83. ſect. 3. §. 32.* Ratio eſt, quia talis manifeſtatio non eſt profeſſio hæreſis internæ, nec oritur ex fine manifeſtandi ſuũ errorem, ſed ex alio fine: neque enim eſt actus externus correſpõdens interno hæreſis, ſeu ab ipſo oriens; ſed eſt alterius ordinis, & ideo talis eſt, qualis eſt internus, ex quo oritur: atque adeo poteſt eſſe actus virtutis, ſi oriatur ab interno virtuoſo, vtpote humilitatis, prudentiæ &c. Et quamuis Suarez, & Trullench. *citati* doceant, eſſe hæreticum externum, ſi quis explicet ſuam hæreſim internam præteritam cum complacentia; probabilius tamen eſt, non eſſe, vt notant Sanchez *citat.* Filliuc. *tract. 22. cap. 7. quæſt. 10. num. 194.* Quia talis explicatio, licet oriatur ex animo malo, & actu interno peccaminoſo, non oritur tamen ex hæreſi interna, quia non adeſt, vt ſupponitur, nec eſt proteſtatio illius. Vnde vt rectè notat Petrus Hurtad. modo *citat.* Si quis ſuam hæreſim internam exponeret inquiſitori, vel quia vellet ab ipſo dirigi, vel quia interrogaretur ab eodem, non fieret hæreticus externus, nec poſſet puniri, nec reponi inter eos, qui malè ſenſiſſent in fide, nam talis explicatio non oritur ex actu interiori hæreſis tanquam illius proteſtatio, ſed vel ex pia voluntate inſtructionis circa res fidei, vel ex obedientia, vel ex aliquo ſimili actu.

1421 Er quamuis Suarez *diſp. 21. de fide, ſect. 2. num. 7.* Becan. *par. 2. ſum. cap. 15. quæſt. 1. nu. 8.* velint, quod manifeſtans hæreſim ſuam interroganti Inquiſitori, fiat hæreticus externus, ſi tunc de præſenti ſentiat hæreticè, quia exigit ipſum interrogando confeſſionem fidei, & proinde explicatio eſt profeſſio hæreſis: Attamen Facundez *præcep. 1. Decal. lib. 1. cap. 11. num. 21.* adhuc exiſtimat, non fieri hæreticum externum, quod mihi probabilius videtur, ſuppoſito, quod talis hæreſis interna nondum ſit facta externa per alios actus externos; quia talis confeſſio ſeu actus externus non oritur ex actu hæreſis internæ, nec ex voluntate illam manifeſtandi, & profitendi, ſed ex actu virtutis, nempe veracitate, ſeu affectu, & voluntate explicandi veritatem facti. Alioquin, ſicut hæreticus toties peccat, quoties ſuam hæreſim internã exterius profitetur, dum Inquiſitores vrgerent reos, vt ſuas hæreſes confiterentur, vrgerent ad peccandum. Vnde quando interrogant, non exigunt proteſtationem fidei, ſed declarationem facti, prout ſe habet, ſeu manifeſtationem veritatis.

1422 Similiter, qui refert ſe aliquid contra fidem ſenſiſſe, ſiue id faciat ex ioco, ſiue ſeriò, ſiue ex ignorantia, ſiue cum ſcientia, non fit hæreticus externus, vt aduertunt Sayr. *lib. 3. de cenſur. cap. 4. num. 31.* Suarez *diſp. 4. de cenſur. ſect. 2. num. 14.* Sanchez *2. ſum. cap. 8. num. 21.* Trullench. *lib. 1. in Decal. cap. 2. dub. 3. num. 16.* Azor. *tom. 1. lib. 8. c. 10. quæſt. 3.* Facundez *præcep. 1. Decal. lib. 1. c. 11. n. 15.*

Vaſ-

Vaſquez 1.2. *diſp.*160. *cap.* 5. *num.* 22. Petrus Hurtad. *de fide, diſp.*83. *ſect.* 3. §. 30. Ratio eſt, quia non poteſt quis fieri hæreticus externus, niſi ſit internus, vnde affirmans propoſitionem hæreticam, ſi non habeat intus ſenſum hæreticum, non eſt hæreticus. Ergo narrans ſuam hæreſim præteritam, cum de præſenti non ſit hæreticus, quocunque modo narret, non fiet hæreticus externus. Quod habet locum, etiamſi id fieret ex inani iactantia, quia licet peccaret grauiter complacendo ſibi de præterita hæreſi, non tamen eſſet interius hæreticus, nam ſupponitur, quod non aſſentiatur de nouo errori; & ita notant Sanchez, & Facundez *citati*. Quod ſi faceret animo confitendi eamdem hæreſim; videndum, an confiteatur, vt illam profiteatur, & tunc fieret hæreticus externus, quia non poteſt exterius profiteri, niſi interius idem ſentiat. At ſi intendat tantum confiteri vt præteritam, non fiet externus hæreticus, quia hoc non eſt de nouo conſentire in factum præteritum, ſed quod factum eſt, declarare.

1423 Rurſus, non fiet hæreticus externus, qui interne hæreticè ſentiens eamdem hæreſim aut legit in libris, aut tanquam lectam narrat, aut ex alienis libris tranſcribit, vt aduertunt Azor. *par.*1. *lib.* 8. *cap.* 10. *quæſt.* 7. Corduba *lib.* 4. *quæſt.* 23. *opin.* 3. ver. *Tertiò corollariè*. Sà verbo *Excommunicatio, in Bul. cœnæ, num.*3. Sanchez *lib.*2. *ſum. c.*8. *n.*23. Trullench. *lib.*1. *in Decal. cap.*2. *dub.*3. *num.*13. Ratio eſt, quia hi actus non ſunt explicatiui hæreſis internæ, nec quiſquam ex ipſis argueret internam hæreſim; imo à catholicis, & catholico modo exerceti poſſunt, vt ſi quis ad impugnandum tranſcriberet, aut narraret. Vnde ex his actibus non fit exterius manifeſta interna hæreſis, licet adſint, quia non referuntur ad explicandos proprios, ſed alienos ſenſus.

1424 Similiter, vt hæreſis interna fiat externa, requiritur, vt actus ſit peccaminoſus mortaliter ſecũdum ſe, ad effectum contrahendi excommunicationem impoſitum hæreſi externę. Ita Henriquez *lib.*6. *ſum. cap.*14. *num.*6. Sà verbo *Excommunicatio, de Bulla cœnæ, num.*3. Sanchez *lib.* 2. *ſum. cap.*8. *n.*7. Suarez *diſp.* 21. *de fide, ſect.* 2. *num.* 12. Facundez *præcep.*1. *Decal. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 18. Trullench. *lib.*1. *in Decal. cap.*2. *dub.*3. *num.* 5. Petrus Hurtadus *de fide, diſp.* 83. *ſect.* 3. *num.* 21. Et eſt iuxta communem doctrinam, quod excommunicatio non imponitur niſi pro peccato mortali. Cuius rei ratio eſt, quia quamuis per actum aliquem venialiter malum fuit manifeſtata, & externa hæreſis interna, non fit tamen ſufficienter manifeſtata, ita vt ſit manifeſta in ratione peccati mortalis. Licet enim interior hæreſis ſit ſecundum ſe peccatum mortale, attamen non eſt peccatum mortale in eſſe manifeſto, ſeu externo, niſi actio per quam manifeſtatur, ſit peccaminoſa mortaliter: ſic qui haberet animum occidendi interius peccaret mortaliter; ſi tamen ex hoc animo leuem iniuriam eidem inferret, exterius non peccaret, niſi venialiter. Deinde quando actio per quam manifeſtatur hæreſis, non eſt peccaminoſa mortaliter, non manifeſtatur ſufficienter, quia non indicat animum niſi venialiter peccaminoſum, & proinde non indicat animum hæreticum, quia animus hæreticus eſt peccaminoſus mortaliter, cum hæreſis deſtruat fidem, quę niſi per peccatum mortale amitti poteſt. Vnde etiam ratione primæ conditionis requiritur actus mortifere peccaminoſus.

1425 Hinc autem ſit. Quid ſi quis interius hæreticè ſentiens, dormiens, aut in ebrietate pronunciet eaſdem hæreſes, non fiet hæreticus externus, vt tradunt Ledeſma *tom.*2. *ſum. tract.*1. *c.*6. *difficul.*5. *poſt* 10. *concluſ.* Suarez *diſp.*21. *de fide ſect.*2. *n.* 12. Sanchez *lib.*2. *ſum. cap.*8. *num.* 14. Facundez *præcep.*1. *Decal. lib.*1. *cap.*11. *num.* 17. Bonac. *diſp.* 2. *de cenſur. quæſt.* 5. *pun.* 2. *num.*7. Petrus Hurtad. *de fide diſp.*83. *ſect.* 3. §. 28. Trullench. *lib.* 1. *in Decal. cap.*2. *dub.* 3. *num.* 19. Ratio eſt: Tum quia actus dormientium, & ebriorum non ſunt peccaminoſi, quia nec liberi, & ideo non poſſunt ſubeſſe excommunicationi; nec peccaminoſo modo manifeſtant hæreſim. Tum quia non ſunt tunc verba ſigna conceptuum deliberatorum, & in quos liberè conſentiatur; & ideo non manifeſtant hæreſim, vt deliberatè conceptam; ſed manifeſtant internas repræſentationes, quæ ex naturalibus cauſis per excitationem phantaſmatum generantur. Tum quia de præſenti non eſt hæreſis in intellectu dormientis, aut ebrij; & ideo manifeſtatio non prouenit ab interna hæreſi, atque adeo non eſt profeſſio illius. Tum quia illa loquutio non ducit moraliter in cognitionem audientes internæ hæreſis, quia cum loquutiones amentium, & dormientium, ſeu ebriorum ſint ex impreſſione naturali facta à diuerſis cauſis in phantaſmatibus, non ſunt ſufficientes, vt ducant in cognitionem ſenſuum præhabitorum ante ſomnum, aut ebrietatem. Et hoc habet locum, etiamſi ſentiens hæreticè id præuideat, nec impediat. Ita præſertim Facundez.

1426 Nec obſtat, quod præuidens homicidium in ebrietate, nec abſtinens, peccet, atque incurrat irregularitatem. Quia non eſt eadem ratio: ſiquidem homicidium conſiſtit in ſolo actu externo, & ideo non poteſt dari talis actus externus ſine homicidio. Vnde præuidens in ebrietate ſequuturum, tenetur præcauere, quia reuera committit homicidium, ſi non præcaueat. At poteſt dari propoſitio externa hæretica, quæ non ſit hæreſis, quia hæreſis in verbis non eſt hæreſis, niſi coniuncta cum hæreſi interna. Et cum in dormiente, aut ebrio non coniungatur, non erit hæreſis exterior, & ideo non tenetur præcauere, cum non ſit præcauendum, quod non eſt peccatum.

1427 Nec item obſtat, quod hæreſis ante concepta ſit cauſa, quod hæreticus in ſomno loquatur errorem, & quod illa hæreſis ſit moraliter præſens, quia remanet in virtute, nempe in memoria ſecundum ſpecies. Nam imprimis non eſt cauſa effectiua illius loquutionis, ſed potius materia, ſeu inſtrumentum, quia ſpecies relictæ excitantur ab alijs cauſis, & inſeruiunt tanquam materia, qua tales cauſæ vtuntur ad cauſandam prolationem erroris. Rurſus, dato, quod eſſet cauſa, quod loqueretur errorem, non tamen eſſet cauſa, quod loqueretur hæreſim, quia illa propoſitio eſſet error materialiter, non autem formaliter, quia non eſſet expreſſiua conceptus liberi, & prælecti, qualis eſt hæreſis. Tertio, quia cum in ſomnis loquamur, quę nunquam cogitauimus, non poteſt loquutio dormientis ducere in cogni-

cognitionem ſenſuum, quos non dormientes formamus.

1428 Ex quibus ſoluitur illa difficultas, nempe, an ſi præuidens, quod in ebrietate manifeſtat ſuam hæreſim internam, velit ſe inebriare in hunc finem, vt manifeſtet, fiat hæreticus externus. Affirmat Trullench. *lib.1. Decal. cap.2. dub.3. num.19. in fine*. Quia tunc illa manifeſtatio prouenit à voluntate manifeſtandi hæreſim, atque adeo ab ipſa hæreſi. Verum videtur probabilius non fieri externum hæreticum: Quia non vult aliam manifeſtationem hæreſis, niſi quæ ſit; hæc autem manifeſtatio non fit humano modo, nec per ſignum, quod de ſe ſit ſufficiens ad detegendam internam hæreſim, ſiquidem, vt dictum eſt, & admittit etiam ipſe Trullench, loquutiones dormientium, aut ebriorum non ſunt ſufficientia explicatiua ſenſuum præhabitorum ab homine liberè operante. Sic ſi quis vellet manifeſtare ſuam hæreſim ſigno omibus ignoto, non fieret externus hæreticus, ob inſufficientiam ſigni; vnde cum verba ebriorum ſint inſufficientia, volens per ipſa manifeſtare, non fiet hæreticus externus. Deinde illa verba, licet contineant errorem materialiter, non tamen ſunt hæreſis, quia ſunt ſignificatiua illius, quod tunc eſt in phantaſia ebrij, aut dormientis, nõ autem illius, quod fuit.

1429 Maior difficultas eſt de eo, qui fingit ſe dormire, ita vt talis fictio nullo modo exterius appareat, ſed ſit omnino occulta, & cum tali fictione pronunciet hæreſim, an fiat hæreticus externus. Negat Petrus Hurtad. *diſp.83. de fide ſect.3. num.29.* & idem aſſeret; de eo, qui ſe inſanum ita perfectè ſimularet, vt nemo ſuſpicaretur fictionem, & pronunciaret ſuam hæreſim internam, & hoc ſecundum adducit ad probandum primum, cum tamen vtrumque ſit æquè dubium. Mouetur, quia nemo prudens poſſet in talibus circumſtantijs tribuere hæreſim, & eſſet magna temeritas putare talem hæreticum. Sic etiam ſi quis repræſentans in ſcena perſonam hæretici, pronunciet ſuam hæreſim repræſentando hæreſim hæretici, cuius perſonam gerit, non fiet externus hæreticus. Verum hæc doctrina probari non poteſt. Quia ſignum de ſe eſt ſufficienter explicatiuum hæreſis internæ, & cum illa coniungitur, & ab ipſa prouenit, ſiquidem prouenit à voluntate libera manifeſtandi propriam hæreſim, & ſolum per accidens non facit venire in notitiam, quatenus coniungitur cum tali fictione dormitionis; reuera tamen profitetur ſuam hæreſim, & peccat exteriori peccato hæreſis: vnde concurrunt omnia neceſſaria ad hæreſim externam, & ſolum per accidens manet occulta; ſicuti cum quis ſolus illam pronunciat, ita vt impoſſibile ſit ab aliquo audiri; ideo enim eſt externus hæreticus, quia per accidens hæreſis eſt occulta. Nec dici poteſt, quod humano modo in hoc caſu manifeſta fiat, quia etiam in primo caſu fit humano modo manifeſta, licet non putetur fieri. Et quod in vno caſu facit abſentia occultando, in alio facit exiſtimatio veræ dormitionis: & proinde non reddit occultum in ſe, ſed ſolum per accidens, & reſpectiuè. Nec eſt eadem ratio de repræſentante in ſcena perſonam hæretici; quia, quæ loquitur, per ſe pronunciantur in perſona hæretici, & ideo nec ſunt in perſona repræſentantis, nec ipſi tribui poſſunt. Et ſi ipſe intendat loqui etiam in perſona propria, ſi hæc intentio eſt tantum interior, ita vt exterius nullo modo appareat, loquutio illa in eſſe externo ſtat tantum in perſona repræſentata, & ideo nullo modo fit ſignum repræſentatiuũ interioris conceptus perſonæ repreſentantis. At ſi hæc intentio exteriùs apparet, per accidens illa loquutio, quæ ex ſui natura ſtat pro perſona repræſentata, euadit loquutio etiam repræſentantis: & conſequenter reddit ipſum hæreticum externum. Sicut fieret hæreticus externus, qui vteretur ſigno ignoto cæteris ad exprimendam ſuam internam hæreſim, ſed declararet ſignificationem talis ſigni.

1430 Verum hic difficultas inſurgit, quid dicendum, ſi habens internam hæreſim, eam inconſideratè pronunciet, aut ſolum cum peccato veniali, ita vt loquutio illa ex indeliberatione ſit tantum peccatum veniale, an ſit hæreticus externus, & ſubiacent excommunicationi. Et quidem, vt notat Hurtad. mox. citand. certum eſt, non eſſe hæreticum, nec etiam internè, ſi ſolum venialiter peccet per interiorem aſſenſum, vel quia non perfectè aduertat, vel ex alio capite. Nam peccatum veniale non deſtruit gratiam ſanctificantem, & conſequenter nec fidem, & ideo non reddit hæreticum. At ſi hæreſis interna ſit peccatum mortale, fieri hæreticum externum cenſet Petrus Hurtad. *diſp.83. de fide ſect.3* §. 22. ſiue prolatio ſit tantum peccatum veniale, ſiue ex inconſideratione, quia iam habet hæreſim internam manifeſtatam, & appoſitam, vt ab alijs audiri poſſit, & proinde eſt per accidens nouum peccatum mortale, quia hæreſis externa non completur per peccatum mortale externum, ſed per aſſenſum hæreticum peccaminoſum mortaliter, & ſignum externum, ſicut tranſiens ad ſectam Hebræorum non peccat mortaliter aſſumendo ſignum, quod deferre debent Hebræi, & tamen tunc fit Hebræus externus.

1431 Sed hæc placere non poſſunt. Nam vel illa inconſiderata prolatio hæreſis prouenit ab hæreſi interna, vel non prouenit. Si prouenit, oportet quod intellectus proferentis actualiter habeat aſſenſum hæreticum, & in illius virtute proferat hæreſim: atque adeo non habebit locum inconſideratio, quia non loquitur inconſideratè qui exprimit ſuum aſſenſum conſideratè elicitum; & illa prolatio externa erit peccatum mortale, quia eſt actus externus ſequens ex actu interno mortaliter peccaminoſo, ita vt cum actu interno faciat vnum actum moralem: alioquin ſi internus non eſſet mortaliter peccaminoſus, non eſſet hæreſis. Si vero non prouenit ab interna hæreſi, non erit ſignum hæreſis internæ, nec ipſam explicabit, & proinde non reddet hæreticum externum, ſed diſparatè ſe habebit ad hæreſim internam. Idem enim eſt loqui hæreticè non exiſtente hæreſi interna, ac loqui hæreticè, exiſtente hæreſi interna, ſed illa non influente in loquutionem, vt contingit, quando loquutio non prouenit ab ipſa. Siquidem paria ſunt *non eſſe*, vel *eſſe* ſine effectu, vt notant Surd. *deciſ.51. num.21.* & *conſil.281. num.13* Mar. Antonin. *lib.1. variar. reſol. 61. num.24.* Monach. *deciſ. Bonon. 47. pun.7. num. 20.* Dum autem

hæ-

hæreſis interna non influit in loquutionem, non habet effectum circa ipſam, & proinde reſpectu ipſius eodem modo ſe habet, ac ſi non extaret. Ex quo fit, quod ſemper cum peccato mortali hæreſis interna fiat externa. Et eodem modo loquendum eſt de eo, qui aſſumit ſignum ſectæ Hebræorum. Nam ſi prius non erat externus Hebræus, & aſſumendo ſignum intendit ſe talem declarare, peccat mortaliter in actu externo profitendo externè falſam ſectam. Princeps autem non præcipit, quod profiteatur externè talem ſectam, ſed ſi profitetur, vult per ſignum ſecerni ab alijs. Si verò iam erat externus Hebræus & aſſumit ſignum in profeſſionem ſuæ ſectæ, adhuc peccat, quia eſt nouus actus profeſſionis. At ſi aſſumat ſolum vt obediat Principi, tunc non peccat, nec fit externus Hebræus, ſed ſuppoſito, quod ſit declaratus talis, ſe ſecernit à cæteris.

1432 Hic quoque difficultas ſolui poteſt, nimirum, an fiat hæreticus externus, qui ex hæreſi interna exercet aliqua opera bona, aut abſtinet à malis, prout hæreſis ipſa præſcribit, præſertim ſi id faciat ad profitendam hæreſim. Reſp. negatiuè Sayr. *lib.3. de cenſur. cap.4. num.30.* Sanchez *lib.2. ſum. cap.8. num.18.* Trullench. *lib.1. in Decal. cap.2. dub.3 num.14.* Et eſt iuxta communem doctrinam, quod hæreticus non fiat externus, niſi ſigna de ſe ſufficientia ſint ad indicandam hæreſim internam. Ratio eſt duplex. Prima, quia facere bonum, & abſtinere à malo, de ſe non ſunt ſigna hæreſis, ſed probi viri; & proinde non poteſt quis ex ipſis deuenire in cognitionem, quod interius hæreticè ſentiat. Secunda. Quia facere bonum, & abſtinere à malo, licet poſſit eſſe peccatum ex fine, quem apponit operans, non eſt tamen tale ex obiecto: vnde cum finis operantis non appareat in operatione, neque etiam apparet eſſe peccatum; & ideo tanquam quid bonum in apparentia, non facit hæreticum externum. Hoc tamen eſt limitandum, vt non habeat locum, ſi ratione temporis, aut aliarum circumſtantiarum conſtaret, quod abſtinere à malo, aut aliquod bonum facere, proueniret ex hæretico ſenſu.

1433 Similiter reſoluenda eſt alia difficultas, an ſcilicet comedens carnes ex interna hæreſi, quia putet Eccleſiam non habere facultatem prohibendi ſed in parua quantitate, quæ ſcilicet ex obiecto non pertingat ad peccatum mortale, fiat hæreticus externus. Negatiuè reſpondent Sanchez *lib.2. ſum. c.8. num.17.* Trullench. *lib.1. in Decal. cap.2. dub.3. n.13* Quia factum externum de ſe non eſt mortale peccatum, quale requiritur ad contrahendam hæreſim externam. Verum cum ille eſus carnium quamuis in parua quantitate, non ſit peccatum mortale, quatenus tendit contra præceptum prohibens, eſt tamen peccatum mortale, quatenus prouenit ab hæreſi interna, & aſſumitur pro illius proteſtatione, quod ſufficit ad contrahendam hæreſim externam, atque adeo excommunicationem, nam etiam alia ſigna, quæ de ſe neque ſunt peccata venialia, ſi aſſumantur ad proteſtationem hæreſis, ſufficiunt ad illam reddendam externam. Sic propoſitio hæretica de ſe non eſt peccatum veniale, ſi dicatur à catholico non aſſertiuè, ſed relatiuè, & tamen ſi proferatur ex ſenſu hæretico interno, facit externum hæreticum, & non habet aliam rationem peccati, niſi per relationem ad hæreſim internam. Itaque ex hoc ſolum capite nõ fiet hæreticus, quia talis comeſtio ſecluſis circumſtantijs non eſt ſufficiens ſignũ interne hæreſis, imo oppoſiti, quia dum cernitur quis ſiſtere in paruitate materiæ, fit iudicium, quod id faciat ne mortaliter peccet, atque adeo quod bene ſentiat de præcepto Eccleſiæ.

Quam pœnam incurrat audiens confeſſiones ſine licentia Ordinarij; & quid ſi non ſit Sacerdos. vbi de materia approbationis.

Quæſtio VIII.

SVMMARIVM.

1434 *Audiens confeſſiones ſine approbatione Ordinarij, mortaliter peccat.*
Abſolutio eſt nulla.
Quam pœnam incurrat.
Non ſacerdos, degradatur, ſi habeat aliquos ordines, & traditur Curiæ ſæculari.
1435 *Approbatio quò ad Regulares eſt neceſſaria ſolum pro confeſſionibus ſæcularium.*
1436 *Quando Religioſus vnius Ordinis audit confeſſiones Religioſi alterius Ordinis, à quo debeat eſſe approbatus.*
1437 *Equites Hieroſolymitani confiteri poſſunt de licentia ſuorum Superiorum non approbatis ab Ordinario.*
Quid dicendum de Clericis aliorum Ordinum militarium.
1438 *Religioſus potens eligere confeſſarium eiuſdem Ordinis an debeat eligere approbatum iuxta conſtitutiones Ordinis.*
1439 *Diſpoſitio Tridentini de approbatione confeſſariorum complectitur omnes.*
1440 *Prælati Regulares debent ab Ordinario approbari pro audiendis confeſſionibus.*
1441 *An etiam Generales religionum.*
1442 *Ordinarij approbant Confeſſarios, quatenus præſentato à Superioribus.*
Qui ſecluſa repreſentatione non habent iuriſdictionem.
1443 *Ius commune circa approbationem Confeſſariorum quatenus ſublatum.*
1444 *Quinam approbare poſſint Confeſſarios.*
1445 *Vicarius Generalis an poſſit approbare Confeſſarios.*
Idem tribunal Epiſcopi, & Vicarij.
Vicarius quando veniat nomine Epiſcopi.
Quando Epiſcopus approbat Confeſſarios ſolum examinatos coram Examinatoribus, an Vicarius poſſit approbare.

1446 *Audiens confessiones sine approbatione, punitur pœna inhabilitatis, &c.*
1447 *Regulares audientes confessiones sine licentia suorum Superiorum dupliciter peccant.*
Quid si sine licentia, sed cum approbatione.
1448 *Clericus non sacerdos audiens confessiones fit irregularis.*
Quid, si sit laicus.

1434 Ad 8. Resp. Regularem, seu alium Sacerdotem, audientem fidelium confessiones absque approbatione, & licentia Ordinarij, grauiter delinquere cum id patrare nec dum reperiatur prohibitum de iure sacrorum Canonum; verùm à Sacro Concilio Tridentino; nam *in cap.15. sess.23. de reform.* dicitur: *Quamuis Presbyteri in sua ordinatione à peccatis absoluendi potestatem accipiant; decernit tamen sancta Synodus, nullum, etiam Regularem, posse confessiones sæcularium, etiam sacerdotum, audire; neque ad id idoneum reputari, nisi aut Parochiale Beneficium, aut ab Episcopo per examen, si illi videbitur esse necessarium, aut aliàs idoneus iudicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat, priuilegijs, consuetudine quacumque, etiam immemorabili non obstantibus.* & *in cap. 6. de casuum reseruatione, sess.14.* hæc habentur; Nullius momenti esse absolutionem, quam sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut subdelegatam non habet iurisdictionem. Probatur quoque *in d. cap.15. sess.23. eiusd. Conc.* & *in Conc. Florentino sub Eugenio celebrato §.4.* vbi hæc habentur: *Minister huius Sacramenti est Sacerdos habens auctoritatem absoluendi, ordinariam, vel ex commissione Superioris.* De qua re latissimè Nauar. *in c. placuit, num.5. & seq. de pœnit dist.6.* & idem Nauar. *in Man. Confess. num.1. & 2.* latè Gutierez *lib. 1. can. quæst. c. 27.* Item dicitur, præfatum Regularem, seu Sacerdotem delinquere etiam exercendo iurisdictionem, quam non habebat; siquidem ante approbationem habet tantùm habitualem, non autem actualem, ad tex. *in Clement. attendentes, de statu Regul.* sequitur Balb. *cons.23. num. 6.* Alban. *cons.90. num.4.* Merend. *cons.63. n.5. & 9.* Rubin. *cons. 16. & 21. nu. 4.* Quibus omnibus suppositis, dicimus pœnam præfati criminis sumi ex text. *in c. placuit,* quo cautum est, vt talia patrantes suspendi debeant saltem à potestate, gradu, & iurisdictione habituali, quam in sacerdotio recepit, ita, vt nunquam dicta potestas, & iurisdictio habitualis in actum redigatur, actualem iurisdictionem recipiendo, ac confessiones auriculatas audiendo. & secundum Rodriguez, *quæst.26. lib.2. art.1.* deberet quoque suspendi à celebratione Missarum. Cùm hic casus euenisset in Curia Archiepiscopali Neapolitana, fuit Regularis carceratus, & deinde post aliquot menses remissus ad suum Superiorem Regularem, vt de delicto patrato castigaret: qui Superior dictum Regularem ab exercitio ordinum per tres annos suspendit. Non promotum verò ad Sacerdotium, repertum tamen sacramentalem confessionem audiuisse, à iudicibus sanctæ Inquisitionis, vel locorum Ordinarijs, tamquam misericordia indignum à foro Ecclesiastico esse abijciendum, & ab Ordinibus Ecclesiasticis, si quos habet, ritè degradatum statim Curiæ sæculari tradendum esse, quemadmodum etiam non promotum ad sacrum Presbyteratus ordinem repertum Missarum celebrationem vsurpasse, statuit Clemens VIII. in sua Constit. edita *sub die 1. Decembris, an. 1602.* quæ incipit, *Etsi aliàs sel. record.* prout etiam priùs sanciuerat Paulus IV. *an. 1557. die 20. Maij.* & *anno 1559. die 17. Februarij.* Et S. D. N. Vrbani VIII. *in sua Bulla*, quæ incipit, *Apostolatus Officium*, edita, *an.1627.* ampliauit, Constitutionem Clem. VIII. contra non Promotos ad sacrum Presbyteratus Ordinem, sacramentales confessiones audientes, aut Missam celebrantes, Curiæ sæculari præuia degradatione tradendos, ad omnes etiam minores viginti quinque annis, dummodo vigesimum ætatis annum compleuerint.

ADDITIO.

1435 Quod dicitur de approbatione Confessariorum pro audiendis confessionibus, intelligitur quò ad sæculares, non autem quò ad Regulares. Tum quia Concil. dicto *cap. 15. sess. 23.* decernens esse necessariam approbationem Ordinariorum, expresse loquitur de confessionibus sæcularium. Tum quia quò ad Regularium confessiones, nihil Concilium innouauit, & ideo standum est iuri communi. Et ita notant communiter Doctores, Nauar *capit. 4. Manualis num.7.* Miranda *tom.1. Manual. quæst.48. ar.11. conclus.2* Vasquez *de pœnit. quæst.93. artic.3. dub.3. num.5.* Molfes. *par.1. sum. tract. 7. capit. 14. num.60.* Suarez *disp.28. de pœnit. sect.1. num.4.* Faustus *lib.6. de pœnit. quæst.41. ver. Secundò dico.* Villalob. *par.1. sum. tract.9. difficult.8. num.1.* Homobon. *par.1. examin. eccles. tract.5. cap.2. quæst.12.* Io. Sanchez *in select. disp.49. num.2.* Rodriquez *to.1. quæst. regular. quæst. 62. ar.4.* Alter Rodriquez *in compen. resol.31. num.21.* Gaspar Hurtad. *de sacram. disp.10. de pœnit. difficul.16.* Barbosa *de potest. Episcopi allegat.25. num.45. & 64.* Et ratio est. Quia cum sæculares sint commissi curæ Ordinariorum, de quibus tenentur reddere rationem, debent recognoscere ministros, quos habent coadiutores in pa-

scep-

ſcendis propriis omnibus. Econtra, verò, cum Regulares non pertineant ad ipſorum curam, non pertinet ad ipſos recognoſcere miniſtros, à quibus recipiunt ſacramentum pœnitentiæ.

1436 Quod autem ſpectat ad regulares, dubium eſt, quando religioſus vnius Ordinis confitetur religioſo alterius Ordinis, à quo debeat eſſe approbatus excipiens confeſſionem. Et primo certum eſt, quod debeat excipiens confeſſionem habere iuriſdictionem à Prælato confitentis, alioquin confeſſio eſſet nulla iuxta Concil. Trident. *cap. 6. ſeſſ. 14. de reformat.* Quia requiritur, vt ſit valida, delegata, aut ſubdelegata iuriſdictio, ſiquidem abſolutio eſt actus iuriſdictionis: vnde cum excipiens confeſſionem non habeat in confitentem iuriſdictionem ordinariam, debet habere delegatam. Hanc tamen iuriſdictionem recipit virtute electionis, quæ fit à confitente; nam dum Prælatus dat licentiam confitendi regulari alterius ordinis, dat ſimul facultatem eligendi Confeſſarium, & ipſi delegat iuriſdictionem quam habet vt in proprium ſubditum. Quod verò ſpectat ad approbationem, quia eſt neceſſaria, vt innoteſcat idoneitas, non poteſt eligi quis in Confeſſarium, niſi ab aliquo ſit approbatus, aut aliàs aliunde innoteſcat idoneitas: & ideo quando religioſus eligit Confeſſarium exterum, vel ex licentia ſui Superioris; vel ex priuilegio, aut debet eſſe approbatus ab aliquo Ordinario, aut ſaltem à ſuis Superioribus; vt ſi eſſet deſtinatus ad audiendas cõfeſſiones ſuorum; aut ſaltem debet conſtare de idoneitate, quando facultas eſt ad eligendum idoneum, & ideo non poterit eligere eum, cuius nullam notitiam habet ſcientiæ, nec aliquo modo eſt ex approbatis, ſiquidem ex natura rei requiritur idoneitas miniſtri; quæ cum poſſit innoteſcere abſque approbatione, non erit neceſſaria approbatio, vt notant etiam Daluin. *de poteſt. Epiſc. cap. 34. num. 6.* Io. Sanchez *in ſelect. diſp. 49. num 6.*

1437 Et hæc quæ dicuntur de regularibus quò ad approbationem Confeſſariorum, habent locum etiam quoad Equites Hieroſolymitanos, vt notant idem Sanchez *in ſelect. diſp 49. num. 10.* Riccius *in praxi reſol. 170. num. 2. par. 4.* Nauar. *de elect. fori quæſt. 69. num. 23. ſect. 2.* Siquidem ſunt verè religioſi, & proinde eodem iure cenſentur ac cæteri religioſi. Et proinde cum Concil. Trident. diſponat expreſsè ſolum quò ad audiendas confeſſiones ſæcularium, non comprehendit hos Equites, cum non veniant, nomine ſæcularium, & ideo eligere poterunt quemcunque idoneum ſecundum menſuram facultatis, quam habent à ſuis Superioribus, aut à conſuetudine, ſiue viuant intra, ſiue extra Conuentum. Imo Sanchez *num. 9. cit. diſp.* hoc extendit etiam ad Clericos Ordinum militarium viuentium in clauſura, & *num. 11.* habet ſacerdotes Ordinis S. Iacobi Alcantaræ, & Calatrauæ, non indigere approbatione Ordinarij, vt audire poſſint confeſſiones Militum ſuorum Ordinum, atque ipſos poſſe eligere ſacerdotem non approbatum ab Epiſcopo.

1438 Rurſus dubitatur, An quando Superiores Regulares dant facultatem ſuis ſubditis, vt confiteri poſſint, cui maluerint ex ijs, qui ſunt de gremio Conuentus, eligere poſſint quemcumque ſacerdotem etiam ex illis, qui nondum ſunt iuxta Conſtitutiones, & Decreta, ſeu ſtatuta religionis habilitati ad audiendas confeſſiones. Reſp. non poſſe eligere, niſi habilitatos aliquo modo ad audiendas confeſſiones. Quia cum religiones ſoleant habilitare ſuos ſacerdotes ad audiendas confeſſiones, quando nondum ſunt habilitati, non cenſentur idonei, quia nondum peruenerunt ad id; quod requiritur, vt habeantur pro habilibus & ideo intentio Superiorum concedentium facultatem non ſe excedit vltra ipſos. Poterunt tamen eligi, etiamſi nondum ſint expoſiti ad audiendas confeſſiones ſiue domeſticorum ſiue extraneorum, dummodo ſint habilitati ad hoc munus. Verum, ſiquis non ſit expoſitus quia non habeatur pro habili, non poterit eligi defectu idoneitatis. An autem poſſint eligi ſacerdotes degentes in Monaſterio tanquam aduenæ, affirmatiuè reſoluendum eſt, ſi facultas ſit generalis, nec ſit in ſpecie reſtricta ad eos, qui ſunt de familia, quia tanquam gratia facta ſubditis eſt tacitè interpretanda, vt ſe extendat ad omnes idoneos.

1439 Quod autem ſpectat ad neceſſitatem approbationis obtinendæ à Regularibus pro confeſſionibus ſæcularium audiendis, adeo vniuerſalis eſt, vt omnes ſub diſpoſitione Concil. Trident. *cap. 15. de reformat. ſeſſ. 25.* includantur, ſiquidem decernit, neminem etiam Regularem poſſe ſæcularium confeſſiones audire, aut ad id idoneum reputari, niſi aut parochiale beneficium obtineat, aut ab Epiſcopo per examen, ſi videbitur neceſſarium, idoneus iudicetur, & approbationem obtineat. Et proinde cum priuilegia in contrarium reuocentur, & conſuetudines etiam immemorabiles, nulla religio erit exempta in hoc, vnde Selar. *in ſelect. canon. cap. 14. num. 3.* refert fuiſſe deciſum à S. Congreg. *die 20. Iulij 1619.* Ieſuitas non poſſe audire confeſſiones ſæcularium etiam ſacerdotum, niſi præuia approbatione Epiſcopi.

1440 Et quamuis nonnulli exiſtiment, quod Prælati regulares ſint immunes ab approbatione Ordinarij vt Henriquez, *lib. 7. ſum. cap. 18. n. 6.* qui alios citat *in comment.* & Valerus *in different. vtriuſque fori*, verbo *nullitas different. 5. num. 3.* quia largo modo habent beneficium parochiale, cum habeant curam animarum, & ſint communiter probatiores, & digniores literis, & moribus. Attamen fundamentum hoc eſt leuiſſimum, quia Concilium intelligit de vero beneficio parochiali; & ſi valeret, ſolum concluderet, quod non eſset neceſsaria approbatio quo adeos, qui curæ ipſorum ſubijciuntur, ſicut etiam contingit in parochiale beneficium obtinentibus. Itaque tenendum eſt, Prælatos quoq; regulares approbari debere ab Ordinarijs, vt valeant ſæcularium confeſſiones audire. Ita Suarez *diſp. 28. de pœnit. ſect. 4. num. 21.* Rodriquez *in Bull. Cruciat. §. 9. dub. 1. num. 4.* Fauſt. *lib. 7. de pœnit. quæſt. 52.* Facundez *præcep. 2. Eccleſ. lib. 7. cap. 2. num. 39.* Manriquez *par. 2. quæſt. Vicarial. quæſt. 118.* Ceſpedes *de exemp. regular. cap. 6. dub. 107. num. 2.* Ratio eſt, quia determinatio Concilij eſt vniuerſalis, nec vlla adeſt ratio ſufficiens, cur excipiantur Prælati Regulares, cum ratione prælaturæ non recipiant aliquam qualitatem in ordine ad audiendas confeſſiones ſecularium, quam non habeant cæteri Regulares, ſiquidem per Prælaturam ſolum declarantur habiles ad

promouendam regularem disciplinam, non autem ad regendas conscientias secularium. Deinde cum agatur de committendis ouibus curæ ipsorum quò ad conscientiam, debet à Pastoribus ouium recognosci habilitas ipsorum, quod non fit ex eo, quod eligantur in Prelatos.

1441 Maior difficultas est quò ad Generales Ordinum, an indigeant approbatione, vt audire possint confessiones secularium. Bordon. *in consil. regular. resol. 36. num. 55.* docet indigere quidem approbatione, sed non esse examinandos, quia supponitur idoneitas, quæ includitur in eminentia sui officij. Et cum sint insigniti eleganti, & speciali nomine, non venit sub generali loquutione Tridentini quò ad examen, argum. cap. *de multa*, & cap. *ne aliquis, de priuil. in 6.* quod videtur approbare Cespedes *de exempt. regul. cap. 6. dub. 141. num. 2.* Et notat, quod est eadem ratio quò ad examen, & quò ad approbationem, quia si non comprehenditur sub generali dispositione Tridentini ob eminentiam sui officij, quò ad examen, nec etiam comprehendentur quò ad approbationem. Mihi tamen videtur dicendum, quod de rigore possint examinari ab Episcopis, licet de æquitate possint, & debeant remittere examen, quia dum sunt assumpti ad supremum gradum suæ religionis, habent sufficiens testimonium de idoneitate, & Ordinarij sufficiens fundamentum ad præsumendum de habilitate; quando tamen sunt ex religionibus, quæ vacant studijs; nam si non vacent, cessat præsumptio habilitatis. Hoc tamen non tollit, quin de rigore examinari possint. Quia cum Concilium Tridentinum ponat alternatiuam, nempe examen, aut alias iudicium de idoneitate, est in potestate Ordinarij eligere quam partem voluerit.

1442 Est autem aduertendum, quod Ordinarij approbant Confessarios regulares, quatenus præsentatos à suis Superioribus iuxta formam Clemen. *dudum, §. statuimus, de sepultur.* vt notant Henriquez *lib. 5. sum. cap. 6. num. 6.* Facundez *præcept. 2. Eccles. cap. 2. num. 35.* & ideo secluſa præsentatione saltem virtuali Superiorum, non erunt approbati, quia approbatio erit nulla defectu fundamenti, nempe præsentationis, & intentionis approbantis, quia cum forma approbationis sit præscripta à iure, nempe in dicta Clemen. *dudum*, & in Extrauag. *inter cunctas, de priuileg.* tenetur Ordinarius seruare dictam formam, & consequenter non approbare, nisi præsentatos, & ideo præsumendum est, quod solum approbet quatenus præsentatos, cum præsumendum sit, quod velit seruare, quæ de iure seruanda sunt. Vnde fit quod secluſa præsentatione, non habeant iurisdictionem, quia licet illam recipiant à Sede Apostolica iuxta dict. Extrauag. *Inter cunctas, de priuileg.* ibi. *Electi igitur ab ijſdem Fratribus ad audiendas confessiones, & pœnitentias iniungendas libere auctoritate Apostolica, &c. qui ad confitendum accedunt audiant eis peccata sua confiteri volentes*, non tamen recipiunt, nisi seruata forma præscripta præsentationis factæ à Superioribus, & approbationis Ordinarij. Quod etiam constat ex varijs priuilegijs concessis Regularibus.

1443 Nec dici potest, quod omnia sint reducta ad formam Concilij Tridentini *sess. 23. cap. 15. de reformation.* & proinde sint sublatæ priuilegia, & cæteræ dispositiones iuris. Quia solum censentur sublata, quatenus contraria dispositioni Concilij; vnde remanent, quæ non sunt contraria, præsertim dispositiones dictæ Clement. *dudum de sepult.* & Extrauag. *inter cunctas, de priuileg.* tanquam dispositiones iuris communis, quia posterior lex non derogat priori, nisi quatenus ipsi contraria, vt inter alios in hoc casu notant Nauar. *cap. 27. manual. num. 162.* Henriquez *lib. 5. sum. cap. 6. num. 4.* Palat. *in 4. dist. 17. disp. 7.* Graf. *lib. 1. decis. cap. 13. num. 49.* Rodriquez *tom. 1. quæst. Regular. quæst. 59. ar. 2.* Cened. *q. 38. can. num. 20.* Facundez *præcep. 2. Eccles. lib. 7. cap. 12. num. 15.* Gammach. *3. par. de sacram. pœnit. cap. 18.* Laiman. *lib. 4. theol. moral. tract. 6. cap. 11. num. 4.* Pinel. *de casib. reser. cap. 3. num. 3.* Zerola *in praxi Epis. par. 1.* verbo *Confessiones, §. 2.* Corduba *in addit. in priuileg. mendicor.* Tit. *præsentatio confes.* Ledesma *par. 1. sum. tract. de pœnit. cap. 13.* Miranda *tom. 1. manual. quæst. 45. ar. 6.* Villalob. *par. 1. sum. tract. 9. difficul. 53. num. 6.* Cœlestin. *in compen. theolog. moral. tract. 1 cap. 16. num. 1.* Cochier. *de iurisdict. Ordinar. in Exemp. par. 4. quæst. 27.* Peirin. *q. 1. de subd. relig. cap. 21. §. 2. Io.* à Cruce *lib. 2. de statu relig. cap. 6. dub. 1.* Hieronym. Rodriquez *in compend. quæst. regular. resol. 32. num. 4.* Faust. *lib. 6. de pœnit. quæst. 100.* Barbosa *de potest. Episcop allegat. 25. num. 47.* Neque enim Trident. habet aliquid, quod contrarietur dispositis in dicta Clemen. *dudum*, aut Extrauag. *inter cunctas*, & ideo non infert derogationem, quæ solum oritur ex contrarietate; sed solum superaddit approbationem obtinendam ab Ordinario, quæ de iure veteri non erat necessaria.

1444 Facultas autem approbandi Confessarios, siue regulares, siue seculares, pertinet ad Episcopos, aut eos, qui habent iura Episcopalia, & sunt nullius diœcesis, ita vt cæteri Prælati, quamuis exempti, nequeant approbare pro suis subditis. Et ita obseruant Aluin. *de potest. Epis. cap. 19. num. 6.* afferens ad hoc plures decisiones S. Congregat. Selar. *in select. can. cap. 14. num. 17.* asserens ita decisum *in Conuersan. 26. Iunij & 20. Augusti. 1627.* & ita etiam resoluit Rota *decis. 45. & sequent. apud Tamburin. post tom. 3. de iure Abbatum*: Quod etiam desumitur ex Concil. Trident. *dict. cap. 15. de refor. sess. 23.* ibi. *Aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut alias idoneus iudicetur.* Vnde cum Concilium tribuat in specie facultatem Episcopis, censetur tributa priuatiuè quo ad alios, & ijs tantum, qui veniunt appellatione Episcopi, quales sunt tantum, qui habent iura Episcopalia, non autem cæteri exempti. Et ita etiam notat Iordan. *tom. 1. variar. lucubrat. lib. 3. tit. 4. de sacram. pœnit. n. 102.*

1445 Non excluditur tamen Vicarius Generalis Episcopi; nam in virtute sui mandati de vicariatu potest approbare Confessarios, nisi id ipsi ab Episcopo prohibeatur, vt tradunt Hostiens. *in cap. omnis*, verbo *a proprio, de pœnit.* Io. Andr. *num. 12.* Butr. *num. 31.* Ancharan. *num. 8.* Cardin. *num. 5.* Abbas *num. 12.* Henr. *num. 28.* Rosel. verbo *Confessio sacrament. 3. num. 1.* Angelus *num. 3.* Syluester verbo *Confessor. 1. quæst. 1.* Nauar. *in cap. placuit, n. 62. de pœnit. dist. 6.* Gabr. *in 4. dist. 17. quæst. 2. artic. 1. in fine*, Palat. *disp. 7. §. præter hæc.* Henriquez *lib. 6. sum.*

ſum. cap. 13. *num.* 3. & *in eam litera M.* Sanchez *lib.* 3. *de matr. diſp.* 29. *num.* 15. ver. *ſecunda ſententia.* qui alios citat, & etiam oppoſita diluit. Lotdan. *to.* 1. *variar. lucubr. lib.* 3 *tit.* 4 *de ſacram. pœnit. num.* 109. Cum enim ſit vnum & idem Tribunal Epiſcopi, & Vicarij. cap. *Romana, de appellat. in* 6. & cap. 2. *de conſuet. item in* 6. deriuat in Vicarium facultas approbandi pro confeſſionibus, quam habet Epiſcopus; & cum non excludatur à Trident. venit nomine Epiſcopi, cum agatur de re, quæ per Vicarium exerceri poteſt, vt notant Gloſ. *in cap. vnicum*, ver. *per Epiſcopos, de capel. Monach. in* 6. Domin. *n.* 8. ver. *nota bene.* Franc. *num.* 4. Felin. *in cap. ſi quis contra, num.* 3. ver. *ſed caue, de foro compet.* Sbrozzius *de offic. Vicar. lib.* 2. *quæſt.* 201. *num.* 2. Quando enim Concil. intendit, quod Epiſcopi aliquid exequantur per ſe priuatiuè quò ad Vicarios, eos excludit, vt in *cap.* 6. *de refor. ſeſſ.* 24. Quia tamen poteſt Epiſcopus limitare iuriſdictionem Vicarij, ideo poteſt hoc ſibi reſeruare. Sed quid dicendum, ſi Epiſcopus ſolum ſpeciali forma ſeruata, nempe cum examine facto coram deputatis Examinatoribus, ſoleat approbare Confeſſarios. Reſp. in tali caſu cenſendam eſſe reſtrictam facultatem Vicarij, & non poſſe approbare. Cum enim Epiſcopus reſtrinxerit approbationem ad certam formam, cum qua ſit concedenda, facto ipſo præſcribit formam, cum qua vult concedi, & conſequenter reſtringit facultatem Vicarij, vt non poſſit concedere, cum non poſſit ſeruare formam facto ipſo ab ipſo præſcriptam; & ideo ſi approbet, approbatio erit nulla, cum non ſit ſeruata forma præſcripta. Et hoc habet locum etiam ſi Epiſcopus ſoleat aliquos approbare non ſeruata ordinaria forma, quia tunc cenſetur vti poteſtate ſibi reſeruata, & relaxare formam ordinariam ex ſpeciali gratia, & proinde talis facultas non tranſit in Vicarium.

1446 Quod ſpectat ad pœnas ſacerdotum, qui ſine approbatione excipiunt confeſſiones, dum Auctor dicit, quod eſt ſuſpendendus à facultate audiendi confeſſiones, quam recipit in ſacerdotio, patitur difficultatem; quia dum remanet Ordo ſacerdotalis, remanet etiam poteſtas in ordine ad remittenda peccata, quæ conceditur in ordinatione. Et cum ſacerdos non approbatus non habeat aliam facultatem, non remanet à quo ſuſpendatur. Itaq; ſolum remanet, quod imponatur poſitiuè inhabilitas, quæ obſtet approbationi impoſterum, ita vt per poſitiuam determinationem fiat inhabilis, vt admitti poſſit ad audiendas confeſſiones. Poterit etiam deponi à gradu ſacerdotali iuxta cap. *Placuit*; *de pœnit. diſt.* 6. vbi ſtatuitur, quod ſacerdos audiens confeſſionem ſine conſenſu proprij ſacerdotis eiuſdem pœnitentis, *Gradus ſui periculo ſubiaceat*, poterit etiam alia pœna arbitraria puniri, vt aduertit Rodriquez *tom.* 2. *quæſt. Regul. quæſt.* 28. *ar.* 1. & 2. Bellet. *in diſquiſit. Cler. par.* 2. *tit. de pœn. Cler. §.* 30. *num.* 1. Vbi etiam aduertit, quod hoc non eſt delictum pertinens ad Inquiſitionis officium.

1447 Regulares verò, qui ſine approbatione, & licentia ſuorum Superiorum excipiunt confeſſiones, dupliciter peccant; nam peccant contra obedientiam, quatenus ſine conſenſu ſuorum Superiorum vſurpant ſibi tale munus, & quatenus ſine approbatione, atque adeo ſine iuriſdictione, cum illam nec habeant ab Ordinario, nec à Summo Pontifice mediante præſentatione ſuorum Superiorum, exercent munus, quod ſine iuriſdictione nulliter exercetur. Vnde grauiter puniendi ſunt, vt notant Sotus *in* 4. *diſt.* 18. *quæſt.* 4. *art.* 3. Graf. *Conſil.* 4. *num.* 18. *lib.* 5. *de pœnit. & remiſ. tom.* 1. Rodriquez *tom.* 2. *quæſt. regular. quæſt.* 28. *ar.* 1. Bellet. *part.* 2. *diſquiſit. Clerical tit. de pœn. cler.* §. 30. *n.* 2. Quod ſi excipiant ſine licentia ſuorum Superiorum, cum approbatione tamen Ordinarij, peccare contra obedientiam, & proinde à ſuis Superioribus eſſe puniendos, notat Nauar. *cap.* 1. *nu.* 73. *de pœnit. diſt.* 6. Sotus tamen, Graf. & alij ſupracitati *num.* 1442. volunt quod etiam tunc exerceant ſine iuriſdictione, quia vſus iuriſdictionis ſit dependens à voluntate ſuorum Superiorum; imo cum recipiant à Pontifice mediante præſentatione, hac ſeclusa, non habent iuriſdictionem, iuxta dicta *eod. num* & ideo tunc approbatio Epiſcopi nullum parit effectum in ordine ad validè abſoluendum. Quo ſtante tàm in priori caſu, quando ſcilicet ſine Ordinarij approbatione, quàm in poſteriori, quando ſine licentia ſuorum Superiorum excipiunt confeſſiones, puniri poterunt non ſolum à ſuis Superioribus, ſed etiam ab Ordinarijs, iuxta Conſtit. Gregorij XV. *Inſcrutabili, de exemptorum priuileg.* Siquidem delinquunt circa miniſtrationem Sacramentorum, qui eſt vnus ex caſibus, in quibus Regulares ſubijciuntur Ordinarijs per dictam Conſtitutionem.

1448 Quod ſpectat ad non promotum ad ſacerdotium, excipientem confeſſiones, aduertendum, quod ſi ſit Clericus, irregularis fit, vt tradunt Nauar. *cap.* 27. *Manual. num.* 242. Henriquez *lib.* 14. *ſum. cap.* 6. *cap.* 2. Maiol. *de irregular. lib.* 4. *cap.* 13. *n.* 5. & communiter, vt deſumitur ex *cap.* 1. *de cler. non ord. miniſt.* Siquidem exercet actum ordinis, quem non habent. Si tamen ſit laicus non conueniunt inter ſe Doctores, nam aliqui volunt fieri irregularem, vt Sotus *in* 4. *diſt.* 18. *quæſt.* 4. *art.* 1. Nauar. *cap.* 27. *Manual. num.* 242. ver. *Septimò*. Philiar. *lib.* 4. *de offic. Sacer. cap.* 12. *num.* 6. Valent. *tom.* 4. *ſum. diſp.* 7. *quæſt.* 10. *pun.* 1. Quia miniſtrat in ordine, quem non habet. Attamen poſitam eſſe irregularitatem ſolum Clerico, qui miniſtrat in ordine, quem non habet, non autem laico, volunt alij, & id deducunt ex Rubrica, ſeu Tit. *De clerico non ordinato miniſt.* vbi cap. 1. ponitur hæc irregularitas, & proinde ſolum afficit Clericos. & inferunt laicum excipientem confeſſiones, & abſoluentem non fieri irregularem, quia hæc irregularitas non eſt in iure expreſſa. Ita Palud. *in* 4. *diſt.* 17. *quæſt.* 3. *ar.* 1. *concluſ.* 1. & *diſt.* 22. *quæſt.* 3. *concluſ.* 2. D. Antonin. 3. *par. tit.* 17. *cap.* 1. §. 1. Victoria *in ſum. num.* 144. Armilla verbo *Abſolutio, num.* 9. Sylueſter verbo *Confeſſor.* 1. *init.* Henriquez *lib.* 2. *ſum. cap.* 29. *num.* 1. *in Com. littera H.* Ledeſma 2. *par.* 4. *quæſt.* 7. *ar.* 3. *dub. vlt.* Sayr. *lib.* 7. *de cenſur. cap.* 10. *num.* 8. Abbas *in cap.* 1. *de cler. non ord. miniſt.* Bellet. *par.* 1. *diſquiſit. cleri. tit. de diſcipl. cler.* §. 5. *n.* 44.

An

An Episcopus non eligens Confessarios idoneos in Cathedralibus, peccet mortaliter. Quæstio IX.

SVMMARIVM.

1449 *Episcopus non eligens idoneos Confessarios pro Cathedrali, peccat mortaliter.*
1450 *In cæteris quoque Ecclesijs curare debet Episcopus quod adsint idonei Confessarij.*
Approbatio non idonei est nulla.
Deficiente fundamento, defeit quod in ipso fundatur.
Episcopus æqualiter approbans idoneos, & minus idoneos, infert idoneis notabile grauamen.

1449 Ad 9. Resp. Quòd peccat mortaliter Episcopus, qui non eligit idoneos Confessarios in Cathedralibus, & Collegiatis, cap. *Inter cætera, de Officio Ordinarij*. Etenim ab ignaris Confessarijs quæuis mala procedunt,

ADDITIO

1450 Non solum in Cathedralibus Ecclesijs, sed etiam in cæteris curare tenentur Episcopi, quod adsint personæ idoneæ pro audiendis confessionibus, vt habetur ex citato cap. *Inter cætera, de offic. Ordinar.* ibi. *Præcipimus tàm in Cathedralibus, quàm in alijs Conuentualibus Ecclesijs, viros idoneos ordinari &c. etiam in audiendis confessionibus, & pœnitentijs iniungendis &c.* Imo si Episcopus approbet aliquem ex aliquo humano respectu, quem non iudicet idoneum, erit nulla approbatio, nec poterit audire confessiones; siquidem Conc. Trid. *sess. 23. cap. 15. de reformat.* vt quis sit idoneus pro audiendis confessionibus, duo requirit: nempe, quod iudicetur idoneus, & quod in virtute eiusdem iudicij formato vel vigore examinis, vel alio modo, approbetur. Vnde tali iudicio deficiente approbatio erit nulla defectu debiti fundamenti. *l. Nam origo, ff. quod vi, aut clam.* & *l. Egi tecum, ff. de recep. rei iud.* & notant Menoch. *consil. 48. num. 35.* Paris. *de resignat. quæst. 25. num. 36. lib. 9.* Tusch. *littera F. conclus. 513.* Atque huiusmodi approbationem esse nullam tradunt etiã Suarez *de pœnit. disp. 28. sect. 7. ver. Et fortasse*, Reginal. *lib. 1. praxis fori pœnit. num. 197.* Bonac. *disp. 5. de sacramen. qu. 7. punct. 3. §. 1. num. 29.* Iordan. *tom. 1. variar. Lucubrat. lib. 3. tit. 4. de pœnit. num. 135.* Econtra verò si quos absolutè iudicant idoneos ratione morum, & doctrinæ, præsertim si in confessionibus excipiendis sint versati, & approbent eodem modo, ac approbant minus habiles, nempe ad certum tempus determinatum, inferunt ipsis iniuriam, & notabile grauamen, vt notat Iordan. Episcop. Tragurien. *tom. 1. Variar. Lucubrat. lib. 3. tit. 4. de pœnit. num. 122.* Tum quia in hoc non seruant Decretum S. Congregat. approbandi absolutè, quos simpliciter idoneos reperiunt, qod Decretum habetur apud Confect. *in Collect. priuileg. tit. 15. cap. 4.* Tum quia non reddunt ipsis, quod est debitum, cum habeant ius ad obtinendam approbationem, iuxta iudicium quod approbaturus format de idoneitate: nam in hoc tenetur sequi suum iudicium, alioquin iniustè iudicat. Tum quia cum non secernant à minus habilibus, lædunt ipsorum honorem, dum æqualiter tractant, & proinde habet locum, quod vulgo dicitur. Vbi summa æqualitas, ibi summa iniustitia.

Quomodo se gerere debeat Sacerdos, quando non potest audire integram confessionem pœnitentis, vt in bello, naufragio &c. Quæstio X.

SVMMARIVM.

1451 *Quando audiri non potest integra confessio, audito vno peccato potest pœnitens absolui.*
1452 *Nonnulli oppositum sentiunt, sed contra communem.*
1453 *Confessio in genere an sufficiat pro articulo mortis.*
Cur peccatum in genere sit materia sufficiens Sacramenti Pœnitentiæ.
1454 *Quid requiratur, vt sufficiat confessio vnius peccati, aut etiam in genere.*
Notabiliter difficile habetur pro impossibili.

1451 Ad 10. Resp. Quòd posset audire aliquod peccatum alicuius, & eum absoluere, & aliquod alterius, & sic de singulis, audito vno peccato vnius, vel singulorum aliquo, & ita absoluat, cum non vacet audire integras singulorum confessiones, & ita dicunt practicatum fuisse in bello Granatensi in Hispania, licèt Nauar. *in cons. 13. de pœnit. & remiss.* videatur tenere oppositum; sed multi tenent quòd communis est in contrarium, prout latè dicam in ca

Oecono-

Digitized by Google

Oeconomia mea ſpirituali obſeruanda tempore peſtis, vbi de caſibus conſcientiæ eo tempore occurrentibus pertractabo.

ADDITIO.

1452 Oppoſitum, quod in his caſibus non ſufficiat confiteri vnum, aut alterum peccatum, tenent Nauar. *cap.* 26. *Manual. num.* 28. Sotus *in* 4. *diſt.* 18. *quæſt.* 2. *ar.* 5. Canus *Relect. de pœnit. par.* 5. §. *At inhærendo*. & nonnulli alij. Quia cum Sacramentum pœnitentiæ ſit inſtitutum per modum iudicij, nõ poteſt miniſtrari, niſi cauſa cognita. At quod in his, & ſimilibus caſibus ſufficiat vnum, aut alterum peccatum confiteri, eſt communis, & tuta ſententia, & ita in ſpecie tradunt Palud. *in* 4. *diſt.* 21. *quæſt.* 2. *art.* 2. Syluester verbo *Confeſſor.* 3. *num.* 3. Suarez *diſp.* 23. *de pœnit. ſect.* 1. *num.* 5. Laiman *lib.* 5. *theol. moral. tract.* 6. *cap.* 8. *num.* 4. Vaſquez 3. *par. quæſt* 91. *ar.* 2. *dub.* 1. Coninch *diſp.* 7. *de pœnit. dub.* 10. *num.* 97. Lambert. 3. *par. diſp.* 17. *de pœnit. ar.* 8. ver. *Secundo reſpond.* & cæteri, qui docent ſufficere confeſſionem in genere, *num. ſeq.* citandi. Ratio eſt, quia explicatio peccatorum in ſpecie non pertinet ad eſſentiam Sacramenti, ſed tantum ad integritatem materialem; hæc autem integritas relaxatur, quando non poteſt haberi: & tunc non poteſt haberi, quando alias periclitaretur Sacramentum, quòd ad ſubſtantiam, quia non debet pœnitens ſubijci periculo moriendi ſine Sacramento. Et proinde ſufficit quod ſit capax abſolutionis per ſui accuſationem dolorosam, & ſenſibilem.

1453 Maior difficultas eſt, an ad obtinendam abſolutionem in articulo mortis ſufficiat confeſſio in genere, vt ſi pœnitens tantum, dicat ſe peccaſſe, nullum exprimendo in ſpecie peccatum. Et quamuis quamplures negent, communiſſima tamen ſententia eſt, & tuta in praxi, quod ſufficiat. Ita Palud. *in* 4. *diſt.* 21. *quæſt.* 21. *ar.* 3. D. Antonin. 3. *par. tit.* 10. *cap.* 2. Syluester verbo *Confeſſor.* 3. *quæſt.* 3. Angelus verbo *Confeſſ.* 4. *num.* 8. Corduba *lib.* 5. *de indulgent. quæſt.* 49. Ruard. *ar.* 3. *contra Luther.* Tolet. *lib.* 3. *ſum. cap.* 8. Bellarmin. *lib.* 2. *de pœnit. cap.* 7. *in fine*. Alcocer. *in ſum. cap.* 11. Viual. *in candelab. tit. de abſolut. num.* 71. Suarez *diſp.* 23. *de de pœnit. ſect.* 1. *num.* 5. Henriquez *lib.* 6. *ſum. c.* 10. *num.* 7. Pitigian. *in* 4. *diſt.* 17. *quæſt. vn. ar* 8. *concluſ.* 8. Valent. *tom.* 4. *ſum. diſp.* 7. *quæſt.* 11. *pun.* 1. *poſt* 6. *aſſert. caſu* 1. Iribarne *in* 4. *diſt.* 18. *diſp.* 16. Salas 1. 2. *tract* 8. *ſect.* 5. *num.* 56. Turrian. *de pœnit. quæſt.* 9. *ar.* 2. *diſp.* 3. *dub.* 1. Driedo *de captiu. tract.* 2. *cap.* 5. Laiman. *lib.* 5. *theol. moral. tract.* 6. *cap.* 8. *num.* 4. Zambran. *de caſib. occurren. temp. mor. cap.* 8. *de pœnit. dub.* 2. *ſect.* 4. Bonac. *diſp.* 5. *de Sacram. pœnit. quæſt.* 5. *ſect.* 2. *pun.* 2. §. 4. *num.* 7. Candid. *tom.* 1. *diſquiſit.* 24. *ar.* 25. *dub.* 6. *tit. An poſſit abſolui*. Alphonſ. de Leone. *De offic. Confeſ. recollec.* 6. *num.* 125. Vaſquez 3. *par. quæſt.* 91. *ar.* 2. *dub.* 1. Coninch *diſp.* 7. *de pœnit. dub.* 10. *num.* 197. Becan. 3. *par. cap.* 37. *de pœnit. quæſt.* 2. *concluſ.* 2. Auerſa *quæſt.* 10. *ſect.* 16. ver. *Statuendum tamen*. Gaſpar Hurtad. *de Sacram. diſp.* 9. *de pœnit. difficul.* 9. ver. *Palud. verò*. Mercer. 3. *par. quæſt.* 9. *de pœnit. ar.* 2. *dub. vn.* ver. *Dicet* 1. Chelliſon. *ead. quæſt. dub.* 5. Medina *C. de pœnit. quæſt. de peccat. oblit.* Io. à Cruce *par.* 2. *direct. conſcien. quæſt. de confeſ. dub.* 87. Fernandez *par.* 3. *exam. theol. moral. cap.* 7. §. 6. *num.* 18. Villalob. *par.* 1. *ſum. tract.* 9. *difficul.* 34. *num.* 6. Thomas à Ieſu *in Tribun. conſcient. cap.* 11. §. 10. Megal. 1. *par. ſum. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 8. Pharaon. *de ſacram. pœnit. tract.* 1. *ſeſſ.* 16. *caſu* 15. Raguc *in Lucer. Parochor. tit. de abſolut. quæſt.* 97. Coſtillus *de ſacram pœnit. diſp.* 9. *num.* 744. & alij plures. Hos autem Doctores retuli, vt palam fiat, quàm tuta ſit hæc ſententia in praxi, etiam ob ſolam auctoritatem extrinſecam. Ratio autem eſt, quia intercueniunt adhuc omnia neceſſaria ex parte pœnitentis ad obtinendam abſolutionem: nam interuenit dolor de peccatis cum propoſito amplius non peccandi, vt ſupponitur. & per accuſationem in genere, quod peccauerit, fit ſenſibilis, & ſubminiſtratur materia, circa quam verſetur abſolutio, nam peccatum quoque in genere remitti poteſt per abſolutionem, non quia remittatur ſecundum rationem genericam, quia ſicuti non ita exiſtit, ita nec remitti poteſt, ſed remittitur in particulari explicatum ſolum in genere; nam cum remittatur quatenus peccatum eſt, vt fiat remiſſibile per abſolutionem, ſufficit ſi explicetur qua remiſſibile eſt. Vnde ſi quis peccaſſet mortaliter, & non recordaretur ſpeciem peccati, teneretur confiteri in genere, quia haberet conſcientiam peccati mortalis, vt habet Concil. Trident. *ſeſſ.* 14. *c.* 5. *de ſacram. pœnit.* & docent communiter cum D. Th. *in* 4. *d.* 21. *quæſt.* 2. *ar.* 1.

1454 Verum occurrit difficultas, quid requiratur, vt poſſit abſolui pœnitens confitens vnum tantum peccatum, aut ſolum in genere. Reſp. Requiri talem neceſſitatem, vt moraliter loquendo non ſit poſſibilis alia confeſſio magis determinata. Quia cum integritas materialis confeſſionis ſit neceſſaria ex natura ſacramenti, quatenus miniſtratur per modum iudicij, non poteſt relaxari, niſi fiat moraliter impoſſibilis. Moralis autem impoſſibilitas non eſt ſtrictè accipienda, ſed cum omni latitudine, quia agitur de fauore animæ, & de cauendo periculo moriendi abſque abſolutione; vnde ſufficit, quod integritas ſit notabiliter difficilis; quod enim eſt tale, habetur pro impoſſibili. *l.* 2. §. *Ex quo*. & *l. Continuus*, § *Cum quis*, *ff. de verbor. obligat.* Aut quod ratione ipſius probabiliter timeatur aliquod damnum.

An Regulares poſſint eligere Confeſſarium virtute Bullæ Cruciatæ. Quæſtio XI.

SVMMARIVM.

1455 *Regulares non poſſunt eligere Confeſſarium virtute Bullæ Cruciatæ.*
1456 *Facultas pro abſolutione à reſeruatis Bullæ Cruciatæ non eſt pro Regularibus.*
1457 *Subſequentes Bullæ Cruciatæ non tollunt declarationes circa electionem Confeſſarij.*
Declaratio non inducit quid de nouo, ſed quid ſtatutum ſit oſtendit.
1458 *Regulares an poſſint eligere Confeſſarium virtute Bullæ Cruciatæ pro non reſeruatis.*

1455 Ad 11. Reſp. Quod non. Ita declarauit Sanctiſſimus Dominus Vrbanus VIII. Motu proprio, incipien. *In ſpecula*. edito Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, ſub annulo Piſcatoris *die* 19. *Iunij* 1630. *Pontificat. ſui anno ſeptimo*, per hæc verba; *Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine conceſſionem ſanctæ Cruciatæ, quæ reſpectu facultatis huiuſmodi, etiam laicis, & Clericis ſæcularibus cuiuſcumque ſtatus, gradus, qualitatis, & conditionis, etiam ſpeciali nota dignæ, quo ad caſus reſeruatos etiam in Bulla Cœnæ Domini (hæreſi excepta) contentos nonniſi in foro conſcientiæ, non autem in foro externo ſuffragatur, aliorum indultorum huiuſmodi, quantum ad prædictum articulum eligendi Confeſſarium, & abſoluendi à prædictis caſibus reſeruatis, etiam in Bulla Cœnæ Domini contentis, cum Fratribus, & Monialibus prædictis Fratrum Prædicatorum, ac aliorum quorumcumque Ordinum, & Congregationum, Societatiſque, & Inſtituti prædictorum Mendicantium, & non Mendicantium, tàm Prouinciæ Hiſpaniæ, quàm extra eam vbilibet conſtitutorum locum minime habuiſſe, neque habere, nec in illis vllo modo ſuffragari potuiſſe, neque poſſe.*

ADDITIO.

1456 Quamplures Pontifices declararunt, per Bullam Cruciatæ non concedi facultatem regularibus eligendi confeſſarium, qui eos abſoluat à reſeruatis, iuxta facultatem quæ conceditur in eadem Bulla. Ita Alexan. VI. pro Ordine Ciſtercier ſi *in compen. priuileg. eiuſdem Ordinis.* verbo *Bullæ Cruciatæ*. Innocent. VIII. pro Fratribus Minoribus. vt *in compend. priuilegiorum Mendican.* verbo *Abſolutio quò ad Fratres*, §. 12. & pro Auguſtinianis in eodem Compen. verbo *Confeſſiones, & Confeſſores*, §. 6. Gregor. XIII. pro Ieſuitis ſub *die* 3. *Maij* 1575. Clemen VIII. pro iiſdem. *die* 14. *Iunij* 1595. Paulus V. pro omnibus Mendicantibus vtriuſque ſexus. 24. *Decembris* 1608. Et licet videantur eſſe quædam declarationes particulares pro certis religionibus, ſunt tamen vniuerſales. Quia declarant, quod per dictam Bullam non concedatur talis facultas; vnde cum ſit eadem ratio de omnibus religioſis, nec ex Bulla vllo pacto elici poſſit, quod conceſſio non extendatur ad hanc ealem religionem, eo ipſo quod declarat Pontifex, non extendi ad vnam, declarat non extendi ad omnes, quia declaratio eſt ſolum ſpecialis quo ad directionem, quatenus dirigitur ad ſpeciales religioſos, non autem quatenus eſt explicatio legis, quia ſicut lex eſt vniuerſalis, ita etiam eiuſdem declaratio. Vnde Vrbanus VIII. ſuſtulit omnem difficultatem in ſuo Motu proprio allato *n. præced.* dum declarat, quod Bulla Cruciatæ quantum ad facultatem eligendi Confeſſarium non ſuffragetur, nec vnquam ſuffragata ſit regularibus cuiuſcunque Ordinis, Congregationis, Societatis, &c.

1457 Nec iuuat reſponſio aliquorum, quod per ſubſequentes Bullas reuocentur huiuſmodi declarationes, priuilegia, indulta &c quia Bulla Cruciatæ habet clauſulas ampliſſimas reuocatorias. Quia obſtat declaratio Vrbani VIII. cum declaret, quod conceſſio facultatis eligendi confeſſarium non habeat locum quò ad Regulares, quod idem eſt, ac quod non ſit conceſſa pro regularibus. Deinde clauſulæ derogatoriæ Bullæ Cruciatæ, quantumuis ampliſſimæ, tollunt tantum ea, quæ obſtant diſpoſitis, & conceſſis in eadem Bulla, non autem faciunt, quod aliquid concedatur, quod non ſit conceſſum, cum non amplient conceſſionem; facultas autem eligendi confeſſarium non conceditur in dicta Bulla quò ad Regulares, vt conſtat ex declarationibus Summorum Pontificum, de quibus *num. præcedem.* Vnde cum declaratio non inducat nouum ius, ſed quid ſtatutum ſit oſtendat, & relinquat diſpoſitionem in ſua natura *l. Aſſe toto, ff. de hæred. inſtit.* & *l. Vnum ex familia, §. ſi de Falcidia, ff. de leg. 2.* & *l. Hæredes palam. §. Si quid poſt ff. de teſtamen.* ibi. *Poterit declarare, de quo ſenſerit? Et puto poſſe. Nihil enim nunc dat, ſed datum ſignificat.* & *l. Adeo, §. Cum quit, ff. de acquiren. rer. domin.* & Clemen 1. *de iure patronat.* Et proinde inſit ipſi diſpoſitioni, non poteſt reuocari declaratio, niſi reuocetur diſpoſitio. Quis autem dicat clauſulas derogatorias, quibus munitur aliqua diſpoſitio, reuocare eamdem diſpoſitionem? Et hoc etiam amplius conſtat ex eo, quod tempore Pij IV. in dicta Bulla expreſsè concedebatur facultas eligendi confeſſarium, qui à reſeruatis abſolueret; quæ tunc expreſſa conceſſio ablata eſt ab eadem Bulla tempore Pij V. quod manifeſtè arguit non eſſe de intentione

Sum-

Summi Pontificis concedere talem facultatem.

1458 Verum adhuc ſupereſt difficultas. An ſaltem Regulares eligere poſſint confeſſarium virtute Bullæ Cruciatæ in ordine ad abſolutionem à non reſeruatis. Videtur enim pars affirmatiua colligi ex Motu proprio Vrbani VIII. nam in fine habet. *Sed noſtræ intentionis fuiſſe, & eſſe, quod ijdem Fratres, & Moniales quantum ad Sacramentum pœnitentiæ, ſeu confeſſionis adminiſtrationem, ordinariæ diſpoſitioni ſuorum Prælatorum, & Sedi Apoſtolicæ quò ad ſibi reſeruata ſubiecti ſint.* Ex quibus videtur colligi, quod tantum quò ad reſeruata non poſſint eligere confeſſarium. Sed tenendum eſt, quod abſolutè non poſſuut eligere confeſſarium, vt manifeſtè conſtat ex præfatis declarationibus; ſiquidem abſolutè declarant Pontifices, quod articulus ille Bullæ de electione confeſſarij non habeat locum quò ad Regulares, & ſpecialiter ex Motu proprio Vrbani VIII. ibi. *Quantum ad prædictum articulum eligendi confeſſarium, & abſoluendi à prædictis caſibus reſeruatis etiam in Bulla Cœnæ contentis, cum Fratribus, & Monialibus prædictis Fratrum Prædicatorum, ac aliorum quorumcunque Ordinum &c. Locum minimè habuiſſe, neque habere, nec illis ullo modo ſuffragari potuiſſe, neque poſſe.* Vnde totus iſte articulus electionis Confeſſarij non eſt pro regularibus. Quod colligitur etiam ex verbis eiuſdem Motus proprij Vrbani pro contraria parte allatis, nam abſolutè dicit, ſuæ intentionis eſſe, quod Regulares quantum ad Sacramentum pœnitentiæ ſubſint ordinariæ diſpoſitioni ſuorum Prælatorum; ſi enim quò ad Sacramentum pœnitentiæ debent ſubeſſe diſpoſitioni ordinariæ ſuorum Prælatorum, non poterunt eligere confeſſarium; nam ſi poſſent, non ſubeſſent ipſis quò ad Sacramentum pœnitentiæ, quia poſſent ſe ſubtrahere eligendo confeſſariũ. Vbi etiam notanda eſt particula illa, *Ordinariæ diſpoſitioni:* ſi enim debent ſubeſſe ordinariæ diſpoſitioni, nunquam poterunt ſe ſubtrahere. Nec obſtant verba illa *Quò ad ſibi reſeruata*, quiia referuntur ad Apoſtolicam Sedem, & ſenſus eſt, quod ſubſint Apoſtolicæ Sedi quò ad reſeruata eidem Sedi; nam cum premiſiſſet, quod ſubſint ordinariæ diſpoſitioni ſuorum Prælatorum quò ad Sacramentum pœnitentiæ, quod importat totalem ſubiectionẽ in ordine ad abſolutionẽ, per particulam illam *Quò ad ſibi reſeruata*, reſtringit hanc ſubiectionem generalem reſpectu Sedis Apoſtolicæ quò ad ſibi reſeruata, quæ ſi non addita fuiſſet, ſenſus eſſet, quòd eodem modo ſubſint diſpoſitioni ordinariæ ſuorum Prælatorum, ac Apoſtolicæ Sedi. Vnde reijcienda eſt opinio Quintanadueñæ *tract. 3. de ſacram. ſingul. 18. num.* 14. Quamuis eam probabilem putet Diana *par. 9. tract. 6. Miſcellan. reſol.* 10. ver. *Notandum*, quod ſcilicet Regulares poſsint virtute Cruciatæ eligere confeſſarium in ordine ad non reſeruata. Sicut eam reijcit in ſpecie Bardus *in Bullam Cruc. par.* 1. *tract.* 2. *cap.* 5. *ſect.* 2. *§.* 4. *n.* 90.

An vigore aliquarum conceſſionum poſſint Confeſſarij abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis, vbi de materia. Quæſt. XII.

SVMMARIVM.

1458 *Nullus Confeſſarius poteſt abſoluere à reſeruatis Epiſcopo.*
1459 *Declaratio Decreti auferentis facultatem abſoluendi à reſeruatis.*
1460 *Litteræ S. Congregationis circa vſum facultatis Ordinariorum reſeruandi ſibi caſus.*
1461 *Declaratio S. Congregat. de mandato Innocentij X. de facultate ſublata abſoluendi à reſeruatis.*
1462 *Dicta declaratio afficit omnes.*
Declaratio ſe habet tanquam ſi cum ipſa lege emanauerit.
1463 *Diſpoſita de nouo in dicta declaratione non habent locum extra diœceſim Neapolitanam.*
1464 *Declaratio, quod per confirmationem non ſit reſtituta facultas abſoluendi à reſeruatis, non procedit de confirmatione in forma ſpecifica.*
Confirmatio in forma ſpecifica habet vim reſtituendi priuilegium.
1465 *Si aliqui religioſi non exhiberent priuilegium abſoluendi à reſeruatis iuxta Decretum Congregat. an cæteri amitterent.*
Pœna afficit ſolum delinquentes.
Religio non conſentiens in factum ſubditi, non debet ab ipſo grauari.
1466 *Impeditus adire Epiſcopum, an poſſit abſolui à Parocho à reſeruatis.*
1467 *Impeditus adire Papam poteſt abſolui ab Epiſcopo.*
Omnis diſpoſitio recipit interpretationem à iure communi.
1468 *Impeditus adire Papam, & Epiſcopum, à qua abſoluendus.*

1458 Ad 12. Reſp. Quod non. Ita declarauit Sacra Congregatio de ſpeciali mandato felicis record. Clem. VIII. per hæc verba.

SAcra Congregatio S.R.E. Cardinalium, negotijs, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, iuſtis, & grauibus cauſis id exigentibus, ac de Sanctiſſimi D.N. Clementis Papæ VIII. ſpeciali mandato, viua vocis oraculo deſuper habito, Sacerdotibus omnibus tam ſæcularibus, quam Regulari-

Digitized by Google

gularibus per vniuerſam Italiam extra Vrbem degentibus, ad confeſſiones audiendas probatis quorumuis Ordinum etiam Mendicantium, Militiarum, aut Congregationum, etiam Societatis Ieſu, & generaliter quamcunqe aliarum, quouis nomine nuncupentur, iubet, & præcipit, ne quis eorum, ſub prætextu priuilegiorum, indultorum, aut facultatum generaliter, vel ſpecificè ſcripto, aut viuæ vocis oraculo, vel per communicationem à Sede Apoſtolica, vel eius auctoritate, eorum Ordinibus, Congregationibus, Collegijs, vel Societatibus, aut Archiconfraternitatibus ſæcularium, aut ſingularibus perſonis, ſeu aliàs quomodocunque ſub quibuſuis tenoribus, formis, & clauſulis, etiam derogatoriarum derogatorijs, ad cuiuſuis etiam Imperatoris, Regum, aut aliorum Principum inſtantiam conceſſarum, ſeu confirmatarum, alicui cuiuſuis ſtatus, gradus, & conditionis, aut dignitatis, tam Eccleſiaſticæ, quàm ſecularis, etiam Regiæ, vel Imperialis, ab vllo ex caſibus clare, vel dubiè in Bulla die Cœnæ Domini legi ſolita, contentis, vel aliàs quomodocunque Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, aut in futurum & per Sanctitatem ſuam, eiuſque Succeſſores pro tempore in eadem Bulla, vel aliter reſeruandis, nec etiam à caſibus, quos Ordinarij locorum hactenus reſeruarunt, vel in poſterum ſibi reſeruabunt, nullo caſu etiam neceſſitatis vel impedimenti, niſi in mortis articulo, ſeu cum noua, vel ſpeciali Sanctitatis ſuæ, aut ſucceſſorum ſuorum, vel Ordinariorum quo ad caſus ab ipſis tantum reſeruatos, reſpectiuè, impetrata in ſcriptis licentia, Ordinarijs locorum exhibenda, abſolutionis beneficium de cætero impendere audeat vel præſumat: ſed cum opus fuerit, pœnitentes ad Superiores, legitimoſque Iudices ſuos accedere conſulat; ſub pœna contrafacientibus tam Regularibus, quàm ſæcularibus, excommunicationis, priuationis officiorum, & dignitatum, aut beneficiorum, inhabilitatis item audiendi confeſſiones, & quacunque officia, præturas, beneficia in poſterum obtinenda, ipſo facto, abſque vlla alia declaratione incurrenda: ſuper quibus à nemine, niſi à Romano Pontifice habilitatio, diſpenſatio, aut abſolutio, præterquam in mortis articulo poſſit impartiri; Sanctitas enim ſua (quatenus opus ſit,) facultates, & conceſſiones ipſas in hac parte vti caſſas, & irritas haberi de cætero voluit, & vult, non obſtantibus quibuſcumque.

Præterea nouerint pœnitentes, abſolutionem, ſi quam obtinebunt contra huiuſmodi prohibitionem, eſſe nullius roboris, vel momenti.

Et ne locorum Ordinarij, quibus ius hoc reſeruandorum caſuum competit, plurium, quàm opus ſit, reſeruatione, ſubditis, aut Confeſſarijs in animarum ſalute procuranda cooperatoribus ſint oneroſi, monentur omnes, vt paucos, eoſque tantum, quos ad Chriſtianam diſciplinam retinendam, animarumq; ſibi creditarum ſalutem, pro cuiuſuis Diœceſis ſtatu, & qualitate neceſſariò reſeruandos eſſe iudicauerint, reſeruent. In quorum fidem, &c. Romæ die 9. menſis Ianuarij anni 1601.

1459 *CVm autem dubia quædam, ac difficultates circa eiuſdem Decreti interpretationem, atque obſeruationem emerſiſſent, eadem Congregatio, ne vllus deinceps obſcuritati, ſcrupulo, ambiguitatiue locus relinquatur, & vt clarius appareat, in quibus caſibus vigore eiuſdem Decreti reſeruatis, intelligatur prohibita abſolutio, ſpeciali mandato eiuſdem S.D.N. Clementis Papæ VIII. ſimiliter viuæ vocis oraculo ſuper ea habito, ipſum Decretum ita moderauit, ac declarat: videlicet, ſub eiuſdem prohibitione illos tantum in poſterum comprehendi caſus, qui in Bulla die Cœnæ Domini legi conſueta continentur. Ac præterea violationis immunitatis Eccleſiaſticæ in terminis Conſtitutionis felic. record. Greg. XIV. quæ incipit:* Cùm aliàs nulli. *Violationis clauſuræ Monialium ad malum finem: Prouocantium & pugnantium in duello, iuxta Decretum Sacri Concilij Tridentini, & Conſtitutionem fel. rec. Gregorij Papæ XIV. incipientem,* Ad tollendum. *Iniſcientium violentas manus in Clericos, iuxta Canonem,* Si quis ſuadente, *& cap. 17. quæſt. 4. ac iuris diſpoſitionem. Simoniæ realis ſcienter contractæ, atque etiam confidentiæ beneficialis. Item omnes caſus, quos Ordinarij locorum ſibi reſeruarunt, vel in poſterum reſeruabunt. In quibus omnibus iam enumeratis caſibus duntaxat, & ſublata etiam pœna inhabilitatis audiendi confeſſiones, eadem Sacra Congregatio vult, & mandat, dictum Decretum in ſua firmitate, & priſtino robore permanere: Ac præterea declarat, eos quidem Sacerdotes tam ſæculares, quàm Regulares, qui aliquo ex priuilegijs, indultis, & facultatibus in ſupradicto Decreto expreſſis ſuffulti fuerint, poſſe iuxta eorum priuilegia, indulta, & facultates, vſu ante idem Decretum receptas, & quæ ſub alijs reuocationibus non comprehenduntur, tantum, & non aliàs abſoluere à caſibus in præſenti declaratione non comprehenſis: alijs verò Sacerdotibus huiuſmodi priuilegia non habentibus, nihil de nouo concedi. Sed ne locorum Ordinarij, ad quos caſuum reſeruatio ſpectat, ea in re modum excedant, eadem Sacra Congregatio illos rurſus magnoperè admonendos cenſet, vt non paſſim, ſed cum id videbitur communi bono expedire, atrociorum tantum, & grauiorum criminum abſolutionem ſibi reſeruent, quorum reſeruatio ad Chriſtianam diſciplinam retinendam conferat in ædificationem, non autem in deſtructionem cedat: ne alioquin Sacramenti Pœnitentiæ Miniſtrorum coar-*

ctata

Digitized by Google

data poteſtate, Sanctæ Matris Eccleſiæ piæ menti contrarius effectus ſubſequatur. Prohibet etiam, ne ſibi ſuperſtitiosè reſeruent caſus in Bulla die Cœnæ Domini legi conſueta, contentos, neque alios Sedi Apoſtolicæ ſpecialiter reſeruatos. Facultatem verò, & licentiam abſoluendi a caſibus reſeruatis, quam in ſcriptis tantum concedi permittebatur, etiam ſola viua voce concedi poſſe declarat. Cæterum, ne quis ſacerdotum ſæcularium, aut regularium, ſub prætextu, quod per primò dictum Decretum non fuerit ſufficienter eorum ſpecialibus priuilegijs derogatum eidem Decreto ſic, vt præfertur declarato, contraeuenire audeat, Sanctitas ſua Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis omnibus, in fauorem quorumcumque ordinum ſeu inſtitutorum Regularium, aut Sacerdotum tam ſæcularium, quàm regularium editis, nec non eorundem ordinum, ſeu inſtitutorum, ac etiam Eccleſ. & Monaſteriorum, & aliorum ſæcularium, ſeu regularium locorum quoruncunque etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, etiam Mari magno, ſeu Bulla aurea, aut aliàs nuncupatis, eiſdem ordinibus, ſeu inſtitutis, ac etiam Eccleſijs, & Monaſterijs, & ſæcularibus ſeu regularibus locis, aut perſonis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, nec non irritantibus, & alijs Decretis, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet, etiam per viam communicationis ſeu extenſionis conceſſis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut alia exquiſita forma ſeruanda eſſet, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata, inſerti forent, præſentibus pro expreſſis habens, quò ad ea, quæ præſentibus aduerſantur, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogat, contrariis quibuſcumque non obſtantibus. Romæ die 26. Nouembris 1602.

Alexand. Card. Floren. Epiſc. Præneſtinus.

Hier. Agucchius Secret.

1460 **Sequuntur literæ Sacræ Congregationis ad Dominum Cardinalem, & Archiepiſcopum Neapolitanum.**

Illuſtriſsime, & Reuerendiſsime Domine. Accipiet Illuſtriſſima Amplitudo veſtra vna cum hiſce literis exemplum Declarationis, quam Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium, negotijs & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, de expreſſo Sanctiſſimi Domini noſtri mandato nuper edidit ſuper Decreto de prohibita abſolutione à caſibus reſeruatis, die 9. Ianuarij 1601. promulgato, quod in ſuis Diœceſibus Oſtienſi & Neapolitana publicandum, ac ſtudiosè obſeruandum diligenter curabit. Cum autem locorum ordinarij magna ex parte indicem, ſeu notam ſingulorum caſuum à ſe reſeruatorum huc miſerint, compertum eſt in hoc genere variè quid à varijs admiſsum fuiſſe, quod aliqua emendatione indigeret; quoſdam nimirum quædam reſeruaſſe, quæ iam Apoſtolica Sedes ſibi reſeruaret; alios alia, quæ minimè expediebat; nonnullos verò in ea re modum exceſſiſſe, vt nullum fere ſupereſſet peccatum, quod non ſibi vendicaret indifferens illa ſeruandi ratio, quæ (vt neceſſe erat) res pleraſque leuis momenti, & alioquin Conc. Triden. aliorumque ſacrorum Canonum ſententiæ parum congruentes, complectebatur. Verum quia nondum ſatis hic explorata erat cuiuſque loci conditio, ac neceſſitas, non potuit vnicuique reſeruationum huiuſmodi ſigillatim modus ac temperamentum, quod res poſcebat, adhiberi. Nec ſanè debuit vna eademque regula omnibus Eccleſijs præſcribi, quandoquidem alia alibi magis conuenire certum eſt, & fieri vix poteſt, vt omnia omnibus in locis æquè probentur, & proſint. Quæ cum ita ſint, viſum eſt eidem Sac. Congregationi præter illam declarationem, priuatas quoque literas ad ſingulos Ordinarios mittere, quibus moneant, vt ſimul ac eas acceperint, omnes caſus ſibi iam olim reſeruatos, adhibitis aliquibus pietate, & doctrina præſtantibus viris, de integro diſcutiant, diligenterque examinent, & ad ipſius Decreti iam declarati normam accommodent, eorum multitudinem ſic reſecantes, vt ad quampauciſſimos, eoſque maximè neceſſarios redigantur ijdem caſus, vnde ſalutaris ille ſequatur effectus, cuius cauſa hæc reſeruandi atrociores quoſdam caſus Epiſcopis in ſua cuique Diœceſi tributa eſt auctoritas.

Præcipuè verò hæc monenda cenſet Sac. Congregatio, vt videant ipſi Ordinarij, ne illos caſus promiſcuè reſeruent, quibus annexa eſt excommunicatio maior à iure impoſita, cuius abſolutio nemini reſeruata ſit, niſi forte propter frequentiam, ſcandalum, aut aliam neceſſariam cauſam, aliqui huiuſmodi caſus nominatim reſeruandi viderentur; neque caſus, in quibus abſolutio niſi cum reſtitutione, vel executione eorum, ad quæ pœnitentes tenentur, non conferatur; neque illos, qui etiamſi mortale peccatum inducant, circa res tamen parui

momenti versantur, & frequenter inter idiotas euenire solent, vti damni dati, & similium. In peccatis etiam carnalibus reseruandis multa vtantur circumspectione, propter periculum scandalorum, in ijs maximè personis, in quas ob accessum ad Confessarios extraordinarios, vel frequentem reditum ad ordinarios, suspicionis aliquid capi possit. Postremò eam potissimum ineant, ac sequantur rationem, quæ consideratis diligenter cuiusque Prouinciæ, ac populorum moribus, natura, ac propensione, magis in Domino expedire videbitur. Postquam autem ab ijs peracta descriptaque fuerit hæc moderatio, vnusquisque eam primo quoque tempore ad me perferendam curet, addita insuper causa, quæ cuiusque casus reseruationem potissimum suaserit. Hoc enim à S.D. Nostro deliberatum est, vt postmodum singulæ huiusmodi reseruationes distinctius examinentur, quo perfectè tandem, adiutrice DEI gratia, opportunum ijs incommodis remedium adhibeatur. Interim de ipsius Sanctitatis suæ mandato ijdem Ordinarij monentur, vt per totam suam Diœcesim, ac præsertim ijs locis, qui à Ciuitate, & Cathedrali Sede longius remoti sunt, Pœnitentiarios, aliosque Sacerdotes constituant, ac delegent, quibus facultatem absoluendi à casibus sibi reseruatis, concedant, ita vt his quoque liceat eandem alijs Confessarijs, si opus sit, etiam viua voce impertiri: Idque maxime in solemnioribus, & præcipuis anni Festiuitatibus, vt peccatores, quibus obuia, & facilis fuerit huiusmodi sacerdotum copia, ad peragendam confessionem alliciantur, quia alioquin plerique vel ob idipsum omittere possent, si necesse haberent pœnitentiæ ministros, quibus indigent, longius quærere. In eam igitur curam quantum in se erit, sedulo incumbet Illustriss. Amplitudo vestra, vt hæc omnia ex Sanctitatis suæ, & Sacræ Congregationis mente, debitæ executioni mandentur, ea diligentia, eoque zelo vbique adhibito, quem optimus quisque Pastor erga animarum sibi creditarum salutem præ se ferre debet. Vt autem apud se, successoresque suos perpetuum extet monumentum, quid hic circa totam hanc reseruandi rationem deliberatum sit, dabit operam, vt hæ litera vna cum ipso Decreto, ac declaratione in publicis suarum Curiarum Episcopalium actis integrè describantur. Eas verò cum primum acceperit, dignabitur facere nos ea de re certiores, missuras postea quantoties fieri poterit, expetitum nouæ reseruationis indicem ex præscripto huiusce mandati confectum. Quę omnia mandante ipsa Sac. Congregatione ego Illustr. Dominationi vestræ scripsi, DEVM precatus, vt eandem quamdiutissimè incolumem tueatur. Romæ die 26. Nouemb. 1602. Dignabitur etiam Amplitudo vestra Illustriss. operam dare, vt Prælatis inferioris ordinis exemptis, seu nullius Diœcesis, si qui sint in sua Prouincia, innotescat Decretum hisce literis inclusum, tum etiam hæc reliqua, quæ ei scribuntur super casuum reseruatione.

Illustriss. & Reuerendiss. Dominationis vestræ humiliatus seruus.

Alex. Card. Flor.

ADDITIO.

1461 Non defuerunt, qui post supradicta Decreta docerent, posse adhuc Regulares absoluere à casibus Episcopo reseruatis, virtute priuilegiorum; vel quia non essent sufficienter reuocata, vel quia post eadem Decreta, essent de nouo confirmata ex certa scientia, & proinde reualidata; & qui etiam ad praxim hanc opinionem reducerent. Vnde Sacra Congregatio ex speciali mandato Sanctissimi D. N. Innocentij X. *sub die* 10. *Decembr.* 1647. rescripsit Archiepiscopo Neapolitano his verbis. *Questa sacra Congregatione hà più volte dechiarato con ordini espressi di Clemente VIII. di Gennaro, e Nouembre* 1602. *Di Paolo V. di Gennaro* 1617. *e di Vrbano VIII. santa memoria di Nouembre* 1628. *Che tutte le facolta di assoluere da'casi reseruati ò reseruandi da gli Ordinari, ouero compresi, ò da comprendersi nella Bolla in Cœna Domini implicitè, vel explicitè, & altri riseruati solamente alla santa Sede nel medesimo Decreto di Nouembre* 1602. *concesse a'Secolari, ò Regolari, Congregationi, ò Confraternità di qualunque prerogatiua ò specialità, etiam necessario exprimenda, sono state annullate, & estinte, così dal sacro Concilio di Trento, come dalle sudette Constitutioni. E che in vigore delle confermationi, essensioni, communicationi ottenute doppo, ò da ottenersi per l'auuenire sotto qualsiuoglia amplissime clausule, non s'intenda mai rinouata la sudetta facoltà, reseruando solo gl' indulti concessi specialmente fuori d'Italia, ò dentro Roma, quanto alli casi reseruati alla santa Sede non compresi nella sudetta Bolla. Onde venèdo rappresentato alla santità di N.S. da V. Eminenza con sua lettera de* 4. *d'Agosto precedente, che in cotesta Città, e sua Diocese alcuni Confessori Secolari, e Regolari, senza giustificare con quali facoltà, assoluono de fatto dalle censure, e casi sudetti. Et in oltre disseminando opinioni erronee asseriscono, che per potere assoluere dalli casi riseruati all' Ordinario, basti hauer domandato al medesimo la facoltà, ancorche ricusi di concederla. Questi Eminentissimi miei Signori di commissione espressa di sua Beatitudine, mi hanno imposto di scriuerle, che con l'autorità, che à tal' effetto se le communica in virtù delle presenti, sotto le pene, che giudicarà espedienti, faccia intendere à tutti li Confessori di cotti, siano quanto si voglia priuilegiati & essenti, che si conformino con li sudetti decreti, & non ardiscano di contrauenir sotto qualsiuoglia pretesto, ò caso etiam di precisa necessità, fuor che in articulo mortis, cum*

reincidentia, ſi conualuerint. Decbiari ſimilmente annullati tutti gli Oracoli, & Indulti Apoſtolici ottenuti in cuera da detto tempo in quà, & à gli altri che pretendono hauere Breue ò Bolla in forma ſpecifica doppo l'vltima Conſtitutione di Vrbano, prefigga vn termine perentorio di tre meſi ad eshibirli à queſta S. Congregatione; altrimente vuole, e dechiara N.S. che s'intendano decaduti ò priuati di eſſi eo ipſo, ſenza altra intimatione. Et finalmente che doppo hauer fatto notificare coſtì doue, e come ſtimarà eſſere di biſogno, che quelli, che dimandano all'Ordinario la facoltà di aſſoluere, e non l'ottengono, non poſſon valerſene, Ella dichiari incorrere nella ſoſpenſione di odire le confeſſioni ſacramentali; quelli, che publicamente defenderanno la dottrina ſodetta, ò pure præſumeranno temerariamente di aſſoluere, ancorche loro ſia ſtata denegata, ò non conceſſa la facoltà dagli Ordinarij. Così V. Eminenza reſti ſeruita di fare, che puntualmente ſi eſeguiſca, con dare quà diſtinto auuiſo dell' operato. Di Roma 7. Decembre 1647. Di V. Eminenza Humiliſſimo, & Affettionatiſſimo Seruitore M. Cardinale Ginetti. G. Arciueſcouo di Patraſſo Secretario.

1462 Circa quas litteras eſt aduertendum, quod aliqua in ipſis declarantur, & aliqua diſponuntur. Declaratur enim reuocatas fuiſſe facultates pro omnibus abſoluendi à reſeruatis Ordinario, & à caſibus Bullæ Cœnæ, cæteriſque quinque Papalibus. Rurſus dictas facultates non eſſe reſtitutas per ſubſequentes confirmationes priuilegiorum, extenſiones, & communicationes. Diſponitur autem, quod hoc notificetur ab Archiepiſcopo Neapolitano in ſua Diœceſi, & iniungatur obſeruantia Decretorum circa caſuum reſeruationem, annullatis viuæ vocis Oraculis in contrarium: & quod obtinentes circa hoc ſpecificam conceſſionem in forma Breuis, debeant infra trimeſtre exhibere S. Congregationi, ſub pœna reuocationis. Et imponitur pœna ſuſpenſionis ab audiendis confeſſionibus ijs, qui prætextu facultatis præſumpſerint abſoluere, aut docere, poſſe abſoluere, petita, & non obtenta licentia ab Ordinario. Quod autem ſpectat ad declarationem, quia eſt de lege omnibus communi, et etiam ipſa omnibus communis, ſiquidem ineſt ipſi legi, nam vt dictum eſt *num.* 1457. declaratio nihil de nouo facit, ſed quod iam factum ſit, declarat; & proinde tanquam contenta in ventre legis afficit omnes, quos lex afficit; ſeu potius lex ſic declarata omnes afficit, abſque alia publicatione, quia lex iam publicata recipit talem declarationem; vnde ſufficit, quod declaratio quocunque modo veniat ad notitiam; quia ſe habet tanquam cum lege ipſa emanauerit, & publicata ſit, vt notant Anton. Gabr. *in commun. concluſ. tit. de reg. iur. concluſ. 3. num. 9.* plures citans. Mantica *de coniect. vlt. volun. lib. 1. tit. 16. num. 7.* Sardus *deciſ. 21. per totam.* Gratian. *Diſcep. Forenſ. 147. n. 3.*

1463 Quæ autem diſponuntur non habent locum extra Diœceſim Neapolitanam, quia ſunt pro ipſa ſpecialiter diſpoſita, vt conſtat ex tenore litterarum, & ad ipſam ſpecialiter diriguntur. Quod autem eſt ſpeciale non trahitur ad generale. cap. *Sanè de priuileg.* & inter alios notat Merlin. *deciſ. 392. num. 25.* Quod etiam conſtat ex fine diſpoſitionis, qui fuit præbere remedium abuſibus introductis in illa Diœceſi, quos Summo Pontifici nunciauerat Archiepiſcopus Neapolitanus, & ideo remedium tantum corpori infirmo erat adhibendum.

1464 Dubitatur, an per Decretum præfatum Vrbani VIII. & præſentes litteras, dum dicunt, per nullas ſubſequutas confirmationes priuilegiorum fuiſſe reſtitutam facultatem abſoluendi à reſeruatis, intelligatur etiam de confirmatione in forma ſpecifica. Et negatiuè reſoluendum eſt, vt reſolnit etiam Brunus *de priuileg. Reg. tract 5. cap. 2. propoſ. 2.* Quia confirmatio ex certa ſcientia, & in forma ſpecifica habet vim reſtituendi priuilegium ablatum, & facit, quod de nouo concedatur. cap. *Si Apoſtolicæ de præben. in 6.* & notant Curt. iun. *conſil. 342. nu. 20.* Gozad. *conſil. 62. num. 15.* Gratian. *Diſcep. Forenſ. cap. 992. num. 10.* Merlin. *deciſ. 743. num. 13.* Roſella verbo *Abſolutio, num. 123.* Rodriquez *tom. 1. quæſt. regul. quæſt. 8. ar. 3.* Portel. *in dub. regul.* verbo *Priuilegij confirmatio, num. 33.* Suarez *lib. 8. de legib. cap. 19. num. 4.* Megal. *reſol. Variar. 199. n. 8. tom. 2.* Palaus *par. 1. oper. moral. tract. 3. diſp. 4. pun. 2. §. 10. n. 5.* Merol. *tom. 3. theol. moral. diſp. 6. de priuileg. cap. 5. dub. 2. num. 61.* Rota *deciſ. 192. num. 1. par. 1. Recent.* & *in Ianuenſi priuileg. 28. Iunij 1619. coram Eminentiſſimo Corrado.* Vnde ſi præfata Decreta intelligerentur etiam de confirmatione in forma ſpecifica, eſſent vera duo cõtradictoria; nam verum eſſet, quod per confirmationem ſpecificam reſtituta eſſet facultas abſoluendi à reſeruatis, & Pontifex confirmans dixiſſet, Reſtituo tibi hanc facultatem: & etiam verum eſſet, quod non eſſet reſtituta, quia ita habent præfata Decreta, & Vrbanus VIII. dixiſſet intelligendo de Pontifice confirmante, Non reſtituit tibi hanc facultatem: atque adeo diceret, quod factum non eſſet factum. Et hoc etiam colligitur ex præfatis litteris S. Congregat. ad Archiepiſcopum Neapolitanum, dum ordinat, ab ipſo iniungi, quod habentes confirmationem dictæ facultatis per litteras in forma Breuis, in forma ſpecifica, teneantur intra trimeſtre exhibere S. Congregationi, ſub pœna priuationis, & amiſſionis talis indulti, ſeu priuilegij. Ex quibus manifeſtum ſit, quod ſupponit reuixiſſe talem facultatem per conceſſionem, ſeu confirmationem in forma ſpecifica emanatam poſt dicta Decreta.

1465 Rurſus, cùm imponatur pœna amiſſionis talis facultatis, niſi intra trimeſtre exhibeantur litteræ conceſſoriæ in forma ſpecifica S. Congregationi, dubitatur, an ſi aliqua religio haberet talem conceſſionem poſt emanata præfata Decreta, & religioſi degentes intra Diœceſim Neapolitanam non exhiberent conceſſionem S. Congregationi, ſiquidem ipſis ſolis fuit facta intimatio, tota religio amitteret huiuſmodi conceſſionem. Et negatiuè reſoluendum videtur; nam pœna huiuſmodi eſt impoſita ob inobedientiam, atque adeo non debet excedere inobedientes. Quia pœna debet afficere ſolum delinquentes. *l. Sancimus, C. de pœnis. & l. Si quis in ſua. S. Legis, C. de inoffic. teſt. & l. Si pœna. & l. Crimen, ff. de pœn. & cap. Iam itaque 1. quæſt. 4. & cap. Si habes, 24. quæſt. 3. & cap. Quæſiuit, de iis, quæ fiunt à ma. par. cap. & cap. Si compromiſſarius de elect. in 6.* & ideo cum tota religio nihil peccauerit,

rit, non debet priuari ſuo priuilegio. Præſertim, quia quando religio non conſentit in factum ſubditi, non debet illius facto prægrauari, nec lædi, dum non conſentit in iure ſuo, iuxta ea, quæ tradunt Caſtrenſ. *conſil.* 431. *num.* 3. Roman. *conſil.* 369. *num.* 18. Cardin. *conſil.* 38. *in fine*. Afflic. *deciſ.* 173. Gratian. *deciſ.* 78. *num.* 50. Rouit. *prag.* 2. *de iuriſ. inuit non tur. num.* 25. Gail. *obſer.* 44. *num.* 3. *lib.* 1. Coſta *de ſcien. & ignoran. Cent.* 2. *diſt.* 66. *num.* 5. Cened. *qu.* 12. *canon. num.* 8. Tuſch. *Littera C. concluſ.* 1027. *num.* 3.

1466 Præterea in hac materia oritur dubium, quod facit valde ad praxim: An ſcilicet impeditus adire Epiſcopum poſſit abſolui à Parocho, aut ab alio ſacerdote inferiori. Negatiuam partem tradunt Alterius *de cenſur. tom.* 1. *diſp.* 6. *cap.* 6. ver. *Si quis poſtulet*. Filliuc. *tom.* 1. *trac.* 1. *cap.* 10. *n.* 289. Vaſquez de pœnit. *quæſt.* 91. *ar.* 3. *dub.* 9. *num.* 4. & *dub.* 9. *num.* 23. Quia ſacerdotes inferiores extra articulum mortis non habent iuriſdictionem in caſus reſeruatos. Econtra verò poſſe abſoluere in caſu, in quo vrgeret neceſſitas confitendi, aut ob celebrandum, aut ob vitandum ſcandalum, aut ex alio capite, & non pateret aditus ad Epiſcopum affirmant Canus, *Relect. de pœnit. par.* 5. §. *ſecunda concluſ.* Sotus *in* 4. *diſt.* 18. *quæſt.* 2. *ar.* 5. *ad* 1. Ledeſma 2. *par.* 4. *quæſt.* 8. *ar.* 3. *dub.* 3. *concluſ.* 7. Suarez *diſp.* 31. *de pœnit. ſect.* 3. Generaliter loquentes de omnibus reſeruatis: & in terminis proprijs Palaus *par.* 4. *oper. moral. tract.* 23. *diſp. vn. pun.* 15. *num.* 3. Henriquez *lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 3. *in Com. littera L.* & *cap.* 10. *num.* 4. Marchant. *in Tribun. Sacramen. tom.* 1. *tract.* 2. *tit.* 4. *quæſt.* 8. *concluſ.* 3. Et probabile putat Diana, & tutum *par.* 9. *tract.* 6. *Miſcel. reſol.* 11 ver. *Ratio eſt*.

1467 Huius autem opinionis fundamentum eſt regula, quod impediti adire Sedem Apoſtolicam ſiue ratione infirmitatis, ſiue ætatis, ſiue ſexus, ſiue conditionis, & qualitatis perſonæ, ſiue quocunque alio legitimo impedimento, abſolui poſſunt ab Ordinario, & hæc regula formatur ex cap. *Mulieres*, & *cap. Noſcitur*. & *cap. de catero, de ſent. excommunicat.* & ex alijs tex. Ergo etiam impeditus adire Epiſcopum poterit à ſuo Parocho, vel alio inferioti confeſſario abſolui à reſeruatis Epiſcopo; habet enim locum eadem regula, ſiquidem militant eædem rationes, quia nimirum reſeruatio reſpicit ſalutem animarum, non autem earumdem detrimentum, & ideo, quando vergeret in detrimentum, cenſetur conceſſa facultas abſoluendi. Rurſus Eccleſia non intendit obligare ad moraliter impoſſibile, aut ad graue detrimentum temporale, vt conſtat ex rationibus, ob quas conceditur, impeditos abſolui ab Epiſcopis; vnde neque etiam Epiſcopus in ſuis reſeruationibus debet ſtrictius obligare, cum debeat conformari intentioni Eccleſiæ. Et cum non adſit maior obligatio recurrendi ad Epiſcopum, quàm ad Romanam Sedem, dum hæc ceſſat, debet & illa ceſſare. Præterea cum omnis diſpoſitio intelligatur ſecundum ius commune, à quo recipit interpretationem, vt notant Roman. *Conſil.* 359. *num.* 24. ver. *Tertio*. Petrus Antharan. *conſil.* 404. *num.* 3. Barboſa *in l.* 1. *p.* 1. *num* 61. *ff. Soluto matrimonio*. Tiraquel. *tract. Le mort. par.* 1. *declar.* 2. *n.* 2. Tuſch. *Littera D. concluſ.* 501. Valaſ. *conſult.* 42. *num.* 7. Reſeruatio quoque caſuum Epiſcopalis accipienda eſt iuxta ius commune, & ab ipſo debet recipere interpretationem. De iure autem communi reſeruatio non eſt ita ſtricta pro impeditis, vt non concedatur, poſſe abſolui ab inferiori. Nec obſtat, quod recurſus ad Epiſcopum facilior ſit, quàm ad Pontificem: Quia hoc ſolum operatur, quod non ita crebrò contingat caſus, ſed raro; non autem, quod ſtante impedimento, non excuſetur, ſicut etiam facilis eſt aditus ad Sedem Romanam pro ijs, qui habitant in locis vicinis, & tamen quando ſunt impediti abſolui poſſunt. Nec etiam quod nullus inferior habeat iuriſdictionem circa caſus reſeruatos extra mortis articulum, quia intelligitur de iuriſdictione per ſe, non autem de iuriſdictione per accidens ex præſumpta voluntate reſeruantis, & ratione tacitæ conditionis, quæ ineſt in reſeruatione, quod non ſit quò ad impeditos adire Superiorem, niſi quò ad obligationem comparendi, quando impedimentum eſt temporale.

1468 Sed quid dicendum, ſi impeditus adire Sedem Apoſtolicam pro caſu illi reſeruato, ſit etiam impeditus adire Epiſcopum, à quo in tali eſſet abſoluendus, abſolui poſſit à Parocho, aut ab alio inferiori Confeſſario. Negant Vgolin. *de cenſur. tab.* 1 *cap.* 4. §. 5. *n.* 14. Vaſquez *quæſt.* 91. *de pœnit. ar.* 3. *dub.* 8. *num.* 4. & *dub.* 9. *nu.* 23. Bonac. *tom.* 3. *diſp.* 1. *quæſt.* 22. *punc.* 2. *n.* 22. Duard. *in Bul. cœnæ lib.* 3. §. 2. *quæſt.* 8. *num.* 28. & 38. Quia in Decreto Clemen. VIII. de caſib. reſer. decernitur, quod ſacerdotes inferiores non poſſint abſoluere, *Nullo caſu etiam neceſſitatis, vel impedimenti, niſi in articulo mortis*. Alij tamen ſentiunt, quod impeditus poſſit abſolui à Parocho, aut alio confeſſario. Ita Henriquez *lib.* 6. *ſum. cap.* 9. *num.* 7. Canus *relect. de pœnit. par.* 5. §. *ſecunda concluſio*. Sotus *in* 4. *diſt.* 18. *quæſt.* 2. *ar.* 5. *ad* 1. Ledeſma 2. *par.* 4. *quæſt.* 8. *ar.* 3. *dub.* 3. *concluſ.* 7. Suarez *diſp.* 31. *de pœnit. ſect.* 3. *num.* 10. Alterius *de cenſur. tom.* 1. *lib.* 1. *diſp.* 6. *c.* 8. ver. *Fundamentum verò*. Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 7. *cap.* 10. *n.* 109. Vvigers *de ſacram. quæſt.* 21. *de excommunicat. dub.* 8. *num.* 48. Palaus *par.* 4. *oper. moral. tract.* 23. *diſp. vn. pun.* 15. §. 4. *num.* 3. Fundamentum eſt, quia tota illa ratio, ob quam concedit, impeditos adire Romanam Sedem, abſolui ab Epiſcopo, militat etiam quando impediuntur, ne adeat Epiſcopum, alioquin reſeruatio non eſſet in vtilitatem, ſed in detrimentum animarum, & eſſet contra pietatem, & benignam mentem Eccleſiæ, & contra iuris diſpoſitionem, quia ſi ſemel ratione impedimēti deſcendit ad inferiores facultas abſoluendi, deſcendit etiam ſecundum mēſuram impedimēti: præſertim quia remanet obligatio comparendi coram Superiore. Neq; obſtat Decretum Clementis VIII. quia procedit de abſolutione abſoluta, qua tollitur omnis obligatio, quæ conſurgit ex reſeruatione; non autem de ſola abſolutione à peccato relicta obligatione comparendi. Quia intentio Pontificis eſt, quod cognitio reſeruatorum ſpectet ad reſeruantes, quæ proinde ſaluatur impenſa abſolutione cum obligatione comparendi coram Superiore, cum adhuc ipſe cognoſcat de reſeruatis.

RE-

Digitized by Google

REVOCATIO LICENTIARVM

QVARVMCVMQVE LEGENDI, ET HABENDI libros prohibitos.

VRBANVS PAPA VIII.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

1469 APOSTOLATVS officium nobis, nullo licet meritorum suffragio, Diuina Prouidentia commissum, postulat, vt ad ea vigilantiæ nostræ partes propensiùs intendamus, per quæ Religio Catholica, vbi Diuina gratia illæsa viget, conseruetur; & vbi restitutione indiget, reparetur. Quapropter, cùm librorum prohibitorum lectio magno sinceræ fidei cultoribus detrimento esse noscatur, & sicut accepimus, nimis excessiua sit huiusmodi libros legendi licentiarum copia: Nos, vt huic malo maturè occurratur, & imposterum quàm cautissimè licentiæ huiusmodi concedantur, quantùm cum Domino possumus, prouidere volentes: Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Omnes, & singulas licentias legendi, & habendi libros quoscumque ob hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem, seu per Constitutiones Apostolicas, etiam ratione Astrologiæ iudiciariæ, vel aliàs quomodolibet prohibitos, quibuscumque personis Laicis, & Ecclesiasticis, tàm secularibus, quàm regularibus cuiuscumque Ordinis, Societatis, & Instituti existentibus, ac quacumque dignitate, etiam Ecclesiastica fulgentibus cuiuscumque status, gradus conditionis, qualitatis, & præeminentiæ, etiam speciali nota, & mentione dignis, ac per literas Apostolicas ad tempus, seu ad vitam, & aliter quomodocumque, & ex quacunque causa, tàm in forma Breuis, quàm aliter quomodocunque à Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, seu à quibuscunque alijs à Nobis, vel ab eis facultatem, & auctoritatem habentibus, non tamen à Nobismetipsis, per litteras Apostolicas etiam in forma Breuis, seu Chirographum manu nostra signatum, concessas, earum tenores præsentibus pro expressis, & insertis habentes, hac nostra perpetuò valitura constitutione, reuocamus, cassamus, & annullamus, ac pro reuocatis, cassis, & annullatis haberi, nullique suffragari. quinimmo libros per licentias huiusmodi permissos legentes, aut habentes, pœnas in sacris Canonibus, Constitutionibus Apostolicis, & Indicis librorum prohibitorum contentas incurrere volumus, & declaramus. Decernentes, vt præsentes literæ postquam valuis Basilicarum Sancti Ioannis Lateranensis, ac Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ, necnon in acie Campi Floræ affixæ fuerint, infra duos, citra montes, vltra vero montes, infra quatuor menses ex tunc proximos, omnes, & singulos, ad quos spectat, arctent, & afficiant perinde ac si vnicuique personaliter intimatæ fuissent; Quodque dictis duobus, & respectiuè quatuor mensibus durantibus, ij, qui libros prohibitos huiusmodi habuerint, eos ad Episcopum, seu Inquisitorem, qui illos quantocitius comburere debeat, deferre; quique aliquos similes libros prohibitos habere sciuerint, eos denunciare tenentur: neque de cætero similes licentiæ, nisi à Congregatione sancti Officij, dum singulis hebdomadis coram Nobis habetur, vel ab alijs per Nos etiam in eadem Congregatione specialiter deputandis, concedantur; ac quod earumdem præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die 2. Aprilis 1631. Pontificatus nostri anno octauo.

M. A. Maraldus.

Digitized by Google

QVÆSTIONES.

1470 1 Quæ nam ſunt pœnæ contra hæreticorum libros, vel cuiuſuis auctoris ſcripta propter hæreſim, vel falſi dogmatis ſuſpicionem, damnata, aut prohibita, legentes, aut habentes.

2 Quas pœnas incurrunt, qui libros alia de cauſa prohibitos, legerint, vel habuerint.

3 Si quis compertus eſſet habere libros prohibitos, num ſe defendere poſſet, ſi diceret retinuiſſe ad confutandum.

4 Quid ſi quis damnatus Author viueret, & alia opera in futurum componeret, cenſerentur ne etiam damnata abſque noua prohibitione.

5 An prohibitio legendi libros hæreticorum, vel de fide, comprerendat etiam libros non impreſſos.

6 Quid de libris Catholicorum cum Scholijs, vel adnotationibus hæreticorum.

7 An ſuſpicio hæreſis, oriens ex retentione librorum hereticalium, procedat in hæredibus, qui non perquiſiuerunt omnes angulos domus defuncti, penes quem erant Scripturæ ſuſpectæ.

8 An Epiſcopi abſque Inquiſitore poſſint cognoſcere, decidere, definire, & terminare cauſas illorum, apud quos reperiuntur libri prohibiti, non ſapientes manifeſtam hæreſim.

Quænam ſint pœnæ legentium libros, aut ſcripta hæreticorum, vel ob hæreſim, vel falſi dogmatis ſuſpicionem damnata. Vbi & de materia legentium. Quæſtio I.

SVMMARIVM.

1471 *Legens hæreticorum libros, aut ſcripta, ſiue alias ob ſuſpicionem hæreſis, vel falſi dogmatis ſuſpicionem damnata, ipſo facto excommunicatur.*

1472 *Contra legentes, aut retinentes libros hæreticorum hæreſim continentes, aut de religione tractantes, adeſt excommunicatio in Bulla Cœnæ.*

Nomine hæreticorum qui veniant.

1473 *Sufficit ſi libri hæreſim contineant.*

1474 *Quomodo tractare debeant de religione.*

Verba accipiuntur iuxta qualitatem perſonæ, ad quã referuntur.

1475 *Si liber obiter contineat hæreſim, an locum habeat excommunicatio Bullæ Cœnæ.*

Lex generalis eſt generaliter accipienda.

1476 *Liber quando dicatur continere hæreſim.*

1477 *Si ſint plura volumina, quæ non contineãt hæreſim, legi poterunt.*

Quid ſi volumen contineat plures libros, & non omnes contineant hæreſim.

1478 *Quinam libri tractent de religione.*

1479 *An neceſſarium ſit quod argumentum libri ſit de religione.*

1480 *Scholia hæreticorum ad Catholicorum libros an contineantur ſub excommunicatione Bullæ.*

1481 *Libri referentes hæreſes hiſtorialiter, aut ad impugnandum, non prohibentur.*

1482 *Libri compilati ab hæreticis, ſi contineant hæreſim &c. an prohibeantur in Bulla Cœnæ.*

1483 *An Epiſtolæ, folia, conciones, &c.*

Prohibitio extenditur ad extenſionem rationis.

1484 *Epiſtola dedicatoria, id Lectorum proœmium libri hæretici an prohibeatur in Bulla Cœnæ.*

1485 *Libri Græcorum tractantes de ritibus Græcis an prohibeantur in Bulla Cœnæ.*

1486 *An libri infidelium continentes errores contra fidem.*

1487 *Libri Catholicorum, in quibus ſunt hæreſes, non prohibentur in Bulla Cœnæ. Et quid ſi fiat poſtea hæreticus.*

1488 *Si tantum oculis liber hæretici percurratur, locum non habet excommunicatio.*

1489 *Secus ſi liber lectus mente percurratur, aut memoriter recitetur.*

1490 *Caſu audientes legere librum hæretici, &c. non incurrunt excommunicationem.*

Quid ſi curet legi, vt audiat.

1491 *Legentes ad inſtantiam alterius libros hæreticos &c. incidunt in excommunicationem.*

Niſi excuſentur ex notabili damno imminente.

Quid ſi iuberentur legere in odium fidei.

1492 *Legens, ſed non intelligens librum non incurrit excommunicationem.*

Prohibitio non ſe extendit, quo non ſe extendit ratio finalis.

1493 *In lectione libri prohibiti in Bulla Cœnæ an detur paruitas materiæ.*

1494 *Quænam ſit paruitas materiæ.*

1495 *Quid ſi quis legeret in magna quantitate, in qua non eſſet hæreſis.*

Quid ſi hæreſis expungatur.

1496 *Manuſcripta hæreticorum continentia hæreſim cadunt ſub prohibitione, & eadem eſt ratio de ipſis ac de libris. Idem de libris paruis.*

1497 *An neceſſarium ſit, hæreticum damnatum eſſe, vt quò ad libros ipſius locum habeat excommunicatio Bullæ Cœnæ.*

1498 *Libri Magiæ, Necromantiæ, &c. an contineantur ſub excommunicatione Bullæ Cœnæ.*

Qua

Digitized by Google

1499 *Quæ notitia requiratur in legente, vt locum habeat excommunicatio Bullæ Cœnæ.*
Quæ ignorantiæ excuſet.
1500 *Excluſio praue intentionis non excuſat.*
1501 *Prohibitio legendi libros hæreticorum continentium hæreſim afficit perſonas cuiuſcumque generis. An etiam Inquiſitores.*
1502 *An etiam Catholicos degentes mixtim cum hæreticis.*

1471 Ad Primum, Reſp. Quod inter cæteras pœnas ſuper hoc ab Apoſt. Sede, ſacriſq; Canonibus conſtitutas, illa etiam eſt, vt qui hæreticorum libros, vel cuiuſuis Auctoris ſcripta propter hæreſim, vel falſi dogmatis ſuſpicionem damnata, aut prohibita legerit, habuerit ve, ipſo iure in excommunicationis pœnam ſum. Pontif. reſeruatam incurrit; eamque ob cauſam in eum ſeu ſecularem, ſeu regularem, tamquam de hæreſi ſuſpectum inquiri, & procedi licet prout habetur in regulis Indicis librorum prohibitorum auctoritate Pij IV. primum editi, poſtea à Sixto V. aucti, & demum fel. record. Clemen. VIII. iuſſu recogniti, & publicati.

ADDITIO.

1472 Diſtinctius præſens dubium eſt enucleandum. Quia non eſt eadem ratio de omnibus libris: nam contra legentes, aut retinentes libros hæreticorum continentes hæreſim, vel de religione tractantes, extat excommunicatio in Bulla Cœnæ, ibi. *Ac eorum* (hæreticorum quorumcunque) *libros hæreſim continentes, vel de religione tractantes, ſine auctoritate noſtra, & Sedis Apoſtolicæ ſcienter legentes, aut retinentes, &c.* & proinde ita reſeruata eſt Summo Pontifici, vt neque Regulares virtute priuilegiorum ab ea abſoluere poſſint. Ex quibus conſtat, quod ad contrahendam hanc excommunicationem, ex parte librorum duæ conditiones requiruntur: prima, quod ſit hæretici, altera, quod liber tractet de religione, aut hæreſim contineat. Nomine autem hæreticorum non veniunt quicunq; hæretici, ſed tantum publici, & notorij, & proinde aut debent eſſe denunciati tanquam hæretici, aut debent publicè aliquam hæreticorum ſectam profiteri. Quod colligitur ex ipſo Canone, nam anathematizat hæreticos iuxta ſectas, vt Huſſitas, &c. omnes, ac alios hæreticos quocunque nomine cenſeantur, & cuiuſcunque ſectæ exiſtant; Et poſtea deueniens ad libros ſubdit, *Ac eorum libros, &c.* dictio autem *eorum* refertur ad nominatos, & proinde intelligitur de hæreticis alicuius ſectæ. Et ratio eſt: Quia vt locum habeat excommunicatio, debet legenti conſtare, quod violat prohibitionem, & conſequenter, quod Auctor ſit hæreticus: non poteſt autem conſtare, niſi profiteatur hæreſim aliquam damnatam, atque adeo niſi ſit alicuius ſectæ damnatæ.

1473 Quod ſpectat ad alteram conditionem, dubium eſt, an copulatiue debeant hæreſim continere, & de religione tractare, an verò ſufficiat vnum aut alterum ſub diſiunctione. In quo certum eſt, quod ſufficit, quod hæreſim contineant: tum quia tota ratio prohibitionis, quæ eſt vitare ne fideles ex lectione inficiantur, reperitur in libro, qui hæreſim continet. Tum quia eo ipſo, quòd continet hæreſim, aliquo modo de religione tractat. Vnde ſolum difficultas eſt, an ſufficiat, quod tractet de religione, licet non contineat hæreſim. Et negatiuè reſpondet Sayr. *lib.3. de cenſur. cap.5. num.12.* Quia ſi non continent hæreſim, ceſſat ratio prohibitionis, cum non adſit periculum, quod legens in hæreſim labatur. Econtra verò ſufficere, quod tractent de religione, etiamſi non contineant hæreſim, docent Vgolin. *de cenſur. in Bull. Cœnæ, can.1. ver. valide ratione tractantes, num.2.* Farinac. *quæſt.80. de hæreſi num.32.* Azor. *par.1. lib.8. cap.16. quæſt.5.* Sanchez *lib.2. ſum. cap.10. num.34.* Suarez *diſp. 20. de fide ſect.2. num.15.* Facundez *præcep. 1. Decalog. lib.1. cap.14. num.5.* Trullench. *lib.1. in Decal. cap.3. dub.9. §. 5. num.9.* Pueron. *in Bull. Cœnæ cap. 1. §. Ac eorumdem lib.5. num.184.* Roccaful. *3. par. prax. lib.3. cap 8.* Duard. *in Bull. Cœnæ lib.2. can.1. q.40. num.2.* Quia canon alternatiue loquitur, & ideo, vt locum habeat, ſufficit verificari alteram partem.

1474 Videtur tamen hæc poſterior ſententia temperanda: vt ſcilicet canon tunc locum habeat quò ad libros tractantes ſolum de religione, quando tractant hæretico modo; hoc eſt cum proportione ad doctrinam hæreticam, aut diſponendo ad hæreſim, aut ſi doctrina aliquo modo relationem habeat ad hæreſim. Nam licet tractare de religione ſtet alternatiuè, debet tamen accipi iuxta ſubiectam materiam, atque de libris tractantibus de religione qui ſint hæreticorum, quatenus hæreticorum, & cum aliquo influxu hæreſis in tractationem, nam verba accipiuntur iuxta qualitatem perſonæ, ad quã referuntur, *l. plenum, §. Equitij, ff. de vſu, & habit, & l. ex militari, ff. de teſtam. milit* & notant Fuſar. *de ſubſtit. quæſt. 339. num. 32.* Mangil. *de imputat. quæſt.126. num.8.* Caſtil. *lib.5. controuer. par.2. c.84 num.6.* Quod etiam colligitur ex regula 3. Indicis, vbi Adnotationes in Sacram Scripturam, cuiuſcunque ſint, expunctis locis ſuſpectis permittuntur. Et ex regula 8. vbi: Quod libri, quorum principale argumentum bonum eſt, in quibus tamen obiter aliqua inſerta ſunt, quæ ad hæreſim, ſeu impietatem, diuinationem, ſeu ſuperſtitionem ſpectant, à Catholicis Theologis Inquiſitionis Generalis auctoritate expurgati concedi poſſunt. Vnde ſi liber de religione tractans, catholicè tamen, ab hæretico edatur, non videtur comprehendi ſub præſenti canone. Nec dici poteſt quod prohibeantur in odium Auctoris, nam eorumdem libri, qui de religione non tractant, approbati, conceduntur ex regula 2. Indicis.

1475 Circa hæreſis continentiam dubitatur, an ſufficiat, vt locum habeat excommunicatio in Bulla Cœnę, ſi obiter, aut incidenter vna, aut altera hæreſis ſit inſerta. Affirmant Suarez *diſp.21. de cenſ*

ſur.

Digitized by Google

ſur. ſect.2. num.10. Sanchez *lib.2. ſum.cap.10.n.34.* Duard. *in Bullam Cœnæ lib.1. can.1. queſt.39. nu.2.* Laiman. *lib.2. tract.1. cap.15. num.4.* Bonac. *diſp.2. de cenſur. in partic. queſt.5. punct.4. num.9.* Palaus *par.1. tract.4. diſp.2. punct.10. §.1. num.7.* Coninch. *diſp.18. de fide dub.11. num.177.* Filliuc. *tractat.12. num.204.* Facundez *præcep.1. Decal. lib.1. c.14. n.15.* Granad. *2.2. tract.15. diſp.10. in fine.* Ouied. *controuer.12. num.7.* Petrus Hurtad. *diſp. 76. de fide §.295.* Tamburin. *lib.2. in Decal. cap.1. §.7. num.7.* Leander *de cenſur. tract.3. diſp.1. §. queſt.39.* Trullench. *lib.1. in Decal. cap.3. dub.9. §.5. n.19.* Rocaful. *par.3. prax. lib.3. cap.8.* Quia eo ipſo, quod vna hæreſis obiter inſeratur, valet, quod hæreſim contineat, & cum generalis ſit lex, eſt generaliter accipienda *l.1. §. generaliter, ff. de leg. præſt.* Vnde nec canon dicit libros tractantes de hæreſi, ſicut dicit tractantes de religione, ſed continentes hęreſim. Alij tamen volunt non ſufficere, quod incidenter tractent vnam, aut alteram hęreſim, ſed debere ex profeſſo tractare. Ita Graff. *par.1. deciſ. lib.4. cap.18. num.40.* Sayr. *lib.3. de cenſur. cap.5. nu.12.* Anton. Souſa *in Bull. Cœnæ diſp.13. num.2. in fine*.

1476 Videntur tamen conciliari poſſe hæ opiniones, ſi dicatur, quod continere hęreſim non ſit eam quocumque modo inſertam habere, ſed eſſe doctrinali modo traditam, ſeu confirmatam, & declaratam, & proinde canonem procedere de libris hoc modo continentibus hęreſim, ſiue ex profeſſo, ſiue per digreſſionem, ſiue obiter, & incidenter. Quod ex eo tollitur, quia, niſi ponantur doctrinali modo, non habent vim ad inficiendum; & trahendum aſſenſum; vnde ceſſat ratio prohibitionis, vt conſtat in libris, qui continent catalogum hęreſum abſque impugnatione, qui non ſunt prohibiti, quia non tendunt ad docendam hæreſim. Præterea quia ſi hęreſis non traditur doctrinali modo, non videtur liber hęreſim continere, niſi materiali modo. Siquidem continentia libri, vt ſit formalis, & vera continentia, debet eſſe iuxta naturam libri. Vnde cum libri ordinentur ad communicandum cęteris quę in ipſis traduntur, ea tantum continere dicuntur, quæ legentibus communicare poſſunt, & proinde quæ traduntur doctrinali modo, dum agitur de doctrinalibus.

1477 Aduertunt tamen Vgolin. *de cenſur. in Bull. Cœnæ can.1.* verbo *ac eorumdem libros. §.1. n.2.* ver. *ſexto*, Sanchez *l.b. 2. ſum. cap.10. numer.36.* Duar. *in Bull. Cœnæ lib.2. can.1. queſt.39. num.10.* Facundez *præcep.1. Decal. lib.1. cap.14. numer.17.* Trullench. *lib.1. in Decal. cap.3. dub.9. §.5. num.19.* Ouied. *2.2. controuer.12. num.8.* Diana *par.6. tr.6. reſol 55.* Leander *de cenſur. tract.3. diſp.1. quæſt.42.* Quod ſi hęreticus eiuſdem operis volumina plura ediderit, & vnum tantum hæreſim contineant, cęteri legi poterunt, nec habebit locum excommunicatio, quia non legetur liber continens hæreſim. Quod extendit Sanchez etiam quando plura volumina iuxta operis ſeriem diſtincta in vnicum volumen vniuntur, in quo contineatur volumen hæreſim continens. Econtra verò incurrere in excommunicationem legentem librum, qui eſt pars eiuſdem voluminis, quando ſcilicet volumen diſtinguitur in primum, ſecundum, tertium librum, &c. etiamſi ob magnam molem voluminis diuidatur in plures tomos, quia hæc eſt per accidens, & ſemper liber, qui legitur, eſt pars eius voluminis. Hæc tamen contraria videntur Regulæ iuris, quod vile per inutile non vitiatur: vnde cum libri continentes hæreſim prohibeantur legi ex eo, quod hæreſim contineant, dum idem tractatus diuiditur in plures libros, ſeu quæſtiones, & in vna tantum, aut altera contineatur hæreſis, cęteri libri, aut quæſtiones, quamuis ſint eiuſdem voluminis ſex tomi, non videntur prohiberi, quia tanquã vtile non videntur vitiari per inutile, nec ratio prohibitionis locum habet in ipſis. Nec valet, quod cum prohibeatur totus liber prohibentur etiam ſingulæ partes: Quia cum totum non prohibeatur ratione ſui, ſed ratione partis, detracta hac parte ceſſat prohibitio: & ideo cum ſit diuerſa ratio in hoc caſu totius, ac ſingularum partium, non valet argumentum à toto ad ſingulas partes ſeorſim ſumptas, iuxta ea, quæ notant Cephal. *conſil.601. num.40. vol.4.* Surd. *conſil.435. num.22.* Ioſeph de Ruſticis *in l. cum accuſ. ff. de condit. & demonſtr. lib.3. cap.4. num.4.* & ideo ita tenet Vgolin. *de cenſur. Papæ refer. par.2. cap.1.* ver. *ac eorumdem libros, §.1. verſ 6.*

1478 Quod ſpectat ad libros de religione tractantes, aduertendum eſt, vt notant Sanchez *lib.2. ſum. cap.10. num.21.* Suarez *diſp.20. de fide ſect.2. n.16* Palaus *par.1. tract.4. diſp.2. punct.10. num.5.* Facundez *præcep.1. Decal. cap.14. numer.14.* Ouiedus *2.2. controuer.12. num.15.* Pellizar. *tom.2. manual. tract.6. cap.5. num.20.* quod omnes libri tractantes quocunque modo aliquod argumentum S. Scripturę, materias theologicas, ſiue ſpeculatiuas, ſiue morales, atque adeo etiam vt vocant, caſus conſcientiæ; de virtutibus, & vitijs in ordine ad finem ſupernaturalem, non autem in ordine morali tantum; de cultu DEI, & Sanctorum; de ritibus Religionis concernentibus Religionem ſiue Catholicam, ſiue reprobatam; de miniſtris Eccleſiæ; dicuntur tractare de Religione. Quia Religio non accipitur prout eſt quædam ſpecialis virtus: ſed prout complectitur materias religioſas, ſeu concernentes ſiue in ordine ad notitiam, ſiue in ordine ad operationem, directionem hominis ad ſalutem, & ita notant Doctores *num. ſequenti* citandi. Et ratio eſt: Quia cum ad Eccleſiam pertineat dirigere homines ad ſalutem, pertinet etiam auertere ea, quæ impedire poſſunt conſequutionem ipſius, atque adeo infectionem circa doctrinam, quæ ducit ad ſalutem, & bonos mores, & ideo ſolum quò ad hæc ſe extendit eius cura, dum prohibet libros tractantes de religione, & ideo tractantes alias materias non tractant de religione.

1479 Difficultas tamen eſt, an vt dicantur tractare de religione neceſſarium ſit, quod argumentum libri ſit de religione, an verò ſufficiat, quod tractet de religione, licet argumentum libri ſit de alia materia. Aliqui cenſent neceſſarium eſſe ad contrahendam excommunicationem, quod tractet ex inſtituto. Ita Graf. *par.1. deciſ. lib.4. cap.18. n.40.* Alij verò volunt ſufficere, quod tractet notabiliter de religione ex profeſſo, licet argumentum ſit de alia materia. Ita Sanchez *lib.2. ſum. cap.10. nu.34.*

Azor.

Digitized by Google

Azor. *par.1 lib.8. cap.16. quæſt.5.* Alterius *de cenſur. lib.5. diſp.3. cap.6.* ver. *in primo.* Trullench. *lib.1. in Decal. cap 3. dub.9. §.5. num.19.* Duardus *in Bull. Cœnæ lib.2. can.1. quæſt.2. num.2.* Suarez *de fide diſp.20. ſect.2. num.16.* Rodriquez *in addit. ad Bull. Cruc. §.8. num.68.* Pottel. *in rub. regul.* verbo *libri prohibiti, num.8.* Facundez *præcep.1. Decal. lib.1. c.14. num.15.* Bonac. *diſp.2. de cenſur. in particul. qu.5. punct.4. num.19.* Quied. *2.2. controuer.12. num.16.* Pellizar. *tom.2. manual. tract.6. cap.5. num.20.* Roccaful. *par.3. lib.3. cap.8. num. . . .* Leander *de cenſur. tract.3. diſp.1. §.1. quæſt. 39.* Quia vt verificetur, quod tractet de religione, non eſt neceſſarium, quod propoſitum argumentum ſit de religione, ſed ſufficit, ſi in libro diſſeratur de religione ex profeſſo, & non obiter; poteſt enim idem liber tractare de pluribus materijs diuerſis ab argumento propoſito per digreſſionem.

1480 Maior difficultas eſt circa ſcholia hæreticorum ad libros catholicorum, ſi contineant hæreſim, aut de religione tractent. Quod autem hæc ſcholia non contineantur ſub prohibitione huius canonis, tradunt Sanchez *lib.2. ſum. cap.10. num.25.* Duard. *in Bull. Cœnæ lib.2. can.1. quæſt.43. num.2.* Nauar. *cap.27. manual. num.36.* Rodriquez *in Bull. Cruc. §.9. num.78.* Souſa *cap.12. diſp.13. num.7.* Bonac. *diſp.1. de cenſur. in part. quæſt.2. punct.4. n.6* Laiman. *lib.2. tract.1. cap.15. num.1.* Sanctarel. *de hæreſi cap.13. dub. vn. num.4.* Facundez *lib.1. in Decal. cap.14. num.8.* Pellizar. *tom.2. manual. tr.6. cap.5. num.6.* Graſ. *par.1. deciſ. lib.4. cap.18. n.43.* Tamburin. *lib.2. in Decal. cap.1. §.7. num.9.* Leander *de cenſur. tract.3. diſp.1. quæſt.48.* Quod extendunt, etiamſi ſcholia ſint maior pars libri. Et fundamentum eſt. Quia iuxta communem modum loquendi, liber cum ſcholijs non denominatur ab auctore ſcholiorum, cum ſint acceſſoria materiæ; ſed ab auctore qui primo compoſuit librum: vnde licet Commentaria Caietani excedant ſummam D. Th. liber tamen non dicitur Caietani, ſed D.Th. Vnde non erit liber hæretici, quamuis habeat ſcholia ab hæretico compoſita, canon autem procedit ſolum de libris hæreticorum. Verum ſi hoc haberet locum poſſent legi Commentaria hæreticorum in Sacram Scripturam quantaſcunque hæreſes continerent ex eadem Scriptura confirmatas. Itaque tenendum eſt, quod canon Bullæ comprehendat etiam ſcholia hæreticorum, ſi hæreſim contineant aut de religione tractent. Ita Alterius *de cenſur. in explicat. can.1. Bull. Cœnæ, lib.5. diſp.2. cap.6. dub.1.* Suarez *diſp.20 de fide ſect.2. num.13.* Ratio eſt, quia cum in Bulla Cœnæ ponitur excommunicatio contra legentes libros hæreticorum, genitiuum hoc, hæreticorum, non tam importat denominationem, quã perſonalitatẽ ſcriptoris, quia genitiuum de ſui natura importat perſonalitatem. Cap. *ſi gratioſè de reſcriptis in 6.* vbi Gloſ. verbo *ſua*. Io. Andr. *num.5.* Franc. *nu.7.* Gemin. *num.12.* Rota *deciſ.29. num.7. par.3. recent.* Vnde procedit de libris, qui referuntur ad perſonas hæreticorum tanquam ſcriptores. Liber autem conſtans ex ſcholijs hæretici, refertur ad ipſum, vt auctorem, & ſcriptorem. Sed quid ſi liber ſit hæretici, commentaria autem Catholici. Reſp. Contineri ſub prohibitione Bullæ Cœnæ. Ita etiam Quiedo, 2.2. *controuer. 12. num. 9.* quia ſemper textus eſt liber hæretici, & continet adæquatam rationem prohibitionis, ob quam ſecundum ſeipſam ſeorſim prohiberetur. Et à fortiori ſi in commentarijs explicaretur hæreſis. Quod ſi nil hæreticum continerent, adhuc ratione textus liber prohibitus eſſet.

1481 Ex quibus deducitur, quod ſi quis legeret libros Catholicorum, in quibus aut hiſtorialiter referantur hæreſes, aut inferantur cum ſuis explicationibus, & argumentis ad impugnandum eo animo, vt ſciret doctrinam hæreticorum, non incurreret excommunicationem Bullæ Cœnæ: nec etiam aliquam aliam. Ita Nauar. *in Manuali cap.27. nu.36.* Filliuc. *tom.1. tract.13. cap.2. quæſt.8. num.4.* Duard. *in Bull. Cœnæ lib.2. can.1. quæſt. 43. num.5.* Souſa *in Bull. Cœnæ cap.12. diſp.13. num.7.* Sanchez *lib.2. ſum. cap.10. num.23.* Reginal. *lib.9. præx. fori pœnit. num.253.* Azor. *par.1. lib.8. cap.16. quæſt.2* Suarez *tom.1. de cenſur. diſp.21 ſect.2. num.10* Alterius *de cenſur. lib.5. diſp 2. cap.6. dub.1.* Laiman. *lib.2. tr.1. cap.15. num.1.* Vgolin. *de cenſur. reſtr. par.2. cap.1.* verbo *ac eorum libros*, Sanctarel. *de hæreſi capit. 13. dub. vn. num.3.* Facundez *præcep.1. Decal. lib.1. c.14. num.6.* Trullench. *lib.1. in Decal. cap. 3. dub. 9 §.5. num.15.* Coninch. *diſp.18. de fide dub.11. num.177.* Leander *de cenſur tract.3. diſp.1. quæſt. 47.* Bonac. *diſp.1. de cenſur. in par. quæſt. 2. punct. 4. num.21.* ver. *ſecundo*. Quia non verificatur diſpoſitio Bullæ Cœnæ, cum non legat librum hæretici, ſed Catholici. Quod extendunt, etiamſi legat animo imbibendi errores, quia non punitur affectus, ſed effectus. Verum, vt rectè aduertit Duard. *cit.* peccabit mortaliter, ſi ex hac lectione adſit periculum infectionis, cum ſciens tali periculo ſe exponat.

1482 Sed quid dicendum de libris compilatorijs hæreticorum, ſi hæreſim contineant, aut de religione tractent? Reſp. Duard. *lib.2. in Bull. Cœnæ. can.1. quæſt.45. num.6.* Non comprehendi ſub excommunicatione Bullæ Cœnæ, niſi in compilatione inſereretur aliqua materia alicuius hæretici, quæ hæreſim contineret, aut de religione tractaret, ita *num.10.* Quia compilatio non eſt liber hæretici, ſed illorum auctorum, ex quibus conſtat. Addit, quia compilatio non eſt propriè liber apud iuriſperitos, ſed volumen quoddam continens plures libros. Verum hoc non tollit, quin ſit propriè liber, ſicut propriè liber eſt Sacra Scriptura, licet contineat libros plurium Auctorum. Itaque opinio Duardi locum habet, ſi compilator nihil de ſuo inſeriat, quia tunc liber erit iudicandus iuxta qualitatem collectorum. At ſi de ſuo ponat, in quo doctrinali modo hæreſes contineantur, aut ex profeſſo de religione tractet concinnando ex aliorum ſententijs ſuum opus, cum relatione ad hæreſim, ſeu cum aliquo influxu hæreſis, certè legens incurret excommunicationem Bullæ Cœnæ, cum ſit eadem ratio, ac ſi tota materia eſſet ab ipſo compoſita. Si verò pauca de ſuo inſerant, ſi indigeant expurgatione, ea præmiſſa conceduntur, atque adeo etiam ſi non indigeant, iuxta regulam quintam Indicis: vnde locum non habebit præſens excommunicatio.

1483 De Epiſtolis autem, aut folijs, concionibus hæreticorum hæreſim continentibus, aut de religione

ligione tractantibus, negant includi sub hac excommunicatione Sanchez *lib.* 2. *sum. cap.* 10. *num.* 20. Sousa *in Bul. Cœnæ, cap.* 12. *disp.* 13. *num.* 5. §. 1. Bonac. *disp.* 2. *de censur. quæst.* 5. *pun.* 4. *num.* 18. Portel. verbo *Libri prohibiti, num.* 7. Duard. *in Bul. cœnæ lib.* 2. *can.* 1. *quæst.* 55. *num.* 11. Palaus *part.* 1. *tract.* 4. *disp.* 2. *pun.* 10. §. 1. *num.* 5. Hurtad. *disp.* 10. *de censur. difficul.* 12. Facundez *præcep.* 1. *Decal. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 11. Quiedus 2. 2. *controuer.* 12. *numer.* 12. Leander *part.* 4. *tract.* 3. *disp.* 1. *quæst.* 44. Tamburin. *lib.* 2. *in Decal. cap.* 1. §. 7. *num.* 10. Quia nomine libri non veniunt Epistolæ, folia, conciones, & huiusmodi. Oppositum tamen tenent Vgolin. *de censur. par.* 2. *can.* 1. verbo *Ac eorumdem, nu.* 2. ver. *Nonò*. Suarez *disp.* 20. *de fide sect.* 2. *n.* 10. Laiman *lib.* 2. *tract. de fide, cap.* 15. *numer.* 3. Megal. *par.* 5. *Instit. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 55. Farinac. *de hæresi quæst.* 180. *nu.* 30. Granat. 2. 2. *controuer.* 15. *disp.* 10. *num.* 7. Trullench. *lib.* 1. *in Decal. cap.* 3. *dub.* 9. §. 5. *num.* 16. Roccaful. *par.* 3. *lib.* 3. *capite dub.* 2.. Et rectè, quia in hoc canone excommunicationis nomen libri non significat materialitatem libri, nempe folia tali pacto complicata: sed formalitatem, quatenus scilicet continet doctrinam, & aliquod legendum; quod saluatur siue epistolæ sint, siue conciones, siue folia, siue quid simile. & in his quoq; militat ratio legis, quæ est prouidere, ne fideles ex lectura inficiantur, & ne hæreses propagentur. Et cum sit lex fauorabilis, nam lata est in fauorem fidei, & in fauorem fidelium, ad eos præseruandos in fide, extendenda est ad extensionem rationis. cap. *Cum dilecta de confir. vtili, vel inutili.* & *l. Ad gere. §. Quamuis, ff. de iurepatron.* Et quamuis habeat annexam pœnam excommunicationis, non est tamen pœnalis, quia pœna non est per se primò intenta, sed est in subsidium legis prohibitiuæ.

1484 Quod si epistola sit inserta in libro hæretici, vt si esset epistola ad Lectorem, sicut etiam procœmium, seu præfatio, incidere in excommunicationem Bullæ addit Vgolin. *num. præced. cit.* & consentiunt Sanchez *lib.* 2. *sum. cap.* 10. *num.* 30. Portel. *in dub. Regul.* verbo *Libri in Addit. num.* 5. Sanctarel. *de hæresi. cap.* 13. *num.* 2. Lezana *in sum.* verbo *Libri, num.* 20. Laiman *lib.* 2. *trac.* 1. *cap.* 15. *num.* 5. Facundez *Præcep.* 1. *Decal. lib.* 1. *cavit.* 14. *numer.* 12. Quia legit partem libri. Quod quidem mihi certum est, si contineant hæresim, aut de religione tractent. At dubito, si non contineant hæresim, nec de religione tractent, quia non sunt propriè pars libri formaliter, cum sint præparatoria quædam ad librum, & extra argumentum, seu tractatum libri: & solum materialiter possunt dici pars, quatenus sunt quædam folia ipsius.

1485 De libris autem Græcorum, aliorumque Orientalium, qui tractant de ritibus Græcis, non conueniunt Doctores. Nam aliqui volunt, quod comprehendantur sub excommunicatione Bullæ cœnæ; quia sunt hæretici, cum habeant plures errores circa processionem Spiritus Sancti, Purgatorium, Primatum Papæ &c. Ita Suarez *disp.* 20. *de fide sect.* 1. *num.* 12. Facundez *præcep.* 3. *Eccles. lib.* 1. *cap.* 2. Alij verò docent non comprehendi, quia Græci, cæterique Orientales non sunt hæretici, sed schismatici. Ita Azor. *par.* 1. *lib.* 8. *cap.* 16. *quæst.* 8. Sanchez *lib.* 2. *sum. cap.* 10. *num.* 27. Duard. *in Bullam cœnæ lib.* 2. *can.* 1. *quæst.* 50. *num.* 2. Trullench. *lib.* 1. *in Decal. cap.* 3. *dub.* 9. §. 5. *num.* 15. Leander *de censur. tract.* 3. *disp.* 1. *quæst.* 49. Et hæc posterior sententia est sequenda, sed ex alio fundamento: quia nimirum non omnes Græci hæretici sunt, & ideo non statim ac liber aliquis est alicuius Græci, aut alterius Orientalis, est habendus pro libro hæretici: vnde non intrat canon Bullæ, quia est contra scienter legentes libros hæreticorum, vnde oportet, quod sciant, Auctores esse hæreticos. Quod si ex lectura deprehendantur hæretici Auctoris, erunt prohibendi, vt possint fideles ab ipsis cauere.

1486 Similiter de libris infidelium, in quibus continentur errores contra fidem, docent, non subijci canoni Bullæ cœnæ, & ideo legentes non incurrere excommunicationem in ipso latam. Ita Sanchez *lib.* 2. *sum. cap.* 10. *num.* 22. Duard. *in Bul. cœnæ, lib.* 2. *can.* 1. *quæst.* 35. *num.* 3. Sousa *cap.* 12. *disp.* 13. *num.* 8. Vgolin. *de casib. reser. part.* 2. *cap.* 2. verbo *Ac eorumdem*, §. 1. *num.* 3. Facundez *præcep.* 1. *Decal. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 5. Trullench *lib.* 1. *in Decal. cap.* 3. *dub.* 9 §. 5. *num.* 15. Alter. *lib.* 5. *de censur. disp.* 2. *c.* 6. *init.* Palaus *par.* 1. *tract.* 4. *disp.* 2. *pun.* 10. §. 1. *num.* 1. Bonac. *disp.* 1. *de censur. in particul. q.* 2. *pun.* 4. *num.* 11. ver. *Tertiò*. Leander *par.* 4. *tract.* 3. *disp.* 1. *quæst.* 36. Quia non sunt libri hæreticorum. Quod etiam extendunt ad Catechumenos, quia licet deficiant à fide, non sunt propriè hæretici, quia cum non sint baptizati, non sunt professi fidem in facie Ecclesiæ.

1487 De Catholicorum libris, in quibus sunt hæreses quantumuis damnatæ, quas tamen ignoranter tradiderunt, atque adeo tantum materialiter fuerunt hæretici, tradunt Vgolin. *de censur. Papæ reseruatis par.* 2. *cap* 1. verbo *Ac eorumdem libros*, §. 1. *num.* 2. ver. *Quinto*. Sanchez *lib.* 2. *sum. capit.* 10. *num.* 24. Duard. *in Bul. cœnæ, lib.* 2. *can.* 1. *quæst.* 35. *num.* 4. Nauar. *cap.* 27. *Manual. num.* 36. Laiman *lib.* 2. *tract.* 1. *cap.* 15. *num.* 2. Azor. *par.* 1. *lib.* 8. *c.* 16 *quæst.* 2.. Sanctarel. *cap.* 19. *de hæresi, dubi vn. nu.* 3. Suarez *de fide, disp.* 20. *sect.* 2. *n.* 10. Rodriquez *in Bul. cruc.* §. 9. *n.* 78. Bonac. *de censur. in particul. disp.* 1. *quæst.* 2. *pun.* 4. *num.* 21. ver. *Quintò*. Facundez *lib.* 1. *in Decal. cap.* 14. *n.* 6. Legentes non incurrere excommunicationem Bullæ cœnæ, quia in hac lectione non verificatur dispositio ipsius, cum non legant libros hæretici. Quod etiam habet locum, si auctor libri incidat postea in hæresim, vt notant Sousa *in Bul. cœnæ cap.* 12. *disp.* 13. *num.* 11. Bonac. *citat.* Quiedus 2. 2. *controuer.* 12. *num.* 5. Leander *de censur. tract.* 3. *disp.* 1. *quæst.* 48. Ob eamdem rationem, quia non est liber hæretici, eo, quod non esset hæreticus, quando ipsum scripsit: in tantum enim liber dicitur hæretici, in quantum ab hæretico originem habet.

1488 Excommunicatio autem Bullæ cœnæ locum habet; etiamsi tantum oculis liber percurratur, licet nulla interueniat pronunciatio. Ita communiter Graf. *par.* 1. *decis. lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 45. Trullench *lib.* 1. *in Decal. cap.* 3. *dub.* 9. §. 5. *num.* 22. Palaus *par.* 1. *tract.* 4. *disp.* 2. *pun.* 1. §. 2. *num.* 2. Roccaful. *par.* 3. *præc. lib.* 3. *cap.* 8. *dub.* 6. Leander *de censur. tract.* 3. *disp.* 1. *quæst.* 54. Vgolin. *de censur. reser.*

ſer. ſum. Pontificel. par. 2. cap. 1. verbo *Ac eorum libros. §. 1. ver. Quartò*, Souſa *in Bul. cœnæ cap. 12. diſp. 13. num. 5.* Bonac. *de cenſur. in particul. diſp. 1. quæſt. 2. pun. 4. n. 12.* Suarez *diſp. 20. de fide ſect. 2. num. 18.* Sanchez *lib. 2. ſum. cap. 10. num. 41.* Duard. *in Bul. cœnæ lib. 2. can. 1. quæſt. 35. num. 31.* Facundez *præcep. 1. Decal. lib. 1. cap. 14. num. 23.* Ratio eſt, quia lectio non requirit prolationem verborum, ſed ſufficit quod ex libro hauriatur notitia eorũ, quæ in ipſo ſcribuntur, quod fit, dum oculis percurritur.

1489 Econtra non habet locum excommunicatio, ſi quis mente percurrat librum, quem prius legit, & attentionem conuerſam habeat ad librum iam lectum, quia non interuenit lectio, quia lectio requirit librum præſentem, neque eſt actus merè internus, & proinde non ſubiacens cenſuræ, vt notat etiam Suarez mox citandus. Et quamuis Graf. *par. 1 deciſ. lib. 4. cap. 18. num. 45.* teneat, quod memoriter recitans hos libros, aut partem, incurrat excommunicationem Bullæ cœnæ, & ex parte approbet Sayr. *lib. 3. de cenſur. cap. 5. num. 13.* admittens ſolum non incurrere ſi reciteț bono fine: Attamen abſolutè dicendum eſt, non incurrerere, vt tradunt Vgolin. *par. 2. de cenſur. Papæ reſeruatis.* verbo *Ac eorumdem libros, §. 1. num. 4.* ver. *Decimò*. Nauar. *c. p. 27. Manual. num. 56.* ver. *Septimò*. Sanchez *lib. 2. ſum. cap. 10. num. 47.* Suarez *diſp. 20. de fide. ſect. 2. num. 18.* Azor. *par. 1. lib. 8. cap. 16. quæſt. 4.* Sanctarel. *de hæreſi, cap. 13. num. 8.* Facundez *præcep. 1. Decal. cap. 14. num. 25.* Duar. *in Bul. cœnæ lib. 2. can. 1. quæſt. 49 num. 2.* Filliuc. *tract. 16. c. 2. quæſt. 8. nu. 45.* Trullench *lib. 1. in Decal. cap. 3. dub. 9. §. 5. num. 24.* Roccaful. *par. 3. praxis cap. 8. §. de legentib. dub. 16.* Leander *de cenſur. tract. 3. diſp. 1. quæſt. 56.* Nam memoriter recitare non eſt legere, etiamſi malo animo fiat, & ideo non eſt actio, quæ ſub dicta excommunicatione interdicatur.

1490 Quod ſpectat ad audientes legere, conueniunt communiter præſertim infra citandi, quòd ſi caſu audiant, non incurrant excommunicationem, quia non influunt in actionem vetitam, ſed potius merè paſſiuè ſe habent. Ita Azor. *par. 1. lib. 8. c. 16. q. 4.* Graf. *par. 1. deciſ. lib. 4. cap. 18. num. 45.* Naldus *in ſum.* verbo *Bulla cœnæ, nu. 14.* Sanchez *lib. 2. ſum. cap. 10. n. 48.* Coninch *diſp. 18. de fide dub. 11. num. 178.* Palaus *par. 1. tract. 4. diſp. 2. pun. 10. §. 2. num. 10.* Tambur. *lib. 2. in Decal. cap. 1. §. 7. nu. 32.* Si tamen accedant ad audiendum legentes, volunt incurrere Suarez *diſp. 20. de fide ſect. 2. n. 19.* Roccaful. *par. 3. praxis lib. 3. c. 8. §. de legentibus dub. 15.* Leander *de cenſur. tract. 3. diſp. 1. quæſt. 59.* Si verò influant in lectionem iubendo, orando, aut alio modo illam cauſando in hunc effectum, vt audiant, non incurrere excommunicationem Bullæ, tenent Vgolin. *de caſib. Papæ reſeruat. par. 2.* verbo *Ac eorumdem libros §. 1. num. 4. ver. 8.* Sanchez *lib. 2. ſum. cap. 10. num. 48.* Facundez *præcep. 1. Decal. lib. 1. cap. 14. num. 27.* Duard. *in Bul. cœnæ lib. 2. can. 1. quæſt. 48. num. 5.* Reginal. *lib. 9. num. 251.* Souſa *in Bullam cœnæ diſp. 13. num. 4.* Bonac. *diſp. 1. de cenſur. in part. quæſt. 2. pun. 4. num. 11.* Sanctarel. *de hæreſi cap. 13. num. 8.* Stortia *in Bul. ſelect. theor. 410.* Trullench. *lib. 1. in Decal. cap. 3. dub. 9. §. 5. num. 24.* Coninch *diſp. 18. de fide, num. 178.* Palaus *part. 1. tract 4. diſp. 2. pun. 10. num. 4.* Quiedas 2. 2. *con. trover. 12. num. 20.* Tambutin. *lib. 2. in Decal. c. 1. §. 7. num. 33.* Pellizzar. *tom. 2. tract. 6. cap. 5. num. 8.* Filliuc. *tract. 16. cap. 2. quæſt. 8. num. 49.* qui alios citat. Quia dicta excommunicatio eſt contra legentes, non contra audientes, mandantes, ſuadentes legere &c. Alij tamen tenent, quod incurrant. Ita Laiman *lib. 2. theol. moral. tract. 1. cap. 15. num. 6.* Alterius *lib. 5. de cenſur. d ſp. 2. cap. 6. dub. 2.* Leander *par. 4. tract. 3. d ſp. 1. quæſt. 58.* Roccaful. *par 3. praxis lib. 3. c. 8. §. de legentibus dub. 14.* Suarez *diſp 20. de fide ſect. 2. num. 19.* Megal. *3. part. Inſtit. lib. 3. cap. 1. num. 38.* Sayr. *lib. 3. de cenſur. cap. 5. num. 14.* Lezana verbo *Libri, num. 81. in fine*. Azor. Graf. Naldus *init. num. huius citati.* Et ita tenendum eſt, quia licet audire non ſit phyſicè legere: facere tamen ſibi legere in ordine ad audiendum, eſt moraliter legere, quia ſolum variatur modus percipiendi quod eſt in libro, quatenus quod repræſentatur in libro repræſentatur in voce loquentis, quæ aſſumitur tanquam inſtrumentum ad hauriendum, quod in libro continetur. Lectura namque conſiſtit formaliter, non in pronunciatione, vt dictum eſt ſupra, nec in eo, quod quis librum oculis percurrat, quia non legit, qui oculis percurrit librum, & characteres recognoſcit, vt contingit in eo, qui neſcit græcè legere, & tamẽ nouit characteres ſecundum formam propriam diſtinguere; ſed in eo, quod hauriatur ſignificatio characterũ expreſſorum in libro, quod contingit, quando alter nobis legit, quia ſolum eſt illis crimen, quod in medio, nempe in voce hauriatur, quod eſt in libro. Sic nemo negaret legere eum, qui ex characteribus repræſentatis in ſpeculo hauriret, quod in libro exprimitur. Vnde cum militet eadem ratio finalis prohibitionis, nempe vitare periculum infectionis, militabit etiam eadem prohibitio, cap. *Ex parte de poſtul.* vbi. Prohibitio aduocandi facta Monachis declaratur comprehendere etiam canonicos Regulares. Præſertim, quia non prohibetur lectio ratione modi, quo fit, nempe colligendo oculis litteras; ſed ratione ſubſtantiæ, quæ in eo conſiſtit, quod hauriatur ſignificatio eorum, quæ exprimuntur, & traducatur ad intellectum. Nec obſtat, quod excommunicatio non comprehendat mandantes &c. quia mandans ſibi legere, conſumit actionem mandati in iuſſione, & ratione huius non incidit in excommunicationem, vt ſi mandatarius legeret non audiente mandante: ſed incidit, quando audit legere, quia tunc incipit aliam actionem, quæ eſt moralis lectio, & in qua eſt ſubſtantia lectionis, & ſolum variatur quò ad modum, quia mediante aliena voce hauriatur, quod ſcribitur in libro.

1491 Hinc legentes ad inſtantiam alterius incidunt in excommunicationem, quamuis ſint ſerui, cum eos non excuſet imperium Domini, vt notant Azor. *par. 1. lib. 8. cap 16. quæſt. 4.* Duard. *in Bul. cœnæ, lib. 2. can. 1. quæſt. 48. n. 11.* Sanchez *lib. 2. ſum. cap. 10. num. 49.* Sanctarel. *de hæreſi cap. 13. num. 9.* Facundez *præcep. 1. Decal. lib. 1. cap 14. n. 28.* Leander *de cenſur. tract. 3 diſp. 1. q. 57.* Quia magis tenentur obedire Eccleſiæ, quàm eis, cum non obligentur dominis ſeruire, niſi in rebus licitis. Excuſarentur tamen, ſi non poſſent recuſare legere, niſi cum periculo vitæ, aut alio nocabili damno, vt notant

Fa-

Facundez, Azor. Duard. *citati*, & alij, quia leges humanæ, qualis eſt hæc prohibitio ſub pœna excommunicationis, non obligant cum tanto diſcrimine, vt tradunt communiter Couarruu. *in cap. Alma mater, par. 1. §. 3. in fine*. Sotus *lib. 1. de iuſt. & iure quæſt. 6. art. 4. in fine corpor.* Henriquez *lib. 13. ſum. cap. 21. num. 2. in fine*. Aragon. 2. 2. *quæſt. 62. ar. 3. dub. 1.* Valent. 1. 2. *diſp. 7. quæſt. 5. pun. 6. q. 4.* Azor. *par. 1. lib. 8. cap. 11. quæſt. 1.* Suarez *diſp. 6. de cenſur. ſect. 3. num. 2.* Sanchez *lib. 1. ſum. cap. 18. num. 4.* Imò etiamſi quis in odium fidei cogeret aliquem legere huiuſmodi libros metu cadente in conſtantem virum, quamuis legens peccaret mortaliter contra præceptum confitendi fidem, quod obligat etiam cum periculo vitæ; non tamen incideret in excommunicationem, quia hæc eſt de iure Eccleſiaſtico, & proinde non habet locum, quando ſubeundum eſſet magnum diſcrimen. Ita Vgolin. *part. 2. de cenſur. refer. ſum. Pon.* verbo *Ac eorumdem libros, §. 1. num. 4.* Sanchez *lib. 2. ſum. cap. 10. n. 49.* Duard. *in Bul. cœnæ lib. 2. can. 1. quæſt. 48. num. 14.* Facundez *præcep. 1. Decal. lib. 1. cap. 14. num. 28. in fine*.

1492 Quod autem ſpectat ad legentes, ſed non intelligentes, vt ſi liber latinus eſſet, & legens non intelligeret linguam latinam, controuertunt Doctores, an incurrant excommunicationem Bullæ. Affirmant Bonac. *diſp. 1. de cenſur. in por. qu. 2. pun. 4. num. 13.* Nald. *in ſum.* verbo *Bulla cœnæ, num. 10.* Megal. *par. 3. Inſtit. lib. 3. cap. 1. num. 145.* & alij. Quia legere ſtat ſine intelligentia. *l. 1. §. Legi, ff. de his, quæ in teſtam. delen.* ibi. *Legi autem ſic accipiendum eſt, non intelligi, ſed oculis proſpici, quæ ſcripta ſunt*. Et ſicut retinens librum excommunicationem incurrit ex ſola retinentia, ita & legens, licet non intelligat. Attamen non incorrere excommunicationem, tradunt Vgolin. *de cenſur. Papæ refer. par. 2.* ver. *Ac eorumdem libros, §. 1.* ver. *Quinto*. Sanchez *lib. 2. ſum. cap. 10. num. 51.* Duar. *in Bul. cœnæ lib. 2. can. 1. quæſt. 47. nu. 5.* Souſa *diſp. 13. num. 5.* Lezana *in ſum.* verbo *Libri. num. 20.* Suarez *diſp. 20. de fide ſect. 2. num. 18.* Sanctarel. *de hæreſi cap. 13. num. 2. in fine*. Facundez *præcep. 1. Decal. lib. 1. cap. 14. num. 30.* Palaus *par. 1. tract. 4. cap. 2. pun. 10. §. 2. nu. 2.* Ouied. 2. 2. *controuer. 12. num. 19.* Tamburin. *lib. 2. in Decal. cap. 1. §. 7. n. 31.* Trullench *lib. 1. in Decal. cap. 3. dub. 9. §. 3. num. 2.* Roccaful. *par. 3. praxis lib. 3. cap. 8. dub. 7.* Leander *de cenſur. tract. 3. diſp. 1. quæſt. 55.* Et hæc poſterior ſententia ſine vlla difficultate eſt tenenda. Quia legere ſine intelligentia eorum, quæ leguntur, eſt tantum legere materialiter. Prohibetur autem actio formalis horum librorum: quia cauſa finalis prohibitionis eſt cauere infectionem, atque adeo prohibere lectionem, quatenus poteſt eſſe cauſa infectionis: ſolùm autem formalis lectio poteſt eſſe cauſa, ſeu lectio cum intelligentia; non autem lectio ſine intelligentia; & ideo ratio prohibitionis non ſe extendit ad lectionem materialem, & conſequenter nec prohibitio. cap. *Ratio nulla de præben. & l. Cum pater §. Dulciſſimis, ff. de leg. 2.* & *l. Non aliter, ff. de leg. 3.* Præſertim, quia legere, & non intelligere, non legere eſt, cum non habeat effectum lectionis; vnde cum paria ſint, Non fieri, & non ſortiri effectum, *l. 1. §. nihil, ff. de interrog. act.* & *l. ex conſenſu, §. 1. ff. de appellat.* legere, & non ſortiri effectum lectionis, qui eſt lecta percipere, habebitur pro non legere. Nec obſtat tex. in contrar. allatus, quia procedit de legere phyſico, ſeu materiali. Nec quod retinentes tales libros incidant in excommunicationem, quia retinere eſt alia ſpecialis actio, quæ ſpecialiter prohibetur ſub excommunicatione, tanquã contraria intentioni Eccleſiæ de deſtructione horum librorum. Ex quibus deducitur: quod habens licentiam legendi hos libros poterit facere ſibi legere à quocunque, qui non intelligat, ſiue ſit imperitus linguæ ſiue materiæ.

1493 Diſcrepant etiam Doctores, an paruitas materiæ excuſet ab excommunicatione. Negant excuſare, Vgolin. *par. 2. de cenſur. refer. Sum. Pontifici*, verbo *Ac eorumdem libros, §. 1. ver. octauo*. Tolet. *lib. 1. ſum. in explicat. Bull. Cœna excommunicat. 1. num. 24.* Quia etiam in paruitate quacunque materiæ contineri poteſt hæreſis, & imbibi à legente. At communiter tenent paruitatem materiæ excuſare ab excommunicatione, ſicut excuſat à peccato mortali. Ita Viual. *in candelab. in expoſit. Bull. Cœnæ num. 11.* Rodriquez *in Bull. Cruc. §. 9. num. 68. in fine*. Sayr. *lib. 3. de cenſur. cap. 5. num. 12.* verbo *alij tamen*, Azor. *par. 1. lib. 8. cap. 16. quæſt. 3.* Sà verbo *excommunicatio in Bull. Cœnæ, num. 3.* Sanchez *lib. 2. ſum. cap. 10. num. 31.* Facundez *præcep. 1. Decal. lib. 1 cap. 14 num. 3.* Graſ. *par. 1. deciſ. lib. 4. cap. 18. nu. 45.* Sanctarel. *de hæreſi cap. 13. num. 1.* Duar. *in Bull. Cœnæ lib. 2. can. 1. quæſt. 47. num. 4.* Alter. *lib. 5. de cenſur. cap. 6. dub. 2.* Bonac. *de cenſur. in partic. diſp. 1. quæſt. 2. punct. 4. num. 14.* Layman, *lib. 2. theol. moral. tract. de fide, cap. 15. num. 5.* Becan. *tract. 15. de fide quæſt. 8. num. 8.* Suarez *diſp. 20. de fide ſect. 2. n. 20* Diana *par. 5. tract. 5. reſol. 42.* Lezana *in ſum.* verbo *Libri num. 18. in fine*. Filliuc. *tract. 22. num. 204.* Portel. verbo *libri prohibiti*, *num. 7.* Leander *de cenſur. tract. 3. diſp. 1. quæſt. 60.* Nam ex genere ſuo paruitas materiæ excuſat à mortali, & conſequenter à cenſura in quocunque genere. Et tunc habetur paruitas materiæ, quando malitia peccati conſiſtit in ipſa materia conſiderata ſecundum quantitatem, vt in caſu præſentium libri hæreticorum continentes hæreſim, aut de religione tractantes, prohibentur tanquam veneniferi, ob periculum infectionis: hoc autem periculum habet ſuam latitudinem, & poteſt eſſe maximum, magnum, & minimum, & creſcit, & decreſcit iuxta quantitatem libri, quæ legitur.

1494 Quænam autem quantitas ſit paruitas materiæ, diuerſimodè explicant. Suarez dicit paucas lineas, aut vnã aut duas. Mendoz. *de fid. diſp. 76. §. 311* tres aut quatuor. Merol *to. 1. diſp. 1. c. 2. corol. 7. difficult. 3. num. 344.* Peſant. 2. 2. *quæſt. 56. ar. 2. diſp. 6.* Sayr. decem lineas. Viual. Sà, Sanchez, Rodriquez, Facundez, Filliuc. *tract. 22. num. 204.* Portel. verbo *libri prohibiti num. 7.* Tamburin. *lib. 6. in Decal. c. 1. §. 7. num. 35.* Roccaful. *par. 3. lib. 3. cap. 8. dub. 3.* Leander *par. 4. tract. 3. diſp. 1. quæſt. 61.* Trullench. *lib. 1. in Decal. cap. 3. dub. 9. num. 17.* Alter. *tom. 2. de cenſur. dub. 10. in Bull. Cœnæ* Baldel. *lib. 1. de fide diſp 45. num. 14.* pro paruitate materiæ concedunt integram paginam librorum etiam maiorum, vulgo

in

in folio. Laiman, Suarez, Beſan. Diana, Lezana volunt, attendendam eſſe paruitatem materiæ reſpectiuè ad legentem, habita ratione circumſtantiarum, attento periculo infectionis: quę explicatio fundatur in ratione prohibitionis, nam prohibentur vt cauſatiui infectionis, & ideo illa quantitas erit parua materia, quæ nullam, aut minimam vim habet inficiendi. Quod ſi in paucis lineis contineretur hæreſis, quia in illis non eſſet explicata, & fundata, continerent minimam vim inficiendi, quia ad cauſandum aſſenſum oportet vt vis motiua per explicationem applicetur: quod ſi haberent ſufficientem vim ad inficiendum, non eſſent parua materia. Et ideo legentem propoſitionem hæreticam, ſed non rationes, quibus probatur, excuſari ob paruitatem materiæ, obſeruat Merol. *tom.1.diſp.1.coroll.7. diſficult.3. num.344.*

1495 Si tamen in magnâ quantitate quis legeret, etiamſi in parte illa non contineretur hæreſis, excommunicationem incurreret, vt inter alios notat Duar. *in Bull. Cœnæ, lib.2. can.1.quæſt.39. n.5.* Quia non prohibetur legi hæreſis contenta in libro, ſed ipſe liber; & ideo ſi legatur pars notabilis, cum non excuſet paruitas materiæ, locum habebit peccatum mortale, & excommunicatio. Sed quid dicendum de libro hæretici continente hæreſim, ſi ab ipſo hæreſis expungatur, ita vt non poſſit legi? Adhuc non poſſe legi, & legentem incurrere excommunicationem, tradũt Suarez *diſp.21.de cenſur.ſect.2 num.10.* Duard. *quæſt. modo citat. num.9.* Sanchez *lib.2. ſum. cap.10. num.35.* Facundez *præcep. 1. Decal. cap.14. n.16.* Palaus *par.1. tract.4. diſp.2.punct.10. §. 1. num.7.* Bonac. *diſp.2. de cenſur. in partic. qu. 5. punct.4. num. 19.* Tamburin. *lib.6. in Decal. cap. 1. §.7.num.12.* quia adhuc liber prohibitus eſt. Verum oppoſitum tenet Crourſers *in Reg. S. Franciſci c.7. lect.5.* cum non ſit prohibitus, niſi ratione hæreſis ob periculum infectionis, ceſſante ratione prohibitionis videtur ceſſare prohibitio, præſertim cum non ſit amplius ille liber, de quo procedit canon Bullæ, neque enim amplius continet hæreſim. Et ſi in paruitate materiæ legi poteſt, quia ceſſat finis prohibitionis, cum in toto ceſſet, quantum eſt ex hoc canone non repugnabit, quod legatur. Quod certum eſt, ſi hæreſis ſit expuncta auctoritate Superiorum; quod ſi priuata auctoritate ſit expuncta, non videtur ſufficere, ſi liber ſit iam prohibitus, quia priuatum remedium non ſufficit contra publicam damnationem.

1496 Quæ autem dicta ſunt de libris hæreticorum hæreſim continentibus, aut de religione tractantibus, intelligi debent de libris etiam manuſcriptis, vt notant Sanchez *lib.2. ſum. c.10. num.28* Sanctarel. *de hæreſi cap.13. num. 6.* Suarez *diſp. 20. de fide ſect.2. num.10* Bonac. *diſp.1. de cenſur.in par. quæſt. 2. punct. 4. num. 21.* ver. *quarto*, Lezana *in ſum.* verbo *libri, num.20.* Laiman. *lib.2.tract.1.c.15 num.1.* Duar. *lib. 2. in Bull. can.1. quæſt.35.num.32.* Palaus *par.1. tract.4. diſp 2.punct.10. num. 3.* Hurtad. *diſp. 10. de cenſur. difficul. 12.* Trullench. *lib. 1. in Decal. cap. 3. dub.9. §.5. numer. 16.* Grahad. *2.2. controuer.15. diſp. 11. num,7.* Ouiedo *controuer. 12. num.4.* Facundez *præcep.1. Decal. lib.1. cap.14.n.11.* Leander. *par.4. tract. 3. diſp.1. quæſt. 43.* Roccaful, *par.3. lib.3. cap.8. dub. 1.* Quia adhuc manuſcriptus eſt verè liber, & militat in ipſo eadem ratio, quia non prohibentur hi libri ratione impreſſionis, ſed ratione materiæ. Vnde procedunt de libris eiuſdem materiæ quantumuis paruis, vt notant Lezana *citat.* Nald. *in ſum.* verbo *Bulla Cœnæ num.8.* Nam etiam paruus liber eſt verè liber, & poteſt æquè inficere, ac magnus; alioquin daretur occaſio hæreticis ad diſſeminandos inter Catholicos ſuos errores, diuulgando libros exiguos.

1497 Et quamuis Graf. *par.1. deciſ. lib.4.cap.18 num.43.* exiſtimet, neceſſarium eſſe, quod hæreticus damnatus ſit, vt locum habeat excommunicatio Bullæ, tenendum tamen eſt, hoc neceſſarium non eſſe, ſi loquamur de condemnatione perſonali, vt notant etiam Suarez *diſp.20.de fide ſect.2. nu.11.* Facundez *præcep.1. Decal. lib.1. cap.14.num. 7.* Lezana *in ſum.* verbo *libri prohibiti, num. 20.* Sed ſufficere, quod ſit alicuius ſectæ, cuius hæreſis damnata ſit, quia tunc reuera ſcitur, hæreticum eſſe. Et proinde ſi quis ſciens librum eſſe hæretici, quamuis neſciret ſpecialiter Auctorem, legeret, adhuc incurreret excommunicationem, vt notat Sanchez *lib.2. ſum. cap.10. num.39.* Vgolin. *par.2. de cenſur. reſeruat.Sum.Pont.* verbo, *Ac eorumdem libros n.11* ver. *tertio.* In dubio tamen, an Auctor ſit hæreticus, non habebit locum excommunicatio, vt notant Suarez *citat.* Sanchez *num.24.* Palett. *par.1. tract.4 diſp.2. punct.10. num.1.* Ouiedus 2.2. *controuer. 12. num.3.* Quia quilibet præſumitur bonus, niſi conſtet eſſe malum. Et quæ dicta ſunt nedum habent locum quò ad libros hæreticorum recentiorum, ſed etiam antiquorum, vt ſunt epiſtolæ Photij nuper in lucem editæ, vt notant Laiman. *lib.2. tract.de fide, cap.15. num.1.* Lezana verbo *libri, num.* 20. Quamuis nonnulli tolerentur, vt libri Origenis; & generaliter non tàm rigorosè procedatur quò ad libros antiquorum, cum ex illis minus periculum infectionis timeatur.

1498 Sub hac tamen excommunicatione non comprehenduntur libri Magiæ, Necromantiæ, Sortilegiorum, & huiuſmodi, vt notant Nauar. *c.27. manual num.55.* Viual. *in candelab. excommunic. 1. in Bull. Cœnæ num.15.* Sanchez *lib. 2. ſum. cap. 10. num.32.* Bonac. *diſp. 1. de cenſur. in par. quæſt 2. punct. 4. num.4.* Facundez *præcep. 1. Decal. lib. 1. cap.14. num. 10.* Duar. *in Bull. Cœnæ lib. 2. can. 1. quæſt. 34. num. 15.* Quia non ſunt libri hæreticorum. Et quamuis eſſent hæretici, non noſcerentur tales, quia non profitentur aliquam hæreſim, & proinde deficeret conditio ſcientiæ, quam requirit canon Bullæ. Accedit etiam, quod libri non tractant de religione, nec docent hæreſes, quamuis doceant multa flagitia. Si tamen contineant hæreſim, & ſint hæreticorum, ſubintrat canon Bullæ.

1499 Circa conditionem ſcientiæ, quæ requiritur ad contrahendam excommunicationem Bullæ, eſt aduertendum, quod ſcientia debet eſſe tum de materia libri, quod ſcilicet hæreſim contineat, aut de religione tractet, & quod Auctor ſit hæreticus, quia ſicuti hæ duæ conditiones requiruntur copulatiuè ex parte libri, ita etiam debent eſſe in ſcientia, vt legens ſcienter contraueniat prohibitioni. Et ita notant Vgolin. *par.2. de cenſur. Papæ reſeruatis,*

verbo *Ac eorumdem libros* § 1. *num.* 1. Sanchez *lib.* 2 *ſum. cap.* 10. *num.* 39. Facundez *præcep* 1. *Decal. lib.* 1 *cap.* 14. *num.* 21. Duard. *lib.* 2. *in Bull. Cœnæ qu.* 36. *num.* 3. Souſa *diſp.* 13. *num.* 8. *in fine*. Qua conditione ſtante, ſit, quod quælibet ignorantia etiam craſſa, & affectata, excuſet à cenſura, licet non ſemper à peccato, vt in terminis huius excommunicationis tradunt Sanchez *lib.* 2. *ſum. cap.* 10. *num.* 38. Duard. *in Bull. Cœnæ, lib.* 2. *can.* 1. *quæſt.* 36. *nu.* 2. uarez *diſp.* 20. *de fide ſect.* 2. *num.* 7. Facundez *præcep.* 1. *Decal. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 19. Palaus *par.* 1. *tr.* 4. *diſp.* 2. *punct.* 10. §. 2. *num.* 1. Hurtad. *diſp.* 10. *de cenſur. difficul.* 12. Pellizar. *tom.* 2 *tract.* 6. *cap.* 5. *nu.* 15. Quied. 2. 2. *controuer.* 12. *num.* 45. Tamburin. *lib.* 2. *in Decal. cap.* 1. §. 7. *num.* 27. Bonac. *diſp.* 1. *de cenſur. in par. quæſt.* 2. *punct.* 4. *num.* 9. Quia quando lex loquitur de facientibus aliquid ſcienter, procedit de ijs, qui id faciunt excluſa quacunque ignorantia, & proinde quælibet ignorantia, quæcunque ſit, excuſat iuxta ea, quæ dicta ſunt ſupra *num.* 1287. notant etiam præter ibi citat. Merol. cum alijs *diſp.* 1. *theol. moral. cap.* 2. *dub.* 6. *num.* 232. Anguian. *de legib. lib.* 4. *controuer.* 4. *num.* 18. Diana *par.* 3. *tract.* 6. *reſol.* 7. Neque enim verificari poteſt, quod faciat ſcienter, ſi adeſt quæcunque ignorantia. Si tamen interueniat notabilis temeritas, locum habebit excommunicatio, vt notant Sanchez, Facundez, Tamburin. citati, quia tunc temeritas comparatur ſcientiæ. Verum non videtur poſſe adeſſe temeritas ſine ſcientia, aut ſaltem cognitione ex teſtimonio fide digno.

1500 Hinc fit, quod ſtante ſcientia, & ſecluſa quacunque ignorantia, locum habeat excommunicatio contra legentes, etiamſi legant abſque praua intentione, ſed ſolum ex curioſitate, imo etiam ex bona fine, vt notant Vgolin. *par.* 2. *de cenſur. Papæ reſcr. par.* 2. verbo, *Ac eorumdem libros, in fine princip.* Sanchez *lib.* 2. *ſum. cap.* 10. *num.* 4. Tolet. *li.* 2. *ſum. in expoſit. Bull. Cœnæ excommunicat.* 1. *nu.* 24. Facundez *præcep.* 1. *Decal. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 22. Trullench. *lib.* 1. *in Decal. cap.* 3. *dub.* 9. §. 5. *num.* 22. Roccaſul. *par.* 3. *prax. lib.* 3. *cap.* 8. *dub.* 5. Quia prohibitio non reſpicit finem legentis, ſed ipſam lectionem, quam prohibet tanquam plenam periculi infectionis: vnde cum finis non tollat à lectione, quod non ſit periculoſa, nec etiam ceſſare facit prohibitionem.

1501 Denique prohibitio huius canonis Bullæ Cœnæ eſt vniuerſalis, complectens omnes, & ſingulas perſonas cuiuſcunque qualitatis, & conditionis exiſtant, Prælatos, Epiſcopos, Cardinales &c. vt notant Azor *par.* 1. *lib.* 8. *cap.* 16. *quæſt.* 13. Sanchez *li.* 2. *ſum. cap.* 10. *num.* 45. Facundez *præcep.* 1. *Decal. li.* 1. *cap.* 14. *num.* 22. Barboſa *de poteſt. Epiſc. allegat.* 90. *num.* 8. Lezana verbo *libri num.* 28. Duard. *in Bull. Cœnæ lib.* 2. *can.* 1. *quæſt.* 34. *num.* 7. Suarez *diſp.* 20. *de fide ſect.* 2. *num.* 26. Ricciul. *de perſon. extra Eccleſ. grem. lib.* 5. *cap.* 23. *num.* 5. Sanctarel. *de hæreſi cap.* 13. *num.* 14. Trullench. *lib.* 1. *in Decal. capit.* 3. *dub.* 9. *num.* 23. Qui aduertunt, Iulium III. Paulum IV & Pium IV. reuocaſſe omnia priuilegia circa hanc materiam. Quarum Conſtitutiones refert Pegna *in fine directorij Inquiſitorum*. Quod autem ſpectat ad Dominos Inquiſitores, eos poſſe hos libros legere, tradunt Graf. *par.* 1. *deciſ. lib.* 4. *cap.* 18. *n.* 45. Naldus *in ſum.* verbo *Bulla Cœnæ num.* 11. Farinac. cum alijs, *de hæreſi quæſt.* 180. *num.* 43. Duar. *in Bull. Cœnæ lib.* 2. *quæſt* 51. *in fine.* Pegna *par.* 2. *director. caſu* 3. Negat Sanchez *num.* 46. *cap. modo citati*, niſi habeant ſpeciale priuilegium. Suarez *nu.* 28 Ricciul. *num.* 4. Sanctarel. *loco cit.* Carena *de S. Offic. par.* 2. *tit.* 10. *num.* 13. Leander *par.* 4. *tract.* 3. *diſp.* 1 *quæſt.* 73. Trullench. *lib.* 1. *in Decal. cap.* 3. *dub.* 9. *num.* 33. Palaus *par.* 1. *tract.* 4 *diſp.* 2. *punct.* 10. §. 3. *num.* 5. quia omnia priuilegia, & conceſſiones per dictas Conſtitutiones reuocatæ ſunt, Sed in hoc ſtandum eſt praxi, quia ipſi ſciunt quid in hac materia poſſint. Sicut etiam quò ad Eminentiſſimos Cardinales Congregationis S. Officij.

1502 Quod verò ſpectat ad degentes in terris vbi Catholici mixti ſunt cum hæreticis, vbi adeſt continua occaſio refellendi errores hæreticorum, & procurandi, ne inficiant puſillos Catholicos, quod ægrè à viris doctis præſtari poteſt, niſi legant libros hæreticorum continentes hæreſes, & tractantes de religione: an legere poſſint dictos libros ſine licentia? Negant Azor *par.* 1. *lib.* 8. *cap.* 16. *quæſt.* 6. Sanchez *lib.* 2. *ſum. cap.* 10. *num.* 42. Facundez *præcep.* 1. *Decal. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 24. Tanner. *tom.* 4. *ſum. diſp.* 6. *quæſt.* 10. *dub.* 5. *num.* 98. Quia cum prohibitio ſit vniuerſalis, afficit in quocunque loco. Limitant tamen quò ad loca, in quibus Bulla Cœnæ eſt vſu recepta, quod ſentit etiam Becan. *in ſum. tract.* 2. *cap.* 3. *quæſt.* 8. *num.* 4. Quod non eſt quid iuris, ſed facti. Aſſerit tamen Tannerus, quod plures ex Germania petunt licentiam à S. Congregat. S. Officij. Quam tamen in aliquo caſu vrgentis neceſſitatis concedere poſſunt Epiſcopi, vt notant Sanchez *lib.* 2. *ſum. cap.* 10. *num.* 43. Quied. 2. 2. *controuer.* 12. *num.* 41. Laiman. *lib.* 2. *tract.* 1. *cap.* 15. *num.* 5. Leander *par.* 4. *tract.* 3. *diſp.* 1. *quæſt.* 79. Lezana verbo *libri num.* 28. Quia tunc præſumitur talis facultas cõceſſa Epiſcopis, ſicut præſumitur conceſſa in alijs caſibus in quibus non poteſt recurri ad Rom. Pontif. Addit Hurtad. *de fide diſp.* 76. *ſect.* 8. §. 307. quod in terris hæreticorum, ij, ad quos ſpectat tueri fidem, poſſunt legere; alioquin prohibitio vergeret in detrimentum fidei.

Digitized by Google

ADDITIO.

De retinentibus libros hæreticorum, continentes hæresim, aut de religione tractantes.

SVMMARIVM.

1503 *Quid requiratur vt contrahatur excommunicatio Bullæ Cœnæ.*
Bona fides excusat.
Non posset puniri retinens, nisi probaretur scientia.
1504 *Nomine retinentium libros hæreticorum, qui veniant, & an seruus retinens nomine domini.*
1505 *Retinere, & possidere ciuiliter, non sunt idem.*
Retinens apud habentem licentiam, quousque ipse eam impetret, libros hæreticorum, an incidat in excommunicationem.
1506 *Aromatarij, & huiusmodi retinendo libros hæreticorum ad inuoluendum, &c. an incidant in excommunicationem.*
1507 *Paruitas materiæ in retentione librorum hæreticorum, &c. an admittenda.*
1508 *Et an quò ad tempus retentionis. Quid si proponens retinere mutaret animum.*
1509 *Retinens hos libros vltra tempus concessum, donec renouetur licentia, an incidat in excommunicationem.*
1510 *Retinens libros hæreticorum, vt ad alium locum transferat, duplici excommunicatione ligatur*
Nisi sit translaturus ad habentem licentiam.
Concessa licentia retinendi, & legendi libros prohibitos, censentur concessa etiam media necessaria.
1511 *Quando liber hæretici &c. peruenit ad manus, tradendus statim Inquisitoribus.*
An sufficiat quod comburatur.
An possit tradere habenti facultatem legendi.
Dispositum de vno relatiuo, censetur dispositum etiam de alio.

1503 Quia in Bulla Cœnæ excommunicantur etiam habentes, & retinentes libros hæreticorum, tractantes de religione, aut hæresim continentes: Ideo est aduertendum, quod ad contrahendam hanc excommunicationem requiruntur ex parte librorum illæ conditiones, quæ requiruntur in ordine ad lectionem: quod scilicet sint hæretici, & modo supra explicato contineant hæresim, aut de religione tractent. Et ex parte retinentis requiritur scientia, modo supra etiam quò ad legentem explicato. Vnde solum locum habere potest excommunicatio, quando haberet etiam quò ad lectionem, & casu specialiter discutit Duard. *in Bull. Cœna lib. 2 quæst. 51. num. 13. & sequent.* Et ideo qui retineret bonâ fide nesciens esse auctoris hæretici, aut continere hæresim, quod facile accidere potest, si tractet de alia materia ex instituto, non incidet in excommunicationem. Et si res deduceretur ad forum externum, esset à fisco probanda scientia; alioquin fiscus non haberet fundatam intentionem, vt in simili tradunt Dinus *consil.* 38. *num.* 7. Bald. *consil.* 155 *num.* 3. Barbatia *consil.* 29. *num.* 12. Decian. *lib.* 7. *crimin. cap.* 26. *num.* 3. Vincent. de Franch. *decis.* 351 *num.* 2. Macerat. *resol.* 44. *casu* 7. vers. *tertio lib.* 3. Couarruu. *de veter. numis. cap.* 8. *num.* 4. Farinac. *tom.* 5. *prax. quæst.* 115. *inspect.* 3. *nu.* 156. Honded. *consil.* 92. *num.* 28. Burg. *de modo proceden. ex abrup. cent.* 1. *quæst.* 23. *num.* 151.

1504 Nomine autem retinentium venit, qui retinent tanquam proprios, siue tanquam alienos, tàm per modum depositi, quàm per modum commodati, aut quocunque alio modo. Rursus, siue retineant apud se, siue apud alios. Nam hi omnes verè retinere dicuntur. Ita Graf. *par.* 1. *decis. lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 48. Sayr. *lib.* 3. *de censur. cap.* 5. *num.* 16. Vgolin. *de censur. Papæ refer. par.* 2. verbo *Aut retinentes init. nu.* 3. ver. *Tertio*. Sanchez *lib.* 2. *sum. c.* 10 *num.* 52. Facundez *præcep.* 1. *Decal. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 31. Sousa *in Bul. cœnæ, disp.* 15. *num.* 2. Alter. *lib.* 5. *de censur. cap.* 7. ver. *Tenentes*. Bonac *disp.* 1. *de censur. in part. quæst.* 2. *pun.* 4. *num.* 15. Duard. *in Bullam cœnæ lib.* 2. *quæst.* 51. *num.* 8. *& sequent.* Lezana verbo *Libri, num.* 24. Vnde lectores, & quicunque alij, qui hos libros recipiunt, aut ad transportandum, aut ad custodiendum, nisi ignorantia excusentur, contrahunt excommunicationem, vt notat Duard. *n.* 11. *cit. quæst.* Excusantur tamen serui, qui retinent iussu Domini habentis licentiam legendi, vt obseruat Quiedus 2. 2. *controuer.* 12. *nu.* 23. quia retinent nomine alieno, & ideo retentio consideranda est in ordine ad illum, cuius nomine retinet. Non tamen excusantur, qui retinent, vt librum solutum in vnum compaginet, quia reuera retinent, licet nomine alieno, vt obseruant Vgolin. Sanchez, Graf. citati. Suarez *disp.* 20. *de fide, sect.* 2. *num.* 21. Facundez *præcep.* 1. *Decal. lib.* 1. *capit.* 14. *num.* 31. Alter. *de censur. lib.* 5. *disp.* 2. *cap.* 2. Roccaful. 3. *par. lib.* 3. *cap.* 8. *dub.* 4. *de retinent.*

1505 Quod dictum est de retinentibus apud alios, dubium est apud Duardum *cit. lib.* 2. *in Bul. cœn. q.* 51. *n.* 26. *& sequent.* Quia aliud est retinere, & aliud possidere ciuiliter. Nam tenere, merum factum significat, & refertur ad possessionem corporalem. Possidere autem ciuiliter refertur ad ius, non autem ad factum. *l. Possessio*, §. 1. *ff. de acquiren. possess.* & *l. Stipulatio ista*, §. *Hæc quoque stipulatio, ff. de verbor. obligat.* Vnde cum canon loquatur de retinentibus, non debet extendi vltra factum, & corporalem possessionem; & proinde non comprehendet possidentem ciuiliter, seu retinentes apud alium. Ex quo fit, quod si quis habens aliquem ex huiusmodi libris, deponat apud eum, qui habet licentiam tenendi, quousque & ipse impetret licentiam legendi, & tenendi, si prius non retinuit apud se per notabile tempus, non incidet in excommunicationem. Imo nec etiam si traderet non habenti licentiam tenendi; incideret tamen recipiens, si sciret qualitatem libri. Et ita docet Nald. *in sum.*

verbo *Liber*, *num.* 5. An autem religioſus, cui incumbit curare bibliothecam communem, incidat in cenſuras, ſi hos, aut alios libros prohibitos non remoueat e bibliotheca, negat Bordon. *deciſ. miſcel. lan.* 188. quia actiones prohibitæ ſunt legere, & retinere; talis autem religioſus nec legit, nec retinet, quia perſona particularis non eſt retentor librorum communis bibliothecæ. Et cum poſſint legi ritè ab habentibus facultatem, non permittit occaſionem ſcandali, quia legens ſine licentia peccat ex propria malitia.

1506 Quod ſpectat ad aromatarios, cæteroſque, qui retinent huiuſmodi libros, vt vtantur cartis ad inuoluendum, quæ vendunt, incidere in excommunicationem, ſi ſcienter retineant, tradunt Vgolin. *par.* 2. *de cenſur. refer. Sum. Pont.* verbo, *Aut retinentes*, §. 1. ver. *Quarto*. Duard. *in Bul. cœnæ lib.* 2. *quæſt.* 51. *num.* 17. Bonac. *diſp.* 1. *de cenſur. in part. quæſt.* 2. *pun.* 4. *num.* 15. Naldus *in ſum.* verbo *Liber*, *num.* 5. Facundez *præcep.* 1. *Decal. lib.* 1. *cap.* 14. *numer.* 31. Quorum tamen doctrina non eſt adeo certa. Nam finis cur prohibeatur retentio, eſt, vt tales libri deſtruantur; vnde cum hi retineant in ordine ad deſtructionem, non contrariantur fini prohibitionis. Deinde quando libri traduntur aromatarijs, cæteriſque huiuſmodi, definunt eſſe moraliter libri, & computantur tanquam maſſa cartacea, & deſtinantur ad alium finem, cui non inſeruiunt vt expreſſiui ſenſuum ſcribentium, ſed vt materia apta ad obuoluendum: vnde etiam pretio longe inferiori æſtimantur, cum ponderati veneant, vulgo *à peſo*. Vnde non videtur verificari, quod retineant libros, ſed ſolum maſſam cartaceam. Econtra tamen, ſi quis retineret animo conſeruandi, quamuis non intelligeret linguam, in qua eſt ſcriptus, incurreret, quia reuera eſſet retentor. Tho. Sanchez *lib.* 2. *ſum. cap.* 10. *num.* 52. Suarez *diſp.* 20. *de fide ſect.* 2. *nu.* 2. Facundez *præcep.* 1. *Decal. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 31. Trullench *lib.* 1. *in Decal. cap.* 3. *dub.* 9. *num.* 25. Roccaſul. *par.* 3. *prax. lib.* 3. *cap.* 8. §. *De retinentibus*, *dub.* 5. Leander *de cenſur. tract.* 3. *diſp.* 1. *quæſt.* 63. Quod locum habet, etiamſi retinerentur ob ornatum bibliothecæ, aut animo permutandi cum alijs libris, vt obſeruant Vgolin. Sanchez, Suarez Facundez, Trullench citati, Leander *quæſt.* 64. Duard. *in Bul. cœnæ, lib.* 2. *can.* 11. *quæſt.* 51. *num.* 11. Bonac. *diſp.* 2. *de cenſur. quæſt.* 5. *pun.* 4. *num.* 5.

1507 In retentione tamen datur paruitas materiæ, quam tamen non videntur agnoſcere. Filliuc. *tract.* 16. *cap.* 2. *num.* 46. Bonac. *diſp.* 2. *de cenſur. in particul. queſt.* 2. *pun.* 4. *num.* 16. dum volunt, quod retinentes vnicum tantum folium, incidant in excommunicationem. Eam tamen admittit Sanchez *lib.* 2. *ſum. cap.* 10. *num.* 54. Suarez *diſp.* 20. *de fide*, *ſect.* 2. *num.* 22. Facundez *præcep.* 1. *Decal. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 32. Roccaſul. *par.* 3. *praxis*, *lib.* 3. *cap.* 8. §. *de retinentib. dub.* 6. *in fine*. Leander *de cenſur. tract* 3. *diſp.* 1. *quæſt.* 67. Addens, etiamſi hæreſim contineat, quia non eſt eadem ratio de rerentione, ac de lectione, quia in retentione non adeſt illud periculum, quod adeſt in lectione. Verum in hoc puncto conſiderandum finem retinentis, cæteraſque circumſtantias: & materiam, quæ eſt in illo folio, quia ſi in ipſo eſſet ſufficienter explicata aliqua hæreſis eſſet in ipſo tota ratio, ob quam prohibetur retentio, & ideo haberet locum prohibitio, & materia eſſet grauis; vnde non euaderetur excommunicatio. Rurſus, ſi non rerineret in ordine ad legendum, ſed in ordine ad alium finem, puta, quia adeſſent pulchræ imagines, aut quid ſimile curioſum, forte maior quantitas haberetur pro parua materia. An autem habeat locum excommunicatio, ſi pars, quæ retinetur, non contineat hæreſim, affirmant ſupracitati, & Trullench *lib.* 1. *in Decal. cap.* 3. *dub.* 9. *num.* 25. Bonac. *diſp.* 2. *de cenſur. quæſt.* 5. *pun.* 4. *nu.* 5. Leander *de cenſur. tract.* 3. *diſp.* 1. *quæſt.* 66. Negant tamen Vgolin. *par.* 2. *de cenſur. Papæ refer.* verbo *Ac retinentes*, *nuit. num.* 3. Facundez *præcep.* 1. *Decal. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 32. Pueron. *in Bul. cœnæ*, *cap.* 1. §. *Ac eorumdem libros*, *num.* 160. Quod mihi videtur probabilius, quia ceſſat ratio prohibitionis, ſeu conditio, ſub qua prohibetur retentio, nec verificatur, quod contineat hæreſim, ſicut requirit canon excommunicationis.

1508 Sicut autem datur paruitas materiæ quò ad quantitatem, ita etiam datur quo ad tempus, in quo retinetur. Et imprimis retinentur ſine culpa, & periculo excommunicationis, quandiu expectatur opportunitas tradendi Inquiſitoribus, vt docent Sayr. *lib.* 3. *de cenſur. cap.* 5. *num.* 16. Graſ. *part.* 1. *deciſ. lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 47. Vgolin. *par.* 2. *de cenſur. refer. Sum. Pont.* §. 1. ver. *Secundo*. Sanchez *lib.* 2. *ſum. cap.* 10. *n.* 55. Duar. *in Bul. cœnæ lib.* 2. *can.* 1. *quæſt.* 51. *num.* 31. Facundez *præcep.* 1. *Decal. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 33. Bonac. *diſp.* 1. *de cenſur. in par. quæſt.* 2. *pun.* 4. *num.* 15. Reginal. *lib.* 9. *praxis fori pœnit. num.* 256. Souſa *in Bul. cœnæ*, *diſp.* 16. *num.* 2. Tamburin. *lib.* 2. *in Decal. cap.* 1. §. 7. *nu.* 44. Ouied. 2. 2. *controuer.* 12. *num.* 23. Quia obligatio tradendi Inquiſitoribus eſt moralis, & humano modo obligat, atque adeo ſecundum opportunitatem. Accedit etiam, quod retinens cum intentione conſignandi Inquiſitoribus, non cenſetur retinere, quia talis retentio non eſt per ſe intenta, ſed in ordine ad conſignandum, & proinde eſt volita vt ſubſtracta conſignationi, & proinde tanquam ad ipſum ordinata, eodem iure cenſetur, ac ipſa conſignatio. Imo etiam data opportunitate tradendi Inquiſitoribus, pro paruitate materiæ admittunt vnum, aut alterum diem. Sanchez, Duard. Facundez, Souſa, Bonac. Laiman *lib.* 2. *tract.* 1. *cap.* 15. *num.* 2. Palaus *par.* 1. *tract.* 4. *diſp.* 2. *pun.* 1. *nu.* 12. Hurtad. *diſp.* 10. *de cenſur. difficul.* 10. Ouied. 2. 2. *controuer.* 12. *n.* 25. Tamburin. *lib.* 2. *in Decal. cap.* 1. § 7. *num.* 43. Leander *de cenſur. tract.* 3. *diſp.* 1. *quæſt.* 68. & 69. Roccaſul. *par.* 3. *lib.* 3. *cap.* 8. §. *de retinentib. dub.* 3. Quia videtur modica retentio vnius, aut alterius diei, ad incurrendam tantam pœnam, qualis eſt excommunicatio. Et quamuis aliqui dicant, eſſe peccatum mortale retinere etiam breuiſſimo tempore; quia eſt mortale ex obiecto, & in momento committitur; non ſubſiſtit, quia non eſt magis mortale ex obiecto, quam ſit furtum, nam eſt peccatum ratione retentionis, quæ eſt quid quantitatiuum conſiſtens in duratione actus retinendi, & ideo admittit paruitatem. Solum peccaret mortaliter, qui eliceret actum voluntatis abſolutè retinendi, quia hic actus eſſet totalis violatio prohibitionis. An autem, qui

pro-

proponit retinere dictos libros absolutè, sed postea propositum mutet, & tradat Inquisitoribus, contrahat excommunicationem, affirmat Suarez *disp.*20 *de fide sect.*2, *n.*27. Petrus Hurtad. *de fide disp.*76. §. 317. Quia violat præceptum, quod habet annexam excommunicationem. Negant tamen Gaspar Hurtad. *disp.* 10. *de censur. difficul.* 12. Palaus *par.*1. *tract.*4. *disp.*2. *pun.*10. *num.*11. Diana *par.* 5. *tract.*5. *resol.*43. Ouied. 2. 2. *controuer.* 12. *nu.* 26. Ratio est, quia ad contrahendam censuram requiritur actus externus consumatus, qui secundum se sit materia grauis: vnde intendens furari notabilem quantitatem, si furaretur in parua quantitate, non contraheret excommunicationem impositam furto. Vnde etiam in præsenti requiritur retentio, quæ admittat paruitatem materiæ, vt possit supra ipsum cadere excommunicatio.

1509 Quia autem contingit, quod aliquis obtineat licentiam legendi hos libros, quæ ad triennium concedi solet, dubitatur, an expirata licentia possit retinere eosdem libros, donec innouationem eiusdem licentiæ obtineat. Resp. Quod si nihil noui superuenit, ratione cuius probabiliter putet non esse sibi de nouo concedendam, posse retinere. Quia cum semel obtinuerit, & instet pro innouatione, habet præsumptam, & interpretatiuam voluntatem Romanæ Sedis, quod interim possit retinere, quia iam ex priori concessione habet virtualiter declaratum, quod absit periculum infectionis. Et virtualiter durat concessio, vtpote solita innouari, si semel sit concessa. Nec obstat, quod concessum ad tempus, post illud censetur denegatum; nam hoc solum valet, quando non est innouanda concessio ex consuetudine, vt etiam dictum est, tunc illo tempore intermedio virtualiter durat ex interpretatiua voluntate concedentis.

1510 Qui autem tenet huiusmodi libros, vt è terris hæreticorum ad terras Catholicorum deferat, duplici excommunicatione ligatur, altera lata contra retinentes, & altera lata contra fautores hæreticorum, quæ similiter est in Bulla Cœnæ; & de iure canonico puniuntur confiscatione omnium bonorum, & pœna exilij; & si persona vilis fuerit, fustibus cæditur. Ita notant Pegna *par.* 2. *direct. Inquisit. com.*17. Azor. *par.*1. *lib.*8. *cap.*17. *quæst. vlt.* Farinac. *de hæresi quæst.* 180. *num.* 15. Duard. *in Bul. cœnæ lib.*2. *quæst.* 51. *num.*15. *nu.* 16. Quod etiam locum habet si deferant ad terras Infidelium, aut apud eos vendant, vt obseruant Alterius *lib.* 5. *de censuris disp.*2. *cap.*8. *dub.*3. Leander *de censur. tractat.*3. *disp.* 1. *quæst.*88. Nam adhuc retinent, & fauent hæresi. Est tamen aduertendum, quod si existens in terris hæreticorum emeret aliquem ex his libris, vt transmitteret, aut deferret ad eum, qui habet licentiam legendi, & retinendi; neque peccaret, neque vllam excommunicationem incurreret; quia dum alicui conceditur licentia legendi, & retinendi, conceduntur etiam media necessaria ad obtinendos libros. *l.*2. *ff. de iurisd. om. iud.* & *l* 1. §. *fin. ff. de eo cui man. est iurisd.* & *l. Auibus*, *ff. de leg.* 3. & *cap. Præterea de offic. deleg.* Vnde censetur etiam concessa facultas vtendi opera amicorum ad sibi comparandum librum concessum.

1511 Quando autem aliquis ex his libris peruenit ad alicuius manus, tenetur statim tradere Inquisitoribus, vt decernit Iulius III. *in Bulla*, quæ incipit *Meditatio*, cuius meminit Pegna *in Director. Inquisit. par.* 2. *com.* 3. *ad cap. Fraternitatis de hæreticis*. Et ita docent communiter Doctores, Azor. *part.* 1. *lib.*8. *cap.*16. *quæst.*2. Farinac. *de hæresi quæst.* 180. *num.*40. Duard. *in Bul. cœnæ, lib.*2. *quæst.* 521 *n.* 2. Sousa *disp.*15. *conclus.*3. *num.*4. Suarez *disp.* 20. *de fide sect.*2. *num.*23. Homobon. *part.* 1. *Exam. Eccles. iust. tract.*7. *cap.*2. *quæst.*12. Cherub. *in Compen. Bullar. ad Constit.* 76. *Pij V. schol.* 2. Riccius *decis.*255. *num.*4. & *decis.*260. *num.*7. *par.*4. Alter. *de censur. tom.*1. *disp.*2. *lib.* 5. *cap.* 7. Barbosa *de potest. Episcopi allegat.*90. Bonac. *disp.*1. *de censur.*1. *in par. quæst.*2. *pun.*4. *tom.*18. Sanchez *lib.* 2. *sum. cap.* 10. *num.*56. Ricciul. *de iure personar extra Eccles. grem. lib.*5. *cap.* 24. Delrius *disquisit. mag. lib.* 5. *sect.* 17. Palaus *par.*1. *tract.*4. *disp.* 2. *pun.* 10. §. 2. *num.* 12. Ouiedus 2. 2. *controuer.* 11. *num.* 52. Sanctarel. *de hæresi, cap.*13. *nu.*16. Petrus Hurtad. *de fide disp.*76. §.311. Pellizzar. *tom.*2. *Manual. trac.*6. *cap.*5. *n.*27. Facundez *præcep.*1. *Decal. lib.*1. *num.* 33. Quia ita præcipit Iulius III. in præfata Constit. ibi. *Qui verò tales libros habuerint, eos cosignare debent realiter, & cum effectu Inquisitoribus ciuitatum, in quibus eiusmodi libri extiterint, tradere; alioquin tanquam hæretici possint publicari.* Alij tamen volunt, quod sufficiat, si libri comburantur. Ita Repertorium *Inquisitorum.* verbo *Libri*. Tamburinus *de hæret. c.*7. Campeg. *in schol. ad citat. locum Repertor.* Decian. *lib.*5. *crimin. cap.*18. *num.*25. & *cap.* 35. *num.* 21. & *cap.*54. *num.*28. Geminian. *in cap.*2. *de hæret. n.* 2. 10. Andr. *ibid.* Sylvester verbo *Hæresis* 1. *num.* 10. Addition. *ad Roman. sing.*326. ver. *Limita secundo*. Albertin. *de agnosc. cath. quæst.*28. *nu.* 14. Carrer. *tit. de hæret. num.*125. Locar. *in praxi* verbo *Libri, num.*1. Filliuc. *tract.*16. *cap.*2. *num.*85. Et probabile putant Bonac. & Facundez citati. Pueron. *in Bul. cœnæ cap.*1. *num.*108. Leander *par.*4. *tract.*3. *disp.*1. *quæst.*71. Diana *part.* 1. *tract.* 11. *resol.* 37. Conueniunt autem Sanchez, Sousa, Suarez, Bonac. Farinac. Duard. & alij oppositæ sententiæ, quod comburens propria auctoritate, nullam incurrat cēsuram. Quia censuræ propositæ in Bulla Iulij III. sunt contra habentes tales libros, nisi infra sexaginta dies eos dimittant consignando Inquisitoribus. Vnde censuræ non afficiunt actionem comburendi, sed retentionem; Si autem comburantur, non habet locum censura ex subtractione materiæ; & solum non seruatur modus, quo subtrahi debet materia. & ita notat Facundez *præcep.*1. *Decal. lib.*1. *cap.*14. *n.*33. Vnde multo minus incurret excommunicationem Bullæ, vt aduertunt Sanchez *lib.*1. *sum. cap.*10. *n.*56. Suarez *disp.*20. *de fide sect.*2. *num.* 23. Leander *de censur. tract.* 3. *disp.*1. *quæst.* 70. contra Sousam *lib.* 1. *Aphoris. Inquisit. capit.* 21. *numer.* 20. Imò, quod omnino excusetur, si ex rationabili causa id faciat, quia tunc iusta causa excusat, si non seruet dictam Constitutionem Iulij III. Quod etiam sentiunt Alterius *lib.*5. *de censur. disp.*2. *cap.*7. Azor. *part.* 1. *lib.*8. *cap.*16. *quæst.*11. Facundez 2. *præcep.*1. *Decal. lib.*1. *cap.*14. *num.*33. Trullench *lib.*1. *in Decal. c.*3. *dub.*9. *num.* 26. Leander *de censur. tract.* 3. *disp.*1. *quæst.* 72. Licet immeritò oppositum teneant Ro-

driquez *in Compen. reſol. 92. num. 1.* Roccaſul. *par. 3. prax. lib. 3. cap. 8. §. de retinen. dub. 2.* Quod ſi tradant habentibus facultatem retinendi, non malè facient: quia cum hi habeant talem facultatem, habent etiam facultatem recipiendi ab habentibus: & proinde habentes habent facultatem dandi, quia in relatiuis, quod diſponitur de vno, diſponitur etiam de alio. cap. *Præterea de offic. deleg.* & *cap. Tranſlatio de Conſtit.* & *l. Cum actum, ff. de negoc. geſt.* & *l. Proinde ff. ad leg. Aquil.*

ADDITIO.

De imprimentibus libros Hæreticorum &c.

SVMMARIVM.

1512 *Imprimentes libros hæreticorum continentes hæreſim, excommunicantur in Bulla cœnæ.*
1513 *Componentes typos, & tractantes torcularia ligantur hac excommunicatione.*
1514 *Correctores an incurrant hanc excommunicationem.*
1515 *Auctor libri tradens imprimendum an incurrat.*
1516 *Dominus officinæ an ſubijciatur huic excommunicationi.*
1517 *Quid de tingentibus typos impreſſorios.*
1518 *Fabricantes, vendentes characteres, atramentum, papyrum &c. non incidunt in hanc excommunicationem.*
1519 *Quid de ſubminiſtrantibus expenſas.*
1520 *Quid de madeficientibus papyrum, & ſubijcientibus torculari.*

1512 Excommunicatio Bullæ cœnæ comprehendit etiam imprimentes libros hæreticorum continentes hæreſim, aut de religione tractantes, ſi tamen ſcienter id faciant; vnde iuxta ſuperius dicta excuſantur quacunque ignorantia: & vt plurimum excuſabuntur, quia ſunt perſonæ rudes, nec intelligentes materiam, quam imprimunt, & ideo, niſi aliunde audiant, neſcient an liber contineat hæreſim, an tractet de religione. Quia autem hæc excommunicatio habet pro obiecto actionem imprimendi, conſequenter comprehendet omnes illas perſonas exercentes talem actionem, ita vt denominentur ab ipſa imprimentes. Finis enim legis eſt tollere ab hæreticis commoditatem diuulgandi ſuos errores mediante impreſſione eorumdem, & ideo prohibet actionem imprimendi ſub pœna excommunicationis.

1513 Secundum autem omnes præſertim infracitandos, duo perſonarum genera ſub hac excommunicatione includuntur: nempe componentes typos, ſeu characteres in ordinem redigendo, & tractantes torcularia: hæ namque duæ actiones ſunt veluti duæ partes, ex quibus conſurgit actio impreſſionis, & in quibus tota actio imprimendi ſaluatur. nam tunc incipit impreſſio, quando iuxta exemplar propoſitum adaptãtur characteres, vt conficiatur typus. & tunc eſt completa, quando typus formatus ſuam formam impreſſit ſuppoſito papyro. Hæ tamen perſonæ facilè excuſari poſſunt ratione bonæ fidei. quia, cum ad ipſos non pertineat inquirere, an quod imprimitur, iure imprimi poſſit, & an adſint debitę facultates, ſed ad magiſtrum typographiæ, ſeu dominum, poſſunt præſumere, quod quicquid imprimitur, debito modo imprimatur. Et ita notant Vgolin. *par. 1. de cenſur. Papæ reſer.* verbo *Imprimentes*, §. 1. *num. 3.* Duard. *in Bul. cœnæ lib. 2. can. 1. q. 54. n. 21.* ver. *Eſt tamen.*

1514 Quod ſpectat ad correctores operis, quod imprimitur, non incurrere hanc excommunicationem, docent Vgolin. *par. 2. de cenſur. Pont. reſer.* verbo *Imprimentes*, §. 1. *num. 3.* Duard. *in Bul. cœnæ lib. 2. quæſt. 54. num. 9.* ver. *Eadem ratione.* Sanchez *lib. 2. ſum. cap. 10. num. 57.* Suarez *diſp. 20. de fide ſect. 2. num. 24.* Facundez *præcep. 1. Decal. lib. 1. cap. 14. num. 36.* Trullench *lib. 1. in Decal. c. 3. dub. 9. num. 27.* Roccaſul. *par. 3. prax. lib. 3. cap. 8. §. de imprimen. dub. 4.* Leander *de cenſur. tract. 3. diſp. 1. quæſt. 83.* Quia Correctores non ſunt imprimentes, ſed inſpectores illius, quod imprimitur. Si tamen id faciant animo fauẽdi hæreticis, incurrent excommunicationem tanquam fautores hæreticorum: aut tanquam legentes, ſi abſit hic animus. At correctores incurrere excommunicationem tanquam imprimentes, tradunt Graf. *par. 1. deciſ. lib. 4. cap. 18. n. 50* Sayr. *lib. 3. de cenſur. cap. 5. nu. 17.* Filliuc. *tract. 16. cap. 2. quæſt. 9. num. 46.* Palaus *par. 1. tract. 4. diſp. 2. pun. 10. §. 2. num. 13.* Quod mihi videtur probabilius, nam exercent actionem imbibitam in adæquata impreſſione. Impreſſio namque in eo conſiſtit, quod id, quod ſcriptum eſt in exemplari, transfundatur in typum, & è typo in folia mediãte torculari. in hac autem actione cooperatur corrector, nam, ſi quid relictum eſt, quod non ſit transfuſum facit transfundi, & ſi quid malè transfuſum eſt, facit rectè transfundi, & facit ſeruari in typo debitum ordinem, quod eſt concurrere ad ipſius efformationem. Et ſicut facere typum eſt concurrere ad impreſſionem, ſeu eſſe imprimentem; ita etiam, facere, quod correſpondeat exemplari, quod fit per correctionem. Ex quo fit, quod corrigere non eſt ſolum inſpicere, quod imprimitur, vt volebat oppoſita ſententia, cum operatio correctoris non ſiſtat in ſola inſpectione. Tranſcribentes autem libros, quamuis Leander *de cenſuris tract. 3. diſp. 1. qu. 87.* putet incurrere hac excommunicationem; non tamen incurrunt ex hoc capite, cum tranſcriptio ſit indifferens, vt inſeruiat impreſſioni, aut alteri fini. Incurrunt tamen, quia legunt, & vt notant Alter. *lib. 5. de cenſur. diſp. 2. cap. 8. dub. 3.* Filliuc. *tract. 16. c. 2. q. 6. num. 46.* Roccaſul. *par. 3. prax. lib. 3. cap. 8. §. de*

im-

Digitized by Google

imprimentibus dub. 4. Quia fauent hæreticis, nam tranſcriptio eſt quædam propagatio hæreſis.

1515 Ab autem Auctor libri, aut tradens imprimendum ſubijciatur huic excommunicationi, affirmant Vgolin. *par.* 2. *de cenſur. refert Paul.* verbo *Imprimentes*, §. 2. *num.* 1. ver. *Poſtremo*, Sanchez *lib.* 2. *ſum. cap.* 10. *num.* 57. Suarez *diſp.* 20. *de fide ſect.* 2. *num.* 24. ver. *Illum verò*. Bonac. *diſp.* 1. *de cenſur. in part. quæſt.* 2. *pun.* 4. *num.* 19. Trullench *lib.* 1. *in Decal. cap.* 3. *dub.* 9. *num.* 27. Palaus *part.* 1. *tract.* 4. *diſp.* 2. *pun.* 10. §. 2. *num.* 13. Roccaful. *par.* 3. *prax. lib.* 3. *cap.* 8. §. *de imprimentibus. dub.* 1. Leander *de cenſur. tract.* 3. *diſp.* 1. *quæſt.* 85. ſed negant Duard. *in Bul. cœnæ*, *lib.* 2. *quæſt.* 54. *num.* 2. Facundez *præcep.* 1. *Decal. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 37. Quia non ſunt imprimentes, ſed potius mandantes impreſſionem, cum non exerceant actionem imprimendi; hæc autem excommunicatio non comprehendit mandantes. Nec Vgolin. rectè vtitur illo axiomate, Propter quod vnumquod tale, & illud magis, ex Ariſt. 1. *Poſter. cap.* 2. nam aut ipſum non intellexit, aut non rectè applicauit, ſiquidem imprimentes non ſunt imprimentes propter auctorem, aut tradentem librum, vt imprimatur, ſed immediatè ex actione propria, quam exercent, quæ in ipſis primò incipit.

1516 Dominum quoque officinæ venire nomine imprimentium, volunt Graſ. *part.* 1. *deciſ. lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 50. Vgolin. *par.* 2. *de cenſur. Papæ reſer.* verbo *Imprimentes*, *init. num.* 1. & §. 1. *num.* 1. Sayr. *lib.* 3. *de cenſur. cap.* 5. *num.* 17. Sanchez *lib.* 2. *ſum. cap.* 10. *num.* 47. Sanctarel. *de hæreſi capit.* 13. *num.* 18. Bonac. *diſp.* 1. *de cenſur. in part. quæſt.* 2. *pun.* 4. *num.* 19. Facundez *præcep.* 1. *Decal. lib.* 1. *c.* 14. *num.* 35. Leander *de cenſur. tract.* 3. *diſp.* 1. *qu.* 84. Quia ad ipſum ſpectat totum negocium typographiæ, & ideo dicitur imprimere. Verum negat Duard. *lib.* 2. *in Bul. cœnæ*, *quæſt.* 54. *num.* 10. Quia non eſt imprimens, ſed potius impreſſor, propter artem quam profitetur; nec exercet actionem imprimendi, ſed mandat exerceri; hæc autem excommunicatio, eſt contra imprimentes, non contra impreſſores, & contra exercentes actionem imprimendi, non contra mandantes exerceri; vnde non ſun cauſa phyſica, ſed ſolum moralis impreſſionis. Sic etiam legentes hos libros incidunt in excommunicationem huius canonis; & mandans legi non incidit. Et Concil. Trident. *ſeſſ.* 4. *in Decret. de edit. & vſu ſacr. lib.* volens includere mandantes, dixit, *Nulli liceat imprimere, vel imprimi facere quoſuis libros &c.* Ex alio tamen capite excommunicati ſunt, ſi adſit debita ſcientia, nempe quia in ſua officina retinent tales libros, & etiam tanquam fautores, ſi id faciunt fauore hæreſis. Diſtinguen, dum tamen eſt. Nam vel dominus officinæ, tantum ſubminiſtrat inſtrumenta, & mandat imprimi hoc, vel illud opus, nihil præterea agens, & tunc habet locum poſterior ſententia: vel inſuper aſſiſtit imprimentibus, exercens officium Proti, vt vulgo aiunt, dirigendo imprimentes, & tunc incidet in excommunicationem, quia reuera exercet phyſico modo directiuè. Vnde ob eamdem rationem etiam cæteri miniſtri, qui huic muneri aſſiſtunt, erunt imprimentes, & in excommunicationem incident.

1517 Tingentes typos atramento non incidere in excommunicationem, ſentit Duard. *in Bul. cœnæ lib.* 2. *quæſt.* 54. *num.* 5. Quia non ſunt in rigore vocabuli imprimentes, cum impreſſio conſtet ex compoſitione, & præli mandatione duntaxat; quia hæ duæ actiones neceſſario concurrunt ad impreſſionem. Verum oppoſitum exiſtimo certum, quia tingere typos eſt actio omnino neceſſaria pro impreſſione, ex qua intrinſecè conſtat; ſiquidem per tinctionem proximè diſponuntur typi ad imprimendum, & eſt veluti vltima forma, quæ dat vim imprimendi. Vnde ſi componere, & ordinare typos, eſt actio pertinens ad impreſſionem, quia conficitur forma impreſſiua, tingere quoque erit actio pertinens, quia ponit typos in vltima forma impreſſiua. Et ita ſentiunt communiter Sanchez cum alijs *lib.* 2. *ſum. cap.* 10. *num.* 57. Suarez *diſp.* 20. *de fide*, *ſect.* 2. *num.* 24. Facundez *præcep.* 1. *Decal. cap.* 14. *num.* 35. Trullench *lib.* 1. *in Decal. cap.* 3. *dub.* 9. *nu.* 27. Roccaful. *par.* 3. *prax. lib.* 3. *cap.* 8. §. *de imprimentibus*, *init.* Leander *de cenſur. tract.* 3. *diſp.* 2. *quæſt.* 82.

1518 De fabricantibus, & vendentibus characteres pro formandis typis, atramentum, papyrum, & alia neceſſaria pro impreſſione, non eſſe imprimentes, & propterea non incidere in excommunicationem, conueniunt communiter, præſertim Vgolin. *par.* 2. *de cenſur. Papæ reſer.* verbo *Imprimentes*, §. 1. *num.* 2. & 3. Sanchez *lib.* 2. *ſum. capit.* 10. *num.* 57. Duard. *in Bul. cœnæ lib.* 2. *quæſt.* 54. *nu.* 9. Leander *par.* 4. *tract.* 3. *diſp.* 1. *qu.* 86. Palaus *par.* 1. *oper. mor. tract.* 4. *diſp.* 2. *pun.* 10. §. 2. *num.* 13. Facundez *præcep.* 1. *Decal. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 38. Trullench *lib.* 1. *in Decal. cap.* 3. *dub.* 9. *num.* 27. *in fine*. Roccaful. *par.* 3. *praxis*, *lib.* 3. *cap.* 8. §. *de imprimentibus. dub.* 3. Quia non exercent rationem proximam imprimendi, vnde non aptatur ipſis diſpoſitio canonis. Addo, quod iſtæ actiones, & tota materia eſt indifferens, vt inſeruiat impreſſioni huius, vel illius libri, & debet ab imprimentibus determinari; vnde ſupradictæ perſonæ neque remotè concurrunt ad determinatam actionem impreſſionis talis libri. Et ideo quamuis ſciant, materiam adhibendam in impreſſione horum librorum, non peccant vendendo, quia vendant rem indifferentem, quæ adhiberi poteſt ad bonos, & malos libros imprimendos; & ideo malitia primò incipit in imprimentibus. Solum ex alio capite poſſent incidere in excommunicationem, ſi id facerent animo fauendi hæreticis, vt notat etiam Duard. *citat.*

1519 Miniſtrantes expenſas incidere in excommunicationem, volunt Sayr. *lib.* 3. *de cenſur. capit.* 5. *num.* 17. Graſ. *par.* 1. *deciſ. lib.* 4. *cap.* 18. *numer.* 50. Filliuc. *tract.* 16. *cap.* 2. *quæſt.* 9. *num.* 46. Sed negant alij, Duar. *in Bullam cœnæ*, *lib.* 2. *quæſt.* 54. *n.* 5. Suarez *de fide diſp.* 20. *ſect.* 2. *nu.* 24. Sanchez *lib.* 2. *ſum. cap.* 10. *nu.* 57. Facundez *præcep.* 1. *Decal. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 36. Tamburin. *lib.* 2. *in Decal. capit.* 1. §. 7. *n.* 46. Trullench. *lib.* 1. *in Decal. capit.* 3. *dub.* 9. Roccaful. *par.* 3. *prax. lib.* 3. *cap.* 8. §. *de imprimentibus*, *dub.* 4. Leander *de cenſur. tract.* 3. *diſp.* 1. *q.* 84. Quia ſubminiſtrare expenſas, non eſt imprimere, quia quamuis hæ expenſæ impendantur pro mercede operantium, ſeu imprimentium, cum ſint pro recognitione operæ impenſæ, ſupponunt actionem

Digitized by Google

nem imprimendi; vnde eas ſubminiſtrans non imprimit, ſed imprimentium operam compenſat: & multò minus ſi expenſæ ſint pro comparanda materia in ordine ad impreſſionem, quia magis remotè ſe habet iſta actio: Solum poſſunt incidere in excommunicationem, ſi id agant fauore hæreſis.

1520 Chartam madefacientes, aut madefactam ſupponentes torculari, incidere in excommunicationem, aſſerunt Sanchez *lib.1. ſumm. cap.* 10. *n.*57. Graſ. *par.*1. *deciſ. lib.*4. *cap.*18. *num.*50. Sayr. *lib.*3. *Theſaur. cap.*5. *num.*13. Sanctarel. *de hæreſi capit.* 13. *num.*18. Vgolin. *par.*2. *de cenſur. refer.* verbo *Imprimentes, init. num* 2. & §. 1. *num.*1. Facundez *præcep.*1. *Decal. lib.*1. *cap.*14. *num.* 35. Leander *de cenſur. tract.*3. *diſp.*1. *quæſt.* 82. Econtra verò non incidere *in* excommunicationem, tenet Duard. *lib.*2. *in Bul. cœnæ, quæſt.*54. *num.*5. Quia actiones ipſorum non ſunt actio imprimendi. Quod verum exiſtimo quò ad humectantes chartam; nam charta humectata adhuc eſt indifferens, vt inſeruiat pro impreſſione huius, vel illius libri; & proinde non incipit in humectatione ipſius actio imprimendi talem librum prohibitam ſub excommunicatione: non poteſt autem locum habere excommunicatio, vbi non reperitur actio prohibita. Econtra verò ſupponentes chartam torculari, operantur in ipſa impreſſione, dum ipſam adaptant ad recipiendam impreſſionem talis typi, & conſequenter partialiter reperitur in ipſa actio prohibita; nec eſt indifferens ad hanc vel illam impreſſionem, ſicut eſt humefactio.

ADDITIO

De cæteris Libris.

SVMMARIVM.

1521 *Libri prohibiti ob hæreſim, vel falſi dogmatis ſuſpicionem, prohibentur legi ſub pœna excommunicationis.*
Etiam manuſcripta.
1522 *Talis excommunicatio non eſt reſeruata.*
Quid requiratur, vt talis excommunicatio locum habeat.
1523 *Contra legentes libros damnatos ob hæreſim &c. procedi poteſt tanquam ſuſpectos de hæreſi.*
Quid ſi hi libri reperiantur apud hominem honeſtæ conditionis.
1524 *Librorum prohibitorum in Indice lectio an ſit quò ad omnes interdicta ſub excommunicatione.*
Damnato Auctore non damnantur omnes libri ipſius.
1525 *Thalmud Hebræorum ſpecialiter prohibetur.*
Quid de libro Magazor.
1526 *Libri omnes Hæreſiarcharũ prohibiti, & quomodo.*
Conceſſum ſub vna conditione cenſetur prohibitum ſub oppoſita.
1527 *Libri continentes materiam diuinatoriam, ſortilegiorum, incantationum, quomodo prohibeantur.*
Quid de libris Aſtrologiæ iudiciariæ.
Libri, de quibus in nona regula Indicis, an prohibiti ſub excommunicatione.
1528 *Contra retinentes libros, de quibus in nona regula, procedi poteſt etiam ab Inquiſitoribus.*
1529 *Quæ circa obſeruationem Stellarum permittantur.*
1530 *Hæreticorum libri, in quibus aliena colligũntur, quomodo permittantur.*
A quibus emendandi, & quorum conſilio.
Conſilium quando neceſſario ſequendum.
Quando primo prodeunt libri hæreticorum, qui poſſunt permitti, an prohibiti quouſque examinentur.
1531 *Quid dicendum de libro, cui titulus Theatrum vitæ humanæ.*
Quid de libris hæreticorum, qui quotidiè prodeunt.
1532 *Libri ex profeſſo res laſciuas tractantes, ſunt prohibiti.*
1533 *Qui nam dicantur tractare ex profeſſo de rebus laſciuis.*
1534 *Libri, quorum principalis materia eſt bona, ſunt expurgandi.*
Principalis materia quando dicatur bona.
Quid ſit ſpectare ad impietatem.
Pietas vt eſt donum, quid dicat.
Libri in aliquo loco prohibiti, eo, quod non expediat ab omnibus legi, poſſunt emendati permitti.
1535 *Quinam libri controuerſiarum vulgari idiomate non permittantur, niſi iudicio Epiſcopi, aut Inquiſitoris.*
1536 *Libri de moribus, contemplatione Dei, concionibus &c. vulgari lingua, quando permittantur.*
1537 *Quid ſit diſpoſitum de ſacra Scriptura in vulgari idiomate.*
1538 *Quid de verſionibus ſacræ Scripturæ.*
Dictio, autem, repetit qualitates caſus præcedentis in ſequenti, in quibus expreſsè non aduerſatur.
1539 *Adnotationes ad verſiones ſacræ Scripturæ, quando permittantur.*
Biblia Vatabli, Iſidori &c. quomodo permittantur.
Verſiones Eccleſiaſticorum factæ ab Hæreticis, quomodo permittantur.

1521 Quia libri, in quibus deficiunt ſupradictæ conditiones, nempe quod ſint Auctorum hæreticorum, quod hæreſim contineant, aut de religione tractent, ſunt in multiplici differentia, & ideo ſeorſim de ſingulis agendum eſt. Primò igitur libri prohibiti, cuiuſcumque ſint Auctoris, propter hæreſim,

reſim, vel falſi dogmatis ſuſpicionem, prohibentur legi ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ. Ita Pius IV. in ſua *Conſtit.* quæ incipit, *Dominici gregis* ſub *die* 24. *Martij* 1564. præfixa Indici librorum prohibitorum. ibi. *Is quidem, qui hæreticorum libros, vel cuiuſuis Auctoris ſcripta propter hæreſim, vel falſi dogmatis ſuſpicionem damnata, atque prohibita legerit, habuerittve, ipſo iure in excommunicationis pœnam incidat; eamque ob cauſam in eum tanquam de hæreſi ſuſpectum inquiri, & procedi liceat, præter alias pœnas ſuper hoc ab Apoſtolica Sede, ſacriſq; canonibus conſtitutas.* Eſt autem aduertendum, quod de hæreticorum libris ſub hac prohibitione comprehenduntur ſolum damnati propter ſuſpicionem falſi dogmatis; nã ſi ſint dãnati propter hæreſim, continentur ſub prohibitione Bullæ Cœnæ. Rurſus, hæc prohibitio non intelligitur de impreſſis tantum, ſed etiam de manuſcriptis, vt conſtat ex illis verbis, *Cuiuſuis Auctoris ſcripta*. Nomine verò falſi dogmatis intelligitur de falſa doctrina circa fidem, & erit omnis illa doctrina, quæ concordare non poteſt cum doctrina fidei: cum enim doctrina fidei ſit certa, & vera, omnis doctrina, quę cum ipſa non concordat, ſed diſcrepat, erit falſa doctrina.

1522 Excommunicatio autem impoſita in dicta Conſtitutione non eſt reſeruata, vt conſtat ex inſpectione textus, & ideo tolli poteſt per quencunque Confeſſarium, vt aduertunt etiam Laiman. *lib.2. theolog. moral. tract. de fide cap.15. num.8.* ver. *inter has*, Suarez *diſp.20. de fide ſect.2. num.29.* Filliuc. *tract.16. cap.2. num.42.* Bonac. *diſp. 1. de cenſur. in part. quæſt.5. puncto 4. num.2.* Duard. *in Bull. Cœnæ lib.2. quæſt.34. num.12.* ver. *ſecunda pars*, Lezana *in ſum.* verbo *libri num.16.* Rurſus, vt locum habeat dicta excommunicatio, non ſufficit, quod liber Catholici Auctoris contineat hæreſim, aut ſuſpicionem falſi dogmatis, ſed oportet, quod propter has cauſas ſit damnatus, vt obſeruant Lezana. *cit.* Theſaurus *in praxi par.2.* verbo *libri cap.2.* Vnde non ſufficit, quod liber ſit damnatus, ſed oportet quod in damnatione exprimatur cauſa ob quam damnatur; alioquin non ſciretur ob quam cauſam ſit damnatus.

1523 Circa autem illam particulam, *Eamque ob cauſam in eum tanquam de hæreſi ſuſpectum inquiri & procedi liceat*. Eſt aduertendum, quod non dicit, quod procedatur, ſed quod liceat procedere concedendo facultatem ad procedendum, non autem iniungendo exequutionem. Ex quo fit, quod vſus talis facultatis relictus ſit prudenti iudicio, vt ſcilicet habita ratione qualitatis, & conditionis perſonæ procedatur, vel non procedatur. Nam hi libri reperti apud hominem malæ famæ, aut malæ vitæ, aut qui alias de hæreſi infamatus fuerit, procedendum erit, quia indicium hoc erit adminiculatum. Secus autem, ſi ſit perſona honeſta, & bonæ vitæ, nec aliqua infamia laborauerit, iuxta ea, quæ tradunt Farinac. *de hæreſi quæſt.* 180. *num.* 48. Duard. *in Bullam Cœnæ lib.2. can. 1. quæſt.51. num.34.* Et ratio eſt, qui hi libri retineri poſſunt etiam ad bonum finem, vt ad confutandos; vel etiam ob finem non malum, vt ob ornamentum Bibliothecæ; vel etiam ob meram curioſitatem: & ideo eorumdem retentio de ſe non eſt ſufficiens indicium ad generandam ſuſpicionem de hæreſi, niſi qualitatibus perſonæ coadiuuetur.

1524 An autem præter prędictos libros adſint alij prohibiti ſub pœna excommunicationis, loquendo de libris in genere, non autem de aliquo libro ſpeciali, & nominatim prohibito, nam certum eſt adeſſe, vt dicetur infra. Affirmant Pegna *in capit. Fraternitatis, de hæret. com.3.* Azor. *par. 1. lib. 8. cap.16. quæſt.5.* Duard. *in Bull. Cœnæ, lib.2. qu.34. num.21.* qui volunt prohiberi ſub excommunicatione Indicis libros omnes hæreticorum, quamuis hæreſim non contineant, propter quoddam reſcriptum Iulij III. quod incipit. *Cum meditatio*. Et quia damnato auctore cenſentur omnes eius libri damnati. Et Duar. in *illa quæſt.* ponit libros aliorum generum, tanquam prohibitos ſub pœna excommunicationis. Verum oppoſitum ſentit Bonacina *diſp.1. de cenſur in part. quæſt.2. pun.4. nu. 2.* aſſerens ſolos libros damnatos ob hæreſim, vel falſi dogmatis ſuſpicionem, prohiberi ſub pœna excommunicationis. Et hoc manifeſtè deſumitur ex Conſtit. Pij IV. præfixa Indici, quæ incipit. *Dominici gregis* ſub *die* 24. *Martij* 1564. Vbi cum diſpoſuiſſet de obſeruantia Regularum Indicis, & poſuiſſet pœnam excommunicationis contra legentes, vel tenentes libros damnatos, ſiue hæreticorum, ſiue Catholicorum ob hæreſim vel falſi dogmatis ſuſpicionem, ſubdit. *Qui autem libros alia de cauſa prohibitos legerit, habueritue, præter peccati mortalis reatum, Epiſcoporum arbitrio, ſeuerè ſe nouerit puniendum.* Vbi notanda ſunt verba, *alia de cauſa prohibitos*, quæ ſunt vniuerſalia, & complectuntur omnem titulum prohibitionis præter præfatum ob ſuſpicionem hæreſis, vel falſi dogmatis, ſeu diuerſum ab expreſſo *l. ſi fundus ſub conditione*, §. *Libertus*, *ff. de leg. 1.* Huic autem Conſtitutioni ſtandum eſt, tanquam nouiſſimo iuri, & inſtituto, ad firmandas regulas circa librorum prohibitionem. Neque eſt verum, quod damnato Auctore damnentur omnes libri ipſius: nam oppoſitum conſtat ex regulis Indicis, nam in regula ſecunda permittuntur hæreticorum libri, qui de religione non tractant, ſi iuſſu Epiſcoporum, & Inquiſitorum examinati approbentur. Atque hæc quæ in ſua Conſtitutione ſtatuit Pius IV. ponuntur etiam in Regulis Indicis in fine Reg. 10. quod declarat Conſtitutionem procedere de omnibus libris prohibitis.

1525 Circa autem Thalmud Hebræorum, extat ſpecialis Conſtitutio Clemen. VIII. *pridie Kal. Martij anno* 1592. in qua ipſum omnino prohibet ſub pœna excommunicationis, etiamſi ſit ſine gloſſis, commentarijs, &c. & quemadmodum antea tolerabatur. Quæ tamen excommunicatio non eſt reſeruata, & ideo innodatus abſolui poteſt à quolibet legitimo Confeſſario. Et præter excommunicationem confiſcantur etiam bona eorum, qui legunt ipſum. Si vero fauerem, aut auxilium præſtiterint Hebręis ad ipſum obtinendum, ex eadem Conſtitutione incurrunt pœnas Apoſtatarum à fide, & hæreticorum, atque adeo excommunicationem Bullæ Cœnę. Hebræis autem tenentes huiuſmodi libros confiſcãtur bona omnia, ſicut etiam vendentibus, ementibus, & euulgantibus. Quod verò ſpectat ad librum Magazor Hebræorum, qui continet officia, & cæremonias

monias ipſorum, in nulla alia lingua permittitur, niſi in Hebræa, vt habetur in obſeruatione circa nonam Regulam Indicis.

1526 Quod ſpectat ad Hæreſiarcharum libros, ſunt omnes prohibiti, quamuis hæreſim non contineant, nec de religione tractent, cuiuſcunque argumenti ſint, vt habetur in regula ſecunda Indicis. Difficultas tamen eſt, an ſint prohibiti propter hæreſim, aut falſi dogmatis ſuſpicionem, atque adeo an ſub pœna excommunicationis. Affirmat Bonac. *diſp.1. de cenſur. in particul. quæſt.2. punct.4. nu.3.* nam eſt liber hæretici damnatus in Reg. 2. Indicis. Verum cum etiam per ipſum non omnes libri damnati prohibeantur ſub excommunicatione, ſed ſolum damnati propter hæreſim, vel falſi dogmatis ſuſpicionem: Si liber hæreſiarchæ hæreſim non contineat, nec tractet de religione, & proinde non adſit ſuſpicio falſi dogmatis, non erit ſub excommunicatione prohibitus. Hæreticorum verò libri, qui de religione non tractant, (nec hæreſim continent iuxta Bullã Cœnæ) conceduntur, ſi à Theologis Catholicis iuſſu Inquiſitorũ, & Epiſcoporum approbentur: vnde quamdiu non ſunt approbati habendi ſunt pro prohibitis, quia conceſſum ſub vna conditione cenſetur prohibitum ſub oppoſita, *l. ſi legatum purè ff. de adimen. leg. & l. Aliquando, ff. de condition. & demonſtrat. & l. quod purè ff. quando dies] leg. ced.* & notant Ruin. *conſil. 33. num.3.* Natta *conſil.200. num.1.* Cephal. *conſil.17 num.20.* Surd. *conſil.157. num.9.* Oſaſch. *deciſ. Pedem.106. num.4.* Qui tamen nondum ſunt poſitiuè damnati, ſed poſſunt etiam concedi, vt dictum eſt, ideo non poſſunt dici damnati ob hæreſim, vel falſi dogmatis ſuſpicionem; & proinde neque ſub excommunicatione; quamuis oppoſitum velit Bonac. ſupra *num. citat.* Idem etiam ſtatuitur in eadem regula quò ad libros catholicè ſcriptos eorum, qui poſtea in hæreſim inciderunt, aut poſt lapſum ad Eccleſiæ gremium reuerſi ſunt. Hi autem approbari debent vel ab aliqua vniuerſitate Catholica, vel ab Inquiſitione Generali, vt permitti poſſint. Vnde ſufficiet approbatio altero modo ex præſcriptis. Et in Regnis Hiſpaniæ ab Inquiſitione vniuerſali. Si quis tamen legeret huiuſmodi libros, quia iudicio prudentis, & docti viri probarentur, aut quia cum ipſe ſit doctus & prudens iudicat probari poſſe, non peccaret grauiter, vt in ſimili docet Tamburin. *in præcep. Decal. lib.2. cap.10. §.7. num. 59.* quia agitur de materia leui.

1527 De libris materiam diuinatoriam tractantibus, nẽpe Geomantiæ, Hydromantiæ, Aeromantiæ, Eromantiæ, Piromantiæ, Onomantiæ, Chiromantiæ, Necromantiæ, ſiue etiam de ſortilegijs, veneficijs, augurijs, auſpicijs, incantationibus, arte magica (non quidem naturali, ſed dæmoniaca) extat Regula nona Indicis, per quam omnino prohibentur, & ſi fortè continerent hæreſim, & eſſent hæreticorum, prohiberentur etiam in Bulla Cœnæ. Rurſus in eadem Regula libri Aſtrologiæ iudiciariæ quò ad naturales obſeruationes pro Nauigatione, Agricultura, & arte Medica permittuntur. Tractantes autem de futuris contingentibus, cæteriſque, quæ ab humana voluntate pendent, & certo aliquid euenturum affirmantes, committuntur prouidentiæ Epiſcoporum, vt prouideant, ne legantur, vel habeantur. Circa hanc autem regulam nonam eſt aduertendum, quod non procedit de libris damnatis ob hæreſim, vel falſi dogmatis ſuſpicionem, & proinde non continet libros prohibitos ſub pœna excommunicationis impoſita in Bulla Pij IV. præfixa dicto Indici, quamuis Bonacina *diſp.1. de cenſur. in particul. quæſt.2. punct.4. nu.4.* Duardus *lib. 2. in Bullam Cœnæ, quæſt.34. num.17.* ex falſo fundamento, quod prohibeantur ob falſi dogmatis ſuſpicionem, oppoſitum ſentiant. Quia licet libri huiuſmodi præſcribant cultum dæmonum, & alia multa ſcelera, tanquam media ad obtinendum, quæ ex pacto obtinenda ſunt à dæmone, non tamen docent tanquam licita; ſed ſolum docent factum, non autem quid iuris de ipſo facto. Sicut qui ſuaderet fornicationem, aut homicidium ad aliquem finem, non doceret tanquam licitum ad illum finem, & proinde non eſſet ſuſpectus de falſo dogmate. Si tamen adeſſet ſuſpicio falſi dogmatis, ſub excommunicatione prohiberentur. Hi tamen libri, niſi magi ſint hæretici, non comprehenduntur ſub excommunicatione Bullæ Cœnæ, vt notant Nauar. *cap. 27. Manual. num.55.* Sanchez *lib.1. ſum. cap.10, num.32.* Facundez *præcep.1. Decal. lib.1. cap.14. num.10.* Alterius *lib.5. de cenſur. diſp.2. cap.6. in fine.* Trullench. *lib.1. in Decal. cap.3. dub.9. §.5. num.18.*

1528 In eodem tamen Indice circa eamdem Regulam nonam adnotatur Conſtitutio Sixti V. quò ad libros, de quibus in dicta Regula, quòd fideles ab Epiſcopis, & Inquiſitoribus ſedulo admonendi ſunt, quod in legentes, aut retinentes contra regulam hanc libros huiuſmodi Aſtrologiæ iudiciariæ, diuinationum, & ſortilegiorum, rerumque aliarum in eadem regula expreſſarum, procedi poteſt non modo per ipſos Epiſcopos, ſed etiam per Inquiſitores locorum, ſicut etiam contra exercentes Aſtrologiæ iudiciariæ artem; quæ fuit promulgata *anno 1585. Non. Ian.* Per hanc ergo Conſtitutionem conceditur facultas procedendi, non autem iniungitur, quod procedant.

1529 Ex quibus colligitur, quod per dictam Regulam Indicis, ſicut etiam per dictam Conſtitutionem Sixti V. non prohibetur obſeruare conſtellationes Cœli in puncto natiuitatis vniuſcuiuſq; pro indagandis cœleſtibus influxibus in corpus nati, & cõplexionem eiuſdem, alterationes humorũ à ſyderibus portentas, atque adeo infirmitates, cum hæc omnia ſint cauſæ naturales in ordine ad naturales effectus; atque huiuſmodi obſeruationes miro modo iuuent in ordine ad medicinam, præſertim pro detegenda radice infirmitatis, incrementis, & decrementis, & pro eligendo remedio opportuno; quia ſi erit conforme influxibus iuuantibus infirmum, mirè proficuum; ſi non erit, nullius momenti erit; ſi verò contrarium, loco ſalutis, aut infirmitatem augebit, aut etiam perniciem afferet. Quare ea omnia permiſſa erunt, quæ obſeruant Aſtrologi in ordine ad conſtitutionem corporis, complexionem, alterationes, & infirmitates.

1530 Hæreticorum libri, in quibus nulla, aut pauca de ſuo appoſuerunt, eo quod ab alijs tradita collegerunt, vt ſunt apophthegmata, concordantiæ, ſimilitudines, indices, aliaque huiuſmodi, iuxta

Regu-

Regulam quintam Indicis, permitti possunt emendati, si quæ habeant, quæ expurgatione indigeant. Emendatio autem facienda est ab Episcopis, & Inquisitoribus, cum consilio Catholicorum Theologorum. Et cum regula loquatur copulatiuè de Episcopis, & Inquisitoribus, non poterit aliter sine alio deuenire ad expurgationem. Et cum similiter Regula dicat, *Vna cum Theologorum Catholicorum consilio*, sequitur, quod debeant sequi consilium horum Theologorum, quia facultas expurgandi traditur modificata, & alligata ad huiusmodi consilium, ita non sit futura auctoritatiua expurgatio, si non sequantur tale consilium, iuxta tex. *l. Titium, init. ff. de adminis. & petic. tut.* vbi Bar. & *in l. 2. §. si plures, num. 7. ff. de exercit. act.* Butr. *in cap. cum olim, de arbitr.* Panorm. *ibid. num. 5.* Domin. *in cap. vn. §. ibi verò num. 9. ne sede vacan. in 6.* Gonzalez *ad Reg. 8. Cancel. Glos. 46. num. 76.* Vant. *de nullit. ex defect. iurisdict. num. 152.* ver. *Et stantibus* Syluester verbo *consil. num. 6.* Quod si prædicti libri non indigeant expurgatione, absolutè sunt permissi. Verum difficultas est, quando primo prodeunt tales libri, an sint tunc censendi prohibiti, quousque examinentur, an indigeant correctione. Et quidem deberent Episcopi, & Inquisitores statim eos subijcere examini, vt possint videre, an sint expurgandi, an verò, tales quales sunt permittendi; cum tamen hoc non præstent, vel quia libri ad eorum manus non perueniunt, vel quia in alijs occupati sint, vel alia de causa, praxis obtinuit, vt legantur, quia eo ipso, quod non prohibentur à Superioribus, censentur permissi, cum sint ex illorum genere, qui permittuntur iuxta regulam Indicis.

1531 Ad hanc quoque Regulam reduci potest liber, cui titulus, *Theatrum vitæ humanæ*, quia, non est aliud quòd ad substantiam, quam quædam compilatio eorum, quæ ab alijs tradita sunt, licet quòd ad modum explicationis sit proprius Auctoris: quia tamen plura continet, quæ indigent expurgatione, ideo iuxta hanc regulam, esset expurgandus. Video tamen passim absque alia expurgatione permitti, forte quia, quæ expurganda essent, non censentur magni momenti. Libri autem hæreticorum, qui quotidie prodeunt in Germania continentes materias legales, aut alios tractatus, seu historias, aut quascunque alias materias, in quibus passim aliquid continetur, quod Auctorem hæreticum esse demonstrat, vt sunt detractiones in Summum Pontificem, & Catholicos; vsus phrasium hæreticorum, aut quid huiusmodi, pertinent ad regulam secundã Indicis, qui proinde permitti poterunt cum expurgatione. Praxis tamen obtinuit, vt legantur absq; alia permissione; quia censentur tacitè permissi, dum permittuntur vendi publicè in officinis librariorum, neque censetur posse inde damnum fidelibus prouenire.

1532 Libri verò, qui res lasciuas ex professo tractant, omnino prohibentur *in Reg. septima Indicis*, tanquam corruptiui morum, & etiam fidei: & Episcopis iniungitur, vt eos habentes seuerè puniant. Vnde licet habentes, & legentes non subsint excommunicationi, peccant tamen mortaliter, & quia faciunt contra prohibitionem in materia graui; & quia se exponunt periculo peccati, cum nulla alia materia sit tam periculosa, sicut sunt res lasciuæ. Ita notant Altenius *de censur. lib. 5. disp. 2. c. 7. dub. 4.* Duard. *lib. 2. in Bul. cœnæ, quæst. 34. nu. 19.* Bonac. *disp. 1. de censur. in part. quæst. 2. punct. 4. n. 5.* Et proinde retinentes non debent absolui, nisi eos consignent Episcopis, aut Inquisitoribus, aut saltem confessario ab ipso ijsdem consignandos: si tamen essent prompti consignare, interim absolui possent. Excipiuntur tamen ab hac regula libri Antiquorum ob elegantiam sermonis, qui permittuntur, licet moneatur à pueris non esse legendos.

1533 Circa hanc regulam difficultas est, quinam libri dicantur tractare ex professo de rebus lasciuis. Pro quo est aduertendum, quod nomine rerum lasciuarum veniunt ea omnia, quibus lasciuia inspersa fuerit, siue sint actiones lasciuæ exercitæ, siue præparationes ad lasciuiam, siue instructiones ad lasciuiam exercendam, siue quæcunque alia huiusmodi. Et proinde nõ solum carmina poetarum exprimentia actiones, aut sensus lasciuos, sed etiam comœdiæ in quibus res lasciuæ repræsentantur, historiæ, & narrationes amorum, qui ad fornicationes, adulteria ordinantur, cæteraque huiusmodi argumenta veniunt nomine rerum lasciuarum. & proinde libri quoque vulgo *Di Cauallería*, si lasciuiæ viam aperiant, censendi erunt de rebus lasciuis. Vt autem ex professo tractent de rebus lasciuis, non est necessarium, quòd principale argumentum sit lasciuum, sed sufficit, si aliqua pars ex intentione Auctoris sit de huiusmodi materia; vt in simili quò ad libros tractantes de religione dictum est supra *num. 1479.* Tractare namque ex professo contradistinguitur ab eo, quod obiter, & veluti ex transitu dicitur; vnde si liber aliquam actionem lasciuam completè narret, censendus erit tractare ex professo de rebus lasciuis. Et ratio horum omnium est, quia in his omnibus reperitur ratio finalis prohibitionis: ideo nãque prohibentur libri tractantes de rebus lasciuis, quia eorumdem lectio est causa peccati, & habent vim deprauandi mores; hoc autem præstant etiamsi vnicum caput, aut aliqua similis pars contineat res lasciuas. Excludendi tamen sunt libri, qui res lasciuas examinant, vt doceant, qualiter in ipsis peccetur, quia tendunt non ad deprauandos mores, sed ad instruendam conscientiam, quamuis aliquando per accidens excitent in aliquibus affectus lasciuos, quia hoc non tam prouenit ex qualitate materiæ, quam ex praua dispositione legentis.

1534 Quando autem principale argumentum libri bonum est, sed aliqua mala inserta sunt, quæ spectant ad hæresim, seu impietatem, diuinationem, seu superstitionem, concedi potest expurgatus à Catholicis Theologis, Inquisitionis generalis auctoritate. Et idem dicendum de Prologis, Summarijs, Annotationibus, &c. à damnatis Auctoribus libris non damnatis insertis. Ita habet Regula VIII. Indicis, quæ insuper addit, quod huiusmodi libri impostetarum non sunt cudendi, nisi expurgati. Vt autem argumentum principale libri dicatur esse bonum, non est necesse quod sit tale in genere morali; sed sufficit, quod non contineat aliquid, quod fidei contrarietur, aut bonis moribus directè vel indirectè: atque adeo, nihil eorum, quæ expungenda sunt pro correctione librorum, vt habetur in instructione

In-

Indici præfixa, habeat pro principali argumento. Nam his ſecluſis argumentum bonum eſt, quia eſt aptum pro fine, ad quem libri ex genere ſuo dirigũtur, nempe ad inſtruendum. Illud autem dicitur ſpectare ad impietatem, quod eſt contra pietatem, non quatenus eſt virtus ſpecialis, ſed quatenus eſt donum Spiritus ſancti reſpiciens cultum, & officium exhibendum Deo vt Patri, vt habet D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 121. *ar.* 1. *in corp.* Vnde cum hæc pietas, ſecundum quod eſt donum, vt habet D. Th. *ibid. ad* 3. non ſolum exhibeat cultum, & officium Deo, ſed etiam omnibus hominibus in quantum pertinet ad Deum: Et proinde hoc ad ipſum pertineat honorare Sanctos, non contradicere ſcripturæ, ſiue intellectæ, ſiue non intellectæ, vt Auguſ. dicit *lib.* 2. *de Doctr. Chriſt. cap.* 7. Ideo quicquid erit contrarium his actibus, quos exhibet pietas, ad Impietatem pertinebit. Huc etiam pertinet, quod in ſexta Regula Indicis habetur, quod libri in aliquo Regno, aut prouincia prohibiti eo, quod aliqua continerent, quæ ſine delectu ab omnibus legi non expediret, poſſint emendati permitti, ſi Auctores Catholici ſint: quia cum ſupponantur ſolum nonnulla huiuſmodi continere, ſequitur, quod ſupponatur principale argumentum bonum: & ſolum aliqua minus expedire, quia in aliquibus prauum effectum ſortiri poſſint.

1535 Libri controuerſiarum inter Catholicos, & Hæreticos noſtri temporis vulgari idiomate conſcripti non debent paſſim permitti, ſed tantum iudicio Epiſcopi, aut Inquiſitoris, cum conſilio Parochi, vel confeſſarij atteſtantis non damnum legentem inde percepturum, vt habetur in Regula ſexta Indicis cum relatione ad quartam. Per hæreticos autem noſtri temporis intelliguntur ij, quorum nunc temporis hæreſis vigent, quales ſunt Caluiniſtæ, Lutherani, & alij. Si fortè autem hæreſes præſentis temporis ceſſarent, & quod Deus auertat, nouæ conſurgerent, intelligetur de nouis, quæ conſurgerent. Vnde controuerſiæ cum Manicheis, Arianis, & cæteris veteribus Hæreticis, quamuis in vulgari idiomate, non continentur ſub hac Regula. Per vulgare autem idioma intelligitur vſuale in qualibet prouincia, aut loco; vt in lingua Germanica, Gallica, Hiſpana, Itala, &c. Ex quo deducitur, quod hic libri non ſint prohibiti abſolutè reſpectu omnium, ſed ſolum reſpectiuè quò ad non intelligentes linguam Latinam, atque adeo habita ratione incapacitatis materiæ; nam cum in lingua Latina nõ prohibeantur, neque etiam erunt prohibiti in vulgari idiomate quò ad eos, qui in lingua Latina legere poſſunt.

1536 Qui verò continent rationem benè viuendi, ſeu inſtructionem morum Chriſtianorum, modum contemplandi Deum, & cæleſtia, inſtructionem pro ritè confitendis peccatis, conciones ad populum, & cætera huiuſmodi argumenta, ſi ſanam doctrinam contineant, omnino conceduntur, quamuis in vulgari idiomate; vt in eadem ſexta Regula Indicis. Hi enim omnes libi conferunt ad pietatem, religionem, & ædificationem fidelium. Recenſentur autem hi libri tanquam pertinentes ad religionem, & ad doctrinam fidei, non quia ſoli in vulgari idiomate permittantur, & proinde permittuntur omnes in eodem vulgari idiomate, qui ſunt de materia indifferenti, & ex quibus nullum periculum peccati imminere poteſt.

1537 Circa libros ſacræ Scripturæ in vulgari idiomate, prius decernebatur in Regula quarta Indicis, quod non concederetur paſſim, ſed tantum iudicio Epiſcopi, aut Inquiſitori, ijs, quibus iuxta conſilium Parochi, vel Confeſſarij, nullum timeretur fidei damnum, ſed eſſet profutura lectio, facultate in ſcriptis concedenda. Sine qua ſi quis legere, aut tenere præſumeret, non poſſet abſolui, niſi Biblijs prius redditis Ordinario. Ex quo colligitur, legentes, & tenentes peccare mortaliter. Bibliopolæ verò, qui cùm venderent non habentibus facultatem in ſcriptis, aut aliquo modo concederent, amittebant pretium libri, & arbitrio Epiſcopi puniebantur. Regulares verò non poterant legere, aut emere abſque ſuorum Prælatorum facultate. Verum circa eamdem regulam adnotatur, quod modo ex mandato S. Romanæ, & Vniuerſalis Inquiſitionis, & vſu, ſublata eſt Epiſcopis, Inquiſitoribus, Prælatis Regularibus concedendi licentiam, emendi, legendi, aut retinendi Biblia vulgari quocunque idiomate ſcripta, aut quamcumque partem tàm noui, quam veteris teſtamenti. Et ſimiliter idem quoque ſtatutum eſt de Summarijs, Compendijs hiſtoricis ſacrorum librorum quocunque vulgari idiomate ſcriptis. Contrauenientes autem huic decreto ſolum mortaliter peccant, quia in materia graui violant legem Eccleſiaſticam; non tamen ſubijciuntur excommunicationi, quia non prohibentur ſacri libri in vulgari idiomate, niſi ex periculo, quòd rudes malè intelligentes verbum Dei, ſumant occaſionem erroris. Excommunicatio autem ſolum eſt lata quò ad libros prohibitos ob hæreſim, vel ſuſpicionem falſi dogmatis.

1538 Circa autem verſiones ſacræ Scripturæ, in Regula tertia Indicis habetur, quod verſiones Veteris Teſtamenti factæ à damnatis Auctoribus permitti poſſunt iudicio Epiſcopi pijs, & doctis viris, ad effectum, vt vtantur tanquam elucidationibus vulgatæ editionis ad intelligendam S. Scripturam. Quod autem dicta regula procedat de verſionibus ſacræ Scripturæ factis à damnatis Auctoribus, indicat dictio, *Autem*, ibi: *Librorum autem Veteris Teſtamenti*; nam in antecedenti §. ſermo eſt de verſionibus Scriptorum Eccleſiaſticorum factis à damnatis Auctoribus. & in 2. §. illius Regulæ ſubditur *Librorum autem*: Dictio verò *Autem*, reperit in ſequenti caſu qualitates præcedentis, in quibus expreſsè non aduerſatur. *l. Mariti*, §. *fin. ff. ad leg. Iul. de adult.* vbi etiam Gloſ Bart. *num.* 1. Bal. *in l. Omnes populi*. ver. *Modo quæro vnum*, *ff. de iuſt. & iure*. Craueta *conſil.* 208. *num.* 5. Natta *conſil.* 570. *num.* 8. *vol.* 3. Quod etiam conſtat ex ſubſequenti §. 3. Vbi de verſionibus Noui Teſtamenti factis ab Auctoribus primæ claſſis, ſtatuit, quod nemini concedantur: Quia vtilitatis parum, periculi verò plurimum lectoribus ex earum lectione prouenire ſolet. Vnde ſi in hoc §. loquitur de verſionibus factis à damnatis Auctoribus, ſimiliter loquetur etiam in præcedenti. Quare verſiones Noui Teſtamenti factæ à damnatis Auctoribus primæ claſſis, omnino prohibentur. non tamen ſub aliqua cenſura, cum non habeant

beant conditiones librorum, qui sub excommunicatione prohibentur.

1539 Rursus, circà libros sacræ Scripturæ est aduertendum, quod adnotationes ad versiones permissas, & ad vulgatam editionem permitti possunt, quibus eædem versiones permittuntur, expunctis locis suspectis à facultate theologica alicuius Vniuersitatis, aut ab Inquisitione Generali. Ita in eadem Regula 3. Quare cum dispositio sit de adnotationibus, in quibus aliqua suspecta sunt, quæ expungi debent, colligitur, procedere de adnotationibus factis ab Auctoribus damnatis, aut saltem suspectis; nam tota illa regula est circa sacram Scripturam, aut versam ab Auctoribus damnatis, aut notis illustratam. Biblia autẽ Vatabli, aut aliqua eius pars in eadem regula conceditur, expunctis locis suspectis ab aliqua facultate theologica, aut ab vniuersali Inquisitione, nam conceditur sub ijs conditionibus, quibus conceduntur adnotationes prædictæ. Ex Biblijs verò Isidori Clari Brixiani detrahi debent Prologus, & prolegomena, ita tamen vt non habeantur pro vulgato, & legitimo textu. Denique in eadem regula permittuntur versiones Ecclesiasticorum Scriptorum à damnatis Auctoribus illuc vsque editæ, modo sanam doctrinam contineant. Per Scriptores autem Ecclesiasticos intelliguntur tàm Sancti Patres, quàm quicunque alij, qui de rebus Ecclesiasticis scripserunt. Atque cum hæc dispositio procedat de scriptoribus, quorum opera in aliud idioma conuertuntur, dum dicitur, quod permittuntur tales versiones, dummodo sanam doctrinam contineant, dupliciter hoc intelligi potest: nam potest intelligi, quod ipsi scriptores sanam doctrinam tradiderint, & proinde non permittantur versiones illorum, qui in suis scriptis aliquid contra sanam doctrinam ediderunt, vt sunt ij, qui hæreses, aut erroneam doctrinam scripsere. Vel etiam accipi potest, quod versio ipsa contineat sanam, hoc est germanam doctrinam Scriptoris, ita vt in versione non sit adulterata. Et vtroque modo regula accipi debet.

Quas pœnas incurrant, qui libros alia de causa, quàm ob hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem prohibitos legerint, & retinuerint.

Quæstio II.

SVMMARIVM.

1540 *Legens libros prohibitos, sed non ob hæresim &c. aut retinens, arbitrio Episcopi punitur.*

1541 *Legentes Talmud, & alios Hebræorum libros, in quibus errores continentur, quas pœnas incurrant.*

1542 *Lectio librorum Hebræorum, & Paganorum continentium errores, & impias propositiones, aut interdicta sub excommunicatione.*

1543 *Libri Hæresiarcharum, diuinatorij, incantatorum, veneficiorum, an omnes prohibiti sub pœna excommunicationis.*

1540 Ad 2. Resp. Qui libros aliâ de causâ prohibitos, legerit, habueritve, præter peccati mortalis reatum, Episcoporum arbitrio seuerè venit puniendus, vt patet ex Constitutione Pij IV. *die* 20. *Martij* 1564. incipien. *Dominici*, *fol.*803.

ADDITIO.

1541 Circa huiusmodi pœnas est aduertendum, quod legentes non solum Thalmud, sed etiam cæteros libros Hebræorum, in quibus tacitè, vel expressè continentur errores contra fidem Catholicam, incidunt in excommunicationem positam à Clemente VIII. *in sua Constit. edita Prid. Kal. Mar. anno* 1592. Quæ tamen excommunicatio non est reseruata, & ideo à quolibet legitimo confessario tolli potest.

1541 Quod spectat ad libros Hebræorum, & Paganorum, in quibus continentur impiæ, & hæreticæ propositiones, putat Merol. *tom.* 1. *theol. moral. disp.*1. *cap.*2. *n.*355. Legentes incidere in excommunicationem Indicis latam à Pio IV. contra legentes libros, aut scripta cuiuscumque Auctoris sint, ob hæresim, vel suspicionem falsi dogmatis damnata. Sed non rectè, quia, vt constat ex ipsa Constitutione Pij IV. Indici præfixa non disponit Pontifex de libris Paganorum, aut Hebræorum, sed tantum de libris Christianorum, quia disponit de libris in Indice recensitis. Deinde, quia in Gentilibus, aut Hebræis non possunt habere locum hæresis, aut suspicio falsi dogmatis, cum non habeant fidem, circa quam errare possint, aut falsò dogmatizare: vnde neque eorumdem libri possunt continere hæresim, aut suspicionem falsi dogmatis, nisi materialiter, qualiter continetur etiam in libris Catholicorum, qui referunt hæreses, & falsa dogmata. Libri autem, qui prohibentur ob hæresim, vel suspicionem falsi dogmatis, ideo prohibentur, quia continent formaliter, & in ordine ad inficiendum lectorem: quod non contingit in libris Paganorum, quia aut non docent ex sensu fidei catholicæ, nec habent fidem apud Catholicos, vt eos docere possint; aut si tradunt tanquam de sensu Catholicorum, traduut historialiter, non doctrinaliter, & falsitas, seu mendacium ipsorum deprehenditur.

1543 Idem tradit etiam de libris Hæresiarcha-

rum, cuiuſcunque materiæ ſint. De libris hæreticorum, de libris catholicè ſcriptis, quorum Auctores poſtea in hæreſim lapſi ſunt, nondum iuxta regulas Indicis approbatis. De libris Geomantiæ, Hydromantiæ, Aeromantiæ, Pyromantiæ, Onomantiæ, Chiromantiæ, Necromantiæ, Sortilegiorum, Veneficiorum, Auguriorum, Auſpiciorum, Incantationum artis Magicæ, quia hos libros putat prohiberi ob hæreſim, vel ſaltem ob falſi dogmatis ſuſpicionem. Quod etiam docent Duar. *in Bul. cœnæ lib. 2. quæſt. 34. num. 13. & ſequent.* Bonac. *diſp. 1. de cenſur. in part. quæſt. 2. pun. 4. num. 3. & ſequent.* Azor. *Loquens de libris Hæreticorum part. 1. lib. 8. cap. 16. quæſt. 5.* Sed horum opinio non congruit cum regulis Indicis, quando libri non continent hæreſim, vel falſi dogmatis ſuſpicionem; quod contingit, quando tractant materias non pertinentes ad religionem, nam in Regulis Indicis non prohibentur abſolutè, ſed ſolum donec examinentur, & approbari ab aliqua facultate theologica, aut ab vniuerſali Inquiſitione concedantur. Non ergo cenſentur prohibiti ob hæreſim, vel falſi dogmatis ſuſpicionem; quia ſi eſſent prohibiti, vt tales, non permitterentur ſubſequente approbatione, ſi quidē dum ſupponitur, quod poſſint approbari, ſupponitur etiam quod fieri poſſit, quod non contineant hæreſim, nec falſi dogmatis ſuſpicionem, & proinde non poſſunt eſſe determinatè prohibiti ob hæreſim, vel falſi dogmatis ſuſpicionem; in quo caſu ſolum locum haberet excommunicatio.

Si quis comperiretur habere libros prohibitos, an poſſet ſe defendere, quod retinuerit ad confutandum. Quæſt. III.

SVMMARIVM.

1544 *Habens apud ſe libros prohibitos, non poteſt ſe defendere, quod retineat ad confutandum.*
Vna præſumptio tollit aliam.
Præſumptio excluſiua delicti fortior eſt incluſiua.
1545 *Si non adſint præſumptiones in contrarium.*

1544 Ad 3. Reſp. Quòd non, quia eorum lectio pernicioſa, ac periculoſa eſt. Ita poſt alios tenet Pegna *in Directorio Inquiſitorum, part. 2. comment. 3. verſ. Tametſi.*

ADDITIO.

* 1545 Doctrina Auctoris locum habet, quando non adeſſent aliæ præſumptiones in contrarium. Vnde eſſet conſideranda qualitas perſonæ, exercitia, an ſit dedita ſtudijs, an ſcribat, an ei periculum immineret ex ipſius lectione, an fuiſſet conceſſa licentia legendi, & retinendi, ſi petijſſet. Quia cum vna præſumptio tollat aliam, *l. Diuus, ff. de in integrum reſtit. & l. Quidam teſtamento, ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. & cap. Tuam de ſponſalib. & cap. Afferre de præſump.* poſſunt concurrere tales præſumptiones ex parte perſonæ, quæ elidant præſumptionem ortam ex retentione libri. Præſertim, quia præſumptio excluſiua delicti fortior eſt incluſiua, & ipſam elidit, *l. Merito, ff. pro ſocio, & l. ſi defunctus C. arbitr. tut.* & notant Bar. *in l. Non ſolum, ff. Sed probari, ff. de noui oper. nunt.* Roman. *conſil. 68. num. 8.* Grammat. *conſil. 31. num. 11.* Bald. *in l. Quiſquis, num. 3. C. ſi vert. pet.* Farinac. *conſil. crimin. numer. 7.* Bertazzolus *conſil. 226. numero 5.*

Damnato Auctore, an opera ipſius poſtea compoſita cenſeantur damnata. Quæſtio IV.

SVMMARIVM.

1546 *Damnato Auctore, omnia, quæ ſcribit, cenſentur damnata.*
1547 *Quomodo id accipiendum.*

1546 Ad 4. Reſp. Ita ſanè, quia ſemel damnato Authore omnia ab eo ſcripta ſimul damnata cenſentur, vt tradit idem Pegna *vbi ſupra*, verſ. *Monendi tamen ſunt.*

ADDITIO.

1547 Damnato Auctore damnari omnes eius libros, etiam poſtea ſcriptos, tradunt communiter Doctores *in cap. Fraternitatis de hæreticis.* Neque enim Eccleſia recipit, quæ ab hæreticis ſcribuntur, vt habetur ex cap. *Sancta Romana, S. Cæterum*, *diſt. 15.* Quod tamen debet intelligi de libris, qui aut tractant de religione, aut de ijs, quæ religionem concernunt, quia Eccleſia de cæteris non curat, cum eius intentio ſit ſolum conſeruare ſuos fideles in fide ſana, religione ſincera, & honeſtis moribus. Vnde

in

in regulis Indicis permittit hæreticorum libros, qui de religione non tractant, si à Catholicis Theologis examinati, approbentur.

An prohibitio legendi libros hæreticorum de fide tractantes, &c. comprehendat etiam non impressos.

Quæst. V.

SVMMARIVM.

1548 *Manuscripta tractantia de religione ab hæreticis composita, comprehenduntur sub prohibitione.*

1549 *Opposita opinio, quia manuscripta non sunt libri.*

Causa finalis prohibitionis habet locum etiam in manuscriptis.

Dispositio extenditur ad casum, quando extenditur ratio finalis, etiam in materia stricta, etiamsi non adaptentur verba.

1548 Ad 5. Resp. Procul dubio, quia adhuc libri sunt, & in eis militat eadem ratio prohibitionis. Ita tenet Barthol. Vgolin. *in tract. de censur. Rom. Pontif. refer. part.* 2. *vers. Ac eorumdem libros, num.* 1. *vers. quarto*, & refert Farinac. *q.* 180. *n.* 30.

ADDITIO.

1549 In superioribus dictum est, sub excommunicatione Bullæ Cœnæ in legentes libros hæreticorum hæresim continentes, aut de religione tractantes, contineri etiam manuscripta, vt communiter tradunt. Dissentit ab hac communi doctrina Tamburin. *in Decal. lib.* 2. *cap.* 1. §. 7. *num.* 14. Quia manuscriptum etiam transcriptum à libro, non est propriè secundum communem vsum loquendi, liber. Et cum contra manuscripta prouisum sit per aliam prohibitionem positam in Indice per Pium IV. non sequitur elusio præcepti. Præsertim quia quando lex vult disponere etiam de manuscriptis, id explicat vt per Leonem X. *in Concilio Lateranensi*, vbi de impressione librorum *sess.* 10. & per Concil. Trident. *sess.* 4. *in fine.* vbi de impressione librorum sacrorum. Accedit etiam, quod impressa facilius communicantur, & ad omnium manus veniunt; vnde militat quòd ad ipsos specialis ratio prohibitionis. Verum, licet causa impulsiua prohibitionis sit specialior in libris impressis, quia facilius ad omnium manus perueniunt, causa tamen finalis est eiusdem, nempe periculum infectionis, & ideo locum habere debet eadem dispositio, *l. Illud, ff. ad leg. Aquil.* & *l. quædam*, §. *numularios, ff. de edendo*, & *l. Regula*, §. *cum quis, ff. de iur. & fac. ignoran.* vbi Bar. & *l. pater filium*, §. *fundum, ff. de leg.* 3. Et proinde facit quod dispositio extendatur ad casum etiam in stricta materia, qualis est præsens, etiamsi non adaptentur verba, vt notant Glos. & Doctores *in Clemen.* 1. *de elect.* Corneus *consil.* 273. *num.* 2. *vol.* 4. Et ideo dato, quod nomine libri non venirent manuscripta, cum tamen veniant, cum liber sit genus ad manuscripta, & impressa, ad hoc tamen ob identitatem rationis comprehenderentur sub dispositione Bullæ Cœnæ de libris hæreticorum. Nec obstat, quod Concil. Lateranense mentionem faciat specialiter de scriptura: quia, vt ex contextu patet, illam distinguit à libris, quatenus continet materiam non sufficientem pro libro, vt sunt folia volantia. Nec quod Trident. specialiter prohibeat communicationem librorum in scripto, quia per hoc non contradistinguit manuscripta à libris, sed communicationem manuscriptorum ab impressione, quæ quidem sunt actiones diuersæ.

An libri Catholicorum cum scholijs, aut adnotationibus hæreticorum prohibiti sint.

SVMMARIVM.

1550 *Libri Catholicorum cum scholijs, & adnotationibus hæreticorum, an prohibiti sint.*

1551 *Si scholia, aut adnotationes contineant hæresim &c. eadem est ratio ac de libris.*

1552 *Quid de libro ab hæretico simul, & catholico composito?*

Quod est commune cum alio, meum dici non potest.

In fauorabilibus tamen oppositum contingit.

Impertiens suam auctoritatem, facit sua quibus impertit.

1553 *Quid de libro composito ab aliqua communitate mixta ex hæreticis, & catholicis?*

Factum à maiori parte communiter cum alijs, est factum à communitate.

Vniuersitas qualiter laica, vel Ecclesiastica censenda sit.

Digitized by Google

1550 Ad 6. Resp. Quod eadem sententia tenenda est, ob identitatem rationis periculi. Ita aduertit Iacob. Graff. *lib.4. suarum decis. cap.* 18. *num.*43. de quo meminit Farinac. *vbi supra num.* 50. *in fine*,

ADDITIO.

1551 De scholijs, & adnotationibus hæreticorum ad libros Catholicorum, dictum est in superioribus, quod si contineant hæresim, eadem est ratio, ac de libris & proinde subsunt legentes excommunicationi Bullæ Cœnæ; quia stante eadem ratione finali, quæ militat in ipsis, attendenda est ipsa, & non à quo fiat denominatio libri, iuxta dict. *n.*1549. quia ratio finalis est anima legis, quæ ipsam facit viuere, vbicunque habet locum.

1552 Hinc resolui potest alia difficultas, quid scilicet sit dicendum de libro ab hæretico, & catholico simul composito. Merol. *tom.* 1. *Theol. moral. disp.*1. *cap.*2. *num.* 409. asserit, quod si lex prohibens libros hæreticorum sit odiosa, tunc iste liber non continebitur sub censura, quia non potest propriè dici liber hæretici, si tamen vterque ex æquo concurrunt ad componendum: secus autem si liber esset hæretici, & scholia catholici, nam tunc absolutè liber esset hæretici. Ratio est, quia quod est commune cum alio, propriè meum dici non potest, vt notant Glos. *in l. id quod, ff. de reg. iur. & in leg. pupillus. §. verbum suum, ff. de verbor. significat.* Alciat. *ibid.* Ias. *in l. serui electione, §. Labeo, n.*22. *ff. de leg.*1. Calderin. *consil.*243. *aliat* 22. *de præben.* Abbas *consil.*83. *par.*1. Franc. *in cap. cum in illis, n.*2. *de præben. in 6.* Tusch. *littera C. conclus.* 534. & *littera V. conclus.* 124. At si non sit odiosa, sed fauorabilis, comprehendetur, quia erit latè interpretanda, quia saltem secundum latam significationem potest dici liber hæretici. Et in fauorabilibus, res communis cum altero dicitur mea. Glos. *inl. id, quod nostrum, ff. de reg. iur.* Franc. Caldr. Tusch. *cit.* Suarez tamen *disp.*20. *de fide sect.*2. *num.*13. absolutè docet comprehendi sub prohibitione, quia liber reputatur tanquam Auctoris hæretici, quia malum ex quocunque defectu. Absolutè ergo tenendum est, quod si liber contineat hæresim, aut de religione tractet, tanquam liber hæretici censendus sit prohibitus sub excommunicatione in Bulla Cœnæ. Ratio est, quia reperitur in ipso tota, & adæquata ratio prohibitionis: ratio enim cur prohibeantur huiusmodi libri est, quia hæresim continent, aut tractant de religione, & habeant pro Auctore hæreticum; quæ omnia verificantur de hoc libro; qui, licet non si totus scriptus ab hæretico, habet tamen ipsum pro auctore, & proinde cum ipsi suam auctoritatem impertiat, suum facit, *l.* 1. *§. sed neque*, ver. *omnia, C. de veteri iure enucleando.* Quod præsertim locum habet, si ita confusum sit quod quisque contulit, vt non discernatur, quænam, sit pars Catholici, & pars hæretici. Si verò neque hæresim contineat, neque de religione tractet, eadem erit ratio, ac de huiusmodi libris hæreticorum, qui approbati iuxta regulam secundam Indicis permitti possunt.

1553 Idem dicendum esse, quando liber est compositus ab aliqua communitate, qualis esset Academia conflata ex hæreticis, & Catholicis, affirmat Suarez *disp.*20. *de fide, sect.* 2. *num.*13. Sed cum distinctione procedit Merol. *tom.*1. *Theol. moral. disp.*1. *cap.*2. *num.*411. Ait enim, quod si maior pars communitatis sit Catholica, librum non comprehendi sub prohibitione in Bulla Cœnæ; comprehendi verò, si maior pars sit hæretica, quia, quod factum est à maiori parte communitatis, dicitur factum totius communitatis, *l. quod maior, ff. ad municipale*, & proinde si maior pars sit hæretica, erit liber hæretici, & maior pars Catholica erit liber Catholici; sicut Vniuersitas est laica, vel Ecclesiastica, per Bar. *l. fin. num.* 14. *ff. de colleg. illic*, iuxta maiorem partem collegij. Addit verò, quod si catholici, & hæretici sint numero æquales, erit eadem ratio ac si liber sit compositus à catholico, & hæretico. Verum licet allata doctrina à Merol. locum habeat, quando communitas consideratur secundum se, aut vt aliquid faciens; diuersa tamen est ratio, quando consideratur factum communitatis secundum se, licet cum aliqua relatione ad communitatem; nam in hoc casu iudicandum est factum secundum sui naturam. Vnde supposito, quod liber hæresim contineat, aut de religione tractet, & in communitate à qua est compositus, sint aliqui hæretici, erit ille ipse, qui in Bulla Cœnæ sub excommunicatione prohibetur. Nam quò ad conditionem, quod sit liber hæretici, quæ forte videtur deficere, si hæretici sint minor pars communitatis, aut etiam æqualis, reuera non deficit, quia adhuc, hæretici habuerunt influxum in eius compositionem, quod sufficit ad verificandam conditionem, quia non prohibentur in Bulla Cœnæ, quia denominentur ab Auctore hæretico, nam libri hæreticorum permittuntur approbati, iuxta regulas Indicis; sed quia Auctor hæreticus influxit hæresim, aut tractatum de religione; quod verificatur in libro composito à communitate, etiamsi vnus tantum hæreticus in ea esset.

An suspicio hæresis ex retentione librorum hæreticorum procedat in hæredibus, præsertim stante negligentia perquirendi.

Quæst. VII.

SVMMARIVM.

1554 *Hæredes non fiunt suspecti de hæresi ob libros defuncti, si sint viri probi.*

Quid requiratur, vt retentio librorum hæreticalium reddat ſuſpectum de hæreſi.

1555 *Retentio librorum hæreticalium reddit ſuſpectum, ſi ſit in ordine ad lectionem.*

In hac materia multum deferendum arbitrio iudicis.

Indicia in hac materia non faciunt aliquem criminoſum.

1554 Ad 7. Reſp. Quod ſi hæredes, apud quos reperti eſsent libri hæreticales, eſſent viri probi, ſinceri, & nullatenus ſuſpecti de reatu hæreſis, & ignorabant apud eos eſſe libros hæreticales, ſuſpectio hæreſis ex retentione ſupradictorum librorum, non procedit, Menoch. *de arbitr. Iud. caſu* 379. *num.* 12. Rojas *ſingul.* 124. nam vt conſtituat quem ſuſpectum de hæreſi retentio huiuſmodi librorum hæreticalium, duo potiſſimum requiruntur, nempe ſcientia, & quod præfati libri ſint damnati pro hæreticis. Burlat. *conſ.* 304. *vol.* 4. Graff. *conſ.* 2. *de hæret.* Simanch. *de Cathol. Inſtit. tit.* 39. *num.* 19. Riccius *in ſua praxi rerum fori Eccleſiæ deciſ.* 1675. *n.* 5. & 6. Aduertant tamen hæredes, ad tollendam omnem ſuſpectionem, & ad omnes meliores fines, & effectus, ne contra eos ex retentione huiuſmodi librorum procedi poſſit, vt mortuo teſtatore inuentarium conficiant omnium librorum, & ad Ordinarium loci, ſeu Inquiſitorem deferant.

ADDITIO.

1555 Retentio librorum hæreticorum generat ſuſpicionem hæreſis, quando retinentur in ordine ad lectionem, vt eum pluribus tradit Simanc. *in Cath. Inſtit. tit.* 15. *num.* 5. & *in praxi de hæreſ. tit.* 39. *n.* 4. Vnde cum reperiuntur apud alicuius hæredes, non cauſabunt talem ſuſpicionem, quia non præſumuntur retineri in ordine ad lectionem, ſed tanquam aliquid in hæreditate, & proinde ſupponitur etiam ignorantia. Et cum in hac materia multum deferendum ſit arbitrio iudicis, vt ait Siman. *cit* erit habenda ratio qualitatis perſonarum, & temporum, & cæterarum circumſtantiarum. Vnde reiiciendi ſunt Archidiacon. *in cap. ſanè profertur*, 24. *quæſt.* & *in cap filij*, *de hæret. in* 6. Io. Andr. *ibid.* Roman. *ſingul.* 326. Hippol. Marſil. *conſil.* 52. *num.* 34. Carrer. *de hæret. num.* 125. dum volunt, quod libri hæretici apud aliquem reperti, eum declarent hæreticum. Nam indicia, coniecturæ & præſumptiones, quæ ex hoc capite oriri poſſunt, non faciunt aliquem criminoſum, iuxta cap. *litteras*, *de præſumpt.* & notant etiam Siman. *de Cathol. Inſtit. tit.* 38. *num.* 23. Pegna *in direct. par.* 2. *cap.* 4. *com.* 3. Azor. *par.* 1. *lib.* 8. *cap.* 18. *quæſt.* 10.

An Epiſcopi ſine Inquiſitore poſsint terminare cauſas ob retentionem librorum, qui non ſapiunt manifeſtam hæreſim.

Quæſt. VIII.

SVMMARIVM.

1556 *Epiſcopi ſoli terminare poſſunt cauſas retentionis librorum, qui non ſapiunt manifeſtam hæreſim.*

In dubio an libri ſint damnati ob hæreſim, &c. reus non eſt tractandus vt ſuſpectus de hæreſi &c.

1557 *Quorum librorum prohibitorum retentio cognoſcenda ab Inquiſitoribus.*

Audere ſupponit notam qualitatem prohibitionis.

Præſumptio importat dolum, & ſcientiam.

1556 Ad 8. Reſp. Quod ſic, per tex. *in cap. accuſatus, de hæret. in* 6. Abb. *in c. primo de ſortileg. num.* 4. verſ. *& aduertere*. Eymer. *in Directorio Inquiſ. qu.* 42, *nu.* 2. & ita cenſuit Sacra generalis Congregatio S. Rom. & vniuerſalis Inquiſitionis *ſub. die* 2. *Decembris anni* 1612. vt refert Fran. Leo *in ſuo Theſau. fori Eccl. in titul. de ſortileg. n.* 26. vbi etiam ait: Cauſas ſuperſtitionum, incantationum, veneficiorum, & blaſphemiarum, niſi ſapiant manifeſtè hæreſim, abſque Inquiſitorum interuentu Epiſcopi terminare poſſunt, ex dictis iuribus ſupra allegatis, & ex ſuppoſita poteſtate ſacræ Congregationis, quæ ita cenſuit *prima die Septemb.* 1612.

ADDITIO.

1557 Pro reſolutione huius difficultatis eſt attendenda diſtinctio librorum prohibitorum, quam ponit Pius IV. in ſua Conſtit. *Dominici gregis*, præfixa Indici, nempe librorum damnatorum ob hæreſim, aut falſi dogmatis ſuſpicionem: & librorum alia de cauſa damnatorum. Sub libris primi generis comprehenduntur etiam libri hæreticorum tractantes de religione, quia eò ipſo, quod Auctor libri eſt hæreticus, & tractat de religione, adeſt ſuſpicio falſi dogmatis. Quod ſpectat ad cauſas eo-

rum, apud quos reperiuntur libri prohibiti 1. generis, pertinent ad Inquisitores tum de iure veteri, quia crimen hæresis ad Inquisitores spectat, & proinde etiam cum ipso connexa, & per *Constitutionem* 2. *in Bullar.* Adriani VI. quæ incipit, *Dudum vt nobis* Tum etiam de iure nouo per dictam Constit. Pij IV in qua statuit, quod contra eum, apud quem libri damnati ob hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem, reperiuntur, procedi possit tanquam in suspectum de hæresi. Procedere autem in suspectos de hæresi, pertinet ad Inquisitores. Si verò libri sint secundi generis, hoc est ex alia causa prohibiti, tunc causa pertinet ad Episcopum sine Inquisitore, quia Pontifex in eadem Constit. decernit, quod seuere ij, apud quos huiusmodi libri reperti fuerint, ab Episcopis puniantur.

1558 Sed quid, si dubium sit, an libri sint damnati propter hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem? Resp. In tali casu pertinere ad Inquisitorem de qualitate librorum cognoscere, iuxta ea, quæ tradunt Abbas, *in cap. 1. num. 4. de sortileg.* Carrer. *in pract. tit. de hæres. num. 24. in fine.* Comensis *in Lucerna Inquisit.* verbo *Inquisitor. num. 29.* Pegna *par. 2. direct. com. 37. in fine.* Quia cum sint iudices in materia hæresis, pertinet etiam ad ipsos cognoscere, an libri hæresim contineant, aut suspicionem falsi dogmatis. Quare si libris examinatis non reperiantur damnati ob hæresim, vel suspicionem falsi dogmatis, debebit reum remittere ad Episcopum, iuxta cap. *accusatus* §. *sanè. de hæret. in 6.* vbi Glos. & Doctor. Est tamen aduertendum, quod, etiamsi iudicentur libri damnati ob hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem, non per hoc tamen reus tractandus erit tanquam de hæresi suspectus, sed solum tanquam retinens libros prohibitos: quia cum dubium sit, an fuerint damnati ex prædicto capite, non præsumitur in retinente scientia talis qualitatis librorum, vtpotè dubiæ, & ideo non verificatur de ipso dispositio Constitutionis Pij IV. quod audeat legere, vel habere, nam *audere*, supponit notam qualitatem prohibitionis, nam dicit temeritatem, & præsumptionem. Authen. *habita, C. ne fil. pro patre*, ver. *hac igitur*, ibi. *Vt nullus de cætero tam audax inueniatur, qui aliquam scholaribus iniuriam inferre præsumat.* & notat Glos. *in l. si quis in tantam, C. vnde vi.* Præsumptio autem importat dolum, atque adeo scientiam rei cum suis qualitatibus, vt tradunt Cardin. *in Clemen. I. quæst. 39. de priuileg.* D. Antonin. 3. *par. tit. 24. cap. 54.* ver. *quari* Syluester verbo *Excommunicatio, 7. num. 35.* Angel. verbo *excommunicatio, 5. num. 15.* Nauar. *cap. 27. Manual. num. 155.* & communiter. Vnde cum incerta fuerit qualitas librorum, ob quam erant prohibiti, non interueniet ausus in retinente contra prohibitionem.

ADDITIO.

Alia dubia circa libros prohibitos.

SVMMARIVM.

1559 *Finis prohibitionis librorum.*
1560 *Alij fines ab alijs recensiti.*
Odium hæreticorum, & exterminatio librorum an sit finis prohibitionis.
An etiam vitatio communicationis in eorumdem libris.
An vt desistant à scribendo.
1561 *Quacunque ignorantia etiam crassa, an excusat legentes libros prohibitos.*
In delictis quando pœna est corporalis, aut spiritualis, lata culpa non comparatur dolo.
1562 *Deficiente qualitate actionis prohibitæ, deficit etiam prohibitio.*
Idem est scire, & debere scire.
Legens libros prohibitos cum ignorantia culpabili, quo peccato peccet.
1563 *Iudæi prohibentur retinere libros continentes aliquid contra fidem Catholicam, &c.*
Infideles prohibentur retinere libros hæreticos, Talmudicos, aut alios Iudaicos damnatos.
1564 *Libri an necessario imprimendi cum nomine Auctoris.*
Nomen Collegij an sufficiat.
1565 *Concil. Trident. disponens quod nomen Auctoris apponatur libris impressis, procedit solum de libris de rebus sacris.*
1566 *An aliquando libri de rebus sacris imprimi possint sine nomine Auctoris.*
1567 *Regulares pro imprimendis libris indigent licentia suorum Superiorum.*
Dispositio Trident. in hac materia procedit solum de libris de rebus sacris.
1568 *Nomine rerum sacrarum in hac materia quanam contineantur.*
1569 *Prohibitio Tridentin. euulgandi scripta non approbata, quomodo accipienda, & quænam comprehendat.*
Dictio, Eos, restringit subsequentia ad nominata.
1570 *Quæ requiruntur pro libris imprimendis, an requirantur etiam pro alijs scripturis.*
1571 *An sufficiat quod libri imprimendi examinentur per Laicam auctoritatem.*
1572 *Non præfigens approbationem libro impresso an peccat.*
Quid de approbationibus, quas requirunt Laici.
1573 *Libri an imprimi possint cum nomine ficto.*
1574 *Addens aliqua libro approbato dum imprimitur, an violet Decretum Tridentin.*
Taciti, & expressi est idem iudicium.
1575 *Bibliopolæ an teneantur exhibere catalogum omnium librorum indicentibus Inquisitoribus.*
1576 *Vrbanus VIII. reuocauit licentias legendi libros prohibitos.*
1577 *Inquisitores an possint concedere licentiam legendi libros prohibitos.*
Dictio, nisi, omnia alia excludit.

Licen-

1558 *Licentiæ Magiſtri S. Palatij legendi libros prohibitos, valent extra diſtrictum Romæ.*

Licentiæ perſonales ſequuntur perſonam.

1559 Finem prohibitionis librorum eſſe, præcauere fidelibus ne in errores labantur, aut ne quò ad mores inficiantur, eſt certum apud omnes, & exprimitur à Pio IV. in procemio ſuæ Conſtitutionis, *Dominici gregis*, præfixæ Indici, ibi. *Tamen cum librorum ab hæreticis editorum lectio non modo ſimpliciores homines corrumpere ſoleat, verum ſæpe etiã doctos, eruditoſque in varios errores, & à veritate fidei Catholicæ alienas opiniones inducere; huic quoq; rei duximus eſſe prouidendum. Cum autem aptiſſimum ei malo remedium eſſe ſciremus, ſi componeretur atque ederetur Index, ſiue catalogus librorum, qui vel hæretici ſint, vel de hæretica prauitate ſuſpecti, vel certe moribus, & pietati, noceant; id negocium ad ſacram Tridentinam Synodum reiiceramus* Ex quibus conſtat, quod finis prohibendi libros, & prohibitorum Indicem texendi, atque ſucceſſiuè poſtea alios in eumdem Indicem referendi, fuit, prouidere, ne malis libris doctrina fidei inficeretur, & pietas, atque boni mores damnum, ex eorumdem lectura perciperent. Et ita notant Sanchez, *lib. 2. ſum. cap. 10. num. 51.* Palaus *par. 1. tract. 4. diſput. 2. punct. 10. §. 2, num. 9.*

1560 Difficultas autem eſt, an præter hunc finem adſit alius finis intentus à lege. Plures alios enumerat Tamburin. *in Decal. lib. 2. cap. 1. §. 7. n. 41.* Et primò, inter fines, ait eſſe contemptum hæreticorum ex exterminatione librorum ipſorum. Secundo, vitationem communicationis cum ipſis, etiam in eorum ſcriptis. Tertiò, vt deſiſtant à ſcribendo, dum vident ſuas lucubrationes à fidelibus non eſſe legendas. Quartò, vt ſeruetur debita reuerentia Decretis Pontificum, Conciliorum, & Inquiſitorum. Hæc tamen patiuntur ſuas difficultates. Nam quòd non intendat contemptum hæreticorum ex exterminatione librorum eorumdem, conſtat ex regulis Indicis, præſertim ſecunda, & quinta, in quibus permittuntur libri hæreticorum iuxta formam ibi præſcriptam approbati, & paſſim expurgati permittuntur. Et ex iiſdem regulis etiam manifeſtum fit, quod non habet locum ſecundus finis à Tamburino aſſignatus, nempe vitatio communicationis ipſorum, etiam in eorumdem ſcriptis cum ea permittat, ſi approbentur. Quod ſi non approbentur, non habet locum hic finis, ſed ſubintrat alius, de cauendo fidelibus à periculo. Neq; locum habet finis tertio loco aſſignatus, quia licet fideles non legant ipſorum libros, legunt tamen heretici, quod ipſis ſubminiſtrat ſufficiens motiuum ad ſcribendum. Deinde cum paſſim concedantur licentiæ legendi tales libros Catholicis, præſertim in Prouincijs, vbi ſunt hæretici; neque quo ad Catholicos ceſſat finis. Quod autem aſſignatur quarto loco, non poteſt habere rationem finis legis: nã vt debita reuerentia ſeruetur Decretis Pontificum, eſt quid commune omni legi, & ideo non eſt finis ad quem tanquam medium lex ordinetur, nam ex natura legis vt ſic exigitur.

1561 Secunda difficultas eſt, an legentes libros qui non prohibentur in Bulla Cœnæ, excuſentur, ne incidant in excommunicationem Indicis, à quacumque ignorantia etiam craſſa. Reſp. Excuſari. ita etiam Tamburin. *lib. 2. in Decal. c. 1. §. 7. num. 29.* & citati ſupra *num. 1499.* Quia dicta excommunicatio eſt impoſita contra audentes, ibi. *Legere habereue audeat,* & proinde ad contrahendam excommunicationem requiretur præſumptio, iuxta dicta ſupra *num. 1558.* & conſequenter ſcientia. Quando autem requiritur ſcientia; quælibet ignorantia excuſat à pœna excommunicationis, iuxta dicta ſupra, *num. 1287.* Si tamen ignorantia ſit affectata, & culpabilis, aut ſi non ſit de prohibitione, ſed ſolum de pœna excommunicationis, non excuſabit à peccato mortali. Quod autem locum non habeat excommunicatio ſtante quacunque ignorantia, præter Doctores citato *num.* allatos, tradunt etiam Nauar. *in ſum. diſp. cap. 27. num. 74.* Ledeſma *in ſum. cap. 3. de excommunicat, dub. vlt. dict. 3.* Suarez *diſp. 4. de cenſur. ſect. 10. num. 3.* Auila *de cenſur. par. 2. cap. 6. diſp. 10. dub. 6.* Molina *tract. 5. de iuſt. & iure, d ſp. 71 num. 13.* Curiel. *1. 2. quæſt. 76, ar. 4. dub. 4.* Merol. *tom. 1. theol. moral. diſp. 1. cap. 2, num. 232.* Nec obſtat, quod lata culpa comparetur dolo, quia hoc locum non habet vniuerſaliter, cum non valeat in delictis, præſertim quando pœna eſt corporalis, aut ſpiritualis, ex *l. in lege, ff. ad leg. Cornel. de ſicar.* & notant Gloſ. *in l. actionibus, ff. de in lit. iur.* & *in leg. quod Nerua, ff. depoſit.* Panorm. *in cap. Apoſtolicæ, num. 3. de cler. excom.* Guido Papa *deciſ. 446. num. 2* Farinac. *conſil. 1. crimin. num. 2. tom. 1.* Molina *de iuſt. & iure tom. 4. diſp. 21. num. 1.*

1562 Cum autem in Bulla cœnæ prohibeatur lectio librorum Hæreticorum hæreſim continentiũ, aut de religione tractantium, non quæcunque, ſed ſcienter facta, & in Bulla Indicis Pij IV. lectio temeraria, ſeu cum auſu, & proinde in vtroque caſu obiectum prohibitionis ſit lectio qualificata; deficiente qualitate lectionis prohibitæ, deficiet quoque prohibitio, cum deficiat in obiecto qualitas, ſub qua prohibetur: Si tamen ignorantia ſit culpabilis, cum idem ſit ſcire, & debere ſcire. *l. Quod te in fine, ff. de reb. cred.* & ex principio culpabili non proueniat, niſi actus culpabilis; idcirco tunc legens peccabit mortaliter, licet non directè contra prohibitionem, ſed diuerſo peccato, vt notat etiam Merol. *tom. 1. theol. moral. diſp. 1. cap. 2. nu. 323.* Quia in operando imprudenter procedit, & temerè, cum nolit dirigere ſuam operationem, ſecundum eam ſcientiam, ſecundum quam tenetur dirigere. Et in hoc ſenſu habet locum opinio Megal. *par. 3. Inſtit. lib. 3. cap. 1. num. 46.* Duard. *in Bul. cœnæ lib. 2, quæſt. 36. in fine.* Sanchez *liq. 9. de matrim. diſp. 32. n. 38.*

1563 Tertia difficultas, quid dicendum de infidelibus retinentibus libros hæreticorum, hæreſim continentes, aut de religione tractantes, ſicut etiam de Hebræis. Cum enim hi non ſit de gremio Eccleſiæ, non poſſunt excommunicari. Rurſus cum non ſubſint legibus Eccleſiæ; nec etiam afficientur prohibitione. Verum, quod ſpectat ad Iudæos, extat Conſtitutio Iulij III. *edita anno 1554.* quæ incipit. *Cum ſicut.* in qua ſub pœna pecuniaria, confiſcationis bonorum, & etiam vltimi ſupplicij prohibentur retinere

tinere libros, qui continent aliquid contra fidem Catholicam, aut blasphemias in Dominum, aut Christianam religionem. Et quo ad infideles, extat Constitutio Gregorij XIII. per quam ipsis prohibetur retinere libros hæreticos, vel Thalmudicos, aut alios Iudaicos quomodolibet damnatos, & ideo intra Regna, & Prouincias Christianorum puniri poterunt pœna arbitraria, vt cum alijs notat Farinac. *de hæresi, quæst.* 180. *n.* 10. & sequitur Merol. *tom.* 1. *theol. moral. disp.* 1. *cap.* 2. *num.* 414. *in fine*. Quia illæ pœnę, de quibus in Constit. Iulij III. non sunt determinatæ, sed exemplificatæ, vt scilicet adhiberi possint arbitrio iudicum.

1564 Quarta difficultas. An sit necessarium inscribere libro nomen Auctoris, quando imprimitur. Et absolutè affirmat Bonac. *disp.* 2. *de censur. in part. quæst.* 2. *pun. num.* 9. & proinde non esse tutos in conscientia, qui ementito nomine librum imprimũt. Addit tamen non improbabile esse, quod possit apponi nomen illius, qui in ius scriptoris succedit, siue titulo donationis, siue titulo hæreditatis, nam tunc videtur sufficere nomen illius, qui curat imprimi librum. Quod autem spectat ad Auctoris nomen inscribendum libro, existimat sufficere, si inscribatur nomen Collegij, Conuentus, Vniuersitatis, Ciuitatis; quia in hoc casu persona ficta habetur pro vera. ita *num.* 10. Et quo ad hoc idem tradunt Alter. *lib.* 1. *de censur. disp.* 2. *cap.* 8. *quæst.* 2. Azor. *par.* 1. *lib.* 8. *cap.* 17. *quæst.* 3. Thesaur. *in praxi, par.* 2. verbo *Libri, cap.* 5. Lezana *in sum.* verbo *Libri, numer.* 11: Vveims *ad Conflit.* 24. [*Concil. Trid. nn.* 12.

1565 Verum, cum dispositio apponendi nomen Auctoris libris, qui imprimuntur, habeatur ex Concil. Trident. *sess.* 4. *in Decreto de edit. & vsu sacrorum libr.* non est extendenda vltra libros, de quibus ibi disponit Concil. Disponit autem solum de libris de rebus sacris, vt notat etiam Tamburin. *lib.* 3. *in Decal. cap.* 1. §. 7. *num.* 49. & constat ex verbis dispositionis, quæ clarissima sunt. ibi. *Nullique liceat imprimere, vel imprimi facere quosuis libros de rebus sacris sine nomine Auctoris; neq; illos in futurũ vendere, aut etiam apud se retinere, nisi primum examinati, probatiq; fuerint ab Ordinario sub pœna anathematis, & pecuniæ in Canone Cõcilij nouissimi Lateranensis appositæ.* Vnde si libri tractent de aliqua alia materia, imprimi poterunt sine nomine Auctoris.

1566 Imò probabile existimo, quod etiamsi libri tractent de rebus sacris, imprimi possint sine nomine Auctoris, dummodo approbati sint ab ijs, ad quos spectat, & proinde Inquisitores concedere possint licentiam imprimendi sine nomine. Ratio est, quia finis, cur debeat inscribi nomen Auctoris est, vt, si casus occurrat, possit exigi ratio ab Auctore illius quod scripsit, vt notat Bonac. *num. præced. citat.* Et vt occurratur falsitati, fraudibus, & ijs omnibus, quæ quisque liberè proferre potest, si lateat ipse, vt Auctor, vt notat Vveims *ad Conflit.* 24. *Concil. Trident. n.* 12. Hoc autem totum habetur etiam si non inscribatur nomen Auctores, dummodo liber approbetur ab ijs, ad quos spectat, & Auctor se illis notificet, quia semper poterit ab ipso exigi ratio; & dum liber approbatur, occurritur falsitati, fraudibus, maledicentijs, &c. Et confir. Concil. Trident. *in cit. Decreto de edit. & vsu sacr. libr.* vbi decernit, quod libri impressi sine nomine Auctoris non possint vendi, aut retineri, nisi approbentur ab Ordinario. Ergo si approbentur, vendi, & retineri poterunt non obstante, quod desit nomen Auctoris; ergo dummodo approbentur, poterunt imprimi sine nomine Auctoris, quia solum prohibentur imprimi sine ipso, ne imprimantur etiam absque debita examinatione, & approbatione.

1567 Regulares autem vltra dictas approbationes, ex eodem decreto *sess.* 4. *Concil. Trident. de edit. sacror. libror.* obtinere debent licentiam à suis Superioribus, à quibus similiter recognosci debent libri iuxta formam suarum Constitutionum. Et quãuis Campanil. *in diuer. iur. Rubr.* 12. *cap.* 13. *num.* 4. Nouar. *in sum. Bul. tit. de impress. libr. num.* 2. Alter Nouar. *in Lucer. Regul.* verbo *Librorum impressio, num.* 1. Barbosa *de potest. Epis. alleg.* 90. *num.* 14. Hieronym. Rodriquez *in Compen. resol.* 89. doceant Præscriptionem Concil. Trident. procedere de omnibus libris: attamen ex verbis Concilij constat, quod ipsius dispositio procedit tantum quò ad libros de rebus sacris. ibi. *Nullique liceat imprimere, vel imprimi facere quosuis libros de rebus sacris &c.* & huic dispositioni quò ad Regulares addit, quod debeant impetrare licentiam à suis Superioribus. Vnde cum ampliatio non sit quò ad libros, sed quo ad licentiam, remanet dispositio quò ad libros in ijsdem terminis. Et ita etiam notat Bonac. *disp.* 2. *de censur. in par. quæst.* 2. *pun.* 16. *num.* 2

1568 Cum igitur hoc Decretum procedat solũ de libris tractantibus de rebus sacris, difficultas est, quid intelligatur nomine rerum sacrarum. Resp. Quod cum sacrum dicatur id, quod est Deo dedicatum, nomine rerum sacrarum venient ea omnia, siue res, siue actiones, quæ speciali modo spectant ad Deum, seu cultum ipsius: & proinde quæ concernunt hominem tanquam eleuatum ad finem supernaturalem. Vnde omnes ij libri, qui de his tractant, erunt libri de rebus sacris, siue tractent doctrinaliter, siue quocunque alio modo, quia Concilium dicit, quosuis libros de rebus sacris. dictio autem, *Quosuis*, tanquam vniuersalissima, complectitur libros de rebus sacris cuiuscunq; generis: & ideo non solum libri concernentes sacram Scripturam, theologici, agentes de ritibus Ecclesiæ, ministris, hierarchia, sed etiam historia sacra, casus conscientiæ; siquidem instruunt homines, vt eleuatos ad finem supernaturalem; quæ concernunt iurisdictionem spiritualem, ius canonicum, & alij huiusmodi, quorum argumentum sacrum dici possit. Ex quo fit, quod res sacræ magis extenduntur, quàm extendatur religio: & ideo hoc decretum Concilij habet ampliorem materiam, quàm habeat excommunicatio Bullæ cœnæ contra legentes libros hæreticorum tractantes de religione, nam non omnis liber tractans de rebus sacris, tractat etiam de religione, cum plures tractent de rebus sacris, & non de religione. Vt autem dicatur liber esse de rebus sacris, necesse est, quod ex professo de ipsis tractet, & nõ obiter, quia non dicitur liber esse de aliqua materia, nisi de ipsa ex professo tractet, sicut etiam dictũ est supra, cùm ageretur de libris tractãtibus de religione.

1569 Quinta difficultas. Cum in eodem *Decreto de editione, & vsu sacr. libror. sess.* 4. Concil. Tri-

Trident. prohibeatur euulgatio ſcriptorum, niſi antea probati ſint, ibi. *Qui autem ſcripto eos communicant, vel euulgant, niſi antea examinati, probatique fuerint, eiſdem pœnis ſubiaceant, quibus impreſſores.* Dubitatur, an comprehendat quamcumque communicationem, & quorumcumque ſcriptorum. Et non comprehendere niſi ea ſcripta, quæ ita completa ſunt, vt imprimi poſſint per modum libri: & proinde non comprehendere conciones, lectiones theologicas, priuatas orationes, adnotationes, obſeruationes, & alia huiuſmodi de rebus ſacris, tradunt Azor. *par.* 1. *lib.* 8. *cap.* 18. *quæſt.* 4. Vveims *ad Conſtit.* 24. *Concil. Trident. num.* 13. *in fine*. Galet. *in Margar.* verbo *Legere* 3. Riccius *deciſ.* 260. *num.* 6. *par.* 4. Alter. *de cenſur. lib.* 5. *diſp.* 2. *capit.* 8. *q.* 1. Filliuc. *tract.* 14. *cap.* 6. *quæſt.* 6. *num.* 83. Suarez *diſp.* 23. *de cenſur. ſect.* 7. *num.* 3. Bonac. *diſp.* 2. *de cenſur. in par. q.* 2. *pun.* 16. *num.* 12. ver. *Ex quo*. Machad. *de perfec. confeſſ. tom.* 1. *lib.* 1. *par.* 3. *tract.* 4. *docum.* 5. Quare eſt ſtatuenda regula generalis, quod præſens Decretum Concilij procedat tantum de libris ordinatis ad impreſſionem, vt colligitur tum ex verbis, tum ex fine prohibitionis; nam cum dicat, *Qui autem ſcripto eos communicant &c.* dictio enim, *eos*, eſt relatiua ad præcedentia, & reſtringit ſubſequentia ad nominata; vt notant Ruin. *conſil.* 99. *num.* 16. *vol.* 1. Corn. *conſil.* 9. *num.* 6. *in fine vol.* 1. Pariſ. *conſil.* 18. *num.* 32. *vol.* 2. Roland. *conſ.* 74. *n.* 54. *lib.* 3. Menoch. *conſil.* 200. *nu.* 30. Aretin. *conſ.* 175. *num.* 1. Vnde cum Concilium prius diſpoſuerit de libris tractantibus de rebus ſacris ordinatis ad impreſſionē, etiam in relatiua diſpoſitione ad priorem de ijſdem intelliget. Accedit, quod finis eſt obuiare fraudi, quæ poterat induci, nam libri, qui non poterant imprimi, poterant ſcripto vulgari, & ideo Concilium huic euulgationi obuiare voluit. Rurſus non loquitur Concilium de quacunque communicatione, ſed de illa, quæ fit per euulgationem, atque adeo, per quam liber de eſſe priuato tranſit ad eſſe publicum: euulgatio enim importat publicationem. Vnde ſi communicaretur liber aliquibus tātum amicis, ita vt non fieret publicus, non haberet locum diſpoſitio Concilij.

1570 Sexta difficultas. An quod dictum eſt de libris, locum habeat etiam de quibuſlibet ſcripturis, vt ſunt Conſultationes, Informationes, Sententiæ, Deciſiones, Concluſiones, & aliæ huiuſmodi. Et affirmatiuè reſoluendum eſt, vt notant Azor. *par.* 1. *lib.* 8. *cap.* 17. *q.* 2. Alter. *de cenſur. lib.* 5. *diſp.* 2. *c.* 8. *q.* 1. Filliuc. *tract.* 14. *cap.* 6. *q.* 6. *n.* 83. Bonac. *diſp.* 2. *de cenſur. in part. q.* 2. *pun.* 16. *num.* 11. Ratio eſt, quia Concil. Lateran. *ſub Leone X. ſeſſ.* 10. prohibens impreſſionem ſine approbationibus, non ſolum loquitur de libris, ſed etiam de quacunque alia ſcriptura; ibi. *Nullum librum aliquem, ſeu aliam quamcumque ſcripturam*. In hoc tamen attendenda eſt praxis, ſiquidem alicubi vſus obtinuit, quod aliquæ minores ſcripturæ, quæ minimè ſuſpectæ eſſe ſolent, vt ſunt Informationes, Conſultationes, & aliæ huiuſmodi, imprimantur abſq; alia licentia, ſcientibus, & permittentibus Ordinarijs, & Inquiſitoribus.

1571 Septima difficultas. An ſufficiat, quod libri imprimendi examinentur, & approbentur per Conſilium Regium, aut alios à laica poteſtate deputatos. Reſp. Nauar. *cap.* 27. *Manual. nu.* 147. Suarez *diſp.* 23. *de cenſur. ſect.* 7. *nu.* 1. Filliuc. *tract.* 14. *cap.* 6. *quæſtio* 2. Bonac. *diſp.* 2. *de cenſur. in part. quæſt.* 2. *pun.* 16. *num.* 6. Tamburin. *lib.* 2. *in Decal. cap.* 1. §. 7. *num.* 50. Sufficere, vbi adeſt conſuetudo, videntibus, & non contradicentibus Eccleſiaſticis. Quod tamen apud me difficultate non caret, quia Laici examinantes libros magis reſpiciunt ad res politicas, quàm ad bonos mores, & religionem, vnde non ſatisfit intentioni Concilij. Imo dato, quod libri iuſſu laicorum examinarentur à theologis, & in approbandis eorumdem conſilium ſequerentur, adhuc tamen deficit in ipſis iuriſdictio; quia cum agatur de approbatione in ordine ad doctrinam ſanam circa res fidei, & bonos mores, non poſſunt eam auctorizare, ſicut auctorizari debet antequam imprimatur. Rurſus, non videntur Eccleſiaſtici hoc poſſe tolerare, cum agatur de vſurpatione iuriſdictionis Eccleſiæ. Denique, non ſeruatur forma præſcripta in Decreto Concilij Tridentini, cum non imprimatur liber auctorizatus ea auctorizatione, quam requirit. Vnde hæc alijs conſideranda propono.

1572 Octaua difficultas. Cum in eodem Decreto præcipiatur, quod libro impreſſo præfigatur approbatio, an peccaret, qui nō prefigeret, dummodo tamen eam obtinuerit. Et quidem attento Concilij Decreto, non incideret in excommunicationem, quia non fertur contra non prefigentes talem approbationem, ſed ſolum contra imprimentes, aut imprimi facientes, aut euulgantes ſine approbatione. Rurſus, etiam vbi conſuetudo inualuit, vt quædam minores ſcripturæ, aut etiam minores libri imprimi ſoleant ſine præfixa approbatione, nullum eſſet peccatum illam omittere, quia praxis declarat, non eſſe neceſſariò præfigendam. Quod autem abſolutè illam omittere non ſit peccatum graue, affirmat Tamburin. *lib.* 2. *in Decal. cap.* 1. §. 7. *nu.* 51. Quia interuenit ſubſtantia rei præceptæ, nempe obtenta approbatio. Verum puto habendam eſſe rationem circumſtantiarum: nam ſi liber ſit talis, quod præſeferat fuiſſe approbatum, tunc locum haberet doctrina Tamburini, præſertim ſi in fronte libri imprimatur communis formula, (Superiorum permiſſu) aut ſimilis. Secus autem, eſſet peccatum graue, quia in re graui violaretur lex Eccleſiaſtica. Eſt enim res magni momenti, quod impreſſio rectè reguletur, vt vitentur damna, quæ ex malè regulatis prouenire poſſunt; pro recta autem regula neceſſarium eſt, vt conſtet, quod liber imprimatur cum debitis approbationibus. Rurſus, introduceretur conſuetudo, ex qua etiam facile obrepere poſſet, quod imprimerentur libri abſque approbationibus, & poſſet cæteris eſſe ſcandalum. Denique eſt aduertendum, quod quæ dicta ſunt, procedunt de approbationibus, quas requirit Concilium Trident. Nam de approbationibus, quas requirunt laici, alia eſt ratio, præſertim, quò ad Eccleſiaſticos, qui non ſubſunt legibus laicorum, ſed ſufficit, quod non imprimant aliquid contrarium bono cōmunitatis; vnde etiam ſi non obtineantur, non habet locum excommunicatio poſita à Concilio Tridentino; quia non loquitur de approbationibus laicorum. & ita notat etiā Bonac. *diſp.* 2. *de cenſur. in par. q.* 2. *pun.* 16. *n.* 6

1573 Nona difficultas, An cum iuxta Decretum Con-

Concilij Tridentini, libri non possint imprimi sine nomine Auctoris, sufficiat, quod ponatur nomen fictum, aut veri auctoris nomen, sed anagrámate inuersum. Negatiuè respondet Tamburin. *lib.* 2. *in Decal. c.* 1. §. 7. *nu.* 53. Quia est contra finem legis Concilij, siquidem adhuc nescitur verus Auctor, & proinde non adest, qui de libro rationem reddere possit. Nihilominus si iusta de causa nollet auctor proprium nomen exprimere, & aliàs exponeret librum examini, antequam imprimeretur, & obtineret facultatem, non video, quid obstet, nec quod contra finem Concilij fiat; nam in tantum exigit, nomen Auctoris libris inscribi, ne occultato nomine aditus pateat imprimendi, quæ non essent imprimenda; quod non contingit, quando prius liber examinatur, & obtinetur necessaria facultas; & cum Auctor librum censuræ suppoſuerit, fecit, quod in se erat, vt rectè in imprimendo procederet, nec tenetur reddere aliam rationem illius, quod scripsit, nisi, quod censuræ suppoſuit, & approbationem obtinuit.

1574 Decima difficultas. An qui obtinuit approbationem, & licentiam imprimendi, & dum liber imprimitur, aliqua addit, violet Decretum Concilij Tridentini. Cum distinctione respondent Bonac. *disp.* 2. *de censur. in particul. quæst.* 2. *pun.* 16. *nu.* 8. Tamburin. *lib.* 2. *in Decal. cap.* 1. §. 7. *nu.* 52. Quod si ea, quæ adduntur, sint tantæ quantitatis, aut tanti momenti, vt liber maiori ex parte constet ex additis, violari Decretum. Secus autem, non violari. Subnectit Tamburinus, quod si id, quod additur cognoscitur prohibitum, etiamsi non multas contineat lineas, cùm mala fide addatur, violabitur Decretum. Distinctius tamen videtur posse explicari. Vel enim id, quod additur, est accessorium ad id, quod approbatum est: vel non est accessorium. Si sit accessorium, vt si addantur noui Doctores pro opinionibus relatis, aliqua noua ratio, quæ tendat solum ad confirmandum, quod iam dictum est, maior explicatio doctrinæ iam approbatæ, aut quid simile, non violabitur Decretum, nec erit peccatum graue, quia cum sit idem iudicium de accessorio, & principali, hoc approbato, censetur etiam illud approbatum. Si verò non sit accessorium, videndum est, an possit præsumi ratihabitio, & quod sine difficultate approbaretur, si exhiberetur; aut non possit præsumi. Si potest præsumi, interuenit tacita approbatio ex præsumpta voluntate: vnde cum tacita, & expressa sit idem iudicium. *l. cum quid, ff. si cert. pet.* & *l. fin. C. qui bon. ced. poſſ.* habetur pro approbato. Vt tamen possit præsumi tacita ista approbatio, quod additur, debet esse tale, vt nullam pati possit difficultatem in ordine ad approbationẽ. Si verò non possit præsumi, violaretur Decretum, cuiuscunque quantitatis sit additio, quia imprimitur sine approbatione, cum neque expressa, neque tacita interueniat.

1575 Vndecima difficultas. An quando Inquisitores promulgant Edictum, vt Bibliopolæ deferant Cathalogum librorum, quos venales habent, teneantur deferre omnium librorum. Resp. Tamburin. *lib.* 2. *in Decal. cap.* 1. §. 7. *num.* 57. Solum obligari ad deferendos eos, qui alias non fuerunt delati, quia semel detulisse sufficit. Addit etiam, si certum sit, libros non esse ex vetitis, *in foro conſcientiæ* non obligari deferre, quia negligere deferre, quando certum est, libros non esse ex prohibitis, est res leuis momenti. Si tamen contingat ex libris antea delatis aliquem prohiberi, vrgere obligationem deferendi. Et concludit *num.* 59. quod excusabuntur à peccato mortali, si sint certi, libros non esse ex prohibitis, quia licet in edicto adhibeantur verba præceptiua, non inferunt obligationem grauem, cum materia sit leuis. Hæc tamen doctrina absolutè placere non potest: quia licet certum sit, aliquos libros non esse prohibitos, & etiam à prædecessoribus Inquisitoribus fuisse dimissos, fieri tamen potest, quod aliqui ex his libris non fuerint benè recogniti, & quod postea inueniantur continere aliqua, ob quæ non debeant permitti, quod vendantur, quod facilè contingere potest in libris impressis in illis locis, vbi non examinantur iuxta formam præscriptam, vt contingit in Germania, etiam quò ad Catholicos. Vnde non sufficit certò scire, quod libri prohibiti non sint; sed oporteret certò scire, quod nihil contineant, ratione cuius non sit omnibus eorumdem lectio concedenda: quod contingere non potest, nisi quò ad libros, qui per plures annos omnium manibus obuiam fuerunt, nec aliquam notam etiam apud priuatas personas meruerunt.

1576 Circa Constitutionem Vrbani supra relatam *num.* 1469. aduertendum est, quod idem etiam antea statuerunt Gregor. XV. *in sua Conſtit.* 40. *in Bullar.* quæ incipit, *Apoſtolatus officium.* In qua etiam reuocantur eodem modo omnes licentiæ legendi libros prohibitos, à quibuscunque & quomodocunq; concessæ. Excipit tamen Vrbanus licentias à seipso concessas vel per Breue, vel per chirographum propria manu signatum. Motiuum autem reuocandi dictas licentias respectu vtriusque Pontificis, fuit, quia dictæ licentiæ nimis excreuerant ad numerum excessiuum, & proinde tanquam Christianæ Reipublicæ damnosam tantam copiam licentiarum tollere decreuerunt, vt constat ex illis verbis Constitutionis Vrbani. *Sicut accepimus nimis, exceſſiua ſit huiuſmodi libros legendi licentiarum copia: Nos vt huic malo maturè occurratur, & in poſterum quam cautiſſimè licentiæ huiuſmodi concedantur, &c.* Stante enim hac excessiua copia harum licentiarum, & facilitate concedendi, perinde ferè erat, ac si libri non essent prohibiti, cum fere quisque legere posset libros, quos vellet, ex prohibitis, obtenta licentia.

1577 Stantibus autem his Constitutionibus, cõsurgit duodecima difficultas, An Episcopi, & Inquisitores concedere possint licentiam legendi libros prohibitos. Non procedit autẽ difficultas quò ad libros hæreticorum continentes hæresim, aut de religione tractantes, quia concedere talem facultatem est reseruatum Summò Pontifici ex *can.* 1. Bullæ Cœnæ: Sed de alijs libris. Et videtur affirmandum, sicut affirmat Tamburin. *lib.* 2. *in Decal. cap.* 1. §. 7. *num.* 19. loquendo de locis, vbi non est Hispanica Inquisitio, quia vbi est, ipsa habet priuilegia concedendi priuatiuè quò ad alios. Quia nimirum in dictis Constitutionibus reuocantur tantum licentiæ retinendi, & legendi libros prohibitos, non autem

facul-

facultates concedendi licentias, quæ ſunt quid longè diuerſum: vnde cum Epiſcopus ſit primus Inquiſitor in ſua Diœceſi, poterit concedere, ſicut etiã Inquiſitores, cum non conſtet eis ademptam fuiſſe talem facultatem. Verum oppoſitum tenendum eſt: quia licet reuocentur ſolæ licentiæ legendi, & retinendi libros prohibitos non autem facultas eas concedendi, quæ de iure communi competebat; in alio tamen §. earumdem Conſtitutionum eſt reſtricta talis facultas ad Congregationem S. Officij, ac ad alios deputandos in eadem S. Congregat. per Summum Pontificem, vt in Conſtitut. Vrbani ibi: *Neque de cætero ſimiles licentiæ, niſi à Congregatione S. Officij, dum ſingulis hebdomadis coram Nobis habetur, vel ab alijs per Nos etiam in eadem Congregatione ſpecialiter deputandis, concedantur.* Dictio enim, *niſi*, tanquam exceptiua, omnes alios excludit præter expreſſos, *l. Actione, C. de tranſact.* vbi Bart. Salicet. Iaſ. *num.* 3. Padil. *num.* 12. Dec. *num.* 5. cæterique Doctores. Berous *in cap. quod autem num.* 36. *de iurepatr.* Gomez *in cap.* 1. *nu.* 88. *de conſtit. in* 6. Surd. *deciſ.* 225. *num.* 19. Rota *deciſ.* 391. *num.* 14. *par.* 1. *recent.* & *deciſ.* 313. *num.* 13 *par.* 3. *recent.* De facto tamen huiuſmodi licentiæ conceduntur non ſolum à Congregatione Indicis, & à Magiſtro S. Palatij. Nec iuuat regula ſecunda Indicis, in qua datur Epiſcopis atque Inquiſitoribus ius examinandi, & approbandi libros hæreticorum, qui de religione non tractant: nam non poſſunt iubere, quod examinentur, niſi concedant licentiam legendi. Quia hi libri nondum ſunt prohibiti abſolutè, ſed admittunt examen, & ideo quò ad hos poterunt concedere facultatem legendi; ſed quod dictum eſt procedit de libris examinatis, & prohibitis. Sed quid ſi liber non ſit abſolutè prohibitus, ſed ſolum ſuſpenſus, aut ſolum prohibitus, donec corrigatur? Non poſſe Epiſcopos, & Inquiſitores concedere licentiam legendi, tradit Lezana *par.* 1. *ſum. cap.* 18. *num.* 96. quia dicta Conſtitutio habet dictionem, *quomodolibet*, quæ comprehendit omnem modum prohibitionis. Affirmat Peirin. *de priuileg. tom.* 2. *ad Conſtit.* 9. *Pauli V. n.* 10. *in fine*. Quia Conſtitutio loquitur de libris prohibitis, & dictio *quomodolibet*, exprimit quamcunq; cauſam ob quam ſint prohibiti, & proinde procedit de prohibitis ſimpliciter, quales non ſunt ſuſpenſi tantum, aut prohibiti donec corrigantur.

1578 Quod autem ſpectat ad licentias, quæ cõceduntur à Magiſtro S. Palatij. Tertiadecima difficultas eſt, an illam obtinentes vti poſſint extra diſtrictum vrbis Romæ. Et affirmatiuè reſoluendum eſt. Ita etiam Nald. *in ſum.* verbo *liber*, *num.* 6. quia huiuſmodi facultates, & licentiæ proſunt etiam extra diœceſim concedentis, vt notant Nauar. *conſil.* 15. *de priuil.* Azor *par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 25. *quæſt.* 6. Quia cum huiuſmodi licentiæ ſint perſonales, ſequuntur ipſam perſonam *l. in omnibus ff. de reg. iur.* & cap. *priuileg. de reg. iur. in* 6. & ideo extinguuntur ſolum cum perſona, ſi ſint indefinitæ, vel cum tempore, ſi ſint ad tempus determinatum. Ex quibus deduciiur contra Portel. verbo *libri prohibiti nu.* 4. Habentem licentiam ab Inquiſitoribus Luſitaniæ, poſſe legere in alio regno vbi ſunt prohibiti, vt tradunt Rodriquez *tom.* 3. *ſum. cap.* 250. *num.* 4. Hieronymus Rodriquez *in compen. reſol.* 91. *nu.* 2. Quia non requiritur in concedente alia iuriſdictio, niſi priuilegiatiua.

ADDITIO.

De defendentibus libros hæreticorum.

SVMMARIVM.

1579 *Defendentes libros hæreticorum incidunt in excommunicationem Bullæ Cœnæ.*

Etiam indirectè.

Dictio, quomodolibet, *complectitur omnem modum.*

1580 *Dicens ſe velle defendere libros hæreticorum an incidat in excommunicationem.*

1581 *Defenſio omnino occulta librorum hæreticorum, ita vt nemini nota ſit, ſiue verbo, ſiue ſcripto an comprehendatur ſub excommunicatione Bullæ Cœnæ.*

Dictio quomodocunque, *quos modos comprehendat.*

Occultè, & publicè, *quomodo ſumantur.*

1582 *Laudans librum hæretici an incidat in excõmunicationem Bullæ.*

1583 *Quid ſi abſolutè laudet.*

1584 *Laudent, quod eſt catholicum, & ſanam doctrinam, in libro hæretici, non incidit in excommunicationem Bullæ Cœnæ.*

1585 *Quid ſi laudet doctrinam nouam contentam in libro hæretici.*

1586 *Defendens diſputationis cauſa libros hæreticorum an incidat in excommunicationem Bul. Cœnæ*

1587 *Afferens noua motiua pro hæreſi, quæ confutat, an incidat in excommunicationem.*

1588 *Impediens, ne libri hæreticorum perueniant ad manus catholici, an incidat in excommunicationem Bullæ Cœnæ.*

1589 *Dicens quod aliquis liber hæretici non deberet comburi, aut prohiberi, an incidat in excommunicationem.*

1579 Quia actio defendendi libros hæreticorũ ſpectat ad materiam de libris prohibitis, ideo nonnullæ difficultates circa ipſam enodandæ ſunt. Quia autem defenſores librorum hæreticorum excommunicantur in *can.* 1. ibi, *ſeu quomodolibet defendentes quauis cauſa, publice, ſeu occulte, quouis ingenio vel colore*. Ideo cenſetur prohibita ſub excommunicatione quælibet defenſio, quæ retineat veram rationem defenſionis: qualis non eſſet defenſio ironica, quia hæc non eſt defenſio, ſed potius refutatio. Et quia adhibetur dictio, *quomodolibet*, prohibetur non ſolum directa, ſed etiam indirecta defenſio,

ſenſio, quia dictio *quomodolibet* complectitur omnem modum, quo defenſio contingere poteſt, vt obſeruant Io. Andr. *in cap. indemnitatibus, num. 2. de ſent. excommunicat. in 6.* Archidiacon. *ibid. n.4.* Hippolyt. *conſil.80. num.38.* Menoch. *de recuperat. poſſeſſ. remed.6. num.15.* Rota *deciſ.505. n.19. par.1. diuer.* Quia complectitur omnem modum excogitabilem, vt dixit Rota *deciſ.338. num.3. par.4. recent.*

1580 Circa hoc tamen dubitatur primo, An ſi quis dicat ſe velle defendere talem librum hæreticum, incidat in excommunicationem. Negant Vgolin. *par. 2. de cenſur. Papæ reſer. cap. 1.* verbo, *ac eorumdem libros quomodolibet &c. nu. 4.* Sanchez *lib.2. ſum. cap.10. num. 58.* Facundez *præcep. 1. Decal.lib.1. cap.14. num.42.* Trullench.*lib.1. in Decal. cap.3. dub.9. num.28.* Roccaſul. *par. 3. praxis lib.3. cap.8. §. de defendentibus, dub.2.* Leander *de cenſur. tract 3. diſp.1. quæſt.91.* niſi forte iam aggreſſus eſſet defenſionem, aut eſſet in procinctu. Quia velle facere aliquid non eſt illud facere, præſertim quando agitur de cenſura, quæ non imponitur niſi pro actu externo. Verum oppoſitum eſt tenendum, vt tenet etiam Palaus *par.1. tract.4. diſp. 2. punct. 10. §.2. num.14.* Quied. *2.2. controuer.12. nu.31.* Quia licet velle facere non ſit facere, in caſu tamen præſenti ex declarata voluntate faciendi reſultat, quod prohibetur, nempe indirecta defenſio: nam dum quis audit aliquem velle defendere librum, formare poteſt conceptum, quod ſit defendibilis, atque adeo talis loquutio conciliat libro aliquam auctoritatem, & ideo velle defendere non eſſet defendere directè, ſed indirectè. Si tamen nemo hoc audiret, non excommunicaretur, quia ex eius loquutione non reſultaret indirecta defenſio.

1581 Secundò dubitatur, An ſi quis loquens, aut ſcribens in defenſionem hæreticorum librorum, ita tamen vt nemo eſſet præſens, cui nota fieret loquutio aut ſcriptio, inciderit in hanc excommunicationem. Affirmant Vgolin. *de cenſuris Papæ reſeruat. cap.1.* verbo, *Ac eorumdem libros quomodolibet &c. num 2. ver.3.* Sanchez *lib.2. ſum. cap. 10. num.58.* Facundez *præcep.1. Decal. lib.1. cap.4. n.40* Laiman. *lib.2. theol. moral. tract.1. cap. 15. num.7.* Tolet. *lib.1. cap.19. num.9.* Sayr. *lib.3. cap.5. nu.17.* Trullench. *lib.1. in Decal. capit.3. dub.9. numer.28.* Roccaſul. *par.3. praxis lib.3. cap. 8. §. de defendentibus, dub.1.* Leander *de cenſur. tract.3. diſp.1.qu.90.* Quia canon habet dictiones, *quomodolibet*, & *occultè*. Verum hoc non videtur conuincere. Quia licet dictio, *quomodolibet*, comprehendat quemlibet modum, non excedit tamen ſubiectam materiam, & proinde ſolum modos eiuſdem ſpeciei, iuxta ea quæ tradunt Caſſador. *deciſ.7. num. 7. de appellat.* Syluan. *conſil.40. num.33.* Cephal. *conſil.44. n.76.* Rota *deciſ.107. par.1. diuer.* & ideo ſi canon procedat ſolum de defenſione, quæ fit cum effectu apud aliquem, comprehendet tantum omnem modum huius defenſionis, non autem defenſionem veluti in habitu. Rurſus dictio, *occultè*, cadit ſupra eamdem ſpeciem defenſionis, præſertim, quia ſumitur prout contradiſtinguitur à dictione, *publicè*, vt conſtat ex textu, ibi, *publicè, vel occultè*, & ideo ſicut publicum dicitur, quod ſit non ſolum palam, ſed etiã coram bona parte populi, vt notat Bertazzol. *de clauſ. inſtrum. clauſ. 34. gloſ.2. nu.17.* ita occultum dicitur, quod non ſit coram populo, licet coram aliquibus; & liber hæretici dicetur defendi publicè, ſi coram populo defendatur, occultè vero ſi defendatur tantum coram aliquibus. Itaque ſi canon accipiatur de defenſione, quæ fiat cum effectu coram aliquo, vt videtur accipiendus, cum ſit pœnalis, non incidet in excommunicationem, qui ſcripto, aut verbo defendet nemine ſciente.

1582 Tertiò dubitatur, An laudans librum hæretici incurrat hanc excommunicationem. Conueniunt Doctores, quod non incurrat excommunicationem, ſi ita laudet, vt laus cadat ſupra ſtylum, ingenium Auctoris, eloquentiam, aut ſupra aliquid aliud, ita vt non ſe extendat ad errores. Ita ſpecialiter Sanchez *lib. 2. ſum. cap. 10. num. 28.* Suarez *diſp.20. de fide, ſect.2. num.25.* Facundez *præcep.1. Decal. lib.1. cap.14. num.43.* Palaus *par. 1. tract. 4. diſp.2. pun. 10. §. 2. num. 14.* Quied. *2. 2. controuer.12. num.31.* Trullench. *lib.in Decal. cap.3. dub.9. num.28.* Roccaſul. *par.3. prax. lib.3. cap.8. §. de defendentib.* Tamburin. *lib.2. in Decal. c.1. §.7. n. 55.* Leander *de cenſur. tract.3. diſp.1. queſt. 95.* Quia hoc non eſt defendere librum hæretici, quia non laudatur ratione hæreſis, ob quam prohibetur defendi.

1583 Verum ſi abſolutè laudetur, & liber contineat errores, incurrere excommunicationem, aſſerit Leander *de cenſur. tract.3. diſp.1. q. 96.* Secus autem ſi tractet de religione, & contineat errores. nam primo modo eſſet ipſum defendere; ſecundo autem modo non eſt defenſio libri, vt habet pro auctore hæreticum, cum ſupponatur continere doctrinam veram. Sed etiam in abſoluta laudatione, attendendus eſt modus laudandi, quia ſi abſoluta laudatio tacitè ſaltem excluderet hæreſim, ſeu errores, nequaquam laudans incideret in excommunicationem, quia ſolum ratione errorum prohibentur defendi, & per conſequens laudari.

1584 Ex quibus conſequitur, quod ſi quis laudaret in libro hæretici errores continente, quod catholicum eſt, & eius doctrinam quatenus ſanam defenderet, non incideret in excommunicationem, vt notant Vgolin. *de cenſur Papæ reſer. par. 2. cap. 1. ver. Ac eorum quomodolibet defendentes, nu.2.* Sanchez *lib.2. ſum. cap.10. n.58.* Suarez *diſp.20. de fide ſect.2. n.25.* Facundez *præcep.1. Decal. lib.1. cap.14. n.43.* Trullench *lib.1. in Decal. c.3. dub.9. n.28.* Palaus *par.1. tract.4. diſp.2. pun.10. §.2. n.14.* Roccaſul. *par.3. praxis lib.3. cap.8. §. de defendent. dub.5.* Leander *de cenſur. tract.3. diſp.1. qu.94.* Quia hoc non eſt defendere libros hæreticorum, ſed defendere ſanam doctrinam. Libri enim hæreticorum prohibentur defendi, quatenus habent Auctorem hæreticum. Sana autem doctrina non habet hæreticum pro Auctore.

1585 Sed quid ſi Auctor libri hæreticus traderet doctrinam aliquam nouam, quæ tamen ſana eſſet, & conſonaret principijs fidei, & liber alias contineret errores? Reſp. Quod ſi talem doctrinam præciſè laudaret, non incurreret excommunicationem, quia non faceret actionem prohibitam in canone, quæ eſt defendere libros hæreticorum,

nam

nam non defenderet librum, sed quod bonum est in libro, laudaret: præsertim, quia non prohibentur defendi libri huiusmodi, nisi ratione errorum, qui in ipsis continentur.

1586 Quartò dubitatur. An qui disputationis causa defenderet libros hæreticorum, contraheret hanc excommunicationem. Affirmant communiter Vgolin. *de censur. Papæ reser. par. 2. cap. 1. ver. Ac eorum lib. quomod. defen. num. 4.* Viuald. *in candel. in Bul. Cœna excom. 1. num. 11.* Sanchez *lib. 2. sum. cap. 10. num. 58.* Trullench. *lib. 1. in Decal. c. 3. dub. 9. num. 28.* Roccaful. *par. 3. praxis lib. 3. cap. 8. §. de defendentibus, dub. 3.* Leander *de censuris, tr. 3. disp. 1. quæst. 92.* Attamen Facundez *præcep. 1. Decal. lib. 1. cap. 14. num. 41.* distinguit, & vult, quod incurrat excommunicationem, si appareat praua mens disputantis, secus autem si mens recta sit. Verum in hoc casu existimo, esse attendendum quò tendat defensio, quæ fit disputationis causa. Si enim tendat ad stabiliendos errores, & hanc effectum sortiri possit, siue mens praua sit, siue recta disputantis, incidet in excommunicationem, quia reuera suscipiet defensionem, quæ sit prohibita, prohibetur enim defensio, quæ apta sit sortiri effectum defensionis, qui est stabilire errorem defensum. At si defensio sit talis, vt ex se non tendat ad stabiliendos errores, sed in ordine ad inquirendam veritatem, aut ad ostendendam debilitatem motiuorum, quibus mouentur hæretici; non incidet in excommunicationem, quia hæc non est vera defensio, prohibetur autem sola vera defensio.

1587 Hinc autem consequitur, quod referens aliquam hæresim in ordine ad confutandum, non incideret in excommunicationem, si pro ea stabilienda noua argumenta proferret, aut nouas instantias contra solutiones, quæ à Catholicis afferuntur pro argumentis hæreticorum. Quia hoc pacto non stabiliretur hæresis, vt staret, sed vt magis rueret, & proinde non esset defendere, sed vti defensione in ordine ad ruinam. In canone autem prohibetur defensio, quæ fistit in defensione.

1588 Quinto dubitatur, an impediens, ne libri hæreticorum perueniant ad manus Inquisitorum, incidat in hanc excommunicationem. Resp. Iucidere, quouis modo impediat. Ita Vgolin. *pa. 2. de censur. Papæ reseruat. cap. 1. ver. ac eorum quomodolibet, &c.* Sanchez *lib. 2. sum. cap. 10. nu. 58.* Tolet. *lib. 1. sum. cap. 19. excommunicat. 1. Bul. Cœnæ n. 26.* Sayr. *lib. 3. de censur. cap. 5. num. 18.* Leander *de censur. tract. 3. disp. 1. quæst. 93.* Quia cum debeant exterminari, dum quis impedit, ne perueniant ad manus Inquisitorum, impedit exterminationem, quod est quædam eorumdem defensio. Quod etiam habet locum, si arte aliqua, aut indirectè id præstetur. Contra hoc tamen obijci potest, quod canon Bullæ videtur procedere, non de defensione, qua materialis liber defenditur, sed de defensione, qua defenduntur errores contenti in libro, cum liber materialis non sit capax offensionis, nec etiam est capax defensionis: & tunc solum censetur defendi, quando defenditur doctrina in ipso contenta. Si ergo canon accipiatur de hac defensione, non habebit locum excommunicatio. Verum Doctores accipiunt de quacunque defensione, qua manutenetur liber.

1589 Sextò dubitatur, An incidat in excommunicationem, qui dicit, quod aliquis ex his libris non debuisset prohiberi, non deberet comburi, quod sit vtilis, &c. Resp. affirmatiuè Facundez *præcep. 1. Decal. lib. 1. cap. 14. num. 39.* Trullench. *lib. 1. in Decal. cap. 3. dub. 9. num. 28.* Alterius *lib. 5. de censur. disp. 2. cap. 8.* Roccaful. *par. 3. prax. lib. 3. cat. 8. §. de defendent. dub. 1.* Leander *de censur. tract. 3. disp. 1. quæst. 93.* Limitanda est tamen hæc doctrina, vt non habeat locum, si hæc dicerentur in ordine ad sanam doctrinam, quæ in libro tontineretur, aut quia posset liber purgari, aut alias futurus esset vtilis. Quia in hoc casu non defenderetur liber, quatenus prohibetur defendi, cum solum ratione errorum prohibeatur defendi: & proinde non interueniret actio prohibita, & consequenter nec excommunicatio.

DECRETVM S. CONGREGAT.

DE NON LEVANDIS DEFVNCTORVM FVNERIBVS sine Parocho.

1590 *Licet in Sacro generali Lateranensi Concilio statutum, & ordinatum fuerit, vt Fratres Ordinum Mendicantium, cæterique Religiosi Regulares non possint intrare Parochias cum Cruce ad leuanda funera eorum, qui apud Ecclesias domorum, & locorum eorumdem suam elegerint sepulturam, nisi prius præmonito, & requisito, ac recusante parochiano presbytero, & tunc sine eius, & Ordinarij præiudicio. Significatum tamen est Sacræ Congregationi S.R.E. Cardinalium negotijs Episcoporum, & Regularium propositæ, nonnullos Fratres præsertim Ordinis Minorum de Obseruantia, cuiusdam consuetudinis prætextu, quam neque antiquitate vallari, neque obseruantia viridi inniti, neque pacifica, & non interrupta possessione firmatam esse constat, contendere sibi licere, defunctorum funera proprio eorum Parocho absente, eoque irrequisito, efferre & leuare; idque haud leues controuersias, & altercationes, aliquibus in locis, non sine populi scandalo, & DEI offensione excitasse. Ideo volens eadem Sacra Congregatio omnem eiusmodi dissensionum, & scandalorum materiam, & occasionem precidere; atque in futurum prouidere, vt tam Parochi, quàm Fratres ipsi, vnanimi inter se voluntate, & ea, quæ par est charitate, vltima hæc Christianæ pietatis officia defunctis præstent, declarat, & huius*

decreti

decreti tenore ſtatuit, prædictis Fratribus Ordinis Minorum de Obſeruantia, aliiſque quibuſuis Regularibus quorumquunque Ordinum, & Congregationum, tam Medicantium, quam non Mendicantium exiſtant, nullo modo licere; etiam ſpecialis alicuius conſuetudinis prætextu; parochias cum Cruce proceſſionaliter, aut alias ad efferenda, & leuanda defunctorum funera intrare, vel leuare, & efferre, niſi vocato, & expectato proprio defuncti Parocho, eoque ibidem præſente: ſi tamen ipſe aliter fieri non conſentiat, & permittat, vel niſi requiſitus, venire expreſſè omninò recuſet. Atque ita obſeruari mandat, & diſtrictè præcipit, firmis ceteroqui, & in robore permanentibus iis omnibus, quæ ſuper quarta funerum, & canonica portione, aliiſque iuribus, ad ſepulturas pertinentibus, à ſacris Canonibus, & Conciliorum decretis, Summorumque Pontificum conſtitutionibus hactenus ſancita, & ordinata ſunt, vel alias ex particulari conſuetudine, vel alio iure obſeruantur. Romæ die xij. Ianuarij. M. DC IIII.

Alex. Card. Floren.

Hieronymus Augucchius Secret.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1591 *Parochus tenetur proſequi funus vſq; ad Eccleſias Regularium, ſi ibi defunctus ſepelitur.*

Regulares an ire debeant ad leuandum defunctum quando non ſolent aſſociare funera.

1592 *Defunctus deferri poteſt e propria domo immediate ad Eccleſiam Regularium.*

Decernere viam, per quam ducendum ſit funus, ad quem ſpectet.

Determinare religioſos, qui aſſocient funus, & numerum, ſpectat ad hæredes.

1593 *Officium, Reſponſoria, &c. pertinent ad Regulares priuatiuè quo ad alios, quando defunctus ſepelitur in eorum Eccleſijs.*

1594 *Parochi an poſt declarationes S. Congreg. &c. potuerint præſcribere ius cantandi Pſalmos, &c. in Eccleſijs Regular. dum deferuntur defunctis.*

Quando ius reſiſtit, quid requiratur ad præſcriptionem.

Titulus ex iuris ignorantia non ſufficit ad præſcriptionem.

Titulus reprobatus non poteſt tribuere iuſtam cauſam præſcribendi.

Mala fides excludit præſcriptionem.

1595 *Decretum Auditoris Cam. Apoſtol.*

1591 Circa præſens Decretũ occurrit notandum, quod quando defunctus ſepelitur in Eccleſ. Regularium, tenetur Parochus proſequi funus vſque ad Eccleſiam Regularium. Ita S. Congregat. Epiſcop. & Regul. *in Brixienſi* 18. *Iun.* 1491. & *in Nicoteren.* 15. *Iunij* 1615. & ideo ſi renuat, cogendus erit per Epiſcopum. An autem Regulares, qui ex inſtituto habent non aſſociare funera defunctorum, debeant ire ad leuandum defunctum, quando ſepelitur in ipſorum Eccleſijs, negatiuè reſpondendum eſt, quia hoc non venit in conſequentiam ad ſepulturam, nec ex neceſſitate funeris, cui ſatis prouiſum eſt, cum debeat Parochus ipſum ducere vſque ad Eccleſias Regularium, & alias debeant ipſi Inſtitutum proprium ſeruare. Et ita declarauit S. Congregat. ad inſtantiam Procuratoris Generalis Patrum Diſcalceatorum S. Auguſtini ſub tenore ſequenti. *Auditis partibus, S. Congregatio iuxta alias reſoluta reſpondit. Corpora defunctorum, qui in Eccleſijs Regularium ſepulturam ſibi elegerunt, non eſſe prius ad Eccleſiam Parochialem deferenda, ſed Parochum teneri eadauera ſuorum Parochianorum leuare è loco vbi aſſeruantur, & aſſociare vſque ad portam Eccleſiæ Regularium, etiam ipſis Regularibus non aſſociantibus. Nec Parochos ſe ingerere poſſe in faciendo ſuper eiſdem eadaueribus Officium in Eccleſijs Regularium; ſed ad ipſos Regulares in propria Eccleſia ſpectare, & pertinere. Et ita in caſu propoſito ſeruari mandauit die* 16. *Iulij* 1641.

1592 Ex eodem autem Decreto S. Congregat. colligitur, quod poſſint eadauera defunctorum è proprijs domibus, vbi mortui ſunt, deferri ad Eccleſiam Regularium, in qua ſepeliendi ſunt, vt declarauit ſacra Congregatio Rituum *in Vmbriaticenſi* 25. *Februar.* 1606. & *in Pongn.* 21. *Maij* 1618. & *die* 14. *Februar.* 1639. vbi etiam ſtatuit, quod præſens Decretum omnimodè ſeruetur, donec conſuetudo immemorabilis in contrarium, ſi prætendatur, legitimè probetur: quod Decretum ſimul cum alijs obtinuit exequutionem ab Auditore Cameræ Apoſtolicæ, & ſub certis pœnis, omnibus, ad quos ſpectat obſeruantiam iniunxit. Attamen determinare viam, per quam funus ducendum ſit, niſi aliter à defuncto, aut hæredibus diſpoſitum ſit, pertinet ad Parochum, vt declarauit S. Epiſcop. & Regular. Congreg. *in Caſtellanat.* 3. *Ianuar.* 1594. Ad ipſum quoque ſpectat curare omnia, quæ ſpectant ad funus vſque ad ianuam Eccleſiæ Regularium, quia iuriſdictio ſupra defunctum durat, quouſque tranſeat in aliorum iuriſdictionem; non tranſit autem in iuriſdictionem Regularium, niſi quando peruenit ad ianuam Eccleſiæ, cum ipſorum iuriſdictio extra Eccleſiam non extendatur. Verum determinare religioſos, & numerum ipſorum ſpectat ad hæredes, vt determinauit S. Rituum Congregat. *die* 14. *Ianuarij* 1640. Cuius Decreti tenor eſt. *S. Rituum Congregat. iuxta alias reſoluta reſpondit, electionem, & numerum religioſorum pro aſſociandis eadueribus, ad libitum hæredum defunctorum ſpectare, & pertinere, & ita vbique ſeruari debere, declarauit die* 14. *Ianuarij* 1640. P. Cardinalis Creſcent. *Iulius Cincius Secretarius.* Quod decretum ſimiliter ſub pœnis determi-

terminatis exequutionem obtinuit ab Auditore Cameræ.

1593 Quando autem cadauer defuncti peruenit ad ianuas Ecclesiæ Regularium, quamuis possit Parochus ingredi, & ibi permanere, vt declaratur S. Congregat. *in Nicoteren.* 5. *Iulij* 1655. cessat tamen eius iurisdictio, & auctoritas, nec potest se intromittere in Officio, Psalmis, Responsorijs, aut alias preces, seu orationes psallere, aut recitare: sed hæc omnia pertinent ad Regulares Ecclesiæ priuatiuè quòd ad alios, non obstante quacunque consuetudine in contrarium, vt sæpius declarauit S. Congregat Episcop. & Regul *in Turritana* 24. *Nouemb.* 1617 & S. Rituum Congreg. *in Eugubina* 12. *Martij* 1612 & *die* 5. *Iulij* 1614. & *in Lixiensi* 23. *Martij* 1619. & *in Catanensi* Ciuit. *Plat.* 12. *Octob.* 1619. & *in Sulmonen.* 8. *Augus.* 1629. & *in Adrianensi* 18. *Februar.* & 2. *Martij eod. anno.* & nouissime 27. *Nouemb.* 1638. in hunc tenorem aliam declarationem edidit. *S. Rituum Congregatio iuxta alias resoluta, respondit, Officium super cadaueribus in Ecclesijs Regularium spectare, & pertinere ad ipsos Regulares, non autem ad Curatos defunctorum. Et ita imposterum seruari mandauit, non obstante contraria consuetudine, die* 27 *Nouemb.* 1638. C. Episcopus Portuensis Cardinalis Pius. *Iulius Cincius Secretar.* Quæ similiter declaratio inserta fuit in Decreto Auditoris Cameræ, à quo exequutionem obtinuit.

1594 Hic autem insurgit difficultas, an post dictas declarationes S. Congregat. & Decretum Auditoris Cameræ, potuerint Parochi præscribere ius cantandi Responsoria, Psalmos &c. super cadaueribus defunctorum, si permissi sint id facere. Pro quo est aduertendum, quod de præsenti non possunt allegare præscriptionem, quia cum eis ius resistat, necessaria esset quadragenaria præscriptio simul cum titulo, attenta etiam iuris communis dispositione, vt tradunt Glos. *in cap. Peruenit.* verbo *Census de censib.* vbi Panorm. *num.* 3. Balb. *de præscrip. par.* 5. *pun.* 1. *par.* 9. 7. *n.* 13. Rota *decis.* 76. *n.* 1. & *decis.* 97. *n.* 3. *par.* 1. *Recent.* Merlin. *decis.* 8. *n.* 2. nondum autem elapsi sunt anni 40. à Decreto Audit. Cameræ, & vltima Declaratione S. Congregat. Deficit etiam ex parte Parochorum titulus præscriptionis, quia sciunt, aut saltem deberent scire, quod hoc non pertinet ad ipsos, vnde solum ex iuris ignorantia posset oriri, & ideo non sufficit, vt norant Felin. *in cap. de quarta, n.* 35. vol. *Sed considera, de præscrip.* Alexan. *cons.* 44. *n.* 7. *lib.* 3. Rota *in Boicen. iuris coram Verospio*, apud Marchesan. *de commiss.* Imo cum titulus sit reprobatus, nullo vnquam tempore potest præbere iustam causam præscriptionis, vt considerat Surd. cum alijs *cons.* 276. *n.* 14. Denique cum ex dictis declarationibus S. Congregat. sciant, hoc ius non pertinere ad ipsos, sunt in mala fide, & ideo non possunt præscribere. cap. *Dudum de decimis.* Surd. *cons.* 276. *n.* 18. Honded *cons.* 82. *n.* 39. *lib.* 1. Merlin. *decis.* 585. *n.* 15. Decretum autem Auditoris Cameræ Apost. de quo supra, est infrascriptum.

1595 *VNiuersis, & singulis RR. DD. Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurarijs, Sacristis, Parochialium q; & Collegiatarum Ecclesiarum Rectoribus, seu Locumtenentibus eorum Plebanis, Viceplebanis, Curatis, vel non Curatis, cæterisq; Presbyteris, necnon Clericis, Notarijs, & Tabellionibus quibuscunq; illique, vel illis ad quem, vel ad quos, præsentes nostræ litteræ peruenerint, seu quomodolibet præsentabuntur, salutem in Domino, & nostris huiusmodi, imò verius Apostolicis firmiter obedire mandatis. Noueritis, ex parte, & ad instantiam RR. Fratrum S. Francisci Minoris, & strictioris Obseruantiæ, ac quorumcumq; eorumdem RR. Fratrum Conuentuum, in quibusuis mundi partibus existen. principalium instantium, decretum S. Congreg. Rituum de, & super declaratione quod officium super cadaueribus in Ecclesijs Regularium spectet ad ipsos Regulares ad supplicationem dictorum instantium emanatum sub die* 27. *Nouembris* 1638. *Nobis præsentatum fuisse sub infrascripto tenore, videlicet. S. Rituum Congreg iuxta alias resoluta respondit, officium super cadaueribus in Ecclesijs Regularium spectare, & pertinere ad ipsos Regulares, non autem ad Curatos defunctorũ, & ita in posterum seruari mandauit non obstante contraria consuetudine. Die* 27. *Nouemb.* 1638. *C. Episcopus Portuen. Cardinalis Pius, Iulius Cincius Secretarius. Loco † sigilli. Necnon pariter aliud decretum S. Congreg. Eminentiss. DD. Cardinalium negotijs Episcoporum præpositæ, ad supplicationes pariter eorumdem RR. instantium emanat. Die* 14. *Ianuarij* 1639. *de, & super eo, quod defunctorum cadauera sepelienda ab Aedibus defunctorum ad eorumdem Fratrum Ecclesias recto tramite deferri licitè, possint nobis præsentatum pariter fuisse, sub infrascripto tenore, videlicet. S. Congregatio Cardinalium negotijs Episcoporum, & Regularium præpositæ censuit defunctorum cadauera in Ecclesijs dictorum Fratrum sepelienda, ab Aedibus defunctorum ad eorũdem Fratrũ Ecclesias recto tramite deferri licitè posse, monito tamen prius, & requisito, ac expectato proprio defunctorum Parocho, à quo Benedictionem & vltimum vale recipere possint; quo venire expressè recusante, possint ijdem Fratres, etiam ipso inuito dicta Cadauera ad suas Ecclesias transportare. Consanguinei verò talium defunctorum illis parentare in Parochialibus, & alijs Presbyterorum etiam Cathedralibus Ecclesijs compelli nullo modo possint. Si quæ verò immemorabilis consuetudo in contrarium super præmissis existere prætendatur, legitimè probetur, interim præsens Decretum, ad vnguem seruetur, prout eadem S. Congregat. seruari mandauit. Romæ die* 14. *Ian.* 1639. *Cardinalis Antonius Barberinus, C. Euchinetius, Loco † sigilli. Necnon aliud Decretum Eminentiss. DD. Cardinalium S. Conc. Trid. Interpretum de, & super declaratione, quod quoties cadauera defunctorum, & alia quæ in huiusmodi ministerio adhiberi solent ab ipsismet Fratribus peragi debeant, ad instantiam eorumdemmet RR. Fratrum pariter editum die* 3. *Decembris* 1630. *Nobis præsentatum fuisse, sub infrascripto tenore, videlicet. Die* 3. *Decembris* 1639. *S. Congreg. Eminentiss. Cardinalium Conc. Trid. Interpretum, censuit, quoties cadauera defunctorum ad Ecclesias Fratrum Mendicantium deferuntur, Officia mortuorum, & reliqua quæ in huiusmodi ministerio adhiberi solent, non à Canonicis, neque à Clero, sed à Fratribus obiri, & peragi debere. I. B. Cardinalis Pamphilius, Franciscus Paulutius S. Congreg.*

Conc.

Conc. Secretarius. Loco † sigilli. Necnon aliud Decretum S. Congreg. Rituum sub die 14. Ianuarij 1640 ad supplicationem dictorum RR. instantium emanatum, sub eo, quod electio, & numerus Religiosorum pro associandis cadaueribus ad libitū haredum defunctorum spectet, Nobis præsentatum fuisse, sub infrascripto tenore, videlicet. S. Rituum Congreg. iuxta alias resolùta respondit, electionem, & numerum Religiosorum pro associandis cadaueribus, ad libitum haredum defunctorum spectare, & pertinere, & ita vbique seruari debere declarauit. Die 14. Ianuarij 1640. P. P. Cardinalis Crescentius, Iulius Cincius Secretarius, Locus † sigilli. POST quorum quidem præinsertorum Decretorum præsentationē ex parte, & ad instantiam dictorum RR. Fratrum instantium coram Nobis infrascripta die comparitum, & expositum extitisse, quod licet ex forma præinsertorum Decretorum Officia super cadaueribus in Ecclesijs ipsorum RR. Fratrum celebranda ad ipsos RR. Fratres spectent, & pertineant, non autem ad Curatos defunctorum; ac etiam pariter ij demmet RR. Fratres instantes possint, & valeant defunctorum cadauera in ipsorum Ecclesijs sepelienda ab adibi. defunctorum ad earumdem Fratrum Ecclesias recto tramite deferre, seruata ad hoc præinserti secundi Decreti forma. Ac etiam ex forma tertij Decreti præinserti, Officia mortuorum, & reliqua, quæ in huiusmodi ministerio adhiberi solent, non à Canonicis, neque à Clero, seu à Fratribus prædictis peragi debeant. Ac etiam ex forma quarti præinserti decreti, electio, & numerus Religiosorum pro associandis cadaueribus ad libitum haredum defunctorum spectet, & pertineat, præinsertaq; Decreta inuiolabiliter obseruari, debitaq; exequutioni absq; vlla contradictione in omnibus, & per omnia, ac iuxta eorum tenorem, & formam debeant: Tamen ad eorum aures deuenisse assertum extitit, quod nonnulli in exequutione præsentium nominan. & cognominan. nescitur quo iure ducti, qua ratione suffulti, iactarunt, & iactant se velle præfatos RR. instantes contra formam præinsertorum Decretorum, ac in eorum contemptum de, & super præmissis in partibus molestare, & inquietare, & forsan molestant: ideo ad Nos vti exequutorem eorundemmet Decretorum recursum habuerunt, vt de opportuno iuris remedio prouidere dignaremur. Nos igitur attendentes requisitionem huiusmodi fore iustam, rationiq; consonam, Vobis omnibus, & singulis supradictis, & vestrum cuilibet in solidum tenore præsentium committimus, & in virtute sanctæ obedientiæ stricte præcipiendo mandamus, quatenus statim visis, seu receptis præsentibus, & postquā vigore præsentium fueritis requisiti, seu alter vestrū fuerit requisitus ex parte Nostra, imò verius Apostolica authoritate, necnon ad omnem instantiam, quæ vobis omnibus, & singulis supradictis, & vestrum cuilibet fiet ex parte cuiuslibet Conuentus dictorum Fratrum, moneatis, & requiratis primo, secundo, tertio, & peremptorio termino, ac monitione canonica, prout Nos etiam monemus, & requirimus, omnes, & singulos prædictos, & in exequutione etiam nominan. & cognominan. tàm coniunctim, quàm diuisim, & alias omni meliori modo, quatenus infra sex dierum spatium, quorum duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos pro tertio vltimo, & peremptorio termino, ac monitione canonica assignamus, & vos assignetis eisdem sub mille ducatorum auri in auro R. Camerę Apostolicę applican. & pro illis mandati executiui, suspensionis à diuinis, priuationis beneficiorum, inhabilitatis ad illa, & alia imposterum obtinenda, ac in iuris subsidium, quatenus opus sit, excommunicationis, aliisq; Eccl. siasticis sententijs, censuris, & pœnis, si secus &c. debeant, & quilibet vestrum debeat, præinsertis Decretis in omnibus, & per omnia obtemperasse, dictaq; præinserta Decreta fore, & esse exequenda, debitæq; exequutioni demandanda, ipsosq; in iuris subsidium excommunicandos, & declarandos fore, & esse ob non paritionem illorum, ac nisi illis parueriut, declarari vidisse, ac de omnibus damnis, expensis, & interesse præmissorum occasione quomodolibet passis, & factis, & in futurum forsan faciendis, & patiendis, integrè satisfeciße, & in illis se condemnari vidisse; & quascumq; sententias etiam declaratorias, Decreta, seu mandata in præmissis necessaria, opportuna, aliaq. de iure quomodolibet requisita fieri, ferri, & decerni, & relaxari vidisse, & audiuisse ad fauorem præfatorum RR. instantium deducentium in præmissis omne ius, omneq; remedium prædicto, & omni alio meliori modo, sibi; ius, & iustitiam ministrari petentium, ac nobile officium Iudicis, & beneficium iuris implorantium non solum præmisso, verum etiam omni alio meliori modo &c. Et insuper inhibeatis eisdem, prout Nos tenore præsentium inhibemus, & inhibendo expresiè præcipimus, & mandamus, ne visis, & receptis præsentibus, sub pœnis, & censuris antedictis, audeant, seu præsumant, aut aliquis ipsorum audeat, seu præsumat quidquam contrà formam præinsertorum decretorum innouare, seu attentare, aut innouari facere, sub quouis prætextu, causa, ingenio, vel quæsito colore: quod si secus factum fuerit id totum reuocare, & in pristinum statum reducere curabimus iustitia mediante. Alioquin prædictos sic monitos si in præmissis se fore grauatos senserint, modo, & forma præmissis peremptorie citetis, & citari curetis; prout Nos etiam citamus eosdem quatenus decimaquinta die post præsentium exequutionem, si dies ipsa iuridica fuerit, alioquin primā die iuridicā ex tunc proxima immediatè sequente compareant Romę in iudicio legitimè coram Nobis, vel nostro in ciuilibus causis R. P. D. Locumtenente infrascripto, causam eorum grauaminis allegaturi, aliaquè dicturi, & facturi, prout iustitia suadebit, & ordo dictauerit rationis &c.

FINIS PRIMÆ PARTIS.

Digitized by Google

CONTROVERSIARVM INTER EPISCOPOS ET REGVLARES

LAVRETI DE FRANCHIS

PARS SECVNDA COMPLECTENS VARIAS QVAESTIONES.

An iure communi Monaſteria ſint ſubiecta Epiſcopo, in cuius Diœceſi ſunt conſtituta. Quæſtio I.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ omnes de iure communi ſpectant ad Epiſcopum loci.*
Antiquitus Monaſteria omnia erant ſub cura Epiſc.
2 *Epiſcopus habet iuriſdictionem vniuerſalem in totam Diœceſim.*
3 *Monaſteria noua non poſſunt ædificari ſine licentia Epiſcopi.*
4 *Monaſteria de iure ſpeciali ſunt exempta à iuriſdictione Epiſcopi.*
Monaſteria modo noſcuntur exempta.
Horum exemptio non eſt quid odioſum.
Regulares de iure communi in pluribus exempti.
Regularium exemptio eſt fauore publicæ vtilitatis.

1 RESP. Iure communi quaslibet Eccleſias alicubi conſtitutas ad Epiſcopum loci pertinere; & eo ipſo, quo ſunt in Diœceſi conſtitutæ, ad Epiſcopum pertinent, niſi probetur eas eſſe exemptas, cap. *cum venerabilis, de relig. domibus*, cap. *de Xenodochijs, eod. tit.* cap. *omnes Baſilicæ*, 16. *quæſt.* 7. can. *contra morem*, *diſt.* 100. & olim omnia Monaſteria erant in cura, & poteſtate Epiſcoporum, 18. *quæſt.* 2. *cap. Abbates*, & cap. *quia Monaſterium*, & d. cap. *cum venerabilis, de religioſis domibus*: & nihilominus Monaſterio præerat Abbas, immò Monachus magis erat Abbati ſubiectus, quàm Epiſcopo loci, teſte Gloſſa, & Panormitano *in cap. quàm ſit, de elect.* & *locis citatis*: quomodo etiam nunc multa ſacrarum Virginum Cœnobia cura, & auctoritate Epiſcoporum gubernantur, & in eis tamen vna Sanctimonialium cœteris præſidet.

ADDITIO AD QVAEST. I.

2 Idem habetur ex cap. *Si quis Epiſcoporũ*, 16. *quæſt.* 5. & cap. *Monaſteria* 18. *quæſt.* 2. Ratio eſt, quia Epiſcopus habet vniuerſalem iuriſdictionem ſpiritualem in totam Diœceſim, & ideo ei ſubſunt in ſpiritualibus omnia de Diœceſi. Intelligitur autem hæc ſubiectio quò ad iura Epiſcop. iuxta cap. *Conſtitut. de religioſ. domib.* Et quò ad obedientiam cap. *Cum non liceat, de præſcript.* Et ita notant Gloſ. *in cap. quanto*, verbo, *Prælati*, *de offic. Ordinar.* Nauar. *Com.* 2. *de Regular. n.* 63. *in cap. non dicatis.*

Digitized by Google

3 Hinc autem factum est, quod Monasteria noua ædificari non possunt sine licentia Episcopi, cap. *Quidam Monachorum*, & cap. *de Monachis*, 18. *quæst.* 2. & *cap. vn. de excessib. Prælat. in 6.* & in Concil. Trident. *cap.* 3. *de regular. sess.* 25. & ex Constit. Clemen. VIII *Quoniam ad institutum*, & Vrbani VIII. quæ incipit, *Romanus Pontifex*, sub die 28. *Augusti* 1624. & est 25 *inter Constit. huius Pontificis in Bull.* in qua innouat Decreta S. Congregat. circa hanc materiam edita *die* 17. *Augusti*. 1622. iussu Gregor. XV.

4 Verum quamuis Monasteria de iure communi, & veluti ex natura rei sint subiecta Episcopis, de iure tamen speciali obtinent plenam exemptionem, vt quò ad omnes fere Ordines religiosorum notorium est, vt inter alios notant Nauar. *com.* 2. *de Regular. num.* 63. ver. *Addo secundo*, Chochier *de iurisdict. Ordinar. in exemp. par.* 1. *quæst.* 17. *num.* 4. Imò ipsorum exemptio canonizatur in iure communi, cap. *Abbatibus* 18. *quæst.* 2. & cap. *cum dilecta, in fine. de confir. vt.* & cap. *cum dilectus de reiig. domib.* & alibi passim: & ideo cum sit canonizata à iure communi, facta est de iure communi. Imo nunc Monasteria Regularium nascuntur exempta, dum fundantur à personis omnimode exemptis, non solum quò ad personas, sed etiam quò ad omnia quæ pertinent ad ipsos, & præsertim quò ad Monasteria, quæ proinde ex vi fundationis remanent exempta; ex quo fit, quod non subtrahantur iurisdictioni Ordinariorum, cui nunquam subiecta fuerunt, sed imo ius superioris eidem subiectioni resistat: & eodem modo se habeant, ac si non essent in Diœcesi. Vnde est diuersa ratio de Monasterijs, quę aliquando subiecta fuerunt, & postea exempta sunt à iurisdictione Ordinarij, & de illis, quæ nunquam subiecta fuerunt, sed non sunt exempta, & rectius non subiecta; nam in illis, si quid detraheretur de exemptione, rediret res ad ius antiquum: secus autem in illis. Rursus, si illorum exemptio consideretur vt res odiosa, quia detrahit iuri communi, non potest vt quid odiosum considerari horum exemptio, cum sit primæua, & ex fundatione, nec detrahat Ordinario, quod de iure conuenit. Sicut non est odiosum, quod non subsint Ordinario, quæ specialiter sunt Summi Pontificis. Rursus cum de iure communi Monasteria & Regulares sint in pluribus exempti ab Ordinariorum iurisdictione, cap. *cum ordinem, de rescrip.* vbi Doctores, & cap. *ne Dei, de simonia* & cap. *Ex parte de decim.* & notant Io. Andr. in cap. 1. *de supplen. negligen. Prælat.* Abbas *in dict. cap. cum ordinem*, Felin. & alij *ibid.* & communiter cum Glos. *in dict. cap. cum ordinem*, & *in cap. recepimus, de priuileg.* atque huius iuris communis sit facta extensio ad omnes exemptos, tanquam eos, in quibus militat eadem ratio, dum facta est generalis, & plena, completum est ius commune in eo, in quo deficiebat in ordine ad exigentiam communis vtilitatis. Et ideo si semel aliqua exemptio introducta est in iure communi, introducta fuit ob bonum publicum, ad quod ordinari debent omnes, & singulæ leges. Cum ergo bonum publicum exegerit hanc exemptionem, exegit etiam completam, & consequenter fauore boni publici, est totalis introducta; vnde priuilegia, quibus est concessa, sunt veluti declarationes iuris communis, quo est primò introducta, & ideo reducuntur ad ius commune.

An Religiosorum Cœnobia Presbytero parochiali subessent in sacramentis suscipiendis? Quæst. II.

SVMMARIVM.

1 *Monasteria de iure antiquo subiecta Parocho, quo ad sacramenta.*
2 *Conc. Nicænum concedit Monachis sibi inuicem ministrare sacramentum pœnitentiæ & suis sepulturam.*
3 *Monachi diuersa communitas à populo Parochiæ.*
3 *Monasteria cur non subessent antiquitus Parocho quo ad sacramenta.*

1 Resp. Quod attinet ad iurisdictionem, & gubernationem, erant Episcopo subiecta, quod autem ad sacramenta, vero Presbytero parochiali, quando Regulares non erant Clerici, vt dicit Abbas *in cap. dilectus, num.* 17. *de Capel. Monach.* Nam iure communi, sicut omnes Ecclesiæ in Diœcesi constitutæ ad Episcopum pertinent, sic Parochus habet ius in totam Parochiam, vt sacramenta conferat omnibus his, qui in ea commorantur, 13. *quæst.* 1. & cap. *pastoralis, de ijs, quæ fiunt à Prælatis*: iure tamen nouo, & Romanorum Pontiff. beneficio, Religiosorum Cœnobia sunt ab Episcoporum potestate exempta, sicut etiam pleraque fœminarum Monasteria, quæ sunt in cura, & potestate Religiosorum. At verò iure communi, Religiosorum Cœnobia à Presbytero Parochiali, etiam in sacramentorum perceptione, libera sunt, quando Religiosi sunt sacerdotes. Nam *cap.* 1. 16. *quæst.* 1. Religiosi quidem prohibentur extra Monasterium sacramenta præbere: conceditur tamen eis, vt sibi inuicem intra Monasterium sacramenta ministrent. Consuetudo quoque probauit, vt Episcopus Sanctimonialibus suæ curæ subiectis, & Religiosis, nullum apud se Presbyterum habentibus, sacerdotem aliquem præficiat, qui eis sacramenta conferat, vt annotauit Abbas *loc. cit.*

A D-

Digitized by Google

ADDITIO AD QVAEST. II.

1 Verum quod habet Auctor difficultate non caret, quia antiquitus tempore Concilij Nicæni habebant Monachi, qui ſacramenta miniſtrarent; vnde in eod. Concil. ijs prohibitum fuit hæc externis miniſtrare, & ſolum permiſſum ſuis miniſtrare, aut fratribus aduenientibus, vt in cap. *Placuit 16. qu. 1.* vbi ita Concil. definit. *Quamobrem firmiter, & inſolubiliter omnes præcipimus, vt aliquis Monachus pœnitentiam nemini tribuat, vt iuſtum eſt; mortuum non ſepeliat, niſi Monachum in Monaſterio ſecum commorantem, vel ſi fortuito quemquam aduenientium fratrum ibi mori contigerit.* Ex quo patet, quod etiam ante Concil. Nicænum aderant inter Monachos, qui ſacramenta miniſtrarent.

3 Deinde licet Monachi eſſent ſubiecti Epiſcopo, habebant tamen ſuum ſpecialem Superiorem intra clauſtra, ſub cuius non ſolum temporali, ſed etiam ſpirituali regimine degebant, & conſtituebant communitatem diuerſam à populo Parochiæ, in qua erant, & hæ communitates cum ſuo capite erant immediatè ſubiectæ Epiſcopo. Et ideo quò ad ſacramenta non ſubdebantur Parocho, ſed potuiſſent recipere vel à ſuo Superiore, ſi fuiſſet ſacerdos; vel à ſacerdote ab ipſo deputando tanquam ab habente iuriſdictionem ſpiritualem ſupra ſuos Monachos; vel ſaltem ab Epiſcopo, tanquam pro alia communitate ſegregata à plebe Parochiæ, quod etiam de præſenti contingit in Monialibus, quarum Monaſteria, licet ſita ſint in aliqua Parochia, non tamen ſubduntur Parocho quò ad ſacramenta. Et ideo non ex eo, quod Parochus ius habeat in totam Parochiam, ſequitur, quod habeat ius in Monaſteria, quia textus de hoc loquentes intelliguntur de parochia, vt dicit vniuerſitatem populi, non autem de ijs, qui conſtituunt diuerſam communitatem.

An Monachorum nomine in Iure Canonico veniant omnes Religioſi. Quæſtio III.

SVMMARIVM.

1 *Monachorum nomine quando veniant omnes religioſi.*
2 *Abbatis nomine quando veniat omnis Prælatus Ordinarius Monaſterij.*
2 *Monachorũ appellatione veniunt omnes religioſi ſtante identitate rationis.*
3 *Abbas quando veniat nomine Monachorum.*
3 *Verba accipienda ſecundum ſubiectam materiam*

1 Reſp. Quod Abbas in *cap. ex parte, de poſtulando*, dicit, Conſtitutionem Pontificiam, ſiue Canonicam aliquid de Religioſis ſtatuentem, licet de Monachis ea loquatur, ad omnes Religioſos trahi, niſi aliqua ſpecialis ratio diuerſitatis appareat. Vnde appellatione Monachi, omnis Religioſus accipitur, niſi lex alioqui diſtinguat. Nomine item Abbatis venire ſolet omnis Ordinarius Religioſorum Collegio Præfectus: Abbatiſſæ autem nomine, omnis fœmina Sanctimonialium domicilio Præfecta. Appellatione Monaſterij, omnis Religioſorum ſimul in commune habitantium, Domus, ſiue Collegium, niſi quid diſcriminis manifeſtè conſtiterit.

ADDITIO AD QVAEST. III.

2 Idem tradunt Felin. *in cap. Non dubium, num. 2. de ſent. excommunicat.* Feder. de Senis *conſil. 25. num. 2.* ver. *nec conſtare.* Tuſch. *litera M. concluſ. 311. num. 4.* Signorol. *conſil. 148. init.* Nauar. *cap. 27. Manual. num. 79.* & alij, qui tamen debent intelligi quando adeſt identitas rationis, quia hæc ſola facit, quod diſpoſitum in vno cenſeatur diſpoſitum in alio. *l. bis ſolis* ver. *ſatis etiam cautè, C. de reuocan. donat.* & *l. illud, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & notant communiter Doctores. Et econtra, vbi eſt diuerſa ratio, ibi eſt etiam diuerſa iuris diſpoſitio, *l. inter ſtipulantem, §. ſacram. ff. de verbor. obligat.* & *l. fin. ff. de ritu nupt.* & *l. ſi ita ff. de manumiſſ. teſt.* Quod etiam indicat tex. cap. *Quod Dei timorem, de ſtatu Monachor.* ibi. *Licet autem in Lateranenſi Concil. de Monachis caueatur, ne ſinguli per villas, & oppida per quaſcumque Parochiales ponantur Eccleſias, &c. Quia tamen iſtud de Canonicis regularibus ſpecialiter non cauetur, qui etſi à ſanctorum Monachorum conſortio non putentur ſeiuncti; regulæ tamen inſeruiunt laxiori.* Alioquin diſpoſita in fauorem Monachorum circa ſpeciale ipſorum inſtitutum deſtruerent inſtitutum Mendicantium, qui vitæ actiuæ operam dant. Quod non eſt dicendum.

3 Quod Monachorum appellatione veniat Abbas, tradunt Bar. *in l. 4. ff. de ſtipul. ſeru.* Abbas *in cap. fin. num. 2. de priuileg.* Felin. *init.* Franc. *in capit. ſæpe not. 6. de ſtatu Monachor. in 6.* Io. Andr. *in proœm. Decret. init.* Roman. *conſil. 259.* Hippolyt. *conſil. 9. num. 2.* & alij. Abbas tamen, & Felin. citati hoc limitant, vt non habeat locum in materia odioſa. Cæterum hoc quoque intelligendum eſt ſtante identitate rationis, ob rationem allatam *num. præced.* Et etiam iuxta ſubiectam materiam, quia cum non omnia, quæ congruunt membris, poſſint etiam congruere capiti, non omnis diſpoſitio, quæ ſit de membris, poteſt etiam eſſe de capite

& ideo veniet Abbas nomine Monachorum, quò ad ea, quæ habet communia cum Monachis, non quò ad sibi specialia, aut quò ad ea, quæ his contrariantur. Et hoc pacto verba accipientur secundum subiectam materiam, cap. *solitæ de maiorit. & obed.* & cap. *constitutus, de relig. domib.* & *l. vbi ita donatur. ff. de donat. cau. mor.* quia accipientur de Abbate, quatenus Monachus est.

Circa grauamina Religiosis à Prælatis illata, ob quæ fuerunt ab ipsorum Iurisdictione exempti. Quæstio IV.

SVMMARIVM.

1 *Grauamina illata religiosis à Prælatis, & in corpore iuris inserta.*
2 *Dicta grauamina sublata sunt de iure communi.*
3 *Inferentes grauamen Regularibus exemptis, inferunt Sedi Apostolicæ.*
Exercentes iurisdictionem in exemptos vsurpant iura Sedis Apostolicæ.

Ex cap. *nimis praua, de excess. Prælat.*

1 Plerique tam Ecclesiarum Prælati, quàm alij, viros Religiosos ad synodos suas accedere, ac suis Constitutionibus subiacere compellebant.

Capitula, & scrutinia in locis fratrum pro his corrigendis facturos se comminantes, fidelitatem iuramento firmatam ab eorum Ministris & Custodibus exigebant.

Ipsis, vt tàm extra Ciuitates, quàm intra, cum eis processionaliter venirent ex leui causa mandabant.

Excommunicationis sententiam pronunciabant in ipsorum benefactores, id ipsum fratribus comminantes.

Ne fratres ad honorabiliores Ciuitates, & Villas, vbi religiosè, ac honestè possent commorari, à populis deuotè vocati, accederent, inhibentes; Tam in accedentes fratres, quam in receptatores ipsorum, excommunicationis sententiam fulminabant.

Ab ipsis de hortorum fructibus decimas, nec non de habitaculis fratrum, sicut de Iudæorum domibus, extorquebant.

Eos de locis, in quibus Deo seruiebant, amouere conabantur.

Nonnulli statuta faciebant, per quæ derogabant priuilegijs exemptorum, vt ipsos suæ subderent totaliter ditioni, eisdem ministros, & custodes, volebant præficere pro suæ arbitrio voluntatis.

Et generaliter quàmplures Prælati Religiosis præsertim exemptis, & priuilegiatis, in rebus, & personis suis, ac iuribus spiritualibus, & temporalibus, contra iustitiam, & eorum priuilegia graues inferebant iniurias, & iacturas.

Ex cap. *nimis iniqua de excess. Prælat.*

Volebant contra ipsorum Regulam, à Sede Apostolica approbatam, & Ordinis instituta, ipsorum Confessiones audire, ac eis iniungere pœnitentias, & Eucharistiam exhibere.

Nolebant, vt Corpus Christi in eorum oratorijs reseruaretur.

Fratres ipsorum defunctos apud Ecclesias suas sepeliri, & eorum exequias celebrari, compellebant.

Si quis decedentium fratrum alibi, quàm in suis Ecclesijs elegisset sepulturam, funus prius ad Ecclesias suas deferri cogebant, vt oblatio suis vsibus cederet.

Nec sustinentes, eos habere campanam, & cœmeterium benedictum, certis horarum temporibus permittebant ipsos celebrare diuina.

Volebant in eorum domibus certum numerum fratrum, sacerdotum, clericorum, & laicorum, nec non cereorum, lampadarum, & ornamentorum, pro sua voluntate taxare, residuum cereorum quando nouiter apponebantur, ab ipsis exigentes.

Nec permittebant, quòd noui sacerdotes eorum, alibi, quàm in suis Ecclesijs primas missas celebrarent, eos nihilominus cogentes, vt in quotidianis missis, quas in suis locis, & altaribus celebrabant, oblationes ad opus eorum reciperent, & reseruarent.

Quidquid eis inter missarum solemnia, intra domorum suarum ambitum, pia fidelium deuotione donabatur, ab ipsis extorquere, oblationis nomine, contendebant.

Ex Clementina, quæ incipit, *Frequens, & assidua, de excess. Prælat.*

Viros Religiosos, etiam exemptos, capiebant, & carcerabant, etiam in casibus non concessis à iure.

Per

Per grauium interminationem pœnarum impediebant, ne debentes exemptis decimas, seu redditus illos soluerent. eisdem, neue aliqui missas eorum audirent.

Contra molentes in molendinis monachorum, & coquentes in furnis eorum, seruientes quoque, & vasallos, & domesticos eorundem, vel alios qualitercunque contrahentes, & participantes cum ipsis, suspendebant, interdicebant, & excommunicabant, absque causa rationabili pro libito voluntatis.

Appellationibus, quas prædicti exempti, ob præfata, vel alia grauamina rationabiliter interponebant, quandoque minime deferentes, appellantes occasione appellationum huiusmodi interdum capi, & carceri mancipari præcipiebant.

Capellanos in Ecclesijs pleno iure spectantibus ad eosdem (licet nulla causa subesset legitima) celebrare non sinebant, nec ministrare Parochianis Ecclesiastica sacramenta.

Contra Abbates, monachos, & conuersos exemptos, nec non & clericos ipsis pleno iure subiectos, eis non parentes, in quibus non tenebantur, inconsulta facilitate, in carceribus detentos, suspensionis, & excommunicationis sententiam proferebant; loca, & Ecclesias ipsorum interdicentes.

In exigendo ab ipsis exemptis, eorumque subditis subsidia charitatis, nimium contra eos excedebant; insolitas, ac indebitas, ipsis contra iura, exactiones, imponentes.

Ecclesijs vacantibus, in quibus monasteria ius obtinebant patronatus (repulsis personis idoneis ad eas præsentatis) personas inhabiles instituebant, & indignas.

Processus iustè factos, seu sententias iustè latas, à delegatis Sedi Apost. vel à conseruatoribus pro exemptis, publicari, seu exequutioni demandari, à suis subditis non permittebant.

Tabellionibus publicis, ne instrumenta conficerent, inhibebant, & iudicibus ne iustitiam redderent, & iurisperitis, ne consilium, vel auxilium præberent in causis, seu negotijs ipsorum.

Nouos census, & indebita onera, parochialibus imponebant Ecclesijs, in quibus exempti ius obtinebant patronatus.

Ecclesias curam animarum habentes, ad mensam Abbatum spectantes, quarum fructus clericis sæcularibus quandoque ad firmam concedebant, ipsis decedentibus, suis clericis conferebant, quamuis Ecclesiæ in rei veritate non vacarent.

In Ecclesijs monachorum iura ipsorum sibi iniustè appropriantes, equos, boues, thesaurum, & alia bona Monasteriorum mobilia, & immobilia, illicitè occupantes; de ipsorum reditibus pro libito voluntatis ordinabant, ita vt rectoribus ipsarum non remaneret, vnde possent sustentari.

Quandoque cum armis, & vexillo erecto, molendina, & alia exemptorum bona, contra iustitiam destruebant, quæ etiam tanto tempore possederant, quòd de contrario memoria non existeret.

Frequenter mittebant ad Monasteria suarum Ciuitatum, & Diœcesium, suos consanguineos, nepotes, & interdum animalia sua, cum custodibus, vt eis de bonis Monasteriorum prouideretur.

Abbates, & Priores Monasteriorum sæpissimè compellebant, vt suis consanguineis, & nepotibus, Monasteriorum suorum, & Prioratuum possessiones concederent in perpetuum, vel ad tempus.

Permittebant etiam, & tacitè consentiebant, quòd in suo dominio temporali, per milites, vasallos, & ipsorum temporales officiales, Monasteriorum bona mobilia, & immobilia per violentiam occuparentur, in casibus non permissis à iure; varias iniurias personis Ecclesiasticis inferentes.

Interdum Abbates, Priores, & alios beneficiatos suis beneficijs iniustè priuabant, vt sic fructus beneficiorum vacantium primi anni possent percipere.

Cogebant sæpissimè Abbates, & Priores Monasteriorum ad sibi præsentandum suos familiares, consanguineos, vel nepotes ad Ecclesias vacantes, in quibus ius obtinebant patronatus.

Sine iusta causa impediebant ne exempti loca sua possent reparare.

ADDITIO AD QVAEST. V.

2 Grauamina recensita ab Auctore sublata sunt per dictas Constitutiones, nempe cap. *Nimis prauæ.*

& *cap. Nimis iniqua, de exceſſibus Prælatorum*, quarum vtraque eſt Gregor. IX. & per Clemen. *Frequens, de exceſſib. Prælat.* editam in Concil. Viennẽſi per Clemen. V. Et quamuis in præfatis Conſtitutionibus nulla decernatur pœna contra inferentes talia grauamina, peccant tamen mortaliter, qui inferunt, quia in re graui lædunt tertium, & faciunt contra iuſtitiam; vnde in iſdem Conſtitutionibus dicuntur *Nimis praua*, & *Nimis iniqua*. Inferentes autem talia grauamina, & venientes contra priuilegia Regularium compeſci poſſunt remedijs, quibus Regularium priuilegia muniuntur; & tanquam infractores iuris communis. Et hoc habet locum nedum quòd ad grauamina enumerata in iſdem Conſtitutionibus, ſed etiam quòd ad alia omnia, quæ ſunt contra ius, & priuilegia religioſorum, nam iſdem remedijs compeſci poſſunt.

3 Eſt autem aduertendum, quod inferentes grauamina Regularibus exempteis, inferunt ſimul, & ſemel etiam Sedi Apoſtolicæ, nam exempti ſunt immediatè de iure, & proprietate ipſius. cap. *Cum tempore de arbitris*. & *cap. Cum olim*, §. *Nos igitur de priuileg.* & proinde lædunt iura Romanæ Sedis non ſecus, ac quicunque alius, qui lædit aliquem in bonis, & iuris ipſius; quod præſertim locum habet quando Prælati inferiores præſumũt iudicare exemptos, aut in eos aliquam iuriſdictionem exercere, cum in hoc vſurpent ſibi iura ſuperioris, iuxta ea, quæ tradunt Abbas *in c. 1. n. 19. de re iud.* Io Andr. *in cap. ſcienti, in fine*, ver. *Si verò de reg. iur. in 6.* Franc. *ibid. num. 4.* Felin. *in cap. Cum olim, num. 3. de præſcrip.* Caſtrenſ. *conſil. 432. num. 3. lib. 1.* Rota *in Vlixbonen. Monaſterij, 19. Nouemb. 1625.* alios citans. & *in Gandauenſi Monaſterij, 29. April. 1641. coram Eminentiſſimo Panzirolo.*

In quibus caſibus Regulares poſſunt conueniri coram locorum Ordinarijs. Quæſtio V.

SVMMARIVM.

1 *Regulares cõueniuntur coram Ordinarijs in cauſis mercedum, & miſerabilium perſonarum.*
2 *Si degentes extra Monaſterium delinquant.*
3 *Denunciantur, ſi ſint excommunicati à iure contrario, num. 15.*
4 *Delinquentibus præfigunt terminum ad ſe præſentandum coram ſuperiore.*
5 *Ratione delicti, & contractus.*
6 *In caſu hæreſis.*
7 *In reddenda ratione vltimæ voluntatis.*
8 *Quando Ordinarius eſſet in poſſeſſione iudicandi.*
9 *Si eijciantur ab Ordine.*
10 *In ordine ad reſtitutionem eorum, quæ à Nouitijs acceperunt, ſi non profiteantur.*
11 *Si religio extinguatur, aut à Regularium iuriſdictione liberentur.*
11 *Si aſſumantur ad ſæculares dignitates, & poſtea deponant, aut priuentur.*
12 *In reconuentione in cauſis ciuilibus.*
13 *In non pulſandis campanis ante Cathedralem in Sabbato ſancto.*
14 *In alijs caſibus remiſſiuè.*
15 *Exempti quando ſubijciantur Ordinario.*
16 *Explicatur tex.* cap. 1. de priuileg. in 6.
17 *Regulares non ſubduntur Ordinario in reddenda ratione vlt. volunt.*
18 *Clemen. vn.* de teſtam. *de quibus diſponat.*
19 *Ordinarius non poteſt prætendere poſſeſſionem iudicandi exemptos.*
20 *Epiſcopus ex Regularibus aſſumptus priuatus, aut ſe abdicans dignitate, an ſubijciatur.*

1 Ex decreto Sacri Conc. Trid. *cap. 14. de refor. ſeſſ. 7.* Ordinarij tanquam Sedis Apoſtolicæ delegati, in cauſis mercedum, & miſerabilium perſonarum, Regulares debitores cogere, & compellere poſſunt, cum expreſſa derogatione quoruncunque: ergo ſi non tanquam Ordinarius, ſaltem veluti delegatus procedere poterit.

2 Quòd Regularis extra Monaſterium degens ſui Ordinis prætextu, ſi deliquerit, ab Ordinario loci, tanquam ſuper hoc à Sede Apoſtolica delegato, inquiri, puniri, & corrigi poteſt. Statuit ſancta Synodus *in c. 3. ſeſſ. 6. Conc. Trid. de regular. & monialibus.*

3 Ordinarius habet iuriſdictionem in Regulares: videlicet, vt ſi Regularis eſt excommunicatus à iure, Ordinarius mandet ipſum denunciari publicè, vt euitetur. Ita Io. Andr. *in c. 1. de priuileg. in 6. n. 1. quaſi in fine*, & Gemin. *in 3. col. verſ. quòd ſi exemptus*, Io. de Imola *in Clem. 1. de ſequeſt. poſſ. & fruct. n. 17.*

4 Poteſt præfigere terminum Regulari exempto delinquenti, infra quem debeat ſuperiori ſuo ſe præſentare, idem Gemin. *in cap. Quamuis, §. inferiores, de elect. in 6.*

5 Ratione delicti, vel contractus, aut rei, de qua agitur coram locorum Ordinarijs, poſſunt Regulares conueniri, ita text. *in c. 1. de priuileg. in 6.*

6 In caſu hæreſis Regulares exempti ſubſunt iuriſdictioni ordinariæ, vt in cap. *ad abolendam, §. fin. de hæret.*

7 In reddendo rationem alicuius vltimę voluntatis Regularis exemptus ſit ſubditus Ordinario

nario loci, & ei rationem reddere tenetur, & ab eo de mala administratione puniri poterit, Clem. 1. *de testam.* Item in casu cap. 1. *de priuileg. in 6,*

8 Quando Ordinarius esset in possessione Regulares iudicandi, nam tunc videtur per non vsum renunciasse priuilegio. Host. *in sum. de priuileg. vers. qualiter omittatur,* & Henricus Boich. *in d. c. ad abolendam, in fin.* qui alios enumerat casus.

9 Regularis electus ab Ordine suo, debet statim se præsentare Episcopo, & efficitur de illius iurisdictione. Doctores *in cap. fin. de regul.* Nauar. *in cons. 76. & cons. 79. sub. tit. de regular.*

10 Regulares cogere potest Episcopus ad restituendum omnia, quæ à Nouitijs habuerunt, vbi professionem non fecit. Conc. Trid. *sess. 25. de reg. c. 16.* Item si egrediatur ob infirmam valetudinem, & moriatur ante professionem, nam & hic abijsse ante professionem dicitur, & ideò Monasterij facta non sunt bona Nouitij. Ita Nauar. *in cons. fin. de succeff. ab intest. & in Comment. 2. de reg. n. 49. cum seqq.* Quando vero aliqua bona debeantur, si ante professionem in Monasterio moriatur, infra dicemus.

11 Regulares, quorum religio extincta est, vel alia ratione à regularium iurisdictione liberi sunt, Episcopo subijciuntur, *c. 1. de relig. domib. lib. 6.* & religiosis huiusmodi non permittitur amplius in suis Monasterijs secundum suam regulam viuere, obedire debent suo Episcopo, & in suam obedientiam transeunt; qui Episcopus, erit Episcopus originis, vt id pluribus asseruit Nauar. *in Comment. 2. de regul. n. 34.* Electi etiam de Monasterio subiecti sunt Episcopo originis, & idcirco se ei offerre debent, vt præcipiatur ab eo, qua in re velit se occupatos habere, & huiusmodi electi regularium habitum gerere non debent; sed clericalem, non enim regularem gerere possunt, cum ipso priuati sint, nam nec cogi possunt redire ad eum locum, vnde sunt electi, ita Nauar. *eod. n. 33. vers. secunda, cum tribus seq.*

Item si assumptus regularis sit ad dignitatem sæcularem, vt ad Episcopatum, ac deinceps ab ea dignitate se abdicauit, ratioueue alia priuatus sit, cum semel à regula absolutus fuerit, in potestatem, atque iurisdictionem Episcopi incidet. ita Feder. de Sen. *in cons. 5. n. 2. vers. secundum hoc,* & *cons. 19, num. 4.* & *in cons. 38.* & Tusch. *in littera M. concl. 325.* & *concl. 328.* quod idem ait de Monacho professo expulso, si non recipiatur ab aliqua regula, seu Religione.

12 In reconuentione in causis ciuilibus, quia ratione reconuentionis iudex incompetens, efficitur competens *cap. 1. & 2. de mut. petit.* Auth. *& consequenter, C. quomodo, & quando Iudex.* Doctores *in c. si Clerici, de Iud.* vbi Felin. *num. 8.* Afflict. *decis. 173.* Francus *decis. 193.* & ita communiter practicatur sine aliqua contradictione. Farin. *tit. de Inq. q. 8. lim. 8. n. 99.* vbi hanc dicit communem opinionem; quia illud procedit ex natura causæ, & non ex natura personæ, vt docet Bal. *in auth. habita, C. ne filius pro patre, n. 23.*

13 Vt debitus honor Matrici Ecclesiæ reddatur, tam Regulares, quàm Clerici sæculares, etiam super hoc Apostolicæ Sedis priuilegio muniti, die sabbati maioris hebdomadæ, antequã campana Cathedralis, vel maioris Ecclesiæ pulsetur, campanas in Ecclesijs suis pulsare minimè possunt. Contrafacientes autem pœnam centum ducatorum incurrunt, vt in Bull. Leon. X. *in Bull. cap. 17. post med. vers. & vt debitus*, & ita fuit etiam à Sacra Congreg. Card. decisum *sub die 10. Octobris 1586.* vt refert *Thes. for. Ecc. par. 1. de verbi Dei prædicat. n. 21.*

14 Et in pluribus alijs casibus, quorum viginti quatuor recenset Socin. sen. *in cit. c. recepimus, de priuileg.* & *in c. ad abolendam, in fin. de hæret.* & *in cap. cum capella,* & *in cap. ex ore, de priuileg.* & *in c. cum inter, de consuet.* & *in c. nulli de senten. excommun.* & *in c. 1. de stat. Monach. in 6.* & *in cap. 1. de præbend. eod. in 6.* & *cap. auctoritate, de priuil. eod. lib.* & *in cap. veniens, de præscrip.* & Clem. 1. *de sepult.* & in Clem. 2. *eod.* & in Clem. 2. *de stat. Mon.* & in Clem. 2. *de relig. domi.* & Clemen. 1. *de iur. patron.* & Clem. *fin. eod.* & Clem. *fin. de pœnis.* & Clem. 1. *de sentent. excommunicat.* In huiusmodi casibus igitur in exemptos, vel Regulares, iurisdictionem Episcopus habet.

ADDITIO AD QVAEST. V.

15 Circa id, quod habet Auctor *num. 3* videnda sunt, quæ adnotata sunt *par. 1. num. 138.* vbi oppositum firmatum est, Quia hoc esset exercere iurisdictionem in exemptos, quam non possunt exercere, nisi in casibus à iure concessis. Nec obstat, quod habeant exequutionem iuris communis, quia habent tantum quò ad non exemptos.

16 Quò ad illud, quod habet *num. 5.* est aduertendum, quod ille tex. *cap 1. de priuileg. in 6.* subijcit exemptos Ordinarijs solum, quando delictum committitur in loco non exempto, aut similiter contractus fit in loco non exempto, aut in eodem

loco

loco eſt res, de qua agitur. Quando verò delinquunt, aut contrahunt, aut res eſt in loco exempto; non ſubijciuntur, vt conſtat ex verbis eiuſdem tex. ibi. *Nihilominus tamen ratione delicti, ſiue contractus, aut rei, de qua contra ipſos agitur, ritè poſſint coram locorum Ordinarijs conueniri, & illi quò ad hoc ſuam in ipſos iuriſdictionem, prout ius exigit, exercere. Num quid ergo carent omnino in his commodo libertatis? Non vtique, quia nec coram Ordinarijs ipſis, dummodo ſit in loco exempto commiſſum delictū, vel contractus initus, aut res litigioſa, nec vbi domicilium habent, ſi alibi delinquant, vel contrahant, aut res ipſa conſiſtat, conuenirt poſſunt aliquatenus ſuper iſtis &c.* Deinde neque tex. agit de religioſis, ſed de alijs exemptis, nec etiam de his omnibus, ſed ſolum de illis, qui non habent plenam, & abſolutam exemptionem, ſed tantum ratione loci, in quo ſunt, & proinde non eſt exemptio perſonalis, quæ ſequatur perſonam. Ita notat Couarruu. *capit. 11. pract. queſt. num. 5.* & alij infra *quæſt. 6. num. 7.* Exemptio autem religioſorum eſt plena, & perſonalis ſequens eaſdem perſonas vbicunque ſint.

17 Contrarium illius, quod habet Auctor *nu. 7.* nempe, quod Regulares non ſubdantur Ordinario in reddenda ratione vltimarum voluntatum, tradunt Angel. *in ſum.* verbo *Exequutor. num. 20.* Sylueſter verbo *Teſtamentum 2. nu. 2.* ver. *Quartò.* Vega *in ſum. cap. 114. caſu 5.* Armilla verbo *Exequutor. num. 14* Tabiena *num. 15.* Rodriquez *quæſt. reg. 70. ar. 5. tom. 3.* Carpius *de exequutor. teſtamen. lib. 1. cap. 5. num. 44.* Ceſpedes *de exempt. Regular. c. 19. dub. 411. num. 2.* Quia ſtante plena exemptione, non ſubduntur Regulares, niſi in caſibus à iure expreſſis.

18 Nec Clement. *vnica de teſt.* oppoſitum decernit: vnde corruit fundamentum oppoſitæ opinionis, quia non loquitur de omnibus Regularibus, ſed de ijs, qui tunc non erant plenè exempti, & de ijs, qui poterant conueniri ratione delicti, & contractus coram Ordinario. Ita notant Gloſ. *in eandem Clemen.* verbo *Tales*, dum vult quod plenè exempti non poſsint conueniri, niſi in ſpecie ſit derogatum priuilegijs. Richar. *in 4. diſt. 45. q. 2. art. 5.* Angel. Sylueſter, Armil. *num. praced. cit.* Rodriquez *part. 2. ſum. cap. 156. num. 8.* Molſeſ. *tom. 2. ſum. tract. 13. cap. 11. n. 29.* Facundez *lib. 6. de contract. cap. 5. n. 5.* Vadingus *de contract. diſp. 4. dub. 13. §. 6. n. 5.* Carp. *lib. 1. cap. 20. n. 42. de exequut. teſtamen.*

19 Quamuis quod habet Auctor *nu. 8.* teneant etiam Capra *Reg. 84. num. 21.* Triuiſan. *deciſ. 36. num. 2. lib. 1.* Cuch. *lib. 1. Inſtit. canon. tit. 6. nu. 6. & ſequent.* Oppoſitum tamen eſt tenendum, vt tenent Rodriquez *quæſt. Regul. 46. ar. 12. tom. 3.* Bordon. *in conſil. regul reſol. 7. n. 100.* Hieronym. Rodriquez *in compen. reſol. 18. num. 20.* ver. *Primò.* Diana *par. 3. tract. 2. reſol. 134.* Ceſpedes *de exemp. Regul. cap. 24. dub. 406. n. 1.* & alij cum Rota *in Vlixbonenſi Monaſt. 19. Nouemb. 1625. coram Coccino.* Et ratio eſt euidens, quia per id, quod Ordinarius iudicet exemptos, & ipſi acquieſcant, non acquirit ius iudicandi, atque adeo nec veram poſſeſsionem, ſed intruditur, quia non poſſunt regulares, etiam per actus contrarios, renunciare priuilegio exemptionis etiam in parte, cum hoc ſit præiudicium Superioris, vt notant communiter Doctores. Abbas *in c. Cum tempore de arbitr.* Sylueſter verbo *Exemptio, num. 10.* Archidiacon. *in cap. Conqueſtus n. 49. q. 3. de foro compet.* Bald. *in l. Si quis ex conſenſu, n. 8. C. de Epiſc. aud.* Surdus *conſil. 47. n. 24.* Rota *in Gandauen. Monaſter. 29. Apr. 1641. coram Eminentiſ. Panzirolo* per tex. dict. cap. *Cum tempore, de arbitr.*

20 Quæ habet Auctor *num. 10.* de Epiſcopo ex Regularibus aſſumpto, qui ſe abdicauit dignitate, aut alia ratione priuatur, extra degradationem: quia ratione conſeruationis acquirit nomen, & dignitatem Epiſcopalem, cap. *A tua, de his, quæ fiunt à Prælat.* Gloſ. *in cap. de relig. domib.* & cum ſit culmen dignitatum. vt in cap. *penul. de præben.* eximit à ſubiectione Epiſcopi loci. Vnde quamuis abdicet ſe Epiſcopatu, aut ipſo priuetur, quia remanet habitu dignitas, & officium, vt inter alios notat Anton. *in cap. fin. num. 3. de ætat. & qual. ord.* ideo etiam quò ad ſubiectionem eodem modo ſe habet, ac ſe habebat antea.

21 Quod ſpectat ad campanarum pulſationem, de qua *num. 12.* idem habetur ex Ceremoniali Clement. VIII. quod in his rebus habet vim legis, vt obſeruant Mohed. *deciſ. 5. de fide Inſtrument.* Rota *in Eborenſi Exemp. 3. Martij coram Sacrato.* Eſt tamen aduertendum, id habere locum ſolum, vbi immemorabilis conſuetudo non eſt in contrarium, quia hæc non eſt ſublata per Conſtitutionem Leonis X. neque per Ceremoniale Clement. VIII. vt ex declaratione S. Rituum Congregat. tenuit Rota *in Calaguritana iur. pulſan. campanas 11. Martij 1619. coram Dunozetto.* & *in ead. 27. Febr. 1620 coram Veroſpio.* & *29. April. 1624. coram Merlino.* & notant Tamburin. *de iure Abbat. tom. 1. diſp. 15. q. 7. n. 20.* Ceſp. *de exemp. Regular. c. 24. dub. 378. n. 8.*

In quibus caſibus Epiſcopus poſsit excommunicare Regulares.
Quæſtio VI.

SVMMARIVM.

1 *Caſus, in quibus Epiſcopus poteſt excommunicare Regulares.*

2 *Regulares priuilegiati non poſſunt excommunicari ab Ordinario, niſi ex ſpeciali indulto.*

3 *Concionantes ſine licentia, de iure nouo poſſunt excommunicari.*

4 *Regulares non poſſunt cenſuris compelli ad profeſſiones.*

Vnde

Digitized by Google

5 *Vnde Ordinarij procedere possint per censuras contra regulares audientes confessiones sine licentia.*
6 *Regulares non seruantes interdicta &c. ab Ordinarijs posita, an possint excommunicari.*
7 *An non seruantes dies festos ab ijsdem indictos.*
An si delinquant notorie extra claustra.
An regentes Ecclesias subditas Ordinarijs.
8 *Ordinarij an censuris innodare possint Regulares qui viuunt sine obseruantia.*
An ministrantes Viaticum, & extremam Vnctionem & Matrimonium.
9 *An in casibus Clemen.* cupientes. de pœnis.
10 *Quid si egredi faciant Moniales à clausura.*
Quid si consentiant Moniales recipere ad habitum, & professionem sine licentia.
11 *Quid si publicent indulgentias sine licentia.*
12 *Regulares sepelientes publicè excommunicatos, aut nominatim interdictos, excommunicantur, sed non ab Ordinario.*
13 *Regulares delinquentes in exequutione vltimarum voluntatum, non possunt ab Ordinarj censuris innodari.*
Episcopi quomodo exequutores piarum voluntatum.
14 *Regulares reconuenti coram Ordinario an ab ipso possint censuris innodari.*
Iudex reconuentionis non exequitur sententiam, si alias non sit legitimus.

1 Regula est, quod excommunicatio lata ab Ordinarijs contra subditos suos, non ligat Religiosos: & est ratio, nam non subsunt eorum Iutisdictioni, cap. *à nobis, il primo, de sentent. excom.* Flor. Theol. *in 4. sent. tract. de excom. 1. diffic. art. 1. concl. 1.* cap. *Romana de sent. excom. lib. 6.* cap. 1. *§. in eos de priuil. lib. 6.*

Fallit primo, in Prædicantibus sine licentia Ordinarij, vel Sedis Apostolicæ, cap. *excommunicamus, §. quia verò de haret.* Conc. Trid. *sess. 5. cap. 2. in fin. de refor.* glos. *in cap. 1. in* verbo *Priuilegia, de stat. Monach.* Castro *lib. 3. c. 3. iux. fin. de iust. haret. punit.* Pegna *super com. sup. c. 13. in par. 2. direct. inquis.* Bulla Leon. X. *quæ est 15. fol.* 205.

Secundò fallit, quando nollent ire ad processiones indictas ab Episcopo *sess. 25. cap. 13. de regular.* & fertur sacram Congregationem declarasse, Regulares non accedentes ad processiones indictas ab Episcopo, posse ab eo puniri per censuras, & pœnas arbitrarias, & alia iuris remedia.

Tertiò fallit, quando auscultarent confessiones sæcularium, etiam sacerdotum, sine licentia Ordinarij *sess. 23. cap. 15. de refor.* Clem. *dudum §. ac deinde de sepult.*

Quartò fallit, quando absoluerent pœnitentes, quos audiunt in Confessionibus, à casibus reseruatis ipsi Ordinario. Conc. Trid. *sess. 14. cap. 7. casuum reseruat.* Ratio est, nam Mare magnum est abrogatum in omnibus, in quibus contradicit decretis sacris Conc. Tridentini, prout in Bulla Pij IV. *sub Datum Romæ Kalen. Martij 1565. Pont. anno 6.* & ita pluries fuit declaratum per Sac. Congregationem. Dixi, à casibus reseruatis Ordinario, quia si excommunicatos, vel à Canone, vel à sententijs per statuta Synodalia positis, absoluere præsumpserint, incidere in Papalem excommunicationem, Clem. 1. *de priuileg.* Si verò à casibus in Bulla Cœnæ Domini? essent excommunicati ipso iure Episcopali excommunicatione, prout dicit Nauar. *cap. 27. num. 74.* & hodie per Bullam Cœnę Domini fel. rec. Sixti V. & Sanctiss. D. N. Vrbani VIII. est Papalis excommunicatio; & in istis casibus, non esset opus: vt excommunicarentur, sed vt declararentur tales.

Quintò fallit, quando non obseruarent, nec publicarent, censuras Ecclesiasticas, ne dum à Sancta Sede Apostolica emanatas, sed ab Ordinarijs, mandante Episcopo, Concil. Trident. *sess. 25. cap. 12. de regul.* cap. *cum & plantari, §. excommunicatus, de priuileg.* cap. *Episcoporum, eod. tit. lib. 6.* cap. *is qui §. tres verò de sent. excom. eod. tit.* Abb. *in Clem. 1. sent. excom. n. 13.*

Sextò fallit, quando non obseruarent dies festos, quos in sua Diœcesi seruandos præceperat Episcopus, Conc. Trid. *eod. loc.* cap. *de ijs 12. dist.*

Septimò fallit, cum ipsi Regulares degunt extra clausira, & delinquunt, *sess. 6. cap. 3. de refor.* Bulla Clem. 7. 43. *quæ incipit: Sedis Apostolicæ*, contra quosdam Regulares vagantes extra clausira.

Octauò, quando ipsi Regulares mitterentur ad regendas Ecclesias suorum Monasteriorum subditas locorum Ordinarijs, cap. 1. *§. in eos, vers. nisi forsan. de priuileg. lib. 6.* Hoc etiam notatur a Sac. Conc. *sess. 7. cap. 14. de reform.*

Nonò fallit, quando Regulares haberent curam animarum in Ecclesijs curatis Monasteriorum, seu domorum, tam virorum, quam mulierum, quoad curam animarum, *sess. 15. cap. 2. de refor.* (quibusdam exceptis) de quibus ibi.

Decimò, quando Regulares commorarentur in Abbatijs, Prioratibus, Præpositurijs, & in beneficijs, siue curatis, siue non, vbi non viget regularis obseruantia, *sess. 21. cap. 8. de refor.*

Vndeci-

Digitized by Google

Vndecimo, quando Regulares degentes intra, & extra clauſtra, & extra ea ita notoriè deliquerint, vt ſint ſcandalo populo, *ſeſſ.25.cap.14. de regular.* ſeruato tamen ordine, de quo ibi. vide Nauar. *in cap. non dicatis num.63.*

Duodecimo, ſi Regulares præſumpſerint adminiſtrare clericis, vel laicis Sacramentum extremæ Vnctionis, vel Euchariſtiæ, vel Matrimonij, ſine licentia Parochi, *Clem. 1. de priuileg.* Gloſ. *ibi in 4. notab.* iuxta notata per Nauar. *cap.27. num.101.* Caiet. *in ſum. verb. excommunicatio, cap.64.* Gom. *in cap.2. num.50. notab.3. de conſtit. lib.6.* Card. *in d. Clem.* Sylu. *in verb. excommunicatio, 7. excom.14. §.7.* & Nauar. *cap.21. num.51.* excuſarentur tamen illi Religioſi, qui in caſu neceſſitatis, puta longè abſente Parocho, bona fide contulerint præfatum ſacramentum, quia in tali caſu non eſt præſumptuosè miniſtrare. Caiet. *vbi ſupra*, & Nauar. qui *d. Clem.* ità explicat *in Manual. Confeſſ. cap.27. num.120.* Sot. *de iuſt. & iure diſt. 23. ar.1. quæſt.1.* licet Tolet. contrarium ſentire videatur *in ſua ſum. de extr. vnct.* & nos huiuſmodi quæſtionem infra, ad partem tractabimus.

Decimo tertio, quando proceditur in caſibus Religionis, vel ſanctæ Inquiſitionis, nam in his caſibus Regulares ſunt ſubiecti locorum Ordinarijs, cap. *ad abolendam, de hæret.* gloſ. *in Clem. vnic. in verſ. à iure de exceſſib. Prælat.* & Bulla fel. rec. Pauli V. quæ incipit, *Romanus Pontifex*, vt in Bullar. *fol.210.*

Decimo quarto, in caſibus Clementinæ *cupientes*, *de pœnit.*

Decimo quinto: facientes egredi Moniales à Monaſterijs, etiam ipſis Regularibus ſubiectis, ſine licentia Ordinarij, & non ſeruantes clauſuram dictorum Monaſteriorum Monialium, poſſunt per cenſuras, & alia iuris remedia ab Ordinarijs puniri. Similiter ſi ſuſceperint Moniales ad habitum, vel ad profeſſionem, inſcio Ordinario, in ſuis Mouaſterijs, poſſunt tam ipſi Regulares, quam Abbatiſſæ, & aliæ Prefectæ dictorum Monaſteriorum puniri per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia iuris remedia à locorum Ordinarijs, vigore Conc. Trid. *ſeſſ. 25. cap.5. de Reg.*

Decimo ſexto. Quando publicarent indulgentias ſine Ordinarij licentia, quas à Summo Pontifice impetrarent, *ſeſſ.6. cap.3. de refor.* & *ſeſſ.24. cap.11. de refor.*

Decimo ſeptimo. Quando exempti admitterentur ad diuina officia, vel ſepelirent excommunicatos ab ipſo Epiſcopo, Anchar. *in cap. Epiſcopi, num.3. de priuileg. lib.6.* Abb. *in cap. ſacris num.7. de ſepult.*

Decimo octauo, quando eſſent exequutores vltimæ voluntatis, vel piorum legatorum, Clem. vnic. *de teſt.* & *ibi gloſ. & Abb.*

Decimo nono, fallit in actu reconuentionis, quia tunc Regulares ſubſunt eius iudicio, in quo reconueniunt, gloſſ. *in cap.2 de mutuis petit.* & *in cap. at ſi Clerici in verſ. non tenetur, de Iudic.* Nec Clericus, ſiue regularis, ſiue ſecularis, poteſt hoc iudicium tergiuerſari. pract. Maran. *par.4. diſt.6. num.53.* etiamſi reconuentio fiat in foro ſeculari, & excommunicatio fieret in foro Eccleſiaſtico, Hoſtienſ. *in ſumma tit. de ſtatu Monach. §. de viſitatione num.8. & 9.* quia, tunc ſubeſſent huic cenſuræ. & ſic vidi practicari Neapoli. Hoſtienſ. *vbi ſupra*, vbi dicit, quod ratione delicti, & contractus, *Religioſi ſubſunt Epiſcopis*,

ADDITIO AD QVAEST. VI.

2 Hæc tranſcripſit ex Zerola *in praxi Epiſcoporum*, verbo *Excommunicationis cauſæ materiales*. Quæ tamen fere in ſingulis capitibus patiuntur difficultatem. Vnde eſt aduertendum, quod hodie Regulares ratione priuilegiorum habent, quod non poſſint excommunicari, aut alijs cenſuris affici ab Ordinarijs, niſi id ipſis ſpecialiter concedatur per Apoſtolicam Sedem. Ita Sanchez *lib.7. de matrim. diſp.33. num.23.* Gambar. *de legato, cap.vlt. num.77.* Henriquez *lib.7. ſum. cap.25. num.7.* Rodriquez *to.1. ſum. cap.74. num.4.* Portel. *in dub. regul.* ver. *Epiſcopus, nu.5.* Villalob. *par.2. ſum. tract. 35. difficul.5. num.17.* Hieronym. Rodriquez *in compen reſol.60. num.15.* & *reſol.62. num.7.* Scortia *in ſelect. Bullæ Pontif. theorem.393.* Peirin. *de priuileg. ad Conſtit.11. Sixti IV. num.60.* Tamburin. *de iure Abbat. tom.1 diſp.19. quæſt.7. num.7.* Diana *par.3. tract.2. de dub. regul. reſol.76.* & *par.7. tract.12. reſol.29.* De Bellis *in quadam allegat. par.1 aſſum.5. num.1. & ſequen.* vbi latè. Ceſpedes *de exemp. regular. cap.18. dub.274. num.6.* Lezana *tom.1. ſum. cap.11. num.14.* Et Rodriquez *in dicto compen. reſol.118.* ex Quaranta, & Barboſa refert S. Congregationem declaraſſe, non poſſe Ordinarios compellere Regulares per cenſuras, vt eant ad proceſſiones, quamuis alias compelli poſſint. Ita autem indultum fuit à Sixto IV. Prædicatoribus, *vt in libro priuileg. eorumdem*, & idem Sixtus IV. Minoribus apud Rodriquez *tom.2. qu. regul. quæſt.58. art.5.* & hæc priuilegia fuerunt etiam antea conceſſa, & canonizantur in iure communi

ab

ab Innocentio IV. in Concil. Generali Lugdunen. relato in cap. 1 *de priuileg. in 6.* Et Concilium Trident. quando dat facultatem Ordinarijs procedendi contra regulares, non semper dat facultatem procedendi per censuras, sed solum in aliquibus casibus, quod est signum, quod non habeant talem facultatem ex vi delegationis. Nec fit inutilis delegatio, quia aliis modis exercere possunt vim coercitiuam, vnde facultas adhibendi censuras non est necessaria pro exercitio iurisdictionis, & stantibus dictis priuilegijs non venit in consequentiam ad concessionem iurisdictionis.

3 Quod Ordinarius excommunicare possit Cõcionantes sine licentia, nequaquam habetur ex locis citatis ab Auctore, & præsertim Concil. Trident. nam in illo *cap. 2. de reformat. sess.* 5. solum habet, quod si prædicent errores, interdicat prædicare, si hæreses, procedat contra eum secundum iuris dispositionem, aut loci consuetudinem, & quod non possint prædicare sine licentia suorum Superiorum; cum qua personaliter se coram Episcopis præsentare, & ab eis benedictionem petere tenentur, antequam prædicare incipiant. In Ecclesijs verò, quę suorum Ordinum non sunt, vltra licentiam suorum Superiorum, etiam Episcopi habere teneantur, sine qua in ipsis Ecclesijs non suorum Ordinum nullo modo prædicare possint: quam licentiam gratis Episcopi concedant. Ex quibus nullum signum facultatis concessæ puniendi præsertim per censuras. Vnde non posse puniri ab Episcopo, sed solum à suis Superioribus, referunt decisum, Quaranta *in sum. Bullarij*, verbo *Priuilegia regularium.* Zerola *in praxi Episcop. par. 1.* verbo *Excommunicatio, cap. mater.* §. 4. Piasec. *in praxi par. 2. cap. 3. n. 41.* Campanil. *in diuers. iur. com. cap. 12. rubr. 13. num. 10.* Portel. *in dub. regul.* verbo *Prædicatores, num. 1.* Hieronym. Rodriquez *in compend. resol. 12. num. 3.* Quia tamen hoc est vnum ex capitibus, in quibus Regulares subijciuntur Ordinarijs in Bulla Greg. XV de priuileg. exempt. *Inscrutabili*, ideo poterunt per ipsum Ordinarium coerceri, si renuant obedire, etiam per censuras, quia datur Ordinario talis facultas. ibi, *Ita vt Episcopi in suprascriptis casibus, & in prænominatas personas in præmissis omnibus, & singulis, aut circa ea quoquomodo delinquentes, quoties, & quando opus fuerit, etiam extra visitationem per censuras Ecclesiasticas aliasq; pœnas, vti eiusdem Sedis delegati, procedere, omnemque iurisdictionem exercere liberè, & licitè valeant.*

4 Contrarium, quod scilicet non possint per censuras compelli Regulares ad processiones, est firmatum supra *par. 1. num.* . . . Quia Trident. non dat Ordinariis hanc facultatem. Et quia Constitutio Innocentii in Concilio Lugdunensi relata in *cap. 1. de priuileg. in 6.* in qua ratum habetur, quod ex priuilegio Regulares non possint censuris innodari, innouata, & confirmata fuit in Concil. Trident. *sess. 7. cap. 14. de reformat.*

5 Nulla facultas excommunicandi Regulares conceditur Ordinariis à Trident. *sess. 23, cap. 15.* qui sine eorum licentia confessiones excipiunt, vt legenti patebit. Nec etiam in Clemen. *dudum, §. ac deinde de sepultur.* ab auctore citata. Vnde solum in hoc casu poterunt procedere per censuras in virtute Constitutionis Gregorii XV. *de exempt. priuileg.* cum hic sit vnus ex casibus eiusdem Constit. Sicut etiam si absoluerent à reseruatis Episcopo, cum delinquant in ministratione huius sacramenti, quia est ex casibus dictæ Constitutionis, non autem in virtute Concil. Trident. *sess. 14. cap. 7. de casuum reseruat.* ab Auctore citato.

6 Quintus casus, in quo ponit, posse Regulares ab Ordinariis excommunicari, nullo modo subsistit. Quia Trident. *sess. 25. cap. 12. de Regular.* solum præcipit, quod *censuræ, & interdicta nedum ab Apostolica Ecclesia emanata, sed etiam ab Ordinarijs promulgata, mandante Episcopo Regularibus, in eorum Ecclesijs publicentur atque seruentur.* Nec faciunt ad rem alij tex. nam in cap. *cum, & plantare,* solum præcitur Regularibus ne admittant ad diuina officia excommunicatos, & interdictos ab Episcopo. Et cap. *Episcoporum,* solum sub pœna interdicti prohibentur Regulares admittere ad diuina officia interdictos, & excommunicatos ab Episcopis. Et in cap. *Is qui, §. Is verò, de sent. excom. in 6.* declaratur irregularis, qui celebrat in loco interdicto.

7 Neque sextum caput subsistit, quia Trident. illo *cap. 12. de regular. sess. 25.* solum habet. *Dies etiam festi, quos in Diœcesi sua seruandos idem Episcopus præceperit, ab exemptis omnibus etiam Regularibus seruentur.* Ex quo nulla apparet concessa facultas cogendi Regulares per censuras ad obseruandũ. Neque similiter septimum caput, quia in allegatis Decretis nulla talis facultas datur, sed imponuntur aliæ pœnæ, & conceditur Ordinariis posse punire Regulares delinquentes notoriè extra claustra, si à suis Superioribus non puniantur, vt etiam in vndecimo capite. Corruit etiam 8. caput quia tex. dicti cap. 1. loquitur de Regularibus, qui sunt in Monasteriis subditis Ordinario, atque adeo exemptis tantum ratione loci non ratione personæ, quales nunc sunt Regulares; vt obseruant Panormit. *in cap. tuarum, num. 8. de priuil.* Anton. *in cap. fin. de foro compet.* Sylvest. verbo *Exemptus, num. 1.* Tabiena *init.* Sanchez *lib. 6. consil. cap. 9. dub. 1. n. 25.* alios citans. Ex alio tamen capite Regentes Ecclesias subditas Ordinariis possent censuris coerceri, quia est ex casibus positis in Constitutione Gregorii XV. de qua supra. In cuius vigore habet locum etiam casus nonus, quando scilicet Regulares exercent curam animarum; quod debet intelligi quò ad ea, quæ spectant ad ipsam curam.

8 Decimum similiter caput non habet fundamentum in Concilio Trident. quia in illo *cap. 8. de reformat. sess. 25.* solum datur facultas Ordinariis visitandi Abbatias, Prioratus, & cæteros locos regulares, in quibus non viget regularis obseruantia, non autem conceditur aliqua facultas excommunicandi. Vnde cum neque habeatur ex dicta Constit. Gregorii, omnino corruit. Poterunt tamen ex vi eiusdem Constitutionis censuris coerceri, si Viaticũ, Extremam Vnctionem, vt in duodecimo capite, ministrent absque licentia Parochi, cum delinquant in sacramentorum administratione. Sed superfluè id facerent, quia incurrunt excommunicationem ipso facto impositam in Clemen. *1. de priuileg.* ex qua non rectè deducitur, quod possit Ordinarius excommunicare. Si autem ministrent sacramentum

Matri-

Matrimonij, ſuſpenduntur à Concil. Trident. *c.* 11. *de matrimon. ſeſſ.* 24.

9 In caſibus Clemen. *Cupientes de pœnis*, quamuis tranſgredientibus imponatur pœna excommunicationis ipſo facto, & proinde illam incurrant ex vi iuris communis, non tamen conceditur aliqua facultas excommunicãdi Ordnarijs; & ideo hoc quoque caput corruit, vt aduertit etiam Ceſpedes *de exempt. Regular. cap.* 18. *dub.* 286. Vnde non habet locum quartus decimus caſus; in quo dicitur Ordinarios poſſe excommunicare Regulares.

10 Nec locum habet caſus quintus decimus quo ad facientes egredi Moniales à Monaſterijs, etiã Regularibus ſubiectis, ſine licentia Ordinarij. Quia licet non ſufficiat licentia Prælatorum Regularium; ſed requiratur etiam Ordinarij, ex Trident. *cap.* 5. *de regul. ſeſſ.* 25. attamen quò ad hoc caput non conceditur facultas vtendi cenſuris, ſed ſolum, quò ad inobedientes, & contradicentes reſtitutioni, & conſeruationi clauſuræ; Et contra impedientes, & non obedientes; quando Moniales intra Mœnia Vrbis eſſent reducendæ. Ex quibus ad ſummum ſequitur, quod Epiſcopus poſſet cenſuris coercere Moniales, ne exirent cum ſola licentia Prælati Regularis; non autem Prælatum Regularem, quia cum faceret exire cum licentia ab ipſo conceſſa, non faceret violare clauſuram. In citato autem loco Concil. Trident. in caſu 15. nihil prorſus habetur de Monialibus recipientibus ad habitum, aut profeſſionem, inſcio Ordinario, aut de Regularibus conſentientibus. Vnde ex hoc non colligitur facultas excommunicandi conceſſa Ordinarijs. Solum *capit.* 17. *de regul. & Monial. ſeſſ.* 25. Præfecta Monaſterij ſuſpenditur ab officio ad libitum Ordinarij, ſi ipſum non moneat ante menſem de ſequutura profeſſione, vt poſsit voluntatem profeſſuræ explorare. In quo apparet, nullam concedi facultatem excommunicandi, qui ex priuilegio non poſſunt cenſuris alligari.

11 Quò ad 16. Caput, Concil. Trident. in vtroque loco ibi citato nihil prorſus dicit de indulgentiarum publicatione. Solum *ſeſſ.* 21. *cap.* 9. *de reformat.* ſtatuit abolendos eſſe quæſtores eleemoſynarum occaſione indulgentiarum. & deinde ſubdit, *Indulgentias verò, aut alias peculiares gratias, quibus non ideo Chriſtifideles decet priuari, deinceps per Ordinarios locorum, adhibitis duobus de Capitulo, debitis temporibus populo publicandas eſſe decernit.* Ex quibus patet, quod nihil de Regularibus diſponit, & multò minus dat facultatem Ordinarijs eos puniendi, ſi indulgentias publicent abſque illorum conſenſu.

12 Abbatem in decimoſeptimo cap. citatum ſequitur Tamburin. *de iure Abbat. diſp.* 15. *quæſt.* 7. *num.* 54. *tom.* 1. & fundantur in Clemen. *Eos. de ſepul.* Dubitat tamen Ceſpedes *de exemp. regul. c.* 12 *dub.* 219. *num.* 10. *&* 11. Et ratio, quia in Clement. dicta nulla datur facultas Ordinarijs ſupra Regulares exemptos, ſed tantum excommunicatione latæ ſententiæ puniuntur ſepelientes publicè excommunicatos, aut nominatim interdictos, aut manifeſtos vſurarios; à qua non poſsint abſolui, niſi ad arbitrium Epiſcopi parti ſatisfecerint, vt conſtat ex textu, qui ita habet. *Eos, qui propriæ temeritatis audacia defunctorum corpora non ſine contemptu eccleſiaſticæ ſanctionis Eccleſiæ, in cœmeterijs interdicti tempore in caſibus non conceſſis à iure, vel excommunicatos publicè, aut nominatim interdictos, vel vſurarios manifeſtè, ſcienter ſepelire præſumpſerint, decernimus ipſo facto excommunicationis ſententiæ ſubiacere. Et qui nullatenus abſoluantur, niſi prius ad arbitrium Diœceſani Epiſcopi, eis, quibus præmiſſa ſit iniuria irrogata, ſatisfactionem exhibuerint competentem, eaque præmiſſa. Exemptionis, vel quouis alio priuilegio ſub quacunque verborum forma conceſſo aliqualiter ſuffragante.* Ex quo nulla apparet facultas conceſſa Ordinarijs in Regulares exemptos; ſed ſolum ſi ſepelirent ab ipſis excommunicatos, aut nominatim interdictos, tenerentur ipſis exhibere congruam ſatisfactionem, vt poſſent abſolui. Neque etiam ſuffragratur huic opinioni tex. cap. *Epiſcoporum de priuil. in 6.* nam ſolum ibi prohibetur, ne *Excommunicatos ad diuina officia, ſeu Eccleſiaſtica Sacramenta, vel Eccleſiaſticam ſepulturam admittant. Qui verò contra præſumpſerint, præter alias pœnas à iure ſtatutas ingreſſum Eccleſiæ ſibi nouerint interdictũ, donec de tranſgreſſione huiuſmodi ad arbitrium eius, cuius ſententiam contempſerant, ſatisfecerint competenter.* Ex his namque ſolum habetur pœna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ de iure communi impoſita, non autem aliqua facultas conceſſa Ordinarijs excommunicandi Regulares exemptos. Vnde hucuſque talis facultas poſita ab Auctore in decimoſeptimo capite, non habet ſufficiens fundamentum.

13 Circa decimum octauum caput, dictum eſt ſupra ad *quæſt.* 5. *num.* 17. Quod Regulares non ſubduntur Ordinario in reddenda ratione exequutionis vltimarum voluntarum, & eſt explicata Clemen. *vnica de teſtam.* in qua ſe fundat Auctor. Vnde neque in hoc caſu excommunicari poterunt, aut alijs cenſuris ſubijci. Nec obſtat Concil. Trident. *ſeſſ.* 22. *cap.* 8. *de reformat. init.* vbi dicitur: *Epiſcopi etiam tamquam Sedis Apoſtolicæ delegati, in caſibus à iure conceſſis omnium piarum diſpoſitionum tam in vltima voluntate, quàm inter viuos, ſint exequutores.* Quia aliud eſt eſſe exequutores vltimarum voluntatum, aliud poſſe puniri cenſuris Regulares exẽptos delinquentes in hac exequutione; nec vnum infertur ex alio, cum ſint longè diuerſa *l. Naturaliter, §. Nihil commune, ff. de acquir. poſſeſſ.* & *l. fin. ff. de calumniat.* Deinde Concil. vult, eſſe exequutores in caſibus à iure conceſsis, in quibus procedere poſſunt tanquam Apoſtolicæ Sedis Delegati. Non eſt autem conceſſum à iure, quod ſe intromittant in ijs, quæ concernunt Regulares omnino exemptos; & quod poſsint in eos iuriſdictionem exercere, niſi in caſibus, in quibus expreſsè conceditur.

14 Denique vltimum quoque caput, in quo iuxta Auctorem poteſt Epiſcopus excommunicare Regulares exemptos, patitur difficultatem: nam dato quod Auctor reconueniri poſsit coram iudice, quãuis aliàs carente iuriſdictione, apud quem ipſe actionem inſtituit, vt de reconueniendo Clerico coram laico tradunt Gloſ. *in cap. Multi.* verbo *Sæculari*, 2. *quæſt.* 1. & *in cap. At ſi Clerici.* verbo *Non tenet*, *de iudic.* vbi Io. Andr. Felin. teſtans de communi, *num.* 9. Dec. teſtans item de communi *num.* 156. *&*

ſequen.

ſequen. Archidiacon. *in cap. 1. num. 4. de cler. coniug. in 6.* Bald. *in cap. 1. de controuer. inueſt.* Boer. *deciſ. 173.* Farinac. *de com. tom. 1. prax. part. 1. qu. 8. num. 99.* Ex hoc tamen non ſequitur, quod Ordinarius, licet habeat ferre ſententiam in cauſa reconuentionis, quod poſsit Regulares reconuentos cenſuris punire: Primò quidem, quia in reconuentione exequutio ſententiæ non fit per proferentem, ſed per iudicem proprium reconuenti, vt tradunt loquentes de clerico reconuento coram iudice laico *in cap. 1. num. 7. de mut. petit.* Butr. *num. 20.* Socin. *ibid.* Imola *in cap. Poſtulaſti de foro compet.* Franc. *in cap. Sæculares de foro compet. in 6.* Viuius *deciſ. 46 par. 1.* Beliet. *par. 1. diſquiſit. cler. tit. de fauor. cler. §. 3. num. 3.* Secundo, quia dato, quod poſſet exequi ſententiam, & vti remedijs iuris pro obtinenda exequutione, ſtante priuilegio, quod non poſsint excommunicari, interdici, aut alijs cenſuris affici, deberet vti alijs remedijs, vt notat etiam Ceſpedes *de exempt. Regular. cap. 18. dub. 291. num. 1.* Vnde corruit omnino facultas excommunicandi in hoc vltimo cap. aſſerta ab Auctore.

An Epiſcopus poſſit declarare excommunicatos à iure, vel Apoſt. Conſtit. Regulares exemptos, qui habent priuilegium, vt excommunicari, ſuſpendi, & interdici non poſſint. Quæſtio VII.

SVMMARIVM.

1 *Regulares exempti ab Ordinariorum iuriſdictione.*
2 *Regulares poſſunt ab Ordinario declarari excommunicati.*
3 *Citatio quomodo fieri poſſit in non ſubditum.*
3 *Epiſcopus quando poſſit denunciare Regulares excommunicatos.*
4 *Non poteſt quò ad excommunicationes à iure.*
5 *Etiam in notorijs.*
6 Cap. fin. de regul. & Clemen. 1. de priuileg. *quid ſanciant.*
7 *Epiſcopus quando prohibere poſſit ſubditis, ne communicent cum excommunicatis.*

1 Reſp. Quòd pro ſententia negatiua facit, Primò, quia Regulares ſunt exempti de iure ab Ordinariorum iuriſdictione, *cap. 1. de Capel. Monach.* Conceſſio eſt enim per verba generaliſſima ab omni iuriſdictione, dominio, & poteſtate Epiſcopi, & quorumlibet aliorum Ordinariorum, perpetuò, et totaliter eximendo. Et exemptionis generalis verba geminata, tantum operantur, quantum ſingulis rebus, et caſibus, vt probant benè Seuillian. *in conſ. 66. n. 13. & ſequen.* et *conſ. 88. n. 4.* et Guttier. *in concl. 5. n. 6. & ſeq.* et dicit Rota *in vna Brunduſina Exemptionis coram R. P. D. Bubalo 9. Februarij 1579.* quòd verba generalia exemptionis taliter liberant exemptum ab vtraque lege Diœceſani, & iuriſdictionali Ordinariorum, quòd nihil penès eos remanet; & quòd verba generalia habent vim ſpecialis expreſſionis, vbi ſpecialis, & indiuidua requiritur mentio; & comprehendit omnia, quæ excogitari poſſunt. Crauet. *in conſ. 294. n. 1. & 5.* vbi latè poſt alios, quos allegat. Et quòd in hoc caſu aderant verba legis generalia, & geminata, probatur, nam dictio, *omnis*, eſt vniuerſalis, & nihil excludit *l. 1. ff. mandati, l. Iulianus, ff. de leg. 3. l. omnes.* & ibi Dec. *ff. ſi cert. petat.* Riminald. iun. *in conſ. 786. n. 31.* Item dictio, *totaliter*, eſt vniuerſaliſſima, nihil excludens, Soc. *in conſ. 226. verſ. ſecũdò etiam, volum. 2.* & ita verba generalia geminata omnem caſum includunt, tamquam ſi expreſſio eſſet facta in ſingulis capitibus.

2 Contraria opinio verior eſt, ex his, quæ latè tradiderunt Card. *in Clem. 1. de priuileg.* D. *in c. ſi Papa 40. diſt.* Imola *in Clem. 1. de ſequeſtr. poſſeſſ.* Felin. latè *in cap. non poteſt. de ſentent. & re iudic. n. 3.* Gambar. *de poteſtate legati à latere lib. 8. cap. de poteſtate legati in Regulares exemptos.* Henriquez *in ſum. de Indulg. c. 25. §. 7.* Probatur *in dict. Clem. 1. de priuileg.* Facit, quia declaratio nihil noui inducit *l. hæredes palam, ff. de teſtam.* & dicit Felin. *vbi ſupra*, quòd hac de cauſa poteſt Epiſcopus eos citare ad dicendum cauſam, quare non debeant declarari excommunicati. Nam permiſſa declaratione, cenſetur permiſſa citatio, quæ eſt neceſſaria ad declarationem, iuxta Gloſ. *in Clem. 2. de cenſibus*; vel poteſt Epiſcopo conſtare per informationem extraiudicialem; idem tenet Abbas *in dict. Clem. 1.* qui licet dubitet de citatione, per quam videtur induci violatio exemptionis, reſpondet Felinus, quòd dicta citatio erit ſimilis illi, quæ habet clauſulam, ſi ſua putauerit intereſſe, quæ non arctat nolentem comparere, & poteſt fieri in non ſubditum,

Digitized by Google

ADDITIO AD QVAESTIONEM VII.

3 Quod non poſsit Ordinarius declarare Regulares exemptos excommunicatos, ſi alias excommunicatione ſint innodati, dictum eſt etiam *par.* 1. Verum hic addendum eſt, quod vel loquimur in caſibus, in quibus Ordinarius poteſt excommunicare Regulares, vt quando id expreſsè conceditur à Summis Pontificibus. Vel quò ad excommunicationem contractam à iure. In primo caſu non procedit difficultas, quia ſi expreſsè concedatur à Summo Pontifice, ſiue abrogatis priuilegijs, & exemptionibus, ſiue delegata auctoritate, iam non habent Regulares, vnde ſe tueantur: aut ſi habeant facultatem excommunicandi, nam hac conceſſa, conceditur etiam facultas declarandi excommunicatum, tanquam complementum intrinſecum prioris facultatis.

4 Quod autem ſpectat ad alias excommunicationes, non poſſe declarare excommunicatos, mihi certum videtur; & ita tradunt Nauar. *conſil.* 2. *de ſentent. excommunicat.* qui alios citat. Zerola *in praxi Epiſcop. par.* 1. verbo *Excommunicatio*, vbi de cauſa materiali excommunicat. in fine. Peirin. *de priuileg. ad Conſtit.* 1. *Sixti IV. §.* 10. *num.* 13. Portel. *in dub. Regul.* verbo *Epiſcopus*, *num.* 9. Vulpes *in praxi cap.* 42. *n.* 25. Diana *par.* 3. *tract.* 2. *reſol.* 35. Lezana *par.* 1. *quæſt. Regul. c.* 11. *n.* 15. Alphon. de Leone *de cenſur. reſol.* 2. *n.* 491. Ceſpedes *de Exemp. Regul. cap.* 18. *dub.* 295. *num.* 2. Bordon. *in conſil. regular. reſol.* 7. *num.* 10. ver. *Hæc autem*. Rodriquez *quæſt. regul.* 63. *ar.* 7. ver. *Ex quibus infertur, tom.* 2. Graf. *par.* 1. *deciſ. lib.* 2. *c.* 49. *n.* 68. Sorbus *in Adnotat. ad Compen. priuileg.* verbo *Exemptio*. Hieronym. Rodriquez *in Compen. reſol.* 62. *n* 8. Donat. *in praxi rer. Regular. par.* 2. *tract.* 13. *de exempt. religioſ. quæſt.* 26. *num.* 2. Et ratio clara eſt, quia denunciare aliquem excommunicatum, eſt inſtituere iudicium contra ipſum, & proinde debet citari ad dicendum, quare non debeat declarari excommunicatus, & debet ferri ſententia declaratoria contra ipſum; Iudicium autem non poteſt inſtitui, niſi in ſubditum. Vnde Martini V. *in Extrauag. ad euitanda*, vult, Excommunicatos non poſſe denunciari, niſi à ſuo iudice competenti. Nec valet, quod dicit Abbas, quod poſſit citari, ſi ſua putauerit intereſſe, quia hæc citatio ſolum poteſt habere locum, quando agitur de re, quæ ſubeſt indicio citantis, & ad quam poteſt non ſubditus habere intereſſe, non autem quando agitur de perſona non ſubdita, quæ per citationem trahitur ad iudicium.

5 Et quamuis Vgolin. *de poteſt. Epiſcopi cap.* 29. *§.* 10. *n.* 2. Barboſa *de poteſt. Epiſcopi alleg.* 105. *n.* 73. Rodriquez *ar.* 11. *q.* 63. *tom.* 2. Sanchez *lib.* 6. *conſil. cap* 19. *dub.* 1. videantur ſentire, quod præfata doctrina non habeat locum, quando delictum, cui eſt impoſita excommunicatio, eſt notorium, & proinde quod tunc poſſit Ordinarius excommunicatos Regulares declarare. Oppoſitum tamen eſt tenendum, vt tenent Lezana *par.* 1. *c.* 11. *n.* 15. Ceſpedes *de exemptione Regular. cap.* 18. *dub.* 295. *num.* 5. Donat. *in praxi rer. regul. par.* 2. *tract.* 13. *de exemp. religioſor. qu.* 27. Quia falſum eſt, quod ſupponant Doctores oppoſitæ ſententiæ, quod in notorijs non requiratur iudicium. nam etiam in notorijs requiritur citatio & declaratio, vt conſtat ex praxi Curiarum tam canonicarum, quàm ciuilium, & notant Villagut *in pract. lib.* 3. *tract. de modo proced. in notor. cap. vn. concluſ.* 4. Genuenſis *in praxi, cap.* 24. *n.* 16. Imò, dato quod non eſſet neceſſarium inſtituere iudicium, adhuc ipſa denunciatio eſſet actus iudicialis, quia eſſet publica & auctoritatiua manifeſtatio, quod Regularis eſſet excommunicatus, & proinde eſſet citandus, qui non poteſt exerceri, niſi in ſubditum; præſertim cum contineat iuridicam exequutionem pœnæ, quam trahit ſecum excommunicatio.

6 Nec obſtat declaratio S. Congregat. quam affert Barboſa *in Collect. ad Bullar.* verbo *Regulares*, & *Epiſcopus*. Quia nullam merentur fidem, etiam extraiudicialem, cum ille liber prohibitus ſit, quia afferebat plures huiuſmodi declarationes adulterinas. Nec cap. *fin. de regul.* quia ibi ſolum habetur, quod Epiſcopi ad inſtantiam Prælatorum Regularium Apoſtatas iam excommunicatos denuncient vitandos. Nec Clement. 1. *de priuileg.* quia ibi conceditur ſolum facultas Ordinarijs denunciandi excommunicatos Regulares in illis ſpecialibus caſibus: nempe, ſi miniſtrent extremam vnctionem, matrimonia ſolemnizent, ſi abſoluant excommunicatos à canone, aut ſententijs per ſtatuta prouincialia, aut ſynodalia promulgatis, aut à pœna, & à culpa, ſeclusis priuilegijs, & caſibus à iure conceſſis. Imo elicitur argumentum: quia cum ſit conceſſum denunciare excommunicatos in his caſibus, cenſetur denegatum in cæteris, cum incluſio vnius ſit excluſio alterius. Nec item obſtat cap. *Nulli de ſent. excommunicat.* ibi enim tantum decernitur, quod priuilegiati teneantur vitare excommunicatos, quod hodie valet denunciatis, & quod per violentam manuum iniectionem in clericos ſint vitandi, vt excommunicati; non autem quod exempti declarari poſſint excommunicati ab Ordinarijs.

7 An autem poſſit Epiſcopus præcipere ſuis ſubditis, quod vitent Regulares excommunicatos. Reſp. Poſſe præcipere, ſi ſint denunciati. Ita Viuius *deciſ.* 99. *n.* 10. Riccium. *de perſon. extra Eccleſ. grem. exiſtentib. lib.* 4. *cap.* 43. *n.* 12. loquentes vniuerſaliter de denunciato à quocunque alio ſuperiore. Ceſpedes *de exempt. Regular. c.* 18. *dub.* 295. *num.* 8. Quia cum excommunicatio ſequatur perſonam, cap. *Ad reprimendum de offic. Ordinar.* ſemel vitandus, eſt vbique vitandus. Et ita declarauit S. Congregat. Epiſcop. *in Tropien.* 23. *Nouemb.* 1582. apud Ricciulum *citat.* Secus autem, ſi non eſſet denunciatus, nam hoc eſſet indirectè denunciare vitandum, quod facere non poteſt reſpectu non ſubditi; quia directè prohibitum, non poteſt fieri indirectè. *l. Scire oportet, §. ſi mater. ff. de tutor. & curat. dat.* & *cap. deteſtanda, de præben. in 6.* & *cap. Cum quid, de reg. iur. in 6.*

An

An citatio perſonalis requiratur in ſententia declaratoria excommunicationis. Quæſtio VIII.

SVMMARIVM.

1 *Pro declaratoria excommunicationis requiritur citatio perſonalis.*
Excipiuntur aliqui caſus.
Non requirit citationem perſonalem in declaratoria, qui ſentiant.
2 *Citatio perſonalis regulariter neceſſaria pro declaratoria.*
Declaratoria inducit aliquid de nouo.

1 Reſp. Quòd Innocentius communiter receptus *in c. fin. de eo, qui mittit. in poſſeſſion.* dicit, quòd ad excommunicandum aliquem, requiritur citatio perſonalis. Quod limitat in aliquibus caſibus Felin. *in c. cum ſit Romana, de appell.* Vt, ſi excommunicandus, dolo latiter, vel ſubterfugiat citationem perſonalem, vel abſentia ſit malitioſa; vel citatio facta ad domum, peruenit ad notitiam excommunicandi; vel quando quis fuit malè abſolutus ab excommunicatione, & tractatur de eo reducendo in eam, vt latè per Felin. quem ſequitur Covar. *in c. alma mater, 1. par. §..... de ſentent. excom. in 6.* Sed do tibi aliam notabilem limitationem, vt non requiratur citatio perſonalis, quando non ſumus in excommunicatione, ſed in ſententia declaratoria excommunicationis. ita ſingulariter Rom. *conſ.* 482. & *ibi Mandoſ.* quia declaratio excommunicationis non inducit nouum titulum, cap. *Paſtoralis, §. verum. de appell.* & regula eſt, quod declaratio nihil noui tribuit. *l. heredes palam, ff. de teſtam.* ſequitur Dec. *in d. §. verum notabili tertio.* Facit, quòd generaliter in ſimplici declaratione non requiritur ſolemnitas, quæ adhibetur, quando actus de nouo conficitur, vt pluribus exemplis probat Bald. *in d. c. heredes palam,* & alij relati per Dec. *loc. cit.* idem Soc. *inter conſ. Curt. ſen.* 20. *ſæpe num. poſt n.* 16. quod non requiratur citatio perſonalis in declaratoria excommunicationis, idem Dec. *in auth. caſſa, & irrita, C. de Sacro-ſan. Eccl.*

ADDITIO AD QVÆST. VIII.

2 Non eſt recedendum à communi ſententia, quod ſit etiam pro declaratoria, neceſſaria citatio perſonalis, quando fieri poteſt; ſecus autem quando reus malitioſè ſe abſentat, aut latitat, ne citari poſſit, nam tunc ſufficiet, ſi citatio eo modo fiat, quo ad eius notitiam peruenire poſſit. Ita de conſuetudine teſtatur Clar. §. *fin. q.* 31. *num.* 16. *lib.* 5. Alexan. *conſil.* 59. *n.* 14. *vol.* 2. Zerola *in praxi Epiſcopali*. verbo *Excommunicatio*. ver. *Excommunicat. cau. formal.* Villagut *in practica lib.* 1. *capit.* 4. *concluſ.* 3. Seraphin. *deciſ.* 1296. Laiman *lib.* 1. *theol. moral. tract.* 5. *cap.* 6. *n.* 4. ver. *His addendum*. Alphon. de Leone *de cenſur. recollec.* 2. *n.* 369. Sperel. *deciſ* 48. *num.* 3. *par.* 1. Citatio enim non perſonalis non admittitur, niſi in ſubſidium. Nec eſt verum, quod talis declaratio nihil noui inducat, quia facit conſtare factum, cui eſt impoſita excommunicatio, quod antea non conſtabat, & quod reus remaneat conuictus, nec ei ſuperſint defenſiones, quæ antea competebant; ita vt ſicut per defenſiones poterat elidere ius imponens excommunicationem; ſequuta declaratoria non poſſit; quod certè eſt quid maximè de nouo.

An excommunicatio, vel excommunicationis denunciatio poſſit fieri die feriata. Quæſtio IX.

SVMMARIVM.

1 *Sententia excommunicationis, & eiuſdem denunciatio fieri poteſt die feriato.*
2 *Qui doceant fieri non poſſe.*
3 *Sententia excommunicationis per modum legis indici poteſt die feriato.*
4 *Secus per modum ſententiæ, quando requiritur cauſæ cognitio.*
Omnia iudicialia prohibita in die feriato.
5 *Denunciatio excommunicati an poſſit fieri in die feriato.*
An ſententiæ exequutio.
6 *Excommunicatio lata in die feriato, an valida.*

1 Reſp. Quòd ſic: in honorem Dei, ſecundum Feder. de Senis *conſ.* 11. Franc. Marc. *deciſ. Delph.* 690. Pariter denunciatio excommunicationis poteſt fieri die feriata in honorem Dei, Dominic. & Franc. *in c. ſolicis, de pan. in 6.*

ADDITIO AD QVAEST. IX.

2 Idem tradunt Abbas *in cap. fin. nu.* 16. & 18. *de ferijs*. Speculator *Tit. de ferijs*, §. *sequitur* ver. *Porrò eo*. Tabiena verbo *Feria*, *n.*2. Maranta *p.tr.*6. *de ordine iudiciar. tit. de actor. edit. num.* 47. Caiet. 2.2. *q.*122. *ar.*4. Suarez *tom.*1. *de relig. lib.*2. *de dieb. fest. cap.*30. *n.*9. Facundez *præcep.* 1. *Eccles. cap.*13. *n.*22. Bonac. *disp.* 5. *de* 3. *præcep.* 1. *Decalogi qu. vn. pun.*2. *n.*12. Palaus *par.*2. *oper. moral. tract.* 9. *disp.*2. *de obseruat. festor. pun.*7. *nu.* 11. Oppositum tamen tenent Butrius *in cap. vlt. de ferijs*. Abbas *ibid. n.*16. & *in cap. Cum Ecclesia, nu.*6. *de immunit. Ecclesiar.* qui, cum pro opposita sententia citatur, intelligendus est, quando non requiritur causæ cognitio. Marian. Socin. *in cap. Perpendimus*, *n.*74. ver. *Sententia verò, de sentent. excommun.* Sayr. *lib.*1. *de censur. c.*14. *n.*7. Qui fundantur in eo, quod in *l. fin. C. de fer.* dicitur, *Omnis vox iudicis sileat*. & quia non potest fieri sine causæ cognitione.

3 In hoc autem conueniunt omnes, quod per modum legis, statuti, aut præcepti, imponi potest excommunicatio, quia hoc non est procedere iudiciaiiter, sed inhibere auctoritatiuo modo, & veluti legem edere, vt inter alios notant Sanchez *lib.* 5. *consil. moral. c.*2. *dub.*27. *n.*5. Trullench *lib.*3. *in Decal. cap.*1. *dub.*9. *n.*4. *in fine*.

4 Per modum autem sententiæ, etiam declaratoriæ, non poterit quis excommunicari in die festo, quando requiritur causæ cognitio, etiamsi causæ cognitio præcesserit, & postea sequatur sentrentia. Ita Azor. *lib.*1. *c.*27. *q.*13. *par.*2. Armilla verbo *Feria*, *num.*2. Sanchez *lib.*5. *consil. c.*2. *dub.*27. *nu.*6. Trullench *lib.*3. *in Decal. c.*1. *dub.*9. *n.*4. Et ita etiam videntur sentire Caiet. Palaus, & alij ex citat. *num.*2. dum supponunt, posse fieri sine causæ cognitione. Ratio est, quia, licet censuræ sint medicinales ad bonam spirituale ordinatæ, & proinde iudex intendat per ipsas mederi; adhuc tamen cum infliguntur ex præsuppositio delicto, habent rationem iuridicæ punitionis, & dum infliguntur iudicatur reus de delicto, & iudiciali modo subijcitur pœnæ debitæ delicto; etiamsi fiat per solam sententiam declaratoriam, quia adhuc per ipsam subijcitur iudiciali modo pœnæ, qui solum subijcebatur à lege, & talis sententia est fructus iudicij instituti. Hæc autem prohibentur in cap. *fin. de ferijs*. ibi, *Nec processus habitus teneat, nec sententia*.

5 Et hoc etiam tenendum est de denunciatione, qua quis denunciatur vitandus: nam hæc est exequutio sententiæ declaratoriæ, quæ si fiat in die festo irrita est, vt docent Felin. *in cap. fin. n.*13. *de iudic.* Suarez *tom.*1. *de relig. lib.*2. *de dieb. fest. c.*30. *n.*11. Facundez *præcep.*1. *Eccles. lib.*1. *c.*3. *n.*23. Bonac. *de* 3. *præcep. Decal. disp.*5. *pun.*2. *n.*22. Palaus *par.*2. *tract.*9. *disp.*2. *pun.*7. *n.*12. Et ratio est, quia *in cap. fin. de ferijs*, prohibentur omnia, quæ prohibentur per ius ciuile, quia ius ciuile in hoc approbatur per canonicum, vt aduertunt Doctores. In iure autem ciuili prohibentur omnia, quæ spectant ad forum contentiosum; & irritantur, *l. Actus*. & *l. Vt in die.* & *l. fin.* ibi. *Vt à cunctis exequutionibus excusetur, nulla quemquam vrgeat admonitio, taceat apparitio, præconis horrida vox sileat, C. de fer.*

6 Ex dictis colligitur, quod si non licet in die festo ferre sententiam excommunicationis, aut denunciare excommunicatum, non subsistit, quod tradunt Suarez *de censur. disp.*2. *sect.*6. *n.*2. Sayr. *lib.*1. *de censur. c.*14. *n.*7. quod scilicet sit illicita, sed tamen valida; quia neque erit valida, cum in citato cap. *fin. de fer.* annulletur. ibi, *Nec processus habitus teneat, nec sententia*.

Quam pœnam incurrat Episcopus, sine maturitate, & male excommunicans Regularem: & an pro re leui possit ferri excommunicatio.

Quæstio X.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicans sine maturitate tenetur ad expensas, & damna excommunicati.*
2 *Committit Sacrilegium.*
3 *Excommunicari an possit contumax in re leui.*
4 *Excommunicans non seruatis seruandis tenetur ad expensas. Expensæ an debeantur, si non petantur.*
5 *Incurrit etiam suspensionem per mensem.*
6 *Regulares excommunicantes nõ seruatis seruandis, incurrunt pœnas, quas cæteri incurrunt.*

1 Resp. Sciendum esse, quòd quamuis Ecclesia voluerit, sententiam excommunicationis, etiam iniustam, esse timendam, vt homo creseeret per obedientiæ meritum, parendo iniustæ sententiæ; vel ea ratione, vt clauis Ecclesiæ in maiori reuerentia habeatur, dum timent fideles etiam iniustas sententias, vt tradit Archid. *in c. quid ergo* 11. *q.* 3. Nihilominus non debent Iudices sententiam excommunicationis sine maturitate proferre; aliàs vltra condemnationem, ad damna, & expensas, & suspensionem, sunt grauiter puniendi, vt pœna docente, discant, quàm graue sit, sententias excommunicationum sine maturitate proferre, vt dicit notabiliter tex. *in c.* 1. *in fin. de sent. excom. in* 6. facit cap. *Sacro. ext. eod.*

2 Quinimo excommunicans iniustè, sacrilegium committit, can. *non in perpetuum*, 24. q. 3. quod crimen est depositione dignum, cap. *Apostolus* 81. *dist.* & rationem reddit Archid. *in c.* per-

c. *perpetuum*, quòd committit ſacrilegium, quia violat ſacrum, id eſt, corpus Eccleſiæ, à quò euellit membrum ſuum iniuſtè, & contra Deum. 11. *q.* 3. cap. *ſi Epiſcopus*, & cap. *Epiſcopi*, & cap. *temerarium*. Item tenetur actione iniuriarum, gl. *in d. c. non in perpetuum*, per *d. c. temerarium*, Bar. Veronenſ. *conſ.* 7. vbi defendit quemdam Vicarium ab actione iniuriarum, eo quòd abſque dolo declarauerat excommunicatum in ſua Diœceſi quendam, qui verè non fuerat alibi excommunicatus, ſed aderat tantum fama de excommunicatione.

3 An verò poſſit ferri ſententia excommunicationis pro contumacia in re leui. Gloſſ. *in c. duo ſunt* 96. *diſt.* dicit, quòd pro contumacia, quæ ex parua re inſurgit, poteſt quis excommunicari. In contrarium facit tex. *in c. nullus* 11. *q.* 5. vbi pro leuibus culpis excommunicatio fieri non debet, Abb. *cap.* 1. *de iudicijs* diſtinguit, quod aut contumacia conſiſtit in non comparendo, & tunc non debet infligi. Quare excommunicatio contra eos, qui furtum fecerint, non includit eos, qui non peccauerunt mortaliter, nec ferri debet pro ſatisfactione in re leui: ſed qui non comparet in iudicio, contemnit Iudicem: & quanto magis fuit vocatus pro re leui, & effectus contumax, tanto magis videtur contemnere, imò peccat dupliciter. Et quamuis Aretinus impugnet hanc Abbatis opinionem, verior eſt Abbatis opinio, quam latè defendit Dec. *in d. cap.* 1. *de iud.*

ADDITIO AD QVAEST. X.

4 Quod excommunicans non ſeruatis omnibus conditionibus neceſſarijs ſine debita maturitate, teneatur ad expenſas partis, tradunt etiam Gloſ. *in cap. ſeruo*, verbo *ad intereſſe*, *de ſentent. excommunicat. in* 6. Panorm. *num.* 16. Stephan. Coſta *in cap. cum medicinal. num.* 65. *de ſent excommunicat. in* 6. Sayr. *lib.* 1. *de cenſur. cap.* 13 *num.* 16. Et cum hæc ſit pœna non iniuſtè excommunicantis, ſed excommunicantis non ſeruatis ſeruandis, afficit excommunicatorres ſiue iniuſtè, ſiue iuſtè excommunicent. Et cum lex ſit generalis, afficit omnes ſiue Ordinarios, ſiue delegatos, vt notant Gloſ. *in cap. cum medicinalis*, verbo *iudicum*, *de ſent. excom. in* 6. Gemin. *num.* 9. & 11. Hoſtienſ. *ibid.* Marian. Socin. *in cap. ſacro*, *num.* 234. *eod. tit.* Non tamen debentur expenſæ, niſi pars læſa repetat, vt notant Innocent. *in dictum cap. ſacro*, *num.* 7. Quod intelligendum eſt quò ad forum externum, ita vt non teneatur iudex ex officio curare, quod ſoluantur.

5 Præter autem obligationem ad expenſas, excommunicans non ſeruatis debitis conditionibus incurrit ſuſpenſionem ab ingreſſu Eccleſiæ & Diuinis per menſem. cap. *ſacro*, vbi Gloſ. verbo *per menſem* & cap. *cum medicinal.* vbi Gloſ. *eod.* verbo *per menſem*, *de ſent. excommunicat. in* 6. Et hæc ſuſpenſio eſt quo ad omnes, qui habent facultatem excommunicandi, ſiue ordinariam, ſiue delegatam, quia tex. vtitur verbis vniuerſaliſſimis, nam in capite, *ſacro* dicitur, *Ne quis*, & in c. *cum medicinalis*, Quiſquis, & rurſus *Cauteant Eccleſiarum Prælati, & iudices vniuerſi*, quæ verba conueniunt cuicunque habenti facultatem excommunicandi, ſeu ſub ipſis comprehenditur.

6 Solum difficultas eſt, an hæc diſpoſitio locum habeat quò ad Prælatos Regulares excommunicantes proprios ſubditos. Negant Lapus *alleg.* 73. Gabr. *in* 4. *diſt.* 18. *quæſt.* 2. *ar.* 2, *concluſ.* 7. Tabiena ver. *citatio*, *num.* 3. & verbo *excommunicatio*, 2. *num.* 2. Angel. *num.* 3. cum Gloſ. *in cap cum ſpeciali*, verbo *Regulares*, *de appel.* Sed abſque ſufficienti fundamento, quia ſtante vniuerſalitate diſpoſitionis apta includere etiam Prælatos regulares, cum ſubſint iuri communi, & non excipiantur, dicendum eſt, quod includantur ſub diſpoſitione. Niſi forte aliquid ſanciretur in eorumdem Conſtit. quod detraheret de iure communi, & eſſent confirmatæ ex certa ſcientia ab Apoſtolica Sede. Et ita docent communiter Hoſtienſ. *in cap. cum medicinalis*, §. *ſi quis autem*, *de ſentent. excommunicat. in* 6. Geminian. *num.* 9. Io. Andr. *ibid.* Stephan. Coſta *num.* 76. Nauar. *c.* 27. *Manual. num.* 7. *in fine*, Vgolin. *de cenſur. tab.* 1. *cap.* 14. §. 9. *num.* 2. Abbas *in cap. cum ſpeciali n.* 3. & 9. *de appellat.* Maiol. *lib* 9. *de irregularit. cap.* 48. *num.* 13. Sayrus *lib.* 1. *de cenſur. cap.* 13. *num.* 15.

An Religioſus, vel aliquis alius excommunicatus, qui ſatisfecit, teneatur præſtare cautionem idoneam de parendo in futurum mandatis Eccleſiæ, vel ſufficiat iuratoria? Quæſtio XI.

SVMMARIVM.

1 *Pro obtinenda abſolutione ab excommunicatione regulariter ſufficit iuratoria cautio.*
2 *Caſus, in quibus alia cautio requiritur.*
3 *Quando danda cautio idonea diuerſa à iuratoria.*
4 *Abſoluendus ſufficit ſi iuret, ſe non inuenire fideiuſſorem.*

1 Reſp. Quod dicendum, eſt, quod regulariter ſufficit iuratoria cautio, *cap. cum deſideres*, *vbi gl. in verb. ad cautelam*, & *in verb. niſi formam*, & ibi *Abb. de ſent. excomm. cap. ex tenore c. de*

cætero eodem tit. & cap. quæſtione, de appell. Nihilominus requiritur aliqua cautio idonea.

Primò, ſi ſatisfactio excommunicati habet tractum ſucceſſiuum, & longum, & futurum tempus reſpicit, puta Eccleſiam, vel capellam ædificare, ire ad Terram ſanctam, vel ſimilia: tunc requiritur cautio idonea de adimplendo. *Abb. in d.cap. quæſtione n.9. per illum tex. de appell. & in c. fin. de ſepult. per tex. in cap. ſignificauit, de off. ord.*

Secundo requiritur cautio idonea, quando adeſt ſuſpicio, ne quis iterum in crimen relabatur. *Franch. in cap. qua fronte, num.20, de appell. Abb. in d.c. quæſtione n.11. Card. in Clem.1.q.17. de ſent. excommunicationis.*

Tertiò, quando res de ſui natura requirit cautionem idoneam in futurum. *l. harum, l. egi, vbi DD. ff. ſi ſeruitus vindicetur.* Bart. *in l. ſi prius, ff. de oper. nou.* Nunc quamuis aliqui teneant, nec in poſſeſſorio retinendæ requiri idoneam cautionem, quos recenſet Menoch. *de retinenda. ne-med.3. n.812, & 816,* vel poteſt poni exemplum in genere, in caſibus, in quibus à lege requiritur idonea cautio in futurum: his ceſſantibus ſufficit iuratoria cautio, vt latè probat Burſat. *conſ.405. vol.4.* vbi defendit quendam Abbatem, qui fuerat excommunicatus ab Epiſcopo ob prætenſam exemptionem à iuriſdictione Epiſcopi, qui tandem paruit, & concludit non eſſe obligatum in futurum præſtare idoneam cautionem: tanto minùs non tenetur Regularis, qui nec actu ſatisfacere, nec pignora, nec fideiuſſores dare poteſt ob paupertatem, quam ex voto profitetur. Couar. *in cap. alma mater, cap.11. n.15.* & Butr, *in cap.1, num.15. de iud. per cap. venerabilibus de ſent. excom. in 6.*

ADDITIO AD QVAEST. XI.

3 Quod dicitur de cautione alia idonea, præter iuratoriam, intelligendum eſt, quando poteſt haberi. Quia cum excommunicatio ſit ad medicinam, Eccleſia deſiderat reſipiſcentiam, nec vult, quod quis detineatur in excommunicatione, & proinde non occludit ſinum ad ſe reuertenti, argum. ex cap. *ſuper eo, de hæret. in 6.* Gloſ. *in cap. ex parte 1.* verbo *pro contumacia, in fine. de verbor. ſignificat.* Vnde ſi non habeat pignora, aut fideiuſſorem, non erit aliud exigendum præter cautionem iuratoriam vt notant Gloſ. *in cap. fin.* verbo *idoneè, de pœn. in 6.* Panormit. *in cap. ex parte 1. num.4. de verbor. ſignif. & in cap. quæſtioni, num.9. de appellat.* Hoſtienſ. *in ſum. lib.5. tit. de ſenten. excommun. num.14. §. Et qualiter*, ver. *ſecundum, in fine.* Aſtenſ. *lib.7. tit.15. ar.2. quæſt.14. par.2. ſum.* Couarru. *in cap. alma mater, par.1. §.11. num.11.* Nauar. *cap.26. Manual. num.7. & cap.27. num.278.* ver. *ſexto*, Vgolin. *de cenſur. tab.1. cap.9. §.4. num.3.* Henriquez *lib.13. ſum. cap.28. num.1.* Sayr. *lib.2. de cenſur. capit.18. num.16.*

4 Eſt autem aduertendum, quod abſoluendus ab excommunicatione non tenetur probare, ſe non inuenire fideiuſſorem, ſed ſufficit in hoc eius iuramentum, vt notant Gloſ. *in l.1. ff Qui ſatisdare cogan.* Iaſ. *ibid. num.22.* Quia cum agatur de probanda negatiua, quæ non eſt coarctata ad hanc, vel illam perſonam, quæ pro ipſo fideiubeat, non poſſet probare, ſe non reperire fideiuſſorem; & ideo ne cogatur ad impoſſibile, ſtandum eſt eius dicto iuramento firmato.

An Epiſcopus declarare poſſit, aliquem Regularem eſſe excommunicatum, poſt interpoſitam appellationem. Quæſtio XII.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non ſuſpendit excommunicationem.*
2 *Appellans ab excommunicatione poteſt denunciari Niſi ſententia fuerit conditionalis.*
3 *Appellans ab excommunicatione, de iure noto non poteſt denunciari.*
4 *Appellatio à ſententia conditionali excommunicationis habet effectum ſuſpenſiuum.*
5 *Appellari poteſt à ſententia conditionali toto tempore intermedio.*
6 *A declaratoria excommunicationis appellari poteſt.*
7 *Etiamſi cenſura ſit ab homine.*

1 Reſp. Excommunicationis ſententiam non ſuſpendi per appellationem, vt tradit Pontifex *in cap. paſtoralis, §. verum de appell.* ita Doctores *in c. is, cui, §. ſanè de ſentent. excom.* Bellamera *dec.313. Capella Tholoſ. dec.298.* quam regulam cum ſex declarationibus tradit Alex. Trentacinq; *lib.2. variarum reſol. reſolut. 5.* Proſper Farinac. *in quæſtionib. crim. limit. 5. n.178.* Pro qua ſent. expendo bonum textum *in cap. per tuas de ſent. excom. & d.c. is, cui eodem tit. lib. 6.* vbi appellatio non ſuſpendit executionem cenſurarum, & erit reus excomm. appellatione pendente. Et eſt ratio, quia ſententiæ cenſurarum ſunt medicinales, & veniunt principaliter ad cor-

rigen-

rigendum; & sic ne prætextu friuolæ appellationis impediatur correctio, vt tradit Abb. *in cap. sæpe n.*15. *de appell.* & aliàs 12. rationes tradit Abb. *in d. cap. pastoralis, §. verum n.*7.

2 Quare licet appellet excommunicatus, potest denunciari, *vt in d. cap. pastoralis*, & tradit Lancell. *de attent.*2.*q.c.*12. *limit.*21 quem sequitur Sigism. sen. *in tract de appell.q.*18. *limit.*22.*n.*1. & 4. Quam conclusionem limitabis, si sententia fuerit conditionalis, vel temporalis, vt si illud non fiat intra tale tempus, sit excommunicatus; quia in hoc casu, si à tali excommunicatione appelletur, suspenditur ipso iure effectus excommunicationis, & nec erit excommunicatus, nec potest denunciari, transacto tempore, vt declarat Lancell. *vbi supra limit.*22.*n.*30. Vbi posuit plures declarationes.

ADDITIO AD QVAEST. XII.

3 Quod appellans ab excommunicatione, possit nihilominus denunciari excommunicatus, videtur decisum, in cap. *Pastoralis*, §. *verum quia, de appel.* quia, vt habet tex. *Cum executionem excommunicatio secum trahat, & excommunicatus per denunciationem amplius non ligetur, ipsum excommunicatum denunciare potes, vt ab alijs vitetur*. Et ita tenent Abbas, & cæteri Doctor. *in dict. tex.* Duen. *reg.*42. *fallent.*8. Couarruu. *in cap. alma mater.par.*1. §.10. *num.*4. Alter. *de censur. disp.*5. *cap.*1.ver. *Tertio dubitari potest*. Genuens. *in praxi, cap.*23. *nu.*2. ver. *Declara* 2. Suarez *disp.*3. *de censur. sect.*15. *in fine*. Vvlpes *in praxi cap.* 1. *num.* 24. Alphon. de Leon. *de censur. recollect.* 2. *num.* 145. ver. *contrarium tamen*. At quod interposita appellatione non possit deueniri ad denunciationem, tenent quamplures graues Doctores, præsertim Butr. *in dict. cap. pastoralis, §. verum num.*11. citans Io.Andr. Imola *ibid. circa finem*, Alexander de Næuo, *num.*7. Lancellot. *de attentat. par.*2. *cap.*12. *limit.* 21. *num.* 14. & 15. Petrus. *ibid.* Nauar. *cap. cum contingat. remed.*6 *num.*8. *de reseriptis*; Henriquez *lib.*13. *cap.*16.*num.*2 *in Com. littera M.* Sanchez *lib.* 3. *consil. capit. vnico dub.*33, *num.*2. Marius Antonin. *variar resolut. lib.*1 *resol.*112 *casu* 74. ver. *vlterius*, testans, Rotam tenuisse, actum denunciationis esse attentatum interposita appellatione, Et ratio est. Quia licet appelatio non suspendat sententiam excommunicationis, eo quod habeat annexam exequutionem, vt dicitur in citato cap. *Pastoralis*, quæ tamen ratio non ita commui calculo probatur; suspendit tamen iurisdictionem Iudicis à quo, ne possit ad vlteriora procedere; & ideo non potest in causa exercere vlterius actus iurisdictionales, qualis est denunciatio. Et modo militat contraria ratio. Nam ideo tex. dicit, posse denunciari interposita appellatione, quia per talem denunciationem non amplius ligatur, quàm antea ligabatur; siquidem tunc temporis licet non denunciatus, erat tamen vitandus, & ideo secluſa denunciatione ligabatur etiam quò ad hoc. Modo autem post Extrauag. Martini V. *Ad euitanda*, non est citandus ante denunciationem, sed solum facta denunciatione. Et licet non videatur ex hoc plus ligari, quia ratione denunciationis solum ligantur cæteri fideles, vt teneantur ipsum vitare, hæc tamen ligatio redundat etiam in ipsum, quia dum interdicitur ceteris communicatio cum ipso, indirectè interdicitur etiam ipsi; ita vt non solum debeat abstinere à communione cum alijs, sicut antea tenebatur, sed etiam non possit communicare cum ijs in ijs casibus, in quibus poterat secluſa denunciatione. Rursus ante denunciationem gesta per ipsum sunt valida; sequuta autem denunciatione sunt inualida, & ideo non solum ligatur, vt non possit licitè agere, sed etiam, vt non possit validè. Et ideo negari non potest, quin denunciatio secum trahat notabile grauamen, à quo appellari possit, & per appellationem suspendi facultas ad inferendum.

4 Quod sententia conditionalis excommunicationis, seu alterius censuræ, suspendatur, si interponatur appellatio ante euentum conditionis, statuitur in cap. *præterea*, 2. *de appellat.* Et sequitur ex opposita ratione assignata in cap. *pastoralis, de appellat.* ideo enim sententia absoluta non suspenditur per appellationem, quia censuræ statim ac ferun. tur, habent annexam exequutionem; & ideo, si non haberent, possent suspendi. Sententia autem conditionalis non habet, quia expectat euentum conditionis. cap. *A nobis* 1. *de sentent. excommunicat.* & ita notant Glos. *in cap. præterea* 2. verbo *Impedire, de appellat.* Panorm. *num.*7. & cæteri Doctores *ibid.* Marian. Socin. *in cap. sacro, num.*62. *de sent. excommunic.* Couarru. *in cap. alma mater, par.*1. §. 10. *num.*6 *de sent. excom.* Vgolin. *de censur. tab.*1. *cap.*13. §.18. *num.*10. Palud. *in* 4. *dist.* 18. *quæst.*1. *artic.*4. *conclus.*2. Nauar. *in cap. cum contingat, causa* 14. *nullit. num.*7. *de reseript.* Sayr. *lib.*1. *de censur. cap.* 16. *num.* 24. Cornejus 3. *par. tract.* 5. *de censur. disp.* 4. *dub.*2. & *disp.*12. *dub.vn.* ver. *reducitur*. Bonac. *disput.*1. *de censur. quæst.* 2. *punct.* 2. *num.* . . . Lezana *in sum.* verbo *appellare*, *num.*11. Sanchez *li.*3. *consil. moral. cap. vn. dub.*32. *num.*256.

5 An autem à sententia conditionali appellandum sit intra decem dies, an verò sufficiat, quod appelletur quocunquè tempore ante euentum conditionis? Quod sit appellandum intra decem dies, tradunt Alexan. de Næuo *in cap. præterea* 2. *nu.*27. *de appellat.* citans alios, Panorm. *num.*8. Tabiena ver. *appellatio, num.*7. At appellationem posse interponi quocunque tempore ante euentum conditionis, tradunt communiter Dec. *in dict. cap. præterea* 2. *nu.*9. *de appellat.* Præpositi. *num.*14. Io. Andr. *nu.*17. Franc. *num.*9. Innocent. *num.*4. Butr. *num.*22. Henr. *nu.*2. Cardin. *in fine*. Ancharan. *num.*5. Imola *nu.*7 Hostiens. & cæteri Doctores *ibid.* cum Glos. verbo *impedire*, Archidiacon. *in cap. biduum*, 2. *quæst.*6. Marian. Socin. *in cap. sacro, num.* 128. *de sent. excommun.* Io. Monach. *in cap. quicunque de sent. excommunicat. in* 6. Bald. *in l. & si clericus*, C. *de Episcop. audient.* Couarru. *in cap. alma mater, par.*1. §. 10. *num.*4. Nauar. *in cap. cum contingat. can.* 14. *nullit. num.*7.

num.7. de reſcript. Lancellot. *de attent. par.2.cap.12. limit. 21. num. 35.* Syluester verbo *excommunicatio vltimo, quæſt.1.* Sayr. *lib. 3. conſil. cap. vn. dub. 32, num.260.* Deſumitur autem ex dicto cap. *præterea 2. de appellat* vbi dicitur, quod ſuſpenditur ſententia excommunicationis conditionata, ſi medio tempore intercedente inter ſententiam, & euentum conditionis, appelletur; ergo cum totum medium tempus admittat appellationem ſuſpenſiuam, poterit interponi etiam poſt decem dies. Et ratio eſt. Quia ſententia excommunicationis non incipit habere vim niſi aduenientе conditione: & ideo appellatio interpoſita ante aduentum conditionis eodem modo ſe habet, ac ſi interponeretur ante ſententiam.

6 A declaratoria quoque excommunicationis appellari poteſt, nempe quando excommunicatio eſt impoſita à iure, & ſtante facto ſub excommunicatione interdicto, deueniendum eſt ad declarationem. Ita Gloſ. communiter recepta *in cap. cupientes, §. quod ſi per viginti,* verbo *priuatus, de elect. in 6* Felin. *in cap. Rodulphus, num. 43. de reſcript.* alios referens. Franc. *in cap. is, cui, §. ſanè num. 1. de ſent. excommun. in 6.* Dec. *in cap. peruenit. 1. de appellat.* Io. Andr. *in cap. paſtoralis, §. verum de appellat. in fine.* Imola *ibid.* Cardin. *in Clemen. 1. §. ſi quis, de ſequeſtr. poſſeſſ.* Duen. *reg. 42. limit. 8.* Couarru. *in cap. alma mater, par. 1. §. 10. num. 4.* Nauar. *in cap. cum contingat cau. 15. nullit. de reſcrip.* Maranta *in prac. par. 6 tit. & quandoque appellat. num. 180.* Tabiena verbo *appellatio num. 10.* Angel *num. 8.* Syluester *quæſt. 5.* Lancellot. *de attent. par. 2. cap. 12. limit. 25. num. 2.* Auila *de cenſur. par. 2. cap. 7. diſp. 5. dub. 11. concluſ. 2.* Suarez *diſp. 3. de cenſur. ſect. 6. num. 6.* Bonac. *diſp. 1. de cenſur. quæſt. 2. punct. 2. num. 6.* Sanchez *lib. 3. conſil. cap. vn. dub. 32, num. 243.* qui alios citat. Alphonſ. de Leone *de cenſur. recollect. 2. num. 248.* Lezana *in ſum.* verbo *appellare num. 11.* Armilla verbo *appellatio num. 10.* Portel. *in dub. regular.* verbo *appellatio, num. 7.* Peirin. *quæſt. 1. de ſubdito relig. cap. 20.* ver. *Reſpondeo, à pœna legis,* Gabr. *concluſ. 3. nu. 59. de reg. iur.* Vvlpes *in praxi cap. 1. num. 25.* Ricciul. *lib. 4. de perſon. extr. Eccleſ. grem. cap. 64. num. 30.* Macerat. *lib. 1. var. reſol. cap. 75. num. 51.* Donat. *in praxi reg. regular. par. 2. tract. 10. de appellat. q. 28 num. 3.* Ratio autem eſt, quia declaratio non verſatur circa cenſuram, ſed circa crimen, cui annexa eſt cenſura, vnde cum potuerit iudex in hac declaratione aggrauare ſubditum, datur locus appellationi, quæ obtinebit ſuos regulares effectus ſuſpenſionis, & deuolutionis. Et hanc ſententiam pluries ſequuta eſt Rota apud Achil. de Graſ. *deciſ. 4. num. 7. de ſent. excom.* Put. *deciſ. 27. num. 5.* & *deciſ. 271. li. 3.* Seraphin. *deciſ. 1296. num. 2.* Coccin. *deciſ. 144. in fine.*

7 Et hoc habet locum non ſolum in declaratoria cenſuræ à iure, ſed etiam ab homine, nam militat eadem ratio, quia cum agatur de facto, potuit iudex inferre grauamen, & ita in ſpecie notant Ricciul. *lib. 4. de perſon. extra Eccleſ. grem. cap. 64. n. 31.* Genuenſ *in praxi cap. 23. init.* Alphon. de Leone *de cenſur. recollect. 2. num. 648.* Rota apud Achil. de Graſſis *deciſ. 370. alios 4. de ſent. excommunication. num. 7.*

An ſententia declaratoria excommunicationis incurſæ poſſit ſuſpendi ad tempus. Quæſtio XIII.

SVMMARIVM.

1 *Sententia declaratoria excommunicationis ſuſpendi poteſt.*
2 *Sed non niſi ex graui cauſa.*
3 *Declarans aliquem excommunicatum, quomodo procedat.*

1 Reſp. Quod licet prima facie videatur dicendum, quòd non, ex eo, quod excommunicatio cùm ſit legitimus actus, non recipit, neque diem, neque conditionem, *argum. tex. in c. actus legitimus eodem tit. in 6.* Cæterum contrarium ſeruatur ex doctrina Imol. & Franch. *in cap. dilecti filij, de appellat.*

ADDITIO AD QVAEST. XIII.

2 Quod ſententia declaratoria excommunicationis non poſſit ſuſpendi ad tempus, tradit Macerat. *reſolut. variar. 72. num. 3. lib. 1.* Verum oppoſitum præter citatos ab Auctore tenent Genuen. *in praxi Archiepiſcop. cap. 28. num. 6.* Alphon. de Leone *de cenſur. recollect. 2. 675.* Additionat. *ad Genuen. citat. loco num. 8.* qui monet non eſſe in praxi vſurpandum, niſi ex vrgentiſſima cauſa, quia eſt cauſa, quod paruipendatur excommunicatio, Vnde de facili non debet quis declarari excommunicatus, ſed facta declaratione debet manuteneri.

3 Ratio autem eſt. Quia declarans aliquem excommunicatum, non procedit tanquam exequutor, ſed tanquam iudex ordinarius, nam iudicat ſubditum ſuum de delicto, cui à iure impoſita eſt excommunicatio, ſeu alia cenſura, & procedit auctoritate propria; & ideo poteſt admittere exceptionem contra ſuam ſententiam, & illam ſuſpendere; vnde ſuſpenſo fundamento, nempe ſententia declaratoria de delicto, venit in conſequentiam ſuſpenſio cenſuræ. Et ex his corruunt omnia, quæ obijciuntur à Macerat. loco citato, nam fundantur in eo, quod declarans aliquem excommunicatum, ſit merus exequutor.

An

An possit Episcopus absoluere Regularem excommunicatum appellantem pendente lite, cum reincidentia? Quæstio XIV.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus potest absoluere excommunicatum ad reincidentiam.*
Absolutio ab excommunicatione est actus iurisdictionis.
2 *Absolutio ad reincidentiam quænam sit.*
3 *Quinam possint absoluere ad reincidentiam.*
4 *Iudex Ecclesiasticus competens absoluere potest à qualibet excommunicatione, cum reincidentia, in ordine ad iustificandum.*

1 Resp. Affirmatiuè Couar. *in cap. alma mater de sent. excom. §. 11. à num. 6.* vbi dicit, quod licet excommunicatio verè non possit suspendi, tamen nihil impedit, quin ab ea detur absolutio ad certum actum, vel tempus; quo finito, ille reincidit in eandem excommunicationem vt priùs, & dicitur absolutio cum reincidentia, *facit cap. veniens il 2. in fin. de test. & cap. de cætero*, & ibi Abb. *num. 2. de sent excom.* Ratio est, quia absolutio ab excommunicatione non est sacramentalis, nec pertinet ad ordinem, sed ad iurisdictionem. Innoc. *in cap. tanta, num. 3. de excess. Præ at. idem loc. cit. num. 10.* Sylvest. in verbo *absolutio* 1. *n. 2.* Nauar. *cap. 27. num. 41.* & hoc vel quando pendente causæ cognitione, esset magnum festum, & ille vellet viuere more Christianorum, & fidelium, vel quærere testes, vel scripturas pro sui defensione, *facit cap. 2. in 2. resp. de sent. excom. lib. 6.* & sic vidi practicari.

ADDITIO AD QVAEST. II.

2 Absolutio ad reincidentiam est illa, quæ non tollit excommunicationem, seu aliam censuram absolute, sed solum ad tempus, seu in ordine ad aliquem effectum. Et ideo reincidentia reducit eamdem censuram cum ijs qualitatibus, & solemnitatibus, quibus prius erat affecta, restituendo excommunicatum ad eumdem statum, & desumitur ex cap. *veniens 2. de testib.* & cap. *Apostolicæ de exceptionib.* & notant communiter Doctores ad eosdem text. Couarru. *in cap. alma mater, par. 1. §. 11. numer. 6. ver. secundo de sent. excommunicat.* Sayr. *lib. 2. de censur. cap. 16. num. 8.* Auila *par. 2. de censur. cap. 7. disp. 3. dub. 14. init.* Ricciul. *lib. 4. de person. extr. Eccles. gren. cap. 66. num. 9.* Reginal. *lib. 9. praxis fori pœnit. num. 54.*

3 Quod possit excommunicator absoluere cum reincidentia excommunicatum, & consequenter pendente appellatione deuolutiua, est communis omnium sententia. Non tamen potest superior absoluere quemcumque excommunicatum, sed solum quando aut excommunicatio non est reseruata; aut si sit reseruata, ideo à iure conceditur saltem in illo casu. Vnde cum Regulares exempti non sint subditi Episcopo, non poterit eos absoluere ad reincidentiam, nisi in casibus, in quibus conceditur posse excommunicare, iuxta ea, quæ tradunt Suarez, *disp. 7. de censur. sect. 8 num. 24.* Alterius *lib. 4. de censur. disp. 10. cap. 5. ver. sequitur secundo.* Alphonsus de Leone *recollect. 2. de censur. num. 881.*

4 Est tamen aduertendum, quod quilibet index Ecclesiasticus potest absoluere quemcunque excommunicatum ad reincidentiam in ordine ad causam, quæ coram ipso agitatur; hoc enim conceditur in fauorem iudicij, vt causæ facilius expediantur, ita in cap. *veniens 2. de testibus.* & ita notant Couarr. *in cap. alma mater, par. 1. § 11. num. 6.* Suarez citans Vgolinum, *disp. 7. de censur. sect. 8. num. 20.* Alphons. de Leone *recollect. 2. de censur. num. 881.*

Si Regularis excommunicatus absoluatur cum reincidentia, an elapso tempore requiratur declaratoria. Quæstio XV.

SVMMARIVM.

1 *Ad reincidentiam an sit necessaria declaratoria.*
2 *Absolutio ad reincidentiam duplex.*
Quando elapso termino statim superueniat reincidentia.
3 *Reincidentia dependens à conditione non superuenit sine noua contumacia.*
4 *Quando requiritur noua contumacia ad reincidentiam, an necessaria noua denunciatio.*

1 Resp. Quod verior opinio est, non esse necessariam declaratoriam, sed ipso iure reincidere; quæ opinio fundatur in doctrina Hostiens. *in cap. veniens il 2. de testibus*, quem sequitur Butr. & Sicul. qui vult esse de consuetudine Curiæ, quod, quando quis absoluitur ab excommunicatione ad tempus, puta, vt testificari possit, vel quid simile, statim illis peractis reincidit in excommunicationem. Secundo, *per textum in c. eos, de sent. excom. in 6.* vbi absolutus ab excom-

num.7. de reſcript. Lancellot. *de attent. par.2.cap.12. limit. 21. num. 35.* Sylueſter verbo *excommunicatio vltimo, quæſt.1.* Sayr. *lib. 3. conſil. cap. vn. dub. 32, num.260.* Deſumitur autem ex dicto cap. *præterea 2. de appellat* vbi dicitur, quod ſuſpenditur ſententia excommunicationis conditionata, ſi medio tempore intercedente inter ſententiam, & euentum conditionis, appelletur; ergo cùm totum medium tempus admittat appellationem ſuſpenſiuam, poterit interponi etiam poſt decem dies. Et ratio eſt. Quia ſententia excommunicationis non incipit habere vim niſi aduenientе conditione: & ideo appellatio interpoſita ante aduentum conditionis eodem modo ſe habet, ac ſi interponeretur ante ſententiam.

6 A declaratoria quoque excommunicationis appellari poteſt, nempe quando excommunicatio eſt impoſita à iure, & ſtante facto ſub excommunicatione interdicto, deueniendum eſt ad declarationem. Ita Gloſ. communiter recepta *in cap. cupientes, §. quod ſi per viginti,* verbo *priuatus, de elect. in 6* Felin. *in cap. Rodulphus, num. 43. de reſcript.* alios referens. Franc. *in cap. is, cui, §. ſanè num 1. de ſent. excommun. in 6.* Dec. *in cap. peruenit. 1. de appellat.* Io. Andr. *in cap. paſtoralis, §. verum de appellat. in fine.* Imola *ibid.* Cardin. *in Clemen. 1. §. ſi quis, de ſequeſtr. poſſeſſ.* Duen. *reg. 42. limit. 8.* Couarru. *in cap. alma mater, par. 1. §. 10. num. 4.* Nauar. *in cap. cum contingat cau. 15. nullit. de reſcrip.* Maranta *in prac. par. 6 tit. & quandoque appellat. num. 180.* Tabiena verbo *appellatio num. 10.* Angel *num. 8.* Sylueſter *quæſt. 5.* Lancellot. *de attent. par. 2. cap. 12. limit. 25. num. 2.* Auila *de cenſur. par. 2. cap. 7. diſp. 5. dub. 11. concluſ. 2.* Suarez *diſp. 3. de cenſur. ſect. 6. num. 6.* Bonac. *diſp. 1. de cenſur. quæſt. 2. punct. 2. num. 6.* Sanchez *lib. 3. conſil. cap. vn. dub. 32, num. 248.* qui alios citat. Alphonſ. de Leone *de cenſur. recollect. 2. num. 248.* Lezana *in ſum.* verbo *appellare num. 11.* Armilla verbo *appellatio num. 10.* Portel. *in dub. regular.* verbo *appellatio, num. 7.* Peirin. *quæſt. 1. de ſubdito relig. cap. 20. ver. Reſpondeo, à pœna legis,* Gabr. *concluſ. 3. nu. 59. de reg. iur.* Vvlpes *in praxi cap. 1. num. 25.* Ricciul. *lib. 4. de perſon. extr. Eccleſ. grem. cap. 64. num. 30.* Macerat. *lib. 1. var. reſol. cap. 75. num. 51.* Donat. *in praxi rer. regular. par. 2. tract. 10. de appellat. q. 28 num. 3.* Ratio autem eſt, quia declaratio non verſatur circa cenſuram, ſed circa crimen, cui annexa eſt cenſura, vnde cum potuerit iudex in hac declaratione aggrauare ſubditum, datur locus appellationi, quæ obtinebit ſuos regulares effectus ſuſpenſionis, & deuolutionis. Et hanc ſententiam pluries ſequuta eſt Rota apud Achil. de Graſ. *deciſ. 4 num. 7. de ſent. excom.* Put. *deciſ. 27. num. 5.* & *deciſ. 271. li. 3.* Seraphin. *deciſ. 1296. num. 2.* Coccin. *deciſ. 144. in fine.*

7 Et hoc habet locum non ſolum in declaratoria cenſuræ à iure, ſed etiam ab homine, nam militat eadem ratio, quia cum agatur de facto, potuit iudex inferre grauamen, & ita in ſpecie notant Ricciul. *lib. 4. de perſon. extra Eccleſ. grem. cap. 64. n. 31.* Genuenſ *in praxi cap. 23. init.* Alphon. de Leone *de cenſur. recollect. 2. num. 648.* Rota apud Achil. de Graſſis *deciſ. 370. alios 4. de ſent. excommunication. num. 7.*

An ſententia declaratoria excommunicationis incurſæ poſſit ſuſpendi ad tempus. Quæſtio XIII.

SVMMARIVM.

1 *Sententia declaratoria excommunicationis ſuſpendi poteſt.*
2 *Sed non niſi ex graui cauſa.*
3 *Declarans aliquem excommunicatum, quomodo procedat.*

1 Reſp. Quod licet prima facie videatur dicendum, quòd non, ex eo, quod excommunicatio cùm ſit legitimus actus, non recipit, neque diem, neque conditionem, *argum. tex. in c. actus legitimus eodem tit. in 6.* Cæterum contrarium ſeruatur ex doctrina Imol. & Franch. *in cap. dilecti filij, de appellat.*

ADDITIO AD QVAEST. XIII.

2 Quod ſententia declaratoria excommunicationis non poſſit ſuſpendi ad tempus, tradit Macerat. *reſolut. variar. 72. num. 3. lib. 1.* Verum oppoſitum præter citatos ab Auctore tenent Genuen. *in praxi Archiepiſcop. cap. 28. num. 6.* Alphon. de Leone *de cenſur. recollect. 2. 675.* Additionat. *ad Genuen. citat. loco num. 8.* qui monet non eſſe in praxi vſurpandum, niſi ex vrgentiſſima cauſa, quia eſt cauſa, quod paruipendatur excommunicatio. Vnde de facili non debet quis declarari excommunicatus, ſed facta declaratione debet manuteneri.

3 Ratio autem eſt. Quia declarans aliquem excommunicatum, non procedit tanquam exequutor, ſed tanquam iudex ordinarius, nam iudicat ſubditum ſuum de delicto, cui à iure impoſita eſt excommunicatio, ſeu alia cenſura, & procedit auctoritate propria; & ideo poteſt admittere exceptionem contra ſuam ſententiam, & illam ſuſpendere; vnde ſuſpenſo fundamento, nempe ſententia declaratoria de delicto, venit in conſequentiam ſuſpenſio cenſuræ. Et ex his corruunt omnia, quæ obijciuntur à Macerat. loco citato; nam fundantur in eo, quod declarans aliquem excommunicatum, ſit merus exequutor.

An

An possit Episcopus absoluere Regularem excommunicatum appellantem pendente lite, cum reincidentia? Quæstio XIV.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus potest absoluere excommunicatum ad reincidentiam.*
Absolutio ab excommunicatione est actus iurisdictionis.
2 *Absolutio ad reincidentiam quænam sit.*
3 *Quinam possint absoluere ad reincidentiam.*
4 *Iudex Ecclesiasticus competens absoluere potest à qualibet excommunicatione, cum reincidentia, in ordine ad testificandum.*

1 Resp. Affirmatiuè Couar. *in cap. alma mater de sent. excom. §. 11. à num. 6.* vbi dicit, quod licet excommunicatio verè non possit suspendi, tamen nihil impedit, quin ab ea detur absolutio ad certum actum, vel tempus; quo finito, ille reincidit in eandem excommunicationem vt priùs, & dicitur absolutio cum reincidentia, *facit cap. veniens il 2. in fin. de test. & cap. de cætero*, & ibi Abb. *num. 2. de sent excom.* Ratio est, quia absolutio ab excommunicatione non est sacramentalis, nec pertinet ad ordinem, sed ad iurisdictionem. Innoc. *in cap. tanta, num. 3. de excess. Præ at. idem loc. cit. num. 10.* Sylvest. in verbo *absolutio 1. n. 2.* Nauar. *cap. 27. num. 41.* & hoc vel quando pendente causæ cognitione, esset magnum festum, & ille vellet viuere more Christianorum, & fidelium, vel quærere testes, vel scripturas pro sui defensione, *facit cap. 2. in 2. resp. de sent. excom. lib. 6.* & sic vidi practicari.

ADDITIO AD QVAEST. II.

2 Absolutio ad reincidentiam est illa, quæ non tollit excommunicationem, seu aliam censuram absolute, sed solum ad tempus, seu in ordine ad aliquem effectum. Et ideo reincidentia reducit eamdem censuram cum ijs qualitatibus, & solemnitatibus, quibus prius erat affecta, restituendo excommunicatum ad eumdem statum, & desumitur ex cap. *veniens 2. de testib.* & cap. *Apostolicæ de exceptionib.* & notant communiter Doctores ad eosdem text. Couarru. *in cap. alma mater, par. 1. §. 11. numer. 6. ver. secundo de sent. excommunicat.* Sayr. *lib. 2. de censur. c. 16. num. 8.* Auila *par. 2. de censur. cap. 7. disp. 3. dub. 14. init.* Ricciul. *lib. 4. de person. extr. Eccles. grem. cap. 66. num. 9.* Reginal. *lib. 9. praxis fori pœnit. num. 54.*

3 Quod possit excommunicator absoluere cum reincidentia excommunicatum, & consequenter pendente appellatione deuolutiua, est communis omnium sententia. Non tamen potest superior absoluere quemcumque excommunicatum, sed solum quando aut excommunicatio non est reseruata; aut si sit reseruata, ideo à iure conceditur saltem in illo casu. Vnde cum Regulares exempti non sint subditi Episcopo, non poterit eos absoluere ad reincidentiam, nisi in casibus, in quibus conceditur posse excommunicare, iuxta ea, quæ tradunt Suarez, *disp. 7. de censur. sect. 8 num. 24* Alterius *lib. 4. de censur. disp. 10. cap. 5. ver. sequitur secundo.* Alphonsus de Leone *recollect. 2. de censur. num. 881.*

4 Est tamen aduertendum, quod quilibet index Ecclesiasticus potest absoluere quemcunque excommunicatum ad reincidentiam in ordine ad causam, quæ coram ipso agitatur; hoc enim conceditur in fauorem iudicij, vt causæ facilius expediantur, ita in cap. *veniens 2. de testibus.* & ita notant Couarr. *in cap. alma mater, par. 1. § 11. num. 6.* Suarez citans Vgolinum, *disp. 7. de censur. sect. 8. num. 20.* Alphons. de Leone *recollect. 2. de censur. num. 881.*

Si Regularis excommunicatus absoluatur cum reincidentia, an elapso tempore requiratur declaratoria. Quæstio XV.

SVMMARIVM.

1 *Ad reincidentiam an sit necessaria declaratoria.*
2 *Absolutio ad reincidentiam duplex.*
Quando elapso termino statim superueniat reincidentia.
3 *Reincidentia dependens à conditione non superuenit sine noua contumacia.*
4 *Quando requiritur noua contumacia ad reincidentiam, an necessaria noua denunciatio.*

1 Resp. Quod verior opinio est, non esse necessariam declaratoriam, sed ipso iure reincidere; quæ opinio fundatur in doctrina Hostiens. *in cap. veniens il 2. de testibus*, quem sequitur Butr. & Sicul. qui vult esse de consuetudine Curiæ, quod, quando quis absoluitur ab excommunicatione ad tempus, puta, vt testificari possit, vel quid simile, statim illis peractis reincidit in excommunicationem. Secundo, *per textum in c. eos, de sent. excom. in 6.* vbi absolutus ab

excom-

excommunicatione cum reincidentia, elapso tempore, ipso iure absque sententia remanet excommunicatus. Tum tertiò, quia excommunicatio, quæ profertur his verbis, nisi satisfaceret infra tale tempus, & illo elapso, absque aliqua alia monitione eo ipso excommunicatus intelligitur, *cap. præterea, il 2. de appellat. cap. à nobis, de sent. excom.* Butr. *in cap. 2. de testibus cogendis*. Et ex his non obstant in contrarium adducta, quia procedunt in alijs diuersis casibus.

ADDITIO AD QVAEST. XV.

1 Absolutio ad reincidentiam dupliciter contingere potest: vel ad certum tempus determinatum independenter à quacunque conditione, vt si quis absoluatur ad mensem, vel in ordine ad aliquem specialem actum. Vel potest esse dependens ab aliqua conditione, vt si absoluatur, & si intra certum tempus non satisfaciat parti, reincidat. Tunc enim reincidentia non est absoluta, sed conditionata; & ideo non superuenit deficiente conditione, sub qua debet superuenire. Quando absolutio ad reincidentiam se habet primo modo, elapso termino statim superuenit excommunicatio eadem, atq; adeo cum ijsdem qualitatibus, quas prius habebat, independenter à quocunque alio. Et ita docent communiter, præsertim Laiman *lib. 1. theol. moral. trac. 5. part. 1. c. 7. n. 8.* Alter. *lib. 4. de censur. disp. 16. c. 5.* ver. *Sed insurgit*. Coninch *disp. 14. de censur. n. 215.* Suarez *disp. 7. de censur. sect. 8. nu. 23.* Hurtad. *de censur. disp. 14. de excommunicat. n. 9.* neque circa hoc adest difficultas.

3 Solum dubitatur, quando reincidentia est dependens à conditione. Nam quando conditio est adimplenda, quando primò commodè poterit absolutus, alioquin reincidat; conueniunt omnes, quod requiratur nouum peccatum mortale, & noua contumacia, vt reincidat, atque adeo, quod censura non sit saltem eadem numero. Ita præcipuè Coninch *de censur. disp. 14. n. 215.* ver. *Secundo potest*, Hurtad. *disp. item 14. de excommun. n. 10.* Suarez *disp. 7. de censur. sect. 8. n. 23.* Bonac. *disp. 1. de censur. qu. 3. pun. 3. n. 11.* Similiter etiam, quando absolutio est ad certum tempus, cum conditione, quod intra tale tempus aliquid absolutus præstet, alioquin reincidat, docent satis communiter, & forsan probabilius, quod non reincidat, si non præstet, quod iniunctum est, quando non præstando, non peccat mortaliter, atque adeo non est contumax, quia subintelligitur in iniunctione conditio, si commodè poteris. Ita Nauar. *cap. 27. Manual. nu. 277.* Henriquez *lib. 13. sum. cap. 29. n....* Auila *de censur. par. 2. c. 7. disp. 3. dub. 14.* ver. *Petes*. citans Bannes, Cordubam, Rodriquez. Laiman *lib. 1. theol. moral. tract. 5. part. 1. c. 7. in fine*. Villalob *par. 1. sum. tract. 16. difficul. 23. n. 6.* Coninch *disp. 14. de censur. n. 216.* Alphon. de Leone *de censur. recollect. 2. n. 887.* Vnde neque in hoc casu reincidentia inferet eamdem censuram, sed aliam diuersam saltem numero.

4 Quò stante videtur necessaria noua sententia iudicis, & noua denunciatio, vt debeat tanquam excommunicatus citari, vt docent Laiman *lib. 1. theol. moral. tract. 5. par. 1. cap. 7. in fine*. Alphon. de Leone *recollect. 2. de censur. n. 890.* ver. *Sed an? in fine*. Nam cum prima excommunicatio per absolutionem sit sublata, & alia saltem num diuersa succedat, cessauit etiam denunciatio tamquam affecta tali numero excommunicationi, propter quam excommunicatus fuit denunciatus, vt vitaretur; vt igitur vitetur ob nouam excommunicationem, est necessaria noua denunciatio. Et desumitur etiam ex cap. *Quæstioni de appellat.* ibi: *Statim erit in eamdem reducendus sententiam*. & *cap. ad reprimen. in fine de offic. Ordinar.* ibi. *Quod si facere contempserit, eum in excommunicationis sententiam appellatione remotâ reducere non omittas*. Concordant Panorm. *in dict. tex.* Henr. *consil. 37. num. 4.* Arramon. *consil. 17.*

An Regularis petens absolutionem ad cautelam, teneatur explicare causam nullitatis sententiæ, eamque saltem semiplenè probare?

Quæstio XVI.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio ad cautelam prærequirit probationem de appellatione ex legitima causa, & ante sententiam.*

Secus in foro conscientiæ.

2 *Quid seruet praxis.*

3 *Qualis probatio requiratur de nullitate censuræ.*

4 *Citanda an sit pars pro absolutione ad cautelam.*

5 *In absolutione ad cautelam an exigenda cautio de standoo mandatis Ecclesiæ.*

6 *Pars an impedire possit absolutionem ad cautelam.*

7 *Iudex an teneatur absoluere ad cautelam.*

1 Resp. Quòd ad obtinendam absolutionem ad cautelam, non solum probare debet appellasse se ante sententiam, sed etiam appellationem ex causa legitima, & vera, interpositam fuisse: qua semiplenè saltem probata, tunc absolutio fiat ad cautelam, cum cautione tamen de

sa-

satisfaciendo, si in processu apparebit sententiam iustam fuisse, *vt recte Steph. Cost. in cap. solet. num.* 11. *de sent. excom. lib.6. annotauit*, quæ omnia & ratione confirmari possunt: quia si simpliciter nullitate proposita censuræ, absolutio vnicuique petenti concederetur, tunc Iudex, & censura Ecclesiastica, vt plurimum illuderentur; quod fieri non debet, *c. cum inter de consuet. & Clem.1. de sent. excom.* Omnes enim censuris innodati, statim sententiæ nullitatem allegarent & proinde meritò, vt nullitatis causa, ante absolutionem saltem semiplenè probetur, statutum, vsu obtentum, & conseruatum est, *vnde Innoc. in d.c. Solet.* in iudicijs non prodesse veritatem, affirmauit: hoc est enim non prodesse, vt ita sit, nisi talis veritas probetur, *in c. cum super, & c. suborta, de sent. & re iud.* quamuis secus sit in foro animæ, *vt in c. significasti, de homic. & c. tua nos, de sponsal.* Nam eo in foro absoluitur etiamsi veritatem probare quis nequeat, *ex Innoc. in c. solet in verb. contradictionis n.* 3. Costa *ibid. n.*12. *de sent. excom. lib.*6. & ex alijs etiam rationibus, quas affert Riccius *decis.*1. *Cur. Archiep. Neapolit.* 1. *parte fol.*72.

ADDITIO AD QVAEST. XVI.

2 Quod pro absolutione ad cautelam probari aliquo modo debeat nullitas, tradunt etiam Franc. *in cap. Solet de sentent. excommunicat. in 6.* Felin. *in cap. Apostolicæ de except.* Couarruu. *in cap. Alma mater, par.*1. §.12. Genuen. *in praxi c.*5. *n.* 6. Ricciul. *de person. extra Eccles. grem. lib.*4 *cap.*66. *n.*34. Rota *decis.* 4. *de senten. excommunicat. in noui*. Puteus *decis.*41. *n.*2. *lib.*1. Verum Genuens. *cit.* testatur, quod in praxi hoc non seruetur. Et quod in Curia absque alia informatione impendatur absolutio ad cautelam pro censuris latis extra Curiam, habetur ex Puteo cit. *decis.* Ricciul. *citato*. Achille de Grassis *decis.*1. *de sentent. excommun.* quia pro ipsis non viget præsumptio validitatis. De iure tamen esset necessaria aliqua probatio, ex cap. *Venerabilibus*, præsertim *§. Potest, & §. fin. de senten. excommunicat. in* 6. Vnde in hoc consuetudo iuri derogauit.

3 Qualis autem debeat esse hæc probatio; non videntur Doctores concordare. Nam ex cap. *Venerabilibus, §. fin. de senten. excommunicat. in* 6. videtur requiri plena probatio. ibi. *Postquam tibi de hoc constiterit*; non potest autem constare, nisi per plenam probationem, vt habetur in cap. *In præsentia de probat.* & ita sentit Couarruu. *in cap. Alma mater, par.*1. §. 12. ver. *Sanè quoties*. & proinde non sufficere probationem per vnicum testem, aut iuramentum, notant Felin. *in c. Apostolicæ, n.*19. *de except.* Bellamera *decis.*91. Loquuntur tamen hi Doctores, quando appellatio est ab interloquutoria, subsequente excommunicatione appellationem. Nam quando appellatio est à definitiua sententia, volunt sufficere summariam probationem. Ita Doctores citati, & alij *in cap. Solet de sent. excommunicat. in* 6. Rota *decis.* 4. *de sent. excom. in antiquis.* Et sequitur etiam Ricciul. *de person. extra Eccles. grem. cap.*36. *n.*66. Genuens. *in praxi, cap.*5. *nu.* 6. Quare quando appellatio sit à definitiua, sufficiet, vel instrumentum denunciatiuum, vel iuramentum absoluendi, vt notant Couarruu. & Felin. *citati*. Rota *decis.* 8. *de sent. excom. in nouis*. Verum cum consuetudo, & praxis introduxerit, quod etiam absque informatione impendatur absolutio, eidem praxi etiam standum est quò ad qualitatem probationis. Circa quod est illud aduertendum, quod tex. requirentes probationem nullitatis; vt cap. *Solet*. & cap. *Venerabilibus de sent. excom. in* 6. loquuntur, quando agitur de nullitate ob appellationem interpositam. vnde in alijs casibus potiori ratione standum erit consuetudini.

4 An autem pro absolutione ad cautelam sit citanda pars. Affirmant communiter *in cap. Solet de senten. excommunicat. in* 6. nisi periculum esset in mora, & desumitur ex dicto tex. Subdit tamen Genuens. *in praxi Archiepis. cap.* 5. *n.* 5. quod praxis Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ, & fere omnium Curiarum contrarium obseruat, & solum partem comparentem, & obijcientem manifestam offensam, esse audiendam, & admittendam ad probandam dictam offensam intra octo dies iuxta dict. cap. *Solet*. Sacra tamen Congregatio Episcoporum facta prius relatione cum Sanctissimo, statuit, *die* 13. *Octobris* 1600. Quod, *Absolutio ad cautelam nonnisi parte citata, & visis actis, cum dubitatur de nullitate excommunicationis ab homine prolatæ, vel à iure, si occurrat dubium facti, vel probabile dubium iuris, concedenda erit; tunc que ad tempus breue cum reincidentia, & præstita per excommunicatum cautione de standoiuri, & parendo mandatis Ecclesiæ tantum. Et si iuxta formam à iure præscriptam apparebit, quem ob manifestam offensam excommunicatum fuisse, debitam etiam satisfactionem præstare; & si ob contumaciam manifestam, expensas pariter satisfacere, & cauere de Iudicio sisti coram excommunicatore, quis tenebitur prius, quàm ad cautelam absoluatur.* Quia tamen hoc Decretum non tollit consuetudinem in contrarium, ideo videndum erit, an consuetudo sit legitima subsistat.

5 Quamuis Rota *decis.* 36. *in fine, de procurat. in nouiss.* censeat, quod in absolutione ad cautelam non sit præstanda cautio: Communis tamen sententia est, quod sit præstanda cautio de parendo mandatis Ecclesiæ, si constabit validam fuisse excommunicationem. Ita specialiter Io. Andr. *in cap. Solet, nu.* 18. ver. *Item fieri de sent. excommunicat. in* 6. Franc. *num.* 12. ver. *Item debet*. Genuens. *in praxi Archiepiscopi c.*5. *n.*11. Ricciul. *lib.*4. *de person. extra Eccles. grem. c.*67. *n.* 44. ver. *Prior opinio*. Rota *decis.*2. *de senten. excommunicat. in nouis*, & Doctores *in cap. fin. de restit. spoliat.* & desumitur ex cap. *Ex parte de verbor. significat.* & cap. *Cum contingat de offic. deleg.* & ex cap. *Venerabili, §. Sed si ex causa*. & *§. fin. de offic. Ordinar.* quatenus decernunt, quod impendatur absolutio secun-

ſecundum formam Eccleſiæ. Forma autem Eccleſiæ eſt, quod exhibeatur cautio ſaltem iuratoria, de parendo mandatis Eccleſiæ, ſatisfaciendo parti &c. cap. *Ex tenore*. & *cap. Cum deſideres de ſentent. excommunicat.*

6 An verò pars opponere poſſit contra abſolutionem ad cautelam, & eam impedire. Reſp. Solum poſſe impedire in caſu manifeſtæ offenſæ, quam tenetur probare intra ſpacium octo dierum. Ita deſumitur ex cap. *Solet*, & *cap. Venerabili*, §. *Porrò de ſent. excommunicat. in 6.* & *cap. Ex parte de verbor. ſignificat.* vbi Doctores. Vnde non ſolum erit probanda offenſa, ſed etiam, quod ſit manifeſta, vt notant Felin. *in cap. Apoſtolicæ*: ver. *Dicitur etiam de except.* Feder. de Senis *conſil.* 198. *n.* 2. Geminian. *in cap. Solet, n.* 14. *de ſent. excommunicat. in 6.* Coſta *num.* 14. Couarruu. *in cap. Alma mater par.* 1. §. 12. *n.* 8. Vgolin. *de cenſur. tab.* 1. *c.* 22. §. 1. *nu.* 13. Sayr. *lib.* 2. *de cenſur. c.* 17. *n.* 9. Rota *deciſ.* 6. *de except. in nouiſſ.* & proinde quod ſit talis, quod nulla poſſit tergiuerſatione celari, iuxta tradita per Gloſ. *in dict. cap. Solet*, verbo *Manifeſta*. Geminian. *ibid. n.* 12. per tex. cap. *Cum olim de verbor. ſignificat.*

7 Quod autem iudex non teneatur abſoluere ad cautelam, ſed poſſit denegare abſolutionem, tradunt Innocent. *in cap. Solet, num.* 7. *de ſent. excommunicat. in* 6. Fran, & Geminian. *ibid.* §. *In ſecunda*. Ancharan. *num.* 2. Coſta *nu.* 56. Io. Andr. *ibid.* Dominic. & alij. *ibid.* Genuen. *in praxi Neapol. c.* 5. *num.* 7. Fundantur in eo, quod in cap. *Venerabilibus*, §. *Sed ſi ex cauſa*. & §. *poteſt*. & §. *fin. de ſent. excommunicat. in* 6. adhibentur verba poteſtatiua, non præceptiua. Verum hoc non iuuat, quia ibi Pontifex declarat caſus, ad quos ſe extendit facultas abſoluendi ad cautelam, & dicit, quod in tali, & tali caſu poteſt habere locum talis abſolutio, vnde verba poteſtatiua ſignificant poteſtatem paſſiuam caſus, per quam poteſt habere locum abſolutio, non autem poteſtatem facultatiuam iudicis. Et ideo teneri iudicem abſoluere, quando concurrunt neceſſariæ conditiones, tradunt Vgolin. *de cenſur. tab.* 1. *c.* 22. §. 1. *nu.* 15. citans antiquum Gloſatorē Bernar. Ricciul. *de perſon. extra Eccleſ. grem. c.* 66. *n.* 18. Quia in dicto cap. *Solet*. vbi quærenti, an petenti abſolutionem ad cautelam debeat ſine contradictionis obſtaculo impendi; Reſpondetur, quod petenti abſolutio non negetur. Si ergo de iure non eſt neganda, non relinquitur in iudicis arbitrio.

An Regularis excommunicatus poſſit abſolui per Procuratorem ab excommunicatione. Quæſt. XVII.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus non regulariter, ſed ex iuſta cauſa poteſt per Procuratorem abſolui.*
2 *Requiritur ſpeciale mandatum.*
3 *Circa abſolutionem à cenſuris in abſentia nihil eſt innouatum.*
4 *Ante Decretum Clement. VIII. an liceuerit confiteri abſenti.*

1 Reſp. Ex Innoc. *in c. cum conſideres, de ſent. excom.* Quòd non, & hoc regulariter, quia requiritur præſentia perſonæ, & ſolemnitas; ſi tamen iuſta cauſa ſubeſſet, poſſet per Procuratorem abſolutio præſtari: *Argum. c. quanto* 2. *q.* 5. Paul. Rom. *tract. de penſ. c.* 8. *n.* 28. & 29. Caiet. *in ſum. in ver. excommunicatio, cap.* 69. & Nauar. *c.* 29. *n.* 46. Sylu. *verb. abſolutio* 3. *n.* 9. *verb. quintum*, quòd non ſolum per Procuratorem, ſed per literas, & non ſolum per literas, & Procuratorem, ſed etiam in abſentia, quoad forum animæ olim id licitum fuit: verum nullo modo iam licet poſt Decretum Sacroſanctæ Congregat. S. Officij tempore Clem. VIII. factum. Zerol. *in prax. Epiſc. par.* 2. *in verb. abſolutio, fol.* 15.

ADDITIO AD QVAEST. XVII.

2 Circa abſolutionem ab excommunicatione per procuratorem obtinenda, eſt aduertendum: quod licet mandatum generale, vel à iure ſufficiat, vt poſſit procurator petere, vt excommunicatio declaretur nulla, vt tradit Franc. cum Speculat. *in c. Solet, n.* 5. *de ſent. excommunicat. in* 6. Quando tamen petitur abſolutio ad cautelam, non ſufficit mādatum generale, aut à iure præſumptum, quale præſumitur in Superiore pro ſubditis, in canonico pro alio canonico: ſed requiritur ſpeciale mandatum. vt tradunt Felin. *in cap. Apoſtolicæ, n.* 19. ver. *Dicit etiam, de except.* Ricciul. *lib.* 4. *de perſon. extra Eccleſ. grem. c.* 67. *n.* 41. Alphon. de Leone *de cenſur. reſol.* 5. *n.* 707. Rota *deciſ.* 13. *de ſent. excom. in antiquis*.

3 Quod ſpectat ad illa verba Auctoris. *Non ſolum per Procuratorem, ſed per literas; & non ſolum per litteras, & Procuratorem, ſed etiam in abſentia quò ad forum animæ olim id licitum fuit; verum nullo modo iam licet poſt Decretum Sacroſanctæ Congregat. S. Officij tempore Clementis VIII. factum.* Eſt aduertendum, quod dictum Decretum non eſt circa cenſuras, ſed circa peccata in ordine ad ſacramentalem confeſſionem, vt conſtat ex illis verbis Decreti. *Hanc propoſitionem, ſcilicet licere per literas, ſeu internuncium confeſſario abſenti peccata ſacramentaliter confiteri, & ab eodem abſente abſolutionem obtinere, ad minus vti falſam, temerariam, & ſcandaloſam damnauit, ac prohibuit, præcipitque ne deinceps iſta propoſitio publicis, priuatiſque lectionibus*,

Digitized by Google

nibus, concionibus, & congreſſibus doceatur, neuè vnquam tanquam aliquo caſu probabilis defendatur, imprimatur, aut ad praxim quouis modo deducatur. Ex quibus manifeſtè patet, loqui tantum de peccatis, non de cenſuris, quæ licet impoſitæ pro peccatis, cum tamen tolli poſſint ſine peccatis, non eſt de ipſis eadem ratio.

4 Rurſus cum dicta propoſitio declaretur falſa, & in nullo vnquam caſu probabilis, ſequitur, quod ex ſui natura, ſecluſa quacunque prohibitione, non ſit vera: quia ſi ex ſui natura eſſet vera, non poſſet prohiberi vt falſa: neq; enim prohibitio tanquam externa propoſitionibus, immutat earumdem naturam. Ex hoc autem ſequitur, quod neque ante dictum Decretum licita fuerit confeſſio, aut abſolutio inter abſentes. Et ideo ſi Auctor intelligit ſolum de cenſuris, ſi abſolutio fuit licita inter abſentes ante dictum Decretum, modo etiam erit licita, cum nihil per ipſum, quò ad hoc ſit innouatum. Si de peccatis, antea quoque abſolutio impenſa abſenti erat illicita.

Si Religioſus habens decem cenſuras Eccleſiaſticas, vel totidem irregularitates, facit ſe abſoluere, vel diſpenſare ab octo, vel nouem ſolum, & poſtea recordatur fuiſſe decem, an teneatur adire Superiorem pro abſolutione, vel diſpenſatione reliquarum duarum.

Quæſtio XVIII.

SVMMARIVM.

1. *Abſolutio determinata à determinatis cenſuris non ſe extendit ad alias.*
2. *Quid requiratur, vt abſolutio ſe extendat ad omnes cenſuras.*
3. *Quid, ſi quis neſciens cenſuras generaliter abſoluat abſque cauſæ cognitione.*

Abſolutio à determinata cenſura, & quibuſcunque alijs ſe extendit etiam ad oblitas.

1 Reſp. Primò, quòd ſi ſolum ſe fecit abſoluere ab illis octo, vel nouem ſignanter, tenetur adire Superiorem pro abſolutione, vel diſpenſatione reliquarum. Dico ſecundò, ſi ſe fecit abſoluere ab illis octo, vel nouem ſignanter, & alijs quibuſcunque, quas fortè haberet, vel dubitaret, ad cautelam, quòd tunc non tenetur, nec adire Superiorem, neq; procurare aliam abſolutionem. Ratio eſt, quia in illa generali abſolutione comprehenduntur reliqua. *Gloſſ. in Clement. 2. in verb. expreſſæ, de præbend.* Gomez *queſt. 2. de trien. poſſeſſ.* Gloſſ. *in Clement. 2. ver. quodcunque de vit. & honeſt. Cler.* cum alijs vulgatis. Vide pro materia peculiari, Sylueſt. *ver. confeſſio primò, §. quartò. Angelum cap. confeſſio primò, n. 14.* Nauar. *conſ. 13. de pœn. & remiſſ. loc. cit.* Couar. *pract. q. cap. 25. n. 3. concl. 3.*

ADDITIO AD QVAEST. XVIII.

2 Vt abſolutio ſe extendat ad omnes cenſuras requiritur in abſoluente notitia earumdem, & facultas abſoluendi: nam ſi deficiat notitia, deficit etiam voluntas, quia non fertur in incognitum: præſertim, quia abſolutio à cenſuris debet fieri cum cauſæ cognitione. Ita Reginal. *lib. 9. praxis fori pœnit. cap. 78. ver. Tertio.* Auila *de cenſur. par. 2. c. 7. diſp. 2. dub. 3. ver. Tertia concluſio.* Alterius *lib. 4. de cenſur. diſp. 5. cap. 4. ver. Quod ſi petitio.* Laiman *lib. 1. theol. moral. tract. 5. par. 3. c. 6. in fine.* Alphonſ. de Leone *de cenſur. reſol. 5. n. 522.*

3 Sed quid, ſi quis neſciens cenſuras generaliter abſoluat abſque cauſæ cognitione? Reſp. Innodatum remanere abſolutum ab omnibus, à quibus abſoluens poteſt abſoluere: ſecus autem ab aliis. Ita Doctores citati *num. præcedenti.* Vnde ſi haberet facultatem abſoluendi à cenſuris reſeruatis Summo Pontifice, remaneret abſolutus, etiam ſi non expreſſiſſet, & poſtea à peccatis poſſet abſolui à quocunque alio ſacerdote. Ita ſpecialiter Laiman *num. præced. cit.* quod tamen apud me non caret difficultate: quia Summus Pontifex concedens talem facultatem, conſedit exercendam ſecundum formam, & modum conſuetum, atque adeo cum impoſitione ſatisfactionis, & coactione de obtemperando mandatis Eccleſiæ. Et ille, qui vtitur tali facultate, intendit vti modo ſibi præſcripto ſiue expreſsè, ſiue tacitè, & ideo non intendit abſoluere per hãc generalem abſolutionem, niſi prudenti modo, & quò ad illas cenſuras, quæ non indigent cauſæ cognitione, nec exigunt impoſitionem ſatisfactionis. Vel ad ſummum intendit tantum tollere ligamen cenſuræ, non autem obligationem comparendi, vel rurſus coram ſe, vel coram alio, qui poſſit abſoluere, ad recipienda mandata: nam ita eſt explicanda eius intentio, vt prudens ſit, & rationabilis.

An Regularis, vel quiuis alius infordeſcens per annum in excommunicatione, debeat priùs moneri, vt puniatur pœnis infordeſcentis: Quæſtio XIX.

SVMMARIVM.

1 *Infordeſcens per annum in excommunicatione non punitur pœnis infordeſcentiæ, niſi prius moneatur.*
2 *Pœna infordeſcentium requirunt declaratoriam.*
3 *Cenſetur fateri crimen.*
Non eſt opus pro declaratoria alia citatione.
4 *Poſt annum non auditur in ordine ad recuperandum beneficium.*
Admittitur ad iuſtificandam innocentiam:
Confeſſio ficta à iure admittit probationem in contrarium.
5 *Infordeſcentia in excommunicatione ob cauſam ciuilem, non trahit ſecum pœnam, &c.*

1 Reſp. Quòd ſic. *per tex. in c. grauis de pœnis.* Vbi Papa mandat moneri Comitem, qui per duos annos in excommunicatione perſtiterat, vt clarè colligitur ex littera illius tex. iuncto caſu poſito per Abb. vbi ſaltem debuerat procedere aliqua monitio poſt excommunicationem, & maiorem partem anni. Idem expreſsè videtur probari *in Conc. Trid. in cap. 3. ſeſſ. 25.* quod innouat *c. grauem*, dum dicit: Excommunicatus quicunque, ſi poſt legitimas monitiones non reſipuerit. Vnde requirit monitiones poſt excommunicationem ad reſipiſcendum, *iuxta d. c. grauem*, & littera videtur clara, aliàs dixiſſet, ſi poſt legitimas monitiones excommunicatus reſipuerit. Sed Concilium requirit monitiones ad reſipiſcendum, & præſupponit excommunicationem fuiſſe legitimam. Nec mirum, id enim operantur verba Matris Eccleſiæ, dulcedine referta, *Extrauag. vnica de ſent. excom.*

ADDITIO AD QVAEST. XIX.

1 Pœnæ contra infordeſcentes non habent locum, quamuis à iure inductæ, vt ſunt priuationes, nempe à beneficijs &c. niſi ſequuta declaratoria. cap. *Cum ſecundum leges de hæret. in 6.* vbi Doctores. Felin. *in cap. Rodulphus.* ver. *Sed declaratoria de reſcriptis.* Bellamera *deciſ. 677. n. 5.* ver. *Nec obſtat.* Rebuf. *in cap. Poſtulaſtis, nu. 259. de cler. excommunic.* Ricciul. *de perſon. extra Eccleſ. grem. lib. 4. cap. 8. n. 12.* Quia licet pœna priuationis, quando eſt inducta ipſo facto, locum habeat ante declarationem; attamen requiritur declaratoria, vt in foro externo exequutioni mandetur.

3 Et quia, dum per annum obduratur in excommunicatione, iuris præſumptione cenſetur confiteri crimen, ob quod fuit excommunicatus. cap. *Decernimus.* ver. *Manifeſtum 3. quæſt. 9.* & cap. *Cum contumacia de hæret. in 6.* & notant Gloſ. *in cap. Contingit.* verbo *Non poteſt, de dolo, & contum.* Speculator *Tit. de accuſat. §. Sequitur, init.* Abbas *in cap. 1. n. 29. & 27. de iudic.* Ripa *n. 78.* teſtans de communi. Alexan. de Neuo, *num. 60. init.* Couarruu. *in cap. Alma mater, par. 1. §. 7. n. 10.* ideo vt veniatur ad declaratoriam, non eſt neceſſaria alia citatio, vt notat Mareſcot. *lib. 2. Variar. reſol. cap. 3. num. 61.* & dixit Rota *in Oſcenſ. Archidiacon. 10. Iun. 1602. coram Lancellotto.* Hoc tamen non habet locum, quando agitur de infordeſcentia in ordine ad ſuſpicionem de hæreſi; nam tunc infordeſcens ſolet tranſacto anno citari ad ſe purgandum, iuxta cap. *Cum contumacia de hæret. in 6.* & notat Seraphin. *deciſ. 1285. n. 3.*

4 Et quamuis infordeſcens veniens poſt annum ad recuperandum beneficium non audiatur, vt tradunt Abbas *in cap. Bona, num. 7. de ætat. & qualit.* Butr. *n. 11.* Innocent. *n. 2.* & communiter. Attamen admittitur ad iuſtificandam ſuam innocentiam, vt tradunt Io. Andr. *in cap. Excommunicamus, §. Qui autem de hæret.* Hoſtien. *ibid.* Ripa *in cap. 1. n. 77.* ver. *Tertiò reſtringe, de iudic.* Lopez ad Diaz *c. 116. prax. crim. n. 12.* ver. *Imo &c.* Menoch. *de arbitrar. caſu 416. n. 38.* per *l. 2. C. de requir. reis.* Quia probatio innocentiæ nunquam excluditur, cum ſit de iure naturali, quam ideo nemo poteſt prodigere. Nec obſtat cap. *Rurſus 11. quæſt. 3.* ibi. *Si verò intra annum cauſam ſuam purgare contemſerint, nulla earum vox poſtea penitus audiatur.* Loquitur enim de clericis ob crimen aliquod excommunicatis. Nam vt ibi notat Gloſ. prohibentur audire in ordine ad oſtendendam innocentiam; quia cum ſolum fictione iuris habeantur pro confeſſis, ſolum prohibentur audiri in ordine ad tollendos effectus iuris, non autem in ordine ad effectus iuris naturalis: quia licet ius humanum poſſit habere aliquem pro criminoſo, non tamen poteſt facere, quod ſit, cum fictio non poſſit immutare rerum veritatem; & ideo nec poteſt facere, quod non oſtendatur veritas. Et proinde ficta confeſſio admittit probationem in contrarium, vt notant Bald. *in l. Error. numer. 14. C. de iur. & fac. ignoran.* Neuizan. *conſil. 60. num. 2.*

5 Eſt tamen aduertendum, quod ſi infordeſcentia ſit in excommunicatione lata ob cauſam ciuilẽ, tunc non habet locum pœna priuationis, quia diſpoſitio iuris cap. *Rurſus*, & cap. *Quicunque 11. q. 3.* procedit ſolum de excommunicatis ex cauſa tantum criminali, vt notant Gloſ. *in cap. Contingit.* verbo

Non

Non poteſt de dolo, & contumac. Abbas *n.* 7. Butr. *n.*10. ver. *Nota magnam.* Ripa *n.*77.Barbat. *n.*174. ver. *Ex his.* Rebuf. *in c. Poſtulaſtis, n.*242. *de cler. excom.* Ricciul. *de perſon. extra Eccleſ. grem. lib.*4 *c.*7. *n* 14.

Si Regularis ſit excommunicatus à iure, poteſtnè Epiſcopus mandare ipſum denunciari publicè, vt euitetur? Quæſtio XX.

SVMMARIVM:

1 *Epiſcopus poteſt mandare, religioſum excommunicatum à iure denunciari.*
2 *Oppoſitum eſt tenendum ob defectum iuriſdictionis.*
3 *Epiſcopus an poſſit inſtare pro denunciatione in caſibus, in quibus poteſt inſtare pro punitione.*
4 *An poſsit declarare excommunicatum religioſum, qui notoriè percuſsit Clericum.*

1 Reſp. Quòd ſic. Ioan. Andr. *in cap.*1. *n.*1. *de priuileg. in* 6. Gemin. *ibi col.* 3. *verſ. quid ſi exemptus,* Ioannes de Imola in Clem. *n.*17. *de ſequeſtr. poſſ. & fruct.*

ADDITIO AD QVAEST. XX.

2 De hac materia dictum eſt ſupra ad *quæſt.* 7. Et ex ibi dictis oppoſitum eſt tenendum, ſi loquamur de auctoritatiuo mandato. ſiquidem cum non habeat iuriſdictionem ſupra exemptos, non poteſt aliquid circa ipſos exercere, quod ſapiat iuriſdictionem iuxta Doctores *ibi* allegatos.

3 Si verò loquamur de inſtantia apud Prælatos regulares, quod excommunicatus à iure ab ipſis denuncietur vitandus, & ſimus in caſibus, in quibus iuxta Concil. Trident. *cap.* 14. *de Regular. ſeſſ.* 25. poteſt Epiſcopus inſtare apud ſuperiores Regulares, quod ſubditus, qui deliquit, puniatur, & præfigere tempus ad puniendum: & tunc videtur affirmandũ, quia ſumus in caſu ex conceſſis per Concilium. Vnde ſi denũciario ſit neceſſaria ad punitionem delicti, videtur Epiſcopus poſſe pro ipſa inſtare, vt ſatisfaciat diſpoſitioni Concilij, iuxta ea, quæ tradit Nouar. *in ſum. Bullar. tit. de regular. delinquen. n.* 24. Sed oppoſitum eſt tenendum, quia iuxta diſpoſitionem Concilij, ſolum poteſt inſtare Epiſcopus pro punitione, non autem pertinet ad ipſum determinare qualitatem pœnæ, & modum punitionis; ſed ad Prælatum regularem, qui poſtea tenetur monere Epiſcopum de punitione ſequuta, & tunc ad ſummum, ſi non videat condignè punitum, poterit de nouo inſtare pro condigna punitione, vt ſi non ſequatur, ſubintret ipſe ad condignè puniendum: iuxta ea, quæ tradit Donat. *in praxi rer. Regular. par.* 1. *tract.*13. *de exemp. Regular. quæſt.* 61. Bordon. *in conſil. Regular. reſol.* 28. *n.* 60. Quod autem ob excommunicationem contractam ſit denunciandum, vel non, non pertinet ad Epiſcopos iudicare, ſed ad ſuperiores regulares.

4 Ex quibus deducitur, quod ſi contingat Regularem notoriè percutere clericum, non poteſt Epiſcopum ipſum declarare excommunicatum, vt obſeruant Bordon, *in conſil. Regular. reſol.* 28. *nu.* 60. Ceſpedes *de exemp. Regul. c.*19. *dub.*305. *n.* 6. quia in his delictis notorijs non competit Epiſcopo aliud ius, quàm inſtandi apud Prælatos Regulares pro punitione, iuxta *c.*10. *de regular. ſeſſ.* 25. Concil. Trident. & ſubintrandi ad puniendum, ſi Regulares negligant punire.

An Regularis percutiens Clericum debeat abſolui à ſuo Superiore Regulari, vel ab Epiſcopo Clerici percuſſi? Quæſtio XXI.

SVMMARIVM.

1 *Religioſus percuſſor Clerici abſoluitur ab Epiſcopo.*
2 *Licet poſsit abſolui, non tamen neceſſariò abſolnitur.*
3 *Prælati Regulares abſoluere poſſunt ſuos ſubditos ob enormem percuſſionem, & diſpenſare in irregularitate &c.*
Prælati Regulares poſſunt eligere confeſſarium, à quo abſoluantur ob enormem percuſſionem Clerici &c.
4 *Per quem reſtituantur ad dignitates, & officia &c.*
Reſtitutio in priſtinum ſtatum quid dicat.

1 Reſpond. Ab Epiſcopo Clerici percuſsi, *cap. Religioſo, de ſententia excommunicationis in* 6.

ADDITIO AD QVAEST. XXI.

2 Licet religioſus percutiens Clericum poſſit abſolui ab Epiſcopo, non tamen de neceſſitate ab ipſo abſoluitur. nam in citato tex. ab Auctore cap. *Religioſo de ſentent. excommunicat. in* 6. ſolum conceditur

ceditur facultas absoluendi, non autem imponitur religioso necessitas petendi ab ipso absolutionem, vt constat ex verbis tex. *Ne hoc prætextu habeat materiam euagandi, poterit ab Episcopo eo casu absolutionis beneficium exhiberi, quo sæculari Clerico posset, si alium Clericum percussisset.* Et ita notant communiter Doctores. Et colligitur ex dicto texto, quod non est necessaria licentia Prælati Regularis, vt Episcopus absoluat Religiosum Clerici percussorē, quia, cum habeat iurisdictionem à Summo Pontifice, non indiget alterius licentia, vt illam exerceat, nec per priuilegia regularium derogatur tali facultati, vt notat etiam Cespedes *de exempt. regular. capit. 19. dub. 305. num. 2.*

3 Hodie tamen Regulares habent priuilegium absoluendi suos subditos à violenta manuum iniectione in clericos etiam cum percussione enormi, & effusione sanguinis. Ita concessit Bonifacius IX. Ordini Prædicatorum, vt in *Compend. priuileg. Mendicant.* Tit. *Absolutio ordinaria quò ad Fratres §. 31* & à Consecto *Constit. 1. eiusdem Pontificis*, vbi ita habetur. *Quodque Magister, & Priores prædicti, aut eorum Vicarij, eos subditos fratres, vel sorores, qui forsan in quoscumque Fratres dicti Ordinis excommunicationis, aut alias sententias, siue pœnas sine scriptis, aut aliàs minus legitimè promulgauerint, vel manus violentas in Confratres, vel alios quoscunque Clericos, etiam vsque ad sanguinis effusionem, & enormem læsionem iniecerint, eosdem Fratres à prædictis, & alijs excommunicationum sententijs, atque pœnis, quas propterea incurrerint, (dummodo læsio huiusmodi adeo enormis non existat, quod propterea foret meritò Sedes prædicta consulenda,) quoties expedierit absoluere & cum eis super irregularitate, si quam huiusmodi sententijs ligati celebrando diuina, vel immiscendo se illis, (non tamen in contemptum clauium) aut aliàs præmissorum occasione qualitercunque contraxerint, dispensare, eosq; quo ad hoc in statum pristinum restituere. Et quod Confessor, quem dictus Magister, & quilibet Priorum, & Viatriorum prædictorum pro tempore duxerint eligendum, eosdem Magistrum, Priores, & Vicarios, si forsan præmissorum occasione, vel alias qualitercunque excommunicationem, aut alias sententias, & irregularitatem huiusmodi (quod absit) incurrerent, absoluere, & cum eis dispensare, & in statum pristinum, vt præfertur, restituere.* Quod sanè priuilegium superat facultatem Episcoporum.

4 In quo priuilegio cum concedatur restitutio in statum pristinum, sequitur, quod si dicti Superiores ratione excommunicationis priuarentur de facto sua dignitate, & officio, possent per Confessarium electum ad ipsa restitui, siquidem conceditur posse restituere in pristinum statum. Neque enim quis restituitur in pristinum statum, nisi recipiat omnia, quæ antea habuerat, ita vt restitutio sit plena. Cap. *venerabilis, de offic. deleg.* vbi Abbas & *l. cum indulgentia*, & *l. fin. C. de sent. pas. & rest.* & notant Bart. *in l. quod si minor, §. restitutio. ff. de minor.* Aret. *§. rursus*, ver. *quarto*. Instit. *de act.* Paris. *consil. 96. num. 112. lib. 1.* Menoch. *de recuperan. possess. in prælud. num. 4.* Socin. sen. *consil. 262. lib. 2.*

An Laicus percutiens Religiosum debeat absolui ab Episcopo suo Ordinario, vel à Superiore percussi. Quæstio XXII.

SVMMARIVM.

1 *Laicus percutiens religiosum an absoluendus à Superiore percussi.*

2 *Monachi se inuicem percutientes si sint diuersæ religionis, à quibus absoluantur.*

3 *Laicus percutiens religiosum an possit absolui ab eius Prælato regulari in foro externo. Quid in foro conscientiæ.*

1 Resp. absolutionem Laici spectare ad suum Ordinarium, non autem ad Superiorem. Monachi percussi, *ex text. in c. quoniam, de vita, & honest. Cler.* vbi Clerici communiter viuentes, & sub vno tecto dormientes, ab Episcopo absolui possunt. & his accedit etiam *tex. in c. Religioso, de sententia excom.* vbi Regularis percutiens Clericum secularem, absolui debet ab Episcopo Clerici percussi. & facit etiam *tex. in c. de Monialibus, eod. tit. de sent. excom.* vbi Moniales se ad inuicem percutientes absolui debent ab Episcopo. Neque obstat, quòd in contrarium adduci possit. Primò quia, cum iurisdictio Superioris Regularis sit offensa; potiùs videtur ad ipsum, quam ad Ordinarium Episcopum absolutionem spectare, ratione offensæ iurisdictionis, quo casu offendentes, subditi efficiuntur. Triuis. *decis. 8. p. 3.* & Dominus de Franchis *decis. 147.*

2 Neque obstat, quòd Monachi se ad inuicem percutientes absolui debeant ab eorum Superioribus: quia omnia suprædicta contraria procedunt, vbi percussio contingit inter Regulares; non autem quando vnus ipsorum esset laicus; & ita videntur procedere omnes textus supra allegati, vt tenet etiam Riccius, *in praxi rerum fori Ecclesiastici, decis. 465. n. 6.*

AD-

Digitized by Google

ADDITIO AD QVAEST. XXII.

3 Reſolutio Auctoris intelligi debet de neceſſitate, ſcilicet, quod non teneatur petere abſolutionem à Prælato Regulari, quamuis tamen iuxta communem regulam de abſolutione ab excommunicatione, non poſſit abſolui, niſi parti læſe ſatisfaciat. Et in foro externo non poterit abſolui à Prælato regulari cum non habeat iuriſdictionem in tali foro ſuper ipſum, & in hoc ſenſu habet locum, quod dicit Bordon. *in conſil. regular. reſolut. 28. n. 59.* negans, poſſe abſolui. Quamquam ſi delinqueret intra Monaſterium, videtur effici ſubditus ratione delicti. In foro tamen conſcientiæ poterit abſoluere ab excommunicatione, quando percuſſio non eſt in terminis reſeruatæ Summo Pontifici. Quia cum Regulares poſſent abſoluere à caſibus reſeruatis Summo Pontifici, & poſt Decretum Clementis VIII. habeant eamdem facultatem, præterquam in caſibus Bullæ Cœnæ, & in illis quinque enumeratis in dicto Decreto, quorum vnus eſt violenta manuum iniectio in Clericum, quando poteſt Epiſcopus abſoluere, quia caſus non eſt in terminis reſeruationis Summo Pontifici, poterunt etiam Regulares. Cum caſus non ſit ex reſeruatis Summo Pontifici, nec ex ijs, quos ſibi Epiſcopus reſeruat, ſed è reſeruatis à iure, iuxta ea quæ tradunt Homob. *de caſibus reſeruat. cap. 1. §. 1. in fine*, Sanchez *lib. 4 ſum. cap. 14. num. 27.* Ludouic. à S. Io. *par. 1. ſum. quæſt. 9. de ſacram. pœnit. art. 4. dub. 3. in append.* Diana *par. 3. tract. 2. reſol. 13.* ver. *Nota quarto.* Auerſa *de ſacram. pœnit. quæſt. 17. ſect. 6.* Pellizar. *tom. 2. manual. tract. 8. cap. 6. ſect. 2. ſubſect. 2. num. 68.*

An interdicto Clero cenſeantur interdicti Regulares etiam Conuerſi? *Quæſtio XXIII.*

SVMMARIVM.

1 *Interdicto clero, interdicti ſunt etiam Religioſi.*
2 *Duplex communitas fidelium, Cleri, & Populi.*
3 *Interdicto Clero non interdicuntur religioſi.*
4 *Cleri appellatione quando non veniant regulares.*

1 Reſp. Quod ſic, Calder. *in cap. vlt. de exceſſ. Prælat.* Couar. *in cap. Alma Mater, 2. part. §. 1. num. 8. verſ. 5.*

ADDITIO AD QVAEST. XXIII.

2 Hanc eamdem ſententiam tradunt etiam D. Antonin. *3. par. tit. 27. de interd. cap. 3.* Nauar. *in Manuali cap. 27. num. 167.* Martin. Ledeſ. *2. par. 4. quæſt. 26. ar. 2. tract. de interdict.* ver. *tertio, eſt conſiderandum*, Philiar. *de offic. ſacer. par. 1. lib. 4. cap. 3.* Viual. *in candel. tit. de interdict. num. 159.* Zerola *in praxi par. 2.* verbo *Interdictum in fine*: Medices *par. 2. ſum. tit. 9. quæſt. 5.* Tolet. *lib. 1. ſum. cap. 18.* Suarez *diſp. 22. de cenſur. ſect. 2. num. 13.* Qui in eo fundantur, quod tota communitas fidelium diuiditur in laicos, ſeu populum, & Clerum. cap. *ſi ſententia, de ſentent. excommunicat. in 6.* vbi, quod interdicto populo non interdicitur Clerus, & econtra Clero interdicto non interdicitur populus; vnde cum religioſi non comprehendantur ſub nomine populi, comprehendentur ſub nomine Cleri.

3 Alij tamen tenent, quod interdicto Clero non interdicuntur religioſi. Ita Syluester verbo, *interdictum 2. num. 17.* Angelus verbo *interdictum 1. num. 9.* Tabiena *ibid.* Henriquez *lib. 13. ſum. cap. 42 §. 3.* Maiol. *de irregular. lib. 3. cap. 20. num. 3.* Vgolin. *tab. 5. de cenſur. §. 5. num. 3.* Sayr. *de cenſur. lib. 5. cap. 4. num. 29.* Alter. *de cenſur. diſp. 1. de inter. cap. 5 dub. 6.* Filliuc. *tract. 18. num. 14.* Coninch *diſp. 17. de cenſuris, num. 8.* Bonac. *tract. de cenſur. diſp. 5. de interdict. pun. 1. num. 14.* Et fundantur in eo, quod religioſi in pœnis, & odioſis non veniunt appellatione Clericorum.

4 Et etiam ex eod. cap. *ſi ſententia, de ſentent. excommunicat. in 6.* Tunc nomine Cleri veniunt etiam religioſi, quando Clerus ſumitur, vt à laicis contradiſtinctus, atque adeo largè, prout comprehendit omnes perſonas Eccleſiaſticas. Quando vero Clerus ſumitur non relatiuè ad laicos, neque vt dicit communitatem ab ipſis diſtinctam, ſed ſecundum ſe; tunc importat ſpecialem communitatem Eccleſiaſticam contradiſtinctam à clauſtralibus, & tunc nomine Cleri non veniunt religioſi ne dum in odioſis, & pœnalibus, ſed neq; in ijs, quæ Cleri propria ſunt; ſed tantum in ijs, quæ pertinent ad latam ſignificationem Cleri, iuxta ea, quæ tradunt Caſtrenſ. *conſil. 337. lib. 1.* Tuſch. *litter. C. concluſio. 377. num. 2. & 3.* Mar. Antonin. *lib. 1. variar. reſol. caſu 50.* ver. *ſecundo reſol. vlt.* Econtra verò in materia ſtricta, & odioſa non veniunt Regulares appellatione Cleri. *l. generaliter, C. de Epiſcop. & Cler.* & cap. *generaliter 16. quæſt. 1.* & notant Felin. *in cap. licet num. 8. de offic. Ordin.* Abbas *in cap. 1 num. 7. ne Cler. vel Monachi.* Roman. *conſil. 259.* Bellet. *par. 1. diſquiſit. Cler.* Tit. *de diſciplin. cler. §. 2. num. 26.*

Digitized by Google

Regulares iurisdictionem spiritualem, vel temporalem ad Episcopum spectantem, vsurpantes, quam pœnam incurrunt? Quæstio XXIV.

SVMMARIVM:

1 *Vsurpantes iurisdictionem spiritualem, aut temporalem Ecclesia, subijciuntur excommunicationi.*
2 *De quibus procedat Concilium Tridentinum sess.22. cap.11. de refor.*
3 *Quid requiratur, vt vsurpantes iurisdictionem spiritualem subijciantur excommunicationi.*

1 Resp. In sententiam excommunicationis Bullæ Cœnæ Domini, Nauar. *conf.3.de immunit. Eccles.* Conc. Trid. *sess.22. cap.11. de reform.* Zerol. in verb. *bona, part. 2.*

ADDITIO AD QVAEST. XXIV.

2 Concil. Trident. dicto *cap. 11. de reformat. sess.22.* sicut etiam canon Bullæ Cœnæ, procedunt non solum de Religiosis, sed etiam de quocunque alio. Imo cum Concil. dicat. *Si quem Clericorum, vel laicorum, &c.* posset forte dici, quod non includantur religiosi, tanquam ij, qui in odiosis, & pœnalibus non veniunt appellatione Clericorum, iuxta dicta ad *quæstionem præcedent.* Verum quia Concil. loquitur de Clericis copulatiue cum laicis, ita vt ad vtrosque extendat suam dispositionem, & ita copulat sub dispositione, vt disiunctiuè accipiat inter ipsos, & proinde quatenus inuicem condistinguatur; ideo accipit Clerum pro tota communitate distincta à laicis, atque adeo etiam pro religiosis.

3 Vt autem subdantur excommunicationi, requiritur, quod iurisdictionem Episcoporum, aut aliàs spectantem ad Ecclesiam vsurpent tanquam propriam, seu ex intentione eam sibi appropriandi, iuxta ea, quæ tradunt Suarez *disp.21. de censur. sect.2. num.95.* Duard. *lib.2. in Bull. Cœnæ can.17. quæst. 3. num.13.* Sousa item *in Bull. Cœnæ. cap.18. disp.86. num.2.* Filliuc. *tract. 16. cap. 8. quæst. 10. num.219.* Bonac. *disp.1. de censur. in partic. quæst.18. punct.2. num.3.* & alii. Vnde requiritur, quod cognoscatur iurisdictio esse aliena, & ad se non pertinere, vt locum habeat excommunicatio. Et ideo si esset controuersa, & quis probabiliter putaret ad se pertinere, non haberet locum excommunicatio, si eam sibi vsurparet, quamuis alias peccare posset, non repetendo debito modo.

An Religiosi ministrantes Clericis, vel Laicis Sacramenta, incidant in aliquam pœnam? Quæstio XXV.

SVMMARIVM.

1 *Religiosi ministrantes Extremam Vnctionem, Eucharistiam, & solemnizantes Matrimonia sine licentia Parochi, excommunicantur.*
2 *At modo non incurrunt quò ad Eucharistiam, sed solum quò ad Viaticum, & in die Paschatis.*
3 *Assistens matrimonio sine solemnizatione, non incurret excommunicationem.*
4 *Excommunicatio Clemen.1. de priuil. contra religiosos solemnizantes Matrimonium, an hodie habeat locum.*
5 *Pœna Concil. Triden. contra solemnizantes matrimonia, &c.*
6 *Clement. 1. de priuileg. non afficit nouitios, qui non veniunt nomine religiosi in pœnalibus.*
7 *An afficiat non ordinatos.*

1 Resp. Quod si Sacramentum Vnctionis Extremæ, Eucharistiæ ministrare, vel Matrimonij solemnizare sine Parochialis Presbyteri speciali licentia præsumpserint, excommunicationis sententiam incurrunt ipso facto, per Sedem Apostolicam tantum absoluendam, *Clem.1. de priuileg.* Et ideo hæc tria specialiter Religiosis prohibentur, quia per hoc præiudicaretur presbytero Parochiali. Ita Matth. *in d. Clem.* Animaduertendum tamen est, quòd non quicunq; Religiosus ministrans Sacramenta præfata, incidit in excommunicationem, sed tantum, qui est Religionis approbatæ, *c.vlt. de relig. & c.vnic. de voto lib.6.* Glos. *in c. periculosa, ne Cler. vel Monach.* & cum hæc sit pœna, necesse est, vt verificetur qualitas veri Religiosi, quia *odia* restringi, & fauores conuenit ampliari. *Regul. odia, de Reg. iur. in 6.* Incidit etiam in dictam excommunicationem Religiosus Nouitius, *arg. tex. in c. Religioso, de sententia excom. lib.6.* vbi inijciens manus in Nouitium, etiam non professum, incidit in sententiam excommunicationis *d. c. Religioso, §. 1. de sententia excom. lib.6.*

Limitatur autem, vt Religiosi ministrantes dicta Sacramenta non comprehendantur, si illa

mini-

miniſtrauerint ſuis Parochianis, ſi ſunt præfecti Eccleſijs Parochialibus; ſed ſi miniſtrauerint ſuis non Parochianis, tunc in excommunicationem incurrunt, ita Gloſ. *in Clemen.* 1. *de decimis.*

ADDITIO AD QVAEST. XXV.

1 Quod dicitur in quæſtione, modo coarctandũ eſt, vt ſolum habeat locum, ſi miniſtretur per modum viatici. Nam regulares de præſenti, ratione priuilegiorum poſſunt omnibus indifferenter Euchariſtiam miniſtrare, præterquam in die Paſchatis, vt aduertunt etiam Nauar. *cap.* 21. *Manual. num.* 51. & *cap.* 27. *num.* 102. Sayr. *lib.* 3. *de cenſur. cap.* 29. *nu.* 3. Bonac. *de cenſur. in part. diſp.* 2. *quæſt.* 9. *punct.* 5. *num.* 29. ver. *Hinc patet*.

2 Solemnizatio, de qua in quæſtione, eſt benedicere ſolemniter nuptias, quod eſt quid diuerſum ab aſſiſtentia, qua Parochus matrimonio aſſiſtit, vt notat Bonac. *diſp.* 2. *de cenſur. in particul. qu.* 9. *punct.* 5. *num.* 13. Et ideo religioſus, qui ſine licentia Parochi aſſiſteret alicui matrimonio, non innodaretur hac excommunicatione, dummodo tamen ſolemniter non benediceret; ſed tantum incurreret ſuſpenſionem, de qua in Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 1. *de matrim.* vbi tamen non explicatur, qualis ſuſpenſio ſit.

3 Sed hinc oritur dubium, an hæc excommunicatio modo habeat locum. & ratio dubitandi oritur ex Concil. Trident. cit. nam habet *ibi*. Quod ſi quis Parochus, vel alius ſacerdos, ſiue regularis, ſiue ſæcularis ſit, etiamſi id ſibi ex priuilegio, vel immemorabili conſuetudine licere contendat, alterius Parochiæ ſponſos ſine illorum Parochi licentia matrimonio coniungere, aut benedicere auſus fuerit, ipſo iure tandiu ſuſpenſus maneat &c. Vnde cum Concil. imponat pœnam tam aſſiſtenti, quam benedicenti, ſeu ſolemnizanti, videtur per determinationem alterius pœnæ ſublata pœna de iure veteri impoſita. Verum quòd non ſit ſublata, & proinde ſolemnizantes præter excommunicationem Clem. 1. *de priuileg.* incurrere etiam ſuſpenſionem, tenent Nauar. *conſil.* 1. *num.* 7. *de pœn. in* 1. *edit.* & *conſil.* 10. *de conſtit. in nouis*. Vgolin. *de offic. & poteſt. Epiſc. cap.* 15. §. 12. *num.* 8. Maiol. *lib.* 3. *de irregul. cap.* 25. *num.* 12. ver. *Clandeſtinum*, Miranda *tom.* 1. *Manual. quæſt.* 48. *ar.* 2. Molfeſ. *par.* 1. *tract.* 4. *cap.* 8. *n.* 60. Sanchez *lib.* 3. *de matrimon. diſp.* 48. *numer.* 8. Alter. *tom.* 2. *de cenſur. diſp.* 11. *cap.* 4. ver. *ſed quæret.* Hieronym. Rodriquez *in compen. reſol. num.* 6. Barboſa *de poteſt. Epiſcopi alleg.* 32. *num.* 192. Quia licet Concil. imponat nouam pœnam, non tamen tollit antiquam.

5 At ſolum habere locum pœnam ſuſpenſionis, & ſublatam eſſe pœnam excommunicationis, de qua in Clemen. 1. *de priuileg.* tradunt Henriquez *lib.* 13. *ſum. cap.* 38. *num.* 2. *in Comment. littera E.* Sayr. *lib.* 4. *de cenſur. cap.* 15. *num.* 10. Suarez *de cenſur. diſp.* 12. *ſect.* 4. *num.* 13. Bonac. *diſp.* 3. *de cenſur. quæſt.* 6. *punct.* 5. *num* 20. & *diſp.* 2. *de cenſur. in particul. quæſt.* 9. *punct.* 5. *num.* 14. Poncius *de impedim. Matrim. cap.* 26. §. 2. ver. *Ex quibus in fine*, & §. 6. *init.* aſſerens ita declaraſſe ſacram Congregat. Conc. & declaratio habetur apud Collector. *ad cap* 1. ver. *ipſo iure*, *de reformat. matrim. ſeſſ.* 24. *Concil. Trident.* Quia nimirum dum Concil. vniuerſaliter prohibet tam religioſis, quam ſæcularibus, & pœnam vniuerſalem imponit, cenſetur auferre pœnam dictæ Clement. quæ erat ſolum pro religioſis, ne grauius puniantur religioſi, quam ſæculares pro eodem delicto; & quia cum noua diſpoſitio Concilij extendat veterem, & nouam pœnam imponat, cenſetur relinquere veterem, & noua pœna totam diſpoſitionem munire.

6 Quod de Nouitijs ſentit Auctor, ſentiunt etiã Sylueſter verbo *Excommunicatio* 7. *num.* 32. cum Cardinali, & alijs. Nauar. *cap.* 27. *Manual. num.* 32. Alter. *lib.* 5. *de cenſur. diſp.* 22. *cap.* 3. ver. *ad clariorem*, Sayr. *lib.* 4. *de cenſur. cap.* 15. *num.* 27. & ducunt argumentum ex cap. *Religioſi*, §. *quamuis de ſent. excommunicat. in* 6. vbi deciditur, Nouitium gaudere fauore Canonis, *Si quis ſuadente*. Sed argumentum eſt inefficax, quia ſi ſentit fauorem non debet ſentire damnum, & pœnam religioſorum, eo quod odia ſunt reſtringenda, fauores verò ampliandi. Imo cum *in dicto* §. dicatur, Nouitium non eſſe in effectu religioſum lex pœnalis pro religioſis non debet habere locum quò ad Nouitios, qui non ſunt cum effectu religioſi, cum ſtrictè accipi debeat. Et ita tradunt Suarez *diſp.* 22. *de cenſur. ſect.* 4. *n.* 3. Filliuc. *tract.* 15. *cap.* 8. *num.* 185. Bonac. *diſp.* 2. *de cenſur. in part. quæſt.* 9. *punct.* 6. *num.* 28 Cum enim Nouitius non ſit incorporatus Monaſterio, cap. *porrectum*, *de regular.* ſed remaneat laicus quouſque profiteatur, cap. *Non ſolum*, cap. *Conſtitutionem de regular. in* 6. et dicto cap. *Religioſo de ſent. excommunicat. in* 6. non comprehenditur ſub diſpoſitionibus loquentibus de religioſis, iuxta ea, quæ notant communiter Doctores. Vnde nec fauorabilia ad Nouitios extenduntur de rigore, ſed ſolum ex quadam indulgentia iuris. Eſt tamen aduertendum quod ſi religioſus Nouitius aſſiſteret Matrimonio, aut nuptias benediceret, incurreret ſuſpenſionem poſitam à Concilio Trident. cum ponatur tàm pro religioſis, quàm pro laicis.

7 Maior difficultas eſt. An diſpoſitio dictæ Clemen. 1. *de priuil. in* 6. comprehendat omnes religioſos, an verò tantum ſacerdotes. Et quod comprehendat etiam Religioſos non ordinatos, etiam Conuerſos, & etiam Moniales, tradunt Zerola, & Zabarel. apud Sylueſtr. verbo *Excommunicatio* 7. *n.* 32. quos ipſe ſequitur. Et idem ſentit etiam Suarez, excepta Extrema Vnctione, quia miniſtrata à non ſacerdote non eſſet ſacramentum. Ita *diſp.* 22. *de cenſur. ſect.* 4. *num.* At comprehendi ſolos ſacerdotes tradunt Ancharan. & Cardin. apud eumdem Sylueſtrum *citat.* Quod mihi videntur probabilius, quia procedit dicta Clemen. contra religioſos vſurpantes ſibi iuriſdictionem circa illas actiones prohibitas, atque adeo contra eos qui ſunt capaces ſecundum ritum Eccleſiæ exercendi talem iuriſdictionem, quia ſi non ſint capaces, neque etiam vſurpare poſſunt. Non ſunt autem capaces, niſi ſacerdotes; cum non niſi per ipſos de ritu Eccleſiæ ſoleat miniſtrari Euchariſtia, Extrema Vnctio, ſolemnizari

Matri-

Matrimonium, & abſoluere à culpa, & à pœna. Vnde Concil. Trident. *ſeſſ.24. cap. 1. de reformat. matrim.* apertè diſponit. Quod ſi quis Parochus, vel alius ſacerdos, ſiue regularis, ſiue ſecularis ſit, etiamſi id ſibi ex priuilegio, vel immemorabili conſuetudine licere contendat, alterius Parochiæ ſponſos ſine illorum Parochi licentia Matrimonio coniungere, &c.

An Religioſis prohibitum ſit in ſuis Monaſterijs Baptiſteria habere, vel baptizare, vel pueros de baptiſmo ſuſcipere; vel commatres habere. Quæſtio XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Monachis non licet baptizare, nec habere baptiſteria.*
2 *Nec ſuſcipere de baptiſmo, aut commatres habere.*
3 *In quibus caſibus liceat.*
4 *Extenſio à Monachis ad alios Regulares quando habet locum.*
5 *Religioſi, qui non ſunt Monachi, an poſſint eſſe patrini.*
6 *Argumentum à contrario ſenſu quando valeat. Verbum* debet *quando non dicat neceſſitatem.*
7 *Regulares, vt ſint patrini, an indigeant licentia Epiſcopi.*

1 Reſp. prohibitum eſt Regularibus in ſuis Monaſterijs Baptiſteria habere, *c.pridem 18.q.2* Item Baptizare, vel pueros de Baptiſmo ſuſcipere, *cap. placuit communi, & c. ex authoritate, 16. quæſt. 1.*

2 Item de Baptiſmate alios ſuſcipere, vel commatres habere, *de conſecr. diſt. 4. c. non licet, & c. ſeq.* & hoc ne ex familiaritate, procurante diabolo, incontinentiæ lapſus ſequatur: quod etiam extende ad omnes Religioſos, & Canonicos Regulares, *de poſtul. c. ex parte, Sum. Piſan.* in verb. *impedimentum*.

3 Fallit tamen in tribus caſibus: & primus, ſi populum habeant, Gloſ. *in d.c. Placuit*, Arch. *in c. doctos*, 16. *q.1. not.18. q.2. c. peruenit*, 1. Secundus, ſi eſſent facti Epiſcopi, aut Cardinales, aut abſoluti ſint à iugo Monaſticæ regulæ, *ita not. in c. vnic. 18. q.1.* Zabar. *in Clem. 2. q. 3. de cenſi.* ſicut de B. Gregorio legitur. Tertius quando accederet licentia Epiſcopi, *per not. per Spec. de diſp. §. nunc de Epiſcoporum, verſ. 15. & in c. quod Dei de ſtat. Monach.* vel poſſit de ſpeciali preſbyteri Parochialis licentia: quod ſecus eſſet, ſi daret licentiam generalem Baptizandi, quia tunc videretur presbyter committere illi omnem curam, & ita ſe exonerare, cum tamen debeat per ſe exercere, probatur in cap. *extirpande, §. qui verò de præb.* ita videtur dicere Zabar. *in Clem. vnic. de priuil. quæſt. 23.* Quod autem dixi de Religioſo, intellige de licentia Abbatis, *arg. 16. q.1. c. placuit de poſtul. c.2. de elect. c. quorundam*, Zabar. vbi ſup. *quæſt.21.* vbi dicit, quod poteſt presbyter Parochialis ad tempus aſſumere ſibi Religioſum de licentia Abbatis in ſuum adiutorium, puta in Quadrageſima pro audienda Confeſsione, vel adminiſtranda Euchariſtia abſque licentia Superioris. Idem tenet in *Clem. 2. vnic. q.14. de offic. Vicar.* Intellige, ſi Religioſus ſit approbatus prius ab Ordinario.

ADDITIO AD QVAEST. XXVI.

4 Extenſio à Monachis ad alios Regulares fit tantum quò ad ea, in quibus militat eadem ratio; non autem quãdo militat diuerſa ratio, ita vt diſpoſita de Monachis non habeant locum in ceteris religioſis, niſi militet eadem ratio: quod oritur ex natura extenſionis, quæ requirit eamdem rationem, *l. Iulia, §. de ritu nupt.* & notant Craueta *conſil. 17. num.2.* Dec. *conſil.424. in fine*, & ſicuti quando eſt eadem ratio, eſt etiam eadem iuris diſpoſitio, *l. Illud, ff. ad leg. Aquil. & l. ſi poſtulauerit, §.2. ff. ad leg. Iul. de adult.* ita vbi eſt diuerſa ratio, debet etiam eſſe diuerſa iuris diſpoſitio. Quod etiam deſumitur ex eod. tex. cap. *ex parte de poſtulat.* nam ita habet. *Reſpondemus, quod idem iudicium de Canonicis Regularibus, quod & de Monachis, quantum ad ſupradicta credimus obſeruandum*, vbi notanda ſunt illa verba, *Quantum ad ſupradicta*, quæ referuntur ad exercitium muneris aduocati, de quo quamuis maior ratio ſit in Monachis, eadem tamen eſt etiam in ceteris religioſis, quod notat etiam Gloſ. *ibid.* verbo *caſus, in fine*, vbi habet. *Nota quod regulares, & Monachi quo ad ſæcularia eodem iure vti debent*. Ex quo fit, quod ea, quæ diſponuntur de Monachis ratione inſtituti monachalis, non habeant locum, quò ad cæteros religioſos cum monachale inſtitutum ſit diuerſum ab inſtituto aliarum religionum. Et ideo cum cap. *Placuit communi 16. qu.1.* prohibeat pœnitentiam dare, ſuſcipere de baptiſmo, baptizare, viſitare infirmum, mortuum ſepelire, ad Eccleſiam ſæcularem tranſire, intuitu monachalis inſtituti. ibi. *Sit clauſtro ſuo contentus, quia ſicut piſcis ſine aqua caret vita, ita ſine Monaſterio*

Mona-

Monachus. Sedeat itaque solitarius, & taceat, quia mundo mortuus est, Deo autem viuit. Agnoscat nomen suum; Monos enim Græcè, Latinè est vnus. Achos Græcè, Latinè tristis sonat. Inde dicitur Monachus, ideſt vnus tristis. Sedeat ergo tristis, & officio suo vacet. Ex quibus patet, quod ratio disponendi est obseruantia Instituti Monachalis. Et eodem modo accipiendi sunt cæteri textus in quibus disponitur de Monachis, quatenus Monachis, vt cap. *Non liceat*, cap. *Monachi de consecr. dist.* 4.

5 An autem cæteri Religiosi seclusis Monachis possint esse Patrini, seu suscipere de baptismo, negant Ledesma *p.r.* 1. *sum. tract. de baptis. capit.* 13. Sanchez *lib.* 7. *de matrim. disp.* 60. *n.* 20. Bonac. *de matrim. q.* 3. *pun.* 5. *§.* 2. *n.* 23. Laiman *lib.* 5. *theol. moral. tract.* 2. *c.* 9. *n.* 2. Rodriquez *q.* 52. *Regul. ar.* 3. *tom.* 2. Tannerius *tom.* 4. *disp.* 4. *q.* 2. *dub.* 1. *n.* 25. Barbosa *de potest. Episcopi allegat.* 30. *n.* 36. & *in c. Placuit communi n.* 1. *causa* 16. *quæst.* & alij apud ipsos. Idem tenent Sot. *in* 4. *dist.* 4. *ar.* 5. Nugnus 3. *part. q.* 67. *ar.* 8. dubitant tamen, an id eis prohibeatur sub mortali. Qui fundantur in dictis tex. qui disponunt de Monachis ratione Instituti monachalis, & proinde iuxta dicta *nu. præcedenti* non habent vim. Solum videtur fundari posse in Rituali Romano *tit. de Baptismo*, vbi de Patrinis agens habet, *Ad hoc admitti non debent Monachi, vel Sanctimoniales, nec alij cuiusuis Ordinis Regulares*.

6 Hoc tamen non obstante alij tenent, quod liceat Regularibus, esse Patrinos. Ita Megal. *in promp.* verbo *Baptismus*, *nu.* 4. Coninch *de sacram. q.* 62. *ar.* 7. *n.* 56. Gaspar Hurtad *de sacram. disp.* 2. *difficul.* 9. Ioseph Augustin. *in sum. tit. de baptis. n.* 18. Cespedes *de exemp. Regul. c.* 6. *dub.* 134. *n.* 2. Dicastil. *de sacram. tract.* 2. *de Baptis. disp.* 2. *dub.* 5. *num.* 56. Præpositi. 3. *part. quæst.* 67. *art.* 6. *dub.* 2. Et desumitur argumento à contrario sensu ex cap. *Placuit communi*, 16. *quæst.* 1. Nam ibi prohibentur Monachis eæ actiones, inter quas suscipere de baptismo, ex eo, quod non sunt actiones conuenientes monachis, qui debent esse segregati à commercio hominum, & inter claustra soli plangere. hæc est ratio finalis expressa in illo textu. Ergo cum religiosi, qui profitentur vitam etiam actiuam, habeant ex instituto inseruire sæcularibus circa spiritualia, erudire populum circa ea, quæ pertinent ad salutem, qui est finis contrarius illi, quem habent Monachi ex instituto, quod ratione instituti prohibetur monachis, non erit prohibitum ijs, qui habent contrarium institutum. Argumentum autem à contrario sensu concludit, quando desumitur à contrarietate causæ finalis. *l. Tale pactum, §. fin. ff. de pact.* Et notant Bald. *consil.* 477. ver. *Ego dixi, lib.* 4. Tusch. *littera A. conclus.* 498. *num.* 33. Nec obstat, quod Rituale Romanum, non solum habet, quod, Admitti non debent; quæ verba, cum sint in lege posita, non important necessitatem, sed tantum decentiam, iuxta ea, quæ notant Glos. *in l.* 3. verbo *Debent*, *C. de pignorib.* Tusch. *littera D. conclus.* 32. *n.* 3. Burgus de Pace, *consil.* 46. *n.* 3. Vnde solum ex congruentia non debent admitti Regulares, ne ipsis nouæ obligationes imponantur supra illas, quas habent.

7 Ex quibus deducitur, an vt Regulares admittantur ad munus Patrini, requiratur licentia Episcopi; negat enim Cespedes *de exemp. regular. cap.* 6. *dub.* 134. *n.* 6. quia si Canones afficiunt omnes Regulares, non iuuat licentia Episcopi, cum non possit dispensare super ipsis: Si non afficiunt, poterunt absque tali licentia exercere munus sibi non prohibitum. Quæ quidem probant, quod quantum est ex parte religiosorum, non sit necessaria licentia Episcopi; non autem, quod non sit necessaria ex parte Parochi, vt eos admittere possit, cum Rituale Romanum disponat, quod non debeant admitti.

An Abbas habens vsum mithræ, annulorum, & baculi, ex priuilegio, possit illis extra monasterium vti? Quæstio XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Abbas vtitur Pontificalibus iuxta tenorem priuilegij.*
2 *Non habet ius ad ipsa ratione dignitatis.*
3 *Vsus Pontificalium absque determinatione loci, quomodo censeatur concessus.*
4 *Abbates vti possunt Pontificalibus insignijs in locis sibi non pleno iure subiectis.*
5 *Possunt deferre Baculum extra Ecclesiam in processionibus suarum Ecclesiarum.*
6 *Possunt solemniter benedicere præsentibus Legatis, & Cardinalibus.*

1 Resp. Quod tenor priuilegij est inspiciendus, *c. Vt Apostolicæ de priuileg. lib.* 6. Quòd si ex priuilegio solum competat infra septa Monasterij, non potest extra vti, *Io. Andr. in cap. cum contingat, de stat. & qualit.* & si habet ius Pontificalium in suo Monasterio, inuitatus ad aliud Monasterium exemptum, potest vti, aliàs secus.

ADDITIO AD QVAEST. XXVII.

2 Abbates non habeat ius vtendi Pontificalibus insignibus, nempe mithra, annulo, & baculo ratione dignitatis, sed ex indulgentia Sedis Apostolicæ, ex dicto cap. *Vt Apostolicæ de priuileg. in* 6. ibi. *Vt Apostolica Sedis benignitas, quæ nonnullis Abbatibus aliisque Prælatis, quibus non competit ex propria dignitate concessit, vt in Ecclesiarum gloriam, & honorem, quod Mithra, & alijs Pontificalibus vti possint, prouidet,*

uideatur &c. Et ita etiam notant Franc. *ibid. n.* 1. Abbas *in c. Clerici* 2. *num.* 6. *de vita, & honeſt. cler.* Barbat. *in cap. Volentes de offic. Legati.* Et ideo vſus ipſorum debet eſſe ſecundum menſuram priuilegij.

2 Ex quo fit, quod ſi in priuilegio concedatur vſus Pontificalium abſque determinatione loci, cenſeatur conceſſus ſecundum menſuram iuris communis, quia ſtante indeterminatione priuilegij ſubintrat ius commune ad ipſum determinandum; nam, cum materia conceſſionis habeat determinationem à iure communi, dum per priuilegium conceditur, cenſetur conceſſa ſecundum eamdem determinationem. De iure autem communi vſus Pontificalium conceditur tantum in locis iuriſdictionis, vt conſtat in Epiſcopis, & Archiepiſcopis, qui ſolum in locis ſuæ iuriſdictionis vti poſſunt Pontificalibus inſignibus, vt deſumitur ex *cap.* 1. & cap. *Cum ſit.* & cap. *Ex tuarum, de auctor. & vſu pal.* Vſus enim Pontificalium denotat iuriſdictionem, & ideo non extenditur ad loca, in quibus vtens non habeat iuriſdictionem.

4 Et quia certum eſt, Abbates vti poſſe, non ſolum in propria Eccleſia, ſed etiam in alijs locis ſibi pleno iure ſubiectis, iuxta cap. *Vt Apoſtolicæ,* & cap. *Abbates de priuileg. in 6.* & per plura priuilegia conceſſa Abbatibus Regularibus à Summis Pontificibus, quæ recenſet Tamburin. *de iure Abbat. diſp.* 20. *q.* 1. *tom.* 1. difficultas ſolum eſt, an vti poſſint in locis ſibi non pleno iure ſubiectis. Et affirmatiuè reſoluendum eſt cum eod. Tamburino *eod. tom.* 1. *de iure Abbat. diſp.* 21. *quæſt.* 2. *num.* 4. ex diuerſis priuilegijs Summorum Pontificum. Ita Bonifac. IX. Abbati S. Mercurialis Foroliuij Vallis vmbroſæ *ſub die* 1. *Septembris anno* 12. *Pontificatus ipſius.* & à Martino V. *anno* 3. *ſui Pontificat. nempe* 1420. Abbati S. Pancratij Florentiæ, Congregat. Vallis Vmbroſæ ſub ſequenti tenore. *Nos veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, vt tu Abbas, & ſucceſſores tui, & Abbates dicti Monaſterij, qui pro tempore fuerint, Mithra, Annulo, Baculo Paſtorali, & alijs Pontificalibus inſignijs liberè poſſitis vti; necnon quod in dicto Monaſterio, & Prioratibus eidem Monaſterio ſubiectis, & Parochialibus, & alijs Eccleſijs ad vos communiter, vel diuiſim pertinentibus, quamuis vobis pleno iure non ſubſint, benedictionem ſolemnem poſt Miſſarum, Veſperarum, & Matutinarum ſolemnia, dummodo in benedictione huiuſmodi aliquis Antiſtes, vel Sedis Apoſtolicæ Legatus præſens non fuerit, elargiri poſſitis, ſel. recor. Alexandri Papæ IV. prædeceſſoris noſtri, quæ incipit, Abbates, & alijs quibuſcunque Conſtitutionibus Apoſtolicis in contrarium editis nequaquam obſtantibus, vobis, & eiſdem ſucceſſoribus Auctoritate Apoſtolica de ſpeciali gratia tenore præſentium indulgemus.*

5 Imo Vrbanus III. indulſit Præpoſitio S. Agathæ Cremonæ Congregationis Canonicorum Lateranenſium, vt in Proceſſionibus ſuæ Eccleſiæ poſſit deferre Baculum Paſtoralem, etiam extra Eccleſiam, vt notat Tamburin. *de iure Abbat. tom.* 1. *diſp.* 21. *q.* 3. *n.* 10. ex tenore priuilegij ab ipſo relato. *Cum ſel. mem. Alexander, & Lucius Prædeceſſores noſtri, ſicut ex eorum litteris manifeſtè nobis innotuit, tam prædeceſſori tuo, quàm tibi de benignitate Apoſt. Sedis indulſerint, vt in proceſſionibus Eccleſiæ veſtræ diebus ſolemnibus deferatis Baculum Paſtoralem. Nos eiſdem prædeceſſorum noſtrorum veſtigijs inhærentes, eumdem baculum diebus ipſis in proceſſionibus deferendi liberam tibi, tuiſque ſucceſſoribus concedimus facultatem. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.* Datum *Veronæ IV. Kal. Iulij &c.* Hoc autem priuilegium participatur ab omnibus communicantibus, iuxta priuilegiorum communicationem, quod participent omnia priuilegia conceſſa ſiue corpori aliorum religionum, ſiue alicui ſpeciali loco, ſiue dignitati.

6 Et adhuc per alia priuilegia creuit vſus Pontificalium conceſſus Abbatibus, Præpoſitis, cæteriſque communicantibus. nam Sixtus IV. conceſſit Præpoſito, ſeu Abbati S. Mariæ Pacis Congregationis Lateranenſis, vt ſolemniter benedicere poſſet præſentibus quibuſcunque Prælatis, & Cardinalibus etiam Legatis. ita *Kal. Octobr. anno* 1483. *anno Pontificatus ſui XIII.* ſub ſequenti tenore. *Ipſeque Præpoſitus dicta Præpoſitura, qui pro tempore fuerit, Mithra, Annulo, Baculo, & alijs Pontificalibus inſignijs etiam vti; Nec non in dicto Pacis Templo, vt intra ſepta dicti Monaſterij benedictionem ſolemnem poſt Miſſarum, Veſperarum, & Matutinarum ſolemnia, etiamſi in benedictione huiuſmodi aliquis Antiſtes Cardinalis, vel Sedis Apoſtolicæ Legatus præſens fuerit, elargiri liberè, ac licitè poſſit, & valeat, ſel. recor. Alexandri Papæ IV. Prædeceſſoris noſtri, quæ incipit,* Abbates, *& alijs Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non Ordinis, & Congregationis prædictorum, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacunque formitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrarijs nequaquam obſtantibus, motu, ſcientia, & auctoritate prædictis concedimus pariter, & indulgemus.* Et de praxi teſtatur Tamburin. *de iure Abbat. tom.* 1. *diſput.* 21. *q.* 9. *n.* 4. aſſerens, Abbatem dicti loci ſolemniter benedixiſſe in feſto Viſitationis B. Virg. *die* 2. *Iulij anno* 1614. poſt habitum Capellum, præſentibus duodecim Cardinalibus. & idem refert Pennot. *lib.* 3. *ſuæ Hiſtor. cap.* 33. *n.* 4. Iuxta autem priuilegia communicatiua, cæteri quoque communicantes idem priuilegium participabunt.

An

An Abbates & Superiores Regularium possint benedicere vestes Sacerdotales, Calices, Patenas, & Cruces? Quæstio XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Superiores Regulares non possunt benedicere de iure communi vestes sacerdotales.*
2 *Possunt ex priuilegio, vel ex consuetudine.*
3 *An etiam pro alienis Ecclesijs.*

1 Resp. Quòd hæc nullo modo de iure communi conceduntur, nisi ex priuilegio Pontificio, vt not. Doctor. & Card. *in Clem. 2. §. Statuimus, de statu Monach.*

ADDITIO AD QVAEST. XXVIII.

2 Quòd Abbates cæterique Regularium Prælati communicantes in priuilegijs possint benedicere vestes Sacerdotales, cæteraque omnia, in quibus non interuenit Sacra Vnctio, constat ex praxi, siue id habeant ex priuilegijs, quorum plura apud Collector. vt apud Casarrubium, verbo *Benedicere*, vel ex legitima consuetudine præscripta: quia cum id sit antiquissimum, non constat, an ortum habuerit ex priuilegijs, an verò ex præscriptione, seu consuetudine, quia cum hæc benedictio sit annexa ordini Episcopali, non de iure diuino, sed de iure humano Ecclesiastico præscribi potest ab inferioribus Prælatis. Ita Sylvester verbo *Benedictio, n. 5.* Suarez *tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 2. c. 10. n. 2.* Hæc autem facultas extenditur ad Priores, & Vicarios in absentia Priorum, sicut concessit Innocent. VIII. Monachis Congregat. S. Iustinæ non solum quò ad ea, quæ sunt suarum Ecclesiarum, sed etiam vndequaque delata.

3 An autem benedicere possint sola paramenta propria, seu suarum Ecclesiarum. Ex vna parte extant priuilegia, quæ concedunt facultatem benedicendi etiam pro alienis Ecclesijs, vt illud Innocentij VIII. de quo *num. præcedenti*, in quo in specie concedit etiam pro alienis, & ideo hanc partem tenent Miranda *tom. 1. Manual. quæst. 40. ar. 3.* Rodriquez *quæst. regular. 19. art. 2. tom. 1.* Sylvester verbo *Benedictio 5. num. 3.* Compendium Priuileg. verbo *Benedicere, in Adnotat.* Tamburin. *de iure Abbat. tom. 1. disp. 22. quæst. 2. n. 2.* Econtra vero adsunt declarationes in contrarium S. Rituum Congregat. quæ declarauit, non posse benedicere paramenta, quæ non sint suarum Ecclesiarum. Ita *die 24. Augusti 1609.* & *die 30. Septem. 1628.* & rursus *die 18. Augusti 1629.* abrogata quacunque consuetudine in contrarium, & rursus *die 13. Martij 1632.* sub hoc tenore. *Abbates, Priores, Guardiani, & alij Religionum Prælati, etiam ex Societate Iesu, habentes priuilegia benedicendi vestes sacras, cœmeteria, & similia, dicto priuilegio vti non possunt, nisi in ijs rebus, in quibus sacra Vnctio non adhibetur, & pro seruitio dumtaxat Monasteriorum, & Ecclesiarum propriarum.* Et hanc partem tenent Geminian. *in cap. Abbati, de priuileg. in 6.* Lezana verbo *Benedictio, n. 7.* & alij ex recentioribus. Verum est aduertendum, quòd declarationes S. Congregationis loquuntur de facultate benedicendi, quæ conuenit ex priuilegio, & proinde nõ condit nouum ius, sed declarat ius, quod conuenit ex priuilegio: quod si priuilegium concedit facultatem benedicendi paramenta sacra, debent intelligi de paramentis propriæ Ecclesiæ, & quod consuetudo fundata in iure priuilegij non sit benè extensa, vtpote vltra tenorem priuilegij. Verum si priuilegium in specie concedat benedictionem paramentorum alienarum Ecclesiarum, non potest talis declaratio ipsi applicari; & cum S. Congregatio non reuocet priuilegia, sed tantum declaret concessa, nihil erit innouatum, aut de nouo declaratum circa tale priuilegium, neque circa consuetudinem inductam independenter à priuilegio, quia loquitur in consequentiam ad priuilegium, & consuetudo iam præscripta non potest abrogari, nisi per legem.

An facultas extrahendi confugientes ad Ecclesiam competat etiam Superioribus Regularibus iura Episcopalia habentibus, in locis sibi subditis? Quæstio XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Facultas concedendi reos in criminibus exceptis non competit habentibus iura Episcopalia.*
2 *Soli Episcopi priuatiuè quò ad alios iudicant, an rei gaudeant immunitate.*
Sede vacante an hæc facultas conueniat Vicario Capitulari.
3 *In notorijs delictis exceptis adhuc requiritur iudicium Episcopi.*
4 *Iudex Ecclesiasticus an debeat stare processui facto à laico in iudicando, an delictum gaudeat immunitate.*
5 *Quomodo probandum, delictum non gaudere immunitate.*
6 *Forma Gregoriana vniuersaliter seruanda.*

1 Resp.

Digitized by Google

1 Reſp. Negatiuè ex Bulla Gregorij XIV. per quam cognitio ſuper remiſsione delinquentis confugientis ad Eccleſiam, in Curiam ſæcularem eſt remiſſa Epiſcopis, & non alijs Epiſcopis inferioribus, etiamſi Ordinarij eſſent, aut nullius Diœceſis, aut Conſeruatores à Sede Apoſtolica ſpecialiter, vel generaliter deputati: & ſi caſus occurrat in loco exempto, tunc cognitio deuoluitur ad Epiſcopum vicinlorem, & non ad alios. Ambroſ. *in tract. de immunit. Eccl. cap.* 11. *num.* 1. Farin. *conſ.* 76. *in punct.* latè Card. Tuſch. *tom.* 2. *concl.* 11. *num.* 9. vbi ſubdit, quòd Miniſtri laici non excuſantur ſub prætextu ignorantiæ, vel quod Bulla non fuerit vſu recepta. & *num.* 10. *in fin. & idem dicit in præcedenti concl.* 10. *num.* 1. Imò etiamſi notoriè conſtaret confugientem ad Eccleſiam commiſiſſe delictum exceptum in dicta Bulla, adhuc ſit ſeruanda forma Bullæ præfatæ, prout in Curia Archiepiſcopali Neapolitana fuiſſe reſolutum, *teſtatur Praxis Archiep. Neap. cap.* 28. *num.* 5. vbi ſubdit, quòd ſi Epiſcopus deneget licentiam extrahendi, poſſit Curia ſecularis delinquentem extrahere, & ducere ad carceres Epiſcopi, vt ab eo cognoſcatur ſi delicta ab eo commiſſa ſint comprehenſa in dicta Bulla: & ſic quamuis aliunde appareat de delicto, ſit ſeruanda forma dictæ Bullæ. Borgn. *in repert. in* 1. *part. deciſ.* in verbo *Iudex Eccleſiaſticus*, *num.* 16. nec ſufficit, vt licentia extrahendi concedatur à Vicario Epiſcopi, latè Marc. Ant. Mac. *lib.* 3. *reſolut.* 15. *num.* 4. *& ſeq.* niſi extaret conſuetudo in contrarium, prout Papiæ viget, quia extrahentes excuſarentur: imò non poterunt Iudices ſeculares confugientes ad Eccleſiam extrahere, ſine interuentu perſonæ Eccleſiaſticæ, vt apertè habetur in dicta Bulla Gregorij XIV. & idcirco ceſſat omnis alia opinio Doctorum contrarium aſſerentium, nam in dicta Bulla præſcripta eſt certa forma, quæ violari non poteſt.

ADDITIO AD QVAEST. XXIX.

2 Quod ad ſolum Epiſcopum priuatiuè quò ad alios pertineat cognitio, an delictum ſit de exceptis, quibus non conceditur immunitas, ita vt cæteri Ordinarij inferiores, etiam nullius Diœceſis, excludantur, conſtat ex verbis manifeſtis Conſtitutionis Gregorianæ. *Ad quos* (Epiſcopos) *ſolum, & non alios Epiſcopis inferiores, etiamſi alias Ordinarij ſint, aut nullius Diœceſis, aut Conſeruatores, ab hac Sede ſpecialiter, vel generaliter deputati, prædictam licentiam dandi, facultas pertineat*; occurrente autem caſu in loco exempto, & nullius Diœceſis, tunc ad Epiſcopum viciniorem deuoluetur hæc cognitio, & non ad alios. Difficultas tamen eſt, an hæc facultas competat Vicario Capitulari Sede vacante. Negat Marius Italia, *lib.* 1. *de immunit. cap.* 6. §. 1. *num.* 42. Quia eſt conceſſa Epiſcopis priuatiue quò ad alios. Sed tenendum eſt, quod Vicarius Capitularis habeat hanc facultatem. Ita Peregrin. *de immun. c.* 3. *num.* 33. Diana *par.* 6. *tract.* 6. *reſol.* 30. ver. *Quæro primo*. Quia Capitulum Sede vacante ſuccedit in ea omnia, quæ de iure ordinario competunt Epiſcopo. cap. *vnic. de maior. & obedien. in* 6.

3 Licet notorium ſit, delictum eſſe ex ijs, quibus non conceditur beneficium immunitatis, requiri tamen adhuc cauſæ cognitionem, & debere per acta conſtare; tradunt etiam Gomez *in regulam de publican. reſignat. quæſt.* 9. Pariſ. *de reſignat. lib.* 11 *quæſt.* 6. *num.* 81. teſtans de communi. Quia licet notorium non requirit regulariter probationem, cap. *veſtra, de cohabit. clericor. & mulier.* hoc tamen locum non habet, qnando probatio, & cauſæ cognitio, requiritur pro forma, vt in præſenti caſu. & proinde Pontifex requirit, quod cauſa cognoſcatur, etiam quando denegatur iniuſtè licentia ab Epiſcopo, & concedit poſſe extrahi per officiales, & iudicem laicum, nam vult carcerari apud iudicem Eccleſiaſticum, & ibi cauſam cognoſci,

4 An autem iudex Eccleſiaſticus teneatur ſtare proceſſui facto à laico iudice in declarando, an reus gaudeat immunitate. Quamuis affirmet Giurba *conſil.* 50. *num.* 2. Communiter tamen negant. Ita Peregrin. *cap.* 3. *de immunit. num.* 2. Riccius *in praxi tom.* 2. *reſol.* 185. *num.* 3. *& collect.* 1792. Ambroſin. *de immunit. cap.* 11. *num.* 12. Marius Ital. *lib.* 1. *de immunit. cap.* 6. §. 1. *num.* 79. Guazin. *tom.* 1. *defenſ.* 1. *cap.* 30. *num.* 7. Vulpes *in praxi cap.* 3. *num.* 221 Bonac. *diſp.* 3. *de legib. quæſt.* 7. §. 7. *num.* 3. Bellet. *par.* 1. *diſquiſit. cler.* Tit. *de fauore cler. reali* §. 4. *n.* 50 Farinac. *conſil.* 168. *num.* 22. *& in append. de immunit. cap.* 22. *num.* 373. Palaus *tom.* 2. *tract.* 11. *de reuer deb. loc. ſacr. diſp. vn. punct.* 13. *num.* 9. Diana *par.* 5. *tract.* 1. *reſol.* 9. Gregorius enim XIV. committit iudicio Epiſcoporum declarare, an delictum de quo agitur, ſit ex illis, quibus non conceditur immunitas; vnde cum habeant proferre ſententiam an gaudeant, vel non gaudeant immunitate, poſſunt etiam acta conficere. Cap. *Præterea de offic. deleg.* vbi Gloſ. verbo *Delegatus*, & *l. vbi falſi, C. de falſ.* vbi Gloſ. verbo *Relationes*. Poterit tamen ſtare proceſſui fabricato à iudice laico, præſertim ſi ſit fabricatus, antequam reus confugeret ad Eccleſiam, quia non agitur ad condemnandum reum, in quo caſu acta iudicis laici non probant. Cap. *At ſi clerici, de iudic.* ſed ad informandum iudicem Eccleſiaſticum de qualitate delicti, quod optimè præſtari poteſt per proceſſum factum à iudice laico: Gregorius enim ſolum vult quod Epiſcopus cognoſcat delictum non gaudere immunitate, & proinde eſſe ex illis, quæ ipſe excipit, quod optimè haberi poteſt ex proceſſu iudicis laici.

5 Quomodo autem probandum ſit, delictum non gaudere immunitate. Gratian. *cap.* 596. *num.* 23. *diſcept. forenſ.* Peregrin. *de immunit. cap.* 3. *num.* 3. volunt ſufficere præſumptiuas, & etiam leues probationes, quia ſufficit, quod poſſit iudicium ferre cum fundamento. Sed requiri, quod conſtet, delictum

non

ion gaudere immunitate, tenent communiter Ambroſin. *de immunit. cap.* 11. *num.* 4. Italia *cap.* 6. *§.* 1. *num.* 80. Farinac. *conſil.* 76. *num.* 3. & *de immunit. cap. vlt. num.* 8. Bonac. *diſp.* 3. *de primo præcepto Decal. quæſt.* 7. §. 7. *in fine*. Palaus *par.* 2. *tract.* 11. *de reuteren. deb. locis ſacr. diſp. vn. punct.* 13. *num.* 8. Diana *par.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 38. Riccius *collect.* 1792. Auendan. *de exequen. mandat. par.* 1. *cap.* 22. *num.* 9. Caſtil. *deciſ.* 156. *num.* 5. Barboſa *de iure Eccleſ. lib.* 2 *cap.* 3. *num.* 168. Ratio eſt. Quia confugientes ad Eccleſiam habent ius certum ad fruendum beneficio immunitatis. Cap. *interdicti*, & cap. *fin. de immunit. Eccleſ.* Et Eccleſia habet ius certum ad ipſos protegendos. Non poteſt autem ius certum vinci per probationes præſumptiuas, & leues, ſed requiruntur certæ probationes, alioquin non poterunt præualere contra ius certum, iuxta ea, quæ tradunt Bald. *in l. Iudices, num.* 2. *C. de iudic.* Speculat. *tit. de offic. om. iud. §. fin. num.* 18.

6. Circa autem formam ſeruandam in declarando quod confugientes non gaudeant immunitate, dubitatur, an ſit ſempor ſeruanda. Negat Curtel. *de recen. & priſ. immun. lib.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 48. Sed tantum habere locum quò ad perſonas, & loca, quorum intuitu emanauit Conſtitutio, vt ſuadent illa verba, *Niſi ſolum, vt præfertur attributa, & per præſentes reuocata abutantur*. Conſtitutio autem emanauit, vt moderaretur indulta circa immunitatem, non autem, vt tolleret, quæ ſunt de iure communi, quæ ſi ſeruentur, non violatur immunitas. Verum fallitur, quia mens Pontificis fuit, non ſolum tollere abuſus, & obuiare ſcandalis, ſed & conſtituere vnicam formam, ſecundum quam apud omnes illibata ſeruaretur immunitas; & declarare, quomodo in praxi procedendum ſit in hac materia, vt conſtat ex verbis proemij. ibi. *Quare pro commiſſo nobis à Domino Paſtoralis officij munere prædictis abſurdis, & ſcandalis obuiare, ac differentias huiuſmodi ad vniformem regulam reducere, omnem dubitandi, ac perperam interpretandi occaſionem dilucida declaratione ſubmouere, abuſus tollere, & ne Eccleſiaſtica iura planè conculcentur, & negligantur, opportunè prouidere decreuimus*. Ex quibus conſtat, quod non ſolum intendit Pontifex tollere abuſus, & remouere ſcandala, ſed etiam conſtituere vniformem regulam pro tuenda immunitate Eccleſiarum, quod non aſſequeretur, niſi pro omnibus locis, & perſonis ſanxiſſet.

An Regulares, vel alij impedientes Epiſcopos vti ſuis inſignijs, quæ ſibi de Iure, vel de conſuetudine, debentur, poſſint cenſuris affici?

Quæſtio XXX.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi an poſſint cenſuris cohibere regulares impedientes ipſos vti proprijs inſignijs. Cauſa honoris quanti facienda.*

2 *Regulares tenentur ſub mortali reddere debitum honorem Epiſcopis*

Verbum monere, *quando importet præceptum.*

3 *Regulares delinquentes circa honoraria Epiſcoporum non poſſunt cenſuris affici.*

4 *Propter conuicium ſibi illatum Epiſcopi an poſſint excommunicare.*

1 Reſp. Quod affirmatiuè eſt deciſum *in c. ſi quis, diſt.* 94. quia non exhibent debitum honorem illis, in quorum honore honoratur Eccleſia; Cui Epiſcopi non debent renunciare. Et quòd poſſint excommunicari, probatur, quia ſcilicet cenſuræ relaxantur ex cauſa ardua. Conc. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 3. & quæſtio honoris dicitur cauſa ardua, per tex. *in l. inimicitia, in fin. ff. de his, quib. vt indignis*, & honor, & honeſtas in tanto pretio habendi ſunt, vt pari paſſu cum vita ambulent, *l. iuſta ff. de manumiſſ. vindict.* & intereſſe honoris eſt maior omni alio honore. Chaſſan. *de glor mundi, part.* 1. *conſiderat.* 2. Tanto magis, quia de iure ciuili, qui non præſtat honorem, puniendus eſt, prout eſt caſus, *in l. ſinguli, & in l. ſciant. C. de offic. diuerſ. Iudic. & in l.* 1. *c. de domeſtic. & poteſt. l.* 12. Pœna ſacrilegij ſimilis erit, ſi his honorificentia non deferatur. Ergo ſi non præſtatur ſibi debitus honor, poteſt cenſuras relaxare; quia tunc non eſt Iudex, ſed Iuris exequutor fore cenſetur. Innoc. *in c. ex parte, de verb. ſignif. & in c. noſti de elect.* Gloſ. *in c. Romana, de pœnis lib.* 6. late Gundiſſal. Villadieg. *in quæſt.* 7. *num.* 37.

ADDITIO AD QVAEST. XXX.

2 Regulares tenentur ſub mortali reddere debitum honorem Epiſcopis, vt inter alios notant Peirin. *de priuileg. ad Conſtit.* 36. *Leonis X.* §. 24. & Ceſpedes *de exemp. regular, cap.* 13. *dub.* 220. *num.* 1. & deſumitur ex citato §. *Conſtit. Leonis*, ibi: *Eoſdem inſuper Fratres in virtute ſan. Obedient. monemus, vt eoſdem Epiſcopos loco Sanctorum Apoſtolorum ſubrogatos pro debita, & noſtra, & Apoſtolicæ Sedis re-*

uerentia, congruo honore, & conuenienti obſeruantia venerentur. Materia enim eſt grauis, ſiquidem honor eſt maximum bonum, & omnium pretioſiſſimus, *l. ſi in duabus, ff. de reg. iur.* Gloſſa *in Extrauag. ad conditorem*, verbo *Honorent, de verbor. ſignificat.* D. Th. 1. 2. *quæſt.* 2. *ar.* 2. Et ideo læſio honoris eſt notabilis, & continens peccatum mortale, ex natura ſua, niſi excuſet paruitas materiæ. Et in-

Digitized by Google

dicant etiam verba dictæ Conſtit. *In virtute ſanctæ Obedientiæ monemus*. Verbum enim, *Monere*, coniunctum cum verbis, *In virtute ſanctæ Obedientiæ*, importat obligationem ſub mortali, quia trahit ſecum obligationem obediendi in ſubiecta materia, & conſequenter violationem talis obligationis, ſi non impleatur, quod iniungitur.

3 Quod autem dicitur, quod poſſit Epiſcopus cenſuris afficere delinquentes circa honoraria ſibi debita, cum hoc ipſi expreſsè non concedatur, non habebit locum quò ad exemptos, & præcipue, ſi ſint ex illis, qui ex priuilegio habent, quod non poſſint cenſuris affici. Quamuis enim delictum tangat perſonam Epiſcopi, attamen non poteſt ex hoc in exemptos iuriſdictionem exercere, ſed debet eos conuenire coram ſuis Iudicibus, alioquin ſi iniuria tangens propriam perſonam daret iuriſdictionem inferentem, iudex quoque laicus poſſet punire Eccleſiaſticos, à quibus iniuria afficeretur. Vnde ſtante priuilegio, quod non poſſint cenſuris affici, cenſura erit nulla, iuxta ea, quæ tradunt Syluester verbo *Exemptio*, *num.* 9. Abbas *in cap. grauì nu.* 9. *de offic. Ordinar.* Couarruu. *in cap. alma mater par.* 1 §. 7. Natta *conſil.* 257. *num.* 7. Donat. *in praxi reg. regular. par.* 2. *tract.* 13. *de exempt. quæſt.* 24. *nu.* 2.

4 Imo neq; propter conuicium ſibi illatum poſſunt Epiſcopi laicos excommunicare, cap. *Inter querelas* 23. *quæſt.* 4. vbi Gregor. Pontifex reprehendit Ianuarium Epiſcopum, quod quemdam excommunicauerat propter iniuriam ſibi illatam, & ſubdit. *Qua res nos vehementer affligit & re. dum pro vindicta propriæ iniuriæ (quod ſacris regulis prohibetur) maledictionem anathematis inuexiſti. Vnde de cætero omnino eſſe circumſpectus atque ſollicitus, & talia cuiquam pro defenſione propriæ iniuriæ tuæ inferre denuo non præſumas. Nam ſi tale aliquid feceris, in te ſcias poſtea vindicandum.* Et ad ſummum hoc ei conceditur, quando iniuria redundat in Eccleſiam, quia tunc non agit cauſam propriam. ſed Eccleſiæ, vt notat Gloſ. diſtinguendo, *in capit. ſi quis ab Epiſcopo*, verbo *conuitij* 2. *quæſt.* 7. nam vindicare iniuriam perſonalem Epiſcopi, ſpectat ad Metropolitanum, vt Gloſ. *ibid.*

An Clerus tam ſecularis, quam regularis, teneatur proceſſionaliter obuiam ire Epiſcopo ingredienti Ciuitatem, vel Diœceſim; & quid ſi Epiſcopus alicui Eccleſiæ exemptionem concedat, quæ tamen prius ire ſolita erat, conceſſio huiuſmodi valida ſit? Quæſtio XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Clerus, etiam regularis, tenetur obuiam ire Epiſcopo.*
Honor reuerentialis remitti non poteſt.

2 *Regulares exempti non tenentur obuiam ire Epiſcopo, cum primò ingreditur Ciuitatem.*

1 Reſp. Affirmatiuè, & nemo eſt, qui contrarium affirmare poſſit ex vniuerſali conſuetudine Eccleſiæ, vnde dicit Felin. *in c. cum non liceat, circa principium. de præſcriptionibus*, quòd licèt Epiſcopus alicui Eccleſiæ exemptionem concedat, vt illi obuiam proceſſionaliter non eat, quæ tamen prius ire ſolita erat, conceſſionem huiuſmodi in præiudicium Eccleſiæ non eſſe validam, per tex. *in l. fin. C. de bonis libert.* Vbi ad hoc Bald. & notatur *ibi* in verb. *reuerentia*. Quoniam neque gratis, neque per pactum huiuſmodi reuerentialis honor remitti poteſt, *l. alia, §. eleganter*, vbi hoc notat Angel. *ff. ſolut. matrim.* cum ſit contra naturale vinculum, *l. venia, C. de in ius vocand. c. conſtitutus, de Religioſ. domib.* Quia honeſtas, & reuerentia collocatur inter iuris præcepta, Crauett. *de antiquit. part.* 4. *num.* 120.

ADDITIO AD QVAEST. XXXI.

2 Reſolutio Auctoris accipienda eſt quo ad Clerum regularem non exemptum, quia tunc agitur de honore debito ratione ſubiectionis. Quo autem ad Regulares exemptos non habet locum: neque enim hi tenentur obuiam ire, vt reſoluunt Caſtrenſ. *in l. fin. C. de bonis*, Mandoſ. *in praxi ſignat.* verbo *exemptiones ab Epiſcopo*, §. *Non autem exemptio*, Sanchez *lib.* 6. *ſum. cap.* 9. *n.* 36. Ceſpedes *de exempt. Regular. cap.* 13. *dub.* 210. *num.* 5. Ratio eſt, quia obuiam ire eſt actus quidam reuerentialis, & ſpecialis debitus titulo paſtoralis muneris; quod munus cum ceſſet reſpectu exemptorum, ceſſat etiam debitum exhibendi hunc honorem,

An

An Episcopus præcedere debeat Prælatum Religionis exemptum in Monasterio exempto, in Diœcesi Episcopo existente. Quæstio XXXII.

SVMMARIVM

1 *Episcopus præcedit Prælatum religionis in Monasterio exempto intra Diœcesim.*
2 *Capitulum Ecclesiæ maiores præcedit Prælatum collegiatæ inferioris.*
3 *Episcopus præcedit Prælatum regularem in eius Monasterio exempto, de æquitate.*
4 *Non præcedunt in ijs, quæ sunt officij ipsius, & in causis Monasterij.*
Delegatus præcedit Ordinarium licet digniorem.

1 Resp. sic, ita Felin. *in cap. cum liceat, de præscript. n. 2.* quia (ait) Ius reuerentiæ nunquam tollitur per exemptionem; ideo Episcopus præcedet in loco exempto, qui tamen esset in sua Diœcesi, non obstante exemptione, & præcedere debet Episcopus Prælatum exemptum, etiam in suo Monasterio exempto, in Diœcesi ipsius Episcopi. Hoc ipsum confirmat Baldus *in l. fin. C. de bonis quæ liberis*; Ecclesia (inquit) exempta, siue liberata, tenetur nihilominus exhibere reuerentiam Episcopo, & ire obuiam personaliter more aliorum, quia Episcopus attento iure in eius territorio Regularium curam, & disciplinam habebat, *c. Monasterium 18. q. 2. c. cum venerabilis de except.* Tum etiam, quia regimen omnium animarum suæ Diœc. sustinet, & inde dicitur, Caput totum, vt notant DD. *in c. cum non liceat de præsumpt.* & idem Felin. *loc. cit.* dicit quod Clerici inferiores debent reuerentiam Capitulo, sicut Episcopo, quia dignitates, sunt communes inter Episcopum, & Capitulum.

2 Item, quòd Capitulum Ecclesiæ maioris debet præcedere Prælatum Ecclesiæ inferioris Collegiatæ, etiam quando Capitulum inuitatur ad funus corporis, quod debet deferri per illius Parochiam.

ADDITIO AD QVAEST. XXXII.

3 Eamdem resolutionem sequitur Cespedes *de exempt. Regular. cap. 13. dub. 220. num. 6.* quia debitum reuerentiæ nunquam tollitur; addens, quod Episcopus præcedere debeat etiam in Monasterijs extra Diœcesim. Hoc tamen est intelligendum non de rigore, sed de æquitate, & conuenientia, quia in suo territorio, & officio quilibet maior est, iuxta ea, quæ tradunt Dec. *consil. 67. num. 12. vol. 2.* Besold. *dissert. de præced. cap. 3. num. 5.* Solorzan. cum alijs, *in allegat. pro supremo Consil. Indiar. super præcedent. num. 92.*

4 Rursus est aduertendum, quod non præcedunt Prælatos Regulares in ijs, quæ sunt officij ipsorum, sed præcedunt Prælati Regulares in causis sui Monasterij, & in rebus suæ regulæ, vt tradunt Innocent. *in cap. quanto, num. 2. de offic. Ordinar.* Manriquez *de præced. cap. 1. num. 14.* Et loquendo de Rectore vniuersitatis, tradunt Abbas *in cap. auditis, num 4. de elect. & in cap. auditis, de conces. præbend.* Chasian. *in Catal. glor. Mun. par. 4. considerat. 44. §. fin.* Et ratio est, quia in prædictis Prælatus regularis gerit propriam personam, & iurisdictionali modo se habet; & ideo debet præcedere, sicut etiã delegatus præcedit Ordinarium, licet digniorem, in causa sibi delegata. Cap. *fine 2. de offic. deleg.* Vbi Doctores, Abbas, Dec. Felin. Bald. & cæteri, Gratian. *cap. 111. discept. forens. num. 65.* cum alijs. Fachin. *lib. 12. controuer. cap. 85.*

An Regulares Ecclesiam iniustè, ac notoriè possidentes, possint ab Episcopo spoliari de facto absque citatione? Quæstio XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Nemo priuandus possessione suæ sine citatione, & causæ cognitione.*
Secus si possessio sit notoriè nulla.
2 *Notorium non indiget probatione.*
Iudex potest extraiudicialiter se informare de notorio
3 *Quod nam dicatur notorium.*
4 *Notorium debet tale declarari.*

1 Resp. Quòd licet regula sit, quòd nemo priuandus est possessione sua, etiamsi sit prædo, nisi primò citetur. & interueniat causæ cognitio, *l. fin. c. si per vim, vel alio. in d. cap. licet Episcopus, de præbend. in 6.* & ibi gl. Bald. *in l. 2. c. vbi in rem actio. Rom. in l. iustè possidet, ff. de acquir. possess.* est communis conclusio, ita, quòd si vassallus non petit inuestituram tempore debito,

Digitized by Google

non priuatur feudo ſine citatione. Card. *conſ.76. incipit, quod Dominus Abbas.* & *conſ.77. Reuerende pater*, inquit, quòd ſi Iudex expulit poſſeſſorem, eo non citato, cum eſſet intruſus, debet reuocare traditionem poſſeſſionis, & dicit Bald. *in l.ſi Maritus la 1.C. de donation. inter vir. & vxor.* Quòd licet Clericus ſit priuatus ipſo iure, non debet tamen expelli ſine cauſæ cognitione, & citatione, & multa adduci poſſunt, & ſignanter quæ congerit Felin. *in c.fin.de præſumpt. in c. cum olim, de re iudicata, & in c.2. de ſimonia.* Nihilominus, ſi quis notoriè tenet Eccleſiam iniuſtè, non eſſe neceſſarium, quòd Epiſcopus eum vocet in iudicium, ſed debet eum ſpoliare de facto, ſicut de facto ſe ingeſſit. Hæc eſt aurea doctrina Abb. *in c. quare Clerici vlt. not. de iurepatr.* vbi ſubdit, quòd ea, quæ fiunt per partes de facto extra iudicium, poſſunt per Iudicem de facto extra Iudicium reuocari per illum textum. Quod dictum ſequitur, & extollit Felin. *in c. qualiter, & quando il 1. de accuſat. colum.* 10. per quod dixit poſſe limitari textum, & Gl. *in d.c. licet, Epiſcopis de prabend. in 6.* & alia iura volentia, quòd etiam iniuſtus poſſeſſor non ſit priuandus poſſeſſione ſua, non præcedente citatione, & iuris ordine, quia illa iura procedunt, dummodò non ſit notoria intruſio, ſeu notoriè iniuſta poſſeſſio. Putà ſi quis propria auctoritate omni colore ceſſante, ſe ingeſſit, Sequitur, & dicit eſſe perpetuum menti tenendum, Marſil. *ſing.195. nemo priuandus.*

ADDITIO AD QVAEST. XXXIII.

2 Reſolutio fundatur in eo, quod notorium non indigeat probatione, *l. adulterium, cum inceſtu §. idem Pollioni ff. de adult.* & cap. *veſtra de cohibit. clericor. & mulier.* & notant Gloſ. *in Clemen. appellanti, de appellat.* Menoch. *conſil.321. num.12.* Surd. *conſil.371. num.45.* Rota *deciſ.378. num.2. par.4. recentior.* Antequam tamen Epiſcopus procedat contra Regulares ob poſſeſſionem notoriè nullam, neceſſe erit, quod ſaltem extraiudicialiter ſe informet iuxta ea, quæ tradunt Surd. dicto *conſil. num.76.* Gratian. *diſcep. forenſ. cap.442. num.8.*

3 Rurſus vt procedere poſſit de facto abſque cauſæ cognitione, neceſſe eſt, quod notorium ſit: verè notorium, hoc eſt, quod nulla tergiuerſatione celari poſſit, & quod non habeat titulum ſaltem coloratum, iuxta ea, quæ tradunt Abbas *in cap cum ſpeciali, §. porro de appellat.* Decius *num.3.* Ias. *in l. Naturaliter §. nihil commune, num.108. ff. de acquir. poſſeſſ.* Butrius *in cap.1. num.26. 3. quæſt.* 1. Cephal. *conſil.241. num.34. lib.2.* Anton. Burgos *in cap. ad noſtram, num.27. de empt. & vendit.* Brun. *conſil.117. num.176.* Vnde ſi Regulares prætendere poſſint ſaltem aliquem titulum coloratum ſuæ poſſeſſionis, erunt audiendi, antequam ſpolientur.

4 Et proinde hinc fit, quod ſtante notorietate, antequam deueniatur ad ſpoliationem, neceſſe erit excludere titulum, qui prætendi poſſet, & declarare, quod poſſeſſio ſit notoriè nulla; quia vt aliquid dicatur notorium, requiritur iudicis declaratio, vt tradunt Dec. *conſil.402. num 11. in fine,* & *conſ.483 num.28.* Socin. ſen. *conſil.22. lib.1.* Rolan. *conſil.53 num.35. lib.2.* Menoch. *conſil.496. num.23.* Bart. *in l. fin. init. ff. ſi cert. pet.* Quæ doctrina eſt valde notanda, nam deſeruire poteſt in pluribus alijs materijs.

Si Regulares habeant aliquam Eccleſiam cum Iurepatronatus, an poſſint illam ſibi appropriare, vel in ea nouum cenſum imponere, aut antiquum augere? Quæſtio XXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Regulares non poſſunt iuſpatronatum vnire menſæ; non penſione grauare.*
2 *Cur non poſſint.*
3 *Ius conferendi acquiſitum ex deuolutione eſt idem ius negligentis: & ideo eodem modo confert.*
4 *Prouiſus à ſupplente de beneficio regulari, reuocari poteſt à Prælato regulari.*

1 Reſp. Quod non, *Clem. vn. §. eadem, de ſuppl. neg. Prælat.* Hoſtien. *in ſum. tit. de ſup. neg. Prælat. §. quot modis n.3. iuxta finem.*

ADDITIO AD QVAEST. XXXIV.

2 Totum, quod habetur in quæſtione ſtatuitur in dicta Clemen. *vn. de ſupplen. neglig. Prælat.* Quia nimirum vnio menſæ Monaſterij præiudicaret tertio. Quamuis enim beneficia ſint iuriſpatronatus, non ſunt tamen ſub libera diſpoſitione patroni, ſed totum ius ipſius eſt ſolum ius præſentandi. Et ſunt de iure Eccleſiæ. Fieret etiam iniuria Inſtitutori, quia priuaretur iure inſtituendi. Vnde vnio eſſet nulla, & beneficium cenſeretur ſemper vacans; & ideo elapſis ſex menſibus prefixis à Concilio Lateranenſi

teranenſi, prouiſio deuoluereturad Superiorem, iuxta etiam dict. Clemen. *vnic. de ſupplen. negligent. Prælat.*

3 Eſt autem aduertendum, quod ius conferendi beneficia acquiſitum ex deuolutione non eſt maius, ac ſit in eo, ad quem primò pertinet prouiſio; & ideo eodem modo confert ſupplens, ac conferat negligens, vt notant Gloſ. *in dict. Clemen. vnica*, verbo *Reuocare*, *de ſupplen. negl. Prælat.* Lapus *allegat. 9. num. 4.* Mandoſ *de priuileg. ad inſtar. gloſ. 6 num. 4.* Selua *de benefic. par. 3. quæſt. 69. in fine.* Sanchez *lib. 7. ſum. cap. 29. nnm. 133.* Et ideo regularia debent conferri regularibus, & ſecularia ſecularibus, vt ſtatuitur in dicta Clemen. & notat Gonzalez *ad Reg. 8. Cancellar. gloſ. 8. num. 39.* Cald. Pereir. *de poteſt. eligen. cap. 1. num. 58.*

4 Ex quo fit, quod licet beneficium regulare conferatur religioſo à ſupplente, poterit tamen à Superiore regulari, ad quem primo pertinebat collatio, ad nutum reuocari, vt notant Doctores *numer. præced.* citati. Quia retinet eamdem qualitatem, ac ſi collatum fuiſſet à regulari Prælato, vt tradunt Nauar. *com. 4. de regul. num. 22. ver. Ex quibus* Azor. *par. 1. lib. 12. cap. 9. quæſt. 8.* Sanchez *li. 7. ſum. cap. 29. num. 11.*

An Regulares Societates erigendi facultate muniti, poſſint extra eorum Eccleſiam dictas Societates erigere citra Epiſcopi conſenſum?
Quæſtio XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Regulares an extra ſuas Eccleſias erigere poſſint Confraternitates abſque conſenſu Epiſcopi.*
Regulares nihil extra ſuos Conuentus agere poſſunt, quod ſapiat exercitium iuriſdictionis.
2 *In Grangijs, &c. poſſunt erigere Confraternitates ſine conſenſu Epiſcopi.*
3 *Sed non fruuntur priuilegijs, indulgentijs, &c. Quando ſine conſenſu Ordinarij poſſint veteres reduci ad formam Conſtit. Clemen. VIII.*
Confraternitates cum vſu ſaccorum non poſſunt erigi ſine licentia Ordinarij.

1 Reſp. Quod priuilegiati, qui aggregandi facultate ſunt muniti, poſſunt quidem Societates erigere, & aggregare, ſed cùm tota Diœceſis ſit territorium Epiſcopi, ex alibi allegatis, in alieno territorio citra Epiſcopi conſenſum, nec quidem ſtatuere, aut decernere, neque altaria erigere poſſunt, nec aliquam aliam Iuriſdictionem exercere, *arg. tex. in cap. peruenit, & cap. interdicimus, 16. quæſt. 1.* & quidquid præter erectionem, aggregationem, ſtatuunt, aut decernunt, excedit eorum auctoritatem, & iuriſdictionem, niſi Epiſcopi conſenſus accedat, ac propterea nullius roboris eſt, vel momenti. Bart. *in l. non dubium, num. 20. & 21. C. de lib. 9. & in l. fin. ff. de iuriſdict. omn. Iud.* Et Nauar. *in conſ. 25. num. 2. de ſent. excomm. lib. 5. part. 2. alias conſ. 1. num. 2. de for. comp. part. 1.*

ADDITIO AD QVAEST. XXXV.

2 In Grangijs tamen cæteriſque locis annexis Conuentui poterunt erigere Confraternitates, ſi alias habeant talem facultatem, vt notat etiam Bordonus *in conſil. Regular. reſol. 72. num. 39.* Quia ſunt loca, in quibus Regulares exercere poſſunt iuriſdictionem, & adeo non indigent conſenſu Epiſcopi. Et quamuis habeant facultatem ſolum erigendi in ſuis Eccleſijs, quia nomine Eccleſiæ veniunt etiam Grangiæ ratione Oratorij, & Conuentus, quando ſumus in fauorabilibus, cap. *cum dilectus in fine, de conſuet.* & notant Calderin. *conſil. 293. num. 2* ver. *Item* verbo *alias 1. de rer. permut.* Feder. de Senis *conſil. 201. num. 4.* Tuſch. *littera E. concluſ. 20. nu. 4.* Verul. *deciſ. 177. num. 6. par. 1.* Seraphin. *deciſ. 606. num. 5.*

3 Verum ſeclusò conſenſu Epiſcopi non poſſunt Confraternitates erectæ frui priuilegijs, gratijs, & indulgentijs ſolitis concedi, nec aggregari cæteris Confraternitatibus, ſtante Conſtitutione Clementis VIII. ſuper hac materia relata *par. 1. num. 202.* ſiquidem requirit, quod cum conſenſu Epiſcopi erigantur ad effectum participandi priuilegia, gratias, & indulgentias, & quod ab eodem obtineant literas commendatitias, vt aggregari poſſint. Eſt tamen aduertendum, quod Regulares Prælati, quibus conceſſa fuit facultas erigendi Congregationes ſecundum formam Conſtitutionis Clement. VIII. poſſunt iuxta eamdem formam innouare Congregationes alias in ſuis Eccleſijs canonicè inſtitutas, vbi ad minus de familia degunt duodecim religioſi. Secus autem requiritur conſenſus Ordinarij Ita S. Congregatio Indulgentiarum, *die 20. Octobris 1607.* in declaratione ſupra relata *par. 1. num. 231.* Rurſus etiam S. Congregatio Epiſcop. & Regul. Decreuit die 6. Decembris *1616. Non licuiſſe neque licere Clericis Societatis Ieſu, nec non Regularibus Ordinis S. Dominici nouas Chriſtifidelium Confraternitates erigere cum vſu ſacrorum abſque licentia Ordinarij.*

An Regulares poſſint reformari ab Ordinario, vt eant bini bini? Quæſtio XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Monachus non debet incedere ſolus.*
2 *Ordinarius non poteſt ſe ingerere circa id, quod Regulares incedant cum ſocio.*
Exemptio Regularium eſt omnimoda quò ad perſonas & loca.

1 Reſp. Affirmatiuè: quia Monachus non debet ſtare, nec incedere ſolus. *cap. 1. de ſtat. Monach. Clem. ne in agro, §. ad hæc eod. tit.* Imola *in c. fin. de Cleric. ægrot.* Rebuf. *de Vicar. Epiſcop. n.31.* & tenet etiam Zerol. *in praxi Epiſcopali in verb. Regulares 2. part. n.5.* & felicis record. Clemens VIII. inter cœtera, quæ in Decretis pro reformatione Regularium ſtatuit, ordinauit, vt nullus à Conuentu egredi valeat, niſi ex cauſa, & cum ſocio, licentiaque ſingulis vicibus impetrata, ac benedictione accepta à Superiore, quæ non aliter eam concedat, niſi cauſa probata, ſociumque exituro adiungat, non petentis rogatu, ſed arbitrio ſuo, neque eundem ſæpius. Licentiæ verò generales exeundi nulli omnino concedantur. Contrauenientes autem pœnis graui etiam carceris ad Superioris arbitrium plectantur, eamdem etiam ianitor ſubeat, ſi ſciens exeundi facultatem fecerit, prout cauetur in Bullario S. D. N. Vrbani VIII. 4. *part. fol.* 271. *& ſeq.*

ADDITIO AD QVAEST. XXXVI.

2 Reſolutio quæſtionis præmiſſa non cohæret cum exemptione Regularium: ſiquidem ea ſtante ceſſat in Ordinario omnis iuriſdictio in Regulares; reformare autem Religioſos, vt non incedant ſoli, eſt actus iuriſdictionis, & ſuperioritatis. Adſunt autem plura priuilegia, quæ eximunt Regulares à iuriſdictione, & correctione Ordinariorum quorum plura, in fauorem Monachorum affert Tamburin. *tom. 1. de iure Abbatum diſp. 15. q. 18.* & alia in fauorem Mendicantium refert Donat. *in praxi rer. regular. par. 2. tract. 13. de exemp. q. 8.* Illud tamen Sixti IV. in Bulla, quæ dicitur Mare Magnum, quæ eſt *1. eiuſdem Pontificis apud Confect. in Collect. priuileg. Mendicant.* Conceſſum Prædicatoribus, eſt ſingulare. ibi. *Et ne prætextu Conſtitutionis Innocentij IV. Prædeceſſoris noſtri, quæ incipit*, Volentes, *locorum Diœceſani, & alij Ordinarij, ac alij quicunque in perſonas, & loca Fratrum Prædicatorum contra eiuſdem Gregorij Prædeceſſoris Ordinationem ſibi quancunque iuriſdictionem, & ſuperioritatem vindicare præſumant, diſtrictius inhibemus, ne quiſquam abſque dictæ Sedis ſpeciali commiſſione, & auctoritate in perſonas, domos, & loca dicti Ordinis Prædicatorum, vtpote prorſus exempta, aliquas excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias ſpecialiter, vel generaliter quomodolibet promulgare, aut in perſonas, domos, & loca huiuſmodi aliquam præeminentiam, ſuperioritatem, & iuriſdictionem quomodolibet exercere præſumant, etiam ratione contractus, vel delicti, ſeu rei, de qua contra ipſos ageretur, ubicunque ineatur contractus, committatur delictum, & res ipſa conſiſtat.* Videat quæſo Lector, an vigente hoc priuilegio, poſſit alicui venire mentem, quod Ordinarius poſsit reformare regulares, quod eant bini.

Bonorum Religionis deletæ, & extinctæ diſpenſatio ad quem pertinet? Quæſtio XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Bona Religionis extinctæ cuius ſint.*
2 *Non concordant in hoc Doctores.*
Pertinent ad Summum Pontificem, ſi religio ſit exempta; ad Ordinarium, ſi non ſit exempta.
3 *Si non tota religio, ſed ſolum aliqua Monaſteria extinguantur, cuius ſint bona monaſteriorum deſtructorum.*

1 Reſp. Si Religio à Summo Pontifice deleta, & extincta eſt, acquiritur diſpenſatio bonorum illius Summo Pontifici, ſi loquamur de Religione exempta; ſi de non exempta, ſed Epiſcopo ſubiecta, acquiritur Epiſcopo tamquam illorum diſpenſatori. Bonac. *tom. 1. fol. 893. n. 4. per extenſum.*

AD-

n. 2. Non concordant quò ad hoc Doctores: nam aliqui volunt quod Monachi, seu religiosi, qui supersunt debeant ea diuidere inter se, ita tamen, vt non pertineant ad ipsos vti singulos, nam id esset contra votum, sed pertineant ad ipsos, vt vniuersos. Ita Glos. *in cap. Cum dilecta de reſcriptis.* Hostiens. *ibid.* Anton. *in cap. In nullo* 18. *quæſt.* 2. *n.* 26. Felin. *n.* 2. Et fundantur in dicto cap. *In nullo*, ibi, *Res autem, quam habent communis, ſecundum iura eis competentia diſtribuantur.* Alij vero volunt, quod si religio sit exempta, bona pertineant ad Summum Pontificem: Si vero sit subiecta Ordinarijs, pertineant ad ipsum Ordinarium. Ita docent Bald. *in l. Hæreditas* 1. *in fine, ff. de hæred. inſtit.* Azor. *par.* 1. *lib.* 12. *c.* 16. *q.* 10. Sanchez *lib.* 7. *ſum. c.* 32. *n.* 58. Bonac. *de clauſura q.* 2. *pun.* 9. §. 4. *difficul.* 2. *n.* 4. Verum hoc ita accipiendum est, vt quamdiu supersunt religiosi talis religionis, debeant percipere congrua alimenta de bonis eiusdem religionis, quia habent iam acquisitum ius ad percipienda alimenta de talibus bonis, quo priuari non possunt, præsertim, quia fieri potest, quod saltem non omnes dederint causam extinctioni religionis.

3. Econtra tamen contingit, quando non tota religio, sed aliquod, aut aliqua tantum Monasteria destruantur, vt quia in ipsis non posit regularis obseruantia manutenari; nam tunc bona distribuenda sunt Monasterijs, ad quæ transferuntur religiosi Monasteriorum destructorum. Ita communiter præsertim Roman. *in l. Si ſeruus eius, n.* 13. *ff. de acquir. hæred.* Bart. *in l. Quod ſeruus, n.* 2. *ff. de ſtipulat. ſeruus.* Angel. *Inſtit. de ſtipulat. ſeru. init. n.* 4. Petrus de Perus. *tract. de mutat. ſtat. Eccleſ. c.* 2. *n.* 1. Rebuf. *de nominat. Rubr. de reg. ad prælat. nomin.* verbo *Conceſſa*, ver. *Quid ſi Monachus.* Rodriquez *quæſt. regul.* 5. *ar.* 4. *&* 6. *tom.* 3. sequuntur Sanhez *lib.* 7. *ſum. c.* 32. *n.* 59. Bonac. *de clauſ. q.* 2. *pun.* 9. *§.* 4. *difficul.* 2. *n.* 3. Quia cum Monasteria, ad quæ transferuntur religiosi monasterij extincti succedant in onera, atque adeo substituantur monasterijs destructis, debent etiam succedere in emolumenta eorumdem monasteriorum. Et ideo erunt diuidenda proportione seruata iuxta numerum religiosorum, qui transferuntur ad tale monasterium. Et ita seruari iussit Vrbanus VIII. dum Generalis Minimorum instetit, quosdam conuentus exiguos supprimi, vt in litteris datis 23. *Iunij* 1633. apud Donat. *in prax. rer. regular. par.* 2. *tract.* 1. *quæſt.* 23. *num.* 5.

Qua de cauſa ſancitum ſit, ne noua religio inſtituta in Eccleſiam inducatur ſine Romani Pontificis authoritate? Quæſtio XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Cur requiratur auctoritas Summi Pontificis pro fundanda noua religione.*
2 *Ex natura rei non poteſt fundari religio ſine approbatione Pontificis.*
Collegium non poteſt inſtitui inconſulto Pontifice.
3 *Religio inſtituta pro vna Diœceſi an requirat approbationem Pontificiam.*

1 Resp. vt constat ex his, quæ Abbas Vspergensis *in Chronica anni* 1212. tradidit (ex quo videntur accepisse Guido Carmelitanus, Abbas Trithemius, & Paulus Æmilius) paulo ante tempora Innocentij III. fuere Valdenses hæretici, qui vulgò Pauperes de Ludguno vocabantur, & quidam alij, qui se e Humiliatos nominabant. Hi omnes quoddam Monastici instituti genus professi fuerant: quos tamen Lucius III. tanquam hæreticos damnauerat, eo quòd superstitiosis quibusdam ritibus, ac cœremonijs viderentur imbuti, videlicet, illi Dei verbum in latibulis, & occultis Conuentibus plerumque seminabant: Ecclesiæ Dei, & Sacerdotio detrahebant. Et cum Pauperes è Lugduno oriundi nihil proprium se possidere, nullum certum locum, vel sedem habere profiterentur, per vicos, & castella non sine offensione aliorum vagabantur. Tandem apud Romanum Pontificem, vna cum Magistro suo Bernardo quodam Lugdunensi ciue contenderunt, vt eorum institutum eius auctoritate confirmaretur, ne, quam alij Humiliati à Lucio III. damnationem pertulerant, ipsi quoque perferre cogerentur. Cæterum Innocentius III. superstitiosa quædam dogmata istis hominibus oblecit, vt quòd calceos desuper præcidebant, & tamen fingebant se nudis pedibus incedere. Et cum certas quasdam cappas Religionis causa deferrent, comam minimè tondebant. Viri, & mulieres simul per vias ambulabant, & plerunque in eodem domicilio commorabantur, imo in eisdem lectulis quiescebant interdum: quæ omnia asserebant se ab Apostolis accepisse. Et quòd à Romano Pontifice sui instituti confirmationem sæpenumero petitam impetrare nequiuerant, schisma in Ecclesiam inuexerunt, ac tandem in hæresim lapsi sunt. Hæc ferme omnia Abbas Vspergensis, ex quibus elicio ab Innocentio III. in Conc. Lateranensi ideirco fuisse decretum ne quis nouæ Religionis institutum fundaret.

AD-

ADDITIO AD QVAEST. XXXVIII.

2 In cap. *fin. de relig. domib.* prohibetur inſtitui nouam religionem ſine licentia Apoſtolicæ Sedis, ſed omnes, qui ad religionem vocantur, debere ſuſcipere regulam alicuius religionis ex approbatis. Et hæc prohibitio prouenit etiam ex natura rei, tum, quia in fundanda religione agitur de intereſſe totius Eccleſiæ, ſiquidem ſit pars ſpecialis Eccleſiæ: vnde debet eſſe congrua pars, ſeu congruum membrum, & proinde vt tale approbari. Tùm quia non poteſt fundari noua religio ſine peculiari inſtituto. Hoc autem inſtitutum approbari debet, ne forte contineat aliquem errorem, aut ſit in præiudicium Eccleſiæ, aut minus ipſi decorum, & ideo hoc ipſum notat etiam Suarez *tom. 3. de relig. lib. 2. de relig. ſtatu ſect. 15. n. 14.* Vnde vt aduertit Gloſ. *in dict. cap. fin.* verbo *Nouam religionem*, nec etiam nouum Collegium fundari poteſt inconſulto Principe. *l. 3. ff. de colleg. illegit.*

3 Et quamuis religio non inſtitueretur pro tota Eccleſia, ſed ſolum pro aliqua Diœceſi, vt antiquitus contingebat, quando fundabantur monaſteria abſque intentione propagationis; & ſi contingebat propagari, id erat per imitationem, non per veram propagationem, adhuc tamen eſſet neceſſaria approbatio Summi Pontificis, vt deſumitur ex dicto cap. *fin. de religioſ. domib.* ibi. *Similiter qui voluerit religioſam domum de nouo fundare, regulam, & inſtitutionem accipiat de approbatis.* Militat enim eadem ratio, ſiue religio ordinetur, vt diffundatur per totam Eccleſiam, ſiue fundetur pro vna tantum diœceſi; nam ſemper eſt ſpeciale membrum Eccleſiæ, & ſemper debet reſpicere eumdem finem. Et ideo quando antiquitus fundabantur in vna tantum diœceſi cum conſenſu Epiſcopi, non erant religiones canonizatæ quò ad inſtitutum, nec erat certum, quod eſſent in vtilitatem Eccleſiæ, ſicuti quando approbantur à Summo Pontifice. Et proinde religionem ex genere ſuo eſſe approbandam à Summo Pontifice, tradunt Azor. *par. 1. lib. 11. c. 23. q. 5.* & *par. 2. lib. 5. c. 7. q. 1.* Reginal. *lib. 18. praxis fori pœnit. nu. 364.* ver. *Accedit*. Peirin. *de priuileg. ad Conſtit. 1. Archiepiſcopi Pyrrhi*. Rodriquez *qu. regul. 48. ar. 3. tom. 3.* Barboſa *de poteſt. Epiſcopi alleg. 59. numero 47.*

An induentes habitum nouæ Religionis ſine licentia, poſſint ab Epiſcopo puniri, & ſic etiam geſtantes habitum Regularem, cum non ſint Regulares?

Quæſtio XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Induentes habitum nouæ religionis poſſunt ab Epiſcopo puniri.*
Aſſumentes habitum Regularium puniuntur ab Epiſcopo.
2 *Cur punitio ſpectat ad ipſum.*
3 *Habitus religionum non poteſt ab aliquo deferri.*
4 *Deferentes mortaliter peccant.*
Ordinarij, & Nuncij tenentur ſub mortali punire deferentes habitum religionum.
Dictio, Diſtrictè, *importat obligationem ſub mortali.*

1 Reſp. Affirmatiuè, & eſt tex. *in c. 1. de relig. domib. in 6.* in quo prohibetur habitus nouæ Religionis in communi, & peccant mortaliter facientes contra *d. c. 1.* iuxta Abb. *in c. 2. de foro competen. n. 11. verſ. imo neſcio.* Item facit *tex. in c. vt Clerici*, & ibi Abb. *de regul.* vbi dicitur, quòd laici non poſſunt vti habitu Monachali. Ripa, *reſponſa quinto*. Item facit, quod dicunt Dominicus, & Franchus *in c. vlt. de bigamis in 6.* Quòd Iudex Eccleſiaſticus poteſt prohibere laicis, ne deferant habitum, vel tonſuram Clericalem.

ADDITIO AD QVAEST. XXXIX.

2 Idem notant communiter Doctores *in dict. c. 1. de relig. domib. in 6.* Abbas, Io. Andr. Archidiacon. Franc. Monach. Domin. Gemin. Ancharan. quia in dicto tex. nedum prohibetur nouam religionem inſtituere, ſed etiam habitum nouæ religionis introducere. Spectat autem punitio ad iudicem Eccleſiaſticum, quia agitur de delicto, quod religionem concernit, & tanquam læſiuum iuris ſpiritualis prohibetur lege Eccleſiaſtica.

3 Extat autem conceſſio Vrbani VIII. in fauorem Fratrum Minorũ de obſeruantia ſub *die* 3. *Octobris* 1630. relata apud Peirin. *de priuileg. in fine in Conſtit. 11 & 23.* per quam iniungit Ordinarijs, & Nuncijs, quod non permittant, deferri ab aliquo habitum S. Franciſci ſub hoc tenore. *Omnibus, & ſingulis Locorum Ordinarijs, ac noſtris, & Sedis Apoſtolicæ Nuncijs vbiuis terrarum conſtitutis, & degentibus, tenore præſentium diſtrictè præcipiendo mandamus, ne de cætero quemquam prædictam tunicam oblongam eum, vel ſine mantello, abſque Superiorum prædicta religionis Minorum de Obſeruantia, & cuiuſuis Inſtituti, ſeu Congregationis Ordinis eiuſdem S. Franciſci licentia in ſcriptis obtenta, quoquo modo deferre permittant; atque ſi aliquem præmiſſorum tranſgreſſorem repererint, illum carceri mancipandum tali habitu exuendum, & arbitrarijs pœnis mulctandum irremiſſibiliter curent.* Quod cum conceſſum ſit in fauorem huius religionis, habet vim pri-

ui-

ilegij, & proinde se extendit ad omnes religiones habentes communicationem priuilegiorum, quamuis habitum diuersum induant, vt etiam aduertit Cespedes *de exempt. Regular. c. 24. dub. 393. n. 4.* nam tendit in fauorem habitus religionis.

4 Ex qua Constitutione duo eliciuntur. Primum, quod gestantes habitum alicuius religionis communicantis in hoc priuilegio, mortaliter peccent: quod colligitur ex pœna imposita, quæ est carceratio cum alijs arbitrarijs pœnis, quæ cùm sit grauis, arguit peccatum mortale; & quia etiam materia de se est grauis, nempe vsurpatio alieni habitus proprij characterizantis religionem. Alterum, quod Ordinarij locorum, & Nuncij Apostolicæ Sedis tenentur sub mortali non permittere, quod habitus huiusmodi ab aliquo deferatur, sed sub eodem peccato tenentur punire iuxta præscriptum Constitutionis, nam Pontifex vtitur verbis. *Districtè præcipiendo mandamus.* Dictio enim *districtè* iuncta verbis præceptiuis declarat obligationem sub mortali, vt obseruant Nauar. *c. 23. Manual. n. 53.* Azor. *par. 1. lib. 5. c. 6. q. 5.* Sanchez *lib. 6. sum. c. 4. n. 43.* Suarez *lib. 4. de legib. c. 18. n. 3.* Merol. *tom. 2. theol. moral. disp. 4. c. 3. dub. 26. n. 252. in fine.*

An viri, & mulieres exercentes theatralia possint habitum Regularium deferre? Quæstio XL.

SVMMARIVM.

1 *Exercentes theatralia non possunt induere habitum religiosum.*
2 *Assumens habitum religionis ludi causa, an cogatur ad religionem.*

1 Resp. Negatiuè, tex. est *in auth. de Sanctiss. Episc. §. final*, in quo textu est huiusmodi prohibitio magis generalis: & Episcopus super hoc prouidere debet sub pœna graui corporali. In Hispania *est l. Regia par. 1. tit. 6. l. 36.* Laicus Religiosum habitum ludi, vel detrahendi causa, flagellis cæsus à loco, vbi id fecit, expellitur.

ADDITIO AD QVAEST. LX.

2 Assumentes habitum religiosum ludi causa, notat Glos. *in c. Mulieres, 27. qu. 1.* cogi ab obseruantiam religionis. Verum notat Gregor. Lopez *in l. 36. Vestr. tit. 6. par. 1.* id in practica non seruari. & rectè.

An Eremitæ sint Regulares, & de foro Ecclesiæ, & an subsint iurisdictioni Episcoporum, in quorum Diœcesi commorantur? Quæstio XLI.

SVMMARIVM.

1 *Eremitæ sunt de foro Ecclesiæ.*
2 *Non solum de æquitate, sed etiam de iure.*
3 *Quinam Eremitæ fruantur priuilegijs Ecclesiæ.*
4 *Eremitæ an gaudeant priuilegio canonis. Quid requiratur, vt gaudeant.*

1 Resp. Eremitas de foro Ecclesiæ fateri necessario est, quia pertinent ad dispositionem Ecclesiæ, *c. vnico. in fin. de excess. Prælat. lib. 6. cap. priuilegium, de verb. signif. lib. 6. vers. cellis ad Monasterium spectantibus*; & hanc opinionem affirmarunt Fel. *in c. 2. de foro comp. nu. 5.* & ibi Ant. de Butr. Barbatia, & Aretin. Inno. *in c. cum ad Monasterium, de Elect. Collectar. c. ex parte, de conuers. coniug. & in c. cum Ioannes Eremita, de fide instrument.* Card. Turrecrem. *in c. qui verè, in 2. q. 16. q. 1.* D. Antoninus *in summa par. 3. tit. 16. c. §. 4.* Imol. *in Clem. per literas col. 1 de præbend.* Gemin. *in cap. indemnitatibus, in §. supradicta in 1. not.* & ibi Franch. *in not. 1. de electione lib. 6.* Stephanus Aufrer *in additionibus ad Capell. Tholos. in decis. 8.* & hanc etiam tenet Glossa, quam sequitur Bart. & Angel. *in l. 2. ff. de ius vocand.* volentes, Eremitam in ius vocari non posse, sed eius Prælatum, qui respondere debet pro eodem, & gaudere priuilegio Monachorum, & Clericorum. Idem Angel. *in cons. 121. vers. quinimo etiam Eremitæ*: & hanc esse veram, & communem opinionem testatur Boerius *in tract. de vita Eremitica n. 14. prope finem; vers. & illa est vera & communis opinio.*

2 Ex quo infertur primò, non esse verum dictum Abbatis *in d. c. de foro compet. n. 10.* volentis hanc opinionem procedere de æquitate. Sed contrariam esse veriorem de iure, quia (vt

pro-

Digitized by Google

probant præcitati Doctores) hæc eſt vera, & communis opinio, quam amplexi ſunt Domini de Rota, *vt deciſ. 1. de Regular.* in antiquis. Item infertur, non eſſe veram illam opinionem, videlicet Eremitas gaudere priuilegijs Eccleſiæ, ſi ſint ſub obedientia alicuius ſuperioris, vel Epiſcopi, prout Abb. *in c. ex parte, n. 10. de conuerſ. coniug.* Archid. *in d. c. qui verè 16. q. 1. Summa Syluſtrina in verſ. Eremita, in 2. §. 1.* Nauar. *in Manual. c. 27. n. 79.* quia, vt probat Ant. de Butr. *in conſ. 19. verſ. ad nonum,* quem ſequitur Boer. *in d. tract. de vita Eremitica n. 13.* Vita Eremitarum eſt approbata tanquam in ſtatu pœnitentium. Tales enim Eremitæ ſunt & eſſe debent ſub obedientia Epiſcopi, *c. aliud, 10. q. 1.* nec ſunt, ſicut locuſtæ ſine capite, vt quidam dixerunt, quia imò ſubſunt Epiſcopo, & reputantur perſonæ Eccleſiaſticæ, & gaudent priuilegio Clericorum, nec aliud caput, vel Superiorem compelli poſſunt habere; quia Chriſtum habent in caput, & Summum Pontificem & Epiſcopum, ſiue eorum Parochianum, in cuius Diœceſi, & Parochia ſunt; & ſi habent Abbatem, tunc quò ad iuriſdictionalia, & forum pœnitentiæ, ſunt ſub ipſo Abbate, ſicut ſub Epiſcopo.

ADDITIO AD QVAEST. XLII.

3 Supradicta non procedunt de Eremitis, qui voluntate propria degunt in Eremis abſque vllo ſpeciali capite, cùm ſubſint: quia iſti ſine aliquo ordine ſunt perſonæ laicæ. Nec de Eremitis, qui emittunt tria vota ſubſtantialia religionis, quia iſti tanquam exempti non ſubſunt Epiſcopo; ſed ſolum de Eremitis, qui ſub obedientia alicuius ſuperioris Eccleſiaſtici viuunt. & inſeruiunt in aliquo munere Eccleſiaſtico. Ita notant Lezana *in q. Regul. tom. 2. c. 7.* Ceſpedes *de exempt. Regular. c. 24. dub. 374. n. 3.* Et hos volunt gaudere priuilegio fori.

4 An autem gaudeant priuilegio canonis. Affirmant Nauar. *c. 22. Manual. n. 79.* Laiman *lib. 1. theol. moral. tract. 5. par. 2. c. 5. n. 4.* Suarez *diſp. 22. de cenſur. ſect. 1. n. 22.* Lezana *tom. 2. q. regular. c. 7. n. 6.* Quia ſcilicet ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ Deo ſpecialiter dicatæ. Hoc tamen limitatur ab aliis, vt non gaudeant priuilegio canonis, niſi ex toto ſint Deo dicati, & viuant ſub regula. Ita Felin. *in cap. Non dubium, in fine, de ſenten. excommun.* Abbas *in cap. Vt priuilegia, n. 3. de priuileg.* Lambertin. *de iurepatr. lib. 2. par. 1. q. 7. pun. ar. 4. n. 1. & 4.* Dec. *lib. 4 crimin. c. 9. n. 9.* Syluester verbo *Eremita, n. 2.* Auſrer. *ad Capel. Tholoſ. q. 8. n. 2.* quos citat, & ſequitur Bellet. *par. 1. diſquiſit. Cler. tit. de fauor. Cler. §. 1. num. 41.*

An licentia Epiſcopi, vel eius Vicarij, quæ interuenire debet in renunciatione facienda a Nouitijs intra duos menſes proximos ante profeſſionem, debeat eſſe in ſcriptis, & an ſemper præcedere debeat; & an ſufficiat, quod ſit petita, etiamſi non obtenta: & an ſatis ſit licentia tacita habita ex ratihabitione de præſenti, aut futuro?

Quæſtio XLII.

SVMMARIVM.

1 *Non exigitur licentia Epiſcopi in ſcriptis pro renunciatione nouitiorum.*
2 *Non ſufficit petita, ſed requiritur obtenta.*
3 *Sufficit tacita, ſeu ratihabitio de præſenti.*
4 *Ob quem finem ſit neceſſaria in ſcriptis.*
5 *Non ſolum debet eſſe petita, ſed etiam obtenta. Quid ſi Epiſcopus iniuſtè deneget?*
6 *Licentia Epiſcopi præcedere debet renunciationem.*

1 Reſp. Non exigi licentiam in ſcriptis, manifeſti iuris eſt, quòd Tridentinum nullam ſcripturæ mentionem fecerit; & vbi in ſcriptis eam obtinendam voluit, id expreſſit, vt fecit *ead. ſeſſ. 25. de Regularib. cap. 5.* tractans de licentia ad ingrediendum Monaſteria Monialium. Item, quia omnis diſpoſitio poteſt fieri verbo, niſi lex requirat ad actus valorem ſcripturam. Quamuis autem ea licentia in ſcriptis neceſſaria non ſit ad valorem renunciationis, eſt tamen vtiliſſimum eam in ſcriptis obtinere cum Notarij ſubſcriptione, fidem de ea facientis, vt ſi fortè de eius valore lis moueatur, allegato licentiæ huius defectu, poſſit in foro externo fides de illa fieri.

2 Nec ſatis eſt petita, ſed debet eſſe obtenta, quia decretum hoc dicit. cum licentia: at non dicitur cum licentia fieri, quando ea ſolum petita eſt. Item, quia *cap. licet de Regul.* vbi

exi-

Digitized by Google

exigitur licentia tantum petita, id exprimitur.

Hæc autem licentia præcedere debet, quia licet in alijs rebus non ſit modica difficultas, an ſufficiat licentia ſubſequens: at hic non militant rationes, quæ probant ſufficere in illo caſu licentiam ſubſequi, quòd hæc renunciatio non ſit actus vltimæ voluntatis reuocabilis (vt dici ſolet) vſque ad mortem; ſed ſtatim firmus omninò, & validus ſit; & cum ad ſui valorem indicat licentiam, ea neceſſariò debet præcedere, vbi non conſtat, quod ea præceſſerit: ſi tamen renunciatio illa fieret ſub conditione, ſi poſtea Epiſcopus approbet, ſatis erit approbatio ſuperueniens.

3 Atque ſatis eſt eam eſſe tacitam, habitam ex ratihabitione de præſenti, nec ſufficit ratihabitio de futuro, quia requiritur ad valorem actus.

ADDITIO AD QVAEST. XXXXII.

4 Idem obſeruant Vechius *in praxi nouitior. diſp.8. dub.9. num.5.* Fauſt. *lib.5. Theſauri relig.q.2.* Barboſa *ad cap.16. num.23. de regul. ſeſſ. 25. Concil. Trident. & de poteſt. Epiſcopi allegat. 99. numer.* 10. Donat. *in praxi rer. regul. par.4. tract. 7. de bonis Nouitior. quæſt.8. num.3.* Ceſpedes *de exempt. regul. cap.2. dub.32. num.4.* ver. *Notat tamen.* pro litibus autem, & controuerſijs, quæ ratione ipſius oriri poſſunt, requiritur in ſcriptis, vt obſeruat Donat. *citat.* Præſertim quia etiam ex lapſu plurium annorum non præſumitur, vt dixit Rota *in Romana fideicom. 14. Nouembr. 1624. coram Remboldo.*

5 Quod hæc licentia non ſolum debeat eſſe petita, ſed etiam obtenta, tradunt Sanchez *lib.7 ſum. cap.5. num.76.* Fauſtus *lib.5. Theſauri Relig. qu.297.* Peregrin. *ad Conſtit. Cler. Regul. par.2. cap.1. litera C. §.32.* Barboſa *de poteſt. Epiſcopi allegat.99. nu.10.* Cened. *lib.1. quæſt. canon. quæſt.6. num.14.* Vechius *in praxi Nouitior. diſp.8. dub.9. num.3.* Donat. *in praxi rer. regular. par.4. tract.7. quæſt.8. nu.1.* Ceſpedes *de exempt. regular. cap.2. dub 32. num.4.* ver. *ſecundò notat.* Sed quid ſi Epiſcopus iniuſtè denegaret licentiam? Reſp. quod tunc ſubintrat iuriſdictio Archiepiſcopi, iuxta ea, quæ tradunt Vechius *num.2. citati dub.* Barboſa *citata allegat. 99. num.6.* Fauſtus *quæſt.196. cit. lib.5. Theſauri relig.* Peregrin. *citato loco §.27.* & ideo poterit interponi appellatio ad Archiepiſcopum, aut etiam ad Sacram Congregat. Concilij Trident. præſertim quando Epiſcopus eſſet immediatè ſubiectus Romana Sedi: & cum appellatione pendente nihil ſit innouandum, ſuſpenderetur profeſſio, ſi nouitius deciſionem expectare vellet.

6 Quod licentia Ordinarij præcedere debeat renunciationi Nouitiorum, tradunt etiam Cened. *q.6. canon. num.14. lib.1.* & dixit Rota *in dicta Romana fideicom. 15. Nouemb. 1624. coram Remboldo.* Nam requiritur ad validitatem renunciationis, tanquam forma, eo quod Concil. irritat renunciationem factam ſine tali licentia in dict. *c.15. de regular. ſeſſ.25.* Quando autem deficit id, quod requiritur pro forma, actus redditur nullus. Ex quo fit, quod ſi renunciatio ſit conditionalis, ſi nempe acceſſerit conſenſus Epiſcopi, quod tunc ſolum incipiat valere, quando talis conſenſus accedit, quia tunc ſolum habet formam validitatis.

An Prælati Regulares poſſint facultatem concedere in ſuis Monaſterijs exemptis, Nouitijs volentibus renunciationes facere intra duos menſes proximos ante profeſſionem ad præſcriptum Conc. Trid. Quæſt. XLIII.

SVMMARIVM.

1 *Prælati Regulares exempti nequeunt concedere Nouitijs licentiam renunciandi.*
2 *Ita communiter, & praxis.*
3 *Prælati habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, poſſunt hanc facultatem concedere.*
4 *Conſuetudo an poſſit prænalere contra hoc Decretum Concilij.*

1 Reſp. Quod quidam id exiſtimare poſſent, cenſentes ita intelligi Tridentinum, vt Epiſcoporum ſit, eam licentiam concedere in Monaſterijs ſibi ſubiectis; at in exemptis id pertinere ad Prælatos Regulares, ſicut ad ingrediendum Monaſteria Monialium Epiſcopo ſubditarum, exigitur Epiſcopi licentia: ſi autem exemptæ ſint, Prælati ſui Regularis, vt tradit Nauar. *comment.4 de Regularibus, numer.60.* ſi conſuetudo ita ſe habet, & ſic intelligens decretum Tridentini, *ſeſſ.25. de Regularibus cap.9.* petens licentiam Epiſcopi ad ingreſſum in huiuſmodi Monaſteria. Secundo poſſent duci, quòd Epiſcopus nulla Iuriſdictione potiatur in Monaſteria exempta, ſed ſolis Prælatis Regularibus ſubſint, quod non tantum quoad profeſſos, ſed etiam quoad Nouitios eſt intelligendum. Cæterum dicendum eſt, in vtriſque Monaſterijs

Digitized by Google

exigi licentiam Episcopi, vel eius Vicarij necessariam esse, nec sufficere licentiam Prælati Regularis. Ducor, quia decretum hoc, virtute cuius huiusmodi licentia ad hanc renunciationem petita est, solam Episcopi, aut eius Vicarij licentiam petit: quando autem aliud voluit id expressit, vt in *d.c.5.* petens licentiam Episcopi, vel alterius Superioris: & ideò ea doctrina Nauarri, quæ verissima est, huic decisioni non obstat. Minus etiam obstat, Nouitios Religionis exemptæ non subdi Episcopo: quia id verum est, præter casus, in quibus Tridentinum eos Episcopis subiecit, vt fecit in hoc *cap. 16. & c. 17. seq.* & ideò hanc partem sustinet Manuel. *qq. Regular. tom.2. q.47. art.14.*

ADDITIO AD QVAEST. XLIII.

2 Communis est doctrina, quod Prælati regulares nequeant concedere licentiam Nouitijs renũciandi proprijs bonis: sed omnino sit necessaria licentia Episcopi. Ita Rodriquez *tom.2. sum. cap.7. num.1. in fine.* Vega *par. 2. sum. cap.50. casu 3.* Peregrin. *ad Constit. Cler. Reg. par.2. cap.1. litera C. §.30.* Miranda *tom.1. Manual. quæst. 23. ar.6. concluſ.2.* Vecchius *in praxi Nouit. disp.8. dub.9. nu.2.* Sanchez *lib.7. sum. cap.5.n.74.* Cespedes *de exempt. Regular. cap.2. dub.32. num.2.* Donat. *in praxi rer. regul. par.4. tract.7. de bonis Nouit. quæst. 7. nu. 7.* Ita enim interpretatur praxis ipsum Concilium, & proinde in hoc casu, appellatione Episcopi non veniunt Prelati Regulares.

3 Abbates tamen, cœterique Prælati habentes iurisdictionem quasi Episcopalem, & subditos laicos, poterunt hanc licentiam concedere, vt notant Sanchez *lib. 7. sum. cap. 5. num.68.* Barbosa cum alijs *de potest. Episcopi alleg.99. num. 4.* Donat. *in praxi rer. regular. par.4. tract.7. de bon.Nouit.qu.7. num. 6.* Quia in iurisdictionalibus veniunt appellatione Episcopi, & proinde exercere possunt, quæ sunt iurisdictioni Episcopalis.

4 An autem necessitas huius licentiæ possit consuetudine tolli, affirmant, si modo legitimè præscripta sit consuetudo, Rodriquez *par.2. sum.cap.7. num.1. in fine.* Vega *tom.2. sum. cap.50.casu 3.* Lezana *tom.1. quæst. regular. cap.24. num.34. in fine.* Donat. *in praxi rer.regular.par.4 tract. 7. de bonis Nouit. quæst.13.* Verum resolutio huius difficultatis pendet ex alia quæstione, an per actus nullos induci possit consuetudo: in qua ex Doctoribus alij stant pro vna parte, et alij pro opposita, iuxta ea quæ retuli *in quæst. moralib. canon. quæst.316.nu.1. & sequent. Centur. 3.* Et difficultas resoluenda est iuxta ibi dicta. Cum enim renunciatio, secluſa licentia Episcopi, non sit nulla de iure naturali, sed tantum de iure positiuo, quia scilicet Concilium Trident. eam annullat; videndum est, an talis renunciatio habeatur pro valida ab ijs saltem tacitè consentientibus, à quibus conualidari potest: quia si habetur pro valida, actus censetur conualidatus, & ideo potest inducere consuetudinem; secus autem si non habeatur pro valida. Quia tanquam nullus non potest aliquem inducere effectum, *l. si aut nullum, C. de legit. hæred.* & cap. *illud de iurepatronat.* iuxta dicta in illa *quæst. canon. cit.*

An bimestre tempus præscriptum à Conc. Trid. Nouitijs volentibus renunciationes facere ante professionem debeat esse mathematicum, & de momento ad momentum numerandum, & quot dierum, & in anno bissextili, & quid si professio differatur, valeat renunciatio. Quæstio XXXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Bimestre, in quo est facienda renunciatio ante professionem, quomodo computetur.*
Renunciatio an valeat, si differatur professio.
2 *Bimestre quomodo computari debeat.*
3 *Suffiecre, quod sit morale, qui doceant.*
Quæ computatio adhibenda ex verbis Concilij.
4 *Bimestre accipiendum in ordine ad professionem prout immediatè subsequi deberet annum probationis.*

1 Resp. Computandos esse hos duos menses de momento ad momentum, & secũndum quod occurrit mensis in Kalendario, & quod ex illo mense deficit, accipitur de sequenti, & ita habebit ille mensis triginta dies, vel 31. vel 28. vt in Kalendario occurrit: & si occurrat annus bisextilis, computandum est tempus à die correspondente posteriori illi diei. Ducor, quia Tridentinum disponit à quo tempore bimestre illud incipere debeat, nempe à die professionis futuræ, in quo euentu computatur dies de momento ad momentum, vt occurrit in Kalendario. Insuper petit determinatam ætatem, nempè, eam, quæ satis est ad profitendum post bimestre. At ea ætas computatur de momento ad momentum etiam in anno bisextili. Nihil autem refert facta semel renunciatione bimestri illo ante professionem legitimè faciendam.

vt

Digitized by Google

vt quia transacto bimestri est completa ætas, & annus nouitiatus, differri professionem, ex quacunque causa dilatio contingat; adhuc enim valida erit renunciatio, quia cùm lex ea, quæ frequentiùs contingunt, spectet, *l. Nam de ea, ff. de legib.* & professio attento Iure, & frequentiùs fiat completis ætate debita, & anno Nouitiatus, decretum hoc petens renunciationem fieri bimestri ante professionem, intelligendum est de bimestri proximo tempori, quo regulariter professio fieri debet. Item quia in hac renunciatione saluatur omnino mens Tridentini, quæ fuit, ne temerè feruoribus vocationis ductus Nouitius renunciet, sed quando debita maturitate expertus est decem mensibus Religionis austeritates. Facit Menochius *cons.* 388. *num.* 7. *vol.* 4. vbi rationem, cur bimestri ante professionem facienda sit renunciatio, reddit his verbis: *Cum eo tempore iam sint Nouitio penè probatæ, & deliberatio emittendæ professionis iam manifesta satis appareat cursu decem mensium*. hæc ille.

ADDITIO AD QVAEST. XLIV.

2 Hoc bimestre mathematicè computandum, tradunt etiam Sanchez *lib.* 7. *sum. cap.* 5. *numer.* 81. Peregrin. *ad Const. Cler. Regul. par.* 2. *cap.* 1. *litera C. §.* 20. ver. *probatur quia*. Fault. *lib.* 5. *Thesauri relig. quæst.* 193. Vechius *in praxi Nouit. disp.* 8. *dub.* 9 *num.* 5. Tamburin. *de iure Abbatis disp.* 4 *quæst.* 10. *num.* 4. Sperel. *decis.* 16. *num.* 54. *par.* 1. Donat. *in praxi rer. regul. par.* 4. *tract.* 7. *de bon. Nouit. qu.* 9. *num.* 1. Quia inquit Donat. Concil. iniungit, quod fiat renunciatio intra duos menses proximos ante professionẽ, vnde computari debet à die futuræ professionis. Et sic pars anni nouitiatus debet regulari sicut regulatur ipse annus. Sed hæc non conuincunt, quia nedum cõputari deberet à die professionis, sed etiam à momento, si mathematicè esset computandum, nec ex eo, quod sit pars anni nouitiatus, fit quod eodem modo computari debeat, nam præfigitur in ordine ad alium effectum.

3 Vnde sufficere, si moraliter computetur, sentiunt Zechius *De repub. Ecclesiast.* Tit. *de regular. cap.* 3. *num.* 14. Zerola *par.* 1. *praxi Episcopal.* verbo *Monachus in fine*. Obstat tamen huic opinioni declaratio S. Congregat. *sub die* 22. *Ianuarij* 1617. apud Aldan. *in Compen. canon. resol. lib.* 4. *tit.* 3. *num.* 8. in qua fuit dictum, quod non teneat renunciatio facta ante duos proximos menses. Posset tamen huic declarationi responderi, quod sensus sit, quod non valeat renunciatio facta ante duos menses moraliter computatos. Solum ergo ex verbis Concilij desumi potest fundamentum pro communi sententia, nam habet, quod renunciatio fiat intra duos menses proximos ante professionem; si autem sic menses computarentur moraliter, & renunciatio fieret etiam per solam horam ante duos mẽses computatos mathematicè, non fieret intra duos menses, quia totum tempus, quod præcedit menses mathematicè sumptos, non est intra ipsos; & cum menses non diuidantur inuicem moraliter, sed mathematicè, dum à Concilio accipiuntur secundum numerum, accipiuntur prout ex sui natura diuiduntur, & plurificantur.

4 Quod isti duo menses assignati pro renunciatione facienda, & proximi ante professionem accipiendi sint, habita ratione complementi anni probationis, & proinde de proximis ante professionem, quatenus deberet immediate subsequi annum probationis; & proinde nihil referat, quod professio differatur vltra duos menses, sed renunciatio facta teneat, tradunt Sanchez *lib.* 7. *sum. cap.* 5. *num.* 81. Vechius *in praxi nouitior. disp.* 8. *dub.* 9. *num.* 5. *in fine*. Barbosa *ad sess.* 25. *Concil. Trident. sess.* 15. *capit.* 16. *n.* 37. Bordon. *tom.* 2. *consil. Regular. resol.* 60. *num.* 12. Donat. *in praxi rer. regular. tract.* 7. *de bon. nouit. quæst.* 10. *num.* 11. & ita declarauit S. Congr. *die* 17. *Octob.* 1594. *apud* Vech. *citat.* Nam adhuc seruatur forma Concilij Trident. cum renunciatio fiat in tempore ab ipso assignato, siquidem non assignat bimestre indeterminatum, sed determinatum, nempe illud, quod immediate præcedit professionem emittendam completo anno probationis.

An Beneficium Nouitij vacet intra annum probationis; & quid, si possideat Canonicatum, habeat ius eligendi, & debeat vocari; & an possit Nouitio Beneficium, tam seculare, quam regulare, conferri?

Quæstio XLV.

1 *Beneficium Nouitij ante professionem non vacat.*
Nouitius retinet ius eligendi annexum beneficio.
An vocandus ad electionem.
Beneficium an possit conferri nouitio.
Nouitius patronus potest nominare.

2 *Beneficium siue maius, siue minus sit, non vacat ante professionem.*
Nec etiam pensio.

3 *Nouitius habens beneficium cum iure electionis an vocandus ad eligendum.*
An possit constituere procuratorem.

4 *Quæ beneficia regularia non possint conferri, nisi expresse professis.*

5 *Quæ non professis, sed etiam laicis conferri possint, & quomodo.*
Modus est conditio resolutiua.

1 Resp. Non vacare, *ex c. Beneficium, de Rgularib. in 6.* vbi dicitur: *Beneficium illius, qui Religionem ingreditur, non est intra probationis annum alicui conferendum, nisi ad id ipsius accedat assensus.* Si quæres, cum Nouitius Beneficium, vtpote Canonicatum in probatione retineat, an ius habeat eligendi? Respondeo habere, quia inter fructus Beneficij computatur ius eligendi. Rogabis, an vocari debeat ad eligendum? Archidiaconus *cap. citato*, respondet esse vocandum, si sit loco vicinus, nisi fuerit Religionis gratia legitimè impeditus. Potest tamen, inquit, Procuratorem ad eligendum constituere. *At Paulus, & Ioannes Andreas in eod. cap.* vtrumque negant, quia causa Religionis, ritè, & legitimè abest. Secus verò esset de patrono, & de eo, ad quem non lege Collegij, sed ratione personæ ius eligendi pertinet, is enim vocari deberet. Geminianus & Franchus *ibid. docent*, siue vocatus, siue non vocatus ad eligendum accesserit, ius habere eligendi. Ex quo etiam efficitur, vt si sit patronus, ius habeat, nominandi, designandi, & offerendi Clericum promouendum ad Beneficium in eo constituendum.

Si quæres postea, an è contrario possit Nouitio Beneficium conferri? Respondet Glossa in eo capite, minimè: id colligit, quia status dubius non potest militiæ nomen dare, *l. qui statu, ff. de re militari, & l. qui de libertate, ff. de liberali causa.* Et hoc, inquit, intelligitur de Beneficio sæculari, quoniam regulare ei potest conferri. At vero Geminianus, & Franchus *ibidem*, in vtroque Glossæ aduersantur: aiunt enim Nouitio posse Beneficium sæculare conferri, regulare verò non item. Primum ex eo concludunt, quòd Nouitius adhuc sui iuris est, & proprium habere potest, ergo est capax Beneficij, quod sibi collatum, ratum, & acceptum habere poterit, suum assensum præstando. At verò regularis Beneficij capax non est, cum id sit iure prohibitum, quod solis professis conferendum decreuit. Clement. *quia Regulare, de supplen. neglig. Prælat.* & Clem. *ne in agro, §. sanè Prioratus, de statu Monachor.*

ADDITIO AD QVAEST. XLV.

2 Non vacare beneficiũ Nouitij per citat. tex. obseruant in eumdem locum Abbas, Io. Andr. Gemin. Monach. Dominic. Ancharan. Archidiacon. & alij. Et intelligitur de quocunque beneficio siue maiori, siue minori, cum tex. vniuersaliter loquatur, vt resoluunt Gigas *de pension. qu.* 57. *n.* 5. Sanchez *lib. 7. sum. c. 4. n. 3.* Imo etiam intelligitur de pensionibus, vt aduertit Sanchez *citat. num. 13.* Vallens. *de benefic. lib. 4. tit. 14. n. 1. & 8.* Quia in hoc pensio æquiparatur beneficio, siquidem vtrumque ex incapacitate extinguitur, quæ tantum superuenit ratione professionis, non ratione Nouitiatus.

3 Nouitius possidens beneficium cum iure electionis, an vocari debeat ad eligendum, non concordant Doctores. Affirmant Archidiacon. *in cap. Beneficium, n. 1.* ver. *Asserens de regul. in 6.* Probus ad Monach. *ibid. n. 1.* Cardin. *in Clemen. fin. nu. 8. q. 10. de regular.* Bertachin. *de Gabel. par. 7. princip. n. 56.* Mandos *in casib. annalib. n. 66. casu 197.* Magis tamen communiter negant. Ita Glos. *in cap. Beneficium*, verbo *Conferendum de regular. in 6.* Ancharan. *ibid. n. 3.* Monach. *num. 8.* Dominic. *nu. 6. in fine.* Tiraquel. *de retrac. lignag. §. 1. glos. 8. n. 37.* Tapia *Authen. Ingressi.* verbo *Sua, cap. 2. n. 8.* C. *de Sacrosanc. Eccles.* Cuch. *lib. 3. Instit. maior. tit. 1. n. 96.* Angelus verbo *Nouitius, n. 1.* Tabiena *quæst. vlt.* Armilla *nũm. 18.* Syluester verbo *Religio 5. q. 11.* Zechius *de repub. Ecclesiast. tit. de regular. c. 3. n. 10.* Azor. *par. 1. lib. 12. c. 3. q. 1.* quos sequitur Sanchez *lib. 7. sum. cap. 4. n. 10.* Quia censetur legitime impeditus, seu absens, cum sit intra religionem, quamuis non religiosus, & in via renunciandi tali iuri. Si tamen accedat ad eligendum, erit admittendus, quia habet ius ad eligendum, quo priuari non potest, si vti velit. & ita notant Azor. & Sanchez *ibi-*

tat. & Franc. *in dict. cap. Beneficium, n. 6. de regul. in 6.* Et quamuis Azor. & Monachus *citati* nolint posse constituere Procuratorem ad eligendum, probabilius tamen est, quod possit; vt volunt Archidiacon. & Probus, quia hæc facultas conceditur legitimè impeditis, iuxta cap. *Si quis de elect. in 6.* Si enim non est vocandus tanquam absens, seu impeditus, poterit constituere procuratorem. & de impedimento constat, ne scilicet desinat vacare Deo, & cogatur se immiscere rebus sæcularibus.

4 Quod beneficia regularia conferri non possint nisi expressè professis, valet, si habeant annexam administrationem, vt obseruant Piasec. *in praxi Episcop. par. 2. cap. 5. num. 23.* Garzias *par. 7. de benefic. cap. 10. n. 10.* Gonzalez *ad Regul. 8. Cancel. glos. 8. n. 78.* Campanil. *in diuer. iur. rubr. 12. c. 7. nu. 360.* Puteus *decis. 254. lib. 2.* Burat. *decis. 463. num. 2.* Et ita etiam declarauit Sacra Congregatio *die 12. Decembris 1585.* apud Piasec & Burat. *cit.*

5 Verum, si beneficium Regulare non habeat annexam administrationem, conferri poterit nedum nouitio, sed etiam sæculari, dummodo tamen postea suscipiat habitum religiosum, & professionem emittat, vt tradunt Piasec. *par. 2. prax. Episcop. c. 5. n. 23.* Gonzalez *ad regul. 8. Cancel. glos. 8. n. 77.* Sanchez *lib. 7. sum. cap. 4. nn. 24.* Massobr. *de censur. prælud. 7. dub. 21. nu. 9.* Rodriquez *in compend. q. regular. resol. 15. n. 4.* & ita refert decisum Gonzalez *citat.* Modo cum conferatur sub obligatione assumendi habitum religiosum, & profitendi, confertur sub modo; & ideo si non adimpleatur, resolvitur collatio. quia modus est conditio resolutiua faciens resolui, quod collatum est sub modo, vt notant Glos. *in l. 2. ff. de in diem addict.* Bar. *in l. 1.* ver. *Tertia differentia.* & *in l. Quibus diebus, §. Titio.*

in appoſit. vbi. ff. de candit. & demon. Anchoran. *vbi. ff. ſi ſeru. petat.* Pariſ. *conſil. 5. nu. 2. lib. 4. conſil. 69. circa finem*, Socin. *in l. Pacuniam, nor.*

An Nouitius delinquens iure puniatur per Superiorem Religionis? Et quid ſi extra Clauſtra delinquat; poſſit ab Epiſcopo puniri?

Quæſtio XLVI.

SVMMARIVM.

1 *Nouitij delinquentes, à quibus puniendi.*
2 *Quid ſi extra clauſtra delinquat.*
3 *Abſens cum licentia à clauſtro cenſetur reſidere.*
4 *Nouitius à ſolo prælato regulari puniri poteſt. Nouitius gaudet priuilegio canonis.*
5 *Nouitius delinquens notoriè, & cum ſcandalo extra clauſtra, quando puniri poſſit ab Ordinario?*
6 *Epiſcopus vt inſtare poſſit pro punitione regulatium &c. debet probari notorietas delicti.*
7 *A quo puniendus Nouitius, ſi redeat ad ſæculum.*
8 *A quo puniendus pro delicto commiſſo ante habitum ſuſceptum.*
Conſtitutio Sixti V. circà criminoſos ingredientes religionem moderata per Clemen. VIII.
9 *Criminoſus quando cum fraude religionem ingrediatur.*

1 Reſp. Quòd quæſtio ſolum intelligitur, ſi Nouitius crimen admittat, cui capitalem pœnam iura, videlicet Canones, vel Leges irrogarunt: vt ſi fuerit homicida, proditor Patriæ, latro, adulter: nam certò conuenit inter omnes, ſi tantùm contra Religioſam, vel Eccleſiaſticam diſciplinam peccauerit, à Religionis Præfecto puniendum. Ioan. Andr. *in c. Beneficium, de Regularib. in 6.* quæſiuit apud quem Iudicem Nouitius conueniri debeat, Eccleſiaſticum, an Ciuilem? Nam quòd coram Iudice Ciuili conueniri debeat, videtur inde concludi, quòd nondum ſit Religioſus effectus. Quòd verò à Iudice Eccleſiaſtico puniendus ſit, ex eo deducitur, quòd cauſa, & gratia Religionis in eum Ciuilis Iudex inquirere, & animaduertere non debeat. Archidiaconus, & idem Ioan. Andr. Geminianus, Franchus, & alij *in c. Beneficium, citat.* communi conſenſu tradunt, eum conueniri debere apud Iudicem Eccleſiaſticum, eo, quòd fauore, & cauſa Religionis à Ciuilis Magiſtratus poteſtate eſt exemptus: ſed prædicti Doctores *eo cap.* ſolum videntur loqui de cauſis Eccleſiaſticis, non de Ciuilibus. Cæterum, cum noſtris temporibus omnes Religioſorum Ordines, Romani Pontificis beneficio, ab Epiſcoporum, quibus iure communi ſubiecti olim erant, poteſtate eximantur, efficitur, vt Nouitius delinquens à Monaſterij Præfecto puniri debeat: quoniam ſicut fauore Religionis à Ciuili Magiſtratu abducuntur Nouitij, ſic etiam ab Epiſcoporum poteſtate, dum in probatione verſantur. Nauar. *commen. 2. n. 63.* diſputat an Religionis Præfectus iure communi cognoſcat, & iudicet delicta Nouitij ciuilia, & criminalia: & concludit, iure communi tantum cognoſcere delicta, quæ Nouitius committit contra Regulam, & cætera Religionis ſtatuta. *& conſ. 58. de Regularib.* idem docet, & tandem ait probabile eſſe, poſſe Præfectum Religionis cognoſcere, & iudicare delicta Nouitij ciuilia, & criminalia, cuiuſmodi eſt homicidium, perinde ac ſi eſſet Clericus, & Profeſſus, & hoc eſt verius.

2 Tota difficultas eſt, ſi delinquat Nouitius extra Clauſtra. Et prima facie videtur dicendum, à ſuo Superiore: tum quia Nouitius gaudet fori priuilegio, ex iis, quæ lat ſimè tradiderunt communiter DD. *in c. Religioſo de ſententia excommunicationis in 6.* tum quia Superiores Regularium ſunt Priores, Prouinciales, & Generales eorum Religionis, vt latè de hac re agit Triuiſan. *in tract. de modo, & ordine criminaliter procedendi inter Regulares, c. 4. & in deciſ. 36. p. 1. per tex. in c. 1. de capell. Monachorum.* Vbi Summus Pontifex mandat Epiſcopis, ne Regulares inquietent, & moleſtent, ſed eorum crimina relinquant Superioribus ipſorum puniendа: tum quia Iudex Ordinarius Regularium eſt Protector Religionis, vt per Card. *in conſ. 17. n. 1.* & latiùs in practica obſeruari teſtatur Staphil. *de literis Signaturæ Iuſtitiæ in tit. de ſanatione contractus inualidi, n. 7. fol. 287.* Triuiſ. *loc. cit. n. 2.* Alban. *in conſ. 93.* Nauar. *conſ. 22. vol. 1.*

Contrarium tamen dicendum eſt, ex traditis nouiſſimè *per Conc. Trid. ſeſſ. 6. c. 3.* vbi ſtatuitur, quòd Regularis extra Monaſterium degens, etiam ſui Ordinis prætextu, ſi deliquerit, ab Ordinario loci, tamquam ſuper hoc à Sede Apoſtolica Delegato, inquiri, puniri, & corrigi valeat. Nec Nouitius debet eſſe melioris conditionis in patrando delicto, quàm eſt Regularis profeſſus, nam vt dicit Rub. *in deciſ. 15.* decretum Conc. comprehenderet etiam Regulares exi-

stentes in aliqua domo ad erectionem Monasterij destinata, si ibi non haberent Priorem, seu Guardianum, & non viuerent iuxta institutum Regulæ illius Religionis: in tantum etiam, quòd Picard. *in cons.* 91. voluit Episcopos in vim d. tex. Concil. agere posse contra omnes professos Militiarum Hierosolymitanarum, exceptis ijs, qui in priuilegio Pij V. comprehenduntur, etiamsi dicti Milites extra locum suorum Ordinum, cum licentia Superiorum degerent.

3 Non obstat, quòd qui de licentia Superioris abest à Clausstro, censetur residere in Clausstro, *argu. tex. in l. quæsitum, §. 1. ff. de leg. 3. & in l. Seia. ff. de fund. instruct.* Quia respondetur id procedere extra casum delicti, vt per Rub. *loc. cit.* & ratio est, quia tunc est acquisitum Ius Ordinario loci, & consequenter tolli non potest per licentiam Superioris. & cum casus acci. disset in Archiepiscopali Curia Neapolit. fuit per dictam Curiam punitus quidam Nouitius Ordinis sancti Antonij de Vienna, prout refert Riccius *in decis. Curiæ prædictæ decis. 223.*

ADDITIO AD QVAEST. XLVI.

4 Quòd Nouitius gaudeat priuilegio fori, & proinde puniri non possit neque à iudice laico, neque ab Ordinario, sed solum à Prælato Regulari, tradunt communiter Nauar. *consil. 6. nn. 4. de foro compet. lib. 3. in 2. edit.* Molina *tom. 1. de iust. & iure, disp. 139.* Sanchez *lib. 6. sum. cap. 10. n. 111.* Lezana *tom. 1. q. regul. c. 24. n. 4. & in sum.* verbo *Nouit. n. 34.* & verbo *Prælat. Regul. n. 9.* Nouar. *lib. 1. quæst. forens. q. 42. n. 7.* Capiblan. *de baronib. tom. 1. pragm. 8. par. 3. n. 56.* alios allegans. Riccius *part. 4. praxis, resol. 238. in fine.* Tamburin. *de iure Abbat. tom. 1. disp. 6. q. 27.* Sanfelic. *decis. 1. num. 22. tom. 1.* Donat. *in praxi rer. regul. par. 4. tract. 6. de priuil. Nouit. q. 6. n. 3.* Quia Nouitij sunt personæ Ecclesiasticæ, & exemptæ, cum sequantur tanquam accessorij religionem, & ideo pertinent ad iudicem Ecclesiasticum, & exempti sunt ab Ordinario. Et cum gaudeant priuilegio canonis, vt statuitur in cap. *Religioso de sentent. excommunicat. in 6.* à fortiori gaudebunt priuilegio fori, cum hoc latius se extendat.

5 Circa id, quod habetur *num. 2.* est aduertendum, quod, cum Nouitij degant intra clausstra, non habet locum Decretum Concil. *sess. 6. c. 3. de reformat.* Sed aliud Decretum *c. 14. de regular. sess. 25.* Quod delinquentibus religiosis notoriè extra clausstra cum scandalo subintret Episcopus, si instauerit puniri à suis Prælatis, & nota puniti sint. Cum enim Nouitij gaudeant priuilegijs religiosorum. cap. *Religioso de senten. excommunicat. in 6.* Et Paulus V. hoc concesserit, seu potius declarauerit in fauorem Congregat. S. Mariæ Fulien. *Constit. 23. tom. 3. Bullar.* debent subesse etiam annexis priuilegijs; ita vt quod dispositum est pro religiosis stantibus priuilegijs, censetur dispositum etiam pro Nouitijs, cum eodem iure censeantur.

6 In casu tamen delicti notorij, cum scandalo, vt possit Episcopus procedere iuxta Decretum Cõcilij Tridentini, quamuis Riccius *resol. 650. par. 1. praxis* censeat, non esse probandam qualitatem notorietatis, debet tamen non solum ab ipso allegari, sed etiam probari, vt tradunt Peirin. *de priuileg. ad Constitut. 2. Sixti IV. numer. 62. in fine.* & in additam. *ad dict. Constitut. capit. 2. numer. 30.* Lezana verbo *Delinquens, num. 2.* Bordon. *in consil. regular. resol. 7. quæst. 9.* vers. *Tertia conditio.* Donat. *in praxi rer. regular. part. 2. tract. 13. q. 48. num. 3.* Ratio est, quia notorietas delicti est fundamentum intentionis Episcopi, & iurisdictionis. Qualitas autem tribuens iurisdictionem, est probanda *l. 1. §. Sed si dubitetur, ff. de iud.* & tradunt Bart. *in l. Præscript. C. si contra ius, vel vtil. publ.* Bald. *ibid.* Innocent. *in cap. Super litteris de rescript.* Felin. *in cap. Si Clericus de foro compet.* Afflic. *decis. 297.* & idem Riccius *decis. 152. num. 3 part. 4.*

7 Maior difficultas est, à quo puniendus sit nouitius pro delicto commisso, si habitum exuat, & reuertatur ad sæculum. Aliqui enim volunt, quod non possit puniri à iudice laico, sed debeat puniri à Prælato Regulari. Ita Sanchez *lib. 6. sum. cap. 10. n. 14.* Farinac. *tom. 1. praxis tit. de inquisit. quæst. 8. n. 46.* Bonac. *disp. 10. de legib. q. 2. pun. 1. §. 2. n. 5.* alios citans. Laiman *lib. 4. theol. moral. tract. 9. c. 8. n. 5.* Diana *par. 3. tract. 1. resol. 34.* ver. *Dicendum est.* Lezana *in sum.* verbo *Clericus, num. 22.* & verbo *Prælatus, n. 9.* Quia ad fundandam iurisdictionem attenditur tempus commissi delicti, *l. 1. ff. de pœnis.* & *l. Iniuriarum, ff. de iniur.* Econtra vero alij volunt puniri posse à iudice laico. Ita Molina *tom. 4. de iust. & iure, disp. 49. n. 24.* Io. de Heuia *in curia Philip. par. 3. §. 1. n. 12.* citans Bobadillam. Vechius *in praxi Nouis, disp. 11. dub. 11. num. 6.* Peregrin. *ad Constit. Clericor. Regular. par. 2. cap. 5. littera R. §. 1.* Donat. *de Marin. lib. 1. resolut. quotidian. c. 48. per totum.* Donat. *in praxi rer. regular. par. 4. tract. 6. de priuileg. Nouit.* Sed mihi distinguendum videtur; vel enim delictum afficit tantum communitatem religiosam, ita vt in solum ipsius damnum vergat: vel afficit communitatem sæcularem, vt si laicum occidisset. Si primum, puto non posse puniri à iudice laico, quia non pertinet ad ipsum vindicare delicta, quæ non afficiunt suam communitatem: & in hoc casu habet locum prima sententia, quia licet nouitius discedens à religione efficiatur de foro laico; non efficitur tamen de eodem foro delictum, quia non pertinet ad ipsum, vt-pote commissum in alio, & contra aliam communitatem, & ideo non habet ius ad ipsum puniendum. & tunc valet regula, quod in ordine ad iurisdictionem inspicitur tempus delicti. Si verò delictum tangat communitatem sæcularem, puto, quod po-

terit

terit puniri à iudice laico, quia tunc, ſicut habet ius ad conſeruandam communitatem, ita etiam habet ad vindicandas iniurias, & propellenda damna, quæ ipſam tangunt: & quia, cum nouitius ſit ſubditus, & trahit ſecum debitum delicti contractum cum communitate, remanet reus ratione ipſius, & fit ſubditus etiam ratione delicti, iuxta cap. *fin. de foro competenti*.

8 An autem puniri poſſit Nouitius, qui in ſæculo deliquit, à iudice laico? non concordant Doctores. Circa quam difficultatem eſt aduertendum, quod licet Sixtus V. in ſua Conſtitutione ſtatuerit, quæ incipit, *Ad Romanum ſpectat Pontificem*, quod criminoſi, contra quos inſtituta eſt accuſatio, vel inquiſitio, nulliter recipiantur ad profeſſionem, & nulliter profiteantur, attamen hæc conſtitutio redacta fuit ad terminos iuris à Clemente VIII. per ſuam Conſtitutionem, quæ incipit. *In ſuprema Eccleſiæ Apoſtolicæ*. vt oſtendit Vecchius *in praxi Nouit. diſp.7. dub.4.* & proinde remanet valida ſuſceptio habitus, & profeſſio. Quo ſtante reſoluendum eſt, quod Nouitius non poterit à laico iudice puniri in perſona, ſed tantum in bonis. Ita Vecchius *in praxi nouitior. diſp.11. dub. 12. nu. 3. & 11.* Suarez *diſp.22. de cenſur. ſect. 1. num.19. & in defenſ. fidei lib. 4. c. 10. in fine*. Cum enim Conſtitutio Sixti V. quæ iubebat, criminoſos exui habitu, & expelli, reducta ſit à Clemente VIII. ad terminos iuris, eadem eſt ratio de nouitio, ac de criminoſo, qui efficitur Clericus. Hic autem non poteſt à iudice laico in perſona puniri, ſed ſolum in bonis, vt tradunt Io. Andr. *in cap.1. n.19. de obligat. ad ratioc.* Abbas *n.5.* Anan. *ibid.* Socin. *n.53.* Couarruu. *c.32. n.4. praſt. quæſt.* Syluester verbo *Iudex* 1. *n.6.* Aufrer. *in Clemen.1. regul.1. ſallent* 11. *n.19. de offic. Ordin.* Boſſius *tit. de pœn. nu.38.* Clar. *in præct. q.36.* ver. *Sæpe numero contingit*. & alij. Imo addit Marta *par.4. de iuriſdic. caſu* 121. *n.22. & ſequent.* neque in bonis puniri poſſe, etiamſi cum fraude ingrediatur religionem.

9 Circa quod eſt aduertendum, quod ſententia quæ tradit puniri poſſe in bonis, habet locum, ſi cum fraude induat habitum religionis. Tunc autem cum fraude induit, quando iam eſt inſtituta accuſatio contra ipſum, aut cœpta inquiſitio. Et ita etiam tradunt Ananias *in cap. 1, n 7. de obligat. ad ratioc.* Panor. *nu.5.* Soccin. *in cap. Propoſuiſti n.53. de foro compet.* Farinac. alios citans *in praxi tom.1. q.8. de inquiſit. n.111.*

An Nouitius admiſſus ad Religionem ante pubertatis annos, ſit propriè Nouitius, & gaudeat priuilegio Canonis conceſſo Nouitijs, in cap. Religioſo, de ſententia excommunicationis in 6.

Quæſtio XLVII.

SVMMARIVM.

1 *Nouitius gaudet priuilegio canonis, ſi verè admiſſus ſit ad religionem ante annos pubertatis. Secus ſi admiſſio ſit irrita.*

Nec ante vſum rationis à parentibus oblatus.

2 *Ratio cur gaudeat priuilegio canonis.*

Non ſufficit delatio habitus.

1 Reſp. Quòd licèt admiſſus ad Nouitiatum ante pubertatis annos, non ſit propriè Nouitius, ſed largè; cùm tamen valeat ingreſſus Religionis, gaudebit priuilegio Canonis, conceſſo Nouitijs. *c. Religioſo, de ſententia excom. in 6.* vt ipſum Nouitium percutiens, ſit excommunicatus, & ita docent Paludanus, dicens hoc eſſe certum *d.39. 9.3. in quæſt.2. fine.* & Angelus *verb.* Nouitius, *n.21.* Quòd intelligo niſi iuxta Religionis inſtitutiones impubes admitti nequeat, ita vt admiſſio ſit irrita. Quia cùm admiſſio non valeat, nullo priuilegio admiſſus gaudebit. Idem credo, quando ante vſum rationis admiſſus eſſet, etiam à parentibus oblatus. Quia nec impropriè tunc eſt Nouitius, donec adeptio rationis vſu conſentiat: nec oblatio parentum antea facta aliquid operatur: atque idem dicendum eſt, quoties ingreſſus ob quamcunque cauſam eſt irritus, Sanchez *lib.5. c.4. n.26. oper. moral.*

ADDITIO AD QVAEST. XLVII.

2 Nouitius tunc quis incipit eſſe, quando ſolemniter induitur habitu religionis, & aliquo modo incorporatur religioni, ita vt ponatur in diſpoſitione, quod fiat membrum ipſius. Et hoc ſufficit, vt gaudeat priuilegio canonis. nam verificatur ratio, ob quam nouitius fruitur priuilegio huiuſmodi, iuxta c. *Religioſo de ſent. excommunicat. in 6.* quod ſcilicet ingrediatur religionem, ob quam ita tradunt communiter Doctores. Io. Andr. Abbas, Archidiacon. Ancharan. Domin. Monach. & alij in dictum cap. *Religioſo*. Duen. *Reg.99.* Ver. *Amplia nono.* Tiraquel. *de iure mar.* Gloſ.2. *n.9.* Azor. *par.1. lib.12 cap.2. quæſt.11.* Lopez *par.1. Inſtruc. c.47.* Lezana *tom.1. q. Regular. c.24. n.4.* Vecchius *in praxi nouitior. diſſp.11. dub.10. n.1.* Donar. *in praxi rer. regular. par.4. tract.6. q.4.* Et proinde quamuis quis deferret habitum religionis, & viueret inter religioſos, ſi tamen non eſſet admiſſus ad habitum religio-

nis, & ad annum probationis, non frueretur priuilegio canonis, quia non esset ingressus religionem. Solum autem ingressi religionem fruuntur hoc priuilegio per cap. *Religioso*, modo citato.

An Nouitij, qui non sunt aliquo Ordine insigniti, eximantur ex vi Nouitiatus a solutione gabellarum, si vel ipsi propria bona, vel Monasterium, vel quuis alius nomine ipsorum ea vendat, aut commutet?

Quæstio XLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Bona Nouitiorum an subsint gabellis, collectis &c.*
2 *Bona Ecclesiasticarum personarum sunt exempta à gabellis &c.*
3 *Nouitij sunt persona Ecclesiastica.*

1 Resp. Quòd quidam deberi gabellam affirmant, quòd verè Religiosi non sunt, ad sæculumque redire valeant; ac proinde hoc personarum Ecclesiasticarum priuilegio non gaudere. Ita docent Lasarte, *de decima venditionis c.19. n.50. & in additionibus ad eundem num. Manual. q. reg. tom.2. q.47. n.8. ad fin. & tom.3. q.74. n.9.* Imò addit Lasarte *eo n.* 50. nec Religiosos Societatis Iesu, qui finito Nouitiatus biennio vota simplicia emittunt, immunes esse à gabellarum solutione, quòd nondum professi sint. Alij verò censent loquentes de Nouitijs, rem hanc pendere ex futura professione: si enim Nouitius postea illã emittat, non debebitur gabella, ex tebus tempore nouitiatus vẽditio, secus si ad sæculum redeat. Ducuntur ex doctrina Tiraquell. *de retract. lignag. §.1. Gloss.8. n.39.* vbi disputans, an Nouitius possit rem patrimonialem extraneo traditam, retrahere, ratione sanguinis, dicit posse retrahere: at valorem retractus pendere ex futuro euentu: si enim profiteatur, non valebit; secus si redeat ad sæculum. Ita docent Parlador *de rebus quotidianis in 2. edit. l.1. c.13. §.1. n.21.* Gironda *de gabellis 7. p. in princip. n. 46.* Temperat Parlador, nisi mandato Nouitij vendat Monasterium eius bona, in ipsius Monasterij vtilitatem conuertenda, quia tunc censentur ac bona Monasterij, & proinde sunt à gabellis exempta. At prædictam distinctionem meritò reprobat Lasarte *in addit. c.19.n.50.* Sed multò verius est, Nouitios immunes esse ab harum gabellarum solutione, quippe eo quòd Nouitij in Religionem admissi sunt, pars eius communitatis, verè Ecclesiastica est, ac proinde tanquam personæ Ecclesiasticæ sunt reputandi: & gaudent priuilegio fori, *c. Religioso, de sententia excom. in 6.* Item quia adhærentia Religiosis sunt Religiosa, *l. quæ Religiosis, ff. de rei vendic.* atque ita docent Gloss. *in c. Beneficium*, ver. *conferendum de Regul. in 6.* Nauar. *in summa, c.12.n.65. & lib.3. cons. in 1. edit. tit. de Regul. cons.58. n.4. in 2. lib. tit. de for. cons.6. n.4.* & hanc partem tuentur Bertachinus *de gabellis, 7. p. princip. n.56.* Molina 3. *tomo de iust. disp. 681.* Mena *in suis varijs, lib.2.9.21. n.198.*

ADDITIO AD QVAEST. XLVIII.

2 Quod bona Nouitiorum sint exempta à gabellis, collectis, cæterisque huiusmodi oneribus, concluditur ex duobus principijs in iure omnino certis. Primum est, quod bona personarum Ecclesiasticarum sint exempta ab his oneribus, vt declaratur in cap. *Non minus*. & in cap. *Aduersus de immunit. Eccles.* & in cap. 1. *de immunit. Eccles. in 6.* Quia sequuntur personam, & non obligantur ex sui natura, sed mediante obligatione personæ, quam habet subueniendi necessitatibus publicis de propriis bonis.

3 Alterum est, quod nouitij, quamuis non sint religiosi cum effectu, vt dicitur in cap. *Religioso de sentent. excommunicat. in 6.* sunt tamen personæ Ecclesiasticæ cap. *Quisquis* 18. *q.4* & cap. *Duo sunt*, 12. *q.1.* & cap. *Parochianos de sentent. excommunicat.* & tradunt communiter Glos. *in cap. Religioso*, verbo *Non possit de sent. excom. in 6.* Cardin. *in Clemen.2. q.12. de præben.* & *in Clemen.1. de elect.* & cæteri, qui volunt gaudere priuilegio fori. Et ideo hanc partem præter citatos ab Auctore, tenent Sanchez *lib.6. sum. cap.10. n.16.* Nouar. *de elect. fori, tom.1. sect.2. q.63. num.10.* Riccius *in praxi resol. 132. par.3.* Gregor. Lopez *l.4.* verbo *Nouitios, tit. 7. part. 1.* Donat. *in praxi rer. regular. part. 4. tract.6. quæst. 27.* Molina *tom. 1. de iust. & iure, disp.139.* & *tom.3. disp.171. n.2.* Lezana *par.1. q. regular. c.24. n.4. in fine.* Turrian. 2.2. *disp.44. dub.4. n.12.* Malder. *tract.1. c.6. dub.8.* Barbosa *in Collect. tom.1. lib.3. tit.49. c.7. n.11.* Diana *part.1. tract.2. resol. 38.* ver. *Sed aduersus.* Faustus *lib. 5. Thesauri religios. q. 163.* Et ideo hæc opinio tanquam magis communis est in praxi seruanda.

An

An Nouitius abſque iuſta cauſa expulſus, ius habeat agendi contra Religionem, ne expellatur? Quæſtio XLIX.

SVMMARIVM.

1 *Nouitius iniuſtè expulſus poteſt agere contra religionem.*

Iniuſtè expellens an peccet mortaliter.

2 *Nouitius habet ius ad profeſſionem ſtante habilitate.*

3 *Superiores maiores poſſunt cogere capitulum conuentus, vt admittat habilem ad profeſſionem. Tenentur ſubditi obedire.*

4 *In praxi hæc doctrina eſt difficilis.*

Quæ ſecundum conſcientiam iudicantur, non ſunt vlterius diſcutienda.

5 *Negans ſuffragium Nouitio habili, peccat mortaliter.*

1 Reſp. Affirmatiuè. Hoſt. *c. ſicut tenor. in fin. de Regul.* & ibi Ioan. Andr. *n.* 2. *& ſeq.* & docet Greg. Lopes *l.* 3. *tit.* 7. *partit.* 1. & expellentem abſque iuſta cauſa peccare tradunt, Caiet. 22. *q. vlt. à* 4. *dub.* 3. Paſſarellus *in priuileg. Minimorum c.* 43. *ad fin.* At non credo eſſe mortale, niſi grauis nota eſſet expulſio illa. Sicut culpa Nouitij leuiter retrocedentis eſt ſolum venialis: non enim magis obligatur Religio Nouitio, quàm Nouitius ipſi quoad culpam.

ADDITIO AD QVAEST. XLIX.

2 Quod nouitius iniuſtè expulſus poſſit agere contra religionem, & cogere, vt admittatur ad profeſsionem; tradunt præter citatos, Sanchez *lib.* 5. *ſum. c.* 4. *n.* 59. à quo ſupradicta tranſcripſit Auctor. Rodriquez *in compen. qu. regular. reſol.* 101. *n.* 62. Riccius *par.* 4. *praxis reſol.* 254. Nouar. *deciſ.* 161. *n.* 2. Donat. *in praxi rer. regul. par.* 4. *tract.* 9. *q.* 27 *n.* 5. Bordon. *in conſil. regular. reſol.* 57. *nu.* 106. Et ratio eſt, quia eo ipſo, quod admittitur ad annum probationis, acquirit ius conditionatum ad profeſsionem, ſi nimirum habilis inueniatur, & eo completo, ſtante habilitate, tanquam purificata conditione hoc ius fit abſolutum, & ideo ſi reijciatur poteſt tanquam læſus in proprio iure agere contra religionem, vel recurrendo ad ſuperiores maiores, vel ad Apoſtolicam Sedem, vt cogant Conuentũ ad admittendum ad profeſsionem. Et hoc idem dicendum eſt, ſi profeſsio differatur ſine cauſa vltra annum probationis, vt aduertunt Rodriquez, Riccius, Nouar. citati, Donat. citata *par.* 4. *praxis tract.* 6. *q.* 28

3 Ex quo fit, quod in tali caſu Superiores maiores, vel poterunt ipſi, cauſa tamen cognita, admittere repulſum ad profeſsionem, vel præcipere Capitulo Conuentus, quod recipiat, vt tradit Bordon. *in conſil. regular. reſol.* 57. *n.* 107. Quia ad Prælatos maiores ſpectat corrigere ea, in quibus ſubditi peccant. cap. *Vt fama de ſentent. excommunicat.* & notat Gloſ. *in cap. Ea, quæ.* verbo *Reatu, de offic. Archidiaconi.* & *in cap. Sancta* 2. *qu.* 7. Et ideo debent corrigere determinationes capitulares iniuſtas. Et tenentur ſubditi obedire, quia tenentur corrigere proprios errores. Præſertim, quia Concil. Trident. *cap.* 16. *de regularib. ſeſſ.* 25. iniungit, quod habiles nouitij admittantur ad profeſsionem, & inhabiles reijciantur. ibi. *Superiores Nouitios, quos habiles inuenerint, ad profitendum admittant, aut è monaſterio eos eijciant*, nempe ſi non inuenerint habiles.

4 Verum prædicta doctrina poteſt difficilè in praxi ſeruari, quando nouitius capitulariter per ſecreta ſuffragia admittitur ad profeſsionem, vel reijcitur; nam tunc vnuſquiſq; regulat peoprium ſuffragium ſecundum conſcientiam, nec aſsignat rationẽ. In ijs autem, quæ ſecundum conſcientiã iudicantur, non habet locum vlterior quæſtio, vt docent Gloſ. *in* Gloſ. *in cap. Statutum, S. Aſſeſſorum.* verbo *Relinquatur, de reſcrip. in* 6. & *in Clemen.* 1. verbo *Oneramur de iurepatr.* Abbas *in cap. Super his de accuſat.* Roman. *in repet. de arbitr. in Rubr.* Bald. *in l.* 1. *C. de reb. cred.* Caſtrenſ. *in l. de pupil. §. Qui opus, ff. de no. oper. nun.* Ial. *in l. Quod quis.* ver. *Quartò facit, C. de procurat.* Aretin. *in l. Rem non nouam. C. de iudic.* Rota *deciſ.* 61. *aliàs* 610. *n.* 3. *de reſcrip. in Antiquis.* Et ideo, niſi grauamen ſit ita manifeſtam, vt celari non poſsit, ita vt conſtet de conſcientia erronea, vel praua Capitularium, non habebit locum recurſus, iuxta ea, quæ dixi *quæſt.* 307. *canon. moral. Centur.* 4.

5 Quod in quæſtione dicitur, Negantem Nouitio habili ſuffragium, peccare tantum venialiter tradit Sanchez *lib.* 5. *ſum. cap.* 4. *num.* 59. Sed hoc nullo modo probari poteſt, & ideo abſolutè tenendum eſt, peccare mortaliter. Ita communiter. Miranda *tom.* 1. *manual. quæſt.* 25. *ar.* 12. *concluſ.* 1. *&* 2. Corduba *in cap.* 2. *Regul. S. Franciſci quæſt.* 2. *&* 11. Suarez *tom.* 3. *de relig. lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 7. Fauſt. *lib.* 5. *Theſauri relig. quæſt.* 213. *&* 214. Vecchius *in praxi Nouitior. diſp.* 12. *dub.* 1. *num.* 4. Portel. *in dub. regular.* verbo *Nouitius in addit. num.* 17. Diana *par.* 3. *tract.* 2. *reſol.* 19. Rebel. *de obligat. iuſt. par.* 1. *lib.* 4. *quæſt.* 15. *num.* 5. Peirin. *de Prælato relig. quæſt.* 3. *cap.* 1. *§.* 4. *num.* 112. Bordon. *in conſil. Regular. reſol.* 54. *num.* 135. Ratio eſt, quia priuant Nouitium iure quod habet ad notabile bonum, quale eſt profeſſio religioſa, & priuant etiam religionem perſona idonea: & ideo abutuntur poteſtate ſibi conceſsa, dum eam non dirigunt ſecundum regulã rectæ rationis, nec in ordine ad bonum religio-

gionis, sed ad eius destructionem, quantum est ex parte sui. Est tamen aduertendum, quod si nouitius de præsenti esset habilis, sed probabiliter timeretur, quod de futuro esset mutandus, aut posset afferre religioni aliquod notabile detrimentum, esset causa sufficiens pro denegando suffragia.

An Nouitius à Monasterio recedens, teneatur soluere expensas in suis alimentis a Monasterio consumptas? Quæstio L.

SVMMARIVM.

1 *Nouitius recedens an teneatur ad expensas Monasterij.*
Quid si ministeria exhibita non æquiualeant expensis.
2 *Absolutè non tenetur ad expensas.*
Nisi interceßerit pactum.
Aut consuetudo adsit.
3 *Nouitius non potest impediri, ne exeat, ex eo quod non soluerit expensas.*
4 *Non potest dimitti ex eo capite, quod non soluerit expensas.*

1 Resp. Quòd quæstio planè procedit, quando ministeria Religioni à Nouitio exhibita non æquiualerent expensis illis; quando verò æquiualerent, certum est, nihil à Nouitio deberi, etiamsi Nouitius animo in sæculum redeundi ingressus esset, sed expensas compensari ministerijs illis. Tunc autem æquiualentia dicentur, quando Monasterium obsequio illius Nouitij indigebat, quo ab eo non exhibito, expensas totidem facturum esset Monasterium pro alio Ministro: secus autem quando eo ministerio non indigebat; sed id per alios eiusdem Religionis supplendum esset, non amplioribus à Monasterio expensis factis. Quæstio igitur procedit, quando recta perseuerandi intentione ingressus est: & ministeria ipsius non sunt æquiualentia expensis, ac postea mutato animo exijt. Et quidem videtur ad eas teneri, *per c. de lapsis, 16. q. 6. & c. si quis rapuerit, 7. q. 1.* vbi decidituir, in probatione existentes non debere esse oneroſos Monasterio. Sed hæc iura nihil probant: nam vt bene ait Anchar. *c. beneficium, n. 1. notab. 4. fin. de Regul. in 6.* Ea iura non loquuntur de Nouitijs, qui in Religione sunt ad experiendum, an is status ipsis conueniat; sed de Regularibus, qui in aliud Monasterium causa pœnitentiæ agendæ ob delicta detrusi sunt. Quare concludit, veros nouitios, vel non teneri ad huiusmodi expensas, vel saltem ad dimidiam solum expensarum teneri; & in hanc partem posteriorem magis inclinat, licet cogitandum relinquat, duciturque, quod ea probatio, & Monasterij, & ipsius Nouitij fauorem respiciat, *c. ad Apostolicam, de Regul.* ac proinde exiens ad solam dimidiam expensarum partem ipsius Nouitij fauori correspondentem astringetur; & refert pro se Io. And. *in eod. c. beneficium in fin. de Regul.* Qui quidem hanc sententiam innuit, licet non expresse eam dicat, solum enim ait eos textus loqui de incluſis propter culpam: probationem autem Nouitiorum esse in vtriusque fauorem. Cæterum dicendum est, nullatenus teneri ad expensas. Ducor, quia liberè potest redire ad sæculum, vt constat *ex c. 1. & c. 2. de Regul. in 6.* at non posset liberè, si ad expensas teneretur: sæpè enim retineri posset, quòd expensas soluendo non esset, eo quòd Monasterium eum alere teneatur, & ipse quoque Monasterio inseruire, & per accidens est, si ratione morbi, aut alia causa non inseruiat, aut expensæ mercedem laboris excedant. Nam si labor excederet expensas, non haberet ius Nouitius mercedis excessus exigendi. Et ideò hanc partem sustinet Dominicus, *cap. 2. n. 5. & c. beneficium fin. de Regul. in 6.* Sylu. in verbo *Religio 5. q. 8.* Manuel. *quæst. Regul. tom. 3. q. 15. art. vlt. §. circa eandem.* Azor. *lib. 12. Instit. Moral. cap. 3. q. 6.* Emanuel Sà *summ.* verbo *Religio, n. 8.* & Sanchez, qui quamplurimos alios allegat. *cap. 10. lib. 6. oper. Moral. num. 4.* Hoc tamen temperandum putat dictus Sanchez, nisi pactum esset largiendi Monasterio expensas Nouitij, vt in Monasterijs Monialium contingit; tunc enim siue Nouitia perseueret, siue exeat, expensę debentur Monasterio, nulla prorsus ratione habita ministerij Religioni exhibiti, quia in omni euentu, & absque vlla exceptione contractus soluendi expensas initur.

ADDITIO AD QVAEST. L.

2 Conueniunt communiter Doctores, quod absolutè Nouitius non teneatur ad expensas factas pro se à Conuentu. Ita Franc. *in cap. 1. num. 2. not. 6. & in cap. benefic. in fine, de regul. in 6.* Anan. *in cap. statuimus in fine, de regular.* Barbatia *in cap. in præsentia num. 58. de probat.* Rodoan. *de spol. Eccles. quæst. 8. num. 71.* Vbal. *de succeſſ. ab inteſt. tit. de succeſſ. regular. par. 2. num. 10.* Zechius *de repub. Eccles. tit. de regular. cap. 3. num. 10.* Cuch. *lib. 3. Instit. maior. tit. 1. num. 81.* Sylueſter verbo *Religio 5. q. 8.* Rosel. verbo *Nouitius num. 11* Suarez *tom. 3. de relig. lib. 5. cap. 11. num. 5.* Passarel. *de priuileg. Min. mor.*

mor. not.43. Peirin *de Prælato relig. quæſt. 3. cap. 1. §.4. num.105.* Villalob. *par.2. ſum.tract.35.difficul. 16. num.6.* Io. Suarez *in Enchirid. lib.3.* verbo *Religio, §. Nouitius egreſſus.* Fauſtus *lib.5.Theſauri relig. quæſt.178.* quamuis *lib.6. quæſt.286.* limitet, quando ſeruitia ipſius non æquiualent expenſis. Lezana *tom.1. quæſt. regular. cap.24. num.3.*

3 Hoc tamen non habet locum, ſi interceſſerit pactum de ſoluendis expenſis alimentorum, nam tunc nouitius diſcedens tenetur ſoluere. Ita Sanchez, & Lezana *citati.* Donat. *in praxi rer. regul. p.4. tract.9. q uæſt.24. num.10.* Quod etiam habet locum ſtante conſuetudine religionis, quod nouitij ſoluant expenſas alimentorum. Quæ conſuetudo eſt conformis Concilio Trident. *cap. 16. de regular. ſeſſ.25.* vbi præcipit omnia reſtitui nouitijs abeuntibus, *Excepto victu, & veſtitu.* Et proinde S. Congregat. Epiſcopor. & Regular. *die 2. Martij 1635* decreuit, expenſas eſſe ſoluendas Monaſterio à conſanguineis cuiuſdam nouitij, qui ante profeſſionem habitum exuerat. apud Lezanam *citat.*

4 Si tamen nouitius diſcedere velit, non eſt ex eo titulo impediendus, quod non ſoluerit expenſas debitas ex pacto, vel conſuetudine Monaſterio; ſed actio inſtituenda eſt contra ipſius bona, vel eorum, ad quos ſpectat eas ſoluere, vt notant Doctores in cap. *non ſolum, de regular. in 6.* per illum tex. qui prohibet ſub pœna excommunicationis, impediri Nouitios, ne redeant ad ſæculum, & Donat. *in praxi rer. regul. par.4. tract.9. quæſt.25. num.1.* Suarez *tom.3. de relig. lib.5. cap.11. num.5.* Peirin. *de Prælato religioſo quæſt.3. cap.1. §.4. num.106.*

5 Similiter ſi nouitius non ſoluat expenſas debitas ex pacto, vel conſuetudine, ſi alias habilis ſit, non erit hæc ſufficiens cauſa negandi profeſſionem. Ita Galuan. *conſil.12. per totum.* Vechius *in praxi Nouitior. diſp.12. dub.2. num.2.* Peirin. *de Prælato relig. quæſt.3. cap.1. §.4. num.106.* Quia non ſoluere expenſas non detrahit de habilitate, cum ſit quid extrinſecum, & habilitas attendatur ſecundum perſonalia; atque iudicium, & deliberatio de admittendo, vel non admittendo ad profeſſionem, regulari debet ſecundum menſuram qualitatum perſonalium. Quod tamen limitandum eſt, niſi non ſolutio expenſarum argueret aliquod vitium perſonale, quia tunc ratione talis vitij poſſet reijci.

An Nouitius poſſit accuſare, tranſigere, & pacem inire, ſiue ſibi, ſiue ſuis iniuria irrogetur, & legitimè ſtandi in Iudicio perſonam habeat? Quæſtio LI.

SVMMARIVM.

1 *Nouitius accuſare, tranſigere, pacem inire, &c. poteſt.*

2 *Nouitius non eſt religioſus cum effectu, ſed eſt ſui iuris.*

1 Reſp. Affirmatiuè, quia nondum eſt verè Religioſus, *c. Religioſo, §. quamuis, de ſent. excom. in 6.* & ideo legitimam ſtandi in Iudicio perſonam habet. atque ita docent Plaza *de delictis, c.42. in fine*, Farinac. *prax. crim. tom.1. tit. de accuſ. q.13. n.13.* & nemo contradicit.

ADDITIO AD QVAEST. LII.

2 Idem docent Sanchez *lib.6. ſum. cap.12. n.34* Clarus *in pract. lib.5. §. fin. quæſt.58. num.25.* Ghiſlerius *de iudice regul. cap.8. num.38.* Vechius *in praxi Nouitior. diſp.11. dub.13. num.1.* Peirin. *de prælat. religioſo, quæſt.3. cap.1. §.4. num.125.* Neque enim Nouitius eſt religioſus cum effectu, vt dicitur in cit. cap. *Religioſo*, & cap. *ad Apoſtolicam*, & cap. 1. *de religioſ. domib.* vbi Gloſ. Dominic. *in cap. ſi ſeruus, diſt. 54.* Et cum ſolum per profeſſionem transferat ſua iura, & ſuum velle in religionem, quandiu eſt nouitius, eſt ſui iuris, & ideo exequi poteſt omnia, quæ ad ius proprium pertinent.

An Nouitio interfecto, Ius accuſandi, & pacis ineundæ, & compoſitionis accipiendæ pertineat ad Monaſterium, vel ad quem? Quæſtio LII.

SVMMARIVM

1 *Nouitio interfecto ius accuſandi ſpectat, ad quos ſpectat Nouitius, ſi eſſet ſæcularis.*

2 *Spectat etiam ad Monaſterium.*

1 Reſp. Nullatenus ad Monaſterium pertinere, ſed ad alios, ad quos ſpectaret ſi Nouitius ille eſſet ſæcularis, quia Monaſterium nondum ius in illum acquiſiuit. Atque ita docet Iulius Clarus *lib.5. recept. pract. crim. §. final. q.58. n.25.* dicens ſic fuiſſe deciſum per Senatum. Et ita quoque tenent Plaza *de delictis, c.42. n.23. &* 24. Ceuallos *in ſuis communi. q.333. n. vnic.*

AD-

Digitized by Google

ADDITIO AD QVAEST. LII.

2 Idem etiam docet Sanchez *lib. 6. sum. cap. 12. num. 35.* Hoc tamen difficultatem patitur, quia licet Nouitius non sit cum effectu religiosus, est tamen in via, vt fiat; & fruitur priuilegijs religiosorum, & est sub cura Prælatorum Regularium, & sub eorumdem correctione, & ideo est aliquid religionis, & persona Ecclesiastica, vt dictum est supra ad *quæst. 48. num. 3.* Et inseruit Ecclesiæ, vnde ad minus censeri deberet eodem iure, quo censentur personæ liberæ inseruientes dominis: & ideo sicut iniuria facta inseruientibus censetur facta dominis, ita etiam iniuria illata Nouitio censenda erit illata Monasterio. Et proinde Peirin. *de Prælato relig. qu. 3. cap. 1. §. 4. num. 126.* putat ius prædictum spectare etiam ad Monasterium.

An patre, aut filio Religiosi sæcularibus interfectis, Religioso, vel Monasterio competat ius accusandi aut pacis ineundæ; & an pretium pacis possit consequi Monasterium? Quæst. LIII.

SVMMARIVM.

1 *Patre, aut alio attinente ad religiosum interfecto ius accusationis, aut pacis non pertinet ad religiosum, aut Monasterium.*
2 *Monachus æquiparatur mortuo quò ad sæcularia*
3 *Religiosus quando possit accusare.*

1 Resp. Negatiuè, quia iniuria nullatenus dicitur illata Monasterio, ergo nec agere nec transigere poterit, minus etiam Religiosus, quia, licet occiso proximior sit, eiusque pater, aut filius, non tamen habet legitimam personam standi in Iudicio. Ergo non potest accusare, & consequenter nec pacem inire. Ita tenet Farin. *prax. crim. tom. 1. tit. de accus. q. 13. n. 1.* qui alios allegat, & ita tenet Sanchez *operis Moralis lib. 6. c. 12. n. 36.* Hinc deducitur, pretium pacis initæ in hoc euentu non posse consequi Monasterium, quia id non est pœna delicti sed pretium cessionis iuris accusandi; & vindictæ *l. item apud Labeonem, §. si quis seruo, ff. de iniur.* Ideo talis pecunia non Monasterio, sed alijs defuncti filijs est applicanda. Sic Farinac. *ea quæst. num. 13. num. 25.* paulo post princ.

ADDITIO AD QVAEST. LIII.

2 Idem tradunt Peirin. *de Prælato relig. qu. 3. cap. 1. §. 4. num. 126.* Vecchius *in praxi Nouitior. disput. 11. dub. 13. num. 2.* Cum enim religiosus æquiparetur mortuo quò ad sæcularia, cap. *placuit 16. quæst. 1.* & cap. *in præsentia de probat.* vbi Doctores & *in cap. dilecta de rescrip.* ex occisione, aut alia iniuria consanguinei illata non afficitur ipse religiosus iniuria, & proinde nec etiam Monasterium ratione religiosi, & ideo nullum acquirunt ius circa pacem, vel accusationem. Et proinde non est audiendus Vvlpel. *tract. de pac. quæst. 12.* dicens, pacem esse obtinendam à Monasterio, & hoc sufficere etiam quando est obtinenda ab heredibus defuncti.

3 Non hinc tamen fit, quod religiosus omnino priuetur iure accusandi, sed solum quando non interest Monasterio. Nam quando interest, poterit accusare, cum licentia superioris, siquidem tunc prosequitur ius proprium. Ita cap. *Monachi 2. causa 16. quæst. 1.* & notant Glos. *in cap. ex parte* ver. *Licet, de accusat.* Panor. *num. 6.* Felin. *num. 2.* Vide etiam accusare poterit suum Prælatum, vt decernitur in dict. cap. *Ex parte*, neque in hoc requiritur licentia eiusdem Prælati, vt volunt Felin. *cit.* Archidiacon. *in cap. cum postoris, 11. quæst. 7.* nam habet licentiam à iure, vt cum Innocent. aduertit Panormit. *citat.*

An iniuria facta Monacho ante Religionis ingressum, vel ante illum, eius pater, aut filius, occisi sunt, competat Religioso, vel Monasterio Ius pacis ineundæ, aut accusandi? Quæstio LIV.

SVMMARIVM.

1 *Ius pacis aut accusationis pro occisione patris ante ingressum religionis, aut alia iniuria quando transeat ad heredes professi.*
Quando transeat ad Monasterium.

2 Ius pacis, & accusationis transit cum vniuersita- te bonorum.

1 Resp. Negatiuè, sed ius remanere penes filios, vel consanguineos interfecti proximos. ita Farin. *prax. crim. tom. . . tit. de accus. q. 13. n. 27.* qui allegat etiam Bossium, & probat non competere Religioso, quia pro mortuo habetur; non Monasterio, quia ipsi non est irrogata iniuria. Sed hanc sententiam veram credo, si loquamur de Religionibus non habentibus bona in communi, quæ nec succedunt in bonis, aut iura Religiosi: omnia enim illa per professionem transeunt in hæredes ex testamento, vel ab intestato relictos in sæculo. At si loquamur de Religionibus, quæ in bona Religionis succedunt, existimo, id ius accusandi, pacis ineundæ, & compositionis pro iniuria illata recipiendæ, transferri in Monasterium, sicut reliqua iura, & actiones, quæ Religiosus ille in seculo habebat, non professione extinguuntur, sed transeunt in Monasterium, *Iuxta auth. ingressi. C. de sacros Eccl.* & tradita ab omnibus Doctoribus. Si sit autem Religiosus Societatis Iesu solis biennij votis adstrictus. & nondum bonis, ac iuribus sibi competentibus abdicatus, id ius, sicut alia retinebit; si autem ille iam renunciauit, acquiret id ius ei, in quem alijs renunciauit.

ADDITIO AD QVAEST. LIV.

2 Idem tradunt Bossius *tit. de pace, num. 15.* Vechius *in praxi Nouit. disp. 11. dub. 13. num. 2. & sequent.* Peirin. *de prælato relig. quæst. 3. cap. 1. §. 4. num. 116.* Quando autem dicitur, quod in religione capaci bonorum transit ius pacis, & accusationis ita accipiendum est, vt tunc transeat in religionem quando transeunt etiam bona; quia ius pacis, & accusationis est ius reale sequens vniuersitatem bonorum, & transiens cum ipsa; non secus ac iuspatronatus. Et transit ad Monasterium, aut ad sæculares, sicut transit vniuersitas bonorum, cui si professurus renunciet in fauorem alicuius, renunciat etiam consequutiuè in eiusdem fauorem huic iuri.

An Religioso interfecto, vel aliàs læso, competat Monasterio vel Religioso læso ius accusandi, & pacis ineundæ, & consequenter capienda pecunia, ob quam remissio mortis, aut iniuriæ conceditur?

Quæstio LV.

SVMMARIVM.

1 Nouitio interfecto ad quem pertineat multa, cuius intuitu fit remissio.
2 Religioso professo interfecto cuius sit multa offendentis.
3 Multa applicanda Monasterio.
4 Religiosus & omnia iura ipsius sunt religionis. Multa est pretium cessionis iuris accusandi.
5 Religiosus non potest agere pro iniuria sibi illata nisi cum licentia.
Prælatus regularis renuente religioso quando possit remittere iniuriam illi illatam.
6 Satisfactio cui exhibenda ob manus violentam in religiosum.

1 Resp. Quod si Nouitius interficiatur, nullatenus ad Monasterium pertinet, sed ad illos ad quos pertinet, si nouitius ille esset sæcularis, quia Monasterium nondum ius in illum acquisiuit, atque ita dicit fuisse decisum per Senatum; Iulius Clarus, *lib. 5. recept. practi. crimin. §. finali, q. 58.* Plaza *de delict. c. 42. num. 23. & 24.*

2 Quando verò Religiosus interficitur, vel aliàs læditur, & in isto casu variæ sunt sententiæ. Prima sententia docet loquens, quando staret statutum, vt pœna offendentis applicaretur hæredibus offensi, eam applicandam non Monasterio, sed filio relicto in seculo, quia Monasterium est ciuilis hæres, & non naturalis, vt filius. Item, quia ea applicatio fit in ius vindictæ iniuriæ illatæ, quod non est in bonis hæreditarijs, & quoad hoc censetur filius hæres patris, licet abstinuerit ab hæreditate, sic tradit Barbatius *c. in præsentia, num. 117. de probat.* & ibi Felin. *num. 36.* Aret. *num. 75.* Mantua *cap. 61.* & vniuersaliter loquentes, ius accusationis, & remissionis, & pecuniæ soluendæ, pro Monachi occisione, pertinere ad parentes, aut filios in sæculo relictos, tradunt Boerius *decis. 121. num. 9.* Nicolaus Moron. *de tregua, & pace quæst. 134. num. 21. tom. 11. tract. par. 1.* Plaza *de delictis, cap. 6. num. 18. & cap. 24. à n. 16. vsq; ad 20. quia n. 22.* addit, nullo relicto in seculo hærede, pertinere ad Monasterium.

Secunda sententia loquens de eod. statuto, ait, applicari hæredibus ab illo Monacho institutis;

Digitized by Google

tutis ; quare, si instituit Monasterium, illi applicabitur ; secus, si filium, aut filios instituit: quod si simul Monasterium & filium, applicabitur vtrique pro portionibus hæreditarijs. Ratio est, quia statutum defert lucrum hæredibus : at verus heres est is, qui à vero Monacho institutus est. Sic Abb. *eo c. in præsentia, num.47.* & ibi Berous *n.473.* addens, si nullus hæres institutus sit, succedere Monasterium, tum quia succedit in omnia bona professi, sola legitima reseruata filijs : tum, quia hoc acquiritur post professionem, quo casu omnia acquirit Monasterio.

Tertia sententia docet, loquente statute eodem statuto, ea bona applicanda esse Monasterio, & non patri, aut filijs monachi. Ducitur, quia Monasterio censetur illata iniuria, & pro illa agere potest, & non Monachus ; vnde Monasterio vindicta competit iure proprio, & non ratione hereditatis. Item, quia Monachus quoad mundum pro mortuo habetur, & transit in potestatem Abbatis, ergo iudicandus est, vt monachus occisus, & non vt pater eius, qui remansit in seculo. Item, quia hoc ius acquisitum est post professionem, quo casu non succedit hæres institutus ante professionem, quia ille in sola bona ante professionem acquisita succedit; nec statuti verba loquuntur, aut loqui possunt de professis. Item, quia hoc lucrum oritur ex iniuria monacho illata ; at quidquid acquirit monachus, acquirit Monasterio. Hanc sustinet Federicus *cons.34.* Anton. *eo.c. in præsentia* 63. & ibi Decius edit. noua *a num. 221. vsque ad 226.* & ibi Ferrer. *n. 10.* & *duplici sequenti*, explicans siue iniuria illata sit monacho intuitu personæ, siue intuitu Monasterij. Alciat. *lib.3. ff. Cato. num.175. ff de verbor. obligat*, Tapia, alios referens Authen. *ingressi* verbo *sua*, *c.13. n.46. C. de sacros. Eccl.*

Quarta sententia distinguit, si iniuria illata sit monacho intuitu Monasterij, illud est præferendum filijs, & consanguineis monachi interfecti, tam in actus actione, quam in pace inenda, & pœna capienda : si autem facta sit iniuria intuitu personę, præferendi sunt filij, & consanguinei Monasterio. Sic tradit Parisius *eo c. in præsentia, n.128.* Iulius Clar. cum alijs citatis, *lib. 5. receptarum, in practica criminali §. finali, q. 58. num. 25.* Addunt hi duo, quando est dubium respectu cuius iniuria irrogata sit, habendam ab vtroque pacem, & vtrique pœnam applicandam.

3 Ex his sententijs, quamuis non possit negari, quin res sit valde dubia, plus placet tertia, asserens eam pœnam applicandam monasterio, illique competere ius accusationis, & remissionis, propter rationes ibi traditas, quæ idem probant, siue sit statutum aliquod applicans hæredibus occisi, siue id statutum non sit, Atque ita nullam facientes statuti mentionem, docent pecuniam pro occisione illa applicandam Monasterio. Guill. Bened. *c. Raymucius.* ver. *condidit*, & *2. n.17. de testam.* Padilla *l. transire n.38. & 39. C. de transact.* Manuel. *qq. reg. tom.2. qu.42. n.3.* Farinac. *in praxi criminali tom.1. tit. de accusat. q.13. n. 29.* ver. *sed certè*, vbi notat, dum dicitur pacem obtinendam à Monasterio, id intelligendum esse quoad ius accusandi, ac remissionis iuris illius faciendæ, & pecuniæ, vel pęnę pro remissione capiendæ : secus, si agatur de obtinenda pace vigore statuti minuentis pœnam propter pacem, quod fundatum est in quiete Reipub. ad hoc, vt pace inita, extinguantur inimicitiæ, tunc quocunque intuitu facta sit iniuria, est semper pax requirenda à consanguineis, quia, quantumuis Monasterium remittat, non cessat eorum indignatio, atque inimicitiarum, & vindictæ sumendæ periculum.

Atque idem intelligo, & si ille professus interfectus, esset ex religionibus, quæ in eius bona non succedunt : quia rationes tertiæ sententiæ id probant, cum non innitantur iuri succedendi, sed quod iniuria censeatur irrogata Monasterio, & ille monachus censeatur, vt monachus interfectus, & quòd iàm in Monasterij potestatem transierit. Quare, cum eædem rationes militent in Religioso Societatis Iesu post sola biennij vota interfecto, idem in hoc casu censendum puto.

ADDITIO AD QVAEST. LV.

4 Tertiam sententiam, quod scilicet religioso interfecto, aut alias læso, ius accusandi, aut pacis concedendæ pertineat ad Monasterium, & consequenter mulcta quoque illata offensori sit eiusdem Monasterij, tradunt etiam Sanchez, à quo supradicta transcripta sunt, *lib.6. sum. cap.12. num.40.* Berous *in cap. in præsentia num.423. de probat.* Peirin. *de Prælato relig. quæst.3. cap. 1. §. 4. num. 326.* Et ratio clara est. Quia religiosus per professionem transfert seipsum, & omnia sua iura in potestatem religionis, nec aliquo modo pertinet amplius ad agnatos, propinquos, aut alios sæculares, sed totus Deo dicatus. Ergo iura omnia, quæ ipsi de nouo acquiruntur, aut intuitu ipsius, sunt iura religionis, nec vllo pacto pertinent ad extraneos, quantumuis sanguine coniunctos, atque adeo etiam ius

transi-

transigendi, accusandi, pacisconcedendæ. Et proinde cum mulcta non sit pœna delicti; sed pretium cessionis, qua ceditur iuri acculandi, & exigendi vindictam, *l. item apud Labeonem, §. si quis seruo ff. de iniur.* erit illius, qui cedit huic iuri.

3 Hinc autem sequitur, quod religiosus pro iniuria sibi illata agere non potest, nisi cùm licentia superioris, & nomine ipsius, quia ad ipsum spectat actio, vt tradunt communiter Nauar. *com. 2. de regular. num. 24. & 64.* Rosella verbo *Monachus, num. 8.* Sylvester verbo *Religio 8. quæst. 4.* D. Antonin. *3. par. tit. 16. cap. 6. §. 7.* Sanchez *lib. 6. in Decal. cap. 12. num. 15.* Peirin. *de Prælato relig. qu. 3. cap. 1. §. 4. num. 127.* Ratio manifesta est. Quia Monachus non est sui iuris, nec habet velle, aut nolle, sed totus ipse, & omnia eius iura sunt religionis atque adeo etiam ius agendi ob iniuriam sibi illatã. Ex quo fit, quod Prælatus regularis possit renuente etiam Monacho, remittere iniuriam illi illatam, quia cum habeat voluntatem suam translatam in voluntatem Superioris potest Superior illam regere, vt libuerit. quod tamen intelligendum est, si rationabiliter remittat iniuriam; nam si remitteret irrationabiliter, posset se opponere, sicut etiam quilibet alius religiosus, tanquam impediens, quod cedit in detrimentum Monasterij.

6 Ex quo fit, Quod quando quis est absoluendus à sententia canonis ob manus violentas in Religiosum, satisfactio, quæ parti exhibenda est, non est ipsi religioso exhibenda, sed Prælato ipsius tanquam repræsentanti Monasterium, cui in offensione religiosi est illata iniuria; & si absoluendus condemnetur ad aliquid soluendum ob remissionem iniuriæ, seu in satisfactionem pro offensa, eidem Prælato erit exhibendum; ita notant Anton. Gabr. *tom. 2. commun. opinion. lib. 8. tit. 22. num. 51.* Sanchez *lib. 6. sum. cap. 13. num. 8.* Peirin. *de Prælato relig. quæst. 3. cap. 1. §. 4. num. 127. in fine.*

An Nouitius possit eligere sepulturam? Quæstio LVI.

SVMMARIVM.

1 *Nouitius potest sibi eligere sepulturam.*
2 *Est sui iuris.*

1 Resp. Affirmatiuè, quia *cap. fin. de sepult. in 6.* solis Religiosis interdicit, Nouitius autem non est verè Religiosus, maximè in odiosis. Item quia habet velle, & nolle, atque ita docet Franch. *d. c. fin. num. 2.* Armilla in verbo *sepultura n. 6.* & ibi Tabiena *p. n. 5.*

ADDITIO AD QVÆST. LVI.

1 Communis est conclusio, & præter citatos eam tradunt Glos. *in cap. fin. de sepul. in 6.* Ancharan. *ibid.* Sylvester verbo *Sepultura, quæst. 9.* Miran. *de tom. 2. Manual. quæst. 48. ar. 9. conclus. 3.* Rodriquez *in compen. quæst. regul. resol. 18. num. 5.* Villalob. *par. 2. sum. tract. 31. difficul. 2. num. 13.* Sanchez *lib. 6. sum. cap. 14. num. 10.* Diana *par. 5. tract. 3. resol. 109.* Barbosa *de offic. parochi cap. 25. num. 46.* Lezana *in sum.* verbo *Nouitij num. 41.* Samuel. *de sepult. tract. 1. disp. 4. controuer. 1. num. 7.* qui *num. 11.* alios allegat. Rodriquez *tom. 3. quæst. regular. qu. 60. ar. 2.* Gratian. *decis. March. 35. num. 14.* Peirin. *de Prælato relig. quæst. 3. cap. 1. §. 4. num. 130.* Neque hoc in dubium reuocari potest, quia Nouitij sunt sui iuris, cum nondum per professionem, quæ sola abdicat ab eis propria iura, se tradiderint in potestatem religionis. Vnde mirandum est, quod Lanor. *tom. 1. variar. lucubrat. tit 2. cap. 11. num. 100.* dixerit, Nouitium non posse sibi eligere sepulturam; cum non possit assignari, vndenam habeat suam voluntatem alligatam, ne possit eligere.

Nouitius, si moriatur absque sepulturæ electione, vbi sit sepeliendus? & quid si esset in proposito redeundi ad sæculum. Quæst. LVII.

SVMMARIVM.

1 *Nouitius decedens sine electione sepulturæ sepeliendus in Monasterio.*
Etiamsi esset in proposito redeundi ad sæculum.
2 *In sacramentis, &c. Nouitius subditur religioni.*
3 *Velle aliquid non inducit ipsum, nisi sequatur executio propositi.*

2 Resp. Quòd quidam dicunt sepeliendos esse in Ecclesia, in qua si forent sæculares, essent sepeliendi, quia non sunt verè Religiosi, Petrus de Vbaldis *de canon. Episcop. c. 9. n. 34.* Angel. in ver. *sepultura num. 26.* qui allegant Archidiaconum. Sed quidquid sit de iure communi, obtentum tamen est consuetudine, vt in Monasterio sepeliantur. Sic docent Tabiena, & Armilla verb. *sepultura num. 6.* Sylvester *q. 8. dicto 7.* & idem docet attentis Religionis priuilegijs, Manuel. *tom. 3. quæst. Regul. 9. 60. à 2. fine.* Temperat hoc Sylvester, nisi Nouitius ille esset in proposito redeundi ad sæculum, quia cùm tunc elegisset in sæculo mori, censetur quoque

elegisse sepulturam. Sed non placet limitatio, quia dum ad sæculum non redijt, adhuc manfit Nouitius: ergo debet gaudere priuilegijs, & consuetudine introductis in Nouitiorum fauorem.

ADDITIO AD QVAEST. LVII.

2 Eamdem sententiam tenent Sanchez *lib. 6. sum. cap. 14. num. 11.* Gratian. *decis. Marchiæ 35. num. 14.* Lauor. *tom. 1. variar. lucubrat. tit. 2. c. 11. num. 99.* Samuel *de sepul. tract. 1. disp. 4. controuer. 1. num. 19.* Peirin. *de Prælato relig. quæst. 3. cap. 1. §. 4. num. 130.* Quamuis enim Nouitius non sit incorporatus religioni, est tamen ipsi aggregatus in ordine ad experiendum, & est religioni addictus in ordine ad sacramenta, etiam quæ à parocho ministrari debent, vt Viaticum, Extrema Vnctio, Communio Paschalis, & censetur eodem iure quò ad priuilegium fori. Vnde cùm non sit amplius subditus parochi, sed religionis subiectione voluntaria, quoad sepulturam quoque spectabit ad Monasterium.

3 Et rectè reijcitur limitatio Syluestri de proposito redeundi ad sæculum, nam hoc propositum non extrahit nouitium à statu nouitiorum, sicut etiam voluntas mutandi parochiam non subtrahit à iure parochi, sed requiritur factum soluens illum contractum, quo Nouitius se tradidit experiendum religioni, & ipse acceptauit religionem experiendam; siquidem voluntas redeundi ad sæculum non facit redire, sed requiritur factum. Vnde non sufficit in hoc, velle, nisi etiam sequatur exequutio, *l. quidam cum filium, ff. de hæred. instit.* vbi Imola, Bart. & cæteri Doctores.

Quibus expensis sepeliendi sint Nouitij? Quæstio LVIII.

SVMMARIVM.

1 *Nouitij, si careant patrimonio sepeliendi Monasterij expensis, Secus, si habeant.*

Seruanda consuetudo.

2 *Si habeant patrimonium, quando adhuc sepeliendi expensis Monasterij.*

1 Resp. Quòd videntur non Monasterij expensis sepeliendi, cum non sint veri Religiosi. Sed dicendum est, si patrimonio careant, esse expensis Monasterij eos sepeliendos, quia sunt à Monasterio admissi, vt experiantur, & sunt membra illius, & inhumanum esset eos insepultos relinquere. Si verò patrimonium habeant, sunt illius expensis sepeliendi: quòd non sint Religiosi, & si tunc Monasterium eos sepelliat, repetet expensas ab hærede. Ita docent Petrus de Vbaldis *de canon. Episcopal. c. 13. n. 3.* Manuel. *quæst. Regul. tom. 3. q. 60. art. vlt.* Quibus addo, seruandam esse consuetudinem, si ea haberet, vt in quocumque casu expensis Monasterij sepelirentur. Sanchez *lib. 6. cap. 14. n. 12. Operis Moralis.*

ADDITIO AD QVAE S. T. LVIII.

2 Idem tradunt Peirin. *de Prælato relig. quæst. 31. cap. 1. §. 4. num. 130.* Laiman. *lib. 3. theol. moral. tr. 5 sect. 5. cap. 12. num. 6.* Lauor. *tom. 1. variar. lucubr. tit. 2. cap. 16. n. 46.* Lezana *in sum.* verbo *Nouitij, num. 4.* Samuel *de sepul. tract. 1. disp. 4. controuer. 3. num. 17.* Et quidem si non habeant patrimonium, certum est, sepeliendos expensis Monasterij, quia magis pertinent ad ipsum, quàm populus ad parochum; vnde si is tenetur gratis sepelire, qui non habent, vnde subministrentur expensæ, multò magis tenebitur Monasterium sepelire nouitios. Verum si habent patrimonium, adhuc subdistinguendum videtur. Vel enim ex pacto, seu consuetudine tenetur nouitius soluere expensas alimentorum, & tunc manebit obligatum eius patrimonium, seu bona ipsius ad expensas sepulturæ. Quia expensæ pro sepulturæ sunt accessoriæ ad expensas alimentorum; & qui alere tenetur, tenetur etiam curare sepulturam. Si vero non tenetur ad expensas alimentorum, tunc quia Monasterium recipiens nouitium se obligat ad alendum, manet etiam obligatum ad expensas sepulturæ.

Digitized by Google

An teneatur Monasterium soluere expensas ab alio factas in funere Nouitij defuncti extra Monasterium, vbi ex Superioris obedientiæ erat: & quid si Nouitius ille patrimonio careat, ac parentes eius superstites sint, ac diuites? Quæstio LIX.

SVMMARIVM.

1 *Expensæ pro sepultura Nouitij defuncti extra Monasterium, quando pertineant ad hæredes, & quando ad Monasterium.*
2 *Pertinent ad Monasterium, quando de suo tenetur alere Nouitium.*
3 *Quid si Nouitius moretur extra religionem cum animo non redeundi.*

1 Resp. Quòd si Nouitius patrimonium non habeat, nec parentes, tunc tenetur Monasterium, ac si Nouitius in Monasterio defunctus esset: quia sicut Monasterium tenebatur, si in eo mortuus fuisset, ita quoque vbi de Superiorum licentia Nouitius morabatur. Si verò Nouitius ille patrimonio careat, ac parentes eius superstites sint, ac diuites, existimo in hoc seruandam esse consuetudinem receptam in ea Religione, & sequuta ea consuetudine petendi eas expensas ab hærede Nouitij, sepeliendum esse expensis Monasterij, quia in eius obsequio, & sub eius obedientia obijt, separatus omnino, licet reuocabiliter à cura paterna, Sanchez *in oper. moral. lib. 6. cap. 14. num. 13.*

ADDITIO AD QVAEST. LIX.

2 Idem tradunt Laiman *lib. 3. theol. mor. tract. 5. sect. 5. cap. 12. n. 6.* Lauor. *tom. 1. Variar. Lucubrat. tit. 2. cap. 16. n. 46.* Lezana *in sum.* verbo *Nouitij, n. 4.* Mancinus *in practica Visit. infir. tract. 5. dub. 12.* Sarnuel. *de sepult. tract. 1. disp. 4. controuer. 3. n. 17.* Verum Peirin. *quæst. 3. de prælato relig. cap. 1. §. 4. n. 130.* ait, soluendas esse à Monasterio, & deinde Monasterium posse repetere ab hæredibus, si Nouitius relinquat post se aliqua bona. At hæc difficultas resoluenda est iuxta dicta ad *præced. quæst.* vt nimirum Monasterium teneatur de suo subministrare expensas, etiamsi nouitius relinquat bona post se, si tenebatur de proprio alimenta præbere: secus autem, si non tenebatur.

3 Est tamen aduertendum, quod si Nouitius maneret in domo suorum parentum, aut aliorum, cum animo non redeundi amplius ad religionem, & aliquo pacto declarasset hunc animum, tunc nullo pacto Monasterium teneretur ad expensas pro sepultura, siue ad quascunque alias. Nam tunc mora extra Monasterium, stante dicto animo declarato, haberetur pro recessu à religione: quia licet esset ex causa, quæ non solueret permanentiam in religione, coniuncta tamen cum tali animo solueret, quia ex ipso subesset nouæ causæ.

An Religiosus viator mortuus in Hospitali, vel aliqua domo priuata, debeat sepeliendus deferri ad suum Conuentum, vel in Parochialem Ecclesiam? Et quid de Clerico seculari peregrino dicendum est? Quæstio LX.

SVMMARIVM.

1 *Religiosus moriens extra religionem sepeliendus est in suo monasterio, si ad ipsum commode deferri possit.*
2 *Vbi sepeliendus, si ad ipsum commodè deferri non posset.*
3 *Potest eligere sepulturam.*
4 *Non electa sepultura, vbi sepeliendus.*
5 *Regulares possunt religiosum suum mortuum extra claustra leuare inconsulto Parocho, & ad suas Ecclesias deferre.*
Etiamsi à Parocho receperit sacramenta.

1 Resp. Quòd hanc quæstionem ex professo ponit Nicolaus Boerius, *decis. 175.* vbi dicit, quod si dictus Religiosus fuisset eiusdem Conuentus professus, non esset dubium, quin in suo Conuentu, & Monasterio deberet sepeliri: ex quo poterat ibi commodè portari, vt *c. Religiosi, de sepult. lib. 6.* seu iste censetur viator, & peregrinus, vnde secundum Archid. *in c. 1. eod. tit.*

Digitized by Google

tod. tit. & *lib.6.* debet in Ecclesia Parochiali illius loci sepeliri, *argum. c. Ecclesias*, 13. q. 1. & idem tenent Archid. & Ioan. de Turrecremata, & Lapus *in d. c. Religiosi*, & Palaus de Leazar. *in Cle. dudum, eod. tit.* Sed Glossa, *in c. in nostra, eod. tit. in antiq.* quam sequuntur Innoc. Ioan. Andr. & Zabar. *in c. 1. eod. tit.* tenet, quòd apud Ecclesiam Cathedralem, *argum. vbicunque* 13. *q.* 2. & idem Cardin. *in Cle. dudum, §. verum q.* 20. *de sepult.* Sed Ant. Butr. *in d. c.* 1. dicit, quòd talis Religiosus debet sepeliri in Monasterio sui Ordinis, vt 16. *q.* 1. *c.* 1. *in fin.* ibi, *mortuum non sepeliat, nisi Monachum in Monasterio secum commorantem, vel si fortuito quenquam aduentitium fratrum, ibi mori contigerit.* & ibi Glo. quod dictum Antonij fortè secundum Abbatem Siculum non procedit, vt statim dicam. Si verò sit Clericus sæcularis peregrinus, tunc debet sepeliri in Ecclesia Cathedrali. Sed Abb. Siculus *in d. c.* 1. non facit differentiam inter Religiosos & sæculares Clericos; & ipsos laicos, *argum. c. attendendum, de consecr. dist.* 1. & *d. c. Religiosi*, in laicis tenet ibi Ant. Quòd si traxerunt moram in loco per aliquod tempus, vel venerunt animo standi ibi per aliquod tempus, sicut sunt scholares, tunc debent sepeliri in Ecclesia Parochiali, *vt no. in c. omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remiss.* & per Gloss. in Clem. 1. *de priuilegijs*; & ipsum in hoc sequitur Abb. *in d. c. in nostra*. & idem tenet Calder. *in cons.* 2. *tit. de sepult.* Et illud dictum facit multum pro Religiosis Mendicantibus, & contra Abb. Sicul. iudicio meo: quia Religiosi Mendicantes, qui non habent proprium Monasterium, aut Conuentum, nisi illum, in quo vltimo missi sunt, ex obedientia per tempus, & tempora per omnes Conuentus eorum Ordinis transmittuntur. Ergo in ipsis Conuentibus sepeliendi sunt, quia ibi causa moræ transmittuntur, & sacramenta recipiunt Ecclesiastica, & sic non censentur tales Religiosi peregrini, & transeuntes, si portari possunt.

2 Ideò in casu nostro Religiosus exiens, & intrans hospitale, & ibi decedens, debet sepeliri in Conuentu sui Ordinis, ex quo exiuit, & moram traxit. Et illud dicitur propriè Monasterium, ad quod propriè portari potest, iuxta dictum *cap. si Religiosi*, & *cap. nimis in primo.* & ibi Abb. Sic. *de excess. Prælat.* Vbi dicitur, quòd possunt eligere sepulturam, si sunt in remotis extra eorum Monasterium, vt tenet ibi Innoc. quem sequuntur Abb. & Doct. ibi, & Hostien. *in c. quòd de vxore, de sepult.* & Arch. *in d. c.* 1. 16. *q.* 1. & *c. vt priuilegia, de priuileg.* & ibi Hostien. & Doct. *& hodie est text. in d. c. si Religiosi, lib.6.* Sed si commodè portari possunt in eorum Conuentum, debent ibi humari. Vnde hic censentur, ac si essent in ipso Conuentu, quia præsens habetur, qui in hortis est, *l. præsens, cum l. seq.* & ibi Bal. & Alex. *in addi. ad Bar.* & Alberic. de Rosate, *ff. de procura.* & etiam bonus text. *in c. 1s, qui, in fin. de sepul. lib.6.* & ita intelligit Philipp. Franch. *in d. c. si Religiosi, in pen. q.* & etiam de Anch. videlicet, quòd Religiosus, qui in remotis decessit, sepeliatur in Ecclesia Parochiali, si non electa sepultura decesserit: aliàs in loco Monasterij sui Ordinis, si commodè potest portari. *& ita alleg.* Alb. Sicul. & tenet Henr. Boic. *in d. c.* Angel. de Claua. *in sua summa in* 3. *par. tit.* 10. *c.* 5. *in princ.* Quemadmodum dicitur de Nouitio, seu ingresso Religionem, qui moritur intra annum probationis, quòd sepelietur in Conuentu, seu Monasterio, in quo habitum recepit, & non in prima Ecclesia, vnde priùs erat Parochianus, ex quo fuit conuersus, & mutauit, seu mutare voluisse videatur domicilium, & sic desinit esse Parochianus primæ Ecclesiæ, *c. fin. de Parochia.* Secundum Goffred. & Hostien. Io. Andr. & Anton. de But, *in c. de his*, quos sequuntur ibi Anch. & Abb. Sicul. *de sepult.* & Petr. de Perus. *in tract. de Canonic. port. vers.* 12. *quæritur*, & Abb. Sicul. *in c.* 2. *in princ. eod. tit. in l.6.* Licèt ibi Archid. & Dominic. teneant contrarium, sequendo Tancred. Sed in vtroque casu præcedentem opinionem tenent Syluestr. *in sua summa intitulata Syluestrina, in* 2. *par. de sepul. §.* 8. *versic. secundum peregrini s & vers. septimum Religiosi*, vbi dicit *in d. ver. secundum peregrini*, Quòd standum est consuetudini: quæ si non apparet, stabitur distinctioni Domini Antonij de But. qui optimè iuribus iura concordat: & opinioni distinguenti regulariter statur, vt ibi dicit. *& in verb. septimum Religiosi*, Quòd Nouitij debent vsu, & consuetudine sepeliri in illis Monasterijs, in quibus assumpserint habitum. Et ita concluſum fuisse in fauorem Religiosorum contra Curatum Parochialis Ecclesiæ.

ADDITIO AD QVAEST. LX.

3 Religiosum decedentem extra religionem non posse sibi eligere sepulturam, tradunt Innocent. *in cap. Nimis iniqua n.* 2. *de excess. prælat.* Franc. *in cap. fin. n.* 3. *de sepult. in 6.* Dominic. *ibid.* Quia adhuc non habent proprium velle. At posse eligere, est communis, & approbata sententia. Ita Glos. *in cap. fin.* verbo *Commodè*, *de sepul. in 6.* Monac. *ibid. in fine.* Anchar. *item in fine.* Abbas *in cap. Nimis*

Nimis iniqua, n.2. de exceſſib. prælat. Nauar. *Commen.2. de regular.n.53.* Roſel. verbo *Sepultura* 2.*n.1.* Tabiena *q.4.* Sylueſter *q.6.* Armilla *n.6.* Angel. *ibid.* Rodriquez *quæſt. Regul.60. ar.2.* ver. *Aduertendum. tom.3.* Sanchez *lib.6. ſum. cap.14. n.3.* Lauor. *tom.1. Variar. Lucubrat. tit. 2. cap. 11. n. 93.* Riccius *reſol.293. n.39. tom. 8. praxis fori Eccleſiaſ.* Barboſa *de parochis, cap. 26. n. 3.* Laiman *lib.3. theol. moral. tract.5. c.9. n. 6.* Rodriquez *in compend. reſol 128. n.16.* Lezana *par.1. quæſt. regular. c.9. n.10.* Diana *par.5. tract.3. reſol.110.* Et ita ſtatuitur in cap. *fin. de ſepult. in 6.* nam cum diſponatur, quod religioſi non poſsint ſibi ſepulturam eligere, ponitur exceptio, *Niſi tàm remotè à Monaſterijs moriantur, vt commodè ad ipſa deferri nequeant*; qui caſus cum ſit exceptus, dat exceptio facultatem eligendi. Tunc autem eligunt ex interpretatiua voluntate ſui ſuperioris, & ex ipſius ratihabitione; non autem in virtute propriæ voluntatis, qua caret.

4 Quod ſi ſepulturam non eligat, nec commodè ad Monaſterium deferri poſſit, tunc ſepeliendus erit iuxta ius commune, quia ceſſat ius electionis, & ius proprium religionis, & proinde ſubintrat ius commune; vnde erit ſepeliendus tanquam ſi eſſet ſæcularis aduena. Ita Gloſ. *in cap. fin.* verbo *Nota primò, de ſepult. in 6.* Ancharan. & Franc. *ibid.* Sanchez *lib.6. ſum. cap.14.n.4.* Barboſa *ad dict. cap. fin. n.4.* Diana *par.5. tract. 3. reſol. 110.* Lezana verbo *Sepultura, n.6.* Samuel. *de ſepul. to. 1. diſp. 4. controuer.6. n.18.*

5 Ex quibus ſequitur, quod Regulares poterunt ſuum religioſum extra religionem defunctum deferre ad proprias Eccleſias abſque eo, quod vllum eis impedimentum obijciatur, etiam inconſulto Parocho. Ita Peirin. *de priuileg. ad Conſtit. 7. Pij V. n.13.* ver. *Ad decimum.* Lezana *tom. 1. q. regular. c.12. n.41.* & *in ſum.* verbo *Sepultura, n.16.* Diana *par.5 tract.3. reſol.110.* Barboſa *de Parochis, c. 26. n.68.* Archangel. Roman. *de priuileg. lib. 3.* verbo *Sepelitio.* Samuelius *de ſepult. tract.1. diſp.4. controuer.4. n.1.* & alij. Et ita declarauit S. Congregatio Epiſcop. & Regul. *in vna Puteolana 22. Maij 1615.* & Sacra Congregat. Concilij *die 2. Iulij 1620.* ad inſtantiam Cardinalis Ludouiſij Archiepiſcopi Bononienſis. nam propoſito dubio. *An cum Fratres aliqui extra Monaſterium moriuntur, & à Curatis ſacramenta receperunt, poſſint ab eorum ſuperioribus ad ſuas Eccleſias deferri, Parochis inconſultis.* Reſpondit. *Regulares extra clauſtra decedentes poſſe ad eorum Eccleſias deferri, etiam Parochis inconſultis.* Ex quibus patet, quod hoc habet locum, etiamſi à Parochis ſacramenta receperint, quia non recipiunt de iure, cum non ſpectet ad Parochos miniſtrare, ſed per accidens in defectum miniſtrorum legitimorum. Ratio autem eſt, quia religioſi, licet ſint in Parochia, nullo pacto pertinent ad locum Parochorum, & ſtante omnimoda exemptione nullum ius competit Parochis ſupra ipſos, & proinde nec etiam ad eorumdem cadauera.

An Religionis Prælatus poſſit ſibi eligere ſepulturam? & an finita Prælatura ſit ſepeliendus in loco electo? Quæſtio LXI.

SVMMARIVM.

1 *Generales, & alij ſuperiores minores poſſunt ſibi eligere ſepulturam.*
2 *Ceſſat electio finito officio.*
3 *Prælati regulares cur poſſint eligere ſepulturam.*
4 *Poſſunt eligere extra propria monaſteria, ſed rationabiliter.*
Potentia non ſe extendit extra terminos rationis.
5 *Generalis irritare poteſt electionem ſepulturæ Prælatorum inferiorum.*
6 *Electio ſepulturæ non valet finita prælatura.*
7 *Expenſæ pro ſepultura electa à Prælato vnde ſumendæ.*
8 *Funus Religioſorum non debet duci per ciuitatem &c.*

1 Reſp. Quòd quidam negant, id ſolùm concedentes Supremo Religionis Prælato, qui eſt Generalis, quòd in alijs militet ratio *c. fin. de ſepul. in 6.* cum non habeant velle aut nolle. Sic tradunt Sylu. *v. ſepultura, q.6.* & ibi Armilla *n.6.* Quòd Generalis id poſſit, patet, quòd in multis habeat velle, aut nolle, & habeat ſubditos in ſua poteſtate, & ita ſatis innuit Io. Andr. *in d. c. fin. in fin. de ſepult. in 6.* dum ait intelligendam eſſe eam propoſitionem de Religioſo clauſtrali, quaſi dicat, de eo, qui eſt alteri ſubiectus in Monaſterio, & tenet ſub aliquali dubio Abb. *c. de vxore, n.5. de ſepult.* item tenet Franchus *d. c. fin. v. ſepultura, 2.n.2.* Tabien. *v. ſepult. q.4. n.5.* Manuel. *qq. Regul. tom.3. q.60. ar.1.*

2 Quod ſi Prælatus hic eligeret ſepulturam, & poſtea decederet, finita Prælatura; non eſſet ſepeliendus in loco electo, ſed in ſuo Monaſterio, quia inſpicitur tempus mortis ad habilitatem eligendæ ſepulturæ diſcernendum: at tunc temporis non erat ille Abbas: ſic docet Petrus de Vbaldis, quem refert, & ſequitur Manuel allegatus.

Digitized by Google

ADDITIO AD QVAEST. LXI.

3 Quod ſolus Generalis poſsit ſibi eligere ſepulturam, tradit etiam Laiman *lib. 2. theol. moral. tract. 5. c. 9. n. 6.* ver. *Porrò*. Sed communis ſententia tenet, quod Prælati quoque minores poſsint ſibi eligere ſepulturam. Quod tradunt etiam Abbas *in c. de vxore, n. 5. de ſepult.* Fran. *in c. fin. n. 2. de ſepult. in 6.* Roſel. verbo *Sepultura 2. n. 2.* Tabiena *q. 6.* Rodriquez *q. regul. 60. ar. 1. tom. 3.* Alter Rodriquez *in compen. reſol. 128. n. 16.* Sanchez *lib. 6. ſum. c. 14. n. 7.* Lezana *par. 1. q. regul. c. 9. num. 10.* Palaus *par. 3. oper. moral. diſp. 4. §. 8. pun. 13. n. 1.* Samuel. *de ſepult. tract. 1. diſp. 4. controuer. 8. n. 4.* Argum. ex contrario ſenſu cap. *fin. de ſepult. in 6.* nam ibi decernitur Religioſos non poſſe ſibi eligere ſepulturam, quia non habent proprium velle; vnde cum Superiores etiam locales habeant circa ea, quæ pertinent ad regimen conuentus, & ſui ipſorum, poterunt eligere, dummodo tamen à proprijs Conſtitutionibus non prohibeantur.

4 Ex quo fit, quod poſsint ſibi eligere ſepulturam etiam extra propria Monaſteria, vt dixi etiam *in deciſ. moralib. 384. n. 5.* & ſequutus eſt poſtea Samuel. *de ſepult. tract. 1. diſp. 4. controuer. 8. num. 9.* Quia ius eligendi ſepulturam eſt amplum ad quæcunque loca capacia Eccleſiaſticæ ſepulturæ. Verum eſt aduertendum, quod huiuſmodi electio debet eſſe rationabilis, quia omnis poteſtas eſt tantum circa rationabilia, cum debeat eſſe regulata ſecundum regulas rectæ rationis *l. 2. ff. de vſufr. ear. rer. quæ vſu conſum. & l. Reprehendenda, C. de inſtit. & ſubſtit.* & *c. Sunt quædam, 25. q. 1.* Et ideo ſi irrationabiliter eligeret, nulla eſſet electio; vt ſi eligeret in loco, quo deferri non poſſet ſine notabilibus expenſis: aut ſi ex tali electione læderetur honor, & bona opinio religionis, ſicut læderetur, ſi non appareret ſpecialis prærogatiua loci electi, quæ eſſet ſufficiens motiuum ad relinquendam rationabiliter ſepulturam in proprio monaſterio; nam cum amor fraternitatis, quæ eſt inter religioſos, exigat communionem etiam in ſepultura, vt relinqui poſsit; & alia eligi, requiritur præponderans motiuum.

5 Aduertit autem Samuel. *de ſepult. tract. 1 diſp. 4. controuer. 8. numer. 8.* Generalem annullare poſſe electionem ſepulturæ prælatorum inferiorum ante mortem, quia eorum voluntas ſubeſt voluntati Generalis. Non tamen poſt mortem, quia tunc morte confirmata eſt. Verum ratio allata conuincit, quod etiam poſt mortem annullari poſsit; quia voluntas ſubditi, quales ſunt prælati inferiores, quamuis confirmetur morte, confirmatur vt talis, qualis ex ſui natura eſt, nec per mortem ſecluſa confirmatione acquirit diuerſam qualitatem; vnde cum ex natura ſua ſubordinetur voluntati Superiorum, confirmatur per mortem vt ſubordinata, & ab ipſa dependens. & proinde adhuc remanet annullabilis.

6 Quod autem non valeat electio ſepulturæ facta à prælato Regulari, ſi moriatur depoſita prælatura. tradunt etiam præter citatos Sanchez *lib. 6. ſum. cap. 14. n. 8.* Hieronym. Rodriquez *in Compend. q. regular. reſol. 128. n. 16.* Palaus *par. 3. diſp. 4. de Voto obedien. pun. 13. §. 8. n. 1.* Lauor. *tom. 1. Variar. Lucubrat. tit. 2. c. 11. n. 91.* Samuelius *de ſepultur. tract. 1. diſp. 4. controuer. 10. n. 1.* Et ratio eſt, quia electio ſepulturæ non ſortitur effectum, niſi poſt mortem. & proinde electio eſt actus vltimæ voluntatis, vt notat Gloſ. *in c. 1.* verbo *Et ſit ratio, de ſepult. in 6.* & ideo regulatur ſecundum facultatem, quam habet eligens tempore mortis, & ideo cum hæc facultas ceſſet in religioſo cum prælatura, non valebit electio, niſi tempore mortis obtineat prælaturam.

7 Quod autem ſpectat ad expenſas faciendas pro ſepultura prælati, qui ſibi elegit ſepulturam extra monaſterium, Palaus *par. 3. oper. moral. diſp. 4. de voto obedientiæ, pun. 3. §. 8. num. 6.* aſſerit, eſſe deſumendas ex illis bonis, quæ prælatus applicauerit, ſiue ſint ex eiuſdem peculio, ſiue ex bonis Monaſterij, quia tam peculia, quam bona monaſterij ſunt ſub illius diſpoſitione; quod ſi non exprimat, vnde ſumendæ ſint, eſſe deſumendas ex peculio ipſius, ſi habet; & ſi non habet, ex bonis Monaſterij, ſi quidem etiam quando religioſus moritur extra clauſtra, expenſis Monaſterij eſt deferendus ad Monaſterium. Verum, vt dictum eſt etiam ſupra, non tenetur Monaſterium ad expenſas nimis graues pro ſepultura prælati, & in tali caſu electio non eſſet rationabilis, & ideo nulla. Neque prælatus poteſt etiam proprium peculium applicare huic effectui, ſi expenſæ ſint nimis graues, quia tenetur ipſum expendere ſecundum menſuram religioſam: nec poteſt profundere.

8 Denique circa ſepulturam religioſorum eſt aduertendum, quod quamuis religioſus ſit inſignis in prælatura, qualis eſſet Generalis, aut in litteris, aut ſanctitate, aut quocunque alio titulo, non poteſt eius funus duci per ciuitatem, præſertim cum pompa, quia hoc non decet ſtatum religioſum: ſed deferendus eſt ad Eccleſiam ſtatim & recta via. Ita enim declarauit Sacra Congregat. Concil. ad inſtantiam Cardinalis Ludouiſij Bononienſis Archiepiſcopi *die 2. Iulij 1620.*

Si testator in loco, vbi commoratur, sepulturam elegerit in sæculari Ecclesia, cui pro anima sua legata reliquerit; deinde in alio loco decedat, ibique in aliqua Religiosorum Ecclesia sepeliri voluerit, an dicti Religiosi sint admissibiles ad petendum legata Ecclesiæ sæculari prius relicta. Quæstio LXII.

SVMMARIVM.

1 *Legatum cui Ecclesiæ debeatur, quando post conditum testamentum mutata fuit parochia, si relictum sit Ecclesiæ parochiali.*
2 *Quid si in totum mutata fuit parochia.*
3 *Legatum factum parochiali cum electione sepulturæ, mutata electione transit ad Ecclesiam, in qua est electa sepultura.*
4 *Præsertim si non constet de motiuo speciali legandi priori Ecclesiæ.*
Et stante consuetudine legandi Ecclesiæ sapulturæ.

1 Resp. Negatiuè per ea, quæ decidit Cyn. post Pet. de Bellapert. *in l.* 1. *ver.* 6. *quæro, C. de sacros. Eccl.* vbi dicit, quòd, quando reliquit Ecclesiæ Parochiali decem, & tempore testamenti habitabat in vna parochia, & tempore mortis in alia, in qua sepultus fuit, recurrendum est ad coniecturas. Et coniecturis cessantibus, si legatum erat modicum, respiciens sumptus tamen funeris, tunc debetur illi, in qua est sepultus. Si verò esset magnum, tunc debetur Ecclesiæ parochiali, in qua erat tempore facti testamenti, cuius contemplatione fecisse videtur, *vt l. nec adiecit, ff. pro soc.* Et eum sequuntur Gul. de Cun. *in vlt. q. fol.* & etiam Paul. de Cast. *in d. l.* 1. vbi Gul. *alleg. text. in l. alumnæ, §. Titia liberta, ff. de adi. leg.* Et tenet Bar. Soccin. *l. quæ conditio, §. fi. in* 4. *q. ff. de cond. & demonst.* & Rom. *in auth. similiter in l. in* 33. *priuileg. C. ad leg. falc.* & Ias. *in d. l.* 1. *in lectura Papien.* Et in terminis consuluit Feder. de Sen. *in cons.* 10. *incip. casus talis. Quidam elegit sepulturam apud fratres Minores.* Imò plus, vult, quòd Ecclesia, in qua prius elegerat sepulturam, non teneatur soluere canonicam portionem de sibi relictis, sed Ecclesia, in qua fuit sepultus, & tenent Io. And. & Dominic. Petr. de Anch. & Philipp. Franc. quando est expressa Ecclesia, prout in casu nostro; vel etiam quando testator non mutauit parochiam, sed de tempore testamenti habitabat in vna, & tempore mortis in alia, vt sentit Abb. *in cons.* 119. *ver. circa secundum dubium.*

2 Aliàs verò, si mutauit in totum parochiam, debetur illi parochiæ, quæ erat tempore mortis, cùm illud tempus sit considerandum, argum. *l. placet, cum sequen. ff. de liber. & posthum.* & *l. quidam, ff. de vin. & triti. leg.* & *l. si ita. ff. de aur. & argen. leg.* Aduerte tamen, quòd Gul. de Cun. *in d. l.* 1. loquitur quando testator mutauit domicilium, & Parochiam, quòd prima Ecclesia habeat legatum. & idem Io. And. *in d. c.* 2. & Alber. *in d. l. quæ conditio, §. fin.* Tamen opin. Pet. de Anchar. videtur mihi magis æqua, & iuri consona, ex quo mutauit domicilium causa perpetuæ moræ, vt arg. *c. Is, qui, de sepul.* nisi aliud appareat de mente Testatoris, *l. si seruus plurium, §.* 1. *ff. de leg.* 1. Et ita concluſum fuisse in Curia Burdegalen. asserit Nicolaus Boerius, *decis.* 176.

ADDITIO AD QVAEST. LXII.

3 Quæ in quæstione resoluuntur, non videntur plenè satisfacere titulo quæstionis: vnde quando testator legat parochiali, & declarat, se in ipsa velle sepeliri, & postea mutata voluntate eligit sepulturam in alia Ecclesia siue sæculari, siue regulari; tunc legatum factum priori Ecclesiæ censetur translatum ad posteriorem, virtute electionis sepulturæ. Nam cum tali casu testator leget eligendo sepulturam, legatum censetur annexum sepulturæ: & ideo mutata electione sepulturæ censetur etiam translatum legatum, vt tradunt Ancharan. *in cap. Filius, n.* 9. *de testamen.* Ferret. *consil.* 163. *n.* 1. Mantica *lib.* 12. *de coniect. vlt. volunt. tit.* 2. *n.* 33.

4 Quod præsertim locum habet, si non appareat speciale motiuum relinquendi priori Ecclesiæ, quod potuerit trahere voluntatem testatoris; nam tunc ratione consuetudinis relinquendi Ecclesiæ, in qua sepelitur testator, habet locum coniectura, quod mutando electionem sepulturæ, mutauerit etiam legatarium, vt obseruat Mantica *lib.* 8. *de coniect. vlt. volun. tit.* 6. *n.* 6. Nec obstat *decis.* Boerij 176. *in q. citata*, quia loquitur de legato relicto Parochiæ, & testator non mutata parochia, ex accidenti decedit in alia parochia, non electa noua sepultura.

An

An pactum, iuramentum, votum, vel fides interpoſita ad ſuggeſtionem Regularium, vel Clericorum, de eligenda ſepultura, vel electa non mutanda, ſint prohibita ſub aliqua pœna? Quæſtio LXIII.

SVMMARIVM.

1 *Religioſi inducentes ad electionem ſepulturæ cum pacto, iuramento, aut voto, ſunt ipſo facto excommunicati.*

Quod ſi abſque ſuggeſtione liberè obligat ad ſepulturam, tenetur ſeruare.

Acceptans hæreditatem &c. cum onere ſepulturæ in aliquo loco, tenetur ſeruare.

2 *Inducentes ad electionem ſepulturæ reuocabilem, non incurrunt excommunicationem.*

3 *Nec ſi inducant ad electionem in Eccleſia aliena.*

4 *Nec quando electio eſt ratione oneris annexi hæredit.ti &c.*

5 *Nec ſi inductio ſit ad electionem per teſtamentum, aut codicillum.*

6 *Quid ſi Franciſcanus, & Dominicanus inuicem conueniant, vt hic pro illius Eccleſia, & ille è contra pro huius inducat &c.*

7 *Quæ ignorantia excuſet ab excommunicatione.*

1 Reſp. Sunt prohibita ſub pœnis contentis *in c.1. de ſepult. in 6.* & inducentes ſunt ipſo facto excommunicati, nec ab alio quàm à Romano Pontifice præterquam in mortis periculo poſſunt abſolui. *Clem. cupientes de pœnis.* Nihilominus, qui non inductus ad aliorum ſuggeſtionem promittit, & liberè ſe obligat ad ſepulturam in aliquo loco, & iurat, tenetur ad obſeruantiam iuramenti. Ita determinauit Rota Romana *decis. 2. de ſepult.* Cæſar de Graſſ. *ex Specul. §. compendiosè, n.26. de inſtrum. edit. & in tit. de ſepult. n.6.* & Hoſtien. quem ſequitur Angelica in verbo *Sepultura, n.40.* Quidquid alij dixerint, & concluſum fuit in Rota, quòd accipiens maioratum, fideicommiſſum, vel donationem, & aſtringens ſe iuramento ad eligendum ſepulturam, ſecundum voluntatem teſtatoris, tenetur ad obſeruantiam, quia res debet tranſire cum cauſa ſua, & ſi nolebat iuramento aſtringi, debebat amittere maioricatum, vt latiùs in *d. deciſ.* habetur.

ADDITIO AD QVAEST. LXIII.

2 Excommunicatio, de qua in quæſtione, comprehendit ſolum inducentes ad obligationem irreuocabilem, qualis eſt obligatio voti, iuramenti, & promiſſionis acceptatæ. Vnde ſi Regulares ſolum perſuadeant, quamuis ſequatur electio, dummodo ſit reuocabilis, non habebit locum excommunicatio. Ita Rodriquez *par.4. ſum. cap.30. num.10.* Nauar. *cap.27. Manual. n.* 103. D. Antonin. 3. *par. tit.* 24. *cap.*31. Angelus verbo *Sepultura n.*35. Suarez *diſp.*22 *de cenſur. ſect.4. n.* 25. Mancin. *in praxi viſit. inſtr. par.* 5. *prac.* 5. *dub.* 3. ver. *Hoc vero.* Filliuc. *tractat.*25. *n.*171. Verba enim citati cap. 1. *de ſepult.* & Clemen. *Cupientes de pœnit.* non poſſunt accommodari huic caſui, cum expreſsè tex. loquatur de inducentibus ad eligendam ſepulturam mediante voto, iuramento, promiſſione &c.

3 Rurſus dicta excommunicatio non habet locum, quando Regulares inducunt ad electionem ſepulturæ obligatoriam cum voto, iuramento &c. in Eccleſia aliena, quia tex. id prohibentes loquuntur ſolum de electione in propria Eccleſia Regulari. Et ita notant Monach. *in dict. Clemen. Cupientes, §. fin. de pœn.* Ancharan. *ibid.* Geminian. *in cap.* 1. *de ſepult. in 6.* Angelus verbo *Sepultura, nu.* 35. Rodriquez *tom.3. q. regul. q.*58. *ar.*7. *dub.* 4. Tolet. *lib.* 1. *ſum. c.*36. *n.*30.

4 Nec ſimiliter habet locum, vt dicitur in quæſtione, quando electio, etiam cum iuramento, fit ratione oneris annexi hæreditati, maioratui, donationi, vt obſeruant etiam Genuenſ. *in praxi Curiæ Archiepiſc. Neapol. c.*61. *n.*15 Riccius *in praxi reſol.* 573. *n.*5. *par.* 1. Samuel. *de ſepul. tract.*1. *diſp.*2. *controuer.*1. *n.* 40. Quia tex. loquuntur ſolum de ijs, qui inducunt ad eligendam ſepulturam in propria Eccleſia, vt *numero præced.* dictum eſt. Deinde talis electio oritur non ex inductione, de qua loquuntur textus, ſed ex onere reali annexo maioratui, hæreditati &c. atque adeo obligatio eſt realis, & ratione rei afficit perſonam.

5 Nec etiam incurreret excommunicationem Regularis, aut clericus ſæcularis, qui induceret ad eligendam ſepulturam in propria Eccleſia, mediante teſtamento, aut codicillo. Sequitur ex dictis *n.* 2. & in ſpecie ita tradit Samuel. *de ſepult. tractat.* 1. *diſp.*2. *controuer.*1. *n.*22. Ratio eſt, quia, vt communiter docent Doctores, præſertim *n.*2. citati, iura loquuntur ſolum de electione cum obligatione irreuocabili; teſtamentum autem, & codicillus non inducunt obligationem irreuocabilem.

6 Sed quid, ſi Franciſcanus conueniat cum Dominicano, quod ille inducet cum voto, aut iuramento &c. quos poterit, vt eligant ſepulturam in Eccleſia Dominicanorum, & quod iſte inducet eodem modo, vt eligant in Eccleſia Franciſcanorum, an effectu ſequuto incurrant excommunicationem. Affirmant Angelus, verbo *Sepultura, n.*36. Samuel. *de ſepult. tract.*1. *diſ.*2. *controuer.*1. *n.*29. qui volunt, quod dicta iura procedant etiam quò ad indire-

directè inducentes. Quæ tamen reſolutio patitur difficultatem, quia pœnæ non ſunt extendendæ, & dato etiam quod lex pœnalis extendatur ab identitatem rationis, non tamen extenditur pœna. cap. *Pœna, de pœnit. diſt.* 1. vbi, quod pœna non excedit caſum proprium, & obſeruant Io. Andr. *in cap. Stipendia, n.* 8. *de reſcrip.* Gemin. *ibid.* Anton. *in cap. fin. num.* 58. *de conſuet.* Abbas *in cap. Ex reſcripto, n.* 14. *de locat.* Iaſ. *in l. Non dubium ver. Secundò ſingulariter, C. de legib.* Caſtro, *lib.* 1. *de lege pœn. cap.* 7. *docum.* 3. & alij quos citat & ſequitur Merol. *tom.* 1. *theol. moral. diſp.* 4. *c.* 9. *n.* 8. *ver. Caterum.* Et ideo cum iura loquantur ſolum de inducentibus ad eligendam ſepulturam &c. non comprehendent ſaltem quò ad pœnam paciſcentes cum alio, vt inducat.

7 Denique eſt aduertendum, quod pro contrahenda hac excommunicatione, requiritur auſus temerarius, nam fertur contra temerarios violatores Clem. *Cupientes*, §. *Sanè de pœn.* & proinde ignorantia quæcunque etiam affectata, quæ excludat temeritatem, ſufficiet, vt non incurratur excommunicatio, iuxta ea, quæ tradunt tàm in præſenti materia, quàm in communi de cenſuris, Sanchez *lib.* 2. *ſum. c.* 10. *n.* 38. Aluarez 1. 2. *diſp.* 158. *in fine.* Duard. *in Bul cœna lib.* 2. *q.* 36. Filliuc. *tract.* 22. *c.* 7. *n.* 205. Diana *par.* 3. *tract.* 6. *reſol.* 7. Bonac. *diſp.* 2. *de cenſur. q.* 5. *pun.* 4. *n.* 9. Merol. *tom.* 1. *theol. moral. diſp.* 1 *c.* 2. *n.* 646. & in terminis huius excommunicationis Suarez *diſp.* 22. *de cenſur. ſect.* 4. *nu.* 26. Mancin. *in praxi viſit. infir. pract.* 5. *in Addit. ad dub.* 3. *in fine.* Samuel. *de ſepult. tract.* 1. *diſp.* 2. *controuer.* 4. *numer.* 5. & 8.

Quot teſtes requirantur ad probandam electionem ſepulturæ, & an per teſtes ſingulares probetur? Quæſtio LXIV.

SVMMARIVM.

1 *Pro ſepulturæ electione probanda ſaltem duo teſtes requiruntur.*
2 *Teſtes ſingulares ſufficiunt pro probanda electione ſepulturæ.*
3 *Teſtis vnicus cum adminiculis, probat electionem ſepulturæ.*
4 *Teſtes ſingulares in tempore probant, quando tempus non eſt de ſubſtantia actus.*
5 *Dictum Confeſſarij ſufficit. Vnico interpreti creditur.*
6 *Quando dictum vnius ſufficiat pro electione ſepulturæ.*

1 Reſp. Quòd ad probandam electionem ſepulturæ requiruntur ſaltem duo, vel tres teſtes, cùm ſit ſpecies vltimæ voluntatis, & agatur in ea de præiudicio Eccleſiæ Parochialis, ſicut quælibet diſpoſitio ad pias cauſas requirit numerum duorum, vel trium teſtium, *c. cum eſſes, de teſt.* Ita Sebaſtianus Medices, *de ſepult. q.* 8. quo loco ſubdit, ſolum propoſitum eligendi, ſine electione ſepulturæ, non ſufficere, quia propoſitum in mente retentum nihil operatur, *l. ſi repetendi, C. de condit. ob cauſam.*

2 Probatur verò electio ſepulturæ per teſtes ſingulares, nam quando tempus non eſt de ſubſtantia, benè probant teſtes ſinguli. Guid. Pape, *deciſ.* 544. Capell. Toloſ. *deciſ.* 11. & Bellam. *in deciſ.* 368. nam teſtes ſingulares admittuntur, vbi agitur de probando quid in genere: & fuit iudicatum, quòd ſic, vt refert, & ſequitur Crauet. *in tract. de antiq. temp. in* 4. *parte n.* 25. Et in Curia etiam Archiepiſcopali Neapolitana, vt teſtatur Riccius in praxi rerum fori Eccleſiaſtici *deciſ.* 664. *in titulo de ſepult.* Qui multos alios refert Doctores hanc opinionem tenentes.

ADDITIO AD QVAEST. LXIV.

3 Quod ſaltem duo teſtes requirantur ad probandam ſepulturæ electionem, eſt communis doctrina quam vltra citatos tradunt Genuenſ. *in praxi cap.* 61. *num.* 10. Lauor. *tom.* 1. *variar. lucubrat. tit.* 2. *cap.* 11. *num.* 18. Diana *par.* 5. *tract.* 3. *reſol.* 106. Gauantus *in Manual.* verbo *ſepultura num.* 20. Lezana *in ſum.* verbo *ſepultura num.* 11. Samuel. *de ſepult. tract.* 1. *d. ſp.* 5. *controuer.* 11. *num.* 8. Cum enim agatur de præiudicio tertij, non ſufficit vnicus teſtis. Eſt tamen aduertendum: Quod ſi concurrant aliqua adminicula, vnicus teſtis probabit, vt tradunt Abbas *in cap. cum cauſam* ver. *ſed circa hoc, de probat.* Bald. *conſil.* 136. ver. *perſuadentes, vol.* 2. *& in l. Ea quidem, C. de accuſat.* Crauet. *conſil.* 35. *num.* 6. Socin. iun. *conſil.* 1. *num.* 8. *lib.* 1. Bart. *in l.* 1. §. *Idem Cornelio ff. de queſt.* Caſtrenſ. *conſil.* 250. ver. *Et licet videantur lib.* 2. Roman. *conſil.* 54. *in fine.* Barbatia *conſil.* 89. *num.* 2. Cepol. *conſil.* 38. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1230. *num.* 9. *vol.* 3. cum Gloſ. *in l.* 2. §. 1. *ff. de excuſat. tut.* & in cap. *quoniam frequenter §. porro*, verbo *præſumatur, vt lite non conteſt.*

4 Quod autem ſufficiant teſtes ſingulares, tradunt etiam communiter Rolan. *conſil* 81. *num.* 44. *lib.* 2. Spinus *in ſpeculo teſt. gloſ.* 2. *princip. num.* 33. Gutierez *de iuramen. confir. par.* 2. *cap.* 4. *in fine.* Maſcard. *de probat concluſ.* 1297. *num.* 1. Lauor. *tom.* 1. *variar. lucubrat. tit.* 2. *cap.* 11. *num.* 19. Genuenſ. *in praxi cap.* 61. *num.* 8. Barboſa *ad cap. cum ſuper num.* 2. *de ſepult.* qui alios citat. Diana *par.* 5. *tract.* 3. *reſol.* 106. Lezana *in ſum.* verbo *ſepultura num.* 11.

num. 11. Samuel. *de ſepul. tract. 1. diſp. 5. controu. 11 num. 3.* Quia non eſt articulandum tempus, cum non ſit de ſubſtantia illius, quod eſt probandum, & ideo teſtes, licet ſingulares in tempore, fiunt conteſtes in eo, quod eſt probandum, nempe in voluntate defuncti circa ſepulturam. iuxta ea, quæ tradunt Socin. iun. *conſil. 99. vol. 2.* Ruſn. *conſil. 53. vol. 4.* & communiter.

5 Eſt tamen aduertendum, quod ſi moribundus declaret ſuam voluntatem confeſſario circa electionem ſepulturæ, ſufficiet dictum ſolius confeſſarii, vt obſeruant Molfeſ. *par. 2. ſum. tract. 13. cap. 8. n. 32.* & teſtantes de praxi apud Curiã Archiepiſcopalem Neapolitanam ex Concil. Prouinciali. *Tit. de ſepult.* Lauor. *tom. 1. variar. lucubrat. tit. 2. cap. 11. nu. 20. in fine.* Genuenſ. *in praxi cap. 61. num. 8.* Tunc enim confeſſarius non ſe gerit vt teſtem, ſed vt interpretem voluntatis defuncti. Vnico autem interpreti creditur per *l. 1. in fine, ff. de verbor. obligat.* ibi. *Siue per ſe, ſiue per verum interpretem*, vbi Gloſ. margin. Bart. *ſ. fin. num. 2.* Alberic. *num. 5.* Alexan. *num. 2.* & ceteri Doctor. *ibid.* Bald. *in l. 2. num. 4. ff. de ſer.* Dec. *in cap. propoſuiſti num. 52. de probat.* Felin. *num. 9.* Paciu. *de probat. lib. 2. cap. 47. n. 15. & 94.*

6 Et hæc aſſertio valet etiam pro quocunq; alio, qui aſſumatur à moribundo tanquam interpres ſuæ voluntatis, ſi tamen ſaltem probabiliter cõſtet quod vt talis fuerit aſſumptus. Quia in hoc caſu non erit teſtis, ſed interpres. Teſtis enim exponit, quod percepit per proprium ſenſum abſque relatione ad aliquam commiſſionem: interpres verò exponit alienam voluntatem ſibi ſignificatam.

An Epiſcopus poſſit aſtringere hæredes defunctorum, vt in funeralibus conuocare debeam Clericos, vel Religioſos Parochiæ tantum, excluſis alijs? Quæſtio LXV.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus non poteſt coarctare hæredes defunctorum, vt conuocent pro funere ſolos clericos, ſeu religioſos Parochiæ.*
Neque quò ad hoc valet conſuetudo.

2 *Hæredes conuocare poſſunt, quos voluerint ad funus.*

3 *Niſi defunctus, aut hæredes decernerent, quinam conuocandi, ſubintrat ius Parochi.*

1 Reſp. Negatiuè. Nam cum conuocatio iſta reſpiciat priuilegium totius Cleri, vtique reſtringendo, aut moderando illud ad proprios Eccleſiæ Parochiæ Clericos, vel Religioſos, libertatem Eccleſiaſticam reſtringit Sylu. in verbo *immunitas el ſecondo, ſub n. 11.* etiamſi extent deſuper conſuetudines, nam huiuſmodi conſuetudines tamquam ſcandaloſas, & ſacrilegas exactiones deteſtatur Sotus *de iuſt. & iur. q. 6. art. 2.* verſ. *hic autem*, & faciunt notata *in c. veſtra de locato.*

ADDITIO AD QVAEST. LXV.

1 Liberum eſt hæredibus defunctorum conuocare ad funus defuncti, quos religioſos voluerint, & determinare numerum, etiã clericorum ſæcularium. Ita declarauit S. Rituum Congregat. *die 14. Ianuarij* 1640. Quæ ita habet: Congregatio iuxta alias reſoluta reſpondit, *Electionem, & numerum religioſorum pro aſſociandis cadaueribus, ad libitum hæredum defunctorum ſpectare, & pertinere: & ita vbique ſeruari debere, declarauit. Die 14. Ianuarij* 1640. P Cardinalis Creſcent. *Iulius Cincius Secretar.* Et hæc declaratio obtinuit exequutionem ſimul cum alijs ab Auditore Cameræ per ſuum ſpeciale Decretum, quod extat apud Lezanam, verbo *defunctus*, *num. 7.* & etiam ſupra relatum *par. 1. num. vlt.*

3 Verum ſi nec defunctus, nec hæredes aſſignent religioſos, aut clericos prò aſſociando cadauere, ſpectabit ad Parochum vocare, quos voluerit, niſi alias adſit in contrarium aliqua conſuetudo legitimè præſcripta. Ita declarauit S. Rituum Congregat. *in vna Laudenſi 20. Auguſti* 1601. & in *Ferrar. 7. Septemb.* 1613. & etiam S. Epiſcop. Congreg. *in Caſſinen. 5. Maij* 1617. & tenuit Rota coram Merlino *deciſ. 480. num. 12.* hoc enim ſpectat ad curam Parochorum cap. 1. & cap. *Officium, de offic. Archipresbyt.*

An corpora defunctorum tradita perpetuæ ſepulturæ in Eccleſia Seculari, vel Regulari, poſſint transferri de loco ad locum ſine licentia Epiſcopi? Quæſtio LXVI.

SVMMARIVM.

1 *Cadauera tradita perpetuæ ſepulturæ non poſſunt exhumari, niſi ex cauſa neceſſaria.*

Secus

Secus, si sepulta sint per modum depositi.
2 *Recognitio cadaueris per Curiam sæcularem non est causa sufficiens, vt exhumari possit.*
3 *Priuilegium Leonis X. circa transportationem cadauerum sepultorum.*
4 *Regulares quando sepeliunt corpora vbi volunt, an possint postea transferre ad alium locum.*

1 Resp. Negatiuè, nisi ex iusta causa ruinæ, vel alia necessaria causa ab Episcopo approbanda, & de eius licentia, *l.* 1. *l. humanum, C. de Relig. & sumpt. fun.* Nisi fuissent reposita in aliquo loco per modum depositi, tunc enim possent aliò asportari, *l. si nec dum, C. de Relig. & sumpt. funer.* & ita vbique seruatur.

ADDITIO AD QVAEST. LXVI.

2 Causa necessaria non est censenda, vt cadauer recognosci possit à Curia seculari. Ita censuit Sac. Congregat. Episcop. & Regular. 11. *Septemb.* 1643. quæ ordinauit Episcopo Placentino, vt reprehenderet nonnullos Regulares, qui absque Episcopi consensu permiserant exhumari cadauer, vt à Curia sæculari recognosceretur. Ita obseruant etiam Lezana *in sum.* verbo *sepultura, num.* 21. Samuel. *de sepult. tract.* 1. *disp.* 4. *controuer.* 13. *num.* 23. Resolutionem autem quæst. tradunt etiam Lezana *cit.* Thesaur. *in praxi par.* 2. verbo *sepulchrum cap.* 2. *in fine.* Diana *par.* 3. *tract.* 2. *resol.* 120. & habetur etiam ex cap. *corpora sanctorum, de consecrat. dist.* 1.

3 Extat tamen priuilegium Leonis X. pro Minoribus, & communicantibus, quod ipsorum Prælati cum hæredum consensu possint corpora defunctorum transferre ad alia loca, in eisdem Ecclesijs. Sed circa hoc priuilegium relatum per Casarub. ver. *sepultura, num.* 26. est obseruandum, Esse viuæ vocis oraculum; & proinde modo esse reuocatum.

4 Nihilominus quando corpora tradita sunt Regularibus vt sepeliant, vbi libuerint, possunt sine alia licentia intra eamdem Ecclesiam transferre de vno ad alium locum, secundum Dianam *par.* 3. *tr.* 2. *resol.* 120. *in fine*. Quod tamen mihi certum non est, quia licet quando primò sepeliunt, possint sepelire vbi libuerit, non videtur tamen posse mutare locum sepulturæ sine necessitate, quia ratione primæ depositionis acquisitum est ius ad quos pertinet pro cadauere.

An Regulares Mendicantes, quando vocantur ad funus, possint deferre Crucem inuito Parocho per eius Parochiam?

Quæstio LXVII.

SVMMARIVM.

1 *Regulares ad funus vocati non possunt deferre Crucem.*
2 *Deferunt, quando defuncti sepeliuntur in ipsorum Ecclesijs.*

1 Resp. Negatiuè, ex Bulla Leonis X. sacro approbante Concilio.

ADDITIO AD QVAEST. LXVII.

2 Resolutio intelligitur, quando defunctus non est sepeliendus in Ecclesia Regularium, siquidem, si sit sepeliendus, eorumdem Crux præfertur, vt sæpius declarauit S. Congregat. Rituum præsertim ad instantiam Regularium Oppidi Mathelicæ, Camerinensis Diœcesis: nam proposito dubio, *An Crux Parochialis Ecclesiæ differri debeat, quando cadauer defertur ad Ecclesiam Regularium, attenta consuetudine, & semper delata est tantum Crux illius Ecclesiæ, ad quam corpora fuerint delata?* Respondit. *Vnicam tantum Crucem in cadaueribus ferendis, esse deferendam, & illam esse debere illius Ecclesiæ, ad quam corpus defuncti defertur. Romæ die* 21. *Nouemb.* 1637. C. Episcopus Portuensis Cardin. Pius. *Cæsar. Facbinettus Secret.* Item *in Narnien. S. Geminiani* 28. *Septemb.* 1614. In *Barensi Terræ Medugni* 2. *Augusti.* 1631. In *Messanensi* 12. *Februar.* 1633. In *Florentina* 9. *April.* 1633. & consonat etiam ius commune, cap. *inter cunctas, de priuileg. in* 6. vbi conceditur Regularibus, quod cum Cruce processionaliter deferre possint defunctos sepeliendos in proprijs Ecclesijs. Et idem statuit etiam Pius V. *in sua Constitutione, Ad hæc nos Deus. §. Nec non Fratres. die* 23. *Septemb.* 1571. *qua est* 3. *huius Pontificis* apud Confectum.

An quoties cadauera fidelium ad Eccleſiam Fratrum Mendicantium deferuntur, officia mortuorum, & reliqua officia, quæ in huiuſmodi miniſterio circa cadauera adhiberi ſolent, debeant à Clero, vel ab ipſis Fratribus obiri, & peragi?

Quæſtio LXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Officia, reſponſoria, &c. recitanda à Regularibus circa cadauera in proprijs Eccleſijs.*
2 *Declaratio S. Congregat.*
3 *Etiam ſtante conſuetudine in contrarium.*

1 Reſp. Quòd ab ipſis Fratribus peragi debent, prout declaratum fuiſſe à ſacra Congregatione teſtatur Genuenſis in ſua Archiepiſcopali praxi Neapolit. *c.76. num.14.* Quod ſi aliter de conſuetudine à Clero obſeruetur, conſuetudo tunc obſeruanda eſt, *iuxta tex. in cap. fin. de conſuetud.*

ADDITIO AD QVAEST. LXVIII.

2 De hac materia dictum eſt etiam in 1. par. Ita autem declaratum ſæpius fuiſſe à S. Congregat. nempe, officium in tumulandis defunctis ſpectare ad Regulares, quando in ipſorum Eccleſijs ſepeliuntur. Ita S. Rituum Congregat. *in Turritana 24. Nouembris 1617. in Cremonenſi 9. Auguſt. 1604. in Eugubina 12. Martij 1612. in Licienſi 23. Martij 1619. in Catanienſi Ciuit. Plat. 12. Octobr. 1619. in Sulmonenſi, 8. Auguſti 1629. in Adrien. 5. Iulij 1631.*

3 Et quamuis in quæſt. aſſeratur, quod ſi adſit conſuetudo in contrarium, ſeruanda eſt, oppoſitum tamen eſt tenendum per declarationem S. Rituum Congregat. tenoris ſequentis. *Sacra Rituum Congregatio inxta alias reſoluta reſpondit. Officium ſuper cadaueribus in Eccleſijs Regularium ſpectare, & pertinere ad ipſos Regulares, non autem ad Curatos defunctorum, & ita in poſterum ſeruari mandauit, non obſtante contraria conſuetudine. Die 27. Nouembris 1638.* C. Epiſcopus Portuenſis Card. Pius. *Laelius Cincius Secretar.*

Purificatio mulierum poſt partum, benedictio ouorum, & domorum ad quem ſpectat? Quæſtio LXIX.

SVMMARIVM.

1 *Parochus habet fundatam intentionẽ ſuper oblationibus, quæ fiunt intra Parochiam.*
Purificatio mulierum poſt partum ſpectat ad Parochum.
Benedictio nuptiarum pertinet ad Parochum.
Benedictio etiam ouorum, & domorum.
2 *Regulares recipiunt oblationes factas in proprijs Eccleſijs.*
Etiam quando Ordinarius ibi celebrat.
3 *Poſſunt in Miſſa accipere oblationes.*
Antequam Parochi recipiant primitias, poſſunt accipere frumentum, &c.
4 *Regulares poſſunt recipere mulieres ad purificationem.*
5 *Non poſſunt domos benedicere in Sabbatho Sancto.*
6 *Regulares poſſunt benedicere oua in Paſchate.*

1 Reſp. Spectare ad Parochum, quia habet fundatam intentionem ſuper omnibus oblationibus, quæ fiunt intra Parochiam. Ant. Abb. Imola *in c. parochialis, de his quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu Capit.* Marianus Soccinus, *de oblat. libell.18. queſt.6.* vbi teſtatur de communi, facit, *c. paſtoralis, & c. quoniam, de decim.* in quibus Iuribus patet, quod Parochus habet fundatam intentionem ſuper oblationibus, quæ fiunt intra parochiam, & Troilus Maluet. *de oblat. in 4. dub. col.7. dicit eſſe communem*, & licet purificatio poſt partum non ſit actus neceſſitatis, ſed deuotionis, *cap. vnic. de purificat. poſt partum*, & proinde videatur, quòd ab omnibus ſæcularibus, etiam Regularibus expleri poſſit: Nihilominus, quia in ea fit quædam oblatio candelæ in honorem oblationis factæ per Beatam Virginem turturum, vel columbarum, ſuper quibus oblationibus Parochus habet intentionem fundatam, quòd ad ipſum ſolum non ad alios ſacerdotes ſpectet purificare mulieres poſt partum; & abſurdum eſt, quod in vna Eccleſia fieret purificatio, in alia oblatio, ſeu alteri ſacerdoti; non enim perficeretur ille actus deuotionis purificationis. Item benedictio Nuptiarum eſt de Concilio, *cap. 1. ſeſſ.24. de reſor. matr.*

matr. Conc. Trid. vt probat Nauar. *cap.* 22. *n.* 83. & tamen à proprio Parocho fieri debet. *d.c.* 1. Idem videtur dicendum de benedictione ouorum, & tanto magis domorum, cum fiat extra Ecclesiam in parochia, in qua non possunt se intromittere Regulares, sed habenda est ratio consuetudinis legitimè introductæ, *iuxta cap. fin. de consuetud.*

ADDITIO AD QVAEST. LXIX.

2 Regulares recipere posse oblationes, quæ fiunt in ipsorum Ecclesijs à fidelibus, est extra controuersiam, cum ita decidatur in cap. 1. *de statu Monachor.* & cap. *nimis iniqua, de excessib. Prælator.* Vbi quod Ordinarij non possunt se intromittere circa dictas oblationes. Ita obseruant Glos. & Doctores ad *dict. tex.* Io. à Cruce *lib.* 2. *de statu relig. cap.* 9. *conclus.* 4. Riccius *decis.* 170. *par.* 4. Nouar. *in Lucerna Regul.* verbo *oblationes, num.* 2. Imo quando Ordinarij in Ecclesijs Regular. solemniter celebrant, non possunt oblationes sibi vendicare, sed relinquendæ sunt Regularibus, ex priuilegio Bonifacij VIII. pro Cistercien. & communicantibus, apud Rodriquez in Bullar. *constit.* 9. *eiusdem Pontificis,* & obseruat Io. à Cruce *citat.* Rodriquez *quæst. regul.* 20. *ar.* 1. *tom.* 3.

3 Imo etiam possunt in Missa accipere oblationes, & date pacem populo. Ita enim declarauit S. Congregat. Concil. ad instantiam Cardinal. Ludouisij Archiepiscopi Bononien. nam interrogata, an id possent Regulares? Respondit. Posse, dummodo à perambulationibus per Ecclesiam, ac similibus eleemosynarum extorsionibus abstineant. Et similiter ad alia quæsita eiusdem Archiepiscopi eodem die declarauit, quod non sit prohibitum Regularibus recipere triticum, vuas, ligna, &c. antequam Parochus recipiat suas primitias.

4 Ex quibus corruit fundamentum, quod non possint Regulares recipere mulieres ad purificationem post partum, quia scilicet purificatio coniungitur cum oblatione, quæ debet fieri Parochiali, nam falsum esse hoc fundamentum, constat ex modo dictis. Et ideo S. Concil. Congregat. ad quæsita Archiepiscopi Bononiensis Cardinal. Ludouisij, de quibus modo dictum, ad nonum respondit. Regulares non prohiberi in eorum Ecclesijs mulieres post partum ad purificationem admittere.

5 Domos tamen non posse benedicere in Sabbato Sancto, decreuit Sacra Concilij Congregat. 23. *Nouembr.* 1619. apud Nouarium *in Lucerna Regularium*, verbo *Benedicere, numer.* 18. Est enim talis benedictio functio parochialis, ex declarat. Sac. Rituum Congregat. & exercetur extra limites iurisdictionis Regularium. & ita obseruant Riccius *in praxi resol.* 310. *par.* 4. Larata *de iurib. parochial. cap.* 6. ver. *functiones*. Et ita etiam respondit ead. S. Congregat. in dict. quæsit. Archiepiscopi Bononiens. ad 14. Supradicta autem quæsita, et S. Congregat. responsiones extant apud Peirin. *de priuileg. ad Constit.* 7. *Pij V. post §.* 10.

6 Quod spectat ad benedictionem ouorum in Paschate, existimat Lezana *in sum.* verbo *Benedictio num.* 17. habendam esse rationem consuetudinis. Verum non esse de reseruatis parocho, videtur resoluendum, sicut nec est purificatio mulierum. Si quidem est actus facultatiuus, ad quem non cogitur populus, & proinde est in facultate ipsius, talem benedictionem recipere, à quo voluerit. Vt constat etiam de benedictione candelarum in die Purificationis, Palmarum, Cinerum in prima die Quadragesimæ, Aquæ lustralis, &c. Has enim res liberè benedicũt Regul. & libere populus ab ipsis recipit.

An debeatur quarta funeralis à Regularibus, si Rex, Princeps, vel quiuis alius sepeliatur in vno loco, & in alio postea fiant pro eo solemnes exequiæ? Quæstio LXX.

SVMMARIVM.

1 *Quarta funeralis debetur de exequijs celebratis extra locum sepulturæ, secundum Calderin. &c.*

2 *Probabilius est non deberi.*

1. Resp. Quod prima facie videtur dicendum, quod non; si quidem iuxta notata in Clem. *dudum de sepul.* funeralia dicuntur, quæ cum funere ducuntur. Contrarium verò tenet Calder. *in cons.* 4. *de sepult.* ex pluribus, ad quem breuitatis causa te remitto. Et ità vidi vbique obseruari in omnibus locis, vbi Vicarij munere per triginta annos functus fui.

ADDITIO AD QVAEST. LXX.

2 Si exequiæ celebrentur extra Ecclesiam sepulturæ, præsertim alio die, siue pro Principe, siue pro quocunque alio, non deberi à Regularibus quartam funeralem, deducitur primo ex *cap. fin. de test.* vbi statuitur, quod non sit soluenda quarta prædicta de his, quæ in ornamentis, vel pro eis, seu fabrica, luminaribus, anniuersario, septimo, vigesimo, trigesimo die, siue alijs ad perpetuum cultum diuinum legantur Ecclesijs, vel reliquis pijs locis, canonica portio deduci non debet. Secundo ex Constit. Pij V. *edita anno* 1567. quæ incipit. *Etsi Mendicantium*, quam licet aliqui velint fuisse reuocatam

per Gregor. XIII. *in ſua conſtit.* quæ incipit. *In tanta negotiorum mole*, reuera tamen non reuocatur per dictam Conſtitutionem, ſed tantum reducitur ad terminos Concilij Trident. vt dicit Rota *in Licienſi quartæ funeral. die Lunæ 15. Ianuar. 1618. coram Coccino*, aſſerens ita declaraſſe S. Concilij Congregat. & obſeruant etiam Miranda *tom. 2. Manual. quæſt. 88. ar. 8.* Peirin. *de priuileg. ad Conſtit. 7. Pij V. §. 3.* Lezana *tom. 1. quæſt. Regular. cap. 3. num. 12.* Io. à Cruce *lib. 2. de ſtatu relig. c. 9. dub. 5.* Ceſpedes *de exemp. regul. cap. 24. dub. 364. num. 10.* & alij. In hac autem Conſtitut. ſtatuitur, quartam eſſe ſoluendam. *Vbi ſolui conſueuit id tantum cera, & aliorum, quæ in aliquibus partibus deferri contigerit tempore, quo defunctorum corpora ad ſepulturam deferuntur: non autem de Miſſis, ſeu legatis, vel aliis, Fratribus ipſis, ſeu Monialibus huiuſmodi relictis, aut alias quomodolibet donatis ſolui debet.* Vnde quarta ſoluenda eſt de ijs, quæ eodem die cum funere deferuntur, quia hæc tantum veniunt nomine funeralium, vt obſeruant Corneus *conſil. 496.* Gratian. *diſcep. forenſ. cap. 94. num. 17.* Tamburin. *de iure Abbat. tom. 1. diſp. 15. quæſt. 17. n. 3.* Lauor. *tom. 1. variar. lucubrat. cap. 17. num. 19.* Ceſpedes modo *citat.* Lezana *in ſum.* verbo *quarta funeralis, num. 7.* Io. à Cruce *lib. 2. de ſtatu relig. c. 9. dub. 5.* Molina *de iuſt. & iure tract. 2. diſp. 215. num.* Nouar. *in Lucerna Regul.* verbo *quarta num. 3.* aſſerens Benedictum XI. inter Conſtit. Prædicatorum ita declaraſſe his verbis. *Funeralia verò intelliguntur hoc caſu, quæ cum funere deferuntur.*

An charitatiuum ſubſidium exigi poſsit ab exemptis, & à Monaſterijs Regularium virorum, & mulierum?

Quæſt. LXXI.

SVMMARIVM.

1 *Charitatiuum ſubſidium exigitur à Monaſterijs exemptis.*
Niſi adſit conſuetudo in contrarium.
2 *In qua ſumma exigendum.*
3 *Cauſæ ob quas exigi poteſt.*
4 *Exempti non tenentur ad charitatiuum ſubſidii.*
5 *Charitatiuum ſubſidium eſt de lege Diœceſana.*
6 *Eccleſiæ obligatæ ad charitatiuum ſubſidium, tenentur, etiamſi ſubijciantur Monaſterijs exemptis.*
Non tamen ſi, fiat regulares.
7 *Monaſteria, quæ ex conſuetudine, aut indulto ſolunt charitatiuum ſubſidium, tenentur ſoluere.*
8 *Monaſterium habens populum non exemptum, an teneatur ad charitatiuum ſubſidium.*

1 Reſp. Affirmatiuè, dum tamen modus non excedatur, ex. à contrario ſenſu, *in Clem. prima §. non nulli, iuncta Gloſſ.* in verbo *exigendo*, vbi etiam Abb. *num. 11.* & Anchar. *in 8. not. de exceſs. Prælat.* Abb. *in c. dilectus, num. 4. verſ. quinto.* Innoc. *in cap. 1. de ſtatu Regul.* Hoſtien. *in ſumm. de officiorum §. 2. verſ. nunquid Epiſcopus.* Alex. de Neuo *conſ. 58. n. 8. & 9.* Boer. *deciſ. 135. num. 4.* Fallit tamen, vbi in fauorem Monaſteriorum allegatur conſuetudo tanti temporis, cuius initij memoria non exiſtit, ex quo non ſoluerint. Abb. *conſ. 26. n. 4 & 5. p. 2.* vbi dubium eſſe dicit, an excluſa conſuetudine, Monaſteria Regularium teneantur ad ſubſidium charitatiuum. Moniales verò non habentes redditus vltra ſummam quatuordecim ducatorum auri de Camera pro victu cuiuslibet Monialis, & alios redditus non habentes, non tenentur ad huiuſmodi ſubſidia, neq; ad decimas Papales, prout ſanciuit Pius Quartus in Conſtit. 10. & tenet Theſaur. *fori Eccl. cap. 27. num. 86.*

2 Circa quantitatem verò ſummæ, quæ ſit exigenda pro charitatiuo ſubſidio, variæ fuerunt opiniones. Verior tamen ſententia eſt Card. *in cap. cum Apoſtolus, de cenſ. q. 7. & in cap. 1. col. 2. de exceſſ. Prælat.* dicentes hoc eſſe in arbitrio Epiſcopi, à quo tamen ſi indebitè arbitretur, appellari poteſt, Boer. *deciſ. 134. num. 5. & 6.* Gramm. *deciſ. 88. num. 3.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. conſ. 179. num. 4.* Nam huiuſmodi arbitrium importat arbitrium boni viri, & arbitrium regulatum a lure, Rot. *deciſ. 9. num. 2. de reſcrip. in antiq.* Quando autem ex neceſſitate imponitur, & ſolui debet, tunc poteſt Epiſcopus compellere ſibi ſubditos ad charitatiuum ſubſidium ſoluendum. Archid. *in c. cauendum, num. 2. X. q. 3.* Hoſt. *in d. c. cum Apoſtolus*, & alij.

3 Cauſæ autem iuſtæ, & rationabiles imponendi charitatiuum ſubſidium, ſunt iſtæ. Prima in promotione, & conſecratione Eccleſiæ, & poſt adeptam poſſeſſionem, & hoc pro ſolutione Bullarum, & annatæ. Secunda pro recuperatione ciuitatum, & locorum, ac bonorum Eccleſiæ occupatorum. Tertia, quando Prælatus vocatur ad Papam, ſeu ad Conc. General. Quarta, quando lis magna Eccleſiæ mouetur. Quinta, in aduentu Regis, maximè ſi Epiſcopus ab eo tenet Regalia, ſeu quando debet ad illum proficiſci pro communi vtilitate, ſeu Eccleſiæ neceſſitate, Sexta, quando pro Eccleſiæ ſumma vtilitate, & neceſſitate, emi debet aliquod

Digitized by Google

quod Caſtrum, vel Oppidum ad expellendos, vel procul arcendos hoſtes, ita Doctores ſupra citati.

ADDITIO AD QVAEST. LXXI.

4 Quod exempti non teneantur ad charitatiuũ ſubſidium, eſt communis ſententia. Io. Andr. *in cap. dilectus de offic. Ordinar.* Butr. & Imola *ibid.* Innoc. *in cap. 1. de ſtatu Monach.* Archidiacon. *in cap. 1. de præben. in 6.* Bald. *l. ſi quis ad declinandam C. de Epiſcop. & Cler.* Hoſtienſ. *in ſum. de ſtatu Monach. §. fin.* & Tit. *de cenſib. §. Ex quibus cauſis* ver. *Item Epiſcop. exigit.* Bellincin. *de charitat. ſubſid. qu. 29. num. 2.* Tamburin. *de iure Abbat. tom. 3. diſp. 10. q. 4.* Ceſpedes *de exempt. Regular. cap. 24. dub. 354. n. 2.* & alij cum Gloſ. *in cap. inter cætera*, verbo *ſolutionis* 10. *quæſt. 3.* Et imprimis adſunt plura priuilegia, quæ liberant ſeu potius declarant liberos Regulares ab exhibendo charitatiuo ſubſidio, apud Rodriquez, *quæſt. regular. 66. ar. 1. tom. 2.* nam Gregor. XI. exemit Ordinem S. Hieronymi in Hiſpania. Eugenius Quartus, Fratres S. Mariæ de Guadalupe. Leo X. Clemen. VII. Paulus III. Pius IV. & Pius V. Equites Hieroſolymitanos, & alia plura priuilegia refert Tamburin. *citat.* quæ participantur ab omnibus habentibus communicationem.

5 Ratio, quam afferunt, eſt, quia charitatiuum ſubſidium eſt de lege diœceſana, vt tradunt communiter Innocent. *in cap. 1. de ſtatu Monachor.* Io. Andr. *in cap. dilectus de offic. Ordinar.* Butr. Imola *ibid.* Archidiacon. *in cap. 1. de præbend. in 6.* Bellincin. *de charitat. ſubſid. quæſt. 28.* & alij cum Gloſ. *in dict. cap. dilectus.* Monaſteria autem ſunt exempta à lege diœceſana. cap. *ne pro cuiuslibet*, 16. *qu. 1.* & cap. *quæſit. in fine 18. quæſt. 2.* vbi Gloſ. Verum dato quod charitatiuum ſubſidium eſſet de lege iuriſdictionis, vt vult Abbas *in dict. cap. dilectus*, cum Monaſteria hodie ſint plenè exempta ab Ordinarijs etiam quò ad legem iuriſdictionis, ſunt etiam omnino exempta ab exhibendo charitatiuo ſubſidio.

6 Eſt tamen aduertendum 1. Quod quando Eccleſiæ tenentur ad charitatiuum ſubſidium, ex eo quod ſubijciantur Monaſterijs exemptis, non liberantur ab hac obligatione, vt deſumitur ex Clem. 1. *de cenſib.* ibi. *Ac iura Epiſcopalia, & alia præſtari pro ipſis, antequam ad eos peruenirent ſolita.* & cap. *paſtoralis, de decim.* & in cap. *quia Monaſterium, de relig. domib.* Res enim tranſit cum ſuo onere, & ita obſeruant Innocent. *in c. 1. de ſtatu Monachor.* Bald. *in l. ſi quis ad declinandam, C. de Epiſcop. & Cler.* Bellincin. *de charit. ſubſid. quæſt. 29. num. 2.* & alij cum Gloſ. *in cap. inter cætera*, verbo *ſolutionis* 10. *quæſt. 3.* Hoc tamen limitandum eſt, vt aduertit etiam Bellincin. *num. 6. cit. quæſt. 29.* Si Eccleſiæ, vel Capellæ ſubiectæ Monaſterijs ſint ſæculares. Quia ſi ſint regulares, non tenebuntur, ſi regulares ibi reſideant vt Congregatio: Tenebuntur tamen ſi ibi reſideant, vt Monachi. Verum abſolute dicendum eſt, quod non teneantur, quia ſi ſunt regulares, ſunt incorporatæ Monaſterio, quod eſt omnino exẽptum etiam à iuriſdictione Ordinarii, quò ad omnia ſua bona, loca, pertinentias &c. vt dictum eſt ſupra ad *quæſt. 1. & 36. huius 2. par.*

7 Quod ſi aliqua Monaſteria vel ex conſuetudine, vel ex ſpeciali priuilegio Epiſcopi, ſoleant exhibere charitatiuum ſubſidium, id eſt ſeruandum ex Extrauag. Benedicti XII. *Vas electionis, S. præmiſſis quoque* verbo *Monaſterijs*, ibi. *Ex Apoſtolica indulgentia, vel conſuetudine.* Quod inter alios notat Bellincin. *de charitat. ſubſid. quæſt. 29. num. 3.*

8 An autem quando Monaſterium habet populum non exemptum, teneatur ad charitatiuum ſubſidium. Affirmant Innocent. *in cap. 1. de ſtatu Monach.* Io. Andr. *ad Specul. in rubr. de priuileg.* Bellincin. *de charit. ſubſid. quæſt. 29. num. 5.* Chochier. *de iuriſdict. Ordinar. in exemp. par. 4. quæſt. 9. num. 2.* Barboſa *de iure Eccleſ. lib. 3. cap. 21. num. 54.* Cum diſtinctione vero procedit Tamburin. *de iure Abbat. tom. 3. diſp. 10. quæſt. 4.* inquiens, quod ſi Eccleſiæ habentes populum ſunt vnitæ Monaſteriis, non tenentur ad charitatiuum ſubſidium, quia ſunt de menſa Prælatorum: Si verò non ſint vnitæ, tenentur. Verum non videtur habere locum diſtinctio, quia ſi Eccleſiæ, aut Capellæ ſint ita vnitæ, vt ſint de menſa Prælati, iam ſunt exemptæ, atque adeo non amplius militat ratio, ob quam ſit ſoluendum charitatiuum ſubſidium.

An Regulares ſint exempti à decimis perſoluendis? & quid ſi priuilegio Apoſtolico ſint effecti immunes, Priuilegium intelligatur ſolum de decimis perſonalibus, an etiam de prædialibus?

Quæſtio LXXII.

SVMMARIVM

1 *Regulares ſunt exempti à ſolutione decimarum, & animalium.*
2 *Pontifex poteſt eximere à ſolutione decimarum. Habens priuilegium ne ſoluat decimas, intelligitur etiam de prædiali ſolita ſolui parochi.*
3 *Regulares à quibus decimis de iure communi ſint exempti.*
Quid requiratur, vt ſint exempti à decimis noualium,
4 *Priuilegia eximentia Regulares à decimis.*
5 *Non conceduntur niſi cum difficultate, An ſtrictè interpretanda.*
6 *An veniant in generali communicatione.*
7 *Priuilegia eximunt Regulares à decimis, etiam quæ de iure ſpeciali debentur.*

8 *Sunt concessæ ex causa onerosa.*
9 *Resoluuntur, quando enormiter læderent parochos.*
10 *Priuilegia eximentia à decimis, quando veniant in generali communicatione.*
11 *Necessarium an sit, quod in generali communicatione derogetur cap.* Nuper.
12 *Priuilegium communicans communicat nedum priuilegia, sed etiam qualitates, clausulas, &c. præsertim si habeat clausulam,* Quorum tenores.

1 Resp. Quòd Regulares, nisi à Sede Apostolica sint effecti immunes à decimis soluendis, tenentur eas soluere de Iure, & nemo est, qui de hoc dubitet. Quæstio est, quando habent priuilegium Apostolicum exemptionis. Et notandum est, Religiosorum ordinibus inter cœtera priuilegia, hoc etiam concessisse Pontifices, vt sint à decima persoluenda exempti. Vndè in priuilegijs quibusdam sic habetur: De Domibus, Monasterijs, & Collegijs, & eorum prædijs, hortis, & alijs locis, quæ habere possunt: aut de ijs, quæ pro eisdem emendis, eis pro tempore legari, aut donari contigerit, & denique de alijs bonis, per Ordinem, siue Religionem possessis, & obtentis, non tenentur soluere aliquam decimam, etiam papalem, seu canonicam portionem exhibere; nec ad præstationem procurationum, aut exactionum, collectarum, vel prouisionum quarumcumque: nec ad id etiam per literas Apostolicas compelli, nisi eiusmodi literæ de hoc indulto de verbo ad verbum, fecerint mentionem. Item aliqui Romani Pontifices solent Religiosorum, siue Monachorum ordinibus priuilegium concedere, quo ipsos eximunt, & eorum prædia à quibusuis decimis, etiam papalibus, prædialibus, personalibus, quartis, medietatibus, & alijs fructuum partibus, subsidijs, etiam charitatiuis, & alijs ordinarijs oneribus, etiam pro expeditione contra infideles, defensione patriæ, & alias quomodolibet, etiam ad Imperatoris, & inferiorum Principum instantiam impositis: Et quamuis in ipsa impositione caueatur, vt nulla prorsus exemptio cuiquam aduersus illa suffragetur. Et solent derogare constitutioni, quæ incipit, Nuper, de decimis, vbi constitutum est, vt Cistercienses Monachi ex fructibus prædiorum, quæ acquisierant post Concilium generale Lateranense sub Innocentio III. decimam soluere debeant, etiamsi eiusmodi proprijs manibus vel sumptibus excolant, si ex illis prædijs antea decimæ solui solebant: quod decretum comprehendit, vt ibi dicitur, alios Regulares, qui similibus priuilegijs potiuntur. Item concedunt aliquando Romani Pontifices Religiosorum Monasterijs absolutè, ne decimas soluant ex prædijs, quæ habent: aliquando in priuilegio dicunt, ne soluant decimas ex prædijs suis.

2 His positis, dicimus in primis, certi iuris esse, priuilegio Pontificis Romani, posse aliquos eximi à decimis soluendis; quod asserit Glossa, Hostiensis, Ioan. Andreas, & Panormitanus *in c. licet, c. ad audientiam, c. ex parte tua ad nos, de decimis.* Dubitatur itaque, an si prædictum priuilegium vt supra productum, alicui Monachorum Ordini concedatur, eo ipso, Ordo sit immunis, ac liber simpliciter, atque absolutè à decima prædiali, quæ parochis debetur. Oldradus *in cons.* 268. censet, quandocumque eiusmodi priuilegium Monasterio, vel cuilibet Religioso Ordini conceditur, rationem habere tantummodo in decima agri noualis; non autem esse trahendum ad decimam prædialem, quæ antea parocho soluebatur. Hanc sententiam ita confirmat: priuilegium enim Principis, quamuis sit plenissimè declarandum, quando solum est præter commune ius, non tamen cum communi iuri derogat: nam interpretari priuilegium debemus, vt quam minimum fieri possit, iuri alterius noceat, *l. Prætor ait, §. meritò, ff. ne quid in loco publico, & c. ex tuarum, de autoritate, & vsu palij, & c. cum Capella de priuileg.* Ergo priuilegium Pontificium solùm intelligitur de decima agri noualis, qui nunc primùm proscinditur ad culturam redactus, ex quo antea decima non soluebatur.

Cœterùm, longè probabilior est opinio contraria, quam habet Abbas *in c. dudum de priuil.* nam prædictum priuilegium eximit à decima non solum personas, sed etiam bona quælibet: ergo non solum agros, qui coli non solebant, sed etiam eos, qui erant sub hominum cultura. Nec pro Oldrado quicquam facit id, quod habetur in *c. dudum, de priuil.* nam in eo capite solum agebatur de priuilegio, quo quidam erant exempti à decima nouali, & decernit Pontifex eiusmodi priuilegium non protendi ad decimam tempore priuilegij impetrati possessam ab alijs, nisi de possessione alterius facta sit in priuilegio mentio. Nam, vt *ibi* ait Panormitanus, priuilegium, in quo non fit mentio de possessione alterius, non nocet possessori: quod intellige, inquit, quando impetratur circà decimas noualium: secus, vbi priuilegium est impetratum simpliciter, ne decimas quis soluat: quia tunc valet, etiamsi mentio non fiat de possessione alterius. Et ratio diuersitatis est, quia decimæ ab aliquo possidentur. Vnde cum Pontifex concedit priuilegium, ne decimæ soluantur, eo ipso vult derogare possessoribus,

quia

quia tacitè mentionem facit de poſſeſsione. Aliud verò eſt in decimis noualium, quia priuilegium poteſt intelligi de agris, qui nondum ſunt ad culturam redacti, priuando nullo pacto decimas illorum. Hæc ferè ex Abbate in eo capite.

Deinde in dubium venit, an præfatum priuilegium Religioſis, ſiue *Monachis* conceſſum, vel aliud ſimile, eximat eos ſolum à decimis perſonalibus, an etiam à prædialibus: Atq; hæc dubitatio inde oritur, quod decima prædialis Parochijs, & Eccleſijs debetur, quorum iuri non cenſetur Pontifex derogare. Sed certum mihi videtur eſſe, tali priuilegio Pontificis eximi Religioſos à decima prædiali: nam generatim priuilegium habet: (*à quibuſuis decimis*) quæ verba vniuerſim dicta nihil excipiunt. Deinde etiam in priuilegio dicitur: *A decimis prædialibus.*

Obijcies primum, in priuilegio dici (*A quibuſuis decimis, etiam Papalibus, prædialibus, perſonalibus.*) Ergo verba illa, *prædialibus, & perſonalibus* referuntur ad proximè præcedens verbum, *Papalibus*, ita, vt ſenſus ſit, eximi Religioſos á decimis prædialibus, ſiue perſonalibus, quæ Romano Pontifici debentur, non autem ab ijs, quæ debentur Parochijs. At enim dubitari non poteſt, priuilegium eſſe ſimpliciter intelligendum. Verba enim ſic habent (*A quibuſuis decimis etiam Papalibus*) quæ nimirum ſolent eſſe extraordinariæ: ac ne quis dubitaret de his, additum eſt, etiam Papalibus; ac deinde ſubiungitur, prædialibus perſonalibus, & alijs ordinarijs oneribus: quibus verbis priuilegium extenditur ad omnem decimam, prædialem, inquam perſonalem, & extraordinariam.

ADDITIO AD QVAEST. LXXII.

3 De iure communi religioſi omnes ſunt exempti à ſolutione decimarum de noualibus, ac de hortis, quos ipſi colunt, & animalibus, quæ ipſi nutriunt cap. *Ex parte 2. de decimis*. vbi Gloſ. verbo *Laborum ſuorum*. Hoſtien. *n.* 1. Henr. *nu.* 2. Io. Andr. *n.* 1. ver. *Alij verò*. Ancharan. *n.* 2. *& not.* 4. Cardin. *init.* & alij Doctores *in cap. Commiſſum de decimis*. cum Gloſ. *ibid.* verbo *Monacho*. Rebuf. *de decimis q.* 14. *n.* 43. Moneta *de decim. c.* 4. *n.* 56. Quod limitatur quò ad ea, quæ inſeruiunt pro vſu Monaſterij, vt notant Rebuf. *citata quæſt. in fine.* Ananias *in cap. ex parte* 1. *n.* 2. *de decim.* Ancharan. *ibid.* Abbas *num.* 3. Rota *in Cordubenſi Decimarum* 22. *Martij* 1617. *coram Manzanedo*. Et requiritur, quod nutriant animalia ſuis ſumptibus; vt ſint immunes; aut quod ſi alijs nutrienda tradunt, veſpere reducantur ad Monaſterium, alioquin tenentur decimas de ipſis ſoluere. Clemen. 1. *de decim.* vbi Gloſ. verbo *Animalibus*. & verbo *Teneri*. Abbas *in cap. Ex parte* 1, *in fine. de decim.* Ancharan. *num.* 2. ver. *Iſtud etiam.* Butr. *not.* 3. Henr. *n.* 3. ver. *Quod intellige*. Rebuf. *de decim. q.* 14. *n.* 17. Rota *in Cordubenſi decimar.* 22. *Mart.* 1617. *coram Manzanedo*.

4 Ex priuilegijs autem Summorum Pontificum ferè omnes ordines religioſorum abſolutè eximuntur à ſolutione omnium decimarum etiam prædialium, cuicunque ſoluendæ ſint. Ex his autem priuilegijs plura recenſet Tamburin. *de iure Abbat. tom.* 1. *diſp.* 15. *q.* 18. *n.* 8. *& ſequentib.* Sed inſigne eſt priuilegium, quod conceſſit Gregor. XIII. Societati Ieſu ſub ſequenti tenore.

GREGORIVS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

PAſtoralis officij, & infra. *Exponi ſiquidem nobis fecit dilectus filius Euerardus Mercurianus Præpoſitus Generalis Societatis IESV, quod licet aliàs ſel. recor. dat. Paulus Papa III. prædeceſſor noſter, volens dictam Societatem per eumdem autboritate Apoſtolica inſtitutam, & approbatam, illiuſque ſocios fauore proſequi gratiæ ſpecialis, inter alia eidem Societati, & ſocijs dicta autboritate, conceſſit, ac indulſit, vt de ijs, quæ in ornamentis, aut pro eis, ſeu libris, fabrica, luminaribus, vel victu, aut indumentis eorum, nec non annuis cenſibus redimendis, ad quorum ſolutionem aliquæ domus Societatis obligatæ forſan exiſtebant, ac de domibus, & Collegijs, eorumque prædijs, hortis, & alijs locis eiſdem ſocijs iuxta eorum viuendi inſtitutum habere conceſſis, aut de his, quæ pro huiuſmodi rebus, domibus, collegijs, prædijs, locis, & hortis emendis per quaſcumque perſonas pro tempore legari, aut relinqui contingeret, et alijs bonis quibuſcumque per dictam Societatem, & illius Collegia poſſeſſis, & obtentis, aliquam decimam etiam Papalem ſoluere, ſeu canonicam portionem exhibere, aut ad præſtationem procurationum Legatorum dictæ Sedis, vel Nunciorum ipſius, ſeu Ordinariorum locorum, aut exactionum, collectarum, vel ſubſidiorum, ſeu proliſionum quarumcumque minimè tenerentur, nec ad id per literas Sedis, vel Legatorum, ſeu Nunciorum, aut Diœceſanorum prædictorum, cuiuſcunque tenoris forent, nullo vnquam tempore compelli poſſent, niſi ipſæ literæ Apoſtolicæ plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto, & conceſſione huiuſmodi, ac de eorum Ordine mentionem facerēt: & ſi forte per ipſum prædeceſſorem, vel dictam Sedem de his legatis diſpoſitis, & relictis in genere, vel ſpecie decima, vel altera portio, ſeu quarta alteri piæ, vel non piæ cauſæ quomodolibet eatenus conceſſa eſſet, vel illam in poſterum concedi, ſeu ſolui, aut dari, mandari*

dari contigeret, ſocios prædictos aut illorum domos, & bona quæcumque, nec non eis legata, & relicta, aut aliàs in eorum fauorem diſpoſita, in conceſſionibus, & mandatis huiuſmodi decreuerit, & voluerit minimè comprehendi, niſi de ipſis, ac ſuis decreto, & voluntate huiuſmodi, non per clauſulas generales idem importantes, ſed vera expreſſa, & ſpecifica mentio fieret in eiſdem: & ſucceſſiue piæ mem. Pius IV. etiam prædeceſſor noſter exemptionem, ac cum omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis literas ipſius Pauli prædeceſſoris deſuper confectas, nec non inde ſecuta quæcumque per ſuas literas ex certa ſcientia, confirmauerit, approbauerit, & etiam plenariè innouauerit, ac pro potiori cautela vniuerſam Societatem prædictam, omniaque, & ſingula illius, domos etiam probationis, & Collegia vbilibet conſiſtentia, præſentia, & futura, eorumque perſonas, fructus, redditus, & prouentus, etiam bonorum Eccleſiaſticorum, ſæcularium, & regularium quorumcumque illis pro tempore vnitorum, aliaſque res, & bona quæcumque à quibuſuis decimis etiam Papalibus, prædialibus, perſonalibus, quartis, medietatibus, & alijs fructuum partibus, ſubſidijs etiam charitatiuis, & alijs ordinarijs oneribus, etiam pro expeditione contra infideles, defenſione patriæ, ac alijs quomodolibet etiam ad Imperatorum, Regum, Ducum, & aliorum Principum inſtantiam pro tempore impoſitis, & ſi in illorum impoſitione caueretur, quod nulla prorſus exemptio cuiquam aduerſus illa caueretur. Ita quod Societas, eiuſque domus etiam probationis, Collegia, fructus, res, & bona præfata, ſemper ab illis abſque declaratione deſuper facienda excepta eſſent, & eſſe cenſerentur, perpetuò liberauerit, & exemerit, prout in ſingulis literis prædeceſſorum huiuſmodi pleniùs continetur. Nihilominus quia in illis nulla de Conſtitutione recolendæ memoriæ Innocentij Papæ III. ſimiliter prædeceſſoris noſtri in Concilio Generali ſuper decimis edita, quæ incipit, Nuper, expreſſa, & ſpecifica mentio facta, nec eis ſpecialiter, & expreſsè derogatum fuit; idem Præpoſitus dubitat ſingulas literas prædictas, de ſubreptionis, ſeu nullitatis vitio notari, ac Societati, illiuſque domibus, Collegijs, & perſonis prædictis minùs vtiles reddi, aut illa ſuper exemptione huiuſmodi moleſtari, vel perturbari poſſe tempore procedente: Nos igitur, qui votiuum ipſius Societatis profectum ſincero paternæ charitatis affectu libenter proſequimur, eidem Societati, illiuſq; domibus etiam probationis, Collegijs, & perſonis, ne propterea dictarum literarum fruſtrentur effectu, opportunè prouidere volentes, ipſumque Præpoſitum, & ſingulares perſonas Societatis huiuſmodi à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à Iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſiquibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, nec non ſingularum literarum prædictarum veriores tenores, ac quarumcumque litium, & cauſarum ſuper præmiſſis forſan motarum ſtatum, & merita nominaque, & cognomina iudicum, & collitigantium, ac titulos, & iura eorum præſentibus pro ſufficienter expreſſis habẽtes, ipſius Præpoſiti ſupplicationibus in hac parte inclinati, Volumus, ac Societati, illiuſque domibus, etiam probationum Collegijs, & perſonis prædictis eadem authoritate concedimus, quod ſingulę literæ prædictæ, cum exemptionibus, cæteriſque omnibus, & ſingulis in his contentis clauſulis, & decretis, proceſſuſque habiti per eaſdem, ac inde ſequuta quæcumque valeant, plenamque roboris firmitatem obtineant, & eis, quibus conceſſa exiſtunt, perpetuo ſuffragentur in omnibus, & per omnia, perinde, ac ſi in illis de Conſtitutione Innocentij prædeceſſoris, ſeu Concilij Generalis huiuſmodi ſpecifica, & expreſſa mentio facta, eique ſpecialiter, & expreſsè derogatum fuiſſet, prout nos eidem Conſtitutioni ad effectum præmiſſorum ſpecialiter, & expreſſè harũ ſerie derogamus: decernentes, ita in quibuſcumque cauſis pendentibus, & futuris per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios quauis authoritate fungentes iudicari, & definiri debere: irritum quoque, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus litis pendentijs, ſi quæ ſint, & alijs præmiſſis, ac Innocentij prædeceſſoris noſtri, ſeu Generalis Concilij huiuſmodi, aliiſque Apoſtolicis, nec non in Prouincialibus, & Synodalibus Concilijs editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & ordinationibus, ac omnibus illis, quæ in ſingulis literis prædictis expreſſum fuit non obſtare, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Volumus autem, quod earumdem præſentium tranſumptis &c.

Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 1. Ianuarij 1578. Pont. an. 6.

5 Circa autem huiuſmodi priuilegia eſt aduertendum, quod non ſolent concedi niſi difficiliter, & cum cauſæ cognitione, vt obſeruant Io. Andr. *in cap. dudum, num. 5. de priuileg.* Rota *in Valentina decimarum 28. Nouembr. 1603. coram Lancellot.* apud Marcheſan. *de commiſſ. tom. 1. deciſ. 89.* Ex quo inferunt, quod debent ſtrictè interpretari, vt minus lædant, quam ſit poſſibile. Ita ſpecialiter Seraphin. *deciſ. 827. num. 1.* Suarez cum alijs *tom. 1. de relig. tract. 2. lib. 1. cap. 18.* Tamburin. *de iure Abbat. tom. 1. diſp. 15. quæſt. 16. num. 33.* Lezana *in ſum.* verbo *decimæ num. 6.* Ceſpedes *de exempt. Regular. cap. 4. dub. 365. num. 4.* Rota *in Valentina decimar. 28. Nouemb. 1603. coram Lancellotto quæ eſt 89.* apud Marcheſan.

cheſan. *de commiſſion. par.*1. Verum, cum exemptio à ſolutione decimarum ſit conceſſa religioſis, intuitu laborum, quos ſubſtinent in Eccleſia in miniſtrandis ſacramentis, prædicando, docendo, &c. vt infra dicetur, atque adeo ob illam cauſam, ob quam Parochis, & Epiſcopis ſoluuntur pro ſtipendio ſuorum laborum, videtur conceſſa ex cauſa fauorabili vtilitatis publicæ, & ea, ob quam etiam congruum eſſet, quod admitterentur ad participandum cum aliis de decimis, quæ à fidelibus ſoluuntur, & conſequenter non in præiudicium tertii, ſicut nec eſſet in præiudicium, quod tanquam conſortes laborum, eſſent etiam conſortes beneficii decimarum. Deinde cum decimæ ſoluantur ab iis, qui participant fructus laborum Sacerdotum, quales ſunt laici, cum Regulares non participent, nec Sacerdotes ſæculares pro iis laborent, ceſſat ratio ob quam debeant decimas ſoluere, & ceſſat etiam fundamentum ſtrictè interpretandi priuilegium.

6 Rurſus inferunt Doctores, quod cum priuilegium eximens à ſolutione decimarum, cum magna difficultate concedatur, & quia agitur de præiudicio tertii, non cenſetur conceſſum in generali communicatione priuilegiorum, etiamſi tribuat omnia priuilegia perinde, ac ſi eſſent in ſpecie conceſſa, niſi in ſpecie exprimatur, etiamſi inter priuilegia communicata eſſent aliqua, quæ nihil aliud continerent quam exemptionem à ſolutione decimarum, iuxta ea, quæ notant Doctores *in l.*1. *ff. de leg.*1. Iaſ. *nu.*2. Pegna *deciſ.*190, *num.* 14. Tamburin. *de iure Abbat. tom.*1. *diſp.*15. *quæſt.*18. *num.*34. Ceſpedes *de regular. exemp. cap.*24. *dub.*365. *num.*4. Rota *in Valent. decimar.* 28. *Nouemb.* 1603. *coram Lancellotto* apud Marcheſan. *de commiſ. tom.*1. *deciſ.*89. & *in Vrbinaten. decimar.*25. *Iunij* 1618. *coram Pamphilio* apud Tamburin. *de iure Abbat. tom.* 3. *deciſ.* 95. Verum Lezana *in ſum.* verbo *decima nuu.*6. videtur ſentire quod communicetur in generali communicatione: quia, inquit, tale priuilegium non rarò, ſed ſæpius, & abſque magna difficultate ſolet concedi, vt conſtabit intuenti priuilegia; & quia licet in præiudicium tertii, eſt tamen fauorabile piæ cauſæ, & religioſæ, & ideo ampliandum, vt tradunt Suarez *lib.*8 *de legib. cap.*27. *num.* 7. Sanchez *lib.* 8. *de matrimon. diſp.*1. *num.* 13. Verum ſi ſit in præiudicium tertij, tenenda eſt doctrina communis; quia ſtante tali præiudicio, requiritur ſpecialis voluntas priuilegiantis. Solum circa hoc eſt ponderandum, an ſit præiudiciale, iuxta ea, quæ dicta ſunt numero præced.

7 Similiter Regulares habentes priuilegia eximentia à ſolutione decimarum, non dum eximunt quo ad eos, quibus à iure communi conceduntur, ſed etiam quo ad eos, ad quos ſpectant de iure ſpeciali, vt tradunt Abbas *in cap. dudum, num.* 1. ver. *Et poteſt eſſe, de priuileg.* Hoſtienſ. *num.* 6. ver. *Nec obſtat*, Zabarel. *num.*1. ver. *vbi quæro.* Io. Andr. *n.*5 *in fine*. Zaſius *conſil.* 16. *num.* 7. 12. & 18. Caputaquen. *deciſ.* 263. *lib.*1. Caſsador. *deciſ.*1. *num.* 1. *de priuileg.* Merlin. *deciſ.*807. *num.*7. & 8. Rota *deciſ.*48. *par.* 1. *recent.* alios allegans, & in *Gerundenſi decimar.*5. *Iulij* 1621. *coram Manzanedo*, & *in Placent. canonic.*5. *Decemb.* 1614. *coram Coccino*, & in *Conchenſi exempt. decimar.*30. *Ianuar.*1589. *coram Orano.* Et in *Cordubenſi decimarum de Lucena* 29. *Maij* 1638. *coram Carillo*. Quia cum priuilegians reſpiciat fauorem priuilegiati, intendit eximere cum præiudicio cuiuſcunque, ad quem decimæ pertineãt.

8 Inſuper, priuilegium exemptionis à ſolutione decimarum eſt conceſſum Regularibus ex cauſa oneroſa, vt cenſuit Rota coram Merlino *deciſ.*795. *num.*27. Quia conceſſum fuit intuitu laborum, quos ſubſtinent habentes curam animarum, & quorum intuitu ipſi ſoluuntur decimæ: nempe docere, concionari, miniſtrare ſacramenta, & procurare ea omnia, quæ concernunt ad ſalutem: & inſuper exercent etiam ea, quæ ſunt vitæ contemplatiuæ, vt orare, pſallere in choro, quæ cedunt in populorum vtilitatem.

9 Similiter eſt etiam aduertendum, quod notant plures Doctores, nempe amitti priuilegium, quod eximit à ſolutione decimarum, quando inciperet eſſe enormiter læſiuum Eccleſiæ parochialis. Cap. *ſuggeſtum*, & cap. *dilecti de decimis* vbi Gloſ. verbo *Enormiter*, Rebuff. *de decim. quæſt.*14. *n.*55. Menoch. *conſil.*156. *num.* 9. *lib.*2. Rota *in Pampilonenſi decimarum* 6. *April.*1655. *coram Coccino*. & proinde erit ſaltem moderandum iuxta cap 2. §. *vlti autem de decim. in* 6. vt notauit Rota *in dicta Pampilonenſi*.

10 Quod ſpectat ad communicationem priuilegij eximentis à ſolutione decimarum, ſuppoſito quod habeatur tanquam præiudiciale, & proinde non veniat in generali communicatione; ſi tamen communicatio ſit talis, vt exprimat aliqua præiudicialia priuilegia ſaltem in genere, vel adſit talis amplitudo verborum, vt ſignificet, mentem communicantis ſe extendere ad omnia indiſtinctè, ſiue non ſint, ſiue ſint præiudicialia, veniet ſub tali generali communicatione, iuxta ea, quæ tradunt Mandoſ. *de priuileg. ad inſtar. quæſt.*7. *num.* 7. ver. *quæ omnia*. Rota *in Bononienſi exempt.*25. *Maij* 1618 *coram Veroſpio, quæ eſt* 30. *par.*4. *recent. tom.* 2. & in *Melitenſi collectar.* 7. *Maij* 1627. *coram Vbaldo deciſ.*63. *num.*4. *par.*5. *recent.* & in *Ianuenſi priuileg.* 28. *Iunij* 1649. ver. *Quia non procedunt, coram Corrado*.

11 Et quamuis in communicatione non derogetur cap. *nuper de decimis*, ſine cuius derogatione non ſubſiſtit priuilegium eximens à ſolutione decimarum, ſufficit tamen, ſi communicatio habeat implicitam derogationem. Quod tuno contingit ſi communicetur priuilegiũ emanatum, ad tollendam difficultatem de non derogatione dicti cap. *nuper*, quale habent Ieſuitæ, à Gregorio XIII. Ita ſenſit Rota *coram Pegna deciſ.*764. *num.*6. *tom.*1.

12 Vel ſufficiet, ſi talis derogatio contineatur in priuilegio communicato, vt tradunt Gloſ. *in cap. vt circa* §. *fin.* verbo *omnia*, & *ſingula de elect. in* 6. Caſarub. *tit. de communicat. priuil.* Mandoſ. *de priuileg. ad inſtar. quæſt.*8. *num.*8. ver. *& in terminis*. Quia priuilegium communicans cõmunicat priuilegia cum ſuis qualitatibus, & quatenus in Bullis expreſſa, atque adeo cum clauſulis omnibus, & conſequenter cum derogationibus annexis, præſertim ſi communicans habeat clauſulam, Quorum tenores, quæ operatur non ſecus, ac ſi priuilegia communicata de verbo ad verbum eſſent inſerta.

An.

An priuilegium conceſſum à Summo Pontifice Regularibus, decimas non ſoluendi, ſolum eximat eos, quibus datur, à decimis ſoluendis exijs prædijs, quæ eo tempore, quo priuilegium impetrarunt, poſſidebant: an etiam à decimis ex prædijs, quæ poſtea in ipſorum dominium deuenerunt? Quæſt. LXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Res tranſit cum ſuo onere.*
2 *Exemptio à ſolutione decimarum procedit etiam quo ad prædia, quæ de nouo acquiruntur.*
3 *Priuilegia id exprimunt.*
Vniuerſalis exemptio ſe extendit etiam ad acquirenda.

1 Reſp. Quod Oldradus, *in conſ.* 268. putat, ea Pontificia priuilegia tantummodò locum habere in primis decimis, non in ſecundis, duplici argumento promotus: primum ſumit, *ex c. dudum de priuileg.* cui argumento in alia præcedenti quæſtione reſpondi. Secundum ſumit argumentum, *ex cap. ſi quis laicus, & c. Eccleſiæ, & c. quicunque*, 16. *q.* 1. *& cap. cum non, ſit in homine, de decimis, & cap. ex literis, de pignoribus*, vbi dicitur, rem, in quemcumque poſſeſſorem deuenerit, cum ſuo onere tranſire: Ergo ſi prædium in Religioſos translatum decimam ſoluebat, manet ſicut antea obligatum.

2 Attamen longè probabilius eſt, quod dixi, priuilegium vniuerſim extendi ad quælibet prædia, ſiue ante, ſiue poſtea acquiſita. Ratio huius eſt, quia tale priuilegium non ſolum eſt perſonale, quo perſonæ à decimis eximuntur, ſed etiam reale, quo generatim quælibet prædia, & bona excipiuntur, & liberantur à decima: & vbi priuilegij verba nihil diſtinguunt, nec nos diſtinguere debemus. Id verò, quod obijcitur, rem tranſire cum ſuo onere in poſſeſſorem, locum habet in priuilegijs perſonalibus, quibus perſonæ fiunt immunes ab onere; ac proinde, ſi res oneri ſubiecta ad eas perſonas deuenerit, obligatur ſicut antea. Exemplum ſit: Titio eſt perſonale priuilegium conceſſum, vt ipſe immunis ſit à tributo ſoluendo, donatione tamen rem tributo ſubiectam acquiſiuit, debet eiuſmodi tributum ſoluere, non ratione perſonæ, ſed rei tantum, quæ eſt in ipſum Titium donatione translata.

ADDITIO AD QVAEST. LXXIII.

3 Clara ſunt priuilegia, quæ concedunt immunitatem à decimis, etiam pro prædijs acquirendis. Ita Sixtus IV. in fauorem Carmelitarum apud Lezanam *tom.* 2. *queſt. Regular. cap.* 1. *nu.* 32. Pius IV. Societati Ieſu, Gregor. XIV. Militibus Hieroſolymitanis approbans priuilegia ijſdem conceſſa à ſuis prædeceſſoribus *in ſua Conſtit.* 5. *tom.* 2. *Bullar. §.* 1. Ita in cap. *quia circa de priuileg.* Glo. *ibid. & in cap. ex parte* 3. *in poſit. caſus de decim.* Fab. Anna *conſil.* 61. *num.* 13. Merol. *tom.* 3. *theol. moral. diſp.* 6. *cap.* 8 *num.* 109. Suarez *tom.* 1. *de relig. lib.* 1. *cap.* 19. *nu.* 6. Lezana *in ſum.* verbo *decimæ*, *num.* 11.

Præterea, cum exemptio à ſolutione decimarum ſit generalis quò ad omnia bona, debet comprehendere etiam ſuperuenientia, quia verba vniuerſalia omnia comprehendunt, *l. omnes C. ſine cen. vel reliq. & l.* 1. *§. quod autem, ff. de vi, & vi arm.* Socin. *conſil.* 297. *num.* 5. *vol.* 2. Nam bona ſuperuenientia trahuntur ad priuilegium conceſſum perſonæ; ſicut quando bona ſæcularia fiunt Eccleſiaſtica, trahuntur ad priuilegium perſonæ Eccleſiaſticæ, & fiunt exempta ab oneribus laicalibus.

An Coloni, qui prædia Religioſorum conducunt, vt ea colant, parte vna fructuum ſibi retenta, & altera ipſis Religioſis ſoluta, ſint liberi, & exempti à decima ſoluenda? Quæſt. LXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium perſonale de non ſoluendis decimis non trahitur ad colonos, ſeu partiarios: reale trahitur.*
Cap. Licet, de decimis, *explicatur.*
2 *Priuilegium reale de non ſoluendis decimis tranſit ad colonos, non perſonale.*
3 *Priuilegia de non ſoluendis decimis, ſecundum aliquos ſunt perſonalia.*
4 *Secundum alios realia.*
5 *Regula ad dignoſcenda priuilegia realia, & perſonalia.*
6 *Priuilegium conceſſum perſonis pro rebus eſt perſonale*

ſonale.

7 *Ad quas decimas ſtante priuilegio perſonali te-* *neantur coloni.*

1 Reſp. Quod *in cap. licet, de decimis*, videtur eſſe planè conſtitutum, priuilegium Monachis, aut Regularibus conceſſum, vt à decima ſoluenda liberentur, non trahi ad eos, qui eorum prædia excolenda conduxerint. Nihilominus tamen dicendum eſt, quandocumque priuilegium conceditur alicui Religioſorũ Ordini, vt ſit immunis, & liber à decima ſoluenda, ſi ſit perſonale tantũ, non ſe extendere ad conductores prædiorũ: ſi verò ſit priuilegium reale protendi ad conductores agrorum. Sic Gloſ. *in Clem. 1. de decimis*, in ver. *excolendas*. Sic ibi Ancharan. Imola, Cardinalis, *ibidem, q.* 23. Abbas *in cap. ex parte, de decimis, 1. num.* 5. Quod probant, quia agri, ac prædia à decima eximuntur; ergo etiam eorum conductor ſoluere decimam non debet: ex quo fit, vt cum prædictum priuilegium non ſolum ſit perſonale, ſed etiam reale, trahatur quoque ad eos, quibus prædia ſua ipſe Religioſorum Ordo locat, quomodocunque ea locet, nimirum, ſiue eo pacto, vt conductor ſibi dimidiam partem fructuum acquirat, & alteram dimidiam relinquat ipſi Monachorum ordini, qui tunc dicitur partiarius Colonus; ſiue locet eo pacto, vt quotannis ipſi Ordini certa, & taxata pars fructuum in omnem euentum reddatur, & reliquum ſibi conductor acquirat, qui tunc dicitur colonus, vel conductor cenſualis.

Ad id verò, quod obijciebatur *ex cap. licet de decim.* Reſpondeo ibi ſermonem eſſe de priuilegio, quod fuerat conceſſum Ciſtercienſibus, Templarijs, & Hoſpitalarijs, ne decimam ſoluerent ex prædijs, quæ proprijs manibus, vel ſumptibus colerent; ac proinde priuilegium dictum minimè trahendum fuit ad conductores, qui ſibi fructus, vel ex toto, vel ex parte acquirunt: at verò priuilegium illud generalius eſt, nam in vniuerſum concedit, vt prædia certi Ordinis regularis ſint libera, & exempta à decima.

ADDITIO AD QVAEST. LXXIV.

2 Conueniunt Doctores, quod ſi priuilegium de non ſoluendis decimis ſit perſonale, non extenditur ad colonos: ſi verò ſit reale, extenditur: ſed cum diuerſa ſint priuilegia non conueniunt an ſint, vel non ſint realia. Quod autem, ſi priuilegium ſit perſonale, non extendatur ad colonos, tradunt Gloſ. *in Clemen. 1.* verbo *excolendas, de decim.* Cardin. *ibid. quæſt.* 23. Vitalin. *num.* 31. Imola *ibidem.* Item Gloſ. *in cap. 1.* verbo *excolendas, de decim.* Abbas *ibid.* Bellam. *in dict. Clemen. 1. num.* 240. ver. *Et ideo, de decim.* Socin. ſen. *conſil.* 297. *num.* 5. *lib.* 2. Ruin. *conſil.* 157. *num.* 9. *lib.* 3. Ferret. *conſil.* 123. *num.* 6. Boer. *quæſt.* 213. *circa fin.* Bertachin. *de gabel. par.* 7. *num.* 16. Boſſius *in pract. tit. de principe num.* 174. Biſign. *deciſ. 1. de decim.* Rota *deciſ.* 4. *de priuileg. in antiquis, alias deciſ.* 876. Puteus *deciſ.* 510. *num.* 1. *lib.* 2. & alij quamplures: hæc enim eſt natura priuilegij perſonalis, vt non egrediatur perſonas, quibus eſt conceſſum.

3 Quod autem priuilegia de non ſoluendis decimis ſint perſonalia, & non realia, ſenſit Rota *in Placentina decimarum 17. Decembr.* 1584. *coram Blanchetto*, & in *Pampilonenſi decimarum* 15. *Decemb.* 1615 *coram Coccino*, & *deciſ.* 23. *par.* 2. *diuer.* Seraphin. *deciſ.* 217. *n.* 2. Pegna *deciſ.* 864. & *deciſ.* 911. *num.* 1. & *deciſ.* 936. *num.* 2. & alibi paſſim. Verum ex his deciſionibus, non concluditur vniuerſalis propoſitio, quod priuilegium de non ſoluendis decimis ſit perſonale: quia Rota non conſiderauit omnia priuilegia, ſed illa tantum, quæ ipſi proponebantur, & ideo ſolum habetur, quod illa priuilegia ſint perſonalia.

4 Econtra verò eximi religioſos à ſolutione decimarum priuilegio reali, & proinde tranſire ad colonos, tenent Menoch. *conſil.* 286. *num.* 3. *lib.* 3. Diana *par.* 3. *tract.* 1. *de immun. reſol.* 23. Azor *par.* 1. *li.* 7. *cap.* 26. *quæſt.* 7. Henriquez *lib.* 7. *ſum. cap.* 27. *nu.* 8. & *in Gom. litera L.* Rodriquez *quæſt. Regular.* 44. *ar.* 4. ver. *& primo, tom.* 2. Filliuc. *tract.* 16. *cap.* 11. *num.* 302. Peirin. *ad Conſtit.* 2. *Iulij II. §.* 30. *n.* 132. Hieronym. Rodriquez *in compen. reſol.* 50. *num.* 3. Seraphin. Freitas *ad Bull.* 4. *Greg. XI. in Bull. B. Mariæ de Mercede*, Lezana *in Mari magno Minimor.* §. 30. *num.* 107. Palaus *par.* 2. *oper. moral. tract.* 10. *diſp. vn. punct.* 12. *num.* 10.

5 Verum hæc difficultas reſolui non poteſt, niſi conſiderentur verba priuilegij, ſiquidem priuilegia circa decimas habent magnam varietatem; & iuxta illa iudicandum. Hac autem regula cognoſcetur an priuilegium ſit reale, an verò perſonale: ſi enim directè, & per ſe concipitur in res, erit reale, ſi verò concipitur in perſonas, ſeu in ipſam communitatem religioſorum, erit perſonale, iuxta naturam conceſſionarij, & proinde erit perpetuum, quia religioſi in communi ſunt perſona ficta, quæ nunquam interit. Et in hoc ſenſu ſolet etiam dici reale, quatenus ſcilicet eſt perpetuum; ſed modo non accipitur in hoc ſenſu, ſed quatenus eſt conceſſum rei, ita vt ipſam afficiat, & cum ipſa tranſeat. Quod autem priuilegium reale ſit illud, quod concipitur in rem, & ad ipſam dirigitur; & perſonale, quod dirigitur ad perſonam, habetur ex *l.* 1. *ff. de aqua quot. & eſt. in fine*. & tradunt Gloſ. *in cap. tua, de his, quæ fiunt à Prælat.* & in *Clemen.* 1. verbo *excolentes, de decimis*. Bart. *in l.* 1. *num.* 2. *ff. de conſtit. Princip.* Crauetta *conſil.* 239. *num.* 4. Alciat. *reſp.* 203. *num.* 12. Ruin. *conſil.* 217. *num.* 15. *vol.* 1. Barboſa *in l. quia tale num.* 5. *ff. ſoluto matr.* Suarez *lib.* 8. *de legib.*

legib. cap.3. num.10.

6 Sub priuilegio autem personali continetur etiam priuilegium concessum personis pro rebus, quod multoties videri potest reale, quasi concessum rebus ipsis, quia conceditur personis in ordine ad res. Ita obseruant Glos. *in Clemen. 1.* verbo *excolendas in fine, de decim.* Bellam. *num.4.* ver. *sic, & ideo* Rota *decis.4. num.3.* ver. *si autem sit, de priuileg. in antiquis*, Puteus *decis.510. num.2. lib.2. in correct.* Pegna *decis.864. num.4.* Pro quo tamen est aduertendum, quod aliud est priuilegiari personas quò ad res, & in hoc casu priuilegium est personale, sed pro rebus. Et aliud est priuilegiari res intuitu personarum, & in hoc casu priuilegium est reale; quia licet persona sit motiuum concedendi, subiectum tamen, cui conceditur, est res ipsa, & ideo est reale, quia sequitur naturam subiecti, cui conceditur.

7 Ex quibus fit, quod si priuilegium non soluendi decimas sit personale, si locentur prædia, soluenda erit decima de omnibus, & solum pensio pecuniaria libera erit. Si verò pars fructuum soluatur à colono, sola hæc pars quæ peruenit ad religiosos, erit exempta à decimis, non autem ea, quæ pertinet ad Colonos. Ita obseruat Pegna cum alijs *decis.864. num.4. tom.1.*

An prædia, si quæ Religiosorum Ordo in emphyteusim habeat, libera quoque sint à decima, ea item, quæ ab alijs conducta habet?

Quæstio LXXV.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiati quò ad decimas non soluunt de emphyteuticis, Nec de conductis.*

2 *Religiosi nõ soluentes decimas ex priuilegio, soluunt de conductis.*

3 *An etiam de emphytheuticis.*

1 Resp. Quòd *in c. quidem dilecti, de decimis*, præcipit Pontifex, vt Regulares decimam soluant ex prædijs, quæ sibi laici locauerant, & ex quibus antea decima soluebatur. Dicendum tamen est, etiam ad huiusmodi prædia ante dictum priuilegium protendi, vt quidam volunt, quoniam in priuilegio excipiuntur generatim quæcumque prædia, & bona, quæ Religiosorum ordo habet; Sed quæ in emphyteusim accepit, verè, & propriè in bonis ordinis numerantur: igitur ea quoque sunt à decima exempta. Et cum emphiteusis sit quædam ad longum tempus locatio, atque conductio, fit, vt prædia quoque ipsi ordini Religiosorum ad breue tempus locata, sint libera à solutione decimæ: nam locatio ad longum, vel breue tempus, rei sustantiam non mutat.

Obijcies: agri conductitij qui vocantur, non sunt proprij: ergo priuilegium de decima non soluenda ex agris proprijs, trahi non debet ad conductitios. Resp. si priuilegium concessum alicui, tantum habeat, ne decimam soluat ex proprijs agris, vel ex suis agris, nequit extendi ad conductitios, *c. dilecti, de decimis*. At quando hoc priuilegium simpliciter, & absolutè conceditur, ne quis decimam soluat ex prædijs, quæ habet, comprehendit etiam proprios, & conductitios fundos, & agros, quoniam vtraque habentur. Ad id verò, quod *ex cap. dilecti de decimis* obijcitur. Respondeo, priuilegium Pontificis non fuisse simpliciter concessum, sed eatenus duntaxat, ne Regulares illi decimas soluerent ex fundis, quos proprijs laboribus, vel sumptibus colerent. Et ideò respondit Pontifex, eiusmodi priuilegium ad agros conductitios minimè protendi.

ADDITIO AD QVAEST. LXXV.

2 Quod religiosi exempti à decimis, sint etiam exempti à decimis prædiorum, quos habent conductitios, tenet etiam Azor. *par.1. lib.7. cap.6. §.3.* Peirin. *ad Constit.2. Iulij II. §.3. num.133.* Sed hæc opinio non concordat cum cap. *dilecti, de decim.* vbi Pontifex declarat, sub priuilegio non soluendi decimas non comprehendi agros conductos, & ideo oppositum tenent Panor. *ibid.* Rebuff. *quæst.14. de decim. num.52.* Suarez *tom.1. de relig. lib.2. cap.19. n.11* Lezana *in sum.* verbo *decimæ, num.11.* Palaus *par.2. oper. moral. tract.10. disp.vn. punct.12. nu.9.* Cum enim hæc prædia secundum se sint subiecta decimationi, retinent idem onus, quamuis transeant ad personas priuilegiatas per locationem, quia locatio non transfertur in proprietatem, & personæ sunt solum priuilegiatæ quò ad propria.

3 Quando verò prædia sunt in emphyteusim accepta, adhuc esse subiecta decimationi, tenent Suarez *tom.1. de relig. lib.2. cap.19. num.11.* Palaus *par.2. oper. moral. tract.10. disp.vn. punct.12. nu.9.* Quia emphyteusis non differt à conducto, nisi secundum maius, vel minus tempus. At non esse soluendas decimas de prædijs in emphyteusim acceptis tradunt Azor. *par.1. lib.7. cap.6.* ver. *tertio*, Lezana *in summa* verbo *decimæ, num.11.* Peirin. *ad Constit.2. Iulij II. §.30. num.133.* Seraphin. Freitas

ad

ad Bull. 1. Innocent. IV. in Bullar. Ordin. S. Mariæ de Mercede. Ratio eſt, quia emphyteuſis transfert in emphyteutam vtile dominium, atque adeo facit poſſidere tanquam proprium; & ideo eodem iure cenſentur, ac ſi eſſent propria.

Quænam pœnæ Iure communi conſtitutæ ſint contra eos, qui decimas non ſoluunt? Quæſtio LXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Pœna excommunicationis eſt poſita non ſoluentibus decimas.*
2 *Non eſt excommunicatio latæ, ſed ferendæ.*
3 *Requiritur monitio, vt feratur.*

1 Reſp. *in Statutimus, 16. q. 1.* & in Conc. Matiſconenſi 2. eſſe conſtitutum: Vt omnes cuiuſcunque gradus, & conditionis ſint, decimas integras ſoluant ijs, quibus iure debentur; alioqui excommunicationi ſubijciantur. Vnde Synodus Trident. *ſeſſ. 25. c. 12. de reformat.* eandem pœnam confirmat his verbis: Qui decimas, aut ſubtrahunt, aut impediunt, excommunicentur. Nec ab hoc crimine, niſi plena reſtitutione ſoluta, abſoluantur.

ADDITIO AD QVAEST. LXXVI.

1 Eadem pœna excommunicationis contra non ſoluentes decimas deſumitur etiam ex cap. *ad hæc*, & cap. *ex parte 2.* & cap. *tua nobis, de decim.* & ex Clemen. *diſpendioſam, de iudic.* Quæ tamen excommunicatio non eſt latæ ſententiæ, ſed ferendæ, iuxta ea quæ tradunt Molina *de iuſt. & iure tract. 2. diſput. 756. num. 4.* Moneta *de decim. cap. 8. quæſt. 5. concluſ. 1.* Rota *in Motulenſi decimar. 31. Ian. 1614. coram Serrato* & *in Dertuſen. decimar. 11. Maij 1609 coram Marquemant.* apud Marcheſan. *de commiſſ. par. 1.* & colligitur etiam ex verbis Concilij Trident. *ſeſſ. 25. cap. 12. de reformat.* nam dicit, *excommunicentur*; non autem, ſint excommunicati, quod verbum iuxta communem doctrinam importat excõmunicationem ferendam, quia ſignificat futuram actionem iudicis.

3 Ex quo fit, quod non ſoluentes decimas non poſſint excommunicari, niſi præmiſſa canonica monitione. Et ita deſumitur ex dicto cap. *peruenit de decim.* & notat Gloſ. *in cap. tua nobis, de decim.* & *in Clemen. diſpendioſam* verbo *præmoniti*, & verbo *coerceri, de iudic.* vbi & Doctores. Abbas *in dict. cap. peruenit, num. 3. de decim.* Ancharan. *ibid.* Marcheſan. *de commiſ. cap. 4. num. 2.* Moneta *de decim. c. 8. quæſt. 5. concluſ. 2.* Robuff. *de decim. quæſt. 12. nu. 8. & 15.* Azor *par. 1. lib. 7. cap. 24. quæſt. 17.* Suarez *de relig. tom. 1. tract. 2. lib. 1. cap. 37. num.* .... Riccius *deciſ. 195. num. 6. par. 4.* Ratio eſt, quia nemo excommunicari poteſt, niſi præmoneatur. cap. *ſacro de ſent. excommunicat.* quia cum ordinetur ad medicinam, non poteſt ferri in eum, qui paratus eſt reſipiſcere.

Quam pœnam incurrant Religioſi quicunque ſint, qui decimas debitas, & ad ipſos Iure aliquo, vel cauſa legitima, non pertinentes, ſibi vendicant tamquam proprias, vel dolis vel malis artibus vſurpant? Quæſt. LXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Religioſi quocunque modo impediant decimarum ſolutionem, excommunicationi ſubijciuntur.*
2 *Quinam religioſi incurrant excommunicationẽ, et quinam ſuſpenſionem.*
3 *Quando contrahatur.*
4 *Hæ cenſuræ non ſunt reſeruatæ, & quid pro abſolutione requiratur.*

1 Reſp. Quod *in Clem. 1. de decimis*, Religioſi excommunicatione feriuntur non ſolum in caſu ſupradicto, ſed etiam quando non permittunt, vel prohibent Eccleſijs decimas ſolui ex animalibus ſuorum familiarium, vel paſtorum, vel ex alijs animalibus, quæ ſuis permiſcentur, vel ex animalibus, quæ in Eccleſiarum fraudem emunt; & committunt venditoribus, vel alijs, vt ea teneant, & cuſtodiant, aut ex terris, quas colendas alijs committunt: Si ad moniti ab ijs, quorum hoc intereſt, intra menſem, ab his non deſiſtant: Aut ſi id, quod ſibi auſu temerario vſurparunt, non reſtituerint, intra duos menſes Eccleſijs, quibus Iure debentur, quæ excommunicatio nulli, communi Iure reſeruatur,

AD-

Digitized by Google

per Gregor. XIII. *in sua constit.* quæ incipit. *In tanta negotiorum mole*, reuera tamen non reuocatur per dictam Constitutionem, sed tantum reducitur ad terminos Concilij Trident. vt dicit Rota *in Licien si quarta funeral. die Lunæ 15. Ianuar. 1618. coram Coccino*, asserens ita declarasse S. Concilij Congregat. & obseruant etiam Miranda *tom. 2. Manual. quæst. 88. ar. 8.* Peirin. *de privileg. ad Constit. 7. Pij V. §. 3.* Lezana *tom. 1. quæst. Regular. cap. 3. num. 12.* Io. à Cruce *lib. 2. de statu relig. c. 9. dub. 5.* Cespedes *de exemp. regul. cap. 24. dub. 364. num. 10.* & alij. In hac autem Constitut. statuitur, quartam esse soluendam. *Vbi solui consueuit id tantum cera, & aliorum, quæ in aliquibus partibus deferri contigerit tempore, quo defunctorum corpora ad sepulturam deferuntur: non autem de Missis, seu legatis, vel aliis, Fratribus ipsis, seu Monialibus huiusmodi relictis, aut alias quomodolibet donatis solui debet.* Vnde quarta soluenda est de ijs, quæ eodem die cum funere deferuntur; quia hæc tantum veniunt nomine funeralium, vt obseruant Corneus *consil. 496.* Gratian. *disc. forens. cap. 94. num. 17.* Tamburin. *de iure Abbat. tom. 1. disp. 15. quæst. 17. n. 3.* Lauor. *tom. 1. variar. lucubrat. cap. 17. num. 19.* Cespedes modo *citat.* Lezana *in sum.* verbo *quarta funeralis, num. 7.* Io. à Cruce *lib. 2. de statu relig. c. 9. dub. 5.* Molina *de iust. & iure tract. 2. disp. 215. num.* Nouar. *in Lucerna Regul.* verbo *quarta num. 3.* asserens Benedictum XI. inter Constit. Prædicatorum ita declarasse his verbis. *Funeralia verò intelliguntur hoc casu, quæ cum funere deferuntur.*

An charitatiuum subsidium exigi possit ab exemptis, & à Monasterijs Regularium virorum, & mulierum?

Quæst. LXXI.

SVMMARIVM.

1 *Charitatiuum subsidium exigitur à Monasterijs exemptis.*
Nisi adsit consuetudo in contrarium.
2 *In qua summa exigendum.*
3 *Causæ ob quas exigi potest.*
4 *Exempti non tenentur ad charitatiuum subsidium.*
5 *Charitatiuum subsidium est de lege Diœcesana.*
6 *Ecclesiæ obligatæ ad charitatiuum subsidium, tenentur, etiamsi subijciantur Monasterijs exemptis.*
Non tamen si, sint regulares.
7 *Monasteria, quæ ex consuetudine, aut indulto soluunt charitatiuum subsidium, tenentur soluere.*
8 *Monasterium habens populum non exemptum, an teneatur ad charitatiuum subsidium.*

1 Resp. Affirmatiuè, dum tamen modus non excedatur, tex. à contrario sensu, *in Clem. prima §. nonnulli, iuncta Gloss.* in verbo *exigendo*, vbi etiam Abb. *num. 11.* & Anchar. *in 8. not. de excess. Prælat.* Abb. *in c. dilectus, num. 4. vers. quinto.* Innoc. *in cap. 1. de statu Regul.* Hostien. *in summ. de officiorum §. 2. vers. nunquid Episcopus.* Alex. de Neuo *cons. 58. n. 8. & 9.* Boer. *decis. 135 num. 4.* Fallit tamen, vbi in fauorem Monasteriorum allegatur consuetudo tanti temporis, cuius initij memoria non existit, ex quo non soluerint. Abb. *cons. 26. n. 4. & 5. p. 2.* vbi dubium esse dicit, an exclusa consuetudine, Monasteria Regularium teneantur ad subsidium charitatiuum. Moniales verò non habentes redditus vltra summam quatuordecim ducatorum auri de Camera pro victu cuiuslibet Monialis, & alios redditus non habentes, non tenentur ad huiusmodi subsidia, neq; ad decimas Papales, prout sanciuit Pius Quartus in Constit. 10. & tenet Thesaur. *fori Eccl. cap. 27. num. 86.*

2 Circa quantitatem verò summæ, quæ sit exigenda pro charitatiuo subsidio, variæ fuerunt opiniones. Verior tamen sententia est Card. *in cap. cum Apostolus, de cens. q. 7. & in cap. 1. col. 2. de excess. Prælat.* dicentes hoc esse in arbitrio Episcopi, à quo tamen si indebitè arbitretur, appellari potest, Boer. *decis. 134. num. 5. & 6.* Gramm. *decis. 88. num. 3.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. cons. 179. num. 4.* Nam huiusmodi arbitrium importat arbitrium boni viri, & arbitrium regulatum à Iure, Rot. *decis. 9. num. 2. de rescrip. in antiq.* Quando autem ex necessitate imponitur, & solui debet, tunc potest Episcopus compellere sibi subditos ad charitatiuum subsidium soluendum, Archid. *in c. cauendum, num. 2. X. q. 3.* Host. *in d. c. cum Apostolus*, & alij.

3 Causæ autem iustæ, & rationabiles imponendi charitatiuum subsidium, sunt istæ. Prima in promotione, & consecratione Ecclesiæ, & post adeptam possessionem, & hoc pro solutione Bullarum, & annatæ. Secunda pro recuperatione ciuitatum, & locorum, ac bonorum Ecclesiæ occupatorum. Tertia, quando Prælatus vocatur ad Papam, seu ad Conc. General. Quarta, quando lis magna Ecclesiæ mouetur. Quinta, in aduentu Regis, maximè si Episcopus ab eo tenet Regalia, seu quando debet ad illum proficisci pro communi vtilitate, seu Ecclesiæ necessitate. Sexta, quando pro Ecclesiæ summa vtilitate, & necessitate, emi debet aliquod

quod Caſtrum, vel Oppidum ad expellendos, vel procul arcendos hoſtes, ita Doctores ſupra citati.

ADDITIO AD QVAEST. LXXI.

4 Quod exempti non teneantur ad charitatiuũ ſubſidium, eſt communis ſententia. Io. Andr. *in cap. dilectus de offic. Ordinar.* Butr. & Imola *ibid.* Innoc. *in cap. 1. de ſtatu Monach.* Archidiacon. *in cap. 1. de præben. in 6.* Bald. *l. ſi quis ad declinandam C. de Epiſcop. & Cler.* Hoſtienſ. *in ſum. de ſtatu Monach. §. fin.* & Tit. *de cenſib. §. Ex quibus cauſis* ver. *Item Epiſcop. exigit.* Bellincin. *de charitat. ſubſid. qu. 29. num. 2.* Tamburin. *de iure Abbat. tom. 3. diſp. 10. q. 4.* Ceſpedes *de exempt. Regular. cap. 24. dub. 354. n. 2.* & alij cum Gloſ. *in cap. inter cætera*, verbo *ſolutionis* 10. *quæſt. 3.* Et imprimis adſunt plura priuilegia, quæ liberant ſeu potius declarant liberos Regulares ab exhibendo charitatiuo ſubſidio, apud Rodriquez, *quæſt. regular. 66. ar. 1. tom. 2.* nam Gregor. XI. exemit Ordinem S. Hieronymi in Hiſpania. Eugenius Quartus, Fratres S. Mariæ de Guadalupe. Leo X. Clemen. VII. Paulus III. Pius IV. & Pius V. Equites Hieroſolymitanos, & alia plura priuilegia refert Tamburin. *citat.* quæ participantur ab omnibus habentibus communicationem.

5 Ratio, quam afferunt, eſt, quia charitatiuum ſubſidium eſt de lege diœceſana, vt tradunt communiter Innocent. *in cap. 1. de ſtatu Monachor.* Io. Andr. *in cap. dilectus de offic. Ordinar.* Butr. Imola *ibid.* Archidiacon. *in cap. 1. de præbend. in 6.* Bellincin. *de charitat. ſubſid. quæſt. 28.* & alij cum Gloſ. *in dict. cap. dilectus.* Monaſteria autem ſunt exempta à lege diœceſana. cap. *ne pro cuiuslibet*, 16. *qu. 1.* & cap. *quæſit. in fine* 18. *quæſt. 2.* vbi Gloſ. Verum dato quod charitatiuum ſubſidium eſſet de lege iuriſdictionis, vt vult Abbas *in dict. cap. dilectus*, cum Monaſteria hodie ſint plenè exempta ab Ordinarijs etiam quò ad legem iuriſdictionis, ſunt etiam omnino exempta ab exhibendo charitatiuo ſubſidio.

6 Eſt tamen aduertendum. Quod quando Eccleſiæ tenentur ad charitatiuum ſubſidium, ex eo quod ſubijciantur Monaſterijs exemptis, non liberantur ab hac obligatione, vt deſumitur ex Clem. 1. *de cenſib.* ibi. *Ac iura Epiſcopalia, & alia præſtari pro ipſis, antequam ad eos peruenirent ſolita.* & cap. *paſtoralis, de decim.* & in cap. *quia Monaſterium, de relig. domib.* Res enim tranſit cum ſuo onere, & ita obſeruant Innocent. *in c. 1. de ſtatu Monachor.* Bald. *in l. ſi quis ad declinandam, C. de Epiſcop. & Cler.* Bellincin. *de charit. ſubſid. quæſt. 29. num. 2.* & alij cum Gloſ. *in cap. inter cætera*, verbo *ſolutionis* 10. *quæſt. 3.* Hoc tamen limitandum eſt, vt aduertit etiam Bellincin. *num. 6. cit. quæſt. 29.* Si Eccleſiæ, vel Capellæ ſubiectæ Monaſterijs ſint ſæculares. Quia ſi ſint regulares, non tenebuntur, ſi regulares ibi reſideant vt Congregatio: Tenebuntur tamen ſi ibi reſideant, vt Monachi. Verum abſolute dicendum eſt, quod non teneantur, quia ſi ſunt regulares, ſunt incorporatæ Monaſterio, quod eſt omnino exẽptum etiam à iuriſdictione Ordinarii, quò ad omnia ſua bona, loca, pertinentias &c. vt dictum eſt ſupra ad *quæſt. 1. & 36. huius 2. par.*

7 Quod ſi aliqua Monaſteria vel ex conſuetudine, vel ex ſpeciali priuilegio Epiſcopi, ſoleant exhibere charitatiuum ſubſidium, id eſt ſeruandum ex Extrauag. Benedicti XII. *Vas electionis, §. præmiſſis quoque* verbo *Monaſterijs*, ibi. *Ex Apoſtolica indulgentia, vel conſuetudine.* Quod inter alios notat Bellincin. *de charitat. ſubſid. quæſt. 29. num. 3.*

8 An autem quando Monaſterium habet populum non exemptum, teneatur ad charitatiuum ſubſidium. Affirmant Innocent. *in cap. 1. de ſtatu Monach.* Io. Andr. *ad Speculum in rubr. de priuileg.* Bellincin. *de charit. ſubſid. quæſt. 29. num. 5.* Chochier. *de iuriſdict. Ordinar. in exemp. par. 4. quæſt. 9. num. 2.* Barboſa *de iure Eccleſ. lib. 3. cap. 21. num. 54.* Cum diſtinctione verò procedit Tamburin. *de iure Abbat. tom. 3. diſp. 10. quæſt. 4.* inquiens, quod ſi Eccleſiæ habentes populum ſunt vnitæ Monaſteriis, non tenentur ad charitatiuum ſubſidium, quia ſunt de menſa Prælatorum: Si verò non ſint vnitæ, tenentur. Verum non videtur habere locum diſtinctio, quia ſi Eccleſiæ, aut Capellæ ſint ita vnitæ, vt ſint de menſa Prælati, iam ſunt exemptæ, atque adeo non amplius militat ratio, ob quam ſit ſoluendum charitatiuum ſubſidium.

An Regulares ſint exempti à decimis perſoluendis? & quid ſi priuilegio Apoſtolico ſint effecti immunes, Priuilegium intelligatur ſolum de decimis perſonalibus, an etiam de prædialibus?

Quæſtio LXXII.

SVMMARIVM

1 *Regulares ſunt exempti à ſolutione decimarum.*
2 *Pontifex poteſt eximere à ſolutione decimarum. Habens priuilegium ne ſoluat decimas, intelligitur etiam de prædiali ſolita ſoluiparochis.*
3 *Regulares à quibus decimis de iure communi ſint exempti.*
Quid requiratur, vt ſint exempti à decimis nouallium, & animalium.
4 *Priuilegia eximentia Regulares à decimis.*
5 *Non conceduntur niſi cum difficultate, An ſtrictè interpretanda.*
6 *An veniant in generali communicatione.*
7 *Priuilegia eximunt Regulares à decimis, etiam quæ de iure ſpeciali debentur.*

8 *Sunt concessa ex causa onerosa.*
9 *Resoluuntur, quando enormiter læderent parochos.*
10 *Priuilegia eximentia à decimis, quando veniant in generali communicatione.*
11 *Necessarium an sit, quod in generali communicatione derogetur cap.* Nuper.
12 *Priuilegium communicans communicat nedum priuilegia, sed etiam qualitates, clausulas, &c. præsertim si habeat clausulam*, Quorum tenores.

1 Resp. Quòd Regulares, nisi à Sede Apostolica sint effecti immunes à decimis soluendis, tenentur eas soluere de Iure, & nemo est, qui de hoc dubitet. Quæstio est, quando habent priuilegium Apostolicum exemptionis. Et notandum est, Religiosorum ordinibus inter cœtera priuilegia, hoc etiam concessisse Pontifices, vt sint à decima persoluenda exempti. Vndè in priuilegijs quibusdam sic habetur: De Domibus, Monasterijs, & Collegijs, & eorum prædijs, hortis, & alijs locis, quæ habere possunt: aut de ijs, quæ pro eisdem emendis, eis pro tempore legari, aut donari contigerit, & denique de alijs bonis, per Ordinem, siue Religionem possessis, & obtentis, non tenentur soluere aliquam decimam, etiam papalem, seu canonicam portionem exhibere; nec ad præstationem procurationum, aut exactionum, collectarum, vel prouisionum quarumcumque: nec ad id etiam per literas Apostolicas compelli, nisi eiusmodi literæ de hoc indulto de verbo ad verbum, fecerint mentionem. Item aliqui Romani Pontifices solent Religiosorum, siue Monachorum ordinibus priuilegium concedere, quo ipsos eximunt, & eorum prædia à quibusuis decimis, etiam papalibus, prædialibus, personalibus, quartis, medietatibus, & alijs fructuum partibus, subsidijs, etiam charitatiuis, & alijs ordinarijs oneribus, etiam pro expeditione contra infideles, defensione patriæ, & alias quomodolibet, etiam ad Imperatoris, & inferiorum Principum instantiam impositis: Et quamuis in ipsa impositione caueatur, vt nulla prorsus exemptio cuiquam aduersus illa suffragetur. Et solent derogare constitutioni, quæ incipit, Nuper, de decimis, vbi constitutum est, vt Cistercienses Monachi ex fructibus prædiorum, quæ acquisierant post Concilium generale Lateranense sub Innocentio III. decimam soluere debeant, etiamsi eiusmodi proprijs manibus vel sumptibus excolant, si ex illis prædijs antea decimæ solui solebant: quod decretum comprehendit, vt ibi dicitur, alios Regulares, qui similibus priuilegijs potiuntur. Item concedunt aliquando Romani Pontifices Religiosorum Monasterijs absolutè, ne decimas soluant ex prædijs, quæ habent; aliquando in priuilegio dicunt, ne soluant decimas ex prædijs suis.

2 His positis, dicimus in primis, certi iuris esse, priuilegio Pontificis Romani, posse aliquos eximi à decimis soluendis; quod asserit Glossa, Hostiensis, Ioan. Andreas, & Panormitanus *in c. licet, c. ad audientiam, c. ex parte tua ad nos, de decimis*. Dubitatur itaque, an si prædictum priuilegium vt supra productum, alicui Monachorum Ordini concedatur, eo ipso, Ordo fit immunis, ac liber simpliciter, atque absolutè à decima prædiali, quæ parochis debetur. Oldradus *in cons.* 268. censet, quandocumque eiusmodi priuilegium Monasterio, vel cuilibet Religioso Ordini conceditur, rationem habere tantummodo in decima agri noualis, non autem esse trahendum ad decimam prædialem, quæ antea parocho soluebatur. Hanc sententiam ita confirmat: priuilegium enim Principis, quamuis sit pleniſſimè declarandum, quando solum est præter commune ius, non tamen cum communi iuri derogat: nam interpretari priuilegium debemus, vt quam minimum fieri possit, iuri alterius noceat, *l. Prætor ait, §. meritò, ff. ne quid in loco publico, & c. ex tuarum, de autoritate, & vsu palij, & c. cum Capella de priuileg.* Ergo priuilegium Pontificium solùm intelligitur de decima agri noualis, qui nunc primùm proscinditur ad culturam redactus, ex quo antea decima non soluebatur.

Cœterùm, longè probabilior est opinio contraria, quam habet Abbas *in c. dudum de priuil.* nam prædictum priuilegium eximit à decima non solum personas, sed etiam bona quælibet: ergo non solum agros, qui coli non solebant, sed etiam eos, qui erant sub hominum cultura. Nec pro Oldrado quicquam facit id, quod habetur in *c. dudum, de priuil.* nam in eo capite solum agebatur de priuilegio, quo quidam erant exempti à decima nouali, & decernit Pontifex eiusmodi priuilegium non protendi ad decimam tempore priuilegij impetrati possessam ab alijs, nisi de possessione alterius facta sit in priuilegio mentio. Nam, vt *ibi* ait Panormitanus, priuilegium, in quo non fit mentio de possessione alterius, non nocet possessori: quod intellige, inquit, quando impetratur circa decimas noualium: secus, vbi priuilegium est impetratum simpliciter, ne decimas quis soluat: quia tunc valet, etiamsi mentio non fiat de possessione alterius. Et ratio diuersitatis est, quia decimæ ab aliquo possidentur. Vnde cum Pontifex concedit priuilegium, ne decimæ soluantur, eo ipso vult derogare possessoribus,

quia

quia tacitè mentionem facit de poſſeſsione. Aliud verò eſt in decimis noualium, quia priuilegium poteſt intelligi de agris, qui nondum ſunt ad culturam redacti, proinde nullus poſsidet decimas illorum. Hæc ferè ex Abbate in eo capite.

Deinde in dubium venit, an præfatum priuilegium Religioſis, ſiue Monachis conceſſum, vel aliud ſimile, eximat eos ſolum à decimis perſonalibus, an etiam à prædialibus: Atq; hæc dubitatio inde oritur, quod decima prædialis Parochijs, & Eccleſijs debetur, quorum iuri non cenſetur Pontifex derogare. Sed certum mihi videtur eſſe, tali priuilegio Pontificis eximi Religioſos à decima prædiali: naṁ generatim priuilegium habet: (*à quibuſuis decimis*) quæ verba vniuerſim dicta nihil excipiunt. Deinde etiam in priuilegio dicitur: *A decimis prædialibus.*

Obijcies primum, in priuilegio dici (*A quibuſuis decimis, etiam Papalibus, prædialibus, perſonalibus.*) Ergo verba illa, *prædialibus, & perſonalibus* referuntur ad proximè præcedens verbum, *Papalibus*, ita, vt ſenſus ſit, eximi Religioſos á decimis prædialibus, ſiue perſonalibus, quæ Romano Pontifici debentur, non autem ab ijs, quæ debentur Parochijs. At enim dubitari non poteſt, priuilegium eſſe ſimpliciter intelligendum. Verba enim ſic habent (*A quibuſuis decimis etiam Papalibus*) quæ nimirum ſolent eſſe extraordinariæ; ac ne quis dubitaret de his, additum eſt, etiam Papalibus; ac deinde ſubiungitur, prædialibus perſonalibus, & alijs ordinarijs oneribus: quibus verbis priuilegium extenditur ad omnem decimam, prædialem, inquam perſonalem, & extraordinariam.

ADDITIO AD QVAEST. LXXII.

3 De iure communi religioſi omnes ſunt exempti à ſolutione decimarum de noualibus, ac de hortis, quos ipſi colunt, & animalibus, quæ ipſi nutriunt cap. *Ex parte 2. de decimis*. vbi Gloſ. verbo *Laborum ſuorum*. Hoſtien. *n.1.* Henr. *nu. 2.* Io. Andr. *n.1.* ver. *Alij verò*. Ancharan. *n. 2. & not. 4.* Cardin. *init.* & alij Doctores *in cap. Commiſſum de decimis*. cum Gloſ. *ibid.* verbo *Monacho*. Rebuf. *de decimis q.14. n.43.* Moneta *de decim. c.4. n. 56.* Quod limitatur quò ad ea, quæ inſeruiunt pro vſu Monaſterij, vt notant Rebuf. *citata queſt. in fine.* Ananias *in cap. ex parte 1. n.2. de decim.* Ancharan. *ibid.* Abbas *num.3.* Rota *in Cordubenſi Decimarum 22. Martij 1617. coram Manzanedo*. Et requiritur, quod nutriant animalia ſuis ſumptibus; vt ſint immunes; aut quod ſi alijs nutrienda tradunt, veſpere reducantur ad Monaſterium, alioquin tenentur decimas de ipſis ſoluere. Clemen. *1. de decim.* vbi Gloſ. verbo *Animalibus*. & verbo *Teneri*. Abbas *in cap. Ex parte 1, in fine. de decim.* Ancharan. *num. 2.* ver. *Iſtud etiam.* Butr. *not. 3.* Henr. *n.3.* ver. *Quod intellige*. Rebuf. *de decim. q.14. n.17.* Rota *in Cordubenſi decimar. 22. Mart. 1617. coram Manzanedo*.

4 Ex priuilegijs autem Summorum Pontificum ferè omnes ordines religioſorum abſolutè eximuntur á ſolutione omnium decimarum etiam prædialium, cuicunque ſoluendæ ſint. Ex his autem priuilegijs plura recenſet Tamburin. *de iure Abbat. tom.1. diſp.15. q.18. n.8. & ſequentib.* Sed inſigne eſt priuilegium, quod conceſſit Gregor. XIII. Societati Ieſu ſub ſequenti tenore.

GREGORIVS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Paſtoralis officij, & infra. *Exponi ſiquidem nobis fecit dilectus filius Euerardus Mercurianus Præpoſitus Generalis Societatis IESV, quod licet aliàs ſel. recor. lat. Paulus Papa III. prædeceſſor noſter, volens dictam Societatem per eumdem authoritate Apoſtolica inſtitutam, & approbatam, illiuſque ſocios fauore proſequi gratiæ ſpecialis, inter alia eidem Societati, & ſocijs dicta authoritate, conceſſit, ac indulſit, vt de ijs, quæ in ornamentis, aut pro eis, ſeu libris, fabrica, luminaribus, vel victu, aut indumentis eorum, nec non annuis cenſibus redimendis, ad quorum ſolutionem aliquæ domus Societatis obligatæ forſan exiſtebant, ac de domibus, & Collegijs, eorumque prædijs, hortis, & alijs locis eiſdem ſocijs iuxta eorum viuendi inſtitutum habere conceſſis, aut de his, quæ pro huiuſmodi rebus, domibus, collegijs, prædijs, locis, & hortis emendis per quaſcumque perſonas pro tempore legari, aut relinqui contingeret, et alijs bonis quibuſcumque per dictam Societatem, & illius Collegia poſſeſſis, & obtentis, aliquam decimam etiam Papalem ſoluere, ſeu canonicam portionem exhibere, aut ad præſtationem procurationum Legatorum dictæ Sedis, vel Nunciorum ipſius, ſeu Ordinariorum locorum, aut exactionum, collectarum, vel ſubſidiorum, ſeu proliſionum quarumcumque minimè tenerentur, nec ad id per literas Sedis, vel Legatorum, ſeu Nunciorum, aut Diœceſanorum prædictorum, cuiuſcunque tenoris forent, nullo vnquam tempore compelli poſſent, niſi ipſæ literæ Apoſtolicæ plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto, & conceſſione huiuſmodi, ac de eorum Ordine mentionem facerēt. & ſi fortè per ipſum prædeceſſorem, vel dictam Sedem de his legatis diſpoſitis, & relictis in genere, vel ſpecie decima, vel altera portio, ſeu quarta alteri piæ, vel non piæ cauſæ quomodolibet eatenus conceſſa eſſet, vel illam in poſterum concedi; ſeu ſolui, aut dari, mandari*

dari contigeret, ſocios prædictos aut illorum domos, & bona quæcumque, nec non eis legata, & relicta, aut aliàs in eorum fauorem diſpoſita, in conceſſionibus, & mandatis huiuſmodi decreuerit, & voluerit minimè comprehendi, niſi de ipſis, ac ſuis decreto, & voluntate huiuſmodi, non per clauſulas generales idem importantes, ſed vera expreſſa, & ſpecifica mentio fieret in eiſdem: & ſucceſſiue piæ mem. Pius IV. etiam prædeceſſor noſter exemptionem, ac cum omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis literas ipſius Pauli prædeceſſoris deſuper confectas, nec non inde ſecuta quæcumque per ſuas literas ex certa ſcientia, confirmauerit, approbauerit, & etiam plenariè innouauerit, ac pro potiori cautela vniuerſam Societatem prædictam, omniaque, & ſingula illius, domos etiam probationis, & Collegia vbilibet conſiſtentia, præſentia, & futura, eorumque perſonas, fructus, redditus, & prouentus, etiam bonorum Eccleſiaſticorum, ſæcularium, & regularium quorumcumque illis pro tempore vnitorum, aliaſque res, & bona quæcumque à quibuſuis decimis etiam Papalibus, prædialibus, perſonalibus, quartis, medietatibus, & aljs fructuum partibus, ſubſidijs etiam charitatiuis, & alijs ordinarijs oneribus, etiam pro expeditione contra infideles, defenſione patriæ, ac alijs quomodolibet etiam ad Imperatorum, Regum, Ducum, & aliorum Principum inſtantiam pro tempore impoſitis, & ſi in illorum impoſitione caueretur, quod nulla prorſus exemptio cuiquam aduerſus illa caueretur. Ita quod Societas, eiuſque domus etiam probationis, Collegia, fructus, res, & bona præfata, ſemper ab illis abſque declaratione deſuper facienda excepta eſſent, & eſſe cenſerentur, perpetuò liberauerit, & exemerit, prout in ſingulis literis prædeceſſorum huiuſmodi pleniùs continetur. Nihilominus quia in illis nulla de Conſtitutione recolendæ memoriæ Innocentij Papæ III. ſimiliter prædeceſſoris noſtri in Concilio Generali ſuper decimis edita, quæ incipit, Nuper, expreſſa, & ſpecifica mentio facta, nec eis ſpecialiter, & expreſsè derogatum fuit; idem Præpoſitus dubitat ſingulas literas prædictas, de ſubreptionis, ſeu nullitatis vitio notari, ac Societati, illiuſque domibus, Collegijs, & perſonis prædictis minùs vtiles reddi, aut illa ſuper exemptione huiuſmodi molestari, vel perturbari poſſe tempore procedente: Nos igitur, qui votiuum ipſius Societatis profectum ſincero paternæ charitatis affectu libenter proſequimur, eidem Societati, illiuſq; domibus etiam probationis, Collegijs, & perſonis, ne propterea dictarum literarum fruſtrentur effectu, opportunè prouidere volentes, ipſumque Præpoſitum, & ſingulares perſonas Societatis huiuſmodi à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à Iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſiquibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, nec non ſingularum literarum prædictarum veriores tenores, ac quarumcumque litium, & cauſarum ſuper præmiſſis iam forſan motarum ſtatum, & merita nominaque, & cognomina iudicum, & collitigantium, ac titulos, & iura eorum præſentibus pro ſufficienter expreſſis habētes, ipſius Præpoſiti ſupplicationibus in hac parte inclinati, Volumus, ac Societati, illiuſque domibus, etiam probationum Collegijs, & perſonis prædictis eadem authoritate concedimus, quod ſingulę literæ prædictæ, cum exemptionibus, cæteriſque omnibus, & ſingulis in his contentis clauſulis, & decretis, proceſſuſque habiti per eaſdem, ac inde ſequuta quæcumque valeant, plenamque roboris firmitatem obtineant, & eis, quibus conceſſa exiſtunt, perpetuo ſuffragentur in omnibus, & per omnia, perinde, ac ſi in illis de Conſtitutione Innocentij prædeceſſoris, ſeu Concilij Generalis huiuſmodi ſpecifica, & expreſſa mentio facta, eique ſpecialiter, & expreſsè derogatum fuiſſet, prout nos eidem Conſtitutioni ad effectum præmiſſorum ſpecialiter, & expreſſe harũ ſerie derogamus: decernentes, ita in quibuſcumque cauſis pendentibus, & futuris per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios quauis authoritate fungentes iudicari, & definiri debere: irritum quoque, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus litis pendentijs, ſi quæ ſint, & aljs præmiſſis, ac Innocentij prædeceſſoris noſtri, ſeu Generalis Concilij huiuſmodi, aliiſque Apoſtolicis, nec non in Prouincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & ordinationibus, ac omnibus illis, quæ in ſingulis literis prædictis expreſſum fuit non obſtare, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Volumus autem, quod earumdem præſentium tranſumptis &c.

Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 1. Ianuarij 1578. Pont. an. 6.

5 Circa autem huiuſmodi priuilegia eſt aduertendum, quod non ſolent concedi niſi difficiliter, & cum cauſæ cognitione, vt obſeruant Io. Andr. *in cap. dudum, num. 5. de priuileg.* Rota *in Valentina decimarum 28. Nouembr. 1603. coram Lancellot.* apud Marcheſan. *de commiſ. tom. 1. deciſ. 89.* Ex quo inferunt, quod debent ſtrictè interpretari, vt minus lædant, quam ſit poſſibile. Ita ſpecialiter Seraphin. *deciſ. 827. num. 1.* Suarez cum alijs *tom. 1. de relig. tract. 2. lib. 1. cap. 18.* Tamburin. *de iure Abbat. tom. 1. diſp. 15. quæſt. 16. num. 33.* Lezana *in ſum.* verbo *decimæ num. 6.* Ceſpedes *de exempt. Regular. cap. 14. dub. 365. num. 4.* Rota *in Valentina decimar. 28. Nouemb. 1603. coram Lancellotto quæ eſt 89.* apud Marcheſan.

cheſan. *de commiſſion. par.* 1. Verum, cum exemptio à ſolutione decimarum ſit conceſſa religioſis, intuitu laborum, quos ſubſtruent in Eccleſia in miniſtrandis ſacramentis, prædicando, docendo, &c. vt infra dicetur, atque adeo ob illam cauſam, ob quam Parochis, & Epiſcopis ſoluuntur pro ſtipendio ſuorum laborum, videtur conceſſa ex cauſa fauorabili vtilitatis publicæ, & ea, ob quam etiam congruum eſſet, quod admitterentur ad participandum cum aliis de decimis, quæ à fidelibus ſoluuntur, & conſequenter non in præiudicium tertii, ſicut nec eſſet in præiudicium, quod tanquam conſortes laborum, eſſent etiam conſortes beneficii decimarum. Deinde cum decimæ ſoluantur ab iis, qui participant fructus laborum Sacerdotum, quales ſunt laici, cum Regulares non participent, nec Sacerdotes ſæculares pro iis laborent, ceſſat ratio ob quam debeant decimas ſoluere, & ceſſat etiam fundamentum ſtrictè interpretandi priuilegium.

6 Rurſus inferunt Doctores, quod cum priuilegium eximens à ſolutione decimarum, cum magna difficultate concedatur, & quia agitur de præiudicio tertii, non cenſetur conceſſum in generali communicatione priuilegiorum, etiamſi tribuat omnia priuilegia perinde, ac ſi eſſent in ſpecie conceſſa, niſi in ſpecie exprimatur, etiamſi inter priuilegia communicata eſſent aliqua, quæ nihil aliud continerent quam exemptionem à ſolutione decimarum, iuxta ea, quæ notant Doctores *in l.* 1. *ff. de leg.* 1. Iaſ. *nu.* 2. Pegna *deciſ.* 190. *num.* 14. Tamburin. *de iure Abbat. tom.* 1. *diſp.* 15. *quæſt.* 18. *num.* 34. Ceſpedes *de regular. exemp. cap.* 24. *dub.* 365. *num.* 4. Rota *in Valent. decimar.* 28. *Nouemb.* 1603. *coram Lancellotto* apud Marcheſan. *de commiſ. tom.* 1. *deciſ.* 89. & *in Vrbinaten. decimar.* 25. *Iunij* 1618. *coram Pamphilio* apud Tamburin. *de iure Abbat. tom.* 3. *deciſ.* 95. Verum Lezana *in ſum.* verbo *decimæ num.* 6. videtur ſentire quod communicetur in generali communicatione: quia, inquit, tale priuilegium non rarò, ſed ſæpius, & abſque magna difficultate ſolet concedi, vt conſtabit intuenti priuilegia; & quia licet in præiudicium tertii, eſt tamen fauorabile piæ cauſæ, & religioſæ, & ideo ampliandum, vt tradunt Suarez *lib.* 8 *de legib. cap.* 27. *num.* 7. Sanchez *lib.* 8. *de matrimon. diſp.* 1. *num.* 13. Verum ſi ſit in præiudicium tertij, tenenda eſt doctrina communis; quia ſtante tali præiudicio, requiritur ſpecialis voluntas priuilegiantis. Solum circa hoc eſt ponderandum, an ſit præiudiciale, iuxta ea, quæ dicta ſunt numero præced.

7 Similiter Regulares habentes priuilegia eximentia à ſolutione decimarum, ne dum eximuut quo ad eos, quibus à iure communi conceduntur, ſed etiam quo ad eos, ad quos ſpectant de iure ſpeciali, vt tradunt Abbas *in cap. dudum, num.* 1. ver. *Et poteſt eſſe, de priuileg.* Hoſtienſ. *num.* 6. ver. *Nec obſtat*, Zabarel. *num.* 1. ver. *vbi quæro.* Io. Andr. *n.* 5 *in fine*. Zaſius *conſil.* 16. *num.* 7. 12. & 18. Caputaquen. *deciſ.* 163. *lib.* 1. Caſador. *deciſ.* 1. *num.* 1. *de priuileg.* Merlin. *deciſ.* 807. *num.* 7. & 8. Rota *deciſ.* 48. *par.* 1. *recent.* alios allegans, & in *Gerundenſi decimar.* 5. *Iulij* 1621. *coram Manzanedo*, & *in Placent. canonic.* 5. *Decemb.* 1614. *coram Coccino*, & in *Conchenſi exempt. decimar.* 30. *Ianuar.* 1589. *coram Orano*. Et in *Cordubenſi decimarum de Lucena* 29. *Maij* 1638. *coram Carillo*. Quia cum priuilegians reſpiciat fauorem priuilegiati, intendit eximere cum præiudicio cuiuſcunque, ad quem decimæ pertineãt.

8 Inſuper, priuilegium exemptionis à ſolutione decimarum eſt conceſſum Regularibus ex cauſa oneroſa, vt cenſuit Rota coram Merlino *deciſ.* 795. *num.* 27. Quia conceſſum fuit intuitu laborum, quos ſubſtinent habentes curam animarum, & quorum intuitu ipſi ſoluuntur decimæ: nempe docere, concionari, miniſtrare ſacramenta, & procurare ea omnia, quæ concernunt ad ſalutem; & inſuper exercent etiam ea, quæ ſunt vitæ contemplatiuæ, vt orare, pſallere in choro, quæ cedunt in populorum vtilitatem.

9 Similiter eſt etiam aduertendum, quod notant plures Doctores, nempe amitti priuilegium, quod eximit à ſolutione decimarum, quando inciperet eſſe enormiter læſiuum Eccleſiæ parochialis. Cap. *ſuggeſtum*, & cap. *dilecti de decimis* vbi Gloſ. verbo *Enormiter*, Rebuff. *de decim. quæſt.* 14. *n.* 55. Menoch. *conſil.* 156. *num.* 9. *lib.* 2. Rota *in Pampilonenſi decimarum* 6. *April.* 1655. *coram Coccino*. & proinde erit ſaltem moderandum iuxta cap 2. §. *vbi autem de decim. in* 6. vt notauit Rota *in dicta Pampilonenſi*.

10 Quod ſpectat ad communicationem priuilegij eximentis à ſolutione decimarum, ſuppoſito quod habeatur tanquam præiudiciale, & proinde non veniat in generali communicatione; ſi tamen communicatio ſit talis, vt exprimat aliqua præiudicialia priuilegia ſaltem in genere, vel adſit talis amplitudo verborum, vt ſignificet, mentem communicantis ſe extendere ad omnia indiſtinctè, ſiue non ſint, ſiue ſint præiudicialia, veniet ſub tali generali communicatione, iuxta ea, quæ tradunt Mandoſ. *de priuileg. ad inſtar. quæſt.* 7. *num.* 7. ver. *quo omnia*. Rota *in Bononienſi exempt.* 25. *Maij* 1618 *coram Veroſpio, quæ eſt* 30. *par.* 4. *recent. tom.* 2. & in *Melitenſi collectar.* 7. *Maij* 1627. *coram Vbaldo deciſ.* 63. *num.* 4. *par.* 5. *recent.* & in *Ianuenſi priuileg.* 28. *Iunij* 1649. ver. *Quia non procedunt, coram Corrado*.

11 Et quamuis in communicatione non derogetur cap. *nuper de decimis*, ſine cuius derogatione non ſubſiſtit priuilegium eximens à ſolutione decimarum, ſufficit tamen, ſi communicatio habeat implicitam derogationem. Quod tuno contingit ſi communicetur priuilegiũ emanatum, ad tollendam difficultatem de non derogatione dicti cap. *nuper*, quale habent Ieſuitæ, à Gregorio XIII. Ita ſenſit Rota *coram Pegna deciſ.* 764. *num.* 6. *tom.* 1.

12 Vel ſufficiet, ſi talis derogatio contineatur in priuilegio communicato, vt tradunt Gloſ. *in cap. vt circa* §. *fin.* verbo *omnia, & ſingula de elect. in* 6. Caſarub. *tit. de communicat. priuil.* Mandoſ. *de priuileg. ad inſtar. quæſt.* 8. *num.* 8. ver. *& in terminis*. Quia priuilegium communicans cõmunicat priuilegia cum ſuis qualitatibus, & quatenus in Bullis expreſſa, atque adeo cum clauſulis omnibus, & conſequenter cum derogationibus annexis, præſertim ſi communicans habeat clauſulam, Quorum tenores, quæ operatur non ſecus, ac ſi priuilegia communicata de verbo ad verbum eſſent inſerta.

An

An priuilegium concessum à Summo Pontifice Regularibus, decimas non soluendi, solum eximat eos, quibus datur, à decimis soluendis ex ijs prædijs, quæ eo tempore, quo priuilegium impetrarunt, possidebant: an etiam à decimis ex prædijs, quæ postea in ipsorum dominium deuenerunt? Quæst. LXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Res transit cum suo onere.*
2 *Exemptio à solutione decimarum procedit etiam quo ad prædia, quæ de nouo acquiruntur.*
3 *Priuilegia id exprimunt.*
Vniuersalis exemptio se extendit etiam ad acquirenda.

1 Resp. Quod Oldradus, *in cons.*268. putat, ea Pontificia priuilegia tantummodò locum habere in primis decimis, non in secundis, duplici argumento promotus: primum sumit, *ex c. dudum de priuileg.* cui argumento in alia præcedenti quæstione respondi. Secundum sumit argumentum, *ex cap. si quis laicus, & c. Ecclesiæ, & c. quicunque*, 16. *q.* 1. *& cap. cum non, sit in homine, de decimis, & cap. ex literis, de pignoribus*, vbi dicitur, rem, in quemcumque possessorem deuenerit, cum suo onere transire: Ergo si prædium in Religiosos translatum decimam soluebat, manet sicut antea obligatum.

2 Attamen longè probabilius est, quod dixi, priuilegium vniuersim extendi ad quælibet prædia, siue ante, siue postea acquisita. Ratio huius est, quia tale priuilegium non solum est personale, quo personæ à decimis eximuntur, sed etiam reale, quo generatim quælibet prædia, & bona excipiuntur, & liberantur à decima; & vbi priuilegij verba nihil distinguunt, nec nos distinguere debemus. Id verò, quod obijcitur, rem transire cum suo onere in possessorem, locum habet in priuilegijs personalibus, quibus personæ fiunt immunes ab onere; ac proinde, si res oneri subiecta ad eas personas deuenerit, obligatur sicut antea. Exemplum sit: Titio est personale priuilegium concessum, vt ipse immunis sit à tributo soluendo, donatione tamen rem tributo subiectam acquisiuit, debet eiusmodi tributum soluere, non ratione personæ, sed rei tantum, quæ est in ipsum Titium donatione translata.

ADDITIO AD QVAEST. LXXIII.

3 Clara sunt priuilegia, quæ concedunt immunitatem à decimis, etiam pro prædijs acquirendis. Ita Sixtus IV. in fauorem Carmelitarum apud Lezanam *tom.*2. *quæst. Regular. cap.*1. *nu.*32. Pius IV. Societati Iesu, Gregor. XIV. Militibus Hierosolymitanis approbans priuilegia ijsdem concessa à suis prædecessoribus *in sua Constit.* 5. *tom.*2. *Bullar. §.*1. Ita in cap. *quia circa de priuileg.* Glos. *ibid. & in cap. ex parte* 3. *in posit. casus de decim.* Fab. Anna *consil.* 61. *num.*13. Merol. *tom.*3. *theol. moral. disp.*6. *cap.*8 *num.*109. Suarez *tom.*1. *de relig. lib.*2. *cap.*19. *nu.*6. Lezana *in sum.* verbo *decimæ*, *num.*11.

Præterea, cum exemptio à solutione decimarum sit generalis quò ad omnia bona, debet comprehendere etiam superuenientia, quia verba vniuersalia omnia comprehendunt, *l. omnes G. sine cen. vel reliq. & l.* 1. *§. quod autem, ff. de vi, & vi arm.* Socin. *consil.*297. *num.*5. *vol.*2. Nam bona superuenientia trahuntur ad priuilegium concessum personæ; sicut quando bona sæcularia fiunt Ecclesiastica, trahuntur ad priuilegium personæ Ecclesiasticæ, & fiunt exempta ab oneribus laicalibus.

An Coloni, qui prædia Religiosorum conducunt, vt ea colant, parte vna fructuum sibi retenta, & altera ipsis Religiosis soluta, sint liberi, & exempti à decima soluenda? Quæst. LXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium personale de non soluendis decimis non trahitur ad colonos, seu partiarios: reale trahitur.*
Cap. Licet, de decimis, *explicatur.*
2 *Priuilegium reale de non soluendis decimis transit ad colonos, non personale.*
3 *Priuilegia de non soluendis decimis, secundum aliquos sunt personalia.*
4 *Secundum alios realia.*
5 *Regula ad dignoscenda priuilegia realia, & personalia.*
6 *Priuilegium concessum personis pro rebus est personale*

Digitized by Google

ſonale.

7 *Ad quas decimas ſtante priuilegio perſonali te-* *neantur coloni.*

1 Reſp. Quod *in cap. licet, de decimis*, videtur eſſe planè conſtitutum, priuilegium Monachis, aut Regularibus conceſſum, vt à decima ſoluenda liberentur, non trahi ad eos, qui eorum prædia excolenda conduxerint. Nihilominus tamen dicendum eſt, quandocumque priuilegium conceditur alicui Religioſorũ Ordini, vt ſit immunis, & liber à decima ſoluenda, ſi ſit perſonale tantũ, non ſe extendere ad conductores prædiorũ: ſi verò ſit priuilegium reale protendi ad conductores agrorum. Sic Gloſ. *in Clem. 1. de decimis*, in ver. *excolendas*. Sic ibi Ancharan. Imola, Cardinalis, *ibidem, q.* 23. Abbas *in cap. ex parte, de decimis, 1. num. 5.* Quod probant, quia agri, ac prædia à decima eximuntur; ergo etiam eorum conductor ſoluere decimam non debet: ex quo fit, vt cum prædictum priuilegium non ſolum ſit perſonale, ſed etiam reale, trahatur quoque ad eos, quibus prædia ſua ipſe Religioſorum Ordo locat, quomodocunque ea locet, nimirum, ſiue eo pacto, vt conductor ſibi dimidiam partem fructuum acquirat, & alteram dimidiam relinquat ipſi Monachorum ordini, qui tunc dicitur partiarius Colonus; ſiue locet eo pacto, vt quotannis ipſi Ordini certa, & taxata pars fructuum in omnem euentum reddatur, & reliquum ſibi conductor acquirat. qui tunc dicitur colonus, vel conductor cenſualis.

Ad id verò, quod obijciebatur *ex cap. licet de decim.* Reſpondeo ibi ſermonem eſſe de priuilegio, quod fuerat conceſſum Ciſtercienſibus, Templarijs, & Hoſpitalarijs, ne decimam ſoluerent ex prædijs, quæ proprijs manibus, vel ſumptibus colerent; ac proinde priuilegium dictum minimè trahendum fuit ad conductores, qui ſibi fructus, vel ex toto, vel ex parte acquirunt: at verò priuilegium illud generalius eſt, nam in vniuerſum concedit, vt prædia certi Ordinis regularis ſint libera, & exempta à decima.

ADDITIO AD QVAEST. LXXIV.

2 Conueniunt Doctores, quod ſi priuilegium de non ſoluendis decimis ſit perſonale, non extenditur ad colonos: ſi verò ſit reale, extenditur: ſed cum diuerſa ſint priuilegia non conueniunt an ſint, vel non ſint realia. Quod autem, ſi priuilegium ſit perſonale, non extendatur ad colonos, tradunt Gloſ. *in Clemen. 1*, verbo *excolendas*, *de decim.* Cardin. *ibi. quæſt. 23.* Vitalin. *num. 31.* Imola *ibidem.* Item Gloſ. *in cap. 1* verbo *excolendas*, *de decim.* Abbas *ibi d.* Bellam. *in dict. Clemen. 1. num. 240.* ver. *Et ideò de decim.* Socin. ſen. *conſil. 297. num. 5. lib. 2.* Ruin. *conſil. 157. num. 9. lib. 3.* Ferret. *conſil. 123. num. 6.* Boer. *quæſt. 213. circa fin.* Bertachin. *de gabel. par. 7. num. 16.* Boſſius *in pract. tit. de principe num. 174.* Biſign. *deciſ. 1. de decim.* Rota *deciſ. 4. de priuileg. in antiquis, alias deciſ. 876* Puteus *deciſ. 510. num. 1. lib. 2.* & alij quamplures: hæc enim eſt natura priuilegij perſonalis, vt non egrediatur perſonas, quibus eſt conceſſum.

3 Quod autem priuilegia de non ſoluendis decimis ſint perſonalia, & non realia, ſenſit Rota *in Placentina decimarum 17. Decembr. 1584. coram Blanchetto*, & in *Pampilonenſi decimarum 15. Decemb. 1615 coram Coccino*, & *deciſ. 23. par. 2. diuer.* Seraphin. *deciſ. 27. n. 2.* Pegna *deciſ. 864.* & *deciſ. 911. num. 1.* & *deciſ. 936. num. 2.* & alibi paſſim. Verum ex his deciſionibus, non concluditur vniuerſalis propoſitio, quod priuilegium de non ſoluendis decimis ſit perſonale: quia Rota non conſiderauit omnia priuilegia, ſed illa tantum, quæ ipſi proponebantur, & ideo ſolum habetur, quod illa priuilegia ſint perſonalia.

4 Econtra verò eximi religioſos à ſolutione decimarum priuilegio reali, & proinde tranſire ad colonos, tenent Menoch. *conſil. 286. num. 8. lib. 3.* Diana *par. 3. tract. 1. de immun. reſol. 23.* Aror *par. 1. li. 7. cap. 26. quæſt. 7.* Henriquez *lib. 7. ſum. cap. 27. nu. 8.* & *in Gom. litera L.* Rodriquez *quæſt. Regular. 44. ar. 4.* ver. *& primo, tom. 2.* Filliuc. *tract. 16. cap. 11. num. 302.* Peirin. *ad Conſtit. 2. Iulij II. §. 30 n. 132.* Hieronym. Rodriquez *in compen. reſol. 50. num. 3.* Seraphin. Freitas *ad Bull. 4. Greg. XI. in Bull. B. Mariæ de Mercede*, Lezana *in Mari magno Minimor. §. 30. num. 107.* Palaus *par. 2. oper. moral. tract. 10. diſp. vn. punct. 12. num. 10.*

5 Verum hæc difficultas reſolui non poteſt, niſi conſiderentur verba priuilegij, ſiquidem priuilegia circa decimas habent magnam varietatem; & iuxta illa iudicandum. Hæc autem regula cognoſcetur an priuilegium ſit reale, an verò perſonale: ſi enim directè, & per ſe concipitur in res, erit reale, ſi verò concipitur in perſonas, ſeu in ipſam communitatem religioſorum, erit perſonale, iuxta naturam conceſſionarij, & proinde erit perpetuum, quia religioſi in communi ſunt perſona ficta, quæ nunquam interit. Et in hoc ſenſu ſolet etiam dici reale, quatenus ſcilicet eſt perpetuum; ſed modo non accipitur in hoc ſenſu, ſed quatenus eſt conceſſum rei, ita vt ipſam afficiat, & cum ipſa tranſeat. Quod autem priuilegium reale ſit illud, quod concipitur in rem, & ad ipſam dirigitur; & perſonale, quod dirigitur ad perſonam, habetur ex *l. 1. ff. de aqua quot. & æſt. in fine*. & tradunt Gloſ. *in cap. tua, de his, quæ fiunt à Prælat.* & in *Clemen. 1.* verbo *excolentes, de decimis*. Bart. *in l. 1. num. 2. ff. de conſtit. Princip.* Crauetta *conſil. 239. num. 4.* Alciat. *reſp. 203. num. 12.* Ruin. *conſil. 217. num. 15. vol. 1.* Barboſa *in l. quia tale num. 5. ff. ſoluto matr.* Suarez *lib. 8. de legib.*

Digitized by Google

legib. cap.3. num.10.

6 Sub priuilegio autem personali continetur etiam priuilegium concessum personis pro rebus, quod multoties videri potest reale, quasi concessum rebus ipsis, quia conceditur personis in ordine ad res. Ita obseruant Glos. *in Clemen. 1.* verbo *exoleudas in fine, de decim.* Bellam. *num.4.* ver. *sic, & ideo* Rota *decis.4. num.3.* ver. *si autem sit, de priuileg. in antiquis*, Puteus *decis.510. num.2. lib.2. in correct.* Pegna *decis.864. num.4.* Pro quo tamen est aduertendum, quod aliud est priuilegiari personas quò ad res, & in hoc casu priuilegium est personale, sed pro rebus. Et aliud est priuilegiari res intuitu personarum, & in hoc casu priuilegium est reale; quia licet persona sit motiuum concedendi, subiectum tamen, cui conceditur, est res ipsa, & ideo est reale, quia sequitur naturam subiecti, cui conceditur.

7 Ex quibus fit, quod si priuilegium non soluendi decimas sit personale, si locentur prædia, soluenda erit decima de omnibus, & solum pensio pecuniaria libera erit. Si verò pars fructuum soluatur à colono, sola hæc pars quæ peruenit ad religiosos, erit exempta à decimis, non autem ea, quæ pertinet ad Colonos. Ita obseruat Pegna cum alijs *decis.864. num.4. tom.1.*

An prædia, si quæ Religiosorum Ordo in emphyteusim habeat, libera quoque sint à decima, ea item, quæ ab alijs conducta habet?

Quæstio LXXV.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiati quò ad decimas non soluunt de emphyteuticis,*
Nec de conductis,

2 *Religiosi nõ soluentes decimas ex priuilegio, soluunt de conductis.*

3 *An etiam de emphytheuticis,*

1 Resp. Quòd *in c. quidem dilecti, de decimis*, præcipit Pontifex, vt Regulares decimam soluant ex prædijs, quæ sibi laici locauerant, & ex quibus antea decima soluebatur. Dicendum tamen est, etiam ad huiusmodi prædia ante dictum priuilegium protendi, vt quidam volunt, quoniam in priuilegio excipiuntur generatim quæcumque prædia, & bona, quæ Religiosorum ordo habet: Sed quæ in emphyteusim accepit, verè, & propriè in bonis ordinis numerantur: igitur ea quoque sunt à decima exempta. Et cum emphiteusis sit quædam ad longum tempus locatio, atque conductio, fit, vt prædia quoque ipsi ordini Religiosorum ad breue tempus locata, sint libera à solutione decimæ: nam locatio ad longum, vel breue tempus, rei sustantiam non mutat.

Obijcies: agri conductitij qui vocantur, non sunt proprij: ergo priuilegium de decima non soluenda ex agris proprijs, trahi non debet ad conductitios. Resp. si priuilegium concessum alicui, tantum habeat, ne decimam soluat ex proprijs agris, vel ex suis agris, nequit extendi ad conductitios, *c. dilecti, de decimis*. At quando hoc priuilegium simpliciter, & absolutè conceditur, ne quis decimam soluat ex prædijs, quæ habet, comprehendit etiam proprios, & conductitios fundos, & agros, quoniam vtraque habentur. Ad id verò, quod *ex cap. dilecti de decimis* obijcitur. Respondeo, priuilegium Pontificis non fuisse simpliciter concessum, sed eatenus dnntaxat, ne Regulares illi decimas soluerent ex fundis, quos proprijs laboribus, vel sumptibus colerent. Et ideò respondit Pontifex, eiusmodi priuilegium ad agros conductitios minimè protendi,

ADDITIO AD QVAEST. LXXV.

2 Quod religiosi exempti à decimis, sint etiam exempti à decimis prædiorum, quos habent conductitios, tenet etiam Azor. *par.1. lib.7. cap.6. §.3.* Peirin. *ad Conflit.2. Iulij II. §.3. num.133.* Sed hæc opinio non concordat cum cap. *dilecti, de decim.* vbi Pontifex declarat, sub priuilegio non soluendi decimas non comprehendi agros conductos, & ideo oppositum tenent Panor. *ibid.* Rebuff. *quæst.14. de decim. num.52.* Suarez *tom.1. de relig. lib.2. cap.19. n.11* Lezana *in sum.* verbo *decimæ, num.11.* Palaus *par.2. oper. moral. tract.10. disp.un. punct.12. nu.9.* Cum enim hæc prædia secundum se sint subiecta decimationi, retinent idem onus, quamuis transeant ad personas priuilegiatas per locationem, quia locatio non transfertur in proprietatem, & personæ sunt solum priuilegiatæ quò ad propria.

3 Quando verò prædia sunt in emphyteusim accepta, adhuc esse subiecta decimationi, tenent Suarez *tom.1. de relig. lib.2. cap.19. num.11.* Palaus *par.2. oper. moral. tract.10. disp.un. punct.12. nu.9.* Quia emphyteusis non differt à conducto, nisi secundum maius, vel minus tempus. At non esse soluendas decimas de prædijs in emphyteusim acceptis tradunt Azor. *par.1. lib.7. cap.6.* ver. *tertio*, Lezana *in summa* verbo *decima, num.11.* Peirin. *ad Conflit.2. Iulij II. §.30. num.133.* Seraphin. Freitas

ad

ad Bull. 1. Innocent. IV. in Bullar. Ordin. S. Mariæ de Mercede. Ratio eſt, quia emphyteuſis transfert in emphyteutam, vtile dominium, atque adeo facit poſſidere tanquam proprium; & ideo eodem iure cenſentur, ac ſi eſſent propria.

Quænam pœnæ Iure communi conſtitutæ ſint contra eos, qui decimas non ſoluunt? Quæſtio LXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Pœna excommunicationis eſt poſita non ſoluentibus decimas.*
2 *Non eſt excommunicatio lata, ſed ferenda.*
3 *Requiritur monitio, vt feratur.*

1 Reſp. *in c. Statuimus, 16. q. 1.* & in Conc. Matiſconenſi 2. eſſe conſtitutum: Vt omnes cuiuſcunque gradus, & conditionis ſint, decimas integras ſoluant ijs, quibus iure debentur; alioqui excommunicationi ſubijciantur. Vnde Synodus Trident. *ſeſſ. 25. c. 12. de reformat.* eandem pœnam confirmat his verbis: Qui decimas, aut ſubtrahunt, aut impediunt, excommunicentur. Nec ab hoc crimine, niſi plena reſtitutione ſoluta, abſoluantur.

ADDITIO AD QVAEST. LXXVI.

1 Eadem pœna excommunicationis contra non ſoluentes decimas deſumitur etiam ex cap. *ad hæc*, & cap. *ex parte 2.* & cap. *tua nobis, de decim.* & ex Clemen. *diſpendioſam, de iudic.* Quæ tamen excommunicatio non eſt latæ ſententiæ, ſed ferendæ, iuxta ea quæ tradunt Molina *de iuſt. & iure tract. 2. diſput. 756. num. 4.* Moneta *de decim. cap. 8. quæſt. 5. concluſ. 1.* Rota *in Motulenſi decimar. 31. Ian. 1614. coram Serrato* & *in Dertuſen. decimar. 11. Maij 1609. coram Marquemant.* apud Marcheſan. *de commiſſ. par. 1.* & colligitur etiam ex verbis Concilij Trident. *ſeſſ. 25. cap. 12. de reformat.* nam dicit, *excommunicentur*; non autem, ſint excommunicati, quod verbum iuxta communem doctrinam importat excõmunicationem ferendam, quia ſignificat futuram actionem iudicis.

3 Ex quo fit, quod non ſoluentes decimas non poſſint excommunicari, niſi præmiſſa canonica monitione. Et ita deſumitur ex dicto cap. *peruenit de decim.* & notat Glo. *in cap. tua nobis, de decim.* & *in Clemen. diſpendioſam* verbo *præmoniti*, & verbo *coerceri, de iudic.* vbi & Doctores. Abbas *in dict. cap. peruenit, num. 3. de decim.* Ancharan. *ibid.* Marcheſan. *de commiſ. cap. 4. num. 2.* Moneta *de decim. c. 8. quæſt. 5. concluſ. 2.* Robuſt. *de decim. quæſt. 12. num. 8. & 15.* Azor *par. 1. lib. 7. cap. 24. quæſt. 17.* Suarez *de relig. tom. 1. tract. 2. lib. 1. cap. 37. num. ....* Riccius *deciſ. 195. num. 6. par. 4.* Ratio eſt, quia nemo excommunicari poteſt, niſi præmoneatur. cap. *ſacro de ſent. excommunicat.* quia cum ordinetur ad medicinam, non poteſt ferri in eum, qui paratus eſt reſipiſcere.

Quam pœnam incurrant Religioſi quicunque ſint, qui decimas debitas, & ad ipſos Iure aliquo, vel cauſa legitima, non pertinentes, ſibi vendicant tamquam proprias, vel dolis vel malis artibus vſurpant? Quæſt. LXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Religioſi quocunque modo impediant decimarum ſolutionem, excommunicationi ſubijciuntur.*
2 *Quinam religioſi incurrant excommunicationẽ, et quinam ſuſpenſionem.*
3 *Quando contrahabatur.*
4 *Hæ cenſuræ non ſunt reſeruatæ, & quid pro abſolutione requiratur.*

1 Reſp. Quod *in Clem. 1. de decimis*, Religioſi excommunicatione feriuntur non ſolum in caſu ſupradicto, ſed etiam quando non permittunt, vel prohibent Eccleſijs decimas ſolui ex animalibus ſuorum familiarium, vel paſtorum, vel ex alijs animalibus, quæ ſuis permiſcentur, vel ex animalibus, quæ in Eccleſiarum fraudem emunt; & committunt venditoribus; vel alijs, vt ea teneant, & cuſtodiant, aut ex terris, quas colendas alijs committunt: Si ad moniti ab ijs, quorum hoc intereſt, intra menſem, ab his non deſiſtant: Aut ſi id, quod ſibi auſu temerario vſurparunt, non reſtituerint, intra duos menſes Eccleſijs, quibus Iure debentur, quæ excommunicatio nulli, communi Iure reſeruatur.

AD-

Digitized by Google

ADDITIO AD QVAEST. LXXVII.

2 Distinguendum est de religiosis, qui sunt in officio, seu administratione, seu obtinent beneficia, & de ijs, qui non sunt in officio, &c. Nam si primi approprient sibi decimas, aut impediant quocunq; modo solui, aut immisceant aliena animalia cum proprijs, ne decimas soluant, aut si emant animalia, & tradant venditoribus, suspenduntur per dictam Clemen. 1. *de decim.* ab officijs, administrationibus, beneficijs, donec desistant & satisfaciant, quibus debent. Si verò non sint in officio &c. subijciuntur excommunicationi, nec possunt absolui nisi satisfaciant Ita obseruant in hunc text, Abbas, Ancharan. Imola, & cæteri Doctores, Nauar. *cap.* 27. *Manual. n.* 188. Azor. *part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 13. *quæst.* 13. Rayner. *in Catal. censur. extra Bull cap.* 3. *excommun.* 15. Filliuc. *tract.* 14. *num.* 125. Bonac. *disp.* 2. *de censur. in particul. quæst.* 8. *punct.* 12.

3 Hæc autem suspensio, & excommunicatio nõ incurritur ipso facto, ac committitur delictum, sed requiritur, quod delinquens moneatur, quod desistat, & reddat, quod debet; & tunc si pertinax permaneat in delicto, incurrit suspensionem, vel excommunicationem; & ideo est quidem suspensio, & excommunicatio latæ sententiæ, quia tex. dicit, *sint suspensi &c.* sed non habet locum, nisi adimpleta conditione, quæ requiritur in tex. Quod scilicet moneantur, vt desistant, & restituant, & quod intra mensem non desistant, & intra duos menses non restituant. Hæc autem monitio sufficit, si fit vna, vt obseruant Glos. *in hunc tex. verbo faciam*, Bonac. *num.* 6. *punct. citati*. Quia hæc requisitio non est in ordine ad sententiam ferendam, sed ad ponendam conditionem, vt habeat locum lata sententia, & ad declarandam contumaciam.

4 Et quamuis hæ censuræ non sint reseruatæ, non possunt tamen tolli, nisi parti satisfactum sit; & sit facta restitutio; nam tex. habet, *Sint, & tam diu maneant ab officijs, administrationibus, & beneficijs suspensi, donec desiterint, & satisfecerint*, & de excommunicatis: *Sententiam excommunicationis incurrant, ante satisfactionem condignam nullatenus absoluendi.* Et consonat Concil. Trident *sess.* 25 *cap.* 18. *de reformat.* dum ait. *Nec ab hoc crimine, nisi plena restitutione sequuta absoluantur.* Quod tamen intelligi debet iuxta regulas restitutionis, si sit potens ad restituendum, quia Concil. prohibet absolui, qui tunc tenetur restituere, atque adeo qui est potens; nam qui non est potens, non tenetur tunc restituere. Ita obseruant Nauar. *cap.* 17. *Manual. num.* 59. Molina *tract.* 2. *de iust. & iure disp.* 256. *num.* 4. Nouar. *in singular. ver. concluſ.* 6. *num.* 3. Valler. *in differ. vtriusque fori*, verbo *absolutio, differ.* 5. *num.* 5.

An Religiosi, qui aliqua verba dicunt, vt retrahant audientes à solutione decimarum, incurrant aliquam pœnam?
Quæst. LXXIIX.

SVMMARIVM.

1 *Religiosi retrahentes etiam solis verbis à solutione decimarum, sunt excommunicati.*
2 *Hæc excommunicatio non afficit scribentes.*
3 *Non requiritur effectus retractionis, vt incurratur.*
4 *De quibus decimis procedat.*
5 *Fœminas religiosas an comprehendat.*

1 Resp. Quod sunt excommunicati, *Clem.* 1. *de decimis*, vbi duo requiruntur, vt pœna hæc vendicet sibi locum: primum, quod talia verba proferant, vt retrahant audientes à solutione decimarum; secundum, quòd proferant obligatis ad decimas soluendas, secus, si proferant alia intentione, vel non obligatis. Item nota, quòd hanc in pœnam incidunt, si hæc verba dicunt in sermonibus suis, id est in prædicationibus, vel alibi, id est in priuatis locutionibus. Item nota, dum dicit Religiosos, quod hæc pœna non habet locum in clericis sæcularibus, vel laicis, qui contrafacerent.

ADDITIO AD QVAEST. LXXIIX.

2 Excommunicatio, de qua in quæstione, non habetur in dicta Clemen. 1. *de decimis*, sed in Clement. *cupientes*, *de pœnis*. Circa quam est aduertendum, quod afficit tantum eos, qui verbo, seu loquutione intendunt retrahere à solutione decimarum, nam tex. habet, *In sermonibus suis* (nempe habitis ad populum) *vel alibi proferre præsumant*. Vnde qui scripto retraheret à solutione decimarum, non incurreret hanc excommunicationem, quia non exerceret actionem prohibitam, neque enim aliquid proferret, nec verba accõmodari possent, & ita obseruat Bonac. *disp.* 2. *de censur. in part. qu.* 8. *punct.* 13. *num.* 2.

3 Secundo est aduertendum, quod licet Filliucius *tract.* 14. *cap.* 8. *quæst.* 8 *num.* 146. ver. *notandum tertio*, sentiat, quod non incurratur excommunicatio, si cum effectu audientes non retrahantur à solutione decimarum, quia censura non incurritur, nisi sequuto effectu: Oppositum tamen est tenendum, vt obseruant Suarez *disp.* 23. *de censur. sect.* 5. *num.* 37.

*num.*37. Bonac. *disput.*2. *de cenſur. in part. quæſt.*8. *punct.*13. *num.*8. ver. *ego vero*. Quia effectus, qui prohibetur, non eſt retractio paſſiua à ſolutione decimarum, ſed retractio actiua, ſeu conatus retrahendi, & ideo ſtatim ac animus retrahendi ſortitur ſuum effectum in hoc conatu retrahendi, habet locum excommunicatio.

4 Et quamuis in tex. dicatur, decimarum Eccleſijs debitarum, & proinde non videatur diſpoſitio ad decimas debitas Parochis, & cæteris perſonis, vt ſentiunt Caiet. verbo *excommunicatio*, *cap* 65. & Nauar. *cap.*27. *Manual. num.*145. Oppoſitum tamen eſt tenendum, vt aduertunt Suarez *diſp.*23. *de cenſur. ſect.*5. *num.*37. Filliuc. *tract.* 14. *cap.*8. *quæſt.* 8. *num.* 146. Bonac. *diſput.* 2. *de cenſur. in part. quæſt.*8. *punct.*13. *num.*6. Quia per decimas debitas Eccleſijs intelliguntur decimæ debitæ intuitu Eccleſiæ. Parochis autem, cæteriſque debentur decimæ intuitu Eccleſiæ, quatenus ſunt eius miniſtri.

5 Circa perſonas, quas afficit hæc excommunicatio, conſtat ex textu afficere ſolos religioſos, cum de his ſolis loquatur. An afficiat fœminas religioſas, affirmat Tolet. *lib.* 1. *ſum. cap.* 40. *num.* 13. Quia maſculinum corrigit fœmininum. Sed oppoſitum eſt tenendum cum Gloſ. *in dict. Clemen. cupientes*, verbo *cupientes*, *de pœnis*, quatenus dicit, quod excommunicat religioſos, qui in ſermonibus, vel alibi eſt, atque adeo diſponit de religioſis qui ſermocinantur, & habent pro munere docere populum. Idem ſentit Nauar. *cap.*27. *Manual. num.* 145. ver. *Quadrageſima quarta* Bonac. *diſp.* 2. *de cenſur. in part. quæſt.*8. *punct.*13. *num.*10. ver. *ſed oppoſitum*.

An Religioſi Confeſſores, & Prædicatores teneantur facere conſcientiam confitentibus de decimis ſoluendis? Quæſt. LXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Religioſi requiſiti, & ſcienter omittentes conſcientiam facere pœnitentibus debentibus decimas, ſuſpenſi ſunt ab officio prædicationis, & concionantes ſunt ipſo facto excommunicati.*

2 *Hæc pœna non comprehendit percipientes decimas.*

3 *Vt locum habeat, an debeant eſſe requiſiti à rectoribus Eccleſiarum.*

4 *Quomodo poſſint religioſi poſt confeſſionem conſcientiam facere de decimis ſoluendis.*

5 *Suſpenſio iſta ceſſat, quando corrigitur error, & ſi conſcientia pœnitentibus.*

6 *Suſpenſio iſta habet locum, etiamſi non poſſint commodè commoneri pœnitentes de decimis ſoluendis.*

1 Reſp. Quod ſi ſcienter omiſerint, ſuſpenſi ſunt ab officio Prædicationis, donec ſatisfaciant, ſi commodè poſſint, & ſi interim prædicant, ſunt excommunicati. Quod ita intellige: quando ab Eccleſiarum Rectoribus, vel eorum Locatenentibus fuerint dicti Confeſſores, vel Prædicatores requiſiti ad hanc conſcientiam faciendam, alias non ſubijcerentur huic pœnæ. *Summa Piſana, & ſuplementum*, in verbo *decima*, 1. *§.*7.

ADDITIO AD QVAEST. LXXIX.

2 Hæc pœna ſuſpenſionis, & excommunicationis imponitur in Clemen. *cupientes*, §. *Et quia in fine. de pœn.* & non comprehendit religioſos illorum Monaſteriorum, qui ex aliquo iure decimas aliquas percipiunt, vt expreſſe declarat Pontifex ibi. *Ad religioſos tamen Monaſteriorum, vel Rectores Eccleſiarum decimas percipientium nolumus hoc extendi.*

3 Dubitatur autem circa hanc pœnam, an ad eam incurrendam requiratur, quod non ſolum ſcienter omittant conſcientiam facere, ſed etiam, quod ſint requiſiti ab ijs, ad quos ſpectat. Quod autem vtrumque requiratur, tradunt D. Antonin. 3. *par. tit.*25. *cap.*57. Syluester verbo *excommunicatio* 9. *num.* 89. Tabiena verbo *excommunicatio* 5. *caſus* 49. Ledeſma 2. *par.*4. *quæſt.*16. *ar.*2. §. *quadrageſima ſexta*, Angelus verbo *excommunicatio* 7. *caſus* 44. Sayr. *lib.*3. *de cenſur. cap.*33. *num.*42. Filliuc. *tract.* 14. *cap.*8. *quæſt.*8. *num.*147. Alter. *tom.* 2. *de cenſur. diſp.*17. *cap.*2. Bonac. *diſp.*2. *de cenſur. in par. quæſt.*8. *punct.*13. *num.*12. Sed probabilius negant requiri conditionem requiſitionis Caiet. *in ſumma* verbo *excommunicatio cap.* 66. Nauar. *in Manual. cap.*27. *num.* 145. ver. *quadrageſima quinta*. Ratio eſt, quia tex. hanc conditionem ponit ſolum, quando diſponit de Prædicatoribus; quando verò diſponit de Confeſſarijs in ordine ad pœnitentes, eam non ponit; nec cenſetur repetita, cum ſit diuerſa oratio, & diuerſa pars diſpoſitionis, quæ facit, quod non cenſeatur repetita qualitas, quæ poſita eſt in præcedenti, iuxta ea, quæ tradunt Ancharan. *conſil.*120. Alexan. *conſil.*53. *lib.*4. Zuchar. *in l. fin. n.*82 C. *de edict. D. Adr. tollen.* Craueta *conſil.* 289. ver. *iam etiam*. Socin. iun. *conſil.* 158. *num.* 40. & *conſil.*170. *num.*29. *lib.*2. Rubeus *conſil.*31. *num.*6. Gozadin. *conſil.*45. *num.*1. Bar. *in l. repetend.* ver. *quandoque eſt*. *ff. de leg.*3. & *in l. Seio* §. *Caio*, *num.* 2. *ff. de fun. inſtr.* Bald. *conſil.* 58. *dub.* 1. *lib.* 2. Et ratio eſt. Quia Concionatores non tenentur facere conſcientiam non ſoluentibus decimas, quia eſt liberum ipſis redarguere quæ vitia voluerint, & vt plurimum etiam non ſciunt, an ſoluantur, & ideo debent inſtari à Rectoribus, vt conſcientiam faciant. At Confeſſarij tenentur conſcientiam facere pœnitentibus de omnibus, in quibus delinquunt, & ideo ſi non ſoluant decimas, de hoc quoque abſque nul-

la instantia teneantur conscientiam facere!

4 Cum autem tex. disponant, quod ipso facto à prædicando sint suspensi, si pœnitentibus conscientiam non faciant, & tandiu duret suspensio, donec conscientiam fecerint, dubitatur, quomodo possint conscientiam facere post confessionem purgando negligentiam, si in confessione audierunt, pœnitentem non soluere decimas, cum neque cum ipso loqui possint extra confessionem de ijs, quæ ab eo in confessione audierunt. Resp. Quod Pontifex non iniungit absolutè, quod conscientiam faciant, sed solum, *si hoc ipsum sibi dicendi commode facultatem habuerint*. Et ideo quando audierunt in confessione, non tenentur de nouo conscientiam facere, nisi de nouo audiant in confessione, vel pœnitens extra confessionem præbeat nouam occasionem. Vnde colligitur, quod si pœnitens sit aduentitius, aut aduena, aut ignotus confessario, non subeat hanc obligationem faciendi de nouo conscientiam, & purgandi negligentiam. Quia hæc obligatio non est absoluta, sed sub condicione, si commodè habeat facultatem. Suspensio tamen habebit locum quia conscientiam non fecerit, quando potuit & solum non durabit, sed tolli poterit.

5 Ex quibus etiam deducitur, quod suspensio ista non tolli potest ab ipso suspenso indirectè, quatenus purgando negligentiam, & faciendo conscientiam, cessat suspensio, eo quod imposita sit vsque ad certum hunc actum, vt constat ex verbis tex. ibi, *Ab officio prædicationis tandiu maneant ipso facto suspensi donec confitentibus ipsis conscientiam fecerint*. Est enim suspensio posita ad tempus licet indeterminatum, determinandum tamen per certum actum; iuxta ea, quæ notat Innocent. in cap. *cum bona, de etat. & qualit.*

6 Sed quid, si commodè non possit, imò absolute non possit errorem corrigere, & conscientiam facere? Videtur, quod suspensio non habeat locum, quia actus, propter quem imponitur, non est moraliter possibilis. Verum quia suspensio non imponitur tantum propter purgationem erroris, sed etiã propter puniendum errorem commissum, ideo habebit locum, etiamsi impossibile sit corrigere errorem faciendo conscientiam &c. Tunc tamen poterit quandocunque voluerit absolui, quia non debet durare, donec purgetur error, quando non est possibile illum purgari. Et econtra non poterit absolui, antequam purget, si possibile sit purgari.

An possit denegari sepultura ob decimam non solutam?
Quæstio LXXX.

SVMMARIVM.

1 *Sepultura denegari potest ob decimas non solutas. Quomodo non soluentes decimas puniri possint per subtractionem sacramentorum.*
Quid faciet sacerdos, si recepturus sacramentum sit in peccato mortali.

2 *Vsurpantes decimas priuantur Ecclesiastica sepultura.*

3 *Non soluentes decimas cur priuandi Ecclesiastica sepultura.*
Publici peccatores priuantur Ecclesiastica sepultura.

1 Resp. Affirmatiuè, vt in pluribus diœcesibus seruari vidi, & consuetudo huiusmodi est toleranda in locis, in quibus est difficilis exactio decimarum, auctoritate Nauarri *cap.* 23. *n.* 106 & Caietan. *in summa* verbo *simonia*, concludentium posse peti solita dari ante administrationem spiritualium, quando timentur futuræ molestiæ, & contentiones; Sed Rebuff. *de decim. quæst. vlt. num.* 16. dicit laicos detinentes decimas debere carere Ecclesiast. sepultura, *ex c. prohibemus, de decim.* Sed an non reddentes decimas, & alias debitas oblationes, possint puniri per subtractionem sacramentorum, notanda sunt verba D. Tho. 2.2. *q.* 86. *art.* 1. cuius verba sunt, *Quod illi, qui oblationes debitas non reddunt, possunt puniri per subtractionem sacramentorum, non per ipsum sacerdotem, cui oblationes sunt faciendæ, ne videatur per sacramentorum exhibitionem aliquid exigere, sed per Superiorem aliquem.* Hæc sunt verba, super quibus dicit Caietanus: *Quid faciet Sacerdos in tali casu? si ministrat sacramenta existenti in peccato mortali peccat, si non ministrat peccat: erit ergo perplexus?* Ad hoc dicit, quod sacerdos debet charitatiuè monere hominem non reddentem debitas oblationes, vt saltem sit paratus consulere conscientiæ suæ iuxta boni viri iustum arbitrium: & si quidem consenserit, potest illi iam in bono statu existenti ministrare sacramenta; si non consenserit, protestari debet coram alijs, quod non propterea, quia ad eum peruenire debent oblationes, sed quia non est paratus conscientiæ suæ consulere, negat ei sacramenta, donec Superior consultus prouideat, & sic debet denunciare Superiori, & interim non tanquam Iudex, sed tanquam deuitans participare in peccato mortali cum illo, sacramenta negare poterit: non remanet ergo perplexus, nec oportet eum vsurpare sibi superioris potestatem.

AD-

ADDITIO AD QVAEST. LXXX.

2 In dicto cap. *probibemus de decim.* non imponitur pœna priuationis ſepulturæ non ſoluentibus decimas, ſed ſibi eas vſurpantibus, & non reſtituentibus Eccleſiæ. ita enim habet. *Si quis vero receeperit, & Eccleſia non reddiderit, Chriſtiana ſepultura priuetur.* & ita notant Gloſ. *ibid.* verbo *ſepultura*, Abbas, & cæteri Doctores.

3 Quod tamen non ſoluentes decimas priuari poſſint Eccleſiaſtica ſepultura, tradunt Rebuff. *tract. de decim. quæſt. vlt. num* 10. Andr. Hiſpan. *de reg. decim. quæſt.* 2. *num.* 8. Moneta *de decim. cap.* 8. *quæſt.* 5. *num.* 74. Et ratio eſt, quia vt aduertunt doctores in Clemen. *diſpendioſam, de iudic.* non ſoluentes decimas notorie delinquunt. Publici autem peccatores priuandi ſunt Eccleſiaſtica ſepultura, cap. *pro obeuntibus*, 13. *quæſt.* 2. vbi & Gloſ. & *in cap. ex parte* 2. verbo *communicabatur, de ſepult.*

An Religioſi priuilegiati ſuper decimis noualium teneantur ſoluere decimas de terris nouiter cultis, ſi parochiali Eccleſiæ aliquid primò ſoluebatur? Quæſtio LXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiati ſuper decimis tenentur ſoluere decimas de noualibus, ſi antea aliquid ſoluebatur.*
Nouale quid ſit.
Decimæ prædiorum, quæ non ſunt intra certam parochiam, ad quem ſpectent.
2 *Religioſi proprijs ſumptibus colentes noualia, non ſoluunt decimas.*

1 Reſp. Affirmatiuè, *c. commiſſum. de decim.* Quæ autem dicantur noualia, vide *c. quid per nouale, de verb. ſignif.* vbi duo requiruntur, ſcilicet, quod non fuerit culta tanto tempore, cuius memoria non exiſtat. Secundo, quod ex illis nulla, vel parua commoditas percipi potuerit, ita Zabar. *in Clem.* 1. *q.* 5. *de decim.* An autem decimæ debeantur de noualibus, id eſt de terra ſterili, & inculta, ſi redigitur ad culturam? Dico quod ſic, & debentur illi Eccleſiæ, in cuius Parochia eſt ſita, *c. quoniam, de decim.* facit *tex. c. paſtoralis, de his quæ fiunt à Præl.* Si verò non ſint in certa Parochia, debentur Diœceſano, qui poteſt ſibi retinere, vel alteri concedere. Graff. *in deciſ. aur. de decimis, c.* 37. *n.* 43. Hinc infertur, ſecundum Abb. *in d.c. quoniam*, quod decima omnium nemorum, & locorum, quæ non ſunt intra certam Parochiam, ſpectant ad Epiſcopum loci.

ADDITIO AD QVAEST. LXXXI.

2 Dictum cap. *commiſſum* hodie non habet locum, quia Monachi, & religioſi priuilegiati ſunt, ne ſoluant decimas, vt dictum eſt ad *quæſt.* 72. Et de iure communi non procedit quoad religioſos, qui noualia proprijs manibus, aut ſumptibus colunt, nam tunc non tenentur ſoluere decimas, cap. *ex parte* 1. *de decim.* & ita notat Gloſ. *in dict. cap. commiſſum* verbo *Monachi, de decim.* & *in cap. ex parte* 2. verbo *Laborum ſuorum, eod. tit.*

Si animalia propter bellum fugiant de vna Parochia ad aliam, & ibi pariant, cui Parochiæ eſt ſoluenda decima de eis? Quæſtio LXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Decima animalium ſoluenda parochiæ, in qua pariunt.*
2 *Animalia reputantur pro fructibus agri.*

1 Reſp. Quod decima ſolui debet Parochiæ, in quam fugerunt. ita dicunt Bal. Alber. & Paulus *in §. ſi quis igitur, in authen. quib. mod. natu. effic. ſui.*

ADDITIO AD QVAEST. LXXXII.

2 Ideo decima animalium debetur Parochiæ, vbi pariunt, quia intra illam Parochiam paſcuntur, & proinde cum reputentur fructus agri, ratione paſcuorum, *l. quæſitum, §. ſi in agro, ff. de inſtruct. & inſtrum.*

inſtrum. leg. & l. Arbor}, *§. fin. ff. commun. diuid. & l. fin. §. penult. ff. quæ in fraud. cred.* & notant Thoma *de collect. §. vendentes, num.* 10. Mundius *de mercat. cap. 6. num.* 13. cenſentur fructus agri, in quo paſcuntur, & proinde debetur decima Parochiæ, intra cuius fines ſunt paſcua.

Religioſi priuilegiati ſuper animalia, an animalia, quæ commiſcentur cum animalibus ipſorum Religioſorum ſint priuilegiata. *Quæſtio LXXXIII.*

SVMMARIVM.

1 *Immixtio alienorum animalium cum priuilegiatis non reddit immunia à decima.*

2 *Immixtio alienorum animalium cum proprijs priuilegiatis, non fuit ipſa priuilegiata quà ad decimas.*

1 Reſp. Quod non, quia commixtum alteri non gaudet priuilegio conceſſo ei, cui fit commixtio, quando commixta ſunt ſeparabilia: & ità licet ſingula animalia ſingulorum dominorum ſimul miſceantur, vt faciant vnum corpus, tamen quilibet remanet dominus ſui animalis, *l. quicquid, §. fin. ff. de acquir. rerum dom.* ſecus verò ſi commixta non ſint reducibilia ad eandem materiam, & non ſint ſeparabilia, *cap. quod in dubijs, de conſecr. Eccl. vel alt.* facit *text. in l. 1. §. Trebatius, ff. de aqua quotid. & eſti.*

ADDITIO AD QVAEST. LXXXIII

2 Facit Clemen. 1. *de decimis*, vbi ponitur tanquam quid fraudolentum, immixtio animalium alienorum etiam familiarium, & paſtorum, quæ fiebat à religioſis cum proprijs, ne de ipſis decima ſoluerentur: quod reprobat Pontifex pœna impoſita, Et ratio eſt, quia hæc mixtio non transfert aliena animalia in poteſtatem religioſorum priuilegiatorum, & conſequenter non fiunt immunia à decimis.

An debeatur à Religioſis, vel alijs, quarta Epiſcopalis de dote Eccleſiæ; & quando cenſeatur aliquid pro dote? *Quæſt. LXXXIV.*

SVMMARIVM.

1 *Quarta Epiſcopalis non detrahitur de dote Eccleſiæ.*

Quid ſi legatum ad piam cauſam applicetur ab exequutore fabricæ, Eccleſiæ.

Fundator relinquens Eccleſiæ, cenſetur relinquere pro dote, & ideo non detrahitur quarta.

Etiamſi non teneretur dotare.

2 *Quarta debetur Epiſcopo de relictis pijs locis, non autem de relictis perſonis.*

Caſus priuilegiati, in quibus non debetur quarta.

3 *Quarta non debetur de legato pro reſtauratione Eccleſiæ.*

4 *Quid ſi Eccleſia non indigeat de præſenti, reparatione.*

5 *Quarta an detrahenda de legatis pijs in genere.*

Factum exequutoris cenſetur factum teſtatoris.

1 Reſp. Affirmatiuè videtur reſpondendum, cum non videatur excepta, prout quidam alij caſus, *in c. fin. de teſtam.* In contrarium eſt veritas, quod non poſſit detrahi de bonis aſſignatis pro dote Eccleſiæ. Ratio eſt, quia cenſetur aſſignata ad perpetuum cultum diuinum, quo caſu non detrahitur, *d. c. fin. de teſtam.* & ita tenet Abb. *in c. 1. de cenſ.* Petrus de Peruſ. *in tract. canonicę Epiſcopalis, in 7. cap.* idque eſt adeo verum, quod procedit etiamſi relictum ſit factum ad piam cauſam, prout Titius elegerit, & Titius eligat fabricam Eccleſiæ, vel dotem, Bart. *in l. vnum ex familia, §. 1. ff. de legat. 2.* quia videtur ſatisfactum textui *in d. c. fin. de teſtam.* pro poteſtate eligendi conceſſa Titio, &c. Item dicebat Petrus *vbi ſupra*, quod ſi à principio in fundatione Eccleſiæ, vel poteſt ipſe fundans donare aliqua ſtabilia Eccleſiæ, ſic vt non dixerit, quod pro dote Eccleſiæ donaret, vel legaret, præſumitur in dubio, quod pro dote hoc fecerit, vt ſic non poſſit detrahi quarta Epiſcopalis, ex quo fundator ad hoc tenebatur, poterat compelli, *c. cum ſit, de conſecrat. Eccl. vel altar.* argum. *l. 2. de acquir. poſſeſſ. & l. quædam mulier, ff. de rei vendicat.* & quia ex primordio tituli poſterior fundatur euentus, *l. vnica. C. de imponen. lucrat. deſcript. lib.* 10. Sequitur Bar. Morellus *de dote part. 1. cap. 1. num. 7.* vbi addit, quod etiam quod fundans ad hoc non teneatur, puta quia alia perſona quàm fundans Eccleſiam, legaret aliqua

ſtabi-

ſtabilia ipſi Eccleſiæ, præſumitur quòd ex cauſa dotis conſtituendæ hoc fecerit, quando tamen Eccleſia erat pauper, & indotata, quia ita ſuadet ſubiecta materia, per id, quod habetur *in l. quæ autem, ff. de iure dotium*, ſed circa hoc dictum vide Lambertinum *de iure patronat. lib. 1. part. 1. qui explicat*.

ADDITIO AD QVAEST. LXXXIV.

2 Eſt regula generalis, quod quarta Epiſcopalis debetur Epiſcopo de omnibus datis, ſeu relictis Eccleſiæ, ſeu cuicunque pio loco cauſa mortis; non autem de datis, ſeu relictis perſonis etiam ad cauſam piam. Cap. *ex parte 3. de verbor. ſignificat.* Abbas *in cap. 2. num. 8. de ſepult.* Petrus de Vbald. *de canon. Epiſc. cap. 5. num. 10.* & *cap. 7. num. 15.* Excipiuntur tamen aliqui caſus ab hac regula, in quibus non detrahitur quarta Epiſcopalis, qui exprimuntur in cap. *fin. de teſtam.* ibi. *De his, quæ pro ornamentis, vel pro eis, ſeu fabrica, luminaribus anniuerſario, ſeptimo, vigeſimo, trigeſimo die, ſiue alijs ad perpetuum cultum diuinum legantur Eccleſijs, vel reliquis locis pijs, canonica portio (dummodo in fraudem non fiat, vt ea Epiſcopus, ſeu parochialis Eccleſia debeat defraudari) deduci non debet*. Quando igitur agitur de ornamentis Eccleſiæ, fabrica, luminaribus & cæteris, quæ concernunt cultum diuinum non detrahitur quarta Epiſcopalis. Et proinde nec de dote, vtpote deſtinata ad cultum Dei mediante manutentione Eccleſiæ, nec de quocunque alio relicto, etiam ſupra dotem pro Dei cultu manutenendo, aut amplificando, eſt detrahenda dicta quarta.

3 Ex quo fit, quod non ſit detrahenda quarta Epiſcopalis legato pro reſtauratione Eccleſiæ, ſeu manuali reparatione, vt obſeruant Roman. *conſil. 233. init.* Capic. *deciſ. 23. num. 4.* Rota *in Siracuſana quarta 5. Martij 1585. coram Seraphino*, quæ eſt apud ipſum 726. Quia cum in dicto cap. *fin.* excipiatur legatum pro fabrica, ſicut etiam, & cap. *ex parte 3. de verbor. ſignificat.* excipiunt etiam omnis reſtauratio, & reparatio, ſiquidem eſt aliqua fabrica, & venit appellatione fabricæ.

4 Quod ſi Eccleſia non indigeat reparatione de præſenti, eſſe detrahendam quartam Epiſcopalem volunt Io. Andr. *in cap. fin. de teſtam.* Ancharan. *ibid.* Hoſtienſ. *ibid.* Syluester verbo, *canonica portio, num. 9.* & alij: & eſſe magis communem hanc opinionem, dicit Couarruu. mox citand. At non eſſe detrahendam volunt Goffred. *in dict. cap. vlt. de teſtam.* Cardinal. & Barbat. *ibid.* Couaruu. *num. 4.* ver. *Eſt tamen*, per tex. cap. *nobis 12. quæſt. 2.* Quia ſi non indiget de præſenti, eſt ſeruandum legatum pro futura reparatione. Verum ſi legatum ſit in ſpecie pro reparatione, conſideranda eſt quantitas legata, quia ſi excedit etiam futuram indigentiam reparationis, eſt detrahenda quarta Epiſcopalis, nam cenſendum erit in fraudem determinatum legatum pro reparatione, & tunc non habebit locum exceptio dicti cap. *fin. de teſtamen.* ſi quidem excipit caſum fraudis, ibi. *Dummodo in fraudem non fiat, vt ea Epiſcopus, ſeu parochialis Eccleſia debeat defraudari*. At ſi legatum ſit pro fabrica, quamuis videatur completa fabrica Eccleſiæ, non detrahetur, quia ſemper poteſt fabrica meliorari, & cum maiori ornamento extrui.

5 Ex quibus deducitur, an detrahenda ſit quarta Epiſcopalis de legatis pijs in genere determinandis ab exequutore. Expectanda eſt namque ipſius determinatio, quia ſi applicat perſonis, aut locis pijs in vſus priuilegiatos, iuxta dict. cap. *fin. de teſtamen.* non erit detrahenda, ſecus autem ſi applicat locis pijs pro vſibus non priuilegiatis. Ita Abbas *in cap. in cauſis decleſt. & conſil. 110. circa fin.* Corſet. *in ſingular.* verbo *compromiſſarius.* Barbat. *in cap. fin. de teſtam.* Couarru. *ibid. num. 7.* Seraphin. *deciſ. 726.* Cuius rei ratio eſt, quia talis applicatio cenſetur facta ab ipſo teſtatore, *l. vnum ex familia §. 1. ff. de leg. 1.* vbi Bart. Dinus, & proinde fruitur priuilegio dicti cap. *fin. de teſtam.*

An Beneficium curatum, eo ſolo quòd Monaſterio vnitum ſit, Regulare cenſeatur? Quæſtio LXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium ex eo, quod vnitum ſit Monaſterio non fit regulare.*

2 *Per vnionem etiam æquè principalem non alteratur ſtatus beneficij.*

3 *Præſcriptio quadraginta annorum, non ſufficit, ſi repugnet ius.*

Præſcriptio non mutat beneficium regulare in ſæculare, e contra.

4 *Inferior Papa non poteſt mutare regulare in ſæculare beneficium, & econtra.*

5 *Ad mutandum ſtatum requiritur voluntas conferentis ab initio.*

Præſcriptio non habet locum in mutando beneficium regulare in ſæculare, &c.

Inferior nulliter confert, ſi non ſeruet terminos iuris.

1 Reſp. Quod non, tum quia nullo iure cauetur. Tum quia contrarium ſignificare videtur *tex. in c. extirpanda, §. qui verò de præbend. cum ei adnotatis per DD.* Niſi per literas vnionis, vel per conſuetudinem præſcriptam, factum fuerit beneficium Regulare, vt fieri poteſt, *cap. cum de beneficio, de præb. in 6.* Nauar. *conſ. 11. de ſtatu Monach.*

ADDITIO AD QVAEST. LXXXV.

2 Communis eſt concluſio, quod per vnionem non alteratur ſtatus beneficij, quam tradunt Gloſ. *in cap.* 1. *ne ſede vacante*, & *in Clemen. per litteras, de præbend.* Cardin. *ibid.* Imola *num.* 15. Abbas *n.* 5. Boniſac. *num.* 20. Rebuff. *tit. de vnion. num.* 15. & *tit. de vicar. perpet. num.* 3. Mandoſ. *Regul.* 12. *q.* 1. *num.* 4. Hoieda *de benefic. par.* 1. *cap.* 15. *num.* 2. & 8. Coraſ. *de benefic. par.* 4. *cap.* 4. *num.* 157. Rota *deciſ.* 114. *par.* 2. *diuer.* & *in Ilerden. penſionis*, 6. *Martij* 1595. *coram Litta*, & *in Tiraſonenſi iuris præſentandi* 16. *Octobr.* 1592. *coram Blanchetto*.

3 Quod ſpectat ad præſcriptionem, de qua in quæſtione, eſt aduertendum, quod licet ad mutandum ſtatum beneficij ſufficiat præſcriptio ſimplex quadraginta annorum, iuxta cap. *cum de beneficio*, *de præbend. in* 6. non tamen ſufficiet quando repugnat ius commune, ſed plures aliæ condiciones requiruntur. Et ideo cum circa mutationem ſtatus beneficij de regulari in ſæculare, & econtra ius repugnet, dicto cap. *cum de beneficio*, & Concil. Trident. *ſeſſ.* 14. *cap.* 10. *de reformat.* non ſufficiet iſta præſcriptio, vt regulare fiat ſæculare, & econtra. Ita Abbas *in dict. cap. cum de beneficio, num.* 1. Geminian. *num.* 9. Felin. *in cap. in noſtra, num.* 41. ver. *Secundo nota diligenter, de reſcrip.* Vnde ſi regularis promoueatur ad beneficium ſæculare, etiamſi per quadraginta annos illud retineat, non fiet regulare, vt notat Geminian. modo *eit*, Lap. *in dict. cap. cum de beneficio, num.* 2.

4 Quia autem Summus Pontifex prohibet beneficia ſæcularia conferri regularibus, & regularia ſæcularibus, vt in dict. cap. *cum de beneficio, de præben. in* 6. & *cap.* 10. *de reformat. ſeſſ.* 14. Concil. Trident. Sequitur, quod inferior Papa non poſſit mutare talem ſtatum, propter tacitam prohibitionem, cap. 1. & 2. *de confir. vtil. vel inut.* & communiter Doctores *in dict. cap. cum de beneficio*. Rota *in Perufina S. Benueniatis*, 17. *Maij* 1589. *coram Pamphilio*.

5 Ex quo deducitur, quod ſi ad mutandum ſtatum beneficij concurrere debet voluntas conferentis ab initio collationis, vt tradunt Felin. *in cap. in noſtra, num.* 41. ver. *Secundo nota, de reſcrip.* Rebuf. *in concord.* Tit. *de collat. gloſ.* 2. verbo *Regularia*. Silua *de benefic. par.* 3. *queſt.* 11. *num.* 40. verbo *Item notandum*. Rota *deciſ.* 254. *num.* 5. & *deciſ.* 368. *num.* 4. *par.* 2. *recent.* & *in Ferrar. Priorat.* 1. *Decemb.* 1608. *coram Pegna*, fit, quod in mutatione ſtatus beneficij de regulari in ſæculare, aut econtra non habeat locum præſcriptio. Quia ſi ab initio collationis requiritur voluntas mutandi ſtatum, eo ipſo quod in Papa adeſt, fit mutatio, nec eſt expectanda præſcriptio, ſi non adeſt, non habet locum præſcriptio, vt dictum eſt *num.* 3. Nec etiam ſi beneficium conferatur ab inferiori, quia non poteſt mutare ſtatum, vt dictum eſt *num.* 40. Et ſi conferunt aliter, quam ius præſcribat, collatio non tenet, vt obſeruant Archidiacon. *in cap. cum de beneficio, num.* 2. ver. *ſed pone, de præben. in* 6. Ancharan. item *num.* 2. ver. *ſecundo quæro*, Franc. *num.* 3. Geminian. *num.* 5. quia facultas conferendi eſt ſolum ſecundum terminos iuris, & proinde extra terminos collatio eſt nulla defectu facultatis.

An Canonici Regulares Congregationis Lateranenſis Ordinis S. Auguſtini poſſint ſuſcipere beneficia curata, & exercere curam animarum extra Ordinem de licentia ſui Generalis, abſque vlla alia diſpenſatione, & an cæteri etiam Regulares?

Quæſtio LXXXVI.

SVMMARIVM

1 *Canonici Regulares, de iure antiquo erant capaces beneficij ſæcularis abſque diſpenſatione.*
De iure nouo non ſunt capaces, etiamſi beneficia ſint curata.
2 *Nullus regularis ſine diſpenſatione papali admittitur ad beneficium ſæculare.*
Ex Concilio Tridentino habetur prohibitio.
3 *Canonici S. Georgij in Alga, ſeu B. Laurentij Iuſtiniani, an capaces ſæcularis beneficij.*

1 Reſp. Quòd ſic *per cap. Quod Dei timorem, de ſtatu Monach.* & Panorm. communiter receptus poſt gloſſ. Hoſtien. & Ioannem Andream, & argumento à fortiori, per *cap. in Parochia cum Gloſs.* 19. *queſt.* 1. & latiſſimè probant Lamber. *de Iure patr.* verbo *honorificum*, *q.* 4. pro quo etiam eſt Gloſſa *in Clem.* 1. verbo *Religioſus, de elect.* & Nauar. *in terminis conſ.* 12. *de ſtatu Monach.* Contrarium tamen obſeruatur, cum ſecularia Beneficia ſæcularibus, & regularia regularibus conferri debeant, vt probat *in c. cum de beneficio, de preben. in* 6. Bellam. *deciſ.* 171. *incipien. Collatio facta Canonico*. & hodie nulli Regulares etiamſi ſint Canonici Regulares, habere poſſunt beneficia curata, abſque diſpenſatione Apoſtolica, nec in perpetuum, nec ad tempus, & ita ſemper obſeruari videmus, & inſuper eſt quædam declaratio Sacræ Cong. Conc. Trid. quam refert Riccius *in deciſ. Curiæ Archiep. Neap. deciſ.* 160. *prim. part.* Cuius verba ſunt hæc.

Sun-

Sanctissimus Dominus Gregorius XIII. noluit licere Canonicis Regularibus Congr. Lateranen. etiam de licentia sui Superioris, absque permissu Summi Pontificis, assumere curam animarum, etiam ad tempus: multoque minus beneficium curatum ad tempus.

2 Dicit etiam, Mandos. *in praxi signaturæ gratiæ, in tit. de disp. Monach. pro obtinendis beneficijs*, quod licet olim daretur Monachis dispensatio ad vnum beneficium curatum, contra *cap. Monachi, in princ. de statu Monach.* hodie tamen non admittitur, nec dispensatur, prout in Bulla Pauli IV. continetur, quæ est constitutio 28. ipsius in Bullario, & in Constitut. incipien. *Postquam Diuina bonitas*, sub datum 13. Kalen. Aug. 1558. vbi etiam disponitur priuari quibuscunque beneficijs, etiam curatis, Regularem, qui absque Apostolica dispensatione illa obtinuit: & licèt dicta Constitutio Pauli IV. fuerit redacta ad viam iuris communis per Pium IV. in sua Constit. 8. quæ incipit, *Sedis Apostolicæ solertia*, sub datum nonis Augusti 1560. Tamen praxis semper admittit, quod sine Apostolica dispensatione Regulares quicunque sint, talia beneficia obtinere non valeant, stante decreto Gregorij XIII. & præfata declaratione Conc. Trid. necnon Regul. Cancellariæ 42. generaliter prohibente, nedum titulum, sed etiam commendam beneficiorum secularium Regularibus dari. Non obstat *d. text. in c. quod Dei timorem, de statu Monach.* vbi Canonici Regulares efficiuntur capaces obtinendi beneficia curata, quia correctio expressè apparet ex supracitatis Iuribus.

ADDITIO AD QVAEST. LXXXVI.

3 Quod de iure nouo, & praxi Regulares etiam Canonici Lateranenses, non sint capaces absque dispensatione papali beneficij secularis, obseruant etiam Gonzalez *ad reg. 8. cancel. glos. 7. n. 53* Prosper Aug. *in append. ad sum. Bullar.* verbo *Regularis Canonicus*, Garzias *par. 7. de benefic. cap. 10. numer. 31. & sequent.* Et Concil. Triden. *cap. 10. de reformat. sess. 14.* generaliter prohibet sæcularia beneficia conferri regularibus. Vnde sepius S. Congregat. Concil. declarauit, non posse regulares promoueri ad sæcularia beneficia, vt videre est apud Collectores ad *dict. cap.* & apud Garziam *citat.*

4 Canonicos tamen S. Georgij in Alga, seu B. Laurentij Iustiniani, admitti per Datariam ad Parochialem Ecclesiam ei resignatam testatur, Aldan. *in compen. canonic. resol. lib. 3. tit. 4. numer. 10.* testans sic fuisse resolutum *in Veronensi 17. Nouemb. 1619.* Sed hoc apud me non caret difficultate, quia quamuis vocentur canonici sæculares, Regulares tamen sunt, viuentes sub regula ab Apostolica Sede approbata: & si essent capaces per resignationem essent, etiam capaces per collationem. Praxi tamen standum est, cum declaret ius.

Quæ, & qualia beneficia habeat ordo Canonicorum Regularium?
Quæstio LXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia Canonicorum Regularium.*
Beneficia vnius Conuentus non possunt conferri religiosis alterius Conuentus.

2 *Quomodo id accipiendum.*
Beneficia regularia non possunt permutari inter religiosos diuersi Ordinis, aut etiam Monasterij.

1 Resp. Quod habet beneficia Ecclesiastica simplicia, habet Canonicatus, Abbatias, Præposituras, Personatus, Prioratus, Officia, Administrationes. Vbi Abbas est, is toti Canonicorum Monasterio, siue Conuentui præest. Alicubi Abbates, Præpositi vocantur. Priores sunt in duplici differentia: nam aut est prior Conuentualis, aut Claustralis. Vbi Abbas est, Prior, qui etiam Abbati subijcitur, dicitur Claustralis. Vbi Abbas non est, Prior, qui vt Abbas toti Monasterio præest, dicitur Conuentualis, & habet sub se Priorem, qui est eius Vicarius. Omnia beneficia sunt regularia, & proinde non nisi regularibus Canonicis professis iure dari queunt, iuxta id, quod habetur *in c. officij, de elect. & cap. nullus, de elect. in 6. cap. possessiones, de rebus Eccles. non alien.* quæ iura renouauit Conc. Trid. *sess. 14. cap. 10. de reformat.* Item beneficia vnius Monasterij iure non committuntur Canonicis alterius Monasterij *c. cum singula, §. prohibemus, de prebend. in 6.*

ADDITIO AD QVAEST. LXXXVII.

1 Text. dicti cap. *cum singula* generaliter loquitur quo ad omnes Regulares, & ideo non posse generaliter beneficia vnius Conuentus conferri religiosis alterius Conuentus, obseruant etiam Rebuf.

in

in praxi benef. tit. de diſpenſat. cum Regular. num. 2. Nauar. *com.* 4. *de regular. num.* 23. Rodriquez *quæſt. regular.* 34. *ar.* 8. *tom.* 1. Hieronym. Rodriquez *in compen. reſol.* 13. *num.* 50. Sanchez *lib.* 7. *cap.* 29. *n.* 29. Gonzalez *ad reg.* 8. *Cancell. glo.* 8. *num.* 96. *& ſeq.* Et ratio eſt. Quia cum conferantur vel à Superiore Monaſterij, vel à Capitulo, non habent facultatem extrahendi alienum ſubditum ab alio Monaſterio. Deinde quia æquum eſt, vt qui inſeruiunt Monaſterio, fruantur etiàm commodis ipſius. Hoc tamen ita accipi debet, vt non requiratur, quòd ſit filius talis Monaſterij, ſed ſufficiat, quod à ſuis Superioribus ſit tali Monaſterio aſſignatus, quia hoc ſufficit, vt verificetur, quod ſit talis Monaſterij. Et proinde vt obſeruat Bellam. *de permut. benefic. par.* 2 *quæſt.* 11. *num.* 2. *tom.* 13. *par.* 2. *tract.* non poſſunt religioſi beneficiati, ſiue ſint diuerſi Ordinis, ſiue diuerſi Monaſterij, inuicem permutare beneficia, quia vbi non habet locum collatio quò ad perſonas nec etiam locum habet permutatio.

Quibus modis beneficia regularia conferantur? Quæſt. LXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Varij modi, quibus beneficia regularia conferuntur.*
2 *Beneficia regularia quæ manualia, & quæ perpetua.*
3 *Quænam beneficia regularia ſint reſeruata.*
4 *Sede vacante poſſunt conferri reſeruata, & valida eſt collatio, etiam ignorata vacatione.*

1 Reſp. Conferri primo per electionem canonicam, hoc eſt, ſuffragijs Canonicorum, & confirmatione ſuperioris auctoritate accedente, vt colligitur *ex cap. monachi, §. Priores de ſtatu Monach.* Secundo conferuntur auctoritate ſuperioris regularis, videlicet Abbatis, Præpoſiti, vel Prioris: hæc dicuntur, aut dici poſſunt beneficia regularia collatiua, illa electiua: quia electiua inſtar beneficiorum ſæcularium, quæ electiua dicuntur, dantur per electionem Canonicorum, & confirmationem ſuperioris: Collatiua verò in modum ſæcularium beneficiorum, quæ vocantur collatiua, ſimpliciter dantur, vel committuntur ſuperioris auctoritate. Tertio dari ſolent per canonicam inſtitutionem; cum videlicet Patronus nominat, & offert Canonicum, quem vult, & ſuperior eum inſtituit: hoc eſt, dat beneficium ei, quem patronus nominat, & offert. Quarto conferuntur auctoritate Romani Pontificis, qui in regul. 3. Cancellariæ reſeruat ſibi Prioratus, Præpoſituras, ac alias dignitates Conuentuales, & Præceptorias generales quorumlibet Ordinum, præter quam Militiarum. Nimirum reſeruat ſibi, vt ait Mandoſ. *in regul.* 3. *Cancell. quæſt.* 8. Omnes Prioratus, & dignitates Conuentuales. non Clauſtrales, quia Conuentuales ſunt beneficia perpetua, & electiua: cætera verò beneficia non ſunt electiua, nec dantur in perpetuum, ſed ad nutum Abbatis.

ADDITIO AD QVAEST. LXXXVIII.

2 Beneficia Regularia ſunt omnia manualia, niſi ſint curata, aut electiua, & ſi ſint manualia, non ſunt perpetua. Sed ad nutum amouibilia. Ita tradunt Rebuf. *in praxi benefi. tit. de pacif. poſſeſſ. num.* 529. *alias* 272. Mandoſ. *ad reg.* 3. *cancel. quæſtio* 10. *num.* 5. *& quæſt.* 21. *num.* 3. Gutier. *in Prag. ſanct. tit. de collat. §. item placuit*, ver. *perpetuis.* Pariſ. *de reſignat. lib.* 11. *quæſt.* 3. *num.* 81. Silua *de benefic. par.* 3. *queſt.* 81. *&* 68. Gonzalez *ad reg. de menſib. glo.* 5. *§.* 6. *num.* 6. *&* 58. Milis *in repertor.* verbo *Beneficia Regularia*. Calderin. *conſil.* 26. *de præben.* Caſſador. *deciſ.* 4. *num.* 3. *& deciſ.* 19. *num.* 9 *de præbend.* Achil. de Graſ. *deciſ.* 242. *num.* 3. *alias* 9. *de præbend.* Rota *deciſ.* 772. *par.* 1. *diuer. & in Parmenſi prioratus* 5. *Iunij* 1595. *coram Corduba.*

3 Ex quo fit, quod, dum in Regula Cancellariæ de menſibus reſeruantur omnia beneficia qualitercunque qualificata &c. vacátia in menſibus Apoſtolicis, intelligantur etiam beneficia regularia: vtpote comprehenſa ſub illa generalitate verborum. Verum cum alia ſint manualia, & alia perpetua, vt dictum eſt *num. præced.* ſola perpetua cadunt ſub reſeruatione, vt tradunt Calderin. *conſil.* 26. *de præben.* Felin. *in cap. per tuas, num.* 4. *de maior. & obedien.* Aeneas de Falcon. *de reſer. quæſt.* 3. *princip. numer.* 25. Staphil. *de liter. grat. forma* 4. *expect. n.* 29. Gomez *de expect. num.* 94. Mandoſ. *ad reg.* 1. *Cancel. quæſt.* 11. *num.* 4. Rebuf. *in Reg.* 2. *Cancel.* verbo *ac dignitates Conuentuales, in fine.* Caſſador. *deciſ.* 4. *n.* 1 *de præben.* Rota *deciſ.* 739. *num.* 8. *par.* 1. *diuer.* Et in *Parmenſi Priorat.* 5. *Iunij coram Corduba.* Quia nimirum reſeruatio non mutat naturam beneficij: vnde cum collatio manualis beneficij nō ſit propriè ſalarium, dum Pontifex ſibi reſeruat collationem, cenſendus eſt ſibi reſeruare collationem propriè dictā, nempe perpetuam, non autem temporalem, qualis eſt collatio beneficij manualis.

4 Verùm beneficia reſeruata poterunt conferri à Regularibus, ſi vacent mortuo Pontifice, quia tunc ceſſat reſeruatio ratione menſium, & aliæ regulæ Cancel. vt tradunt Gonzalez *ad reg. de menſibus §.* 5. *proœm. glo.* 12. *num* 1. *&* 9. *& glo.* 40. *n.* 3 Lotter. *de re benef. lib.* 3. *queſtion.* 1. *num.* 94. Gomez *in proœm. ad Reg. Cancel. q.* 2. *num.* 2. Pariſ. *de reſignat.*

signat. lib 11. *quæst.* 2. *n.* 31. Caputaquen. *decis.* 86. *num.* 3. *lib.* 1. Seraphin. *decis.* 980. *num.* 12. Merlin. *decis.* 192. *num.* 4. Et collatio tenebit, etiamsi ignoretur vacatio Sedis Apostol. vt idem Gonzalez *eodem* §. 5. *procem. num.* 95. Sotus *ad regul.* 9. *Cancell.* Garzia *de benefic. par.* 5. *cap.* 1. *num.* 772.

An Regularis sit capax Beneficiorum simplicium sæcularium. Et an Episcopus in hoc dispensare possit. Quæstio LXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Regulares non sunt capaces beneficij simplicis sæcularis.*
2 *Nec Episcopus dispensare potest.*
3 *Nec etiã, vt promotus ad parochiale habeat simul beneficium simplex sæculare.*
4 *Communis sententia calculo stabilitur.*
5 *Solus Pontifex dispensat, vt Regularis habeat beneficium simplex.*

1 Resp. Quod verior est Doctorum opinio, asserens nullius beneficij simplicis sęcularis esse capacem regularem. Probatur *ex Conc. Hispalensi*, 11. *c.* 9. *& refertur c. in noua actione*, 16. *q.* 7. ibi. *In vno, eodemque officio non debet dispar esse professio; & ex D. Hieronymo ad Riparium Presbyterum*, & refertur, *c. Monachus* 16. *q.* 1. ibi, *Monachus non docentis, sed plangentis habet officium.* & *cap. super eo, de Regularibus*, ibi: *Nec amplius in Ecclesijs secularibus debent assumi, ne contra votum, quod Deo fecerunt, venire probentur.* & ex *cap. quod Dei timorem, de statu Monachor.* Vbi in curæ animarum fauorem indulgetur posse Regulares ad beneficium parochiale assumi: ergo secus de beneficijs simplicibus; & ex *cap. cum de beneficio, de prebend. in* 6. vbi deciditur virtute prouisionis factæ per Pontificem Clerico sęculari de aliquo beneficio, non posse illi conferri beneficium regulare, sed sæculare; & sic videtur è contra dicendum de beneficio sęculari respectu regularis; *& Clem. vnica, de supplend. negl. Prælat.* ibi, *Beneficia illa, quæ consueuerunt per sæculares Clericos gubernari, sæcularibus Clericis, &c. conferendo.*

2 Nec potest Episcopus in hoc dispensare, quia nullibi id illi conceditur. Atque ita docent Abbas *c. super eo, n.* 3. *de Regular.* allegato Calderino, & *cap. cum Dei timorem, n.* 5. *de statu Monach.* & ibi Cardin. *n.* 5. *quæst.* 7. Ancharan. *cap. Deus, qui, in fin. de vita, & honest. Cleric.* & quamplurimi alij. Quare non est audiendus Staphilæus *de litteris gratiæ, tract. de varijs modis vacationis in* 6. *vacationis modo, n.* 5. Vbi ait posse in hoc Episcopum dispensare. Nec etiam audiendus est Gambara *de officio, & potestate Legati, lib.* 8. *c. vlt. n.* 28. dicens posse in hoc dispensare Legatum à latere. Idque solum probat, eo quod hic sit superior exemptorum. Quæ ratio est nullius momenti; deberet enim probare, quemcunque superiorem posse in hoc dispensare. Et ideò expresse hoc ad solum Pontificem pertinere tradunt Mandosius *in reg. Cancell. quæst.* 8. Et videntur sentire cœteri Doctores id negantes Episcopo. Et ratio est, quia Legatus à Latere, ex sua potestate ordinaria, nisi aliud ei specialiter committatur, tantum potest circa dispensationes in tota sua Prouincia, quantum potest Episcopus in sua Diœcesi.

3 Hinc deducitur, minùs posse Episcopum dispensare, vt Religiosus promotus ad beneficium Parochiale, habeat simul beneficium simplex: quia vltra inhabilitatem ad beneficium simplex, occurrit aliud impedimentum, quod esset beneficiorum pluralitas, quæ quidem in Regularibus specialem incompatibilitatem habet. atque ita re latè vtrinque disputata sustinent Io. Andr. *regul. quæ à iure, à n.* 5. *vsque in fin. de regulis iuris, in* 6. *& cap. si Religiosus. n.* 1. *de elect. in* 6. vbi Anchar. *num.* 3. Dominicus *c. fin. n.* 2. *d.* 58. Graffis 2. *p. decisionum, lib.* 3. *cap.* 20. *num.* 12.

ADDITIO AD QVAEST. LXXXIX.

4 Regulares esse capaces etiam canonicatus in Ecclesia sæculari, tenet Glos. *in cap. Deus, qui, in fine, de vita, & honest. cler.* citans Hugonem, & *in cap.* 2. verbo *maiorem, dist.* 58. Bertachin. *tract. de Episcopo lib.* 2. *quæst.* 39. *num.* 67. *in fine*; & nonnulli alij. Communis tamen sententia est in contrarium, & eam tradunt Glos. *in cap. quorumdam*, verbo *Siracusana, dist.* 74. & *in Clemen. vnic.* verbo *sæcularibus, de supplen. negligent. Prælat.* Cardin. *ibid. num.* 4. *opin.* 6. Archidiacon. *in cap. fin. dist.* 38. Domin. *ibid. num.* 2. Hostiens. *in cap. inter quatuor, in fin. de relig. domib.* Io. Andr. *in cap. Deus qui, in fine. de vita, & honest. Cler.* Anton. Bald. Abbas *in fine.* Cardin. ver. *quæro de practica* Henr. *in fine.* Imola *ibid.* Ancharan. *in cap. si religiosus, num.* 3. *de elect. in* 6. Felin. *in cap. causam quæ, num.* 5. *in fine. de iudic.* Gambar. *de auctor. leg. lib.* 6. *n.* 253. Hoieda *de benefic. par.* 1. *quæst. vlt. numer.* 96. Villalob. *in com.*

com. opin. lit. M. verbo *Monachus*, *num.* 169. Couarru. *in cap.* 2. *num.* 3. *de testamen.* Rochus *de iure patr.* verbo *bonorificum*, *quæst.* 4. *num.* 13. & alij, quos plena manu citat, & sequitur Sanchez, *lib.* 7. *sum. cap.* 29. *num.* 75. Et passim in iure habetur, quod beneficia sæcularia sunt conferenda sæcularibus, cap. *cum de beneficio, de præben. in* 6. & Clemen. *vnica, de sup. plen. negligen. Prælat.* & Concil. Trident. *c.* 10. *de reformat. sess.* 14.

5 Solum Pontificem posse dispensare, vt regularis habeat beneficium sæculare simplex, tradunt Miris *in reper.* verbo *beneficium*, *num.* 9. ver. *beneficia consueta.* Sylvester verbo *Religio quæst.* 1. Hoied. *de benefic. par.* 1. *quæst. vlt. num.* 96. Mandos. *in signat. grat.* Tit. *dispensatio Monach. pro obt. benef.* ver. *Et quod beneficia.* Cuch. *lib.* 3. *Instit. mai. tit.* 1. *num.* 156. Sà verbo *religio*, *num.* 32. Rodriquez *qu. regul.* 53. *ar.* 2. *tom.* 3. Sanchez *lib.* 7. *sum. cap.* 26. *n.* 76 Neque enim talis facultas à iure alicui conceditur, cum nullibi talis concessio habeatur; nec à consuetudine, vt constat ex praxi; nec à necessitate, quia sicuti non est necessarium beneficium simplex conferri, ita nec dispensare incapacem.

An Regularis possidens titulo colorato beneficium sæculare simplex, aut secularis regulare pacificè per triennium, iuuetur regula Cancellariæ de triennali, & sic possit postea id beneficium retinere. Et an iuuetur illa triennali possessione in foro conscientiæ? Et na exigatur bona fides in possidente triennio ad præscriptionem?

Quæst. XC.

SVMMARIVM.

1 *Regularis possidens titulo colorato beneficiũ sæculare, & econtra, iuuatur regula de triennali in vtroque foro.*

2 *Exigitur tamen bona fides.*

3 *Regula de triennali non iuuat contra Decreta Concil. Trident.*

4 *Iuris error non sinit induci bonam fidem.*

1 Resp. Quod verior sententia est, tutum esse in vtroque foro possessorem hunc triennalem. Ducor, quod illud triennium statutum sit in illa regula ad legitimam beneficij præscriptionem. At legitima præscriptio tutum reddit in vtroque foro possidentem. Secundò, quia ea Regula edita est ad lites, scrupulosque possidentium vitandos. At si solum procedit in foro externo denegando actionem, neutrum vitabitur. Non scrupuli, quia possessor scrupulis vrgebitur, an prior titulus fuerit legitimus, cum possessione triennali se non iuuari in foro conscientiæ nouit. Non lites, quia etsi iure actionis nihil possit intentari contra possidentem; at via denunciationis Euangelicæ tanquam iniustus possessor, & proinde in peccato lethali constitutus, poterit denunciari Prælato.

Nec obstat ratio contraria, quia ex intentione statuentis, regula illa colligitur apertè, sensum illorum verborum esse, vt talis possessor nullatenus molestari valeat, eò quòd priùs tituli vitium aboleatur pacifica illa triennali possessione, qua verus titulus, tanquam legitima præscriptione acquiritur. Et ideo hanc partem sustinent *Glossa antiqua*, quæ est *Guillelmi de Monte Ferrato, reg. de triennali*. Philippus Probus, *tit. de pacificis possessoribus, super verb. coloratum*, glossa 13. Rebuff. latè probans, *de pacificis possessoribus à n.* 7. *vsque ad* 28. affirmans ità teneri à Prætorijs Gallicanis, quæ Parlamenta vocantur. Ludouic. Gomez *regul. de triennali quæst.* 42. Nauarr. *lib.* 3. *conf.* 1. *in edit. tit. de præbendis. conf.* 41. *fin. & toto* 42. *in* 2. *tit. de Parochis, conf.* 2. *fin. & tit. de præbend. toto conf.* 30. Azor. *tom.* 2. *instit. moralium, lib.* 7. *cap.* 35. *quæst.* 9.

2 Et verius etiam est in possidente triennio, ad prædictam præscriptionem exigi bonam fidem, quia non est credibile velle Papam fauere peccanti, ac malæ fidei possessori. Item, quia regula generalis est, malæ fidei possessorem nullo tempore præscribere. *c. possessor, de regulis Iuris, in* 6. quod etiam in spiritualibus procedit, vt bene Glossa *cap. contingit, de dolo, & contum.* verbo *conflituatur*.

Nec obstant contraria: nam ad primum dico, requisita bona fide aliquid de nouo induci, quia ea regula secluta posset possessor post triennium molestari, nec vitium tituli delebitur. Nec obstat etiam secunda ratio, quia poterat esse bona fides in ijs duobus casibus: nempe, si possessor ille æstimaret validum esse beneficij titulum, non obstante illo peccato; & adhuc simoniacus, & intrusus ratione exceptionis huius non iuuabuntur hac regula. Et ideo hanc

partem

partem ſuſtinent Guillelmus, quem refert Ludouicus Gomez *ea quæſt.* 42. Affirmatq; Rotam, re ſæpius diſputata, nunc in hanc, nunc in alteram partem inclinaſſe. Rebuffus *de pacificis poſſeſſoribus, n.* 28. Nauar. *lib.* 3. *conſ. in* 1. *edit. tit. de prebendis, conſ.* 41. *fin. in* 2. *tit. de parochis, conſ.* 2. *fin.*

ADDITIO AD QVÆST. XC.

3 Oppoſitum tenent Azor. *par.* 2, *lib.* 7. *cap.* 35. *quæſt.* 5. & pro foro conſcientiæ Gumier. *in pragm. ſanct. Tit. de pacificis poſſeſſ.* verbo *triennio*, & verbo *moleſtari*. Conarru. *in Reg. poſſeſſor. par.* 2. § 18. *num.* 10. *concluſ.* 7. Sit abſolute tenendum eſt quod hæc regula in præſenti caſu non iuuet, quia adeſt in oppoſitum Decretum Concilij Trident. *cap.* 10. *de refor. ſeſſ.* 14. in quo præcipitur, quod beneficia regularia conferantur regularibus, & ſæcularia ſæcularibus. Regula autem de triennali, non iuuat contra Decreta Concil. Trident. Ita Rota *in Calaguritana canon.* 1. *Iulij* 1594. *coram Pamphilio*, & ſequitur Garzia *de benefic. par.* 7. *cap.* 3. *num.* 88. Et ita ſæpius declarauit S. Congregat. Concil. præſertim in dicta cauſa Calaguritana canon. apud Garziam *eit.* & extat etiam alia declaratio apud Io. Vvameſium, *conſil.* 233. *in addit.* Et rurſus alia ſub hoc tenore, *An præſumpta diſpenſatio, in qua fundatur regula de triennali, habeat locum contra decreta Concil. c.* 4. *ſeſſ.* 7. *& cap.* 17. *ſeſſ.* 24. *& cap.* 15. *ſeſſ.* 25. *de reformat. ita vt poſſidentes beneficia contra diſpoſitionem dictorum Decretor. ex tali præſumpta diſpenſatione ſuum poſſeſſionem tuere valeant*, Sanctiſſimus Dominus noſter *ex ſententia Congregat. reſpondit. Non habere locum contra citata Concil. Trident. Decreta.* A. Cardin. Caraffa. Et alias etiam declarauit non habere locum contra alia decreta eiuſdem Concil.

4 Et ratio eſt. Quia cum de iure Regularis ſit incapax beneficij ſæcularis, interuenit iuris error in accipiente beneficium, & proinde non finit induci bonam fidem, licet collatio putetur valida, vt tradunt Imola *in cap. Apoſtolicæ, num* 8. *de donat.* Felin. *in cap. de quarta num.* 35. ver. *ſed conſidera, de præſcrip.* Bald. *in l. Celſus, num.* 8. *ff. de vſucap.* Alexan. *conſil.* 74. *num.* 7. *lib.* 3. Caſtrenſ. *conſ.* 70. *num.* 10. *lib.* 1. Rota *deciſ.* 126. *num* 6. *par.* 4. *recent.* Requireretur autem bona fides, vt regula de triennali iuuaret.

An Religioſus, qui ſemel de Superiorum permiſſione eſt Parochus, poſſit iterum abſque noua licentia ad aliud beneficium parochiale aſſumi? Quæſtio XCI.

SVMMARIVM.

1 *Religioſus Parochus poteſt ſine noua licentia aſſumi ad aliud Parochiale beneficium.*

2 *Diſpenſatus ad vnum beneficium etiam in genere non poteſt ad ſecundum aſſumi.*

3 *Diſpenſatio eſt ſtricti iuris, ac ſtrictè interpretanda.*

1 Reſp. Quod Imola *in Clem.* 1. *num.* 41. *de elect.* ait non exigi licentiam ſuperioris Regularis, vt ad hoc beneficium promoueatur; quòd exemptus ſit ab obedientia Superioris, maneatque Epiſcopo ſubiectus; non poſſe tamen illum tranſire ad aliam parochialem abſque Epiſcopi licentia, ſicut nec poſſet Clericus ſecularis. Et concludit poſſe etiam exigi licentiam Abbatis, quòd non ſit ab eius obedientia omnino abſolutus, ſed quo ad ſolam priorem parochiam; vnde ait exigi ligentiam Abbatis, vel Epiſcopi. Sed Anchar. *cap. ſi Religioſo, n. vlt. de elect. in* 6. ait non exigi licentiam Abbatis. Idem tenet Lapus ibi, prout refert Franchus *ibid. in princ. n.* 3. *verſ. quod autem, de Religioſo iam electo ad prælaturam, & qui erigitur ad illam.*

Sed exiſtimo in neutro caſu exigi ligentiam Superioris Monaſterij: quod ſemel effectus Prælatus, aut Parochus de licentia Summi Pontificis, à Superioris obedientia ſit abſolutus. Nec exigitur licentia Epiſcopi, niſi in ſolis caſibus, in quibus ea eſſet neceſſaria ad Clerici ſecularis promotionem, quia nullo alio ſpeciali ſubiectionis modo Epiſcopo ſubditur, quàm alij ſeculares beneficiati, & hoc ſatis innuit Imola ſupra allegatus.

ADDITIO AD QVÆST. XCI.

2 Quia non poteſt Regularis aſſumere beneficia etiam curata ſine diſpenſatione, ſi ſit diſpenſatus tantum ad beneficium parochiale etiam incertum, non poterit ad nouum aſſumi abſque noua diſpenſatione, quia diſpenſatio conſumitur prima vice, ita vt procedat tantum de primo, cap. 1. *§.* 1. *de fil. presbyt. in* 6. & cap. *non poteſt, de præben. eod. lib.* & *l. Boues, §. hoc ſermone, ff. de verbor. ſignif.* & notant Gloſ. *in cap. fin.* verbo *antiqui ver. item habet* 33. *quæſt.* 2. Archidiacon. *in dict. cap.* 1. *de filijs presbyt.* Lap. *ibid.* Anchar. *quæſt. penul.* Franc. *num.* 12. Domin. *num.* 3. Felin. *in cap. fin. num.* 4. *de tregua*,

Digitized by Google

regni, & pace. Rebuf. *in praxi* Tit. *de dispen. defect. natal. num.* 85. Mandos. *consil.* 2. *num* 3. Bellam. *decis. vlt.* Achil. *decis.* 285. *seu* 1. *de concess. præben.* Rota *decis.* 1. *de fil. presbyt. in nouis, & in Palent. pens.* 21. *Nouemb.* 1596. *coram Blanchetto.*

3 Dispensatio enim est stricti iuris, & proinde strictè interpret. *cap.* 1. *§. fin. de fil. presbyt. in* 6. vbi Franc. *num.* 4. Felin. *in cap. postulasti, num.* 8. & *in cap. fin. num.* 8. *de simon.* Ias. *in l. fin. num.* 37. *ff. de constit. Princip.* Hoieda *de incompatib. benefic. par.* 2. *cap. vlt. num.* 67. Ripa *in cap. ad aures, n.* 37. *de rescrip.* Mandos. *de signat. grat.* Tit. *dispensatio, ver. in materia dispens.* Caputaquens. *decis.* 303. *par.* 2. & *decis.* 100. *par.* 5. & *decis.* 274. *par.* 1.

An Religiosi exempti possint, cedentes exemptionis priuilegio, ex licentia suorum Superiorum, se Episcopo subijcere, vt ab illo absoluantur, vel cum eis dispenset in casibus, in quibus Episcopus hæc potest cum suis subditis? & an id liceat ex tacita Religionis licentia, & quæ sit, & quis Episcopus tunc dispensare possit?

Quæstio XCII.

SVMMARIVM.

1 *Religiosus de Superiorum licentia potest subijci Episcopo, pro absolutione, dispensatione, &c.*
2 *Etiam quò ad casus reseruatos, dispensationes in irregularit. &c. de quibus in Trident.* cap. 6. de reform. sess. 24.
3 *Sufficit aliquando tacita licentia religionis.*
4 *Et quando Prælatus iniustè denegat.*
5 *Ipse Prælatus potest se subijcere Episcopo, quando potest proprios subditos.*
6 *Quando facultas non est in Prælato immediato, sed in maiori, non potest immediatus licentiare ad Episcopum, nec Episcopus absoluere, sed requiritur consensus maioris Prælati.*
7 *Soli Episcopo loci potest religiosus subijci quò ad absolutionem, &c.*
8 *Prælati regulares totum possunt cum subditis, quod possunt Episcopi cum suis.*
9 *Regulares in nullo casu de necessitate subeunt se Episcopis quo ad absolutionem.*
10 *Facultas absoluendi Episcoporum est coarctata ad proprios subditos.*
11 *Prælati Regulares an possint delegare facultatem absoluendi quo ad proprios subditos.*
12 *Episcopus quomodo possit Regulares absoluere, dispensare, &c.*
13 *Regularis an possit se subijcere Episcopo quò ad absolutionem, &c.*
Priuilegio exemptionis renunciari non potest.
14 *Etiam in fauorabilibus.*
Fauori proprio implicato cum iure alieno non potest renunciari.
Præsertim si tangat ius superioris.

1 Resp. Quod multæ sunt Doctorum opiniones in casu præmisso; sed probabilior est, posse ex Superiorum licentia cedi priuilegio, ac subijci Religiosum exemptum Episcopo, vt ab eo absoluatur, & cum eo dispenset. Quia exemptio Religiosorum est potissimum inducta in fauorem Religionis, vt eius Religiosi quietiùs Deo famulentur, & ne passim ab Ordinarijs perturbentur: vnde in ijs, quæ quietem, & fauorem Religionis concernunt, non debet esse peioris conditionis quàm alij de eadem Diœcesi non exempti. Nec rationi consonat, vt exemptionis priuilegium in hoc casu contra eius finem operetur, impediens hanc subiectionem. Atque ideo in his ità fauorabilibus censetur per epicheiam tota Religio consentire. Et confirmatur *ex c. luminoso*, 18. *q.* 2. vbi habetur, Episcopum de consensu Abbatis posse exercere iurisdictionem in Monasterio exempto. Tandem quia, Corduba *in priuilegiorum Mendicantium compendio in suis additionibus, v. absolutio quoad fratres, §.* 1. testatur diuersa esse Pontificum priuilegia concedentia hanc subiectionem Episcopo de Superioris licentia faciendam, vt ab ipso impetretur absolutio. Quare, quidquid sit de iure, saltem Religiosi fruentes priuilegijs Mendicantium, possunt virtute eorum priuilegiorum se subijcere ad eum effectum, obtenta Superioris licentia. Et ideo hanc sententiam tanquam de iure veriorem amplectuntur, Federicus loquens de absolutione, *cons.* 14. *à n.* 5. *vsque in fin.* Barbatius in additionibus ad Abbatem. *c. penult. n.* 8. *vers. tenuit, de officio Ordinarij.* Lapus, quem refert, & sequitur Anchar. *cap. cum nullus, n.* 3. *notabili* 4. *de tempor. ordinand. in* 6. vbi vterque ait non posse cedi exemptioni in Iurisdictione contentiosa, secus de voluntaria, vt in absolutione, & dispensatione. Albericus *l. si quis in conscribendo, n.* 6. *de Episc. & Cleric.* Iason *l. si vnus, §. pactus ne peteret, n.* 9. *ff. de pactis.* Corneus *cons.* 214. *num.* 8. *vol.* 2. Ioannes de Lignano, Verbetius, Directorium, Summa Pisana, quos refert & sequitur dicens de æquitate hanc opinionem

Digitized by Google

nem esse veriorem, & tenendam, etsi attento rigore prima sit verior, Syluester *in summa, v. absolutio 5. num.2. vers. Quantum ad exemptos*, & colligitur ex doctrina D.Antonini, & tenent Manuel. 1. *tom. summæ in 2. edit. cap.131. nu.2.* vbi loquitur de absolutione, & Molina loquens de absolutionibus, & dispensationibus, *in tom.4. de iustitia, disp.61. num.4.* Suarez loquens de vtrisque, *tom. 4. in 3. p. disp.30. sect.2. num.3. atque ità in praxi receptum, & 5. tom. in 3.disp.41 sect.2. num. 12.* Enriquez de eisdem loquens *lib.6. de sacram. Pœnit. cap. 16. num.8. lib. 7. de indulgent. cap.25. num.2. & lib.10. de sacram. Ordinis, cap. 20. num. 2.* iuncto *commento, lit. H. & lib.14. de irregularitate, cap. vlt.* Auila de eisdem loquens, *de censuris, 2. par. cap.7. disp. 1. dub.6.*

2 Atque hoc habet verum, etiam quo ad absolutiones à casibus reseruatis, & dispensationes in irregularitatibus, & alijs casibus, quæ conceduntur in Trident. *sess. 24. de reformat. cap.6.* Episcopis erga suos subditos. Potest enim Religiosus exemptus de licentia sui Prælati subijci Episcopo, vt in ijs casibus eum absoluat, aut cum illo dispenset, quia non est maior ratio de his casibus, quam de alijs, cum omnes erga solos subditos competant Episcopis. Et sic tradunt Molina *eod. num.4. coroll.2.* Auila, Suarez vtroque loco, Enriquez *lib. 10. de sacramento ordinis, cap.20. num. 2. iuncto commento, lit. H.* Atque ita dicendum esse, tenendo sententiam relatam à Nauarro *in priori edit. lib.1. conf. tit. de officio ordinarij, conf.8. num.2. in posteriori autem lib. 5. tit. de pœnitent. & remiss. conf. 31. num. 2.* secus autem ait tenendo primam sententiam contrariam, quamuis ipse neutram definiat. Atque idem tradunt in casu hæresis, Manuel. *num. præceden. relatus*, & Suarez *tom.4. in 3. par. disp.30. sect.2. num.3.* Quod verum est, nisi hoc Tridentini Decretum esset, quod hoc reuocauit, vt reuocatum esse dicimus.

3 Atque prædicta sententia extendenda est, vt idem liceat aliquando ex tacita Religionis licentia, vt si Prælatus sit impeditus, quia est excommunicatus denunciatus, aut obijt, aut longè abest, nec est alius vices eius gerens. Atque ita in proprijs terminis docet Enriquez *lib.6. de sacram. Pœnit. cap. 16. num.8. in commento lit. T.* & D.Antonin. *3. par. tit.24. cap.vlt.§.1. vers. Et nota quod propter*, sic enim ait: *In casu quo Regularis excommunicatus non haberet Prælatum, qui esset sacerdos, aut si esset defunctus ipse Prælatus, vel excommunicatus, ad Diœcesanum recurrendum est, secundum Hostiensem. Quod Guillelmus intelligit, tam de exemptis, quam de non exemptis.* Eiusdem est sententiæ Syluester verbo *apostasia, q. 8. num. 11. ad fin.* vbi hæc ait: *Super exemptum nullam habet Episcopus auctoritatem, nisi forte in foro conscientiæ absolutio à defuncto Prælato concedenda sit.*

4 Imò, & quandoque sufficit præsente Prælato, nec impedito, vt quando ille iniustè denegaret licentiam petitam Religioso, adeundi Episcopum, in casu, in quo ipse nequit illum absoluere. Quoniam per epicheiam non est censendum, voluntatem Summi Pontificis, & Religionis esse, vt Episcopus in euentu non eum absoluat, & cogatur Religiosus vagari, & accedere ad Sedem Apostolicam gratia absolutionis impetrandæ. Ita docet Molina, *tom.4. de Iustitia disp.61. num.5.* Qui bene addit regulariter non euenire, vt Prælatus deneget facultatem, quam concedere tenetur. Bene etiam docet ibi non esse hanc licentiam tacitam, quando superior iustè denegaret licentiam, vt si rationabiliter iudicaret expedire, vt subditus in eo casu adiret Pontificem; vel quando est dubium, an iustè licentia denegetur. Quia in dubio standum est Prælati Religionis iudicio, qui est legitimus eius Religiosi Prælatus.

5 Quòd si ipse Prælatus ea Episcopi absolutione, aut dispensatione indigeat, poterit semetipsum illius iurisdictioni subijcere, sicut potest suos subditos. Quia potest vti licentijs, quas subditis concedere potest. Atque ita docent Enriquez *lib.7. de Indulgentijs, cap.25. num.2.* Auila *de censuris, 2. par. cap.7. disp.1. dub.6.* Suarez *5. tom. in 3. par. disp.41. sect.2. num.12.*

6 Sunt tamen limitanda hucusque dicta, nisi ea facultas absoluendi, aut dispensandi, quæ non est in immediato religionis Prælato, esset in Prouinciali, aut alio Superiore Religionis; tunc enim Episcopus absoluere non posset, de consensu Superioris, nisi accederet etiam consensus illius Prouincialis, aut Superioris, sed remittendus esset Religiosus ad illum, vt per se ipsum absoluat, aut alteri suas vices committat. Quia cum in hoc casu pateat remedium intra religionem, non est visa velle consentire, vt extra illam remedium quæratur. Præterea, quia aliàs reseruatio in religione tam necessaria defrauderetur: si enim priuatus religiosus, aut ipse Prælatus in casum reseruatum Prouinciali incideret, facile posset reseruationem frustrare adito Episcopo, aut propria auctoritate, si est Prælatus, aut huius auctoritate, si est subditus, vt ipsum absoluat, si ab illo possit suos subditos absoluere. Atque ita docet Molina *tom. 4. de iustitia disp.61. num.3. vers. Illud tamen obserua.* Atq; ob easdem rationes est dicendum idem de dispensatione. Qui etiam bene addit, in aliquo necessitatis casu sufficere consensum præsumptũ

illius mediati superioris, vt possit immediatus illum religiosum subijcere Episcopo. Quod cononat ijs, quæ diximus supra.

7 Secundò limita, vt possit Prælatus seipsum, aut religiosum sibi subditum subijcere Episcopo, vt ipsum absoluat, aut cum eo dispenset in casibus in quibus neutrum potest ipse Prælatus, vt intelligatur non de quocunque Episcopo, sed de Episcopo loci, in quo religiosus ille commoratur, habitatione requisita, vt censeatur aliquis Episcopo illi quoad hæc subiectus. Quę habitatio est, quoad absolutionem, esse in ea Diœcesi, saltem per modum transitus; quoad dispensationem vero, commorari in ea, aut habere animum commorandi maiori anni parte.

ADDITIO AD QVAEST. XCII.

8 Circa supradicta est aduertendum, quod Prælati Regulares, etiam immediati, possunt cum suis subditis, quò ad absolutiones, dispensationes, & quicquid possunt Episcopi cum proprijs. Et ita tradunt Henriquez *lib. 7. sum. cap. 25.* Sigismun. à Bononia *de elect. par. 2. dub. 60.* Bela *par. 4. casu 37.* Trullench. *lib. 1. in Decal. cap. 3. dub. 4. num. 5.* Sorbus *in compend. priuileg. tit. absolutio in resolu. mater. absolut. quò ad Fratr. & secul.* verbo *Pius V. in fine.* Marchin. *de sacramen. Ordin. tract. 1. par. 9. difficul. 1. num. 9.* Molina *de iust. & iure disp. 61. n. 4. & 5.* Sayr. *lib. 7. de censur. cap. 7. num 23.* Io. à Cruce *lib. 1. de stat. relig. cap. 6. dub. 16.* Tamburin. *de iure Abbat. tom. 2. disp. 17. quæst. 8. num. 2.* Rodriquez *quæst. regular. 61. ar. 9. tom. 1.* Faustus *lib. 3. Thesauri relig. quæst. 125.* Portel. *in dub. Regular.* verbo *Prælati, num. 36.* Barbosa alios citans *de potest. Epis. allegat. 39. num. 18.* Lezana *tom. 1. quæst. Regular. cap. 18. num. 31.* Et hoc habetur ex priuilegio, seu potius declaratione Pij V. *sub die 21. Iulij 1571.* in eius *Constit. 132. in Bull.* Ita enim habet *§. 3 Et insuper quia sacrum œcumenicum generale Tridentinum Concilium concessit Episcopis, vt absoluere possint in foro animæ, seu conscientiæ, ab omnibus peccatis, & dispensare in irregularitatibus, prout sess 24. cap. 6. habetur; Ne Prior Conuentualis, & Superiores Prælati totius Ordinis, tam in dicta Prouincia, quam extra eam cuilibet in hac parte deterioris conditionis, quàm Clerici, aut seculares existant eisdem Priori Conuentuali, & Superioribus Prælatis, vt ipsi per se ipsos idem omnino possint in Fratres & Moniales dicti Ordinis sibi subditos, quod possunt Episcopi in Clericos, & laicos sibi subiectos tam quo ad absoluendi, & dispensandi huiusmodi, quàm alias quascunque facultates, eadem auctoritate, & tenore eam perpetuo concedimus, & indulgemus, ac etiam declaramus.* Vbi notandum est verbum, *declaramus*, quod operatur, vt non sit noua concessio, sed declaratio facultatis, quæ aliàs conueniebat, & innouatio eiusdem. Quod priuilegium nedum fuit reuocatum à Gregorio XIII. sed etiam in specie confirmatum Congregationi S. Bernardi Hispaniæ, vt habetur in Compend. *priuileg. dicti Ordinis*, ver. *Absolutio quò ad Fratres, §. 11.*

9 Quo priuilegio stante, sequitur, quod in nullo vnquam casu de necessitate subdi possit Religiosus Episcopo, quò ad absolutionem, seu dispensationem, aut in ordine ad quamcumque aliam facultatem: siquidem Episcopus non habet aliam facultatem, quam exerceat cum Religiosis, nisi illam, quam potest exercere cum proprijs subditis. Hanc autem eamdem habent etiam Prælati Regulares quò ad proprios subditos, qui ab ipsis obtinere possunt, quicquid possunt subditi seculares à proprijs Episcopis.

10 Rursus quamuis Episcopi habeant facultatem absoluendi, & dispensandi, hæc tamen facultas est coarctata ad proprios subditos, vt specialiter constat de facultate concessa per Concil. Trident. *sess. 24 cap. 6. de reformat.* ibi, *Quoscunque sibi subditos.* Et proinde hæc facultas non se extendit ad Regulares in Diœcesi, quia non sunt subditi, sed omnino exempti, & ideo non possunt circa ipsos talem facultatem exercere non secus, ac non possunt circa alienos subditos. Vnde nisi specialiter in aliquo casu concedatur, suam facultatem exercere circa regulares, non poterit regularis se illi subijcere in ordine ad absolutionem, nisi interueniat licentia illius, qui potest concedere, quia ad absolutionem præter facultatem absoluendi requiritur etiam iurisdictio, quam non habet Episcopus in Regulares. Et ideo non rectè Cespedes *de exempt. Regular. c. 19. dub. 298 num. 10.* ver. *quo ad casus*, ait non esse necessariam licentiam.

11 Et quamuis in priuilegio Pij V. de quo *nu. 8.* dicatur, quod Superiores per se ipsos absoluant, dispensent, &c. & proinde videatur excluſum posse delegare, nam quando Princeps committit alicui, vt personaliter causam cognoscat, non potest hoc per alium expleri, iuxta ea, quæ Doctores scribunt *in cap. fin. de offic. deleg. & in l. à iudice, C. de iudic.* attamen quia dat ipsis, seu declarat habere illam facultatem, quam habent Episcopi quò ad proprios subditos, ideo censetur posse in specie delegare, quia id concedit Episcopis Concil. Trident. *dict. c. 6. de reformat. sess. 24.* ibi. *Per seipsos, aut Vicarium ad id specialiter deputandum.* Et proinde per deputationem in specie pro quocumque casu, quia hoc est specialiter deputare.

12 Ex quibus fit, quod Episcopus per modum delegationis possit absoluere, & dispensare religiosos, accedente consensu Superiorum. Neque hoc est contra exemptionem, quia delegatus procedit auctoritate delegantis, quam in tali casu Episcopus acciperet à Prælato Regulari, quia propria non se extendit ad religiosos, & ideo indiget aliena. Vnde religiosus non se subijciet iurisdictioni extraneæ, sed iurisdictioni sui Superioris existente in delegato.

13 Vnde difficultas remanet, an secluſa delegatione sui Superioris, possit se illi subijcere quòad absolutionem, & dispensationem, ita vt procedat auctoritate propria saltem cum licentia sui Superioris. Et negatiuè resoluendum est. Quia non potest nec subditus,

ditus, nec Superior renunciare priuilegio exemptionis ſine licentia Romani Pontificis, cap. *cum tempore, de arbitris*, vbi Gloſ *in poſit. caſus in fine*, & Doctores Archidiacon. *in cap. conqueſtus, num. 49. q. 3. de foro compet.* Bald. *in l. ſi quis ex conſenſu, num. 8. C. de Epiſcop.* Surd. *conſil. 47. num. 24.* Rota *in Gandauen. Monaſteriorum, 29. April. 1641. coram Eminentiſſ. Panzirolo.* Rurſus Tabiena verbo *exemptio quæſt. 6.* Angelus verbo *excommunicatio 5. num. 50.* Roſel. verbo *abſolutio 3.* Armilla verbo *exemptio n. 9.* Rodriquez *quæſt. regul. 63. ar. 10. tom. 2.* Molina *tom. 4. de iuſt. & iure diſp. 61. num. 3. ſ. Illud tamen.* Sanchez *lib. 4. ſum. cap. 39. num. 38.* Genuenſ. *in praxi cap. 66. num. 19.* Megal. *par. 1. Inſtit. lib. 1. c. 13 num. 10.* & alij.

14 Nec dici poteſt, quod cum prohibeat renunciationem priuilegij exemptionis in odioſis, non autem in fauorabilibus, quia poteſt quiſque fauori proprio renunciare, vt cum Lapo, Ancharano, & alijs ſentit Sanchez *lib. 4 ſum. cap. 39. num. 32.* Quia tunc ſolum poteſt quis fauori proprio renunciare, quando non eſt fauore priuatus, non autem quando concernit ſtatum, vnde non poteſt Clericus fauori clericali renunciare; fauor autem exemptionis eſt fauor ſtatus. Tum quia non poteſt renunciare fauori proprio, quando eſt implicatus cum iure alieno, qualis eſt exemptio, quæ implicata eſt cum iure Superioris, vt obſeruant Felin. *in cap. cum dilecta, de reſcrip.* Abbas *in cap. ſignificaſti num. 11. de foro compet.* Mandel. *conſil. 74. num. 3.* Seraphin. *deciſ. 324. num. 5.* Tuſch. *litera R. concluſ. 759. nu. 3.* Saraiua *de iuriſdict. adiunct. quæſt. 7. num. 7. in fine.* Nouar. *in praxi elect. fori, ſect. 3. quæſt. 7. num. 15.* Sylueſter verbo *priuilegium, quæſt. 10.* Armil. *nu. 9.* Cened. *quæſt. 12. canon. num. 10.* Sigiſmund. *de elect. par. 1. cap. 2. dub. 25. num. 7.* Suarez *lib. 8. de legib. cap. 6. num. 2.* Idem Sanchez *lib. 4. ſum. cap. 39. n. 29.* Rota *deciſ. 32. num. 8. par. 2. diuer.* & *deciſ. 273. n. 3. par. 4. recent.* Præſertim ſi lædatur ius ſuperioris non conſentientis, vt in præſenti eſt ſolus Papa, vt notant Caſtrenſ. *conſil. 431. num. 3.* Roman. *conſil. 269. num. 18.* Cardinal. *conſil. 38. in fine.* Afflict. *deciſ. 163* Gratian. *deciſ. 78. num. 30.* Gail. *obſer. 40. numer. 3. lib. 1.* Rouit. *prag. 2. de iuriſdict. inuit. non turb. n. 25* Io. Baptiſt. Coſta *de ſcientia, & ignor. iur. centur. 2. diſt. 66. num 5.* Et idem etiam eſt quò ad non vſum exemptionis, quia adhuc cum præiudicio Superioris ſe ſubijceret alienæ iuriſdictioni.

Religioſi, vel Clerici venientes ex loco minime peſte infecto, qui falſo infectus creditur, rogati ab vrbis cuſtodibus, venerint-ne ex eo loco, qualiter poſſint iurare? Quæſt. XCIII.

SVMMARIVM.

1 *Religioſus, & Clericus iurare poſſunt, ſe non venire ex loco peſte infecto, licet ventant, ſi non ſit peſte infectus, ſed putetur.*
Quid, ſi ſit peſte infectus, ſed adeo celeriter tranſeat, vt non adſit periculum peſtilentiæ contractæ.
2 *Iurandum eſt ad mentem exigentis quando iuratur ex conuentione.*
3 *In iuramento vnde attendatur veritas.*
4 *Tranſiens per locum infectum, non poteſt iurare, ſe non tranſiſſe, quamuis infectionem non contraxerit.*

1 Reſp, Poſſe iurare, ſe ex eo loco non venire, intelligendo non venire tanquam ex loco peſtilenti, quia hæc eſt debita cuſtodum intentio. Ita Syluester verbo *iuramentum 3. 4. 2.* ſiue Nauar. *c. humana aures 22. q. 5. in q. 2. n. 9. & in ſumma c. 12. n. 19.* Tolet. *lib. 4. ſummæ, cap. 21. num. 9.* Philiarcus *de officio ſacerdotis tot. 1. par. 2. lib. 3. cap. 14. ad finem.* Azor. *tom. 1. lib. 11. inſt. cap. 4. quæſt. 5. regula 3. iunctio verſ. primo quidem.* Suarez, *eo cap. 9. n. 7.* Sayr. *eo cap. 4. n. 22.* Leonardus *lib. 2. de iuſtitia in c. 42. dub. 9. num. 47.* Atque idem bene docent, Syluester, & Azor, *ibid.* & Manuel. *1. tom. ſummæ, 2. edit. c. 191. num. 4.* Quando adeo celeriter tranſijt per locum peſte infectum, vt nihil eum peſtis attingerit, poteſt enim iurare ſe illuc non tranſiſſe, intelligendo ità, vt aliquid mali ex loci peſtilentia contraxerit. Quia hæc debet eſſe recta cuſtodum intentio. Et ità debent intelligi. Nauar. *eo cap. 12. n. 19.* & Tolet. *eo n. 9.* Suarez *eo n. 7.* dum dicunt venientem ex loco peſtilenti, ſi meritò credat, nec ſe, nec aliquid ſuum peſte infectum eſſe, poſſe iurare, inde non venire: intelligendi enim ſunt, quando ità celeriter illac tranſiere, vt explicatum eſt, quia aliàs nullatenus id iurare liceret. Semper enim eſt periculum contagionis. Et ideò optime Leonard. *eodem n. 47.* dixit oportere vt iurans ſit certus non eſſe periculum contagionis. Atque optimè aduertit Syluester *ead. quæſt. 1. & v. mendacium*, Religioſos, & Clericos venientes ex loco vere peſtilenti, ac de hoc rogatos ab vrbis cuſtodibus, teneri ad ipſorum cuſtodum mentem iurare. Quia &ſi laici exigentes iuramentum non ſint eorum Superiores, id licitè exigunt; cum non vi illata, ſed ex ſuppoſitione, ſi in vrbem ingredi velint, id petant.

ADDITIO AD QVAEST. XCIII.

2 Quamuis nec custodes, nec Præfecti vrbium sint Superiores Clericorum, aut Religiosorum, possunt tamen sicut etiam quilibet alius, licet non Superior, exigere ab ipsis iuramentum, quando tractatur inter ipsos per modum contractus, ita vt inuicem conueniant sub mutuo onere, vt contingit in casu præsenti. Custodes enim habent ius arcendi quoscunque venientes ex loco infecto, quia agitur de necessaria defensione ciuitatis, & ideo si se obligant ad introducendum aliquem, possunt exigere onus iuramenti ab ipso; & ipse, si acceptat introduci sub illo onere, iam ex pacto subit obligationem iurandi, prout ab alia parte exigitur, & consurgit obligatio iurandi ad mentem custodum, nec potest vti æquiuocatione, iuxta ea, quæ tradunt cõmuniter Nauar. *cap.* 12. *manualis*, *n.* 3. Sotus *lib.* 8. *de iust. & iure quæst.* 1. *ar.* 7. *circa* 4. *argumen.* Caiet. 2.2. *quæst.* 89. *ar* 7. *circa* 4. *§. ad hoc dicitur*, ver. *si verò* Aragon. *ibid.* Lessius *lib.* 2. *de iust. & iure c.* 42. *dub.* 9. *num.* 96.

3 Hoc tamen non obstante poterit Clericus, aut religiosus veniens ex loco, qui putatur peste infectus, sed reuera non est, iurare, se non venire ex illo loco, ad mentem exigentium iuramentum, & verum iurabit. Ratio est, quia, cum exigentes iuramentum putent, locum illum esse peste infectum, ita vt motiuum exigendi sit falsa opinio, atque adeo qualitas loci, quam putant illi inesse, dum exigunt iuramentum, intelligunt de loco sic qualificato, prout est in ipsorum opinione, & sensus ipsorum est, quod iuret, se non venire de tali loco peste infecto. Et proinde cum locus non sit tali modo qualificatus, vere iurat, se non venire de loco tali sic qualificato, & iuxta mentem interrogantis. Præsertim quia in obiecto huius iuramenti, locus stat materialiter, & qualificatio formaliter, & primario. Vnde exigens iuramentum intendit primariò, quod iuret non venire de loco infecto; & nomen loci stat demonstratiuè, quia putatur infectus, vnde etian primarium obiectum iuramenti erit qualificatio loci.

4 Verum si transeat per locum infectum, quamuis ita celeriter, vt putet nullam se contraxisse infectionem, non video quomodo iurare possit, se non venire de tali loco. Sunt enim valde diuersa hæc duo, non transisse per aliquem locum, seu inde non venire, & nullam contraxisse infectionem, & vnum potest esse verum, & alterum falsum. Vnde cum custodes non exigant iuramentum de contracta infectione, sed an discesserit ex tali loco, & inde veniat, & teneatur iurans, vt dictum est *num.* 2. iurare secundum ipsorum intentionem, si iuret, se non venire de tali loco, falsum iurabit. Sic quamuis tres pueri in fornace Babylonis nihil omnino læsi fuerint ab igne, falsò tamen quis juraret, non fuisse in fornace ignis. Præsertim, quia nisi transacti sint præscripti dies pro experientia, non potest quis esse securus, quod non contraxerit infectionem, nec transitus potest esse ita celeris, vt non possit contrahi, cum etiam momento contrahi possit.

An Regulares, & Clerici teneantur ad custodiam Ciuitatis tempore pestis? Quæstio XCIV.

SVMMARIVM.

1 *Religiosi, & Clerici non tenentur ad custodiam portarum tempore pestis.*

2 *Ecclesiastici inseruiunt populo in spiritualibus.*

1 Resp. Quòd non tenentur ad custodiam murorum tempore pestis, cum per duos custodes in porta prouideri possit. Ita Bertran. *cons.* 54. *vol.* 1. *par.* 2. Crederem tamen, quòd quando esset periculum inuasionis hostium, qui forsan pestem non timerent, & in ciuitate tunc non reperirentur fideles viri, quibus confidi posset, tenerentur eo casu in subsidium, quia alias Ciuitas sine eorum custodia inuaderetur ab hostibus.

ADDITIO AD QVAEST. XCIV.

2 Idem tradunt Genuens. *in practica lib. Eccles. quæst.* 649. *num.* 6. *in fine.* Marchin. *de bello diuino*, *par.* 4. *cap.* 1. *num.* 4. Quia non adest tunc talis necessitas, vt debeant Ecclesiastici subire tale onus. Imo cum adsit spiritualis necessitas ministrationis Sacramentorum, quæ per ipsos exhiberi potest, non debent implicari in temporalibus, sed vacare spiritualibus. Et ideo non est audiendus Carpanus ad statuta Mediol. *cap.* 351. *num.* 2. *par.* 2. qui oppositum tenet,

An Regulares, & Clerici teneantur ad custodiam murorum Ciuitatis, vnà cum laicis, quando illa à quibuscunque impugnatur. Et an in casu, quo teneantur, tunc obligentur etiam proprijs manibus pugnare, mutilare, & interficere absque incursu irregularitatis? Quæst. XCV.

SVMMARIVM.

1 *Clerici, & Religiosi tenentur in magna necessitate ad custodiam murorum Ciuitatis.*
2 *Clerici quando pugnare possint, mutilare, interficere, &c.*
3 *Clerici tenentur pugnare, quando id est necessarium pro defensione Reipubl. aut pro consequutione victoriæ, à qua pendet commune bonum Ecclesiæ.*
Quando tenentur pugnare, non incurrunt irregularitatem.
Clerici possunt in genere hortari ad bellum iustum.
4 *Ecclesiastici quando teneantur ad custodiam murorum ciuitatis.*
Exemptio Clericorum non tollit, quæ sunt iuris naturalis.
5 *Clericis, concurrente iure naturæ, non prohibetur pugnare.*
6 *Licitè pugnans cur non fiat irregularis.*
7 *Clericus interueniens bello cum licentia Papæ, an fiat irregularis, si occidat.*
8 *Clerici pugnantes in bello iusto sine licentia, an fiant irregulares.*
9 *Hortans ad pugnandum, & occidendum in actuali conflictu, an fiat irregularis.*

1 Resp. Quod tex. *in c. non minus, de immunitat. Ecclesiar.* decidit, Clericos non debere angariari; *tex. verò in c. peruenit, eod. tit. de immun. Ecclesiar.* statuit teneri, sed quia tex. d. c. *peruenit*, variè à DD. intelligitur, ponam intellectus, qui ad *d. cap.* dantur.

Primus intellectus est, quòd procedat in Ciuitatibus, in quibus temporale dominium exercet Ecclesia, sicut est Ciuitas Terracinæ, cuius Episcopo Papa scribit. Sed iste intellectus reijcitur, quia Decretales sunt communes omnibus *c. 1. & fin. de constit.*

Secundus intellectus est, quòd procedit, quando terra impugnatur ab infidelibus, quod tunc teneantur etiam Clerici cum laicis ad custodiam Ciuitatis. Ratio potest esse periculum animarum, quod sequi posset, si Ciuitas ab infidelibus occuparetur, *c. igitur sæpe, 3. quæst. 1. & arg. cap. 1. & c. placuit, 16. q. 3.* & hic intellectus communiter tenetur *in d. cap. 2.* Tenet etiam Abb. *in c. non minus, & in cons. 3.* Alij dicunt, quòd loquitur in laicis seruientibus Ecclesiæ. Et alios intellectus refert Bero. *cons. 31.* Verùm, quia ille tex. loquitur generaliter, verior videtur intellectus vt procedat generaliter, siue terra impugnetur ab infidelibus, siue à fidelibus, quando tamen adest magna necessitas, timor communis, subitus, & improuisus: quem tenet Innoc. Card, & Abb. Bero. *loc. cit.* Bertran. *cons. 54. vol. 1. p. 2.* qui intellectus videtur concordare cum *cap. non minus* supra allegato, quando adest magna necessitas, quæ sine Clericorum auxilio reparari non potest.

2 Sed an Clerici possint sumere arma contra bannitos pro defensione Reipublicæ; resolutio pendet ab illa quæstione, An Clericis liceat pugnare proprijs manibus, interficere, & mutilare. Respondetur, quod vltra causam propriæ defensionis, possunt pro defensione Reip. patriæ, aut ciuitatis, si illis pugnantibus conseruabitur, & non pugnantibus destruetur, aut capietur. Item si in naui vita Clerici, vnà cum aliorum vita periclitetur, nisi ipse pugnet; quamuis dubia sit victoria, licitè potest pugnare, quia pro defensione propria.

Item Clericus ad defendendam vitam innocentis, posset nocentem interficere, si id omninò necessarium esset, & teneretur sine suo notabili periculo.

3 Item tenerentur Clerici pugnare, quando id esset necessarium ad consequutionem iustæ victoriæ, à qua pax, & bonum commune Ecclesiæ pendet; ita quod, nisi Clerici pugnarent, vel non obtineretur, vel periclitaretur valdè; illis verò pugnantibus obtineretur; tunc enim iure etiam naturali tenentur pugnare, & etiam iure naturæ tenentur pugnare in casu supradicto pro defensione Reipub. Ita notabiliter tradit Caiet. 2. 2. *quæst.* 40. *art.* 2. sequitur Molina *de iustitia, & iure, tract.* 2. *disput.* 108. qui testatur de communi opinione; & in omnibus casibus prædictis, in quibus Clerici iure naturæ sub lethali culpa tenentur pugnare, non incurrere irregularitatem, censeo vnà cum Molina *disput.* 109. quoniam si necessitas defendendi corpus excusat ab irregularitate. Clement. *si furiosi, de homicidio*; Multo magis necessitas salutis animæ, cum sub peccato lethali teneantur, quidquid alij dicant in dicta

Clem. quando pugnat pro defensione aliorum: nec Clementina excludit defensionem sub necessitate peccati: & ex supradictis, sequitur quòd si patria sit obsessa à bannitis, qui intendunt innocentes interficere, possunt Clerici, si laicorum vires non sufficiunt, pugnare contra bannitos absque peccato, & absque irregularitate; aliàs sine cauta non possent Clerici proprijs manibus pugnare, sed tantum exhortari ad bellum iustum, & excitare milites ad victoriam, & pugnam in genere; modo in particulari non dicant, interfice, aut mutila, sed fortiter age, ne succumbas, vel pugna strenue pro fide, vel pro Ecclesia, D. Tho. 2.2. *q.*40. *art.*2. *ad* 3. cap. *igitur, cum sequentibus* 23. *quæst.*8. Requiritur tamen consensus Papæ, quoad Prælatos; & Episcopi, quoad Clericos, vt possint Prælati, vel Clerici interesse bello. D.Th. *d. art.* 2. cap. *reprehenda*. cap. *quo casu* 23. *q.* 8. sed Molina *loc. cit.* censet sufficere consensum præsumptum, quando bellum esset aduersus Ecclesiam, & fidei hostes, & respondet ad dictos duos Canones, vt procedant, quando præsumptio erat voluntatis Pontificis in contrarium: illi enim vocati erant à Summo Pontifice, neque venire voluerunt, vt ad bellum proficiscerentur: & procedunt etiam, quando eorum præsentia necessaria non erat bono communi Ecclesiæ, quin potius decebat eos non interesse. Nauar. *latè cap.* 27. *nu.*211. *cum sequenti*. Molina *loc. cit.* qui pulchrè respondet ad d. Clem. *si furiosi*.

ADDITIO AD QVAEST. XCV.

4 Quod Ecclesiastici non teneantur ad murorum ciuitatis custodiam, sentit Marchinus *de pœnit. par.*4. *cap.*1. *num.*4. *& sequent.* qui tamen *num.* 8. id moderatur, vt scilicet congruum sit inuigilare periculo vrbis, quando necessitas esset talis, cui aliter prouideri non posset. Sed tenenda est communis sententia, quod teneantur, si aliàs laici non sufficiant, quam præcipue tradunt Felin. *in cap. penul. de homicid.* Bald. *consil.* 493. Thomas *de collect.* §. *exactio, num.*46. ver. *tertio fuit*, & *num.* 58. ver. *decimo octauo* Boer. *de cust. clau. num.* 48. Merer. *lib.*2. *de præferen. credit. tit.*4. *num.*17. Innocent. *in cap. non minus de immunit. Eccles.* Abbas *in cap.* 2. *eod. tit.* per illum tex. Cassan. *ad consuetud. Burgun. tit. des iustices, rubr.* 1. *num.*24. Azeuedo *lib.* 1. *recopil. tit.*3. *l.*11. *num.*7. Muta *in cap. Regni Sicil. c.*21 *num.* 15. Anneus Robertus *lib.*2. *rer. iudicat. cap.*11 Et ratio est. Quia quisque de iure naturali tenetur defendere suam Ciuitatem, quia agitur de interesse communi, quod priuato præferendum est, & ad ipsum omnes tenentur. Et quamuis exemptio eximat Clericos à muneribus ciuilibus, non tamen liberat ab obligatione iuris naturalis, quia hoc non potest tolli; & ideo quando ipsorum opera est necessaria pro defensione ciuitatis, subintrat obligatio iuris naturalis, quia solum censentur eximi, quatenus ipsorum opera non est necessaria, sed sufficit opera laicorum.

5 Quod in supradictis casibus quæstionis possint Clerici pugnare, præter citatos tradunt etiam Laiman *lib.*2. *theol. moral. tract.*3. *cap.* 12. *numer.*19. Malder. 2.2. *quæst.*40. *ar.*2. Palaus *par.* 1. *oper. moral. tract.*6. *disp.*5. *punct.*6. *num.*7. Becan. 2.2. *c.*25. *quæst.*25. *conclus.*3. Petrus Hurtad. *de fide, &c. disputat.*169. *sect.*2. §. 139. *vol.*2. Militat enim ratio, de qua in *num. præcedenti*. Quia scilicet in illis casibus de iure naturali Clerici pugnare possunt, aut etiam aliquando tenentur: ius autem positiuum prohibens Clericis pugnare, concordat cum iure naturali, & proinde non tollit, quod per ipsum conceditur, sed ad ipsius terminos coarctatur.

6 An autem incurrant irregularitatem, quando in dictis casibus licitè pugnant, si occidant, negant Molina *de iust. & iure tract.*2. *disp.*108. Lorca 2.2. *disp.*51. *de charit. num.*18. Coninch *de fide, spe, & charit. disp.*31. *de bello, dub.*5. *num.*91. Petr. Hurtad. *eod. tract. disp.* 169. *sect.* 2. §. 139. *vol.* 2. Quia irregularitas ex delicto, qualis esset ista, non incurritur, nisi occisio sit culpabilis, qualis non est in casibus præmissis.

7 Quod si Clericus cum licentia Summi Pontificis bello interueniat, pugnat, & occidat, incurrere irregularitatem, tenet Lorca, 2. 2. *quæst.* 40. *ar.*1. *sect.*3. *disp.*61. Dural. *tract. de charit. quæst.*16 *ar.* 7. Quia Pontifex concedens primum non censetur concedere secundum. Oppositum tamen tradunt Couarruu. *in Clemen. si furiosus, par.* 2. §. 3. *num.* 2. Molina *de iust. & iure, tract.* 2. *disput.* 608. Quod mihi probabilius videtur, & fundatur in communi doctrina, quòd dispensatio Pontificis impedit omnes effectus iuris positiui, qui alioquin prouenirent ex eo, pro quo quis dispensatur, iuxta ea, quæ tradunt Geminian. *in cap. quisquis, dist.*84. Turrecrem. *ibid. ante num.*1. *propositum.*1. Io. Andr. *in cap. in generali, num.*3. ver. *quadragesimo septimo, de reg. iur. in 6.* Auila *de censur. par.*7. *disp.*6. *dub.*2 Sayr. *lib.*3. *de censur. cap.*18. *num.*... Suarez *lib.*6. *de legib. cap.*11. *num.*4 Rota *in Ferrar. pens.*21. *Martij* 1627. *num.*5. *coram Virili*, vbi alij citantur, & *in Siracusan. pensionis*, 18. *Iunij* 1610. *coram Lancellotto.*

8 Imo etiamsi absque licentia Summi Pontificis Clerici pugnent in bello iusto, in quo hinc inde fiat occisio, non incurrent irregularitatem, nisi sibi conscij sint, quod interfecerint. Ita Abbas *in cap. petitio, de homicid.* Couarruu. *in Clemen. furiosus, par.*2. §. 3. *num.*2. Nauar. *in Manual. cap.*27. *n.*215. Molina *de iust & iure tract.* 2. *disp.* 110. *conclus.*2. Lorca 2. 2. *quæst.*40. *ar.* 1. *sect.*3. *disp.*51. *num.*22. & desumitur ex dicto *cap. petitio, de homicidio*, vbi Pontifex respondet illi, qui pugnauerat in bello ad defensionem Ciuitatis, in quo hinc inde plures occisi fuerant: quòd si eum remordebat conscientia, quod aliquem interfeciisset, censeret se irregularem. Vnde à contrario sensu, si non remordebat conscientia de interfectione, non erat irregularis.

Quod

9 Quod ſpectat ad exhortationem, ſi adhibeatur in actuali conflictu ſequuto homicidio, inducere irregularitatem, volunt Sylueſter verbo *Bellum 3. num.4.* cum Innocent. & Hoſtienſi. At non inducere, dummodo non dicant determinatè, occide &c. ſed tantum hortentur ad pugnandum ſtrenuè, volunt Lorca *2.2.quæſt.4.art.1.ſect.3.diſp.51.nu.22.* Suarez *diſp.46.de cenſur.ſect.6. num.8.* Couarruuias *in Clemen ſi furioſus. part.2.§.3.num.2.* D. Antonin. *3.par.tit.28. cap.2. §.6.* Sayr. *lib.6.de cenſur. cap.19. numer.16.* Squillant. *de obligat.Cler. par.6.num.101.* verbo *Alij verò.* Quia hortatio non mutat influxum, ſi ſit in actuali conflictu, ab eo, quem haberet ante actualem conflictum. Nihilominus adhuc alij volunt, quod non inducatur irregularitas, etiamſi hortans dicat, occide &c. Ita Henriquez *lib.10.ſum. cap.12.num.4.in Gloſſ. littera R.* Layman *lib.6. theol.moral.tract.3.cap.12.num.19.* Auila *par.7.de cenſur.diſput.76 ſect.3.dub.2.* Petrus Hurtadus *de fide ſpe, & char.diſp.169.ſect.2. §.137. & 143. vol.2.* Quia talia verba non ordinantur ad certæ perſonæ occiſionem, & ideo non influunt determinate in alicuius occiſionem, nec excedunt rationem generalem hortationis. Nec ad euadendam irregularitatem eſt neceſſaria licentia Prælati, quia licentia ſolum facit, quod non peccet contra obedientiam, non autem tollit influxum in homicidium inducens irregularitatem, ſi aliàs adeſſet. Ita citato loco Suarez, & Hurtad. §.135.

An Religio, & Eccleſia gaudeant omnibus priuilegijs fiſci temporalis, nec non militum, libertatis, alimentorum, dotis, pupilli, & Reipublicæ, vel tantum in caſibus expreſſis à iure?

Quæſtio XCVI.

SVMMARIVM.

1 *Quando valeat argumentum à Fiſco ad Eccleſiam.*
2 *Eccleſia gaudet priuilegio Fiſci, vt reus teneatur edere inſtrumenta.*
3 *Priuilegia Fiſci debent competere Eccleſiæ.*
In materia fauorabili ſit extenſio à paritate rationis.
Priuilegia aliorum ex identitate rationis extenduntur ad Eccleſiam.
Ab Eccleſia ad Fiſcum non valet argumentum.
4 *Eccleſia gaudet priuilegio militum, & quando.*
Diſpoſita in fauorem libertatis, ſi ſint applicabilia, conueniunt Eccleſiæ.
Eccleſia gaudet priuilegijs dotis ſtante identitate rationis.
Priuilegijs pupillorum.
Priuilegijs Reipublicæ.
5 *Opinio Peregrini.*
6 *Eccleſia gaudet priuilegijs Minorum.*
7 *Ius, & neceſſitas communicat Eccleſiæ aliena priuilegia.*
8 *In priuilegijs quando valeat extenſio.*
9 *Aliud extendi terminos priuilegij, & aliud extendi priuilegium.*

1 Reſp. Primo, valere argumentum de Fiſco ad Religionem, & Eccleſiam, ſubſtiſtente tamen identitate rationis, & dum contrarium non reperiatur in Iure expreſſum. & caſus ſit applicabilis. ita tenet Euerardus in loco à Fiſco ad Eccleſiam per tex. *in l.fin. C.de ſacroſ. Eccleſ. Gloſ.in auth.de non alien.& in c.auditis 23.quæſt.4.gloſ.in l.ſi procurator. §. fin.ff.iure fiſci.* Bart. *in l. à Diuo Pio, §. ſed & ſi emptor, ff.de re iud.* Abb. *in cap.2. in fin. de precario.* Tiraq. *in tract. priuileg. piæ cauſæ, priuileg.193.* vbi firmat generalem Eccleſiam gaudere omnibus priuilegijs fiſci.

2 Secundo, quòd communiter tenent *DD.in cap.1.de prob.* quòd ſicut priuilegium fiſci eſt, vt reus teneatur edere inſtrumenta, *l.Ne quiſquam, ff.de eden.* ita quoque locum habet in Eccleſia, quia Eccleſia, & fiſcus æquiparantur, & gaudet eius priuilegio, ita *Bal. Ant.Abb.Fel. & Dec.* qui teſtantur de communi opinione, eamque ſequitur in præfato *allegato cap.1. de probat.*

3 Eertio, quod arguitur de fiſco ad Eccleſiam *gloſ. in l. an vſusfructus, ff.de vſufruct. gloſ. & Bart.in l.ſi vſusfructus muniti, ff.de vſufruct.leg. Rom.in auth ſimiliter, C.ad leg. falcid.* 13.*col.* concludens, quòd diſpoſitio legis *1.c.de iure fiſci lib.10.* habet etiam locum in Eccleſia. Bal. *in l.fructus. ff. ſol. matr.* dum allegat *l.fin. C.de ſacroſ. Eccl. cum alijs*, ex quibus inquit Dec. poſſe dici, quòd omnia priuilegia, quæ fiſco, vel Ciuitati conceſſa reperiuntur, Eccleſiæ debent competere. Nec videtur obſtare, quòd *in d.l.fin.* æquiparantur Ciuitas, & Eccleſia, ſed non Fiſcus, dicit *Alex.in l.ſi filio, § ſi vir in quinquennium.ff.ſolut.matrim.* quia ille textus procedit etiam in fiſco, & ita intelligit *in l.omnibus, ff.de diuerſis, & temporalib.præſcript.* probant etiam verba *d. l. fi. ibi, nec viri ciuitatum*, quia ius ciuitatis verificatur in eius fiſco. Item proœmium. I.C. dum exorditur, *Vt inter diuinum, publicumque*: nam hæc verba gloſſæ ita reſpiciunt fiſcum, ſicut ciuitatem, & vtroque caſu publica verſatur vtilitas, & attenditur. *l.regula.ff.de iur.& facti ignor.* & ratio finalis ex proœmio colligitur. *l.fin.ff.de hæred. inſtit.*

Aliqui

Aliqui dicebant, *in d. l. fin.* Ciuitatem æquiparari Ecclesiæ, non contra: sed occurrit Decius, quòd imo æquè principaliter in ciuitate, sicut in Ecclesia disponitur, cum eodem verborum constructu, ibi, hoc dicatur. Matthesil. *in tractatu distinct. in 1. membro* dicebat *in d. l. fin.* æquiparationem in certis casibus ibi expressis, quam refert Decius *in d. cap.* Cui optimè respondet, quod eius dictum potest procedere in materia correctoria, prout ipse loquitur de materia correctoria, secus est in materia fauorabili, tunc fit extensio à paritate rationis. *Glos. & Bart. in l. illud. C. de sacros. Eccl. Bart. in l. si constare. qu. 9. ff. solut. matrim. vt latiùs per Dec. in loc. cit.* & ratio fauoris publici versatur in fisco Ciuitatis, Immo, vt dicit idem Vasquius *de succes. progres. lib. 3. §. 29. num. 7.* vbi firmat, quòd licet secundum ipsum, Ecclesia non possit dici priuilegiata, nisi in casibus expressis à Iure, tamen stante identitate rationis, aliorum priuilegia ad ipsam extenduntur ex identitate rationis. *textus est notabilis in cap. cum dilecta, de confirm. vtili, vel non vtili, & in cap. post translationem, in medio, de renunciat. Glos. notabilis in l. 1. Cod. de condit. indebit.* Fiscus autem habebit multa priuilegia ob publicam vtilitatem: & ius publicum consistit in sacris, & Sacerdotibus. *cap. ius publicum. dist. 1. l. 2. ff. de iust. & iur.* quinimo Ecclesia est magis priuilegiata, quàm fiscus, qui dicitur vltimus priuilegiatorum, & contra quem in dubio est iudicandum, *iuxta l. non puto. ff. de iure fisci*, vt singulariter tradit *Rota Rom. Card. Seraph. dec. 594.* vbi à maioritate rationis concluditur destinationem solutionis in alio loco, in fraudem fisci nihil operari, multò minus in fraudem Ecclesiæ, cuius causa est fauorabilior, quàm causa fisci, qui est vltimus priuilegiatorum: quod est adeo verum, vt non valeat argumentum à priuilegio Ecclesiæ ad priuilegium fisci temporalis, vt tradunt Bart. Imol. Ias. *in l. fructus, ff. solut. matr.* in qua habetur, quod fructus dicuntur deductis impensis. Nec valet argumentum, quod in decimis prædialibus, fructus debentur non deductis expensis *cap. pastoralis, de decim.* quia inducta fauore animæ, quæ respicit ius diuinum, & est pretiosior cunctis rebus. *l. sancimus, Cod. de sacros. Eccles.* non sunt extendenda ad ius publicum temporale; & in dubijs est iudicandum contra fiscum, vt dictum est: secus in Ecclesia, quia in dubio pro ea iudicandum est. *d. l. sancimus. & cap. fin. de re iud.* Concludo igitur, ex identitate rationis, & occurrente casu applicabili, Ecclesiam gaudere omnibus priuilegijs fisci, non è contra: quod deseruiet ad multa, sunt enim quamplurima priuilegia fisci, quæ enumerat Baldus *in l. 1. C. de hæreditate, vel actione vendita.* Azon. *in summa de priuil. fisci.* Salyc. Paul. *in l. fin. cap. eodem tit. & nouissimè* Marcus Anton. Peregrin. Non est igitur recedendum à d. communi opinione, & glos. interpretatione, & frequentissimo argumento, quo vtuntur Doctores in mille locis de fisco ad Ecclesiam.

4 Ecclesia quoque gaudet priuilegio militum, vt tradunt DD. Gloss. *in l. si vt proponis. Cod. de rei vendic.* Gloss. *in cap. inquirendum. de pecul. Clericorum.* Bald. *in l. fin. Cod. de pactis.* Abbas *in cons. 94. vol. 2.* Euerardus *in loco militum ad Ecclesiam*, qui ponit nonnulla exempla, ad quem te remitto: vbi tamen militet eadem ratio in vtraque & contrarium non reperiatur expressè decisum in Iure. Item omnia disposita in fauorem libertatis applicabilia Ecclesiæ, habent locum in ea, stante identitate rationis Bald. *in l. 2. Cod. de fideicommiss. libert. & in l. si iure. Cod. de manumiss. testam.* Bar. *in l. si vnus. C. de testam.* Latissimè post alios Roman. *in auth. similiter. C. ad leg. falcid.* diffusè Euerardus *in loco de libertate ad piam causam*, vbi ponit nonnulla singularia libertatis, & applicat Ecclesiæ. Gaudet etiam Ecclesia omnibus priuilegijs alimentorum, quando casus est applicabilis, & militat eadem ratio, nec reperitur contrarium dispositum in iure, quia causa alimentorum de se est pia, & fauorabilis. *L. Mela. vbi* Gloss. Bar. *& alij. ff. de alimen. legat. Rom. in d. auth. Similiter* vtitur hoc argumento ad multa. Euerardus etiam in loco ab alimento ad piam causam, cui ponit nonnullas illationes DD. Gaudet præterea omnibus priuilegijs dotis, quia dos, & pia causa æquiparantur, *cap. 1. §. donare, qualiter olim feudum alienari poterat, in vsibus feudorum*, latissimè Bar. *in l. 2. §. fin. ff. de donat. & in l. si ego. ff. de iure dot.* Euerardus *in loc. cit. à dote ad piam causam*, vbi auctoritatibus, & exemplis id comprobat. Insuper gaudet Ecclesia omnibus dispositis in fauorem pupillorum, & minorum. Gloss. *in l. libertos. C. de excusat. tutor. & in l. Respublica in fine*, & ibi Bar. & alij, *Cod. ex quibus causis maiores. in l. non est ignotum. C. de administratione tutorum c. 1. cap. auditis. de restitution. in integr.* Vbi Doctores, Ias. *instit. de action.* Euerard. in loco à pupillo ad Ecclesiam. Postremo Ecclesia gaudet omnibus dispositis in fauorem Reipublicæ, quia æquiparantur. *l. fin. C. de sacros. Eccles.* Gloss. *in l. Rempublicam. C. de Iure Reip. lib. 11. in l. Republica. C. ex quibus causis maiores.* Gloss. *in l. Imperator. ff. de re iud.* Io. Andr. *in reg. plus semper de reg. iur. in 6.* Bald. *in l. Ciuitas. ff. si cert. pet.* Rom. *in d. auth. similiter.* Euerard. eodem in loco à Rep. ad Ecclesiam. Quæ argumenta procedunt stante identitate rationis, & quando casus est applicabilis, & contrarium non reperitur decisum in iure. Dicit etiam Abb. *in cap. auditis. de præscript.*

ſcript. quòd Eccleſia gaudet priuilegijs, & iure imperij, ad quem te remitto. Et hæc generaliter adnotanda cenſui pro intelligentia nonnullarum quæſtionum.

ADDITIO AD QVAEST. XCVI.

5 Ab hac communi doctrina diſsentit Peregrin. *de iure fiſci lib.5.tit.2. num.1.* Quia quælibet cauſa, & perſona priuilegiata debet ſe continere intra ſuos terminos, & non vti priuilegijs alterius, niſi quatenus lex, aut neceſſitas facit communia priuilegia; & ſicut fiſcus non vtitur priuilegio dotis, Eccleſiæ, &c. ita nec Eccleſia vti debet priuilegijs fiſci. Vnde in priuilegijs non fit extenſio de caſu ad caſum, aut de perſona ad perſonam. Cap. *Priuileg. de reg. iur. in 6.* cum ibi not. ſicut etiam in Clement.1. *de cenſib.* Cardin. *in Clem.1, quæſt.6, de teſtam.* Grammat. *deciſ.28.num.31.* Bart. *in l.1 ff. de conſtit. princip.* Nec quiſquam poteſt protendere terminos ſuorum priuilegiorum. Cap. *Pure.* & Cap. *Cum Capella de priuileg.* Denique quia lex generalis comprehendit cauſas, & perſonas priuilegiatas, niſi habeant ſpeciale priuilegium in eo genere *l.in fraudem.§.fin ff.de teſtam. milit.* vbi Butrius & proinde non poterit Eccleſia ſe ſubtrahere legibus, niſi in eo, in quo eſt ſpecialiter priuilegiata.

6 Sed non eſt recedendum à communiſſima ſententia. Nam quod Eccleſia tanquam habens cauſam fauorabiliſſimam, gaudeat priuilegijs perſonarum, & aliarum cauſarum priuilegiatarum, habetur à iure; vnde fruitur priuilegijs Minoris. Cap.1. & Cap. *Auditis. de in integrum. reſtitutione.* Et ratio eſt; quia rationes illæ, ob quas in iure priuilegiantur certæ cauſæ, aut perſonæ, potiori modo militant in Eccleſia, & ideo ad ipſam extendi debent priuilegia aliorum, quæ ſunt clauſa in corpore iuris, quia ita ſunt priuilegiá, vt tamen ſint etiam leges, inſtitutę ad ordinandas tales cauſas, & dirigendas tales perſonas, & ideo debent ſequi normam legis, & extendi ſicuti extenduntur etiam leges.

7 Nec obſtant adducta in contrarium, quia dum ius declaratur, quod Eccleſia fruatur priuilegijs alienis, qualia ſunt priuilegia Minorum, vt dictum eſt, iam aliena priuilegia fiunt ipſi communia. Rurſus cum dicitur, quod aliqua neceſſitas debet facere priuilegia communia, non intelligitur de neceſſitate præciſa, ſed de illa, quæ fundatur in bono regimine, ita vt id dicatur neceſſarium, ſine quo non poteſt ſtare bonum regimen. Hæc autem neceſſitas exigit aliena priuilegia communicari Eccleſiæ, quia debet omnibus præferri; & ſi non communicarentur, cauſæ priuilegiatæ ipſi præferrentur, quando in eodem non eſſet priuilegiata.

8 Quando autem dicitur, quod in priuilegijs non fit extenſio, id valet de puris priuilegijs, quæ ſunt merè priuilegia, & non habent rationem legis: ſecus autem, ſi habeant, vt ſunt priuilegia fiſci, dotis, Minorum &c. Nam dum habent rationem legis, ſequuntur naturam ipſius, atque adeo extenduntur ex identitate rationis, vt deſumitur ex *lege Grammaticor. C. de profeſſ. qui in Vr. Conſtant. cæt. edoc. lib.12.* vbi Io. de Platea, & cum alijs docet Donat. *in praxi rerum regular. par.1. tract.6. quæſt.1.*

9 Nec obſtat, quod non poſſit quis extendere terminos ſuorum priuilegiorum: quia aliud eſt extendere terminos priuilegiorum, & aliud extendere priuilegia. Primum dicit, quod priuilegium extendatur vltra id, quod per ipſum conceditur: & tunc non licet, vt in citato textu. Secundum dicit, quod extendatur intra terminos conceſſionis ad alias perſonas, cauſas, &c. & hoc licet, quando habet rationem legis. Neque recte applicatur doctrina vltimo loco relata, quia vt lex generalis aliquos non comprehendat, ſufficit, ſi quocumque modo ſit priuilegiatus in illa materia, qualis eſt Eccleſia, vt participans priuilegia aliena.

An Monaſterium hæres non conficiens Inuentarium teneatur vltra vires hæreditarias? Quæſtio XCVII.

SVMMARIVM.

1 *Hæres non conficiens inuentarium de iure canonico non tenetur vltra vires hæreditatis ſecundum Bald.*
2 *Secundum communem tenetur.*
3 *Quando non teneatur.*
4 *Monaſterium non conficiens inuentarium, non tenetur vltra vires hæreditatis.*
Monaſterium quomodo ſuccedat ab inteſtato.
5 *Quando de æquitate teneatur Monaſterium conficere inuentarium.*

1 Reſp. Quod Baldus *in l.cum à matre in fine, C. de rei vendicat.* tenet, laicum hæredem de iure canonico non teneri vltra vires, quia de iure canonico ſufficit ſola iuſtitia naturalis, & ius ipſum canonicum ſumma nititur æquitate, & ratione naturali *cap.dilecti, de Iudic. cap.fin.17. qu.9. & ibi* Gloſſ. in verbo *iure* ſequitur Brunus in verbo *inuentarij*. Macrob. *conſ.3.num.85.*

2 In contrarium facit, quia non recedendum à Iure ciuili, quando non reperitur expreſſum contrarium de iure canonico, *cap.1. & 2. nou. op. nunciat.* & quia hæres tenetur vltra vires ob ſuſpicionem, ne occupet res hæreditarias, & ideo non confecerit inuentarium. *l.fin. C. de Iur. delib.* quæ ratio militat etiam de Iure canonico, quo probationes per præſumptionem admit-

admittuntur. *toto tit. de præsumpt.* Id autem in Ecclesia, & Monasterio non procedit, quia non tenetur vltra vires, nam cessat præsumptio occupationis.

3 In laico autem priorem opinionem censeo posse procedere, vbi liquidò, & notoriè constaret, testatorem nihil aliud habuisse in bonis *arg. not. per Innoc. in cap. quia plerique, de Immun. Eccles.*

ADDITIO AD QVAEST. XCVII.

4 Monasterium non teneri conficere inuentarium, & proinde eo non confecto non teneri vltra vires hæreditatis, est communis opinio, quam inter alios tradunt Butr. *in cap. in præsentia. num.* 18. *in fine de probat.* Felin. *num.* 41. Bal. *in l. fin. num.* 4. *C. de iure deliber.* Bart. *Authen. ingressi. num.* 58. *in 2. lectur.* & Authen. *si qua Mulier. num.* 16. *C. de sacrof. Eccles.* Mendez *repetit. l. cum oportet. 3. par, num.* 157. *C. de bon. quæ liber.* Bertrand. *consil.* 127. *nu.* 3. *vol.* 3. Phanut. *de inuentar. par.* 3. *nu.* 79. *tom.* 8. *tract. part.* 2. Grassus *de succeff. ab intest.* §. *Hæreditas. quæst.* 6. *in fine.* Rolan. *de confect. inuentar. par.* 2. *qu.* 12. *num.* 6. Spin. *in Speculo testam. gloss.* 35. *princip. nu.* 17. Menchaca *de succeff. creat. lib.* 2. §. 16. *nu.* 43. Genuens. *in Practicabil. Eccles. quæst.* 475. Nouar. *de miserabil. person. priuileg.* 133. Riccius *Collect.* 1102. Rouitus *ad Pragmat.* 1. *de leg. pijs. num.* 1. Donat. *in Praxi rerum regular. par.* 2. *tract.* 11. *quæst.* 16. *num.* 2. Sanchez *lib.* 7. *Summ. cap.* 12. *num.* 33. Ratio est. Quia tantum succedentes iure hæreditario obligãtur conficere inuentarium, ex tacito pacto cum creditoribus: sed Monasterium succedit iure acquisitionis naturalis accessoriè ad personam, quatenus professus sua dedicat Deo tanquam consequentia personam dedicatam, & ideo cum iura sua tradat Monasterio, virtute horum iurium sibi traditorum succedit. Authen. *Ingressi. §. sed & hoc. C. de sacrof. Eccles.* & Authen. *de Monachis. §. Illud.* & ita notant Butr. *numer.* 28. Abbas *num.* 74. Bellam. *num.* 21. Berous *numer.* 155. Felin. *in cap. in præsentia num.* 41. *de probat.* Innocent *num.* 6. Bar. *Authen. ingressi. num.* 58. *C. de sacrosanct. Eccles. in relect.* Bald. *in l. fin. num.* 5. *C. de iure deliberan.* Salycet. *Authen. ingressi. num.* 8. *qu.* 5. & alij supracit. Et ideo non tenetur de nouo conficere inuentarium, quia non indiget aditione hæreditatis, vt fiat dominus, nec corporali possessione, vt possideat, vt cum pluribus tradit Sanchez *lib.* 7. *sum. cap.* 12. *num.* 23.

5 Tenebitur tamen Monasterium de æquitate conficere inuentarium, instantibus legatarijs, & creditoribus, vt possit suo debito satisfacere. Sumptibus tamen instantium, quia agitur de ipsorum interesse; vt tradunt Bertran. *consil* 168. *numer.* 2. *vol.* 4. Molina cum alijs *lib.* 1. *de primogenit. cap.* 15. *num.* 34. Sanchez *lib.* 7. *summ. cap.* 12. *num.* 34. Donat. *in Praxi rerum regul. par.* 2. *tract.* 11. *quæst.* 16. *num.* 3. quia hoc prodest creditoribus, & legatarijs, & non nocet Monasterio *l.* 2. §. *Item Varus. ff. de aqua pluu.*

An Monasterium contrahendo cum priuato præferatur in bonis post suam obligationem quæsitis? Quæstio XCVIII.

SVMMARIVM.

1 *Monasterium præfertur priuato, licet tempore anteriori in bonis acquisitis à debitore, etiam post contractam obligationem.*

2 *Argumentum à Fisco ad Ecclesiam valet.*

3 *Hypotheca generalis pro Ecclesia concurrente cum donatione, probanda est anterioritas donationis.*

1 Resp. Quòd Fiscus contrahens cum aliquo priuato, præfertur in bonis post suam obligationem quæsitis, priuato, etiam anteriori in tempore, habenti omnia bona secum contrahentis præsentia, & futura obligata, *vt est textus notab. in l. si is, qui, ff. de iure fisci.* & quia valet argumentum de Fisco ad Monasterium; Idem esse in Monasterio tradit doctissimus Euerard, in loco à Fisco ad Monasterium, vbi dicit, & licet neminem repererim hoc dicentem, credo tamen hoc verum, quia idem fauor debetur Monasterio, qui Fisco, & magna est ratio, quæ pro Religione facit. *l. sunt personæ. ff. de relig. & sumpt. fun. cum similibus,* & quamuis Glos. *in l. assiduis. C. qui potior. in pignor. habeant.* teneat contrarium in dote; tamen *Salycet. in quæst.* 3. tenet contra Glos. & quidquid sit in dote, satis est, quòd Fiscus gaudet hoc priuilegio, & successiuè Monasterium, vt latissimè per Euerardum *loc. cit. per* Decium *in cap.* 1. *de probat. in illa qu. an fauore Monasterij teneatur, quis instrumenta edere contra se.*

ADDITIO AD QVAEST. XCVIII.

2 Quamuis Euerardus citato loco *in quæst.* non ita absolutè hoc decernat, venit tamen in consequentiam necessariam, si verum est, quod valeat argumentum à Fisco ad Ecclesiam. Valere autem tradunt communiter Doctores. Cephal. *consil.* 255. *num.* 49. *volum.* 2. Thesaur. *quæst. Forens.* 93. *num.* 3. *lib.* 3. Abbas *consil.* 108. *in fine.* Caldas Pereira *in l. si curatorem.* verbo *Minor, numer.* 62. Cod. *de*

in

in integr. restitution. minor. & sequitur ex dictis ad quæst 96.

3 Et ex his sequitur etiam aliud singulare, quod in concursu Ecclesiæ habentis bona donatoria sibi generaliter hypothecata cum donatario, si donatarius excipiat, quod donatio præcesserit hypothecam, tenetur id probare, licet regulariter oppositum contingat *l. de rebus. Cod. de donation. ante nupt.* Hoc enim est priuilegium Fisci, quod in dubio temporis pro ipso præsumitur *l. 1. C. de iure Fisci lib. 10.* & tradunt Bald. *in l. si debitor. Cod. de priuileg. Fisci.* Salycet. *in l. fin. C. de edicto Diu. Adr. tollen.* Castrens. *ibidem.* Angel. *in §. Illud 2. Authen. de trien. & semiss.* Corset. *singul. 13.* Roman. *singul. 160.* Et proinde idem priuilegium conueniet etiam Ecclesiæ, vt obseruat Euerar. *in Topica iur. loco à Fisco ad Eccles. num. 7.*

An sententia lata contra Monasterium, absente Aduocato, sit nulla. Quæstio XCIX.

SVMMARIVM.

1 *Sententia contra Monasterium, absente eius aduocato, est nulla.*

2 *Sententia lata contra Fiscum absente aduocato, est nulla.*

3 *Fiscus, & Ecclesia restituuntur in integrum re-pertis nouis instrumentis.*

4 *Sententia contra Fiscum, & Ecclesiam prætextu falsorum testium, seu instrumentorum, est nulla.*

1 Resp. Quòd clarum est, quòd sententia lata contra Fiscum indefensum propter absentiam Aduocati, est ipso iure nulla. *l. vnica C. de sententijs aduersus Fiscum latis lib. 10. & ibi* Gloss. *& DD.* & idem si feratur, procuratore eius absente, vt dicit Gloss. *in l. 3. §. diuus. ff. de iure Fisci*, Io de Platea *in d. l. vnica*. Idem etiam esse in Monasterio, vt sententia contra ipsum indefensum, ob absentiam procuratoris, & Aduocati lata, sit ipse Iure nulla, tenet Paul. de Castr. *in l. velamento Cod. de postulando*, cum sit validum argumentum de Fisco ad Monasterium. Sequitur Euerard. *in loco à Fisco ad Monasterium*, vbi etiam allegat Gloss. *notab. in l. si præsei, & ibi* Baldus, Salyc. *& alij*. *Cod. quomodo, & quando Iudex*, & tex. *in cap. 1. de rebus Eccles. non alien. lib. 6.* debet enim defendi Monasterium, aliàs sententia est nulla.

ADDITIO AD QVÆST. XCIX.

2 Sententiam latam contra Fiscum, absente eiusdem Aduocato, esse nullam, habetur passim in iure. *l. Non intelligitur. §. Decius. & l. si Fiscus. ff. de iure fisci. & l. 2. C. si aduer fiscum, & l. fin. C. de Aduoc. fisc.* & credit Peregrin. *de iure fisci lib. 7. tit. 4. num. 2.* Lata tamen in fauorem ipsius, licet absente Aduocato, & procuratore, est valida, quia priuilegium nocere non debet, & ideo non excludit, quæ fauorabilia sunt. *l. Pupillus. ff. de arbitr. & l. Acta §. fin. ff. de re iud.*

3 Imo etiam fiscus postquam legitimè defensus fuit, restituitur in integrum contra sententiam, si noua instrumenta reperiantur. *l. 1. C. de sentent. adu. fisc. lat.* idque intra quadriennium. *l. fin. C. de temp in integr. rest.* Vnde id locum habebit etiam in fauorem Monasterij.

3 Rursus, cum sententia lata contra Fiscum, prætextu falsorum testium, vel instrumentorum, sit ipso iure nulla. *l. si prætor. §. Marcel. ff. de iudic. & l. Diuus. ff. de re iudic.* vbi Alexander. *l. Qui agniti. ff. de excep.* vbi Socin. *& Cap. Cum venerabilis. de excep.* vbi latè Abbas. Io. de Platea *in l. vnica C. de sent. aduer fisc. lat.* Peregrin. *De iure fisci lib. 7. tit. 4. nu. 10.* Ita quoque sententia lata contra Ecclesiam prætextu falsorum testium, vel instrumentorum, erit nulla, vt obseruat Euerardus *loco à Fisco ad Eccles. nu. 6.*

An Religiosis officium Aduocati, & Procuratoris interdictum sit in Curijs Ecclesiasticis, & Laicalibus. Et an in casibus, in quibus permissum sit, tunc exigatur vilitas Monasterij, Ecclesiæ, & licentia etiam Conuentus, vel sufficiat solum sui superioris tacita permissio, & an satis sit Episcopi licentia. Et quando nec superior regularis, nec ipse Episcopus licentiam huiusmodi concedere possint. Quæst. C.

SVMMARIVM.

1 *Munus Aduocati, & procuratoris, potest exercere religiosus cum licentia superioris, & concurrente*

rente vtilitate Monasterij.
2 *Altera conditione deficiente non licet exerceri.*
Clerici possunt aduocare coram Iudice sæculari pro causa propria, vel Ecclesiæ.
In causis criminalibus, concurrentibus duabus dictis conditionibus.
3 *Pro aduocando requiritur licentia obtenta, nec sufficit petita.*
Nec sufficit tacita.
4 *Licentia Episcopi non sufficit, nec est necessaria.*
5 *Franciscani neque cum licentia Superiorum possunt esse Aduocati, aut Procuratores.*
6 *Munus Aduocati, aut Procuratoris non conuenit Religioso.*
7 *Vt Religiosus exercere possit munus Aduocati, aut Procuratoris, non sufficit licentia tacita.*
8 *Religiosus potens stare in iudicio absque licentia, potest etiam esse Aduocatus, & Procurator, aut constituere Procuratorem.*
9 *Solum prohibetur religioso esse aduocatum, & procuratorem in iudicio.*
10 *Religiosus an pro una, aut altera vice possit esse Aduocatus, & Procurator.*
11 *Religioso Procuratori etiam post litem contestatam potest excipi defectus licentiæ.*
12 *Gesta per religiosum Procuratorem sine licentia sunt irrita.*

1 Resp. Quòd interdicitur Religiosis munus Aduocati, vel Procuratoris subire, nisi Superioris licentia, & vtilitate Monasterij concurrentibus; habetur in Conc. Tarraconen. *cap.* 11. *& refertur in cap. Monachi, il 2. 16. quæst.* 1. *ibi*, Similiter, vt nullus Monachorum forensis negotij susceptor, vel executor, existat, nisi quod Monasterij expoſcat vtilitas, Abbate sibi nihilominus imperante. Quod idem confirmatur, & approbatur *cap. 2. de postulând.* quæ verba explicat Gloss. *eo cap. Monacho*, in casus positione. Turrecrem. Innoc. *eo cap. 2. num. vn.* Hostien. *num.* 1. Ioan. Andr. *num. 2.* Card. *num. vn. quæst. 2.* Antonius *num. 8.* Abb. *num. 3.* in hunc modum, Susceptores, id est Aduocati; Executores, id est, Procuratores; vel vt explicant Hostien. Ioan. Andr. Anton. Abb. comprehenditur sub his vocibus, omne munus ad causarum forum spectans; & de Procuratoris officio habetur expresè Clem. *Religiosus*, ibi. *Non potest sine sui Superioris licentia procurationis officium suscipere.* Et quamuis tex. *eo cap. Monachi*, loquatur de Monachis, idem tamen dicendum est de quibuscunque veris Religiosis, & constat ex *eo cap. 2. de postulando*, vbi consultus Pontifex, an ea prohibitio Monachis facta, comprehendat quoque Monachos Regulares, qui laxiori regulæ inseruiunt, vt dicitur *cap. quod Dei timorem, de statu regular.* respondet comprehendere. Idem etiam constat *ex dict. Clem. Religiosus*, quæ in ea prohibitione verbo Religiosus, vsa est; & ratio est, quia ea prohibitio non respectum habuit ad ordinem Monachorum, sed ad Religionem. Atque ita docent Glossa *d. Clem. Religiosus*, *v. Religiosus*, & ibi Abb. *num.* 1. Imola, *num. 6. & 10.* Idem, Abb. *eo cap. 2. num.* 1. Syluester ver. *aduocatus*, *quæst. 6*, Sayr. *clauis regiæ lib. 12. cap. 22. num.* 3.

2 Vide duplex coniunctim conditio requiritur, nec sufficit alterutram contingere, nempè Superioris licentia, & vtilitas Monasterij; quia textus *eo cap. Monachi, & eo cap. 2.* vtramque petunt, & idem docent Glos. *eo cap. 2.* verbo *imperãte*. Et quidem, si altera ex his conditionibus deficiat, nec in foro sæculari, nec Ecclesiastico integrum est Religiosis, ea munera Aduocati, vel Procuratoris obire, quia tex. id prohibentes, generaliter, & indistinctè loquuntur, imò expresè *cap. Monachi el. 2. 16. quæst.* 1. *& 2. cap. 2. de postulando*, dicunt, forensis, & Ecclesiæ negotij, & Hostien. *eo cap. 2.* initio explicat, forensis, id est sæcularis. Atque ita docent Speculator *tit. de aduocato*, *§. obijcitur cap. aduocatum*, *num. 2.* Abb. *eo cap. 2. num.* 1. Archid. *eo cap. Monachi*, *flatim in princ.* & ibi Bellamera *flatim in princ.* Syluester ver. *aduocatus*, *quæst. 6.* Sayr. allegat. Illis autem conditionibus concurrentibus poterunt aduocare, aut procurare, ne dum in foro Ecclesiæ, sed etiam in sæculari, vt colligitur ex cap. 1. *de postulando*. Vbi cum interdicatur Clericis in negotijs sæcularibus coram Iudice sæculari aduocare, excipitur, nisi propriam causam, vel Ecclesiæ suæ fuerint prosecuti. Atque ità docent Ant. *cap. 2. num. 1. de postulando*, & ibi Abb. *num. 2.* Imola *numer. 1.* Bellamera *cap. cum l. à numer. 13. de sent. & re iudic.* Henric. *ibi num. 14.* Rosel. Angel. Syluest. Tabien. Armil. Guillelm. Redoanus, Sayrus. Quod tamen intelligendum est, coram Iudice sæculari, modo causa sit ciuilis; nam in criminalibus nullatenus licet, vt constat *arg. ex cap. 1. & cap. final. de postulando*, & beno tradunt Bellamera, Henric. Angelus, Syluest. Tabiena, *ibi*. At coram Iudice Ecclesiastico licitum quoque erit in criminalibus causis aduocare, & procurare, concurrentibus prædictis conditionibus vt bene docent Henricus, & Bellamera *ibi*.

3 Licentia autem Superioris non sufficit petita, & non obtenta, & dicendum est opus quoque esse obtineri, tum quia id *cap. 2. de postulando*, *& id*, *cap. Monachi*, petunt, vt Abbas, id imperet, ibi, *Abbate nihilominus imperante*; ac non dicitur Imperare ex eo solum quòd ab eo licentia petatur, nisi illam concedat. Præterea quia Clem. *illa Religiosus*, sic ait: Non potest sine sui

Digitized by Google

ne ſui Superioris licentia. At particula (*ſine*) denotat eam obtinendam eſſe, *cap. ne opus de tempor. ordin.* Nec obſtat ratio contraria, quia in eo textu, maioris claritatis gratia, vtrumque expreſſum eſt. Ita docent Card. *ex Clem. Religioſus, num.3. opp.2.* & ibi Imola *num.10.* & ſufficit, vt hæc licentia præcedat ſuſceptionem mandati procuratoris: quare ante licentiam poteſt inſtitui Religioſus procurator, at ipſe acceptare non poteſt donec licentiam obtineat. Nec ſufficit tacita ſuperioris licentia, quæ habetur ex ratihabitione de præſenti, aut præterito: nam vbi in actu aliquo exigitur alicuius licentia, ea debet eſſe expreſſa, vt tradunt plurimi DD. Corſetus *in ſuis ſingularibus*, ver. *licentia, num.vn.* Tiraquell. multos alios allegans, *in l.connub. conſ.7. num.8. & alij.*

4 Quòd autem id munus procuratoris poſſit Religioſus obire ex licentia Epiſcopi, tenent Innoc. *cap. cum* l. *& à num. 3. de ſententia, & re iud.* & ibi Hoſt. *num.2.* Ioann. Andr. *num.2.* Antonius *num.7.* Abb. *num.29.* Bellamer. *num.7. & 13.* Henric. *num.4.* & tauet Anchar. *in dict. Clem. Religioſus, num.1. not.2.* vbi ait, ſuperiorem eſſe Epiſcopum, & ibi Imola, *n. 8.* Niſi, inquit, eſſet aliquis Religioſus nullius Monaſterij. Sanchez *verò lib.6. cap.13. operis Moralis*, tenet nullo pacto ſufficere, nec eſſe neceſſariam licentiam Epiſcopi, niſi Monaſterium ipſi ſubeſſet: tunc enim dicit ipſe Sanchez, quod verum dicerent priores DD. ſufficere licentiam Epiſcopi, quia eſſet verus Superior: at in eo caſu ſufficeret quoque licentia immediata Superioris Conuentus, quia eſſet verus ſuperior, non obſtante quòd ſubeſſet Epiſcopo; ſicut huic veræ ſuperioritati non obſtat ipſum eſſe ſubditum Prouinciali, & Generali; hanc opinionem tenet ſolus ipſe Sanchez, nam alium non inueni tenentem huiuſmodi opinionem.

5 Religioſi autem Franciſcani Procuratores eſſe nequeunt, etiam de ſuorum Superiorum licentia. Clem. *exiui, §. proinde, de verb. ſignif.* Hæc autem prohibitio non extenditur ad alios mendicantes, quia textus de ſolis fratribus Minoribus loquitur, & de ijs Religioſis, dum ſuæ Religionis Regulis ſubiecti manent, nam ſi alicui ſæculari Eccleſiæ præficerentur, poſſent. Sanchez *lib.6. cap.11. operis moralis num.26.*

ADDITIO AD QVAEST. C.

6 Quod Religioſi abſque licentia ſui Superioris & niſi concurrat vtilitas Monaſterij, nõ poſſint exercere munus Aduocati, ſeu Procuratoris, per citat. tex. tradunt etiam Cardin. *in Clemen. Religioſus n.8 de procurat.* Vitalin. *num. 22.* Innocent. *in capit. l.* & *A. num. 2. in fine*, & *num. 3. de ſent. & re iud.* Felin. *num. 21.* ver. *Et illud.* Achil. de Graſ. *dec. 5. de procurat.* Barboſa *in l. ſi longius*, § *ſi filiusfam. num.50. ff. de re iud.* Rodriquez *quæſt. Regul. 41. ar 2. tom.3.* Sanchez *lib.6. ſum. cap.13. num.13.* Rota *dec. 445. num.1. par. 2. Recent.* Munus enim Aduocati, & Procuratoris immiſcet valde rebus ſæcularibus, & diuertit religioſum à ſuo inſtituto: quod non contingit, quando interuenit licentia Superioris, & vtilitas Monaſterij, nam hæ conditiones limitant facultatem ad caſus raros, & faciunt, quod diuerſio ab inſtituto non ſit conſiderabilis.

7 Et quamuis Sanchez *lib.6. ſum. cap. 13. nu.7.* Caſtro Palaus *par.3. tract.16. diſp.4. punct.12. §. 3. num.2.* putent ſufficere licentiam tacitam, oppoſitum tamen tenendum eſt, vt in ſimili agentes de religioſis exequutoribus teſtamentarijs tradunt Corſet. *in ſingul.* verbo *licentia, num. 1.* Abbas *in Clemen. vnic. num.6. de teſtam.* Cardin. *n.9. oppoſit.3.* Imola *num.7.* cum Gloſ. *ibid.* verbo *obtenta*, Dominic. *in cap 2. init. num.4. de teſtam. in 6.* Franc. *n.3.* Io. Lup. *de donat. int. vir. & vxor. §. 69. num. 29.* & alij, quos citat Sanchez *de matrimon. lib. 3. diſput.35. num.16.* Quamuis enim in Clem. *Religioſus, de procurat.* dicatur ſolum, *Cum licentia*: attamen *in cap. Monachi 2. cauſa 16. quæſt. 1.* dicitur *Vt nullus Monachorum forenſis negotij ſuſceptor, vel exequutor exiſtat, niſi quod Monaſterij expoſcit vtilitas, Abbate ſibi nihilominus imperante.* Si igitur Abbas imperare debet, non ſufficit tacita licentia, quia imperare dicit poſitiuè, & expreſſe ordinare.

8 Hoc tamen eſt intelligendum, quando Religioſus non poteſt ſtare in iudicio ſine Superioris licentia; quia in caſibus, in quibus poteſt ſine licentia, poterit per ſe aduocare, aut conſtituere procuratorem, vt tradunt Cardin. *in Clement. Religioſus, num.3. oppoſit.3. de procurat.* Imola *numer.15.* Abbas *num.7.* Sanchez *lib.6. ſum. cap. 12. num. 32.* Quia hoc venit tanquam acceſſorium ad facultatem comparendi in iudicio ſine licentia.

9 Rurſus intelligitur tantum de procuratione, & aduocatione in iudicio, non autem extra iudicium. Quia ſic loquuntur tex. in quibus habetur huiuſmodi prohibitio, vt cap. *Monachi 2. cauſa 16 quæſt.1.* & cap. *ex parte de poſtulatione.* Vnde poterit ſcribere allegationes, allegando iura partium, & alia extraiudicialia præſtare, quibus cauſa iuuari poſſit, licet non adſit vtilitas Monaſterij, nec Superioris licentia. Et ita tenent Bar. *in l.1. §. Aduocatos, num.8. & ſequen. ff. de var. & extraord. cognit.* Abbas *in Rubr. de poſtulando, num.1.* Sylueſter ver. *Aduocatus, quæſt. 1.* Cardin. *in Clemen. Religioſus, num.7. oppoſit.12.* Rebuff. *in praxi* Tit. *de procurat. ad reſign. num.17.* Azor. *par.2. lib.7. cap.22 quæſt.7* Sanchez *lib.6. ſum.cap.13. num. 37.* Laiman. *lib. 4. theol. morali tract. 5. cap. 11. num. 2.* Palaus *par. 3. tract.16. diſp.4. de voto obed. punct.12. §. 3. num. 3.* Et quamuis Sanchez, & Laiman. citati requirant licentiam Superioris, quia religioſus non habet velle,

aut nolle ; hoc tamen non prouenit ex natura talis actus, sed ex generali ratione status religiosi, & proinde sufficiet tacita licentia, vel quòd superior non contradicat, vt *num.seq.* tradit Palaus.

10 Et quamuis Angelus verbo *Aduocatus. nu.*7. Nauar. *com.*2. *de Regular.num.*56, Salcedo *ad Diaz cap.*57. & 6. Sayr. *lib.*12. *Clau. reg. cap.*22. *num.*5. putent, quod per allatos textus non interdicatur religiosis pro vna, aut altera vice aduocati, seu procuratoris munus exercere, quia in rigore non exercent munus aduocati, seu procuratoris; probabilius tamen est, quod etiam pro vna vice prohibeatur, vt tradunt Decius *in cap.*2. *numer.*74. *de iudic.* Sylueſter verbo *Aduocatus quæst.* 7. Sanchez *lib.*6. *summ.cap.*13.*num.*34. Palaus *par.*3. *tract.*16. *disp.*4. *de voto obed.punct.*12.*§.*3.*nu.*5. verbo *Nihilominus*. Quia in cap. *Monachi* 2.*causa* 16.*quæst.*1. dicitur in singulari *Forensis negocij susceptor existat*. & idem habetur in *cap.*2. *de postulan.* Vnde prohibetur tale munus, tanquam non conueniens statui religioso, quatenus est actus iudicialis, & ideo ratio prohibitionis reperitur etiam in vnico actu. Quare semel tantum religiosus exercens hoc munus peccabit mortaliter, quia in re graui facit contra prohibitionem, & lædit grauiter institutum religiosum, quæ lesio excluderetur, si interesset monasterio, quòd tale munus susciperet.

11 Ex quibus sequitur, quod religioso comparente in iudicio, vt procuratore, etiam post litem contestatam potest excipi defectus licentiæ, vt tradunt Abbas *in Clemen. Religiosus.num.*5. *de procurat.* Cardinal. *num.*13. *quæst.*9. Bonif. *num* 28. Imola *num.*13. Dec. *in cap.*2.*nu.*88. *de iudic.* Sanchez *lib.*6. *summ cap.*13.*num.*43. Et alij cum Gloss. *in dict.Clem.* verbo *suscipere*.

12 Imo etiam actus erit nullus, & irrita gesta per ipsum, quia non habet legitimam personam standi in iudicio, & ideo ex hoc defectu irrita erunt gestu nomine procuratorio, vt tradunt Abbas *in d.Clem.Religiosus.num.*6.*de procurat.* Cardin. *num.*7. *oppos.*11. Imola *num.*13. Bonifac. *num.*26. Decius *in cap.*2.*num.*78.*de iudic.* Sanchez *lib.*6. *sum. cap.*13. *num.*41. Et quamuis Palaus *par.*3.*tract.*16.*disp.*4.*de voto obedient.punct.*12.*§.*4. *num.*5. defendat, gesta per ipsum non esse irrita, quia non est inhabilis, cum non agat nomine proprio, neque adsit textus ponens hanc inhabilitatem: Attamen non est recedendum à communi sententia. Quia inhabilitas satis colligitur ex eò, quod non habet velle, & nolle, iuncta prohibitione, quæ facit, vt in hoc negocio non possit præsumi velle legitimum. & proinde cum non habeat velle quo ad suscipiendum munus procuratoris, stat in iudicio tanquam si non suscepisset, & consequenter tanquam non verus procurator, & ideo non est persona legitima, & gesta per ipsum irrita sunt.

An si post litem contestatam procurator alicuius ingrediatur Religionem, possit causam illam prosequi? Quæst.CI.

SVMMARIVM.

1 *Procurator post litem contestatam ingrediens religionem, est reuocandus.*
Nouitius an reuocari possit, si ante erat procurator.
2 *Procurator, si fiat religiosus, emissa professione desinit esse procurator.*
3 *Quid pro tempore Nouitiatus?*

1 Resp. Non posse, sed reuocandum esse procuratorem, constat ex *l.aut Religiones, iuncta lege præced.ff.de procuratorib.* vbi inter casus, in quibus potest procurator post litem contestatam reuocari; proponitur hic; & docet ibi Glossa ver.*aut Religiones*, & Iacobinus de S. Georgio, *l.Milite, in fine C.de procurat.* Immo non tantum post professionem, sed etiam tempore Nouitiatus potest reuocari is, qui in seculo erat procurator, non obstante litis contestatione, vt docet Gloss. *cap.*2.*v.ingredi*, *de procurat in* 6. quia ex iusta causa potest tunc reuocari, vt decidit textus ille; at iustissima causa est ingressus in nouitiatum.

ADDITIO AD QVAEST. CI.

2 Cum per ingressum in religionem, sequuta professione, desinat esse persona legitima, vt possit stare in iudicio etiam nomine alieno, vt dictum est ad *quæst. præc, num.* 12. absque reuocatione definit esse procurator, quia cum transferat suam voluntatem in superiores, non remanet ipsi proprium velle, quo continuare possit legitimitatem personæ ad standum in iudicio nomine alieno: si quidem accedente prohibitione iuris, & expropriatione propriæ voluntatis, interuenit tacita renunciatio officij procuratoris, cum se expoliet proprio velle, & assumat tantum velle, & nolle superioris.

3 Non sic in Nouitijs. Quia licet Tiraquellus *de retract. lignager.* §.1.*glos.*8.*num.*23. Cuchus *lib.*3. *instit.maior.tit.*1. *num.*95. Zechius *de Republ. Eccles. tit.de regular.cap.*3.*num.*10. dicant, Nouitium non posse esse procuratorem: attamen cum in ipso militet opposita ratio, siquidem habet proprium velle, & nolle, nec iura prohibeant, quia procedunt de religiosis, qui cum effectu sunt tales, non est ipsis interdictum, fungi tali munere. Quia tamen sunt intenti experientiæ regularis disciplinæ, non est conueniens, quod se diuertant ad negocia huiusmodi sæcularia, quod est sufficiens causa, vt possint

sint reuocari, vt dicitur in *quæst.* Quod autem de rigore, & secundum ius non prohibeantur munus procuratoris exercere, tradunt Gloss. *in Clem. Religiosus*, verbo *Religiosus. de procurat.* Abbas *num.* 1. Imola *num.* 10. Felin. *in cap. cum I. & A. num.* 1. *de sent. & re iud.* Sanchez *lib.* 6. *sum. cap.* 13. *num.* 2.

An Religiosus possit esse procurator pro aliquo laico patrono, vel Principe, vel magno defensore, seu vtili amico Monasterij. Et quid si is, contra quem constituitur, dicat non versari vtilitatem Monasterij? Quæst. CII.

SVMMARIVM.

1 *Religiosus potest esse procurator pro Principe, laico patrono, defensore religionis, vtili amico, &c.*
2 *Vtilitas monasterij indirecta sufficit, vt religiosus possit esse procurator.*
3 *Religiosus potest esse procurator, aut aduocatus pro Episcopo, principe, miserabilibus personis, &c.*
4 *Non pro coniunctis, nisi sint miserabiles.*
5 *Potest esse pro intimo amico, & vtili religioni.*

1 Resp. Affirmatiuè; nec ad eum, contra quem deputatur, pertinet de hoc inquirere, nam possent tales esse, & ita occultæ vtilitates Ecclesiæ, siue Monasterij, quòd non expediret, imò officeret illas omnibus esse notas, iuxta Innoc. *in cap. cum I. & A. de sent. & re iudic.* quod intelligitur pro vtilitate communi, & publica Ecclesiarum. Vt ibi tradit Abb. qui alios casus refert, in quibus Religiosus potest esse procurator, & pro maiori parte concernunt Ecclesiæ vtilitatem: vt si agat de propria electione, vel si accusaretur proprius Prælatus: quo casu debet Regularis habere expensas à Monasterio, *cap. ex parte, & cap. penult. de accusat.*

ADDITIO AD QVAEST. CII.

2 Tangit hæc quæstio difficultatem, an sufficiat indirecta vtilitas Monasterij, vt possit religiosus cum licentia sui superioris esse aduocatus, aut procurator. Et affirmatiuè resoluendum iuxta ea, quæ tradunt Cardinal. *in Clemen. Religiosus. num.* 8. *quæst.* 3. *de procurat.* Felin. *in cap.* 1. *num.* 12. *de sent. & re iud.* Abbas *in cap. Sopita. num.* 3. *de censib.* Hostiensis *numer.* 1. Sanchez *lib.* 6. *sum. cap.* 13. *num.* 22. Palaus *par.* 3. *oper. moral. tract.* 16. *punct.* 12. §. 3. *num.* 2. Siquidem textus requirit vtilitatem monasterij. Quod autem hæc vtilitas, proueniat ipsi directè, vel indirectò, pertinet ad modum, qui non consideratur à lege.

3 Hinc religiosus potest esse procurator pro quouis Monasterio suæ religionis, vt obseruat Fuluius Pacianus *consil.* 162. *num.* 196. Sanchez *citat.* pro Episcopo, vt tradunt etiam Hostiens. Felin. Abbas Cardin. Sanchez *num. præced.* citati. Pacian. modo *citat.* qui extendit etiam ad Patronum, Principem, & c. Et quo ad hos omnes admittit Palaus *citat.* & insuper extendit ad miserabiles personas cum Natar. *com.* 2. *de regular. num.* 66. Sayro *lib.* 12. *Clau. reg. cap.* 22. *num.* 5. Sanchez *citato.* Quod antea tradiderant Gloss. *in cap. de præsent.* verbo. *Defensor.* 16. *quæst.* 1. Speculator *tit. de aduocato.* §. *obijcitur contra aduocatum. num.* 3. Cardin. *in cap.* 2. *quæst.* 1. *de postulan.* Ancharan. *num.* 2. *not.* 3. Imola *num.* 3. Bellamera *in fine.* Salcedo ad pract. Diaz *cap.* 73. *post init.* Quia scilicet est proprium Ecclesiæ fouere, & tueri miserabiles personas.

4 Vnde à fortiori sequitur, quod si coniuncti sint personæ miserabiles, poterunt religiosi pro ipsis esse aduocati, & procuratores. Nullo autem pacto poterunt, si non sint personæ miserabiles. Et ita tradunt Cardin. *in Clem. Religiosus. num.* 3. *opposit.* 4. *de procur.* Ancharan. *num.* 1. *not.* 2. Imola *numer.* 10. Butr. *in cap.* 2. *num.* 7. *de postulan.* Abbas *num.* 4. Io. Andr. *num.* 8. Henriquez *num.* 1. Hostiens. *numer.* 2. Bellamera *num.* 1. Ancharan. *num.* 3. Sanchez *lib.* 6. *sum. cap.* 13. *num.* 24. Palaus *par.* 3. *oper. moral. tr.* 16. *disp.* 4. *punct.* 12. §. 3. *num.* 2.

5 Denique licere religioso esse procuratorem, vel aduocatum pro intimo amico Monasterij, & vtili, tradunt quamplures. Innocent. *in cap. cum I. & A. numer.* 2. *de sent. & re iud.* Io. Andr. *num.* 2. Abbas *num.* 19. Butr. *num.* 7. Hostiens. *num.* 2. Ancharan. *num.* 11. Imol. *num. vlt.* Felin. *nu.* 12. Boich *num.* 4. Bellam. *num.* 13. Decius *in cap.* 2. *num.* 72. *de iud.* Cardin. *in Clemen. relig. num* 8. *quæst.* 3. *de procurat.* Roman. *singul.* 278. Euerardus *in Topica. loco A fortiori ad Monachum num.* 4. Redan. *de spoliis quæst.* 2. *num.* 17. Iacobin. de S Georg. *in l. Militem. in fine C. de procur.* Sayr. *lib.* 12. *clau. reg. cap.* 22. *numer.* 5. Vantius *de nullit.* Tit. *qualiter sent. null. & proces. nul. repar. poss num.* 84. Ex hoc enim prouenit considerabilis vtilitas Monasterio. Verum hæc omnia ita accipienda sunt, vt non semper in his casibus suscipiatur munus aduocati, aut procuratoris, sed cum magna prudentia. Ideo enim requiritur licentia superioris, vt consideret, antequam concedat, an expediat concedi.

aut nolle ; hoc tamen non prouenit ex natura talis actus, sed ex generali ratione status religiosi, & proinde sufficiet tacita licentia, vel quòd superior non contradicat, vt *num seq.* tradit Palaus.

10 Et quamuis Angelus verbo *Aduocatus. nu.* 7. Nauar. *com.* 2. *de Regular. num.* 66. Salcedo *ad Diaz cap.* 57. & 6. Sayr. *lib.* 12. *Clau. reg. cap.* 22. *num.* 5. putent, quod per allatos textus non interdicatur religiosis pro vna, aut altera vice aduocati, seu procuratoris munus exercere, quia in rigore non exercent munus aduocati, seu procuratoris; probabilius tamen est, quod etiam pro vna vice prohibeatur, vt tradunt Decius *in cap.* 2. *numer.* 74. *de iudic.* Syluester verbo *Aduocatus quæst.* 7. Sanchez *lib.* 6. *summ. cap.* 13. *num.* 34. Palaus *par.* 3. *tract.* 16. *disp.* 4. *de voto obed. punct.* 12. *§.* 3. *nu.* 5. verbo *Nihilominus*. Quia in cap. *Monachi* 2. *causa* 16. *quæst.* 1. dicitur in singulari *Forensis negocij susceptor existat.* & idem habetur in *cap.* 2. *de postulan.* Vnde prohibetur tale munus, tanquam non conueniens statui religioso, quatenus est actus iudicialis, & ideo ratio prohibitionis reperitur etiam in vnico actu. Quare semel tantum religiosus exercens hoc munus peccabit mortaliter, quia in re graui facit contra prohibitionem, & lædit grauiter institutum religiosum, quæ læsio excluderetur, si interesset monasterio, quòd tale munus susciperet.

11 Ex quibus sequitur, quod religioso comparente in iudicio, vt procuratore, etiam post litem contestatam potest excipi defectus licentiæ, vt tradunt Abbas *in Gemen. Religiosus. num.* 5. *de procurat.* Cardinal. *num.* 13. *quæst.* 9. Bonif. *num* 28. Imola *num.* 13. Dec. *in cap.* 2. *nu.* 88. *de iudic.* Sanchez *lib.* 6. *summ cap.* 13. *num.* 43. Et alij cum Gloss. *in dict. Clem.* verbo *suscipere*.

12 Imo etiam actus erit nullus, & irrita gesta per ipsum, quia non habet legitimam personam standi in iudicio, & ideo ex hoc defectu irrita erunt gestu nomine procuratorio, vt tradunt Abbas *in d. Clem. Religiosus. num.* 6. *de procurat.* Cardin. *num.* 7. *opposit.* 11. Imola *num.* 13. Bonifac. *num.* 26. Decius *in cap.* 2. *num.* 78. *de iudic.* Sanchez *lib.* 6. *sum. cap.* 13. *num.* 41. Et quamuis Palaus *par.* 3. *tract.* 16. *disp.* 4. *de voto obedient. punct.* 12. *§.* 4. *num.* 5. defendat, gesta per ipsum non esse irrita, quia non est inhabilis, cum non agat nomine proprio, neque adsit textus ponens hanc inhabilitatem: Attamen non est recedendum à communi sententia. Quia inhabilitas satis colligitur ex eò, quod non habet velle, & nolle, iuncta prohibitione, quæ facit, vt in hoc negocio non possit præsumi velle legitimum. & proinde cum non habeat velle quo ad suscipiendum munus procuratoris, stat in iudicio tanquam si non susceperisset, & consequenter tanquam non verus procurator, & ideo non est persona legitima, & gesta per ipsum irrita sunt.

An si post litem contestatam procurator alicuius ingrediatur Religionem, possit causam illam prosequi? Quæst. CI.

SVMMARIVM.

1 *Procurator post litem contestatam ingrediens religionem, est reuocandus.*
Nouitius an reuocari possit, si ante erat procurator.
2 *Procurator, si fiat religiosus, emissa professione desinit esse procurator.*
3 *Quid pro tempore Nouitiatus?*

1 Resp. Non posse, sed reuocandum esse procuratorem, constat ex *l. aut Religiones, iuncta lege præced. ff. de procuratorib.* vbi inter casus, in quibus potest procurator post litem contestatam reuocari; proponitur hic; & docet ibi Glossa ver. *aut Religiones*, & Iacobinus de S. Georgio, *l. Milite, in fine C. de procurat.* Immo non tantum post professionem, sed etiam tempore Nouitiatus potest reuocari is, qui in seculo erat procurator, non obstante litis contestatione, vt docet Gloss. *cap.* 2. *v. ingredi*, *de procurat in* 6. quia ex iusta causa potest tunc reuocari, vt decidit textus ille; at iustissima causa est ingressus in nouitiatum.

ADDITIO AD QVAEST. CI.

2 Cum per ingressum in religionem, sequuta professione, desinat esse persona legitima, vt possit stare in iudicio etiam nomine alieno, vt dictum est ad *quæst. præc. num.* 12. absque reuocatione desinit esse procurator, quia cum transferat suam voluntatem in superiores, non remanet ipsi proprium velle, quo continuare possit legitimitatem personæ ad standum in iudicio nomine alieno; si quidem accedente prohibitione iuris, & expropriatione propriæ voluntatis, interuenit tacita renunciatio officij procuratoris, cum se expoliet proprio velle, & assumat tantum velle, & nolle superioris.

3 Non sic in Nouitijs. Quia licet Tiraquellus *de retract. lignager. §.* 1. *gloss.* 8. *num.* 23. Cuchus *lib.* 3. *instit. maior. tit.* 1. *num.* 95. Zechius *de Republ. Eccles. tit. de regular. c. ap.* 3. *num.* 10. dicant, Nouitium non posse esse procuratorem: attamen cum in ipso militet opposita ratio, siquidem habet proprium velle, & nolle, nec ira prohibeant, quia procedunt de religiosis, qui cum effectu sunt tales, non est ipsis interdictum, fungi tali munere. Quia tamen sunt intenti experientiæ regularis disciplinæ, non est conueniens, quod se diuertant ad negocia huiusmodi sæcularia, quod est sufficiens causa, vt possint

sint reuocari, vt dicitur in *quæst.* Quod autem de rigore, & secundum ius non prohibeantur munus procuratoris exercere, tradunt Gloss. *in Clem. Religiosus*, verbo *Religiosus. de procurat.* Abbas *num.*1. Imola *num.*10. Felin. *in cap. cum I. & A. num.*1. *de sent. & re iud.* Sanchez *lib.*6. *sum. cap.*13. *num.*2.

An Religiosus possit esse procurator pro aliquo laico patrono, vel Principe, vel magno defensore, seu vtili amico Monasterij. Et quid si is, contra quem constituitur, dicat non versari vtilitatem Monasterij? Quæst. CII.

SVMMARIVM.

1 *Religiosus potest esse procurator pro Principe, laico patrono, defensore religionis, vtili amico, &c.*
2 *Vtilitas monasterij indirecta sufficit, vt religiosus possit esse procurator.*
3 *Religiosus potest esse procurator, aut aduocatus pro Episcopo, principe, miserabilibus personis, &c.*
4 *Non pro coniunctis, nisi sint miserabiles.*
5 *Potest esse pro intimo amico, & vtili religioni.*

1 Resp. **Affirmatiuè; nec ad eum, contra quem deputatur, pertinet de hoc inquirere, nam possent tales esse, & ita occultæ vtilitates Ecclesiæ, siue Monasterij, quòd non expediret, imò officeret illas omnibus esse notas, iuxta Innoc. *in cap. cum I. & A. de sent. & re iudic.* quod intelligitur pro vtilitate communi, & publica Ecclesiarum. Vt ibi tradit Abb. qui alios casus refert, in quibus Religiosus potest esse procurator, & pro maiori parte concernunt Ecclesiæ vtilitatem: vt si agat de propria electione, vel si accusaretur proprius Prælatus: quo casu debet Regularis habere expensas à Monasterio, *cap. ex parte, & cap. penult. de accusat.***

ADDITIO AD QVAEST. CII.

2 Tangit hæc quæstio difficultatem, an sufficiat indirecta vtilitas Monasterij, vt possit religiosus cum licentia sui superioris esse aduocatus, aut procurator. Et affirmatiuè resoluendum iuxta ea, quæ tradunt Cardinal. *in Clemen. Religiosus. num.*8. *quæst.*3. *de procurat.* Felin. *in cap.*1. *num.*12. *de sent. & re iud.* Abbas *in cap. Sopitæ. num.*3. *de censib.* Hostiensis *numer.*1. Sanchez *lib.*6. *sum. cap.*13. *num.*22. Palaus *par.*3. *oper. moral. tract.*16. *punct.*12. §.3. *num.*2. Siquidem textus requirit vtilitatem monasterij. Quod autem hæc vtilitas, proueniat ipsi directè, vel indirectò, pertinet ad modum, qui non consideratur à lege.

3 Hinc religiosus potest esse procurator pro quouis Monasterio suæ religionis, vt obseruat Fulgius Pacianus *consil.*162. *num.*196. Sanchez *citat.* pro Episcopo, vt tradunt etiam Hostiens. Felin. Abbas Cardin. Sanchez *num. præced.* citati. Pacian. modo *citat.* qui extendit etiam ad Patronum, Principem, & c. Et quo ad hos omnes admittit Palaus *citat.* & insuper extendit ad miserabiles personas cum Natar. *com.*2. *de regular. num.*66. Sayro *lib.*12. *Clau. reg. cap.*22. *num.*5. Sanchez *citato.* Quod antea tradiderant Gloss. *in cap. de præsent.* verbo. *Defensor.*16. *quæst.*1. Speculator *tit. de aduocato.* §. *obijcitur contra aduocatum. num.*3. Cardin *in cap.*2. *quæst.*1. *de postul.* Ancharan. *num.*2. *not.*3. Imola *num.*3. Bellamera *in fine*. Salcedo ad pract. Diaz *cap.*73. *post init.* Quia scilicet est proprium Ecclesiæ fouere, & tueri miserabiles personas.

4 Vnde à fortiori sequitur, quod si coniuncti sint personæ miserabiles, poterunt religiosi pro ipsis esse aduocati, & procuratores. Nullo autem pacto poterunt, si non sint personæ miserabiles. Et ita tradunt Cardin. *in Clem. Religiosus. num.*3. *opposit.*4. *de procur.* Ancharan. *num.*1. *not.*2. Imola *numer.*10. Butr. *in cap.*2. *num.*7. *de postulan.* Abbas *num.*4. Io. Andr. *num.*8. Henriquez *num.*1. Hostiens. *numer.*2. Bellamera *num.*1. Ancharan. *num.*3. Sanchez *lib.*6. *sum. cap.*13. *num.*24. Palaus *par.*3. *oper. moral. tr.*16. *disp.*4. *punct.*12. §.3. *num.*2.

5 Denique licere religioso esse procuratorem, vel aduocatum pro intimo amico Monasterij, & vtili, tradunt quamplures. Innocent. *in cap. cum I. & A. numer.*2. *de sent. & re iud.* Io. Andr. *num.*2. Abbas *num.*19. Butr. *num.*7. Hostiens. *num.*2. Anchanran. *num.*11. Imol. *num. vlt.* Felin. *nu.*12. Boich *num.*4. Bellam. *num.*13. Decius *in cap.*2. *num.*72. *de iud.* Cardin. *in Clemen. relig. num* 8. *quæst.*3. *de procurat.* Roman. *singul.* 278. Euerardus *in Topica. loco A fortiori ad Monachum num.*4. Redan. *de scholijs quæst.*2. *num.*17. Iacobin. de S Georg. *in l. Militem. in fine C. de procur.* Sayr. *lib.*12. *clau. reg. cap.*22. *numer.*5. Vantius *de nullit.* Tit. *qualiter sent. null. & proces. nul. repar. poss. num.*84. Ex hoc enim prouenit considerabilis vtilitas Monasterio. Verum hæc omnia ita accipienda sunt, vt non semper in his casibus suscipiatur munus aduocati, aut procuratoris, sed cum magna prudentia. Ideo enim requiritur licentia superioris, vt consideret, antequam concedat, an expediat concedi.

Digitized by Google

An Religiosus, qui fuit insignis Aduocatus, possit aduocare, vt ex eius lucro subueniat Ecclesiæ ære alieno grauatæ? Quæstio CIII.

SVMMARIVM.

1 *Religiosus an possit aduocare, vt ex lucro subueniat indigentiæ Monasterij,*
2 *Sententia affirmans.*
3 *Sententia negans,*
Continuum exercitium aduocationis contrariatur statui religioso.

1 Resp. Quòd sic, Io. Andr. *in regula in argum. de reg. iur. in 6.* vbi, tenet quòd non obstante *cap. Monachi. 16. quæst. 1.* vbi excipitur vtilitas Monasterij, quia ille textus debet intelligi de vtilitate directa ex causa, in qua patrocinatur, puta pro conseruandis, defendendis, vel recuperandis rebus, & Iuribus Monasterij: sed vtilitas lucri in aliena causa spectat ad Monasterium secundario, & quando aliquid ex necessitate conceditur, non licet arguere ad casus similes, regula, *quæ iure*, & d. regula *in argumentum*. Idem tenent Butr. & Imol. *in cap. 2. de postulando*. Abb. verò ibi tenet, quòd dictum Io. Andr. est honestius, & securius, sed credit, quod pro amico Monasterij potest esse Aduocatus, ex dictis Innocen. *in cap. P. G. & idem tenet* Felin. *num. 12. in d. cap. P. G.*

ADDITIO AD QVAEST. CIII.

2 Posse religiosum exercere munus aduocati, vt ex lucro subueniat magnæ indigentiæ monasterij, tradunt Abbas *in cap. 2. num. 3. de postulando*. Gonzalez *ad reg. 8. Cancell. glos. 2. numer. 33.* Nauar. *com. 2. de regular. num. 66.* Redoan. *de spol. quæst. 2. nu. 27.* Salcedo ad Pract. Diaz *cap. 63. post init.* Sayr. *lib. 12. Clauis reg. cap. 22. num. 5.* Rosel. verbo *Aduocatus num. 24.* Tabiena *num. 8.* Angel. *numer. 9.* Armil. *num. 8.* Sá *num. 2.* quos sequitur Sanchez *lib. 6. summ. cap. 13. num. 17.* Quod etiam extendunt, vt possit etiam coram iudice laico hoc munus exercere, in causis tamen ciuilibus, Salcedo, Sayr. Nauar. Sá. Quia potest, quando agitur de vtilitate monasterij, etiam indirecta.

2 At oppositum tenent Io. Andr. *in cap. in argumentum. num. 13. de reg. iur. in 6.* Franc. *ibid. in fine.* Butr. *in cap. 2. in fine de postulan.* Cardin. *in fine*, Ancharan. *num. 2. not. 3.* Imola *num. 2.* Bellam. *in* Syluester verbo *Aduocatus, quæst. 7.* Chrystophor. de Paz *ad l. styli l. 6. schol. vn. num. 8.* Quod probabilius est. Quia non deberet vna aut altera vice hoc munus exercere, sed continuè, alioquin non obtineretur finis de subueniendo indigentiæ monasterij mediante lucro; hoc autem omnino diuerteret religiosum à suo instituto, & totum implicaret negocijs sæcularibus; & proinde non solum esset dedecens, sed omnino contrariaretur statui religioso. Et ideo quando iura permittunt posse concedi à superiore, concurrente vtilitate Monasterij, non possunt intelligere de continuo exercitio, sed solum de aliquibus vicibus, quia non possunt concedere aliquid irrationabile. Est autem irrationabile, quod de se est indecens, & contrarium statui religioso.

An Religiosus, qui in sæculo erat Tabellio, si conficiat instrumentum, sit validum: & an exigatur Superioris licentia: & an Monasterium conueniri possit, vt Religiosus, ante Notarius, instrumenta compleat, & signet, quæ in sæculo confecerat, vel in suo Protocollo breuiter, & succinctè conscripserat, vt postea per otium, quoties opus sit, latiùs extenderet? Quæstio CIV.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum factum à religioso, qui in sæculo erat tabellio, an sit validum.*
2 *Religiosus potest perficere instrumentum, quod dum erat in sæculo confecit.*
3 *Interueniente licentia Superioris.*
4 *Monasterium, seu Superior conueniri potest, vt cogat Monachum complere instrumentum, quod laicus confecit.*
5 *Religiosis interdicitur conficere instrumenta.*
6 *Hæc prohibitio non vetat vbi jus*
Pacta sunt fieri tempore inhabili, & conferri in tempus habile, & fieri tempore habili.

Tabel-

7. *Tabellio factus Religiosus etiam compelli possit perficere instrumentum.*
8. *Instrumentum factum à Religioso alias tabellione an validum.*
Tabellio dum fit Religiosus, deponit personam tabellionis.

1 Resp. Quod negant aliqui, quando absque licentia Superioris id fieret, quia ea instrumenta facta sunt contra legis prohibitionem, atque ita docent Decius, *cap. 2. noua editione. à num. 78. vsque ad 91. de iudicijs*, & *cons. 494. num. 14. & 497. num. 10. vol. 4.* Couar. *qq. practic. cap. 19. num. 8. vers. Monachus.*

At veriùs existimo valere instrumenta, quia nullibi inuenitur verbum ea instrumenta irritans; atque eodem modo id officium interdicitur Clericis, *cap. sicut, ne Cleric. vel Monachi*. Et tamen frequentissima sententia *dict. cap. sicut*, affirmat instrumenta ab eis confecta fore valida. Tandem, quia irritare id instrumentum non esset damnum ipsius Religiosi delinquentis, & cui pœna imponitur, sed partium, quibus pœna infligenda non est. Et ideo hanc partem sustinent Angelus *l. Prætor ait*, *§. final.* paulo post principium, *ff. de edendo*, & *ibi* Alex. *num. 4.* Gregor. Lopez *l. 28. vers. contra nuestra, tit. 11. partit. 5* Limitat Alex. nisi per Superiorem sit specialiter Religioso interdictum vti eo officio, sicut de Clerico, cui Tabellionis officij vsus interdictus est, tradit Innoc. *cap. sicut, num. vnic. ne Clerici, vel Monachi*. Cæterum hoc intelligendum est, quando id interdictum esset publicum, ità, vt ad populi notitiam perueniret, ex tunc enim gesta essent irrita: secus antea, sicut dicitur de prodigo, cui bonorum administratio est interdicta, *l. cui bonis, ff. de verborum obligat.* & sic in Clerico, cui interdictum est vti officio Tabellionis, tradunt Abbas, *eo cap. sicut, num. 11.* & ibi Anchar. *num. 7.* Rosella verbo *Tabellio num. 7.* & ibi Sylvest. *quæst. 3. dicto 5.* & alij, quos refert, & sequitur Couar. *qq. practic. cap. 19. num. 8. vers. quod si Sacerdos.*

2 Potest tamen Monachus, qui in sæculo erat Tabellio, complere post professionem, & signare instrumenta, quæ in sæculo confecerat, vel in suo Protocollo breuiter, & succinctè conscripserat, vt postea per otium, quoties opus sit, latius extenderet, quia complere vetera instrumenta, non est instrumenta denuò conficere, sed executio, atque consummatio instrumenti, tempore habili confecti. Quod colligitur, *ex l. alienationes, ff. familiæ herciscundæ*. Vbi dicitur alienationes voluntarias interdictas esse post litem motam, non autem habentes vetustiorem causam, & originem iuris necessariam; Atque ita docent Speculator, *tit. de statu Monach. §. qualiter concipiet libellum, num. 32. vers. 26.* Glossa *cap. vt officium, §. verum quia v. præmissa de hæreticis in 6.* & ibi Franch. *§. ad conscribendas fine*. Et quam plurimi alij: Quamuis minùs bene id neget contra communem omnium sententiam Franciscus Pauinus de visitationibus 2. *par. quæst. 4. num. 17. habetur tom. 14. tractatuum*.

3 Exigitur tamen Superioris licentia ad hoc, vt bene tradit Ioannes de Lignano, quem referunt, & sequuntur, Dominicus, Franchus, Marianus Socinus, Bernardus Diaz.

4 Potestque Monasterium conueniri, vt Monachus ante Notarius hæc instrumenta perficiat, vt benè tradunt Fulgos. & Manuel. allegati. Atque Manuel imponit Angelo *l. Prætor §. final. paulo post princip. ff. de edendo*, sentire, posse ad hoc cogi Monasterium per Iudicem sæcularem: quod nequaquam ait Angelus, & est valde à veritate alienum, cum Iudex sæcularis nullam Iurisdictionem habeat in Monasteria, eiusque Monachos.

ADDITIO AD QVAEST. LXXXII.

5 Religiosis interdicitur conficere instrumenta, etiamsi aliàs, dum erant laici, fuerint tabelliones. Ita *in cap. sicut, ne Clerici, vel Monachi*, & in Extrauag. Bonifac. *Debent.* circa med. *de offic. Ordinar.* & cap. *vt officium inquisitionis*, §. *verum quia*, ver. *ad conscriben. de hæret. in 6.* ibi. *Concedentes huiusmodi Fratribus, necnon & alijs Religiosis quibuslibet, qui similiter dum essent in sæculo, tabellionatus officium habuerunt, & exercuerunt; quibusuis etiam Clericis sæcularibus officium ipsum habentibus (etiamsi ijdem Fratres religiosi, & Clerici sint in sacris Ordinibus Constituti) exercendi liberè officium, ipsum quò ad præmissa, non obstante statuto aliquo contrario canonis, vel ordinis, quocunque vallato munimine, potestatem.* Ex quibus patet, quod supponitur prohibitio, & conceditur facultas in casu speciali inquisitionis ob fauorem fidei. Et ita tradunt Glos. *ibid.* verbo *præmissa*, & communiter Doctores.

6 Quod autem complere possit instrumenta, quæ in sæculo fecerat, extendendo, quæ breuiter conscripserat, signando &c. est etiam communis sententia. Et præter citatos in *quæst.* ita tradunt Dominic. *in cap. vt officium, §. verum, quia*, verbo *ad conscribendas, in fine de hæret. in 6.* Couarru. *cap. 19. pract. quæst. num. 8. ver. Monachus.* Diaz in pract. *cap. 61. num. 3.* ibi etian. Salzedo *litera E.* Marian. Socin. *de oblat. quæst. 8. num. 61.* Nauar. *com. 2. de regular., num. 42.* Bart. *in l. locum habet, §. si pœnas, num. 3. ff. de exhiben.* Bald. *in l. 1. num. 9. C. de*

C. de præscrip. long. tempor. Angelus *in l. Prætor ait, §. fin. ff. de eden.* Fulgos. *num.* 3. Florian. *in l. alienationes, num.* 29. *ff. famil. hercisc.* Anan. *in cap. Fraternitas, num.* 17. *de hæret.* Felin. *num.* 12. *fallent.* 6. Boich. *in cap. sicut in fine. Ne cler. vel Monach.* D. Antonin. 3. *tit.* 13. *cap.* 2. *§.* 2. Angel. verbo *Tabellio, num.* 4. Sylvester *quæst.* 3. Tabiena *numer.* 4. Armilla *num.* 3. Rodriquez *quæst.* 8. *regul. art. vlt. tom.* 3. Sanchez *lib.* 6. *sum. cap.* 13. *num.* 49. Palaus *par.* 3. *oper. moral. tract.* 16. *disp.* 4. *de voto obedien. punct.* 12. *§.* 3. *num.* 8. Quia prohibitio superueniens religioso exercendi tabellionatum, afficit tantum de præsenti, nec retrotrahitur ad tempus, quo stipulatum est instrumentum; at perfectio instrumenti siue per extensionem, siue quocunque alio modo, retrotrahitur ad tempus, in quo confectum est instrumentum, & ideo censetur facta tempore habili, quia paria sunt fieri tempore inhabili, & conferri in tempus habile, & fieri tempore habili, argumen. ex contrario sensu, ex *l. oratio, ff. de sponsalib.* & *l. quod sponsæ, C. de donat. ante nupt.* & *l. Stichus seruus meus ff. de manumiss. testamen.* & *l. in tempus, ff. de hæred. instit.*

7 Quod religiosus renuens complere instrumenta, quæ laicus confecit, possit cogi vel à Superiore proprio, vel etiam à iudice competente, tradunt, præter citatos *in quæst.* Sanchez *lib.* 6 *sum. cap.* 13. *num.* 51. Palaus *par.* 3. *oper. moral. tract.* 16. *disp.* 4. *de voto obedien. punct.* 12. *§.* 3. *num.* 8. Ratio est. Quia dum suscepit onus conficiendi instrumentum, tenetur complerum exhibere, ratione obligationis assumptæ, cum agatur de interesse partis: alioquin subijceretur illis omnibus damnis, quæ consequerentur ex eo, quod non posset vti huiusmodi instrumento.

8 An autem validum sit instrumentum confectum à religioso, qui alias fuit tabellio, affirmant Sanchez *lib.* 6. *sum. cap.* 13. *num.* 48. Laiman. *lib.* 4. *theolog. moral. tract.* 16. *disp.* 4. *de voto obed. punct.* 12 *§.* 4. *num.* 6. Quia nullum est ius irritans; & esse validum confectum à Clerico, docent plures Doctores, quamuis etiam ipsi prohibeatur conficere. Limitant tamen; nisi Superior expressè prohibeat, quia stante prohibitione legis hoc interdictum habet vim irritationis, At esse nullum, tradunt Dec. *in cap.* 8. *num.* 8. *alias* 78. *de iudic.* & *consil.* 494. *num* 14. Covarru. *cap.* 19. *pract. quæst. num.* 8. ver. *Monachus.* Quod mihi probabilius videtur. Quia, vt valeant instrumenta, requiritur, quod conficiantur per tabellionem, quatenus publicam personam aggregatam publicis ministris Reipublicæ. Tabellio autem profitens in religione deponit rationem talis personæ, tanquam prohibitam intra communitatem, cui incorporatur, si quidem iura prohibent religiosis tale exercitium, & cum transferat suam voluntatem in religionem, talis depositio acceptatur à Superioribus, & proinde desinit esse persona publica, & habilis ad instrumenta conficienda. Quod non contingit in Clerico, quia habet proprium velle.

An Regularis, vt parentum necessitati subueniat, à Monasterio exire possit, & an absque licentia sui Superioris? & quid, si illius permissio interueniat, habitum regularem deponere, & Clericalem assumere possit? & Episcopus loci illum extra claustra commorantem, & incedentem sine habitu Religionis, tolerare valet?

Quæstio CV.

SVMMARIVM

1 *Filius ingrediens religionem, quando tenetur subuenire parentibus peccat mortaliter.*

Quomodo professus obligetur subuenire parentibus.

2 *An teneatur exire de religione, vt subueniat parentibus,*

3 *Professio non liberat ab obligatione subueniendi parentibus, quò ad substantiam, sed quò ad aliquem modum.*

Parentes quomodo relinquendi.

4 *Superiores an teneantur concedere licentiam religioso exeundi, vt subueniat parentibus.*

5 *Religiosus degens extra claustra cum licentia, vt subueniat parentibus, an possit deposito proprio indùere habitum clericalem.*

6 *Quæ necessitas obliget filios, vt tales, erga parentes.*

7 *Doctores asserentes, filios peccare, si ingrediantur religionem parentibus in necessitate constitutis.*

8 *Filius non tenetur exire de religione, vt subueniat parentibus.*

9 *Est tamen iusta causa vt obtineant licentiam egrediendi.*

10 *Egrediens an possit dimittere habitum.*

11 *Qua præstare possit religiosus, vt subueniat parentibus, dum manet intra claustra.*

12 *Quid, si Prælatus denegat licentiam subueniendi.*

13 *Quid in dubio, an iustè deneget.*

1 Resp. Quod si ingressus est Religionem, parentibus in extrema necessitate constitutis, eiusque auxilio, & ope indigentibus, peccauit mortaliter. Immo etiamsi necessitas non sit extrema, est tamen talis, quæ filium obligat ex præcepto ad eorum inopiam subleuandam, vt est, quia oportet parentes mendicare, vel alijs inseruire cum notabili, seu magna indecentia, tunc ingrediendo Religionem peccauit mortaliter; quod intellige, dummodo absque pericu-

lo peccati posset in seculo permanere. Professus tamen, cùm mundo mortuus sit, deobligatur à cura impendenda parentibus. Sylvest. in verbo *Religio*, 2. *quæst.* 7. Debet tamen quantum potest (salua Ordinis sui obedientia) curare, vt per se, vel alium eis subueniatur, si in necessitate fuerint constituti.

2 Non obstat primò, quòd Religiosus professus tenetur magis obedire Patri suo carnali, quàm Patri suo spirituali, id est, Prælato, in his, in quibus filij parentibus carnalibus obligantur de iure naturæ, & de iure Diuino, quæ continentur in illo præcepto. *Honora Patrem tuum, & Matrem tuam*. Vnde respectu horum, magis tenentur professi in Religione obedire pro loco, & tempore Patri carnali, quam suo Prælato. Hinc videtur, quod cum ad subueniendum parentibus, homo astringi videatur per hoc præceptum diuinum, *Honora patrem tuum*, in quo quidem honore intelligitur subuentio; quod possit Religiosus etiam professus, videns patrem suum in necessitate constitutum, licitè, etiam absque licentia sui Prælati, claustrum exire, & subuenire Patri, facit tex. *in cap.* 1. *dist.* 30. vbi dicitur, quòd si qui filij parentes maxime fideles deseruerint occasione Dei cultus, hoc iustum esse iudicantes, & non potius, debitum honorem parentibus reddiderint, vt hoc ipsum in parentibus venerentur, quod fideles sunt; anathema sint.

3 Secundò. Non obstat, quod professio in Religione nullum absoluit à diuini præcepti obligatione. Ad hoc enim Religiosi profitentur obseruationem consiliorum, vt perfectius obseruent diuina præcepta. Nam respondetur secundum magistrum Nicolaum de Lyra super Matth. cap. 15. quod licet per professionem non absoluatur Religiosus à præcepto diuino, tamen absoluitur ab aliquo modo adimplendi præceptum: quia præceptum de honore parentum est affirmatiuum, & ideò non obligat ad semper, sed pro loco, & tempore, & alijs circunstantijs, quæ aliquando variantur secundum conditionem ipsius implentis præceptum, quia aliquis modus subueniendi Patri, efficitur inconueniens, & illicitus ipsi filio per assumptionem alicuius status laici, immò perfecti, sicut subuenire per votum obedientiæ contra voluntatem Superioris, efficitur illicitum ipsi Religioso: tenetur tamen ei subuenire modis conuenientibus professioni suæ. In multis autem, in quibus non obligantur filij parentibus carnalibus, nec de iure diuino, nec naturæ, tunc respectu illorum filij magis tenentur obedire patri spirituali, id est, suo Prælato, quàm patri carnali. Quòd si quis contra prædicta obiecerit illud Matth. 16. *Omnis qui reliquerit patrem, aut matrem propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit*. Respondetur multipliciter: & primò, quòd illud intelligitur vbi, & quando parentes non indigent à filijs honorari, & maximè quando filios inducunt ad illud, quod est contrarium saluti ipsorum. Vnde tunc sunt relinquendi quoad infidelitatem, & hæresim, quæ in omnibus est detestanda, non autem quoad exhibitionem suæ subuentionis. Vel secundo intelligitur respectu eorum, in quibus filij non obligantur parentibus, nec iure diuino, nec naturæ. Ita Aften. *lib.* 6. *tit.* 47. *art.* 3. *quæst.* 12. *in fine*. Nauar. verò in primo casu inquit, quod ingressus, & professus tenetur exire, quando verisimiliter egrediendo posset subuenire, & non egrediendo, non posset; aliàs secus. In secundo casu debet pro viribus in suo statu perseuerando eis subuenire, vel si sic non possit, tunc tenetur exire, si huiusmodi debtum, idest eorum necessitas præcessit religionis ingressum.

4 Quòd pro parentum subuentione, quando alio modo consuli non possit, Superiores regulares debeant licentiam exeundi à Monasterio concedere Religioso, vt parentibus eorum ope subueniatur, tenent idem Nauar. *commen.* 3. *de regul. num.* 48. & *cons.* 5. *num.* 1. & 55. *nu.* 2. & 3. *eod. tit. lib.* 3. & latè Sanchez, qui plurimos congerit *lib.* 4. *operis moralis*, *cap.* 20. Nec desunt, qui grauiter peccare asseuerent Superiores, qui aliter faciunt, & plures arbitrantur exire posse Religiosos in tali casu, etiam repugnante superiore, Caiet. 22. *quæst.* 101. *art.* 4. circa solutionem ad 4. Abulen. *cap.* 8. Matth. *quæst.* 69. Ledesma, Corduba, & alij, quos refert Sanchez. Id autem in praxi minimè obseruatur, neque licet, semper enim in huiusmodi casibus Superiores Monasteriorum licentiam in scriptis concedunt, vt appareat, quòd egressus non est temerarius, sed permissus, & iustus. Aliàs enim esset in potestate religiosorum sub colorato prætextu subueniendi eorum parentibus, exire à Monasterio ad omnem eorum libitum, & sic se eximere ab obedientia Superiorum, qui in eiusmodi casibus debent benè considerare, an quæ proponuntur à Religiosis, vel eorum parentibus, sint vera, & super his fideles informationes habere, & an aliquo modo Religio, vel aliqua alia pia persona, vel aliena opera, quam Regularis possit subuenire, nam tunc, cum sit consultum inopiæ parentum, non potest Religiosus exire à Monasterio.

Posito

5 Posito autem, quòd Superior ob supradictam iustam causam prius ab eo bene cognitam concesserit licentiam Religioso morandi extra clausrum, durante necessitate, an possit Religiosus habitum Religionis dimittere, & Clericalem assumere? Et dicendum est quod non, quia solius Papæ est facere facultates manendi extra claustra sine habitu, secundum omnes, in cap. 2. *ne Cler. vel Monachi lib. 6. Clem.* 2. in verb. *extrinseca, de vit. & honest. Cler.* Nauar. *consil.* 14. *de Regul. num.* 3. Sanchez *lib.* 4. *cap.* 20. *num.* 22. *operis moralis*, cum sit res grauissima, & adeo à Religioso statu aliena, vt professus, etiam factus Episcopus, habitum dimittere nequeat.

ADDITIO AD QVAEST. CV.

6 Necessitas, quæ obligat filios ad subueniendum parentibus, non est sola extrema, imo nec etiam sola grauis, quæ obligaret vnumquemque ad eleemosynam, sed etiam minor, quæ facit, quod parentes indigeant obsequio filiorum in ordine ad proprium statum conseruandum, ita vt secluso tali obsequio notabile detrimentum subirent intra proprium statum. Ita desumitur ex ijs, quæ tradunt D. Th. 2. 2. *quæst. vlt. ar.* 6. *in corpore.* Caiet. *qu.* 101. *ar.* 4. *in fine*. Turrecrem. *cap.* 1. *ar.* 1. *num.* 3. *dist.* 3. Nauar. *cap.* 14. *manual. num.* 14. D. Anton. 3. *par. tit* 16. *cap.* 2. §. 1. Angelus verbo *Religiosus num.* 11. Syluester verbo *Religio* 2. *quæst.* 7. Corduba *in sum. quæst.* 141. *ar.* 1. & *in Reg. S. Francis. cap.* 2. *quæst.* 6. *ar.* 1. Passarel. *ad priuileg. Minim. cap.* 41. Rodriquez *quæst. regular.* 13. *ar.* 5. *tom.* 3. Sanchez *lib.* 4. *sum. cap.* 20. *num.* 4. Ratio est. Quia filij respectu parentum non solum habent generalem obligationem in ordine ad subuentionem, quam cæteri habent respectu proximi; sed etiam aliam magis specialem fundatam in præcepto naturali diuino Decalogi; *Honora parentes*, quæ eos obligat non solum ad subueniendum in extrema, & graui necessitate, sicut quilibet obligatur respectu proximi, sed etiam ad speciale obsequium exigitum à speciali debito contracto ratione generationis cum parentibus. Hoc autem speciale obsequium in eo consistit, quod adsit indigentiæ parentum sublenandæ quando intra proprium statum notabiliter læderentur.

7 Quod peccent filij ingredientes religionem, quando obligantur succurrere parentibus, præter eos, quos citat, & sequitur Sanchez *lib.* 4 *sum. c.* 20. *num.* 3. tradunt etiam Facundez *præcep.* 4. *Decalog. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 15. Suarez *tom.* 3. *de relig. lib.* 5. *c.* 5. *num.* 12. Villalob. *par.* 2. *sum. tract.* 35. *difficul.* 7. *n.* 8 Trullench. *lib.* 2. *in Decal. cap.* 2. *dub.* 23. *n.* 4. Lessius *lib.* 2. *de iust. & iure cap.* 41. *dub.* 3. *num.* 34. Miranda *tom.* 2. *manual. quæst.* 17 *ar. vlt. quæst.* 4. Bordon. *de profes. regul. cap.* 2 *quæst.* 55. ver. *dico parentibus*. Astens. *par.* 1. *sum. lib.* 1. *tit.* 14. *quæst.* 5. Graf. *lib.* 3. *consil.* 5. *de voto.* Bonac. *disp.* 6. *de præcep. Decal. quæstion. vn. punct.* 5. *n.* 4. Surdus *de alimen. tit.* 1. *qu.* 27. *num.* 12. Zanard. *par.* 2. *director. cap.* 26. Vechius *in praxi Nouit. disp.* 2. *dub.* 8. *numer.* 4. Reginal. *lib.* 18. *prax. fori pœnit. num.* 376. Portel. *in dub regul.* verbo *Nouitij, num.* 21. Politus *in Regul. Minor. cap.* 2. *nu.* 44. Peirin. *de prælato religioso quæst.* 3. *cap.* 1. §. 2. *n.* 69. An autem validè profiteantur, quæ faciunt pro vtraque parte attuli *quæst. canon. moral.* 54. *num.* 4. *centur.* 1.

8 An autem teneatur exire de religione, vt parentibus subueniat, non concordant Doctores. Intelligitur autem quando subintrat illa specialis obligatio, qua filius tenetur parentibus, atque adeo quando adest illa necessitas specialis, cui filij tenentur subuenire. Quidam enim volunt teneri exire de religione, etiam inuitis Superioribus. Ita Gandauen. *quodlib.* 5. *quæst.* 19. Iansen. *in concor. Euangel. cap.* 60. *in illud*: *Vos autem dicitis*. Augustin. de Ancona *de potest. Papæ, quæst.* 5. *ar.* 1. Viguer. *cap.* 6. *Instit. Theolog. §.* 7. *init.* Corduba *in capit.* 2. *Regul. D. Francis. quæst.* 6. *ar.* 2. *post* 4. *opin.* Quia sicuti talis necessitas impediret professionem defectu materiæ licitæ, ita dum post emissa vota superuenit, impedit obligationem, quatenus obstat subuentioni. Alij vero distinguunt, & volunt, quod si necessitas præcessit professionem, tenentur egredi. Quia dum profitetur, afficitur tali obligatione, & proinde transit cum eadem obligatione in potestatem religionis: & insuper iniuriam infert parentibus, & proinde ea obligatio manendi in sæculo, vt subueniat, & resarciendi iniuriam illatam, durat post professionē, & ideo tenetur exire. Secus si necessitas non præcessit professionem. Ita Angelus verbo *Religiosus*, *num.* 31. Syluester verbo *Religio* 3. *quæst.* 9. Nauar. *cap.* 14. *Manual. num.* 14. Cuch. *lib.* 3. *Instit. maior. tit.* 1. *num.* 126. Tolet. *lib.* 5. *sum. cap.* 1. *num.* 6. Lopez *par.* 1. *Instruct. cap.* 34. Rodriquez *tom.* 2. *sum. cap.* 6. *num.* 4 Tertio. Alij volunt, quod non teneatur egredi è religione, sed solum subuenire, quantum potest, salua decentia sui status. Ita D. Th. *quodlib.* 3. *ar.* 16. & *quodlib.* 10. *ar.* 9. & 2. 2. *qu.* 101. *ar.* 4. *ad* 4. Caiet. *ibid.* Alens. 3. *par. quæst.* 33. *mem.* 4. *ar.* 1. *in fine*. Supplemen. Gabr. *in* 4. *dist.* 38. *quæst.* 1. *ar.* 5. *dub.* 2. *coroll.* 2. Liran. *in cap.* 15. *Matth. in id. Irritum feciſtis mandatum*, Abulens. *quæst.* 69. *in cap.* 8. *Matth.* Turrecrem. *in cap.* 1, *ar.* 2. *num.* 6. *causa* 30. *quæst.* 1. Henr. *in cap. peruenientes* 2. *num.* 3 *de iureiur.* Rosella verbo *Religio* 2. *num.* 7. Armilla verbo *Pietas num. vn.* Tabiena *ibid. in fine*. Corduba *in sum. quæstion.* 241. *ar.* 2 *in* 4. *opin. punct.* 2. Anglef. *in Floribus, quæst. de voto ar.* 2. *difficul.* 13. Conrad. *tom.* 1. *responsa. quæst.* 61. Passarel. *ad priuileg. Minimorum cap.* 42. Rodriquez *quæst. regular.* 57. *ar.* 3. *tom.* 2. Sa verbo *Religio, num.* 2. Quos sequitur Sanchez *li.* 4 *sum. cap.* 20. *num.* 17. Facundez *præcep.* 4. *Decalog. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 27. Suarez *tom.* 3. *de Relig. lib.* 5. *c.* 6 *num* 3. Lezana *tom.* 1. *quæst. Regul. cap.* 24. *num.* 40. *in fine*. Laiman. *lib.* 4. *theol. moral. tract.* 3. *cap.* 6. *num.* 2. Faustus *lib.* 5. *Thesauri, quæst.* 126. & *quæstion.* 132. Sayr. *lib.* 7. *Clau. reg. cap.* 6. *num.* 18. Riccius *in praxi resol.* 324. *par.* 3. Donat. *in praxi ver. regul. par.* 4. *tract.* 3. *quæst.* 21. *num.* 13. Quorum opinio probabilior est. Quia obligatio naturalis

subue-

ſubueniendi parentibus tunc ſolum adeſt, quando adeſt neceſſitas, quia prouenit à præcepto affirmatiuo, quod non obligat pro ſemper. Et ideo non afficit filios, niſi quatenus ſunt potentes ad ſubueniendum, & proinde ſolum ſecundum menſuram potentiæ, quam habent in ſuo ſtatu. Ex quo fit, quod non teneantur exire de religione, ſed ſolum ſecundum capaciratem, quam habent intra religionem. Quia cum ſe tradiderint religioni, non poſſent ſe illi auferre, vt ſe implicent obſequijs parentum, ſicut non poſſent auferre, quæ alteri donaſſent, vt ſubuenirent parentibus. Et hoc valet ſi exiſtente neceſſitate validè profitentur, quia ſicut non impedit validitatem, ità nec obligat ad exeundum. Secus ſi non profitentur valide; in quo caſu haberet locum prima ſententia. & nihil amplius eius ratio probat. Nec etiam vrget ratio ſecundæ: quia obligatio ſequitur filios profitentes, & afficit ſecundum menſuram ſtatus, ſi validè profitentur, nec operatur, vt reuocari debeat, quod validè fit.

9 Ex dictis ſequitur, Hanc neceſſitatem præbere iuſtam cauſam, vt concedi poſſit religioſo licentia manendi extra clauſtra, vt ſubuenire poſſit parentibus, vt docent Nauar. *conſil.* 55. *num.* 2. *de Regular. lib.* 3. *in* 2. *edit. conſil.* 71. & *com* 3. *de regular. num.* 49. Angles *in Florib. par.* 2. *quæſt. de voto. ar.* 2. *diffi ul.* 13. Rodriquez *tom.* 2. *ſum. cap.* 6. *nu.* 4. Sanchez *lib.* 4. *ſum. cap.* 20. *num.* 22. Hanc autem licentiam concedere poſſe Generalem, ſeu etiam Prouincialem, tradunt Nauar. & Sanchez citati Donat. *in praxi rer. regul. par.* 4. *tract.* 3. *quæſt.* 22. *num.* 7. Verum hodie poſt Conſtitutionem Clementis VIII. licentia eſt obtinenda, vel à Summo Pontifice, vel à Sacra Congregatione.

10 Quod ſpectat ad habitum, non poſſe dimittere tradunt Rodriquez *tom.* 2. *ſum. cap.* 6. *num.* 4. Nauar. *conſil.* 54. *num.* 2. & 72. *in* 2. *edit. de regul.* Sanchez *lib.* 4. *cap.* 20. *num.* 22. Donat. *in praxi rer. regul par.* 4. *tract* 3. *quæſt.* 22. *num.* 7. & 8. Niſi accedat licentia Summi Pontificis, quia nec factus Epiſcopus poteſt dimittere, ex capit. 2 *Ne Clerici, vel Monachi*, vbi excommunicantur deponentes habitum propriæ religionis. Sed hæc non vrgent, quia Epiſcopus non habet neceſſitatem deponendi & excommunicatio eſt tantum contra temerè deponentes. Vnde idem Nauar. *com.* 3. *de regul. numer.* 49. Supponit poſſe deponi, quando neceſſitas exigit, & ſequitur Facundez *præcep.* 4. *Decal. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 28. Quia ſi neceſſitas facit licitum egreſſum, facit etiam dimiſſionem habitus,

11 Si autem religioſus maneat intra clauſtra, poterit ea omnia præſtare in ordine ad ſubueniendum parentibus, quæ non ſunt contra inſtitutum, nec dedecent ſtatum religioſum, vt obſeruant Corduba *in ſumma quæſt.* 141. *ar.* 2. *opin* 4. *punct.* 2. & 3. Lopez *par.* 1. *Inſtruct. cap.* 54. Sanchez *lib.* 4. *ſum. cap.* 20. *num.* 19. Vnde poterit pingere, ſcribere, & alia huiuſmodi exercere, quæ decenter per religioſos præſtari poſſunt, ſubtrahere ſibi de eo, quod pro vſu proprio concedit religio, eleemoſynas petere pro ipſis parentibus, quod etiam licitum erit Theatinis, quia eis non interdicitur quæritare, niſi pro ſe ipſis, cum viuant de eleemoſynis ſponte oblatis. Poterit etiam apud ſe retinere pecuniam, niſi ſit ex Minoribus, quibus interdicitur etiam tangere pecunias.

12 Verum ſi Prælatus deneget licentiam præſtandi ea, quæ non dedeceat ſtatum religioſum; imo etiamſi prohibeat ſub pœna quoq; excommunicationis; adhuc poterit ea præſtare, euitando tamen ſcandalum, vt tradunt Doctores *num. præced.* allegati. Quia iniuſtè denegat, & excedit limites propriæ poteſtatis, quæ non poteſt præualere contra obligationem præcepti naturalis, quod filios obligat ad ſubueniendum parentibus: & in tali caſu habet religioſus facultatem à iure naturali, quod non extinguitur per profeſſionem, quia profitens cenſetur ſe tradere religioni, ſaluis iſs, ad quæ de iure naturali obligatur, quibus renunciare non poteſt & ideo petitio licentiæ non tam eſt petitio, quam notificatio obligationis, quam ſibi inducit ius naturæ ſtante neceſſitate parentum. Ex quo fit, quod ſi religioſus exiſtimet, licentiam ſibi denegandam, non teneri petere, vt habet etiam Sanchez *numer. præced. citat.* quia cum ſit notificatio obligationis ſuperuenientis, ex cauſa vitandi incommoda, quæ ſuperuenirent ex denegata licentia, poterit notificare. Alias tenebitur notificare, cum ſit in poteſtate Superioris inquirere, an neceſſitas parentum verè ſubſiſtat.

13 In dubio autem, an Superior iniuſtè deneget licentiam, poſſe adhuc religioſum ſubuenire parentibus, tradit Sanchez *lib.* 4. *ſum. cap.* 20. *nu.* 19. *circa fin.* Quia in dubio tunc ſolum eſt obediendum Superiori, quando id non redundat in graue detrimentum alterius. Sed potior eſt illatio, quòd in dubio præualet ius naturale obligans filium ad ſubueniendum: quia, vt dictum eſt, habet religioſus licentiam à iure naturali, & in dubio licentia denegata æquiualet prohibitioni exequendi licentiam iuris naturalis; vnde prohibitio ſuperuenit licentiæ: & ſicut licentia eſt dubia, ita etiam eſt dubia validitas prohibitionis. In dubio autem melior eſt conditio poſſidentis, poſſidet autem ſubditus licentiam, cum prohibitio ſit poſterior, & ſuperueniat licentiæ.

An Religioſus poſſit agere pro iniuria ſibi illata, abſque ſuperioris licentia: & an ſuperior inuito Monacho poſſit eam iniuriam remittere.

Quæſt. CVI.

SVMMARIVM.

1 *Monachus non poteſt agere pro iniuria ſibi illata, niſi adſit ſuperior, & procurator.*

2 *Religioſus non habet propria iura, & in iudicialibus æquiparatur ſeruo &c.*

Religio-

3 *Religiosus sine licentia non potest remittere iniuriam sibi illatam.*

4 *Potest superior remittere iniuriam illatam Monacho etiam eo inuito.*

1 Resp. Non posse Monachum agere pro iniuria sibi illata, nisi Prælatus absens sit, nec procuratorem reliquerit; sed id munus superioris est, constat *ex l. sed si vnius. §. ait Prætor. ff. de iniurijs*, quæ habet, eum, qui alteri subest, non posse agere iniuriarum, si præsens sit is, cui subest, vel eius procurator; secus eo absente, nec procuratore relicto: tunc enim vt rectè ait Abbas *in cap. Parochianos. num.3.* & ibi communiter Doctores *de sententia excommunic.* ex præsumpta superioris licentia aget. ita docet *Glos. penul. cap. non decasis 12. quæst.1.* Specul. *tit. de actore §. vnic.* Nauar. *com.2. de regul. num.29. & 64.* vbi alios refert. Quare potest superior, inuito Monacho remittere.

ADDITIO AD QVAEST. CVI.

2 Quod Religiosus non possit agere pro iniuria sibi illata, est communis sententia, quam tradunt Doctores *in cap. Parochianos. de probat.* præsertim Abbas. *num.3.* Decius *in cap. in præsentia num.223. de probat. in noua edit.* Ferret. *num.102.* Fran. *in cap.2. in princip. num.6. Ne Cler. vel Monachi.* Angelus verbo *Monasterium. nu.1.* Rosel. verbo *Monachus. nu.8.* Armilla *n.12.* Sylvester verbo *Religio 8. quæst.4.* D. Antonin. *3. part. tit.16. §.7.* Plaza *de delict. cap.47. num.17. in fine.* Decian. *lib.3. crimin. cap.8. num.15.* Ceual. *commun. contra com. quæst.446. numer.14.* Farinac. *in praxi tom.1. punct.13. de accusat. num.24.* Gregorius Lopez *l.10.* verbo *Su mayoral. tit.9. part.6.* Quos alijs allegatis sequitur Sanchez *l.6. sum. cap.12. num.5.* Euerard. *in Topica loco A seruo ad Monachum. numer.4.* Clarus *lib.5. §. fin. quæst.58. num.25.* Donat. *in praxi rer. regul. par.2. tractat.12. quæst.34. num.1.* Et ita desumitur ex cap. *Placuit.16. quæst.1.* ibi. *Neque alijs quibuscunque negotijs se implicare, quia mundo mortuus est.* & cap. *In præsentia de probat.* Ratio potissima est, quia non est sui iuris, nec habet velle, & nolle, nec aliquid proprium, vt tradunt Doctores *in cap. cum dilecta, de rescrip.* & Authen. *Causa, quæ fit cum Monacho. C. de Epis. & Cler.* Vnde in hac materia religiosus æquiparatur seruo, & filiofamilias iuxta regulam, quam notant Doctores *in l. cum fund. §. seruum tuum. ff. si cert. pet.* vbi Salyc. Bal. *in l. fin. ff. de nox. act.* Io. Andr. *in cap. qua à iure. de reg. iur. in 6.* Innocent. *in cap. cum olim. 2. de priuil.* Contra seruos autem & filios familias non potest formari iudicium. *l. Lis nulla. & l. Vix. ff. de iudic.*

3 Hinc autem fit, quod non possit religiosus remittere iniuriam sibi illatam, sine licentia superioris, vt tradunt Butr *in cap. Parochianos. num.6. de sent. excomm.* Hostiens. *nu.3.* Cardin. *n.2.* Ancharan. *n.4.* Dec. *in cap. in præsentia num.223. de probat. in noua edit.* Ferrer. *num.102.* Franc. *in rubr. de test lib. in 6. n.65.* Sanchez *lib.6. sum. cap.12. num.7.* Farin. *in Praxi par.1. quæst.13. de accusat. num.28.* Donat. *in praxi rer. regul. par.2. tract.72. quæst.34. numer.2.* Quia non est sui iuris; & ideo non potest cedere iuri actionis iniuriarum.

4 E contra verò potest superior remittere iniuriam illatam Monacho, etiam ipso inuito, vt tradunt Ascar. Clement. cum alijs. *De patria potest. c.6. effect.8. num.4. tom.8. tract. par.2.* Nauar. *Coment.2. de Regular. num.64.* Sanchez *lib.6. summ. cap.12. numer.6.* Quia scilicet omnia iura religiosi translata sunt in superiorem; nec religiosus habet velle, aut nolle legitimum, quod in rationabilibus resistere possit voluntati superioris. Et quamuis Farinacc. cum alijs *par.1. prax. quæst.13. de accusat. nu.26.* verbo *Nec prætermittendum*, dicat: Nec solum Monachum, nec solum Monasterium, seu superiorem posse remittere iniuriam, sed solum vtrumque; non est admittendum, quia religiosus seorsim à superiore, & Monasterio, non habet ius aliquod proprium, sed omnia iura ipsius sunt in manu religionis. An autem requiratur Capitulum Conuentus, pendet ex statutis, & consuetudinibus cuiuscumque religionis.

An Monasterium possit ex persona Monachi retrahere. Quæstio CVII.

SVMMARIVM.

1 *Ius retractus ex persona Monachi non transit in Monasterium.*

2 *Priuilegium non egreditur personas priuilegiatas.*

3 *Priuilegium retractus conuenit ratione sanguinis, seu familiæ.*

1 Resp. Negatiuè, quia cessat ratio retractus cum Monasterium non sit de genere, & familia venditoris; imo nec illa res per Monasterium retracta, sit amplius in familiam reditura. Sic tradunt Tiraquel. *num.20.* Aluaradus *de coniecturata mente testat. lib.2. cap.4. initio numer.4.* Spino, *Specul. testam. Glos.12. princip. num.26.* Sanchez *lib.7. cap.24. num.26.*

AD-

ADDITIO AD QVAEST. CVII.

2 Ita tradunt Tiraquell. *De retractu lignag. §.1. gloss.8.num.19.* citans Gullielm, Benedict. & Cassan. Gomez *ad l.70.Tauri.num.9.* Cifuent. *qu.* 15. Azeuedo *l.7. num.26. tit.11. lib.5. recopilat.nouæ.* Matienzo *ibid. gloss.2. num.* 20. Caldas *de renouat. emphyteus.quæst.19. numer.8.* Quia ius retractus est ex priuilegio concesso sanguini, seu familiæ, & non egreditur personas priuilegiatas cap. *priuileg. de priuileg. in 6.* Idem Tiraquel. §.26 *gloss.1.numer.60.* Surd. *consil.* 103. *num.* 14. & in terminis inquilinatus considerauit Rota *decis.540.num.2.par.2. recent. & decis.386.numer.1. coram Merlino.* & *in Romana Inquilinatus 1.Iunij . . . . coram Lancellotto.* Cum autem Monasterium non sit de familia, nec trahat sanguinem, non habet fundamentum priuilegij.

An Monasterio vendente rem ad vitam Monachi, competat proximiori consanguineo Ius Retractus? Quæstio CVIII.

SVMMARIVM.

1 *Proximiori consanguineo non competit ius retractus, vendente Monasterio, ad vitam Religiosi bona sibi obuenientia ratione ipsius.*

2 *Consanguinei Religiosi non habent iura sanguinis respectu Monasterij.*

1 Resp. Negatiuè: & ratio est, quia cum res illa desierit esse Monachi, translataque sit in Monasterium, iam è familia, & sanguine exiuit, & ita docent Sanchez *operis Moralis lib.7. cap.14. num.28.* qui multos allegat Doctores, asserentes sic consultum, & lite agitata tribus sententijs decisum.

ADDITIO AD QVAEST. CVIII.

2 Ea ratio, quæ facit, quod non possit Monasterium retrahere ex persona Monachi, facit etiam, quod consanguineus non possit retrahere vendente Monasterio: quia scilicet, vt dictum est ad *præced. quæst.* priuilegium retractus fundatur in iure agnationis, & sanguinis, quod non conuenit Monasterio, quod licet acquirat iura Monachi, non tamen acquirit iura sanguinis. Et proinde nec consanguinei religiosi habent iura sanguinis respectu Monasterij, præsertim cum sit persona ficta, & ideo nec fundamentum talis priuilegij. Et hanc conclusionem tradunt Gomez *ad l.70. Tauri. num.10.* Cifuentes *quæst.16.* Peralta *in l.cum patronus.num.37.ff. de legat.2.* Azeuedo *l.7.num.29.tit.11.lib.5. nouæ recopil.* Matienzo *ibid. gloss.2. num.22.* Spinus *in Speculo testam.gloss.12. num.28. in fine.* Villadiego iun. *in Foro iuzgo, lib.4. tit. l.12. in fine*, quos sequitur Sanchez *citat in quæst.*

Quid si Prælatus alicuius Religionis concedat licentiam Religioso, vt depositarius sit, & depositum deinde culpa Religiosi expensum sit, Monasterium teneatur de deposito illo? Quæst.CIX.

SVMMARIVM.

1 *Monasterium non tenetur de deposito apud Monachum, etiam si culpa illius pereat, nisi quatenus verteretur in vtilitatem Monasterij.*

2 *Nec tenetur Superior tradere Monachum pro noxa.*

Cui competat actio, si depositum surripiatur.

3 *Superior punire debet religiosum si eius culpa pereat depositum.*

4 *Constare debet euidenter, depositum versum fuisse in vtilitatem Monasterij, vt teneatur resarcire.*

5 *Depositarius non tenetur, nisi ex lata culpa, aut dolo.*

6 *Quid si pecunia deponatur numerata.*

Numeratio pecuniæ, quando transferat dominium.

1 Resp. Negatiuè, nisi quatenus res deposita in Monasterij vtilitatem conuersa sit, quod scilicet ex illo factum est locupletius, quia delictum Monachi non obligat Monasterium ad illud resarciendum, nisi quatenus ex eo Monasterium factum est ditius, *cap. delictum, de reg. Iuris in 6.* atque ita tradunt Molina *tom 1.de iust.disp.525. col. antepenult. vers. non solum.* Leonardus *lib.1.de iust.cap.27.dub.3.num.12.* qui bene addit, idem dicendum esse si depositum sit apud Abbatem. Quia neque ex delicto peculiari Abbatis tenetur Monasterium; siquidem Monasterium rem illam non accipit in depositum, nec Monasterium tenetur de damno per Monachum

chum dato, nec ipsum Monachum pro noxa tradere, vt bene docet Nauar. *commen.2. nu.62. de Regular.* Quod Religiosus sit liber homo, res inæstimabilis, & ideo commutari nequeat pro noxa æstimabili.

2 Quare minus bene Florianus *l si seruus communis. §. serui autem, num.2. ff. ad legem Aquiliam*, ait teneri Abbatem de damno dato per seruum fugitiuum. Nec quando res depositæ erant apud Monachum, vt nullo modo teneatur Monasterium de illis, nec competit actio aliqua Abbati circa illas, sed soli Domino, quia nullum ius habet in illas Monasterium. Sic Innoc. *cap.cum olim, el 2.num.4.de priuileg. & ibi* Hostiens. *num.14.* D.Antonin. 3. *par. tit.16. cap.6. §.7.* Rossela verbo *Monachus num.9.* & ibi Tabiena *quæst.12. numer.13.* Sylvest. verbo *Religio 6. quæst.8.* Quod tamen ad hunc sensum intelligo, vt non possit Abbas res illas petere actione rei vendicationis.

3 Cæterum, si in eo conseruando delinquat Monachus, poterit puniri ab Abbate, tanquam à suo legitimo superiore, vt bene docet Molina *tom.2.de Iust.disp.525. col. antepenult.vers. non solum.* Item poterit Abbas præcipere Monacho, ne amplius depositum retineat: vel illam rem depositam auferre, vt securiùs in Monasterio custodiatur.

ADDITIO AD QVAEST. CIX.

4 Resolutio præfata quæstionis habetur ex cap. *grauis 1. de deposito.* ibi. *Cum non constet pecuniam tuam, quam ille vir furatus est, in Ecclesiæ vtilitatem conuersam, non debemus de iure contra canonicos eiusdem Ecclesiæ præcisè intentare iuffionis instantiam, vt tibi eamdem reddant pecuniam persona, non Ecclesiæ commendatam.* Et ex cap. *Quod quibusdam, de fideiuss.* ibi. *Non tenentur Conuentus aliquatenus respondere, nisi forte in vtilitatem domus manifestè constiterit redundasse.* Ex quibus constat, quod Monasterium non subest alicui oneri resarciendi, nisi quatenus depositum in eiusdem vtilitatem sit conuersum: & vt insurgat talis obligatio in Monasterio, debet de hac conuersione manifeste constare: vt declarant illa verba. *Nisi manifestè constiterit.*

5 Imo neque Religiosus ad aliquid tenebitur, nisi interuenerit dolus, aut lata culpa, quia ex hoc tantum capite Depositarius tenetur. *l. Quod Nerua ff. depositi. & l. sicut certo. §. Nunc videndum. ff. commodati.* & tradunt Riminal. Sen. *conf.95.num.7. lib.2.* Grat. *consil.94. num.37. lib.2.* Menoch. *consil.353. numer.2.* Ias. *consil.98. num.5. lib.2.* Honded. *consil.90. num.15. lib.2.* quos sequitur Rota *decis.188. nu.4. coram Merl.* proinde à fortiori non tenebitur Monasterium, cum neque illius culpa interueniat, neque substineat personam depositarij; quæ duo requiruntur, vt quis teneatur ratione depositi. Vnde solum Monasterium teneretur, si procurator nomine Monasterij accepisset depositum, & ex culpa lata, ipsius, aut dolo perijsset. Quod à contrario sensu desumitur ex cit. cap. *Grauis. 1. de deposito* ibi. *Personæ, non Ecclesiæ commendatam.* Ergo si fuisset Ecclesiæ commendata, teneretur.

6 Sed quid, dum deposita fuit pecunia, numerata fuit? videtur enim ex hac numeratione dominium transire in depositarium, & eiusdem periculo perire, & proinde obligari ad tantumdem, iuxta id quod tradit Iason *in l. si quis nec causam num.25. ff. si cert. pet.* Verum secluso dolo, aut lata culpa neque ex hoc teneretur religiosus, seu Monasterium ad aliquid, quia talis numeratio non transfert dominium, nisi quando deponitur pecunia apud negociatorem, quam propriæ immiscet, & negociationi exponit; non autem quando deponitur apud eum, qui non est ea vsus, in proprium commodum, iuxta ea, quæ notant Alber. & alij *ad l. certi conditio §. fin. ff. si cert. pet.* vbi etiam Salycet. *nu.13.* Inn. *in fin.* verbo. *Dic ergo.* Paris. *consil.131. num.11. lib.4.* Gabr. *conel.2. n.3. de reb. lered. lib.3.* Mantica *de tacit. & ambig. conuen. lib.10. tit.9. nu.25.* Merlin. *decis.188. num.7.* & alij ad Glos. *in l. die sponsaliorum.* verbo, *Condemnatus. ff. depositi.*

An si superior Regularis videat res apud Monachum depositas furripi à Monacho vel aliàs culpa illius perire, nec obstet, potens facilè obstare, teneatur de depositio? Quæstio CX.

SVMMARIVM.

1 *Superiores videntes res depositas apud Monachum furripi, aut eius culpa perire, si non obstent, cum possint, tenentur de depositio.*

Diserimen inter superiorem regularem, & confessarium in non obligando ad restitutionem.

2 *Superiores tenentur ad pœnam, dum permittunt perire depositia apud subditos, non ad satisfactionem.*

1 Resp. Quòd aliqui dicunt peccare quidem, sed non teneri Monasterium, aut ipsum Abbatem restituere, Monacho non restituente, quòd res illæ soli personæ Monachi commendatæ fuerint; sed potest amplius probari, quòd superior Religionis in olorum Religiosorum bonum,

Digitized by Google

bonum, & vtilitatem creatus sit, non autem, vt indemnitati aliorum prospiciat, sicut probabilissima sententia sustinet, Confessarium omittendo obligare pœnitentem ad restitutionem, non esse restitutioni obnoxium, eo quod eius officium in solam pœnitentis vtilitatem institutum sit. Atque ita docet Hostiens. *cap.* 1. *num.* 14. *de deposito*. Tabiena verbo *Monachus, nu.* 13. *quæst.* 11. & ibi Armilla, *numer.* 13. limitans, nisi Abbas esset talis persona, quæ prohibere debuisset.

Sed verius est, teneri restituere, quia latum est discrimen inter Religionis Prælatum, & Confessarium: hic enim in solam pœnitentis vtilitatem institutus est: ille autem, etsi per se primo in Religiosorum bonum, est tamen institutus etiam vt Iudex Religiosorum, & vt illos tamquam Iudex coerceat, & puniat. Quare sicut lege Iustitiæ tenetur Religiosum cogere, vt depositum illud Domino poscenti restituat: ita eadem lege tenetur impedire damnum, quod inferri ab ipso videret, & potest impedire. Et confirmatur, quia etsi confessarius à creditore requisitus, vt compellat pœnitentem ad restituendum, omittat compellere, non tenetur restituere, quia non est Iudex inter partes. At Prælatus Religiosorum non compellens Religiosum restituere parti petenti, tenetur vtique, & ideo hanc partem sustinent D. Antoninus 3. *par. tit.* 16. *cap.* 6. *§.* 7. Sylvest. verbo *Religio.* 6. *qu.* 8. Tapia *auth. Ingressi §. sua, cap.* 18. *nu.* 17. *de sacros. Eccles.*

ADDITIO AD QVAEST. CX.

2 Verum cùm dominium bonorum omnium sit apud Monasterium, non autem apud superiorem, vt notant inter alios Nauar. *com.* 2. *num.* 3. & 8. *de regul.* Tapia *Authent. Ingressi*, verbo. *Ipso ingressu. cap.* 3. *num.* 71. *Cod. de sacros. Eccl.* Mendoza *quo. lib.* 8. *concluf.* 1. Rodriquez *quæst. reg.* 29. *artic.* 5. Sanchez *lib.* 7. *sum. cap.* 18. *num.* 11. & communiter, & proinde superior sit purus administrator, de quo satisfaciet pro depositio, quod perire non impedijt? Ruffus, cùm Ecclesia non teneatur de depositio non sibi, sed personæ commendato, Cap. *Grauis.* 1. *de depositio*, & notat Sanchez *lib.* 7 *sum. cap.* 14. *num.* 29. & ipsemet Auctor id probat *quæst. præced.* nec etiam tenebitur Monasterium ex eo, quod Superior permisit depositum perire; Vnde cum Monasterio non teneatur, nec Superior habeat, vnde possit satisfacere; imo nec habere possit, tenebitur solum ad pœnam, non autem ad resarciendum.

An Monasterium iuuari possit beneficio restitutionis in integrum, quando dolo in re deposita deliquerit; & quando depositum factum censeatur Monasterio? Quæstio CXI.

SVMMARIVM.

1 *Quando Monasterium delinquit dolo circa rem depositam, non iuuatur beneficio restitutionis in integrum.*
Quid si lata culpa?
2 *Qui teneant Monasterium restitui stante lata culpa.*
3 *Monasterium, quando non teneatur depositio.*
4 *Depositum quando censeatur factum Ecclesiæ, seu Monasterio.*

1 Resp. Minimè iuuari beneficio restitutionis in integrum, quia Ecclesia æquiparatur minori, *cap.* 1. *de restit. in integrum*. At minor non restituitur, quando præcessit dolus, Sfortias Oddo *de restitut. in integr. par.* 2. *quæst.* 83 *tit.* 10. *art.* 2. Atque ita docent Io. And. *cap.* 1. *num.* 2. *de depositio*. & ibi Imola *num.* 6. & *Card. num.* 2. *notab.* 2. Quod si solum esset in lata culpa, dicunt Io. And. & Card. ibi, adhuc non competere sibi restitutionis beneficium, quòd lata culpa æquiparatur dolo.

ADDITIO AD QVAEST. CXI.

2 Monasterium delinquens cum lata culpa circa rem apud se depositam, iuuari beneficio restitutionis in integrum, tenet Imola *in cap.* 1. *num.* 6. *de depositio*. Sfortias Oddo *de restit. part.* 2. *qu.* 83. *art.* 4. probans Minorem restitui in integrum, etiamsi fuerit in lata culpa. Est autem eadem ratio de Minore, & Monasterio, quia Ecclesia fruitur priuilegijs Minorum. Cap. 1. & Cap. *Auditis. de in integrum restitut.*

3 Imo quod Ecclesia non teneatur depositio, etiã quando culpa ipsius perijt, tradunt Innoc. *in cap.* 1. *num.* 1. *de depositio*. Hostiens. *n.* 3. Io. Andr. *n.* 4. Abbas *n.* 10. Henriq. *nu.* 2. Et subdit Abbas, quod saltem hoc est verum, quando opus esset distrahere immo-

immobilia, aut mobilia pretiosa, cum qua limitatione mihi probatur. Quia cum Ecclesia non possit immobilia, aut res pretiosas alienare, nec etiam potest obligare; & ideo, quando acceptat depositum, obligatio de dolo, aut lata culpa, quæ afficit depositarium, non extenditur in Monasterio ad res pretiosas, aut immobiles.

4 Quando autem depositum censeatur factum Ecclesiæ, seu Monasterio, quod in titulo *quæst.* fuit propositum, sed non resolutum.

Resp. Tunc censeri factum Monasterio, quando Collegialiter à repræsentantibus Monasterium, aut Ecclesiam acceptatur: aut quando Collegialiter dat alicui facultatem acceptandi, & ipse nomine Capituli, aut Ecclesiæ acceptet. Ita desumitur ex cap. 1. *de deposito*. Vbi Gloss. verbo *Persona*. Abbas *n.* 10. Cardin. *n.* 7. 9. Ancharan. *in fine*. Gregor. Lopez *l.* 7. verbo. *Perlado tit.* 3. *par.* 5. Sanchez *lib.* 6. *sum. cap.* 14. *num.* 37. Tunc enim depositum acceptatur nomine publico ipsius Monasterij.

An Religiosus ad Episcopatum promotus, teneatur ad vota Religiosi status.
Quæstio CXII.

SVMMARIVM.

1 *Religiosus factus Episcopus non absoluitur à castitatis voto, nec obedientiæ, sed remanet erga Pontificem.*
2 *Nec absoluitur à voto paupertatis.*
3 *Episcopus cui acquirat, quando acquirit iure hæreditario.*
4 *Religiosus Episcopus absoluitur à votis, iuxta sati communem sententiam.*
5 *Absoluitur à iugo monastica professionis.*
6 *Absoluitur à voto obedientiæ.*
7 *A voto etiam paupertatis.*

1 Resp. Veriorem opinionem esse, Religiosum creatum Episcopum in primis non absolui à voto castitatis, & obligatum esse obedire Pontifici peculiari voto obedientiæ, vltra generalem ab omnibus fidelibus obedientiam, & vltra peculiarem debitam ratione iuramenti obediendi ipsi, quod omnes Episcopi præstant. Quod in proprijs terminis tradunt Henriq. *lib.* 10. *de sacr. ord. cap.* 33. Suarez *tom.* 2. *de Relig. tract. de voto lib.* 6. *cap.* 7. *num.* 10. & clarè colligitur ex S. Bonauentura, & Ricardo dicentibus obedientiam debitam Prælatis Religionis deberi post Episcopatum Papæ, & ex Soto, Emmanuele Sà, & Petro Ledesma dicentibus, mutari obedientiam Prælatis debitam, in obedientiam ipsi Pontifici; immo, cum Pontifex sit generalissimus omnium Religionum Prælatus, cui cum potissimum à Religiosis emittitur votum obedientiæ, non mutatur obedientia aliorum Prælatorum in hanc, sed ea cessata, manet hæc.

2 De voto autem paupertatis non leuis est inter Doctores controuersia: & verissima sententia est, eum non absolui à paupertatis voto, nec effici Dominum reddituum Ecclesiasticorum, sed solum administratorem: & ratio potissima est, quia vota à talibus Episcopis in Religione emissa non relaxantur, nec limitantur, nisi quatenus illorum obseruantia obstet executioni muneris Episcopalis, tanquam maiori bono. Sed huic minimè obstat abdicatio omnis dominij, dummodo tales Episcopi liberam habeant administrationem omnium bonorum Ecclesiasticorum, vt ea in quoslibet vsus decentes expendant.

3 Nec obstant, quæ in contrarium adduci possunt, quod Religiosus creatus Episcopus eximatur à paupertatis voto, & efficiatur verus Dominus reddituum Ecclesiasticorum instar Episcoporum sæcularium, *ex cap. vnico* 18. *quæst.* 1. vbi de Religioso Episcopo sic dicitur: Velut legitimus hæres paternam sibi hæreditatem postea iure vendicandi potestatem habet; si enim sibi acquirit, vendicatque, verum dominium habet. Vendicare enim & sibi acquirere, solis veris dominis competit, *l. in rem ff. de rei vendicat.*

Quia respondetur cum Gloss. *in d. cap. vnico, verbo legitimus*, iuncto verbo, *Restituat*, Religiosum Episcopum factum non acquirere ius successionis per Episcopatum, si illud antea habebat, existens Monachus, vt constat *ex cap. si qua mulier* 19. *quæst.* 3. & *l. Deo nobis, C. de Episc. & Cler.* sed per Episcopum fit, vt quicquid in posterum acquirat, non Monasterio, vt prius acquirebat, sed suæ Ecclesiæ comparet. Quare, vt optimè ait Sanctus Thomas *quæst.* 88. *art.* 11. *ad* 4. & *quæst.* 185. *art.* 8. *ad* 3. & 4. *sentent. dist.* 38. *quæst.* 1. *art.* 4. *quæstiunc.* 1. *ad* 5. non vendicant paternam hæreditatem, quasi propriam, sed quasi Ecclesiæ debitam: nec enim confertur eis ea facultas, vt acquiratur dominium, sed vt fiat accessio bonis Ecclesiasticis, quæ administrant, sicut fieret ex omnibus alijs bonis, quæ quomodocumque tales Episcopi acquirerent; ita, vt quemadmodum omnia, quæ acquisiuissent, cum erant Religiosi, pertinerent ad

Ordi-

Digitized by Google

Ordinem ſuum, ita, quæ poſtea facti Epiſcopi acquirunt, comparent ſuæ Eccleſiæ. Neque obſtat, quod vlterius in contrarium dici poſſet, quod eodem prorſus modo adiudicatur ſua portio Epiſcopo ſeculari, ac regulari, cum libera transferendi in alium dominij adminiſtratione, & propterea nihil deeſt, quominus dominium habebat. Quia reſpondetur negando eodem modo adiudicari, quia Epiſcopus ſecularibus adiudicatur tanquam veris Dominis: at regularibus non committitur diſpoſitio eorum bonorum tanquam Dominis, ſed tanquam adminiſtratoribus, & œconomis Eccleſiæ.

ADDITIO AD QVAEST. CXII.

2 Quamuis communis ſententia ſit, Regularem factum Epiſcopum non abſolui à votis, niſi quatenus non conueniunt cum ſtatu Epiſcopali: Satis etiam communis eſt, quod omnino abſoluatur, & ita tradunt Angleſ. *in Flor.par.2.quæſt.de voto art.2. poſt diffi ul.13. dub.5.* Ouand. *in 4.diſt.38. propoſ.17.* Medina *de ſacra hominum contin.lib.5.cap.26.& 27.* Hurtad. *De fide, ſpe, & charit. diſp.160.ſect.5.§.65. & ſequen.* & probabile putant Villalob. *part.2.ſum. tract.35. diffic.40. num.6.* Vnde ſecundum hos Doctores, votum caſtitatis non manuteneretur ratione ſtatus Religioſi, ſed ratione Ordinis ſacri, cui eſt annexum.

5 Et habet hæc ſententia firmum fundamentum in cap. *Statutum.18.quæſt.1.* ibi. *Quem canonica electio à iugo Monaſticæ profeſſionis abſoluit, & ſacra ordinatio de Monacho Epiſcopum facit.* vbi ponderandum eſt, quod abſoluitur à iugo monaſticæ profeſſionis. Iugum autem importat totum illud onus, quod ſibi per profeſſionem impoſuit, quod portare tenetur: hoc autem onus, ſeu iugum, præcipuè, & ſecundum ſubſtantiam conſiſtit in votis eſſentialibus, quia regulares obſeruantiæ ſunt quid acceſſorium.

6 Quò ad votum obedientiæ, præter citatos *numer.4.* tenet etiam Palat. *in 4. diſt.38. diſp.1. poſt 4. concluſ.§.vt ergo, in fine.* Et certè quomodo eſſet abſolutus à iugo Monaſticæ profeſſionis, ſi portaret iugum voti obedientiæ, quod eſt principalior, & ſubſtantialis pars huius iugi? Nec iuuat, quod remaneat ſolum reſpectu Pontificis, quia hoc non eſſet abſolui, ſed reſtringi perſonas, quibus ſubijcerentur. Et ad quid ſi maneret, tot promiſſiones, tot iuramenta exigerentur à Regulari quando conſecratur Epiſcopus, nam ſi maneret votum obedientiæ, licet tantum quò ad Summum Pontificem, maneret cum eadem obligatione, quam habebat antea intra latitudinem Regulæ, & Pontifex poſſet præcipere omnia, quæ ſunt ſecundum regulam? Vnde nullo modo eximeretur à iugo.

7 Quod liberetur à voto paupertatis, præter cit. *num.4.& 60.* tradunt etiam Sotus *lib.7. de Iuſt. & iure.quæſt.4.art.2.ad vlt.* & *lib.10.quæſt.5. ar.7.ver. Dicendum ergo.* Vaſq. *1.2.diſp.165.cap.8.numer.91. & 104.* & *Opuſ.de reddit.Eccleſiaſ.cap.3.nu.27.* Gratian. *regul.320. num.4.* Alphonſ.de Leone *de officio Confeſſar.part.1.reſol.11.num.178.* Marquez *lib. de Origine Eremit. Auguſt.cap.6.§.4. & 5.* Cœleſt. *in Compend. Theol. moral.tract.6.cap.7. num.vlt.* Vvading. *de contract. diſp.2. dub.2.§.2.num.7.* Solorzan. *de iure Indiar. tom.2.lib.3. cap.10. num.49.* Diana *par.3.tract.2. reſol.50.* Et præter ponderata ex dicto cap. *Statutum*, ponderanda ſunt etiam verba illa, *Velut legitimus hæres paternam ſibi hæreditatem iure vendicandi poteſtatem habeat.* Ratione voti paupertatis non habebat ius ad hæreditatem, ſed totum ius erat translatum in monaſterium: vnde ſi acquirit tale ius, ceſſat votum paupertatis, cum ſit incompoſſibile cum ipſo. Præſertim quia ſibi, & non monaſterio vendicat. Dictio enim *ſibi*, eſt perſonaliſſima, & denotat proprietatem, & proinde faciet hæreditatem ſibi propriam, quod pugnat cum voto paupertatis.

An integrum ſit Epiſcopis Religioſis teſtari de bonis patrimonialibus, aut propria induſtria acquiſitis, & an de licentia Summi Pontificis? & quid tunc in licentia teneantur exprimere?

Quæſtio CXIII.

SVMMARIVM.

1 *Religioſis Epiſcopis non licet teſtari.*
2 *Quid explicare debeant pro obtinenda licentia teſtandi, vt valida ſit.*
3 *Regularibus cur interdicta licentia teſtandi.*
4 *Licentia teſtandi non eſt neganda Epiſcopis regularibus, ex eo, quod ſint adminiſtratores.*
5 *Nec ratione voti paupertatis:*
6 *De iure non liceret teſtari, licet tamen ex æquitate iuris.*
Diſpoſitio non poteſt conferri in tempus, in quo ceſſat dominium rei.
7 *Licentia teſtandi conceſſa Epiſcopis religioſis, non conſumitur prima vice.*
8 *Epiſcopus regularis pro licentia teſtandi de patrimonialibus, quid debeat explicare.*

1 Resp. Quòd verior, & tutior opinio est, non esse integrum eis testari. Ratio est, quia paternam hæreditatem, & quicquid aliud vndecunque acquirit Religiosus Episcopus, acquirit suæ Ecclesiæ, cum sola libera administratione, vt constat *ex cap. vnico 18. qu.1.* Administratio autem morte finitur, ex qua testamentum incipit valere, *ad Hebr.9.* Ergo non est ei integrum disponere post mortem, quod per testamentum. & ita docent D. Thomas *22.qu.185.art.8. ad 3.* Io. Andr. *in cap...nu.6.de testam.* & ibi Anton. *num.9.* & quamplurimi alij Doctores relati à Sanchez *lib.6.cap.6.num.10. operis moralis.*

2 Religiosum autem Episcopum obtinentem à Pontifice licentiam testandi, etiam ad pia opera, teneri explicare duplex impedimentum, vt dispensatio legitima sit: alterum se esse Religiosum: alterum autem se esse Episcopum. Quod duplici hoc impedimento ad testandum affectus sit. Ita docet Henriquez *lib.10.de sacr. ordin.cap.33.num.3. & num.4.* & Sanchez *loco cit.* Quod intelligendum est in casu, in quo talis Episcopus vellet testari de bonis acquisitis intuitu Ecclesiæ, de his enim solis nequeunt testari Episcopi sæculares. Si autem velit de omnibus patrimonialibus, vel propria industria acquisitis, per testamentum disponere, sufficit explicare se esse Religiosum; quia huic testandi facultati non Episcopalis status, sed solus Religiosus obstat.

ADDITIO AD QVAEST. CXIII.

3 Quod Regularibus sit interdicta licentia testandi, constat ex cap. *Qui* 19. *quæst.3.* vbi Gregor. Pontifex respondet, quod, *Ingredientibus Monasterium conuertendi* (conuersionis) *gratis, vlterius nulli sit testandi licentia: sed res eorum eiusdem Monasterij iuris fiant, aperta legis definitione decretum est.* Et ratio clara est, quia sunt totaliter in potestate religionis secundum omnia sua iura temporalia, & ideo vt destituti omni iure proprio, non habent, quid in alium transferant. Vt autem quis possit testari, non debet esse in potestate alterius. Instit. *Quibus non est permis. fac. testam.* Quod est intelligendum, vt qui absolute sunt in potestate alterius, testari non possint; nam etiam Clerici sunt in alterius potestate, & tamen testari possunt de patrimonialibus, & cæteris bonis, quæ aliunde, quam ex titulo Ecclesiæ ipsis obuenerunt. Auth. *Presbyteros. C.de Episc. & Cler.*

4 An autem hæc inhabilitas consequatur Episcopos assumptos ex religiosis, atque etiam Cardinales. Nonnulli putant non consequi, sed posse testari. Ita Hostiens. *in cap.10. num.5.de testam.* Medina *lib.5. de sacr. hominum contin.cap.26.* Sa verbo *Episcopus.num.11.* Gratian. *reg.320. num.4.* Rodriquez *tom.2. sum. cap.7.nu.5.* & probabile putat Sanchez mox citandus. Quia libera administratio, quam habent, sicut sufficit ad donandum in vita, ita etiam ad donandum causa mortis. Communis tamen sententia est in contrarium, pro qua Sanchez *lib.6.sum. cap.6. num.10.* refert supra triginta Doctores, & sequitur. Quia administratio, quam habet, finitur morte; & ideo non se extendit ad tempus testamenti, quod incipit valere tantum post mortem. Verum hæc ratio non est alicuius momenti, quia etiam dominium morte finitur, nec adest, quando incipit valere testamentum, & tamen in virtute dominij continuati vsque ad mortem valet testamentum; cur ergo non valebit in virtute liberæ administrationis, quæ vsque ad mortem continuatur?

5 Nec etiam videtur obstare votum paupertatis; tum quia in probabilissima sententia, vt dictum est *ad quæst. præced.* remanent absoluti. Tum quia, si non remanerent, nec etiam cum licentia Pontificis possent testari, quia non potest facere Pontifex, quod ligatus voto paupertatis exerceat actum dominij, & proprietatis, cum per tale votum excludatur omnis proprietas, & dominium. Cap. *Cum ad Monasterium. de statu Monachor.* Nec dispensare potest, nisi existente rationabili causa, ratione cuius votum aut damnosum fiat, aut sit impeditiuum maioris boni, & vt plurimum absque tali causa concedit licentiam testandi ex mera gratia, quod satis indicat, cessasse votum paupertatis.

6 Vera ergo ratio est, quia cum de iure sit, quod non liceat conferre dispositionem in tempus, in quo res non sunt amplius sub disponentium dominio, & per testamentum dispositio in tale tempus conferatur, *l. Quod sponsa. Cod. de donat. ante nupt.* sequitur quod de iure non sit licitum testamentum, quia per ipsum testans confert dispositionem suarum rerum post mortem, quo tempore res non erunt sub eius dispositione. Quare ex æquitate, & gratia per priuilegium conceditur, quod dispositio ipsius se extendat ad tempus illud, vt notat Accursius *in l. Illa institutio.* verbo *Pendere. ff. de hæred. instit.* Padill. *in l. cum quis. num.13. C. de inr. & fac ignoran.* testans de communi. Matienzo *lib.5. recopilat. l.1. gloss 10. numer.17. tit.4. de testam.* Vnde non possunt testari nisi ij, quibus id à iure conceditur. Episcopis, autem & Cardinalibus religiosis non conceditur, & ideo requiritur, specialis licentia. Et hæc ratio valet, etiamsi liberent ut voto paupertatis, quia cum iam amiserint talem licentiam ex vi voti, non eam recuperant ex eo, quod votum cesset, sed opus est positiua causa, quæ ipsam restituat, cum non sequatur liberam hominis voluntatem, sed sit ex indulgentia iuris. Ius autem hanc facultatem ipsis non restituit, imo eos obligat, vt bona, quorum dominium acquirunt, etiam iure hæreditario, restituant Ecclesiæ, vt in cap. *statutum. 18. qu.1.*

7 Est autem aduertendum, quod licentia testandi concessa Episcopis, & Cardinalibus religiosis, seu etiam non religiosis, non consumitur per primam vicem

Digitized by Google

vicem, seu testamentum, sed possunt plura & plura testamenta facere, vt contra Dec. Socin. iun. & Couarruu. tradunt Fernandez Tel. *ad l.4. Tauri n.6.* Matienzo *in l.3. gloss.3. num.5. in fine tit.4. de testam. lib.5. nouæ recopilat.* Quia licentia est de testamento cum effectu, seu est quod dispositio possit sortiri effectum, quando non erunt res sub disponentis potestate, & ideo est de testamento variabili vsque ad mortem.

8 Ex quibus colligitur, quod non subsistit, quod habetur in fine *quæst.* nempe, quod si Episcopus religiosus testari velit de bonis patrimonialibus, aut propria industria acquisitis, sufficit, quod explicet, se esse religiosum, nec requiri, quod explicet, se esse Episcopum. Nam explicando se esse religiosum explicat quidem inhabilitatem ad testandum, quam subijt ratione status religiosi: sed non explicat, quod bona, de quibus testari velit, sint de iure post eius mortem addicta Ecclesiæ, iuxta dictum cap. *statutum. 18. qu.1.* & ideo licentia non se extendet ad tollendum hoc impedimentum, dum non explicatur, cum concedatur circa id, quod petitur.

An Religiosus Episcopus teneatur ad obseruantias regulares, & si eas transgrediendo culpam aliquam incurrat?
Quæst. CXIV.

SVMMARIVM.

1 *Obseruantiæ regulares sunt triplicis generis.*
2 *Ad quas Episcopus Regularis teneatur.*
3 *Ad nullus tenetur sub culpa etiam veniali.*
Obligatio ad ipsas est solum ex honestate rationis.
4 *Episcopus regularis non tenetur sub aliqua pœna ad obseruantias regulares.*
5 *Nec sub aliqua culpa.*
6 *Neque ex morali honestate.*
Regulares obseruantia non egrediuntur terminos religionis.
Naturalis discursus non concludit obligationem in Episcopo ad obseruantias regulares.

1 Resp: quòd D. Tho. 22. *quæst.* 185. *ar.*8. triplicis generis obseruantias regulares distinxit. Primi generis sunt, quæ Pontificio muneri non obstant, immò valde conferunt, vtpotè, quæ iuuant ad promouendam, & custodiendam perfectionem, quam Episcopalis status profitetur, vt sunt oratio, abstinentia moderata, & similes. Secundi generis sunt, quæ ipsi muneri exequendo sunt obstaculo, vt nimiæ vigiliæ, abstinentiæ immoderatæ, silentium, solitudo, & aliæ eius generis, ad quas quoque reduxit D. Thom. vt testantur ibi Caiet. *dub. 1.* Sotus *eo art.*8. *col.5.* vers. *circa secundum.* Valen. *eo.punct.* 8. *col.2.* Eas obseruantias, quæ & si officio non obstent, dedecent tamen dignitatem Episcopalem, tertij generis sunt obseruantiæ mediæ, quæ non semper obstant, nec semper iuuant, sed aliquando obstare possunt iuxta varias circunstantias occurrentes.

2 Diuus ergo Thomas dicit, ad obseruantias primi generis teneri Religiosum factum Episcopum: ab obseruantijs autem secundi generis ipso iure absolui, vtpotè quæ maius bonum impediunt: & demum ab obseruantijs tertij generis non absolui, sed posse secum dispensare, quando circunstantiæ id exigentes occurrerint, sicut possunt Prælati Religionis dispensare secum in ijs. Et probat D. Thomas, ratione petita ex rerum naturalium similitudine: nam sicut aduentente præstantioris formæ perfectione non excluditur dispositio conseruans illam, sed solum quantum ad id, in quo repugnat perfectioni; ita aduenientе statu Episcopali, qui ad Religiosum se habet tanquam forma perfectior ad imperfectiorem dispositionem: ille enim est status Magistri perfectionis, hic autem discipuli; ac proinde huius vita est, quasi dispositio ad illum, non excluduntur obseruantiæ status Religiosi iuuantes ad promouendam status Episcopalis perfectionem, sed illæ solæ, quæ ei obstant. Eandem sententiam sequuntur Franc. *rubr. de test. in 6. num. 75.* D. Antonin. *3. par. tit.20. cap.2. §.7.* Angel. *v. monachus num.7.* Sylvest. *v. Religio 6. quæst.10.* & alij quamplurimi DD. Religiosus autem Episcopus liberatur à iugo regulæ, *cap. vnico 18. quæst.1.*

3 Et ideò transgrediens in nullam incidit culpam, atque ita expressè docent Sotus *lib. vlt. de iust. quæst. vlt. col.6. & 7.* Valent. 22. *disp.10. quæst.3. puncto* 8. Idem clare sentit Azor. *h.12. instit. moral. cap. 7. quæst. 4.* dicens, solum teneri ex honestate rationis, & vinculo morali. Idem ait Host. *in summa tit. de stat. Monachi, num.5. vers. & quamuis*, vbi ait, posse dici hunc non teneri ex necessitate, sed ex sola quadam honestate ad obseruantias regulares, quas commode seruare potest. Idem clarè significant Bonif. *Clem.1. num.83. de regul.* Nauar. *lib. 3. conf. in 1. edit. tit. de regul. conf.15. num.11. in 3. tit. de donat. conf.6. num.11.* Emanuel Sà *v. Episcopus, num.11.* dicunt enim hunc eximi ab omnibus obseruantijs in regula præscriptis. Quare optime ait Sotus, non magis obligari ad Regulas Religiosum ad Episcopatum prouectum ex D. Do-

minici familia, in qua illæ ad nullam culpam obligant, quàm prouectum ex familia D. Franciſci, in qua multa ſub mortali aſtringunt: cum vterque regulas tranſgrediens ſit omnis culpæ immunis, vtpotè qui ad eas ex ſola honeſtate tenetur. Quare diuerſum eſſe ait in Principe qui ideo ſuis legibus ipſum non dedecentibus, & non abrogatis, ſub aliqua culpa tenetur, quia dedecet ipſum cum cæteris Reipublicæ membris, cum quibus vitam ſocialem tranſigit, non conformari. At Religioſus non agit vitam cum cæteris religioſis, ſed ab ipſorum conſortio ſeiunctus eſt, eo ipſo, quod Epiſcopus creatur; & ideò nulla obligationis ad culpam ratio ſupereſt.

ADDITIO AD QVAEST. CXIV.

4 Conati ſunt Doctores in hac materia inuenire aliquem titulum obligationis in Epiſcopo regulari ad regulares obſeruantias ſaltem, quæ iuuant ſtatum Epiſcopalem, nec tamen video reperiſſe. Duo enim in hac quæſtione certa ſunt. Primum: Quod non tenetur ſub aliqua pœna, atque adeo nec ex vi coactiuæ poteſtatis, vt omnes concedunt, quia ceſſat omnino ſubiectio reſpectu religionis: vnde neque tenetur ex debito legali, vt de communi docet Sanchez *lib. 6. ſum. cap. 6. num. 16.*

5 Secundum eſt, neque teneri ſub culpa aliqua etiam leui, vt etiam de communi docet Sanchez *eod. lib. ſum. cap. 6. num. 19.* Quia culpa inducitur ab aliqua obligatione. Hæc autem obligatio, ſi eſt à regula, ceſſat in Epiſcopo, quia non eſt amplius ſubditus regulæ; ſi verò eſt à iure naturali, aut humano communi, iam non obligat ad aliquid ſpeciale Regulæ. Quare concludendum eſt, quod liberetur à iugo Monaſticæ profeſſionis, vt dicitur in cap. *ſtatutum 18. quæſt. 1.*

6 Proinde Caiet. recedens à priori ſententia, *tom. 1. opuſc. tract. 25. quæſt. 2.* cum diciſſet nec teneri ad regulares obſeruantias quò ad pœnas, nec quò ad culpam; ſubdit, quod tenetur ex debito morali, quod naſcitur ex diſcrimine rationis, ſeu naturali diſcurſu; & eum ſequuntur recentiores, qui ponunt talem obligationem, & ponunt exemplum Principis, qui ſuis legibus tenetur vi directiua. Sed neque intentum aſſequuntur. Exemplum Principis, imprimis non eſt ad rem; quia ipſe eſt caput Communitatis, ratione cuius poteſt ſubire aliquam obligationem ex vi directiua: at Epiſcopus eſt omnino extra communitatem Regularium. Deinde Epiſcopus eſt abſolutus à iugo regulæ, & Monaſticæ profeſſionis. Ergo nulla relinquitur obligatio, quia non eſt abſolutus ab obligatione, qui remanet obligatus. Tertio regulares obſeruantiæ ſunt præſcriptæ à legibus religionis, & obligatio ad ipſas eſt ſecundum menſuram legis; illæ autem leges non ſe extendunt extra communitatem religioſam, & proinde non manutenent obligationem aliquam in Epiſcopis, ſicuti leges aliæ non obligant transferentes altiò domicilium. Quartò, vel obligatio ex morali honeſtate oritur ex lege ſpeciali religionis, & tunc moralis honeſtas, & ratio dictaret eſſe ſubditum illi legi: vel ex ſe, & tunc regulares obſeruantiæ eſſent de iure naturæ. Quintò, vel naturalis diſcurſus concludit obligationem, & tunc deduci debet concluſio ex aliquo principio obligatiuo, quod nullum aliud eſt, quam lex religionis, quia præſcribuntur tantum ab ipſa: ex hoc autem principio oppoſitum concluditur. Vel non concludit, & tunc non aderit. Denique in tantum obligaretur ad obſeruantias regulares, quæ conducunt ad ſtatum perfectionis, in quo eſt poſitus, quatenus ſunt media pro tali ſtatu conſeruando. Verum ex hoc non ſequitur obligatio, quia obligatus ad finem, obligatur tantum ad illa media, quæ abſolutè ſunt neceſſaria pro fine; hæ autem obſeruantiæ non ſunt tales, alioquin omnis Epiſcopus obligaretur ad ipſas.

An Religioſus Epiſcopus teneatur Diuinum Officium iuxta ſuæ Religionis ritum perſoluere? Quæſt. CXV.

SVMMARIVM.

1 *Religioſus Epiſcopus tenetur recitare Officium diuinum ſecundum ritum ſuæ Eccleſiæ.*
2 *Ex declaratione S. Congregat.*
3 *An poſſit recitare Officia Sanctorum religionis.*
4 *Recitans Officium pro Officio, an peccet mortaliter.*
5 *Epiſcopus recitans Offitia ſibi non conceſſa an ſatisfaciat.*

1 Reſp. Negatiuè, quia ea obligatio ex regulæ præſcripto conſurgit, à quo liber eſt Epiſcopus; tum etiam, quia debet ſuæ Eccleſiæ ritum ſequi, Abb. *cap. penult. in fin. de vita & honeſt. Cler.* Azor. *lib. 10. inſtit. moral. cap. 7. quæſt. 4.*

ADDITIO AD QVAEST. CXV.

2 Eſt communis ſententia quod Epiſcopus aſſumptus ex Regularibus, & idem eſt etiam de Cardinalibus, tenetur recitare horas canonicas ſecundum ritum ſuæ Eccleſiæ. Ita Gloſ. *in Clemen. 2. ver. licitè de celebrat. Miſſar.* Goffred. *in ſum.* Tit. *de ſtatu Monach. §. ſed numquid abſoluitur.* Hoſtienſ. *in*

Digitized by Google

in cap. illa dist. 12. Tabiena verbo *hora, numer.* 25. Syluester *num.* 1. *in fine.* Angel. *tom.* 15. D. Antonin. 3. *par. tit.* 13. *cap.* 4. § 2. *in fine.* Miranda *tom.* 1. *manual. quæst.* 37. *ar.* 18. *conclus. vn.* Rodriquez *quæst. Regul.* 42. *ar.* 17. *tom.* 1. Reginal. *lib.* 18. *praxis fori pœnit. cap.* 12. *sect.* 6. *dub.* 1. *num.* 169. Quia tanquam caput suæ Ecclesiæ, & ipsi incorporatus tenetur se dirigere secundum illius leges; præsertim cum ritus diuini officij pertineat ad administrationem illius, & ideo illi subijcitur, quia tenetur administrare, secundum ipsius ritum, & leges. Accedit quod si officium Religionis est speciale, est tantum concessum pro ipsius religiosis, & ideo non extenditur ad Episcopos. Et hoc totum constat ex praxi, & adest declaratio S. Congregat. Rituum apud Gauantum *in Manuali Episcop.* verbo *horæ canonicæ, num.* 2. quæ talis est. *Episcopus Regularis debet recitare officium iuxta ritum suæ Diœcesis, non regulæ, die* 11. *Iunij* 1615. Et constat etiam ex praxi. Et quoad Cardinal. tenet Lezana *tom.* 1. *quæst. regul. cap.* 17. *num.* 11. Quia sunt veluti Episcopi suorum titulorum.

3 Difficultas tamen est, an possit recitare illa officia, quæ recitat religio pro suis Sanctis, qualis esset fundator, aut aliquis alius, sub ritu tamen suæ Ecclesiæ. Resp. Quod nihil vetat, quin recitet ex deuotione; non tamen potest omittere officium præscriptum secundum ritum propriæ Ecclesiæ, iuxta declarationem eiusdem S. Rituum Congregat. apud Gauan. *citat. num.* 1. quæ declarauit *die* 29. *Nouembris* 1603. Non esse relinquendum Officium Breuiarij pro officio deuotionis.

4 An autem peccaret mortaliter Episcopus, qui pro officio sibi præscripto secundum ritum propriæ Ecclesiæ recitaret officium religionis. Affirmatiuè respondebunt Doctores, qui vniuersaliter volunt, quod peccet mortaliter, qui vnum officium pro alio recitat, vt inter alios Philiarc. *tom.* 1. *de offic. sacer. par.* 1. *lib.* 1. *cap.* 1. *conclus.* 6. Vasquez *Opuscul. de benefic. cap.* 4. § 1. *dub.* 2. *num.* 60. Ledesma *par.* 2 *sum. tract.* 9. *cap.* 4. *conclus.* 12. Homobon. *par.* 1. *Examin. Eccles. tract.* 4. *cap.* 5. *qu.* 42. Filliuc. *tract.* 23. *cap.* 8. *num.* 180. Suarez *tom.* 2. *de relig. lib.* 4. *cap.* 23. *num.* .... Fernandez *par.* 3. *Examin. theol. moral. cap.* 13. § 3. Reginal. *lib.* 18. *praxis fori pœnit. c.* 16. *nu.* 172. Vvlpes *in praxi cap.* 51. *num.* 42. Econtra verò non peccare mortaliter, tenebunt, qui volunt, quod generaliter non sit peccatum mortale dedita opera recitare eorum officium pro alio, vt Azor. *par.* 1. *lib.* 10. *cap.* 10. *quæst.* 2. Vega *par.* 1. *sum. capit.* 138. *casu* 17. Lessius *lib.* 2. *de iust. & iure, c.* 37. *dub.* 12. *num.* 77. Valent. *tom.* 3. *sum. disp.* 6. *quæst.* 2. *punct.* 10. Laiman. *lib.* 4. *theol. moral. tract.* 1. *c.* 5. *num.* 4. & alij. Quia, inquiunt, præceptum de recitandis horis canonicis cadit tantum supra substantiam, non supra modum: quod autem officium sit de feria, vel de Sancto vno, aut altero, pertinet ad modum.

5 In præsenti tamen casui non potest hæc doctrina adæquatè applicari. Quia contingere potest, quod religio recitet aliqua officia sibi peculiater concessa, & non cæteris. Et in hoc casu censerem peccare mortaliter, & non satisfacere: quia doctrina, quod valeat officium pro officio, si admitti potest, pro ijs tantum officijs admitti potest, qui recitanti concessa sunt; non autem pro non concessis, quia cum non sint ex illis, quæ ab Ecclesia instituta sunt pro satisfaciendo oneri, nec etiam acceptantur in satisfactionem ab Ecclesia, cum non sit id, quod ipsa exigit. Quod puto esse verum, etiamsi recitaret officium de communi in honorem alicuius, pro quo non esset ei concessum celebrare: quia licet materialiter essent preces præscriptæ ab Ecclesia, non essent tamen formaliter, quia non essent sub illa determinatione, sub qua exiguntur ab Ecclesia; si quidem applicatæ essent illi Sancto, aut Beato, cui ab Ecclesia non conceduntur applicari: vnde non esset ille actus religionis, qui ab ipsa præscribitur.

An Episcopus Religiosus gaudere debeat priuilegijs suæ Religionis? *Quæstio CXVI.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopus Religiosus non potitur priuilegijs suæ Religionis.*

2 *Decretum Sixti IV. ne consequuti beneficia extra religionem gaudeant priuilegijs religionis, quomodo accipiendum.*

3 *Episcopi Regulares quibus priuilegijs religionis gaudeant.*

4 *Quid de facultate absoluendi, & dispensandi.*

1 Resp. Negatiuè, & ratio est, quia sicut liber est ab omnibus regulæ obseruantijs, iugoque Monasticæ disciplinæ, ita quoque priuilegijs suæ Religionis non gaudet, vt bene docet Mandos. *de priuileg. ad instar.* Glos. 3. *num.* 11. & Manuel Rodrig. *tom.* 2. *regul. quæst.* 58. *art.* 4. & affert proprium motum Sixti IV.

ADDITIO AD QVAEST. CXVI.

2 Resolutionem positam in *quæst.* tenent etiam Sanchez *lib.* 6. *sum. cap.* 6. *num.* 33. Portel. *in dub. regular.* verbo *Episcopus, num.* 15. Faust. *lib.* 6. *Thesauri relig. quæst.* 177. *vlt. edit.* Peregrin. *ad Constitut. Clericor. Regular. par.* 3. *cap.* 9. *litera T.* § 4. Hieron. Rodriquez *in compen. quæst. regular. resol.* 60. *nu.* 5. Alzedo *lib.* 1. *de Episcop. cap.* 3. *num.* 39. Et fundantur in Decreto Sixti IV. de quo in *quæst.* Quod tamen non est totaliter ad rem, quia solum statuit, quod nequeant habere cameras in Conuentibus, vocem activam,

actiuam, & passiuam in Capitulis generalibus, & gaudere priuilegijs dictorum Fratrum, & Ordinum, nisi de Prælatorum consensu. Ex quibus patet, quod accedente consensu possunt supradictis gaudere. Ex quibus constat, quod Pontifex intelligit de illis priuilegijs, quæ suis subditis solet religio concedere, & quorum vsus aliquod incommodum afferret religioni. Hoc enim Decretum emanauit in fauorem Fratrum Prædicatorum, & Minorum, ad tollendas molestias, quas subibant ex eo, quod assumpti ad aliqua beneficia Ecclesiastica vellent vti prærogatiuis religiosorum.

3 Itaque distinguendum est. Priuilegia enim sunt duplicis generis: Alia concessa communitati, vt communitas est, vt exemptio à decimis, quod possint eligere Conseruatores, & alia huiusmodi. Alia verò sunt personalia concessa omnibus & singulis, in quibus possunt habere suum effectum independēter à communitate. Episcopi ergo Regulares, & cæteri assumpti ad quancunqee dignitatem, seu beneficium extra religionem, non gaudent priuilegijs concessis communitati religionis; gaudent tamen priuilegijs personalibus concessis omnibus, & singulis, quorum vsus independens est à religione. Ita fere distinguit Suarez *tom. 4. de relig. lib. 3. cap. 18. num. 2.* Villalob. *par. 2. sum. tract. 35. difficul. 40. num. 22.* Donat. *in praxi rer. regular. par. 1. tr. 6. quæst. 22. n. 5.* Et ita etiam distinxi *decis. moral 134. num. 5.* Ratio est. Quia, cum sint concessa omnibus & singulis, conferunt ius personale, & personalia sunt, & proinde sequuntur personam, cum hæc sit natura priuilegij personalis, *l. in omnibus, ff. de reg. iur.* & cap. *priuilegia de reg. iur. in 6.*

4 Hinc quamuis Donat. *cit. par. 1. praxis rer. reg. tract. 6. quæst. 22. num. 7.* dicat, non gaudere priuilegijs absoluendi, dispensandi, &c. quia limitat ad priuilegia, quæ propriam personam concernunt; oppositum tamen est probabilius, quia etiam facultas absoluendi, dispensandi, &c. confert ius personale, & proinde est eadem ratio,

An status Episcoporum sit perfectior statu Religiosorum? *Quæstio CXVII.*

SVMMARIVM.

1 *Status Episcopalis est perfectior statu Religiosorum.*
Status Episcopalis, & Religiosus comparantur sicut status Magistri, & status discipuli.
2 *Aliud esse in statu perfectionis, & aliud esse perfectum.*
3 *Fama, in qua consistit perfectio Christiana vitæ.*
4 *Obligatio Episcoporum ad perfectionem.*

1 Resp. Quòd S. Thomas 22. *quæst. 184. art. 7.* asserit esse perfectiorem. Quod ratio ipsa concludit: sicut enim (teste Dionysio) *in cœlesti hierarchia cap. 5.* Angeli alij alijs sunt perfectiores, quia nimirum alij alios illuminant, purgant, & perficiunt: sic in Ecclesiastica hierarchia, Episcopi sunt cæteris perfectiores, quoniam eorum est illuminare reliquos, purgare, atque perficere. Deindo, Religiosi id vitæ genus suscipiunt, quod perfectioni comparandæ, sedulo, & diligenter studeant: at verò Episcoporum munus est, Christianæ vitæ perfectionem docere. Vnde Episcopi sunt perfectæ vitæ Magistri, Doctores, & Duces. At plus est perfectionem docere, quam studere perfectioni acquirendæ, quod est religiosi instituti proprium. Episcoporum igitur munus est quoddam vitæ perfectæ Magisterium, Religiosum ordines sunt discendæ perfectionis scholæ. Religiosus suo muneri, & officio satisfacit, si vitæ perfectionem discat, si ad eam aspiret, si ei studeat. Episcopus autem munus non explet, nisi perfectionem vitæ doceat ac tradat.

Ex his S. Thom. deducit 2.2. *quæst. 18. art. 5.* duplicem esse in hac vita perfectionis statum: vnum Episcoporum, alterum Religiosorum: illum esse statum perfectionis docendæ, hunc addiscendæ, & comparandæ: illum docentium, hunc addiscentium: illum quasi ducum ad victoriam hortantium, hunc militum pro victoria pugnantium. Non quòd Episcopi sint perfecti ea perfectione, quæ in præceptorum obseruatione posita est: Sed quòd eam prouinciam suscipiunt, quæ studium, & curam confert ad eam viræ perfectionem docendam, quæ non solùm præcepta, sed etiam consilia obseruare contendit. Hinc fit, vt quamuis ipsi præditi charitate non sint; in statu tamen perfectionis constituti dicantur, quia Ecclesiæ, cui præsunt, sunt obligati ad eam illuminandam, purgandam, atque perficiendam. Ergo si suo rite munere fungi velint, coguntur perfectionem docere: sicut etiam Religiosi, licèt per peccatum à charitate decidant, in statu tamen perfectionis sunt, quoniam vitæ genus consectantur tribus votis adstrictum, quibus consilia Euangelica profitentur: & proinde ad perfectionem aspirant, licèt eam nondum sint assecuti, procedunt, in dies progrediuntur, quamuis nondum peruenerint, nondum perfectionem attigerint, nondum apprehenderint: ei studeant, licèt eam nondum comparauerint. Et quamuis charitatem magnam non omnes consequantur

tur, in ſtatu nihilominus perfectionis eſſe dicuntur, quia ex ſuæ vitæ inſtituto conſilia Euangelica profitentur, in his ſe exercent, vt ad omnium tum conſiliorum, tum præceptorum obſeruationem, quoad fieri poteſt recta perueniant.

ADDITIO AD QVAEST. CXVII.

2 Eſt aduertendum, quod aliud eſt eſſe in ſtatu perfectionis, & aliud eſſe perfectum, vt notat D. Thomas 2.2.*quæſt.*184. *ar.*4. *in corpore*. Nam aliqui poſſunt eſſe perfecti, & non eſſe in ſtatu perfectionis: & alij eſſe in ſtatu perfectionis, & non eſſe perfecti. Ille enim dicitur eſſe in ſtatu perfectionis, qui obligat ſe perpetuò cum aliqua ſolemnitate ad ea, quæ ſunt perfectionis; & ideo ſtatus perfectionis importat obligationem perpetuam, & ſolemnem ad perfectionem; eſſe vero perfectum importat formam perfectionis, qua quis conſtituitur perfectus.

3 Secundo eſt aduertendo, quod forma, in qua conſiſtit perfectio chriſtianæ vitæ, ſubſtantialiter eſt charitas, qua diligitur Deus, vt vltimus finis, vt docet D. Thomas 2.2.*quæſt.*184.*ar.*1. *in corpore, & ad* 1. *& ad* 2. & proinde in cæteris virtutibus non conſiſtit ſimpliciter, ſicut in charitate, ſed ſecundum quid, vt habet D. Thomas *ad* 2. & proinde charitas eſt principaliſſimum, reſpectu cuius attenditur perfectio reſpectu aliarum virtutum. Quia autem charitas per ſe primo reſpicit Deum, cui vnit tanquam vltimo fini, & ſecundario proximum; ideo perfectio principaliter conſiſtit in dilectione Dei, & ſecundariò in dilectione proximi, vt habet D. Thomas *in ead. quæſt. ar.*3 *in corp. init.*

4 Ex quibus ſequitur, quod cum Epiſcopi ſint in ſtatu perfectionis, vt docet idem D. Thomas 2.2. *qu.* 184. *ar.*6. *in corpore*, & proinde ſtatus ipſorum ſit perfectior ſtatu religioſo, vt docet *ar.*7. *ſequenti*, eo quod religioſi non ſint, ſed tendant ad ſtatum perfectionis, non ſolum habeant obligationem perficiendi cæteros, ſed etiam habeant obligationem perpetuam, & ſolemnem, vt ſint perfecti, vt conſtat ex dictis *num.*2, & expreſsè docet D. Thomas *ad quæſt.*184. *ar.*5. *in corpore*. ibi. *Similiter etiam Epiſcopi obligant ſe ad ea, quæ ſunt perfectionis, paſtorale aſſumentes officium, ad quod pertinet, vt animam ſuam ponat paſtor pro ouibus ſuis, ſicut dicitur Io.*10. Vnde non ſatisfaciunt Epiſcopi propriæ obligationi, ſi alios inſtruant, & doceant, & tanquam perfectiores, ſeu magiſtri curent perducere ad perfectionem; ſed etiam tenentur in ſe habere illam ſubſtantialem perfectionem, quæ conſiſtit in charitate erga Deum, & proximum, vſque ad illum terminum, vt parati ſint ponere vitam pro ouibus ſuis, & de facto ponant, ſi opus ſit. Vnde quando agitur de ſuſcipiendo Epiſcopatu, debet quiſque conſiderare quantum oneris, & quam obligationem ſuſcipiat.

An Religioſus, qui ante profeſſionem donauerat bona ſua Monaſterio, vel conſanguineis, ea recuperet, ſi ad Epiſcopatum promoueatur?
Quæſtio CXVIII.

SVMMARIVM

1 *Reſtitutus in priſtinum ſtatum non recuperat bona aliis acquiſita.*
2 *Monachus factus Epiſcopus non recuperat, quæ Monaſterio acquiſiuit.*
3 *Renunciatio realis facit renunciantem haberi pro mortuo.*
Renunciantibus iura ſua non datur regreſſus.
4 *Emphyteuta factus incapax per profeſſionem non recuperat emphyteuſim, ſi fiat Epiſcopus.*
5 *Renunciatio conditionalis euaneſcit deficiente conditione.*
6 *Religioſus factus Epiſcopus poteſt reuocare teſtamentum factum ante ingreſſum.*
Mortuus reſurgens recuperat bona propria.
7 *Religioſus factus Epiſcopus reuocat renunciationem.*
Clericus ſæcularis beneficiatus tranſiens ad matrimonium recuperat bona donata Eccleſiæ.
8 *Regularis factus Epiſcopus recuperat bona patrimonialia data religioni.*
9 *Regularis, ſi fiat Comes, ſuccedit in feudo.*
Pupillaris ſubſtitutio expirat per arrogationem, & quomodo conualeſcat.
10 *Reſtitutio in priſtinum, quando extendatur ad recuperationem bonorum.*
11 *Renunciatio voluntaria tantum valet, quantum vult renuncians.*
12 *Renunciatio intelligitur facta rebus ſic ſtantibus.*
13 *Quod diſpoſitio valeat rebus ſic ſtantibus, non ſequitur, quod non habeat locum in renunciatione, ſi non haberet in contractibus.*
14 *An valeat in contractibus.*

1 Reſp. Quod *Bart. in tract. Minoricarum lib.*4.*diſt.*3 *cap.*2. ponit exemplum in fratre Minore facto Epiſcopo, vt non recuperet bona, quæ peruenerunt ad conſanguineos, quia per Epiſcopatum cenſetur reſtitutus priſtino ſtatui; reſtitutio autem, vel indulgentia, non extenditur ad bona alijs quæſita. *L. Gallus. §. quid ſi tantum. ff. de lib. & poſth.* facit vulgare dictum, quòd Cleri-

Clericus depositus, restitutus ad pristinum statum, non recuperet beneficium alij collatum; Glos.& Doctores *in cap.ex parte de restitut. spol.* cum similibus, quæ adduci possunt. Eandem opinionem tenet Baldus *in auth. ingressi.C.de sacros.Eccles. n.22.* qui respondet quibusdam dicentibus, quod si post ingressum Patris nasceretur posthumus, recuperaret bona ipse posthumus, sic etiam Pater deberet recuperare, quasi ipse idem sibi sit posthumus. *arg. ff. de capt. l. non vt à patre, & l.sine in princ.ff.de iurepatron.* Sed ipse respondet, quod iste non est actus, qui retrotrahatur.

2 Secundo pro hac opinione facit, quod Religiosus effectus Episcopus, non desinit esse Religiosus, & tenetur seruare paupertatem. Glos. *in c.de Monach.16. qu.1.* & communis, de qua latè per Couarruu.*in cap.1. de testam. nu.18.* ergo non potest amplius habere regressum ad bona alijs deuoluta, & tanto magis sponte resignata, & donata.

Tertio facit *tex.notab. in cap.vnico 18. qu.1.* vbi Monachus factus Episcopus non recuperat, quæ Monasterio acquisiuit: tantum admittitur ad hæreditatem sibi delatam post Episcopatum, & sic videtur casus apertus, quod bona, quæ ad Monasterium, vel alios peruenerunt per professionem sequutam, non possunt amplius recuperari, nec ab Ecclesia, nec ab alijs.

3 Quarto argumentatur modernus Fabius de Anna Neap. *cons.41.* quod renunciatio realis facit renunciantem haberi pro mortuo, vt dicit And. de Isern.*cap.1.de eo, qui finem fecit agnato de feudo patern. & succes siuè*, cum habeatur, pro mortuo, in omnem casum, pro tali est repudiandus, & non habet habilitatem reuocandi, sed satis est, quod fuerit habilis tempore renunciationis, & seruauerit solemnitates requisitas à sacro Concilio Tridentino.

Præterea arguit ipse à sufficienti partium enumeratione: quod reuocatio non potest fieri ex parte Monasterij, quia, sequuta professione, Monasterium nullum habet ius reuocandi talem renunciationem, vt clarum est: Nec ex parte Episcopi, qui habetur pro mortuo, vt ipse dicit, cum sit renunciatio realis, & retinet incapacitatem, nec ex parte Ecclesiæ Cathedralis, cui præest, siquidem Episcopus bona illa acquirit Ecclesiæ, cui præest, quæ post adeptum Episcopatum acquirit *ex de.cap.vnico 18.qu.1.* Præterea facit regula, quod renunciantibus iura sua non datur regressus, *l. sequitur. §.si venditur. ff. de ædil. edict.* & prædicta videntur facere tam quoad bona deuoluta consanguineis per possessionem Monasterij incapacis in communi, quam de acquisitis Monasterio capaci in communi per possessionem, & tanto magis, quando bona fuerunt ponte donata. & resignata Ecclesiæ, vel consanguineis.

4 Item facit, quod Religiosus Episcopus non solum tenetur seruare paupertatem, sed nec indiget dictis bonis, cum habeat fructus Ecclesiæ, ex quibus se, suosque alat, vt clarum est. Eandem opinionem tenet Corb. *de causa priuat. ob alien. num. 3. vbi dicit*, quod emphyteuta effectus incapax propter ingressum religionis incapacis, si efficiatur Episcopus, non recuperat emphyteusim, sed ad alios comprehensos, vel ad dominum deuoluitur.

5 Pro contraria opinione facit, quod renunciatio conditionalis euanescit, deficiente conditione, *l.cedere diem.ff.de verb. & rerum signif. l.qui hæredi. §.fin. ff.de cond. & demonstr.* sed nunc deficit conditio, sub qua præsumitur facta renuntiatio, videlicet si renuncians perseueraslet in Monasterio; successiuè dum ob Episcopatus dignitatem non permansit, cessauit conditio, & euanuit renunciatio. Item, quia renunciatio præsumitur facta, re in eodem statu permanente, ita quod si status mutetur, potest reuocari tanquam carens voluntate renunciandi. *l.si actionem.C.de pact.cap.cum inter.de renunc.* Baldus,Paul. Decius *in l.pactum C.de collation.* Surd. *latè decis.163.* sed in hoc casu res non permanet in eodem statu, quia non permansit in Monasterio, ergo potest reuocari donatio.

6 Idem facit, quod religiosus factus Episcopus, recuperat velle, & nolle, & non habetur amplius pro mortuo, ita quod potest reuocare testamentum factum ante professionem, vt tradunt Bald. Ias. *in auth.ingressi.Cod.de sacros. Eccl.* videtur igitur reuiuiscere: quo casu succedit alia regula, quod mortuus resurgens à morte, recuperet eius bona, quia idem homo esse dicitur, prout erat ante mortem. Baldus *in l.1.C.de sacros.Eccles.* Imol. *in l.si merito.* & de Lazaro resuscitato, quod recuperauerit eius bona, tradit Glossa *in l.ex his.ff de leg.* & ibi Albericus eam communiter teneri. Alex. *in d.leg.si Marito.*

His, & alijs rationibus hanc opinionem tenent Moderni DD. Molfesius *in cons.1.* respondens rationibus. Fab. de Anna. Et ad primam, quod Religiosus effectus Episcopus teneatur seruare paupertatem, dicit, quod satis est, quod efficiatur capax bonorum ad instar aliorum secularium, vt probat tex. *in d.cap.vnico 18.qu.1.& l. Deo nobis. C.de Episc.& Cler.* Ad secundam de renunciatione, vt faciat renunciantem pro mortuo, respondet, non procedere, in eodem

statu

ſtatu non permanente. Ad tertiam, quod Eccleſia, nec Monaſterium poſſit reuocare', concedit, ſed negat, quod Epiſcopus non poſſit reuocare, ſed quod poſſit propter deficientem conditionem.

7 Quid dicendum in hac quæſtione? Arbitror hanc poſteriorem opin. eſſe veriorem. Pro qua ego adduco *text.not. in cap.quod ad te. de Cler. coniug.* vbi habetur, quod ſi Clericus ſecularis Beneficiatus contrahit matrimonium, recuperat omnia bona, quæ donauerat Eccleſiæ ſeculari, & ibi optima Gloſſa dicit, quod omnis donatio facta Eccleſiæ, vel Monaſterio tempore ingreſſus, tacitam habet conditionem poſteriorem, vt duret eo ibidem perſeuerante, ad inſtar dotis, quæ durat durante matrimonio, & ſubintelligitur hæc conditio. *l.vnica. §. cur autem. C.de rei vxor. act.* Et vera intelligentia illius textus eſt, vt procedat, quando donatio fuit facta Regulari ratione ingreſſus, idem ſi clerico ſeculari, quia tunc bona ſequuntur perſonam, & poſſunt tacite, vel expreſſe reuocari recedente de perſona: ſecus vbi non eſſent acceſſoria ad perſonam, vt ſi longè ante ingreſſum in Eccleſiam regularem, vel ſecularem fuerint donata, vt optimè declarat Abbas *d.cap.quod ad te*.

8 Vbi in ſpecie dicit, quod regularis effectus Epiſcopus non recuperat bona, quæ acquiſiuit Monaſterio ex induſtria ſua, ſed bene recuperat bona patrimonialia, quia videntur ſemper accedere ad eius perſonam, licet expreſſe fuerint collata tempore ingreſſus: Reſpondens ad *text.in d.cap.vnico*, vt procedat in bonis acquiſitis ex induſtria, quia illa remanent penes Monaſterium, ſecus in patrimonialibus: & idem tenent ibi Cardin. Zabar. Cum itaque id procedat in Clerico ſeculari, qui poteſt quandocunque donationem Eccleſiæ factam per ſubſequens matrimonium reuocare, quia non videtur cogitaſſe de matrimonio; & ſi cogitaſſet, non donaſſet; & ſacri Canones attendunt intentionem, nulla datur ratio diuerſitatis in regulari facto Epiſcopo, quòd ideo renunciauit, quia non poterat poſſidere, vnde ſi cogitaſſet, quod erat habilitandus ad acquirendum per Epiſcopatum, non reſignaſſet.

9 Idem facit, quod religioſus non ſuccedat in feudo, donec agnatus ſupereſt, *cap.1.de mil. qui arm. bel. depoſ.* tamen ſi Papa diſpenſauit, quod religioſus fiat Comes, ſuccedit ad feudum apertum, tanquam poſtliminio reuerſus, & ad ſuccedendum habilitatus, vel nouo homini eſt gratia reſtituta, & habilitas aperta. Ita Baldus *ſing. conſ.174.vol.2.alleg.l.Ariſto.ff.de manumiſſ. teſt. l.in quæſt.C.de ſent. paſſ.* Item facit, quod pupillaris ſubſtitutio per arrogationem expirat, ſed ſi poſtea liberetur impubes ab arrogatione, non conualeſcit de iure Ciuili, ſed bene ex æquitate Prætoris. Vt latè probat Vaſquius *de ſucceſſ.progreſſ.lib.2.§.14.num.112.* multò magis id poteſt procedere de Iure Canonico in hoc caſu ſimili, quod maiori innititur æquitate. Ant. *in cap ſicut literis. de ſponſ.* & Bar. *in l.ſed ſi vnius. §.ſeruus meus.ff. de iniur.* dicit Canoniſtas conſiderare magis animum, quam effectum. Et ex his patet reſponſio ad rationem Bartholi, quod Epiſcopus non dicitur verè reſtitutus ex gratia Principis, qui promouet illum ad Epiſcopatum, quamuis acceſſoriè reſtituatur ad priſtinum ſtatum. *ad l.ſi quis, nec cauſam. ff.ſi cert. pet.* Sed caſus noſter procedit in donatione, vel deuolutione bonorum ad alios facta ſub conditione tacita perſeuerantiæ. Quare caſus eſt diſſimilis.

10 Præterea ſi eſſet vera reſtitutio, adhuc extenderetur ad recuperationem bonorum, quando ius alteri quæſitum trahit originem immediatè à condemnatione, vt tradit Baldus *in d.§.quid ſi tantum.* & ibi Alex. Petrus de Anch. *in cap.quamuis, de reſcrip. in 6.* latiſſimè Felinus *in cap.inter quatuor. de maior. & obed.* Sed re vera hic non agitur de reſtitutione, ſed de promotione ad meliorem ſtatum, cum ſtatus Epiſcopalis ſit perfectior ſtatu religioſo; vt latè probat S. Tho. 2.2.*qu.69.* & hæc opinio eſt magis conſona veritati.

ADDITIO AD QVAEST. CXVIII.

11 Quod religioſus factus Epiſcopus reuocet renunciationem bonorum à ſe factam intuitu ingreſſus in religionem, ſeu profeſſionis, pluribus comprobat Molfeſ. *conſil.1.num.18.& ſequent.poſt tom.1. ad conſuetudin.Neapolit.& conſil.39.poſt tom.2.ad dictas conſuet.* vbi etiam latè. Præcipua ratio eſt. Quia eſt renunciatio omnino voluntaria abſque vlla neceſſitate: & ideo tantum valet, quantum voluntas renunciantis vult valere, nec extenditur vltra eiuſdem intentionem. *l.Non omnis.ff.ſi cert. pet. & l.in agris.ff. de acquiren. rer. domin.* & notant inter alios Ias. *in l.ſi extraneus. ff.de acquir.vel omit. hæred.* Bellam. *conſil.33.num.38.* Ex hoc autem ſit, quod cùm fiat intuitu religionis, tanquam cauſæ finalis, recipiat ab ipſa menſuram, & proinde in tantum ſit de intentione renunciantis, in quantum inſeruit fini; & proinde ceſſante cauſa finali religionis, ob quam fit renunciatio, ceſſet etiam ipſa *l.2. §. final. ff de donation. & l.ſed ſi mors. §. final. ff. de donation. inter vir. & vxor. & l. cum tale ff. de condition. & demonſtration. & l.1.§.5. ff. de poſtulan.* vbi Gloſſ. & Bart.

Vnde

12 Vnde ſubintrat regula, quod renunciatio intelligatur facta rebus in eodem ſtatu permanentibus, ſicut intelligitur etiam omnis alia diſpoſitio *L. ſi actionem. C. de pact. & l. quod Seruius. ff. de condition. ob cauſam.* & cap. *In Parochia. 16. quæſt. 1.* & cap. *cum inter. de renunciat.* & tradunt Gloſſ. *in cap. 2. de reſcript.* Bald. *in l. pactum. C. de collat.* vbi etiam Caſtrenſ. & Dec. Cranet. *conſil. 95. numer. 4.* Pariſ. *conſil. 165. numer. 26. lib. 4.* Oldrad. *conſil. 241. num. 2.* Natta *conſil. 525. num. 16.* Alexan. *conſil. 25. num. 7. vol. 7.* Decian. *conſil. 334. num. 4.* Ancharan. *conſil. 84. num. 4.* Tiraquel. *in l. ſi vnquam in præfat. num. 166. C. de reuocan. donat.* Surdus *deciſ. 163.* qui citat Burſat. Corbul. Gabr. Honded. & alios. Vincent. de Ann. *alleg. 21. num. 18.* Vnde cum mutetur ſtatus rerum, quando religioſus fit Epiſcopus, ſiquidem recuperat proprium velle, & nolle, liberatur à iugo Monaſticæ profeſſionis, & fit capax hæreditatis, iuxta cap. *Statutum. 18. quæſt. 1.* ſequitur, quod renunciatio non ſit facta pro hoc nouo ſtatu, & proinde ceſſet, ſicut ceſſat prior ſtatus profeſſionis religioſæ.

13 Nec iuuat, quod regula, quod actus intelligatur factus, vt valeat, rebus ſic ſtantibus, non habeat locum in contractibus, ne ſit in facultate alterius ex contrahentibus eludere alterum, allegando mutationem rerum, vt obſeruant Alciat. *reg. 2. præſumpt. 16. nu. 4. & reſp. 80. num 4.* Menoch. *lib. 6. præſumpt. 37. num. 32. & conſil. 1038. num. 3.* Quia hoc ad ſummum valeret in contractu vtrumque oneroſo, & obligatorio, qualis non eſt renunciatio, cum renunciatarius recipiat beneficium renunciationis, & ad nihil ſe obliget, & ex ſolo mero beneplacito fiat à renunciante; & ideo recipit totam legem ab eius voluntate, ita vt nec plus valeat, nec plus extendatur, quam velit renuncians; vt autem conſtat ex dictis, non extendit vltra durationem ſtatus profeſſionis regularis.

14 Imo, quod etiam in contractibus valeat dicta regula, & proinde cenſeantur celebrati ſub conditione, rebus ſic ſtantibus, deſumitur ex ſdict. *l. quod Seruius. ff. de condit. ob cau.* Gloſ. *& l. cum quis. init. ff. de ſolut.* & tradunt Tiraquel. *in l. ſi vnquam in præfat. num. 166. C. de reuocan. donat.* Moron. *de fide, treg. & pace. quæſt. 120.* Ancharan. *conſil. 394. num. 4.* Federic. de Sen. *conſil. 239.* vet. *Et vos ſcitis.* Surd. *conſil. 68. num. 18.* et *deciſ. 326. numer. 31.* vbi plures alios allegat. Marta *de clauſulis par. 1. clauſ. 123.* Vide adnotata *par. 1. num. 26.* verbo. *An autem.*

An Regularis effectus Epiſcopus poſſit de redditibus Epiſcopatus emere bona immobilia Monaſterio ſui Ordinis, vel ea repetat Eccleſia ſua Cathedralis? Quæſtio CXIX.

SVMMARIVM.

1 *Religioſus Epiſcopus eodem modo, ac ſæcularis, diſponere poteſt de fructibus ſuæ Eccleſiæ.*
Epiſcopus quomodo vti debeat redditibus Eccleſiæ.
Donata ab Epiſcopo conſanguineis an repeti poſſint.
2 *Cap.* Statutum. 18. qu. 1. *non habet locum de fructibus beneficij, qui non fiunt Eccleſiæ.*
3 *Religioſus Epiſcopus poteſt æquè amplè diſponere de fructibus, ac cæteri Epiſcopi.*
4 *Poteſt fabricare Eccleſias, monaſteria, emere prædia ſuæ religioni de fructibus Eccleſiæ.*
In quos vſus teneatur conuertere fructus beneficij.
5 *Bona immobilia empta proprio nomine, non poteſt poſtea alienare.*

1 Reſp. quod Eccleſia Cathedralis ea recuperet ob votum paupertatis, quod adhuc adſtringit Epiſcopum, ita quod tenetur acquirere Eccleſiæ, quemadmodum acquirit Monaſterio *tex. eſt in cap. vnico. 18. qu. 1.* In contrarium facit, quia nulla eſt differentia inter Epiſcopos regulares, & ſeculares habentes adminiſtrationem, quoad poteſtatem diſpenſandi, quia nec Epiſcopi regulares, nec ſeculares ſunt domini, ſed procuratores, œconomi, diſpenſatores ad erogandum pauperibus, deducto victu, & neceſſitatibus ſecundum decentiam ſui ſtatus. Quod quidem officium, ita benè, fideliterque regularis præſtare poteſt, ſicut & ſecularis: & quia ambo habent verum titulum canonicum, & ſucceſſiuè eandem poteſtatem diſponendi, vt ſingulariter tradit Card. Zabar. *in Clem. 2. §. ſed & tales, de vita, & honeſt. Cler.* Nauar. *de redditibus Eccleſiæ qu. 2. num. 15. & ante eos* Hoſt. *in cap. 1. de teſt.* tenet, quod ex quo Epiſcopus regularis habet adminiſtrationem, poteſt liberè diſponere.

Quid dicendum? Hæc poſterior opinio videtur verior; ſed facit me multum dubitare *tex. in cap. cum olim, il ſecondo, de priuil.* Vbi Canonicus regularis effectus Epiſcopus, donauerat Eccleſiæ ſuæ religionis, in qua fuerat Canonicus, duo millia Marabitonorum, qui poſt eius mortem fuerunt per ſententiam reſtituti Epiſcopo ſucceſſori, & donatio erat facta Eccleſiæ, & dicunt Io. Andr. & Abb. contra Hoſt. *in d. cap. 1.* quod Epiſcopus regularis, quamuis habeat adminiſtrationem, non tamen debet vti redditibus Eccleſiæ, vt rebus proprijs, ſed rebus Eccleſiæ; & regularis effectus Epiſcopus, in omnibus compatibilibus cum dignitate, remanet regularis. S. Thom. 2. 2. *quæſt. 185. art. fin.* Quare notabiliter dicit Abbas *in d. cap. cum olim*, quod

quòd donata conſanguineis poſſunt repeti, niſi per modum eleemoſinæ, *cap. quiſquis.* 17. *q.* 1. & dicit ibi Abb. *num.* 7. notabiliter, nota, quòd Regularis factus Epiſcopus, ad hoc habilitatur ad habendum proprium, & ad diſponendum ad libitum de proprietate, facit *ſing. deciſ. conſ. Neap.* in qua fuit dictum, quòd Epiſcopus Liparenſis, qui fuerat Regularis, & renunciato Epiſcopatu ex penſione ducentorum aureorum ſibi reſeruata, emerat quaſdam poſſeſſiones in eadem Ciuitate, in quibus ædificauerat, eaſque conſanguineis donauerat, fuit deciſum in Conſ. dictas poſſeſſiones cum fructibus à tempore motæ litis eſſe reſtituendas Epiſcopo ſucceſſori. Et hæc opinio mihi videtur verior per *tex. ſing. in dict. cap. cum olim*, eamque intelligo in acquiſitione, vel donatione quantitatis notabilis, non per modum eleemoſinæ.

ADDITIO AD QVAEST. CXIIX.

2 Text. allat. *in quæſt. ex capit. cum olim* 2. *de priuilegijs*, non probat, quod religioſus Epiſcopus non poſſit emere Monaſterio ſui Ordinis immobilia de fructibus ſuæ Eccleſiæ. Quia dict. tex. non loquitur de fructibus Epiſcopatus, ſed de duobus millibus Marabatinis, quæ acquiſierat, & dederat Monaſterio, quæ tunc temporis erat exceſſiua pecuniæ vis, tanquam ipſi acquiſita, quod non poterat, quia religioſus factus Epiſcopus non acquirit amplius religioni, ſed ſibi, & quod acquirit, tenetur reſtituere ſuæ Eccleſiæ, & non poteſt alteri dari iuxta cap. *ſtatutum*, 18. *quæſt.* 1. Vnde Abbas *in dict. cap. cum olim*, 2. *num.* 8. *de priuileg.* per ipſum textum notat, quod religioſus Epiſcopus non acquirit amplius Monaſterio, ſed ſuæ Eccleſiæ.

3 Quod autẽ Epiſcopus Religioſus poſſit æqualiter, & tàm amplè diſponere de fructibus ſuæ Eccleſiæ, quam amplè poteſt Epiſcopus ſæcularis, tradunt Cardin. *in Clemen.* 2. ver. *ſed & tales, de vita, & honeſt. Clericor.* Nauar. *de reddit. Eccleſiaſ. qu.* 1. *monit.* 8. *num.* 2. *in vlt. edit.* & *monit.* 33. *num.* 1. & *in Apolog. pro eod. tract. monit.* 13. *num.* 12. & *monit.* 35. *num.* 1. & *conſil.* 13. *num.* 4. *de ſtatu monach. in* 2. *edit.* Graſ. *par.* 1. *deciſ. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 43. Viuald. *par.* 2. *candelabri, cap.* 14. *num.* 86. Rodriquez *quæſt. regul.* 8. *art.* 8. *tom.* 2. Molina *tract.* 2. *de iuſt. & iure diſp.* 276. ver. *Religioſus in conuentu*, Leſſius *lib.* 2. *de iuſt. & iure, cap.* 41. *dub.* 11. *numer.* 93. Sà verbo *Religio, num.* 46. Cermon *de indult. Cardin.* §. *regularia beneficia, num.* 47. Sanchez *lib.* 6. *ſum. cap.* 6. *num.* 14. Sotus *de iuſt. & iure lib.* 10. *quæſt.* 5. *ar.* 7. Azor. *par.* 1. *lib.* 12. *cap.* 7. *quæſt.* 2. Alter Molina *lib.* 2. *de primogen. cap.* 10. *num.* 40. Aluarad. *de coniect. men. defunct. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 7. Barboſa *de poteſt. Epiſc. allegat.* 114. *num.* 2. Rota *deciſ.* 216. *num.* 13. *par.* 2. *nouiſ.* & *deciſ.* 401. *coram Ludouiſio*, *n.* 7. alios citans. Quia ſcilicet fructus dantur ratione muneris, quod exercetur, & in compenſationem laborum, & ideo eodem modo omnibus Epiſcopis.

4 Ex his autem deducitur, quod poſſit Epiſcopus ſiue regularis, ſiue quicunque alius fabricare Eccleſias religioſis, Monaſteria, emere ipſis prædia, aut alios prouentus, quando, quæ habent non ſufficerent pro congrua ſubſtentatione. Ratio eſt, quia ſecundum ſtrictiorem opinionem, quæ ſibi ſuperſunt dempta congrua ſubſtentatione de fructibus Eccleſiæ, tenetur inſumere in vſus pios, ita vt ſi conuertat in vſus prophanos, teneatur ad reſtitutionẽ, iuxta ea, quæ tradunt Alenſ. 3. *par. quæſt.* 36. *memb.* 5. *ar.* 2, Richar. *in* 4. *diſt.* 45. *ar.* 3. *qu.* 1. Maior. *diſt.* 24. *quæſt.* 17. Palud. *quæſt.* 3. *ar. vlt.* Gabr. *diſt.* 15. *qu.* 8. *concluſ.* 4, & 5. & *dub.* 6. 7. & 9 D. Antonin. 3. *par. tit.* 15. *cap.* 1. §. 19. Abbas *in cap.* 2. *de præben.* Archidiacon. *in cap. ſtatutum*, §. *aſſeſſor. de reſcrip. in* 6. Dominic. *ibid.* Felin. *in cap. poſtulari de reſcrip.* Nauar. *in Apol. pro tract. de reddit. Eccleſiaſ. quæſt.* 2. *num.* 7. alios referens. Vel tenetur conuertere in vſus pios ſine obligatione reſtitutionis, ſi conuertat in vſus prophanos, vt D. Th. *quodlib.* 6. *ar.* 12. & 2. 2. *quæſt.* 185. *ar.* 7. Caiet. *quæſt.* 62. *artic.* 5. Sotus *lib.* 10. *de iuſt. & iure quæſt.* 4. *ar.* 3. & 4. Driedo *li.* 2. *de libert. Chriſt. cap.* 4. Couarru. *cap. cum in offic. n.* 3 *de teſtamen.* Ledeſma 2. *par.* 4. *quæſt.* 18. *ar.* 5. *dub. vlt.* Petrus Sot. *de iuſtit. ſacerdot. tract. vlt. lect.* 3. Sarmiento *in cap. ſi priuatum*, 12. *quæſt.* 1. & *in cap. nulli.* 12. *qu.* 5. & alij. Dum autem Epiſcopus fabricat Eccleſias, Monaſteria pro ſua religione, aut pro eadem emit prouentus, quibus ſubſtententur religioſi, in vſus pios conuertit fructus Eccleſiæ ſuæ, qui ſibi ſuperſunt. Quod habet locum etiamſi notabilem pecuniæ quantitatem expenderet. Quia cum habeat liberam diſpoſitionem de fructibus, non tenetur conuertere in beneficium propriæ Eccleſiæ, ſed ſufficit, ſi impleat obligationem conuertendi in vſus pios. Nec obſtat, quod ipſe emat, quia cum conſtet, quod non emit ſibi, & proinde nec Eccleſiæ, ſed alteri, bona empta non fiunt Eccleſiæ, vt tradunt Innoc. in cap. *cum olim* 2. *n.* 3. *de priuileg.* Hoſtienſ. *num.* 12. Io. Andr. *num.* 5. Boich. *num.* 4.

5 Eſt tamen aduertendum, quod ſi de redditibus proprijs emeret bona immobilia nomine proprio, non poſſet ea poſtea donare ſuæ religioni, iuxta ea, quæ tradunt Io. Andr. *in cap. cum olim*, 2. *de priuileg.* Ludouiſ. *deciſ.* 401. *num.* 10. Quia cum ſint iam facta bona Eccleſiaſtica, non poteſt ea alienare ſine conſenſu Sedis Apoſtolicæ iuxta Paulin. *ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien.* qua licet videatur loqui de alienatione ſolum in laicos, obſeruantia tamen interpretatur de alienatione etiam de vna in aliam Eccleſiam.

An Pater, qui legauit filio Religioſo tria millia aureorum in caſu promotionis ad Epiſcopatũ, poſſit ea donare ſuo ordini, vel conſanguineis? Qu. CXX.

SVMMARIVM.

1 *Legata religioſo, ſi promoueatur ad Epiſcopatum, an donari poſſint ſuo Ordini, vel conſanguineis.*

2 *Epiſcopus religioſus mobilia acquiſita intuitu propriæ perſonæ poteſt, vt libuerit, diſpenſare.*

Legata ipsi à propinquo censentur legata intuitu personæ.

3 Quando aliquid fiat intuitu personæ, & quando intuitu dignitatis.

1 Resp. Quod videtur dicendum, quòd illa tria millia aureorum legata à patre filio Religioso in casu promotionis ad Episcopatum, acquirantur Ecclesiæ Cathedrali, nisi fuerint legata pro expeditione bullarum, & alijs necessarijs tempore promotionis, tunc quod, supereſt, debetur Ecclesiæ Cathedrali. In hoc enim differt Episcopus Regularis à sæculari, quia de donatis, vel legatis sibi à consanguineis intuitu personæ, potest liberè disponere, ac testari, *cap. requisisti de test.* sed Episcopus regularis omnia sibi donata, vel relicta, acquirit Ecclesiæ Cathedrali, cum retineat votum paupertatis, & ita decidirur *in d. cap. vnico* 18. *quæst.* 1.

ADDITIO AD QVAEST. CXX.

2 Resolutio, de qua in quæstione, locum habet, si legatum esset de re aliqua immobili, quia tunc non posset Episcopus alienare, sed deberet restituere Ecclesiæ iuxta dictum cap. *vnicum* 18. *quæst.* 1. & si legatum esset de pecunia, vt in titulo quæstionis proponitur, nequaquam pertineret ad Ecclesiam, quia censeretur relictum ex causa expensarum, & proinde translatum in liberam dispositionem Legatarij. Quæ enim acquirit Episcopus contemplatione Ecclesiæ, pertinent ad Ecclesiam, & quæ acquirit contemplatione propriæ personæ, sunt sub libera ipsius dispositione. Et loquendo in terminis propositæ quæstionis, in qua pater legauit filio, res est extra difficultatem, quia quando legatur Episcopo à quocunque propinquo, censetur legari intuitu personæ, & non Ecclesiæ, & proinde remanet sub libera dispositione Episcopi, vt decernitur in cap. *requisisti*, §. *sed considerandam, de testam.*

3 Accedit, quod cum legatum sit factum religioso in euentum, quod fiat Episcopus, erit conceptum sub nomine proprio, aut æquiualenti, non autem sub nomine dignitatis Episcopalis. Est autem regula, quod quæ concipiuntur sub nomine proprio, personalia sunt, & facta contemplatione personæ, quæ verò concipiuntur sub nomine dignitatis, contemplatione dignitatis fiant, cap. *quoniam Abbas, de offic. deleg.* vbi Doctores, & *l. si seruus communis, ff. de flip. ſera* Alexand. *in l.* 3. §. *filius, ff. de liber. & poſth.* Bald. *in l.* 1. *quæſt.* 2. *C. de liber. præterit.* Castrens. *in l. si à primo, ff. de lib. & poſth. in fine*, & alij.

An Episcopus possit transire ad Religionem sine licentia Papæ? Qu. CXXI

SVMMARIVM.

1 *Episc. non potest fieri religiosus sine licentia Papæ.*
2 *Obligatio Episcopi respectu suæ Ecclesiæ.*
3 *Episcopus electus, & confirmatus non potest sine licentia ingredi religionem secus si tantum electus.*
4 *Quid Episc. consecratus, qui renũciauit Episcopatui.*
5 *Votum Episcopi de religione est nullum, si nescit prohibitionem, si vero scit, est conditionatum, & obligat ad petendam licentiam.*
6 *Dum petit licentiam, an debeat exprimere votum.*
7 *Denegata licentia an teneatur rursus petere.*

1 Resp. Negatiuè, *cap. licet de Regul.* quia status Episcopalis dicitur perfectior statu Religiosorum, quoniam sicut maius bonum minori bono præponitur, ita communis vtilitas speciali vtilitati præfertur, & in hoc casu rectè præponitur doctrina sientio, solitudo contemplationi, & labor quieti: & propterea non licere Episcopo Monachum fieri sine consensu Papæ, *capit. temporis, §. Item.* 7. *quæst.* 1. *cap. Hoc nequaquam eod. quæst. & causa, cum duobus, cap. seq.*

ADDITIO AD QVAEST. CXXI.

2 Idem etiam habetur ex cap. *inter corporalia, de translat. Episcop.* & tradunt communiter cum D. Th. 2. 2. *quæst.* 189. *ar.* 7. *in corpore*, & *opuſ.* 18. *de perfect. vitæ spirit. c* 25. Ratio est quia est consecratus sponsus suæ Ecclesiæ, & ipsi obligatus etiam iuramento, dum in consecratione iurat ponere animam suam pro ouibus suis, & obligat se ad munus pascendi oues in ordine ad salutem. Hanc autem obligationem non possunt propria auctoritate soluere, & ideo ex natura rei est ipsis interdictus ingressus in religionem.

3 Et hoc locum habet in Episcopo electo, & confirmato, licet nondum consecrato, vt habetur ex dicto cap. *inter corporalia, de translat. Episcop.* ibi *Sicut enim Episcopus consecratus sine licentia Romani Pontificis suam non debet Ecclesiam derelinquere, sic & electus, & confirmatus.* Et ita obseruant Sanchez *lib.* 4. *sum. cap.* 25. *num.* 36. Suarez *tom.* 3. *de relig. lib.* 5. *cap.* 14. *num.* 4. Nam adhuc est factus sponsus Ecclesiæ, & Pontifex confirmando manum suam apposuit. Si tamen sit tantum electus, sed non confirmatus, poterit ingredi religionem, quia nondũ est stabilitus sponsus Ecclesiæ, sed remanet in suspẽso, et proinde est adhuc sui iuris, vt pœnitere possit.

4 An verò Episcopus consecratus, qui renunciauit Episcopatui, & acceptata renunciatione absolutus est ab onere Episcopali, sit liber, vt ingredi possit religionem, affirmant Syluester verbo *relig.* 2. *quæst.* 8. Tabiena *num.* 12. Miranda *tom.* 1. *Manual. quæst.* 17. *ar.* 3. Verum hæc responsio paritur difficultatem, quia licet sit absolutus ab onere Episcopali, adhuc tamen retinet obligationem status, per quam obligatur, vt sit perfectus: neque enim per renunciationem deijcitur à statu, & ordine. Vnde cum status ipsius sit perfectior, quia est perfectionis acquisitæ, vt cum D. Th. 2. 2. *quæst.* 184. *ar.* 7. commu-

Digitized by Google

muniter docent; & ſtatus religionis ſit ſtatus perfectionis nondum acquiſitæ, ſed tendentis ad ipſam ſequeretur, quod de ſtatu perfectiori tranſiret ad minus perfectum, pro quo videtur neceſſaria licentia, & cognitio cauſæ, an ſcil. profectui ſpirituali id expedat.

5 Ex quibus deducitur, quod ſi Epiſcopus voueret ingredi religionem, ſi neſciret, ſibi hoc interdici, votum eſſet nullum, vt docent Aragon. 2. 2. q. 88. a. 8. *dub.* 1. *concl.* 3. Sayr. *l.* 6. *clau. reg. c.* 5. *n.* 21. Vega *t.* 2. *ſum. c.* 129. *caſu* 90. Rodriqu. *t.* 2. *ſum. c.* 89. *n.* 3. Conrad. *par.* 1. *reſp. qu.* 301. Sanchez *l.* 4. *ſum. cap.* 25. *num.* 27. Quia ſcilicet dum ignorat prohibitionem, reſpicit ad ingreſſum religionis, vt ſibi licitum, & honeſtum; vnde cum non ſit talis, & materia ſit diuerſa ſubſtantialiter, votum non tenet defectu materiæ debitæ. Verum ſi notam habet prohibitionem, & vouet, quamuis votum videatur abſolutum, reſoluitur tamen in conditionatum, ſi nimirum licentiam obtinuerit, & proinde votum non accipit vim obligandi, niſi accedente conditione nempe licentia Superioris; vt communiter docent, præſertim infra citandi. Quia tamen vouet, dum ſcit prohibitionem, virtualiter ſe obligat ad petendam licentiam, quia obligatio eſt ſub his terminis, voueo, ſi Pontifex mihi dederit licentiam, cum autem dare ſit relatiuum ad petere, idem valet, ac ſi voueret ingredi religionem petendo licentiam, & proinde petitio cadit vt materia ſub voto. Ita Suarez *tom.* 2. *de relig. lib.* 3. *de voto, cap.* 6. *num.* 11. Ledeſma *tom.* 2. *ſum. tract.* 10. *cap.* 7. *dub.* 1. *dicto* 5. Alcozer. *cap.* 16. *ſum. concluſ.* 1. Rodriquez *tom.* 2. *ſum. cap.* 89. *num.* 3. Vega *par.* 2. *ſum. c.* 129. *caſu* 90. Palud. *in* 4. *diſt.* 38. *quæſt.* 4. *ar.* 2. *concluſ.* 3. *num.* 21. Supplem. *Gabr. quæſt.* 1. *ar.* 5. *poſt.* 3. *concluſ.* ver. *Primo* D. Antonin. 3. *par. tit.* 11. *cap.* 2. §. 6. ver. *Primo ergo.* Syluester verbo *votum*, 3. *num.* 1. quos ſequitur Sanchez *lib.* 4. *ſum. cap.* 25. *nu.* 24. & communiter præſertim *num. ſequen. citandi.*

6 Cum autem teneatur petere licentiam, dubitarur, an cum petit, debeat exprimere, ſe vouiſſe. Quam plures putant eſſe exprimendum votum, quia tenetur, quantum in ſe eſt, adhibere operam ſuam, vt licentiam obtineat; ſi autem exprimat votum, facilitabit licentiam. Ita Caiet. *in ſumm.* verbo *votum*, *cap. de quatuor condit. ex par. vouen. §. imperfectio autem*, Armilla verbo *votum*, *num.* 7. Conrad. *par.* 1. *reſpon. quæſt.* 302. Angles *in Florib. par.* 2. *quæſt. de voto. ar.* 7. *difficul.* 2. Sotus *lib.* 7. *de iuſt. & iure, quæſt.* 3. *ar.* 1. ver. *at vero.* Aragon. 2. 2. *qu.* 88. *ar.* 7. *difficul.* 1. *concluſ.* 1. Graf. *par.* 1. *deciſ. lib.* 2. *c.* 27. *num.* 2. Lopez *par.* 1. *inſtruct. cap.* 48. §. *vtrum quando*, Tabiena verbo *votum* 5. *num.* 5. Valent. *tom.* 3. *diſp.* 6. *quæſt.* 6. *punct.* 6. *quæſito* 2. Rodriquez *tom.* 2. *ſum. cap.* 89. *num.* 5. Leſſius *lib.* 2. *de iuſt. & iure, cap.* 40. *dub.* 10. *num.* 72. Azor. *par.* 1. *lib.* 11. *cap.* 16. *quæſt.* 6. Sayr. *lib.* 6. *clau. reg. cap.* 5. *num.* 20. At non obligari exprimere votum, ſed ſufficere, ſi petat licentiam, docent Nauar. *cap.* 12. *manual. num.* 69. Suarez *tom.* 2. *de relig. lib.* 3. *de voto, cap.* 6. *num.* 15. Palat. *in* 4. *diſt.* 38. *diſp.* 3. *ante* ver. *vnde colliges.* Ledeſma *tom.* 2. *ſum. tract.* 10. *cap.* 7. *dub.* 1. *poſt. dict.* 6. Sanchez *lib.* 4. *ſum. cap.* 25. *num.* 29. Ratio eſt. Quia cum votum reſoluatur in conditionatum, vt conſtat ex dictis, non tenetur implere, niſi aduenientе conditione, & ſolum ſic vouendo aſſumit virtualiter obligationem petendi licentiam, non autem manifeſtandi votum, quia cum manifeſtatio voti ſupponat ipſum votum, non poteſt eſſe materia ſui ipſius, ſed requireretur aliud votum reflexum, vt teneretur manifeſtare; aliunde autem non oritur obligatio, cum tota obligatio in hac materia ſit ex vi voti. Eo ipſo autem, quod petit licentiam ſatisfacit obligationi aſſumptæ, vt ad nihil aliud teneatur.

7 Ex quibus etiam concluditur, quod licet denegata licentia pro certo tempore, eo elapſo tenentur rurſus petere, vt obſeruat Sanchez *lib.* 4 *ſum. cap.* 25. *num.* 31. Si tamen abſolutè denegetur, non tenebitur rurſus petere, quamuis oppoſitum teneat Sanchez *citat.* etiamſi non exprimatur negari in perpetuum. Ratio eſt, quia prohibitio, cum ſit à lege, eſt perpetua, & ideo non datur caſus, in quo non obliget. Rurſus, ex vi voti ſolum tenetur petere licentiam, non autem ea negata tenetur rurſus inſtare, niſi expreſsè ad hoc ſe obliget quia per id, quod ſemel petat implet obligationem, qua non obtenta, non adeſt obligatio voti, quia eſt conditionatu, nec obligat, niſi exiſtente conditione; præſertim quia votum eſt ſtrictè interpretandum, vt minus obliget, quam ſit poſſibile, & proinde obligatio petendi licentiam, quæ oritur ex voto, ſe reſtringet ad vnicam vicem; quia hæc ſufficit, vt verificetur, quod impleuerit obligationem voti.

An Monachus poſſit eſſe Epiſcopi Vicarius? Quæſt. CXXII.

SVMMARIVM.

1 *Monachus poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi, ſed debet habere ſocium.*
Praxis Curiæ Romanæ.
2 *Mendicantes tranſeuntes ad non mendicantes ſùt incapaces dignitatum, &c*
3 *Quilibet religioſus poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi.*
4 *Dummodo interueniat licentia Superioris, & vtilitas Monaſterij.*
5 *An aliqua Decreta obſtent.*
6 *Religioſus illegitimus non poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi.*

1 Reſp. Quod ſic, ità Ioan. Andr. *in cap. fin. de Cler. ægro. allegat* 2. *quæſt.* 7. *cap. cum paſtoralis, &* 16. *quæſt.* 1. *cap. nos autem.* Idem tenet Guil. *in Clem. & ſi principalis, de reſcrip.* vbi communit. Doct. Debet tamen habere vnum ſocium de Conuentu ſecum, quia in his non debet ſtare ſolus, *cap.* 2. *de ſtat. Monach. Clem. ne in agro, §. ad hæc, eo tit.* Religioſum tamen Ordinis Mendicantium non poteſt Epiſcopus Vicarium conſtituere. *Clem.* 1. *§. ad prioratus.* In Curia autem Romana obſeruari vidi, quod quoties Epiſcopus pro Eccleſiæ ſuæ neceſſitate alicuius Monachi opera indiget, vt ſui Vicarij officio fungatur, cùm neminem idoneum habeat ex

Clero sæculari, qui eo munere fungi possit, sacram Congregationem Regularium consuluit, quę attenta exposita necessitate impartitur, vt Monachum in suum Vicarium constituere valeat.

ADDITIO AD QVAE S T. CXXII.

2 Clement. 1. §. *ad prioratus*, *de regular.* nihil prorsus facit ad rem. Quamuis per ipsam Sbroz. *de Vicar. lib.* 1. *quæst.* 40. Riccius, *decis.* 351. Antonel. *de regim. Eccles. lib.* 6. *cap.* 10. *num.* 1. teneant, Mendicantes non posse esse Vicarios Episcopi, quia disponit tantum de regularibus Mendicantibus transeuntibus ad non Mendicantes, quos prohibet eligi ad Prioratus, aut ad alia officia assumi, etiam tanquam Vicarios, seu Ministros, vel locum aliorum tenentes. Vnde non loquitur vniuersaliter de omnibus mendicantibus, nec de officio Vicarij Episcopi, sed de Vicariatu, quò ad officia religionis, & ideo ex hoc loco non rectè infert Auctor, & alij Doctores, quòd Mendicantes non possint esse Vicarij Episcoporum. Et quamuis subdat, *Quodque animarum curam, & regimen nec pro se possint, nec pro alijs exercere*; loquitur tamen solum de ijsdem Mendicantibus, qui transeunt ad non Mendicantes, & de cura animarum annexa beneficijs regularibus, qui monachis Monasterij conferri solent. Et ita constat clarè ex textu, & notat etiam Sanchez *li.* 6. *sum. cap.* 13. *num.* 88. *in fine*.

3 Quod autem Monachus, & consequenter etiam quilibet alius religiosus, cum militet eadem ratio, imo potior, cum non sint cæteri adeo segregati à consortio, sicut Monachi, possit esse Vicarius Episcopi cum licentia Superioris sui, tradunt Abbas *in cap. fin. num.* 4. *de Cler. ægrot.* Archidiac. *in cap. in noua* 16. *quæst.* 7. Cardin. *in Clemen. & si princip. num.* 17. *de reserip.* Io. Andr. *ibid.* Ancharan. *num.* 9. Imola *num.* 26. Rebuff. *in praxi benef. Tit. de Vicar. Episcop. num.* 3. Francis. March. *quæst* 1286. *init. par.* 1. Guido Papa *decis.* 563. *init.* Cuch. *lib.* 2. *Instit. Canon. tit. de Vicar. Episc. num.* 57. Vant. *de nullit. ex defect. iurisd. deleg. num.* 82. Fusch. *de visit. cap.* 17. *num.* 100. *lib.* 2. Graf. *par.* 2. *decis. lib.* 3. *cap.* 20. *num.* 14. Nauar. *comen.* 2. *de regular. in fine.* & *consil.* 65. *num.* 3. *in* 1. *edit. consil. vero* 74. *num.* 3. *in* 2. *de regular. lib.* 3. Mandos. *de signat.* verbo *licentia, ver. Monach. licent.* Sà verbo *Religio nn.* 60. Rodriquez *quæst. regular.* 76. *artic. vlt. tom.* 3. Azor *par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 43. *quæst.* 10. Sbroz. *de offic. Vicar. lib.* 1. *quæst.* 38. *num.* 4. Sanchez *lib.* 6. *sum. capit.* 13. *num.* 88. Cespedes *de exempt. Regul. cap.* 24. *dub.* 405 Rota *decis.* 3. *alias* 284. *num.* 2. *de Vicar. Episcopi in antiquis*, & alij cum Glos. *in cap. de præsentium*, verbo *defensor.* 16. *quæst.* 1. & *in cap. Monachi*, ver. *Abbate*, *eod. tit.* & *in cap. si quis* verbo *maiorem*, *dist.* 58. Imo Cardin. & Cuch. volunt posse esse etiã sine licentia Abbatis. Fundamentum huius opinionis est, quia hoc nullo iure interdicitur.

4 Hoc tamen limitant nonnulli, vt solum possit esse Vicarius Episcopi, quando præter licentiam Superioris, concurrit etiam vtilitas Monasterij, ita Azor. & Rodriquez citati, Lezana *tom.* 1. *quæst. regul. cap.* 9. *num.* 14. Quia in officio Vicarij inuoluitur officium iudicis; prohibetur autem Regularibus, ne possint esse iudices, nisi interueniat licentia Superioris, & vtilitas Monasterij. Cap. *de præsentium* 16. *quæst.* 1. & *cap.* 2. *de postulando*, vt cum pluribus, & de communi tradit Sanchez *lib.* 6. *sum. capit.* 13. *num.* 55.

5 Verum licet hæc de iure procedant, obseruant tamen Peirin. *De priuileg. ad Constit.* 4 *Sixti IV.* §. 10. *num.* 48. Nouar. *in Lucerna Regul.* verbo *Vicarius, num.* 1. hodie post Decreta Clemen. VIII. & Pauli V. requiri licentiam Pontificis, seu S. Congregat, nec sufficere licentiam Superiorum, & Nouar. asserit S. Congregat. ita declarasse, *sub die* 8. *Maij* 1615. Est tamen aduertendum, quod Decretum Pauli V. de quo Peirin. *tom.* 1. *de subd. relig. quæst.* 1. *cap.* 23. ver. *admodum*, fuit tantum pro Fratribus Minimis, quibus solis fuit intimatum.

6 Circa autem præsentem materiam est aduertendum, quod licet Barbosa *ad cap.* 1. *num.* 8. *de fil. presbyter.* velit, religiosum illegitimum posse eligi in Vicarium Episcopi, quia sufficit dispensatio, quæ per professionem inducitur. Attamen oppositum est tenendum, vt tradunt Maiol. *lib.* 1. *de irregularit. cap.* 10. *num.* 3. Sayr. *lib.* 6. *de censur. cap.* 1. *nu.* 3. Sanchez *lib.* 5. *sum. cap.* 5. *num.* 16. Rodriguez *quæst. regular.* 13. *ar.* 13. *tom.* 1. Campanil. *in diuer. iur. rubr.* 11. *cap.* 13. *num.* 118. Azor. *lib.* 2. *cap.* 43. *quæst.* 10. Fusch. *lib.* 2. *de visit. cap.* 15. *num.* 19. Sbrozius *de offic. Vicar. lib.* 1. *quæst.* 40. Sanchez *lib.* 5. *sum. cap.* 5 *num.* 16. Peirin. *de priuileg. ad Constit.* 2 *Iulij II.* §. 29 *num.* 98. Fragos. *tom.* 2. *de regim. Christ. Reipub. li.* 8. *disp.* 19. §. 4. *num.* 11. Ratio est, quia professio non habilitat ad dignitates, sed tantum ad ordines cap. 1. *de fil. presbit.* Priuilegia autem concessa Religionibus pro habilitando, ad dignitates, sunt tantum intra terminos dignitatum regularium, nec extenduntur ad dignitates sæculares. Vicariatus autem Episcopalis generalis est dignitas sæcularis satis principalis. Hæc autem omnia etiam, quæ in prima parte dicta sunt, subiecta profiteor S. R. E. censuræ.

Prætermissa par. 1. *num.* 989. *in fine.*

Quia tamen emanant dispensationes in forma pauperum cum clausula, *Ex labore, & industria*, & aliæ cum clausula, *Ex labore manuum suarum*. De stylo Datariæ ponitur discrimen inter dictas clausulas, ita vt labor, & industria referatur ad exercitia, & officia non mechanica. Labor verò manuum, referatur ad exercitia mechanica. Et ideo in attestatione paupertatis ad hunc effectum dispensationum matrimonialium erit attendendum ad stylum hunc Datariæ, & ad prædictam diuersitatem clausularum.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX RERVM NOTABILIVM.

Vbi duo tantum numeri, primus ad partem, ſecundus ad marginalem refertur. Vbi tres primus ad partem, ſecundus ad quæſtionem, tertius ad marginalem.

A

Abbas.

ABBATIS nomine quando veniat omnis Prælatus Ordinarius Monaſterij. p. 2. q. 3. n. 1.

Abbas quando veniat nomine Monachorum. p. 2. q. 3. n. 3.

Abbates Caſſinenſes poſſunt ter in anno vti Baldachino. p. 1. n. 390.

An quando Abbates Regulares vtuntur Baldachino, poſſit Epiſcopus ipſum erigere in eorumdem Eccleſijs. p. 1. n. 39.

Quid in hoc attendendum. ibid. n. 392.

Priuilegium Abbatum circa Baldachinum eſt magis ſpeciale. p. 1. n. 392.

Abbates habentes vſum Baldachini poſſunt vti in Eccleſijs Monialium ſibi ſubiectarum. p. 1. n. 395.

Decretum circa ſolemnem celebrationem Abbatum. p. 1. n. 396.

Aliæ declarationes S. Congregat. in eadem materia. ibid. n. 397.

Abbates vtentes pretioſiori Baldachino, aut pluſquam tribus vicibus &c. peccant. p. 1. n. 397.

Abbas quò ad Ordines.

Abbates regulares non poſſunt conferre Ordines minores ſuis Nouitijs. p. 1. n. 10.

Nec regularibus non ſubditis, licet habeant dimiſſorias, &c. ibid.

Abbas non poteſt ordinare ſubditos alterius Abbatis, licet eiuſdem Ordinis. p. 1. n. 10.

Abbates an poſſint quò ad ordinationem ſuas vices delegare alteri habenti eamdem facultatem. p. 1. n. 10.

Abbati, qui renunciauit dignitati, an poſſit delegari facultas ordinandi. p. 1. n. 10.

Abbas quò ad Pontificalia.

Abbas vtitur Pontificalibus iuxta tenorem priuilegij. p. 2. q. 27. n. 1.

Non habet ius ad ipſa ratione dignitatis. p. 2. q. 27. n. 2.

Abbates vti poſſunt Pontificalibus inſignijs in locis ſibi non pleno iure ſubiectis. p. 2. q. 27. n. 4.

Poſſunt deferre Baculum extra Eccleſiam in proceſſionibus ſuarum Eccleſiarum. p. 2. q. 27. n. 5.

Poſſunt ſolemniter benedicere præſentibus Legatis, & Cardinalibus. p. 2. q. 27. n. 6.

Abbatiſſa.

Abbatiſſa in odioſis non venit nomine Monialium. p. 1. n. 1122.

Expleto munere an poſſit conſtitui præſes, donec eligatur Abbatiſſa. p. 1. n. 675.

Abbatiſſæ annales, aut biennales an expleto officio eligi poſsint ad aliud munus auctoritatis, & adminiſtrationis, & an rurſus eligi in Abbatiſſas. p. 1. n. 677.

Abbatiſſa qualis eligenda.

Qualitates eligendæ in Abbatiſſam Monialium. p. 1. n. 648.

Facilius remittitur antiquitas profeſsionis in eligenda Abbatiſſa, quàm ætas. p. 1. n. 649.

Quid faciendum, ſi non adſit in Monaſterio habens qualitates requiſitas à Concilio Tridentino. ibid. n. 650.

Poteſt eligi habens triginta annos ætatis, & quinque profeſsionis, ſi non adſit quadragenaria &c. p. 1. n. 651.

Et quid, ſi neque talis aderit. ibid.

Ad quem ſpectet iudicare, an incommodum ſit eligere Abbatiſſam ex alio Monaſterio, quando interuenit Epiſcopus cum Superiore Regulari. p. 1. n. 652.

Si adſit quadragenaria cum octo annis profeſsionis, non poteſt eligi alia. p. 1. n. 653.

Quid, ſi adeſſet tantum vnà cum his qualitatibus. p. 1. n. 654.

An tunc aſſumi poſsit Abbatiſſa ex alio Monaſterio. ibid. n. 655.

Exiſtentibus quadragenarijs cum octo annis profeſsionis, an poſsint eligi trigenariæ quinque annis profeſsionis. p. 1. n. 656.

Aetas neceſſaria pro Abbatiſſa ſeu Prioriſſa, & qualitates aliæ. p. 1. n. 34.

Annus quadrageſimus eligēdæ in Abbatiſſam an debeat eſſe completus. ibid.

Electio Abbatiſſæ non quadragenariæ, ſed cum cæteris qualitatibus an ſit valida. p. 1. n. 34.

Si quadragenaria, & cum alijs qualitatibus non ſit apta regimini, quid faciendum. n. 1. n. 34.

Non poteſt inferior Papa diſpenſare ſuper ætate requiſita pro Abbatiſſis. p. 1. n. 657.

Digitized by Google

Infamis non potest eligi in Abbatissam. p. 1. n. 661.
Descendentes intra quartum gradum ex maculato genere an possint eligi in Abbatissas. p. 1. n. 662.
Aliæ qualitates eligendæ in Abbatissam. p. 1. n. 663.
Illegitimæ an eligi possint in Abbatissas. p. 1. n. 659.
Nec illegitima, nec corrupta eligi potest in Abbatissam. p. 1. n. 683.
Corrupta si eligatur in Abbatissam, non potest consecrari. p. 1. n. 692.
Corruptio secreta an obstet. n. 693.
Quid si adsit tantum vnica quadragenaria cum octo annis à professione, sed sit corrupta. p. 1. n. 694.
Bigama an possit eligi in Abbatissam. p. 1. n. 695.
An quando Abbatissa non benedicitur possit eligi corrupta. p. 1. n. 691.
Per Concil. Trident. non excluditur corrupta, quin eligi possit in Abbatissam, ibid. n. 692.
Qualitas incorruptæ habendæ est pro omissa. ibid.
Laudabilis vita in ordine ad electionem pro Abbatissa in quo consistat. p. 1. n. 34.
Soror immediatè post sororem an eligi possit Abbatissa. p. 1. n. 34.
Concurrens ad receptionem, aut professionem coactè ingredientis, aut profitentis non potest eligi in Abbatissam. p. 1. n. 664.
Abbatissa, si non adsit habilis, non potest eligi ex alio Ordine. p. 1. n. 679.
Quid in tali casu faciendum. ibid. n. 680.
Quid si in alio Monasterio non sit quadragenaria: ibid.

Abbatissæ electio.

Abbatissa eligenda à Monialibus, & à quibus. p. 1. n. 665.
Conuersæ non admittuntur ad electionem Abbatissæ. p. 1. n. 666.
Neque etiam omnes choro deputatæ apud quasdam Moniales. p. 1. n. 667.
Nullus Superior etiam regularis, aut scrutator, etiam in discordia, potest ferre suffragium in electione Abbatissæ. p. 1. n. 668.
Visitatores, Abbates, & Prælati Monialium S. Benedicti possunt proponere duas, vel tres eligendas in Abbatissas, & censetur electa, quæ in scrutinio plura vota habet, si in duobus scrutinijs Moniales non elegerint. p. 1. n. 678.
Abbatissa eligenda per viam scrutinij, per vota secreta. p. 1. n. 681.
An alijs modis eligi possit. ibid. n. 682.
In electione Abbatissæ an seruanda forma cap. *Quia propter*, quò ad vota excipienda. p. 1. n. 687.
Abbatissa eligi debet per secreta suffragia; aliàs electio est nulla, etiamsi vota publicentur ex ignorantia. p. 1. n. 33.
Suffragia Monialium pro Abbatissa possunt oretenus excipi. p. 1. n. 33.
Electio Abbatissæ est nulla, si vota publicentur, etiam ex ignorantia. p. 1. n. 684.
Excipere vota coram notario, & paucis alijs, non obstat secreto electionis. p. 1. n. 684.
Excipiens vota pro electione Abbatissæ non potest adhibere testes. p. 1. n. 687.
An pro Abbatissæ electione requirantur duæ partes suffragiorum. p. 1. n. 33.
Maior pars an sufficiat pro electione Abbatissæ. p. 1. n. 685.
Maior pars sufficit etiam per cap. *Indemnitatibus de elect. in 6.* ibid. n. 686.
Præses electionis Abbatissæ Monialium non ingreditur claustra ad excipienda suffragia. p. 1. n. 35.
Potest tamen ingredi, quando ingressus iudicaretur necessarius. ibid.
Quid faciendum cum infirmis, quæ ad cancella accedere non possunt? ibid.
Præses electionis potest introire claustra, si aliàs prudenter iudicet, electionem non posse canonicè fieri, aut ex alijs iustis causis. p. 1. n. 718.
Causa debet esse valde vrgens, cùm debeat facere cessare dispositionem Concilij in oppositum. n. 719.
Quid si Præses Regularis, & Episcopus præsidens electioni, non conueniant circa necessitatem ingrediendi. n. 720.
Quid faciendum, si Moniales non sint concordes in electione Abbatissæ. p. 1. n. 669.
Dies electionis Abbatissæ Monialium exemptarum significandus Ordinario, vt possit interuenire. p. 1. n. 33.
Si ante tempus significatum deueniatur ad electionem, tenet electio, sed puniri potest, qui est in culpa. ibid.
Regulares tenentur nunciare Episcopo diem electionis Abbatissæ. p. 1. n. 725.
Puniri possunt, si ante diem nunciatū deueniant ad electionem. ibid.
Regulares non tenentur denunciare diem electionis Abbatissæ Prælatis habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem. n. 726.
Sede vacante an teneantur nunciare Vicario Capitulari. p. 1. n. 727.
Existente Episcopo extra diœcesim, an Vicario nunciandus dies electionis Abbatissæ. p. 1. n. 728.
Opponentes, an, & quomodo agere possint contra confirmatam. p. 1. n. 706.
Quomodo debeant instituere appellationem. n. 707.
Quomodo examinandæ oppositiones contra Abbatissæ electionem. p. 1. n. 708.

Abbatissæ confirmatio.

Abbatissa electa confirmanda, & intra annum benedicenda. p. 1. n. 669.
Abbatissa à quo confirmanda. p. 1. n. 700.
Abbatissa electa statim confirmanda, nisi aliquid obstet. p. 1. n. 701.
Potest confirmari à Prælato absente. n. 702.
Existens extra Diœcesim an possit confirmare Abbatissam. p. 1. n. 703.
Abbatissa electa per compromissum, est confirmanda, licet minor pars opponat. p. 1. n. 704.
Quid si sit electa per scrutinium à maiori parte, & aliquæ opponant. ibid.
Abbatissa electa ante confirmationē non potest ministrare, exceptis aliquibus casibus. p. 1. n. 709.

Ab-

Digitized by Google

Abbatiſſæ duratio.

Abbatiſſæ eliguntur ad triennium : p. 1. n. 670.
Electio Abbatiſſæ vltra triennium eſt nulla etiam pro triennio. p. 1. n. 671.
Conſtitutio Gregorij, quod Abbatiſſa eligatur ad triennium, habet locum in omnibus Monaſterijs, ſed non quò ad mulieres Collegiales. p. 1. n. 672.
Abbatiſſa an poſſit eligi ad annum, aut biennium. p. 1. n. 673.
An poſſit electio reduci ad annum, aut biennium, ſi aliàs ſit ad triennium. ibid.
Trien nio expleto non poteſt Abbatiſſa rurſus eligi, ſed vacare debet. p. 1. n. 674.
An poſsit eligi in Vicariam, aut Prioriſſam. p. 1. n. 675.
Abbatiſſa electa ad ſecundum triennium ex diſpenſatione, an poſsit eligi ad tertium ſine diſpenſatione. p. 1. n. 717.
Perpetuitas Abbatiſſæ an expediens remiſsiuè. p. 1. n. 697.
Cur non expediat. n. 698.

Abbatiſſæ benedictio.

Abbatiſſa ſi vltra annum differat benedici, amittit officium. p. 1. n. 710.
Attendenda conſuetudo. ibid.
Quid ſi fuerit varia. n. 711.
Abbatiſſa benedicta an rurſus poſsit benedici. p. 1. n. 712.
Quo die, & loco benedicenda. p. 1. n. 713.
A quibus benedicenda. Et quid, ſi ſit ſubiecta Regularibus. n. 714.
Quibus committi poſsit munus benedicendi. p. 1. n. 715.
Abbatiſſa temporalis non eſt benedicenda. p. 1. n. 731.
Concedente Summo Pontifice poteſt benedici. n. 732.

Abbatiſſæ poteſtas.

Moniales ratione voti obedientiæ tenentur ad obediendum Abbatiſſæ præcipienti ſecundùm regulam. p. 1. n. 765.
Abbatiſſa præcipiens in virtute Sanctæ Obedientiæ non exercet iuriſdictionem ſpiritualem, ſed exigit, quod ſibi promiſſum eſt. p. 1. n. 766.
Abbatiſſa quæ poſsit præcipere in virtute Sanctæ Obedientiæ. n. 767.
Poteſtas Abbatiſſæ non ſe extendit ad obligandum in conſcientia. p. 1. n. 764.
Abbatiſſa non eſt capax poteſtatis ſpiritualis. p. 1. n. 733.
An ſit capax ratione Monaſterij, cui præeſt. ibid.
Doctores aſſerentes, non eſſe capacem poteſtatis ſpiritualis. n. 734.
Abbatiſſa quomodo poſsit inſtituere, beneficia, Capellanias, &c. conferre. p. 1. n. 740.
Quomodo poſsit priuare beneficijs. n. 741.
Abbatiſſæ inſtitutio in quo conſiſtat. p. 1. n. 742.
Abbatiſſa an poſsit ſuas Moniales benedicere. p. 1. n. 743.
Abbatiſſa non poteſt concionari. p. 1. n. 744.
An poſsit in hoc diſpenſari. n. 745.
Abbatiſſa non poteſt declarare Euangelia, neque ſuper ijs verba facere. n. 746.
Poteſt habere ad Moniales ſermones hortatorios. ibid.
Abbatiſſa non poteſt diſpenſare, aut commutare vota. p. 1. n. 747.
Abbatiſſa impropriè ſuſpendit Clericos ſibi ſubiectos. p. 1. n. 761.
Talis ſuſpenſio non eſt propriè cenſura, ſed ſimplex præceptum. n. 762.
Abbatiſſa nequit interdicere, neque excommunicare poteſt. p. 1. n. 763.
Abbatiſſa non poteſt diſpenſare ieiunia, abſtinentiam à carnibus &c. ſed ſolum ex commiſsione Prælati. p. 1. n. 749.
Priuilegium Pauli III. quomodo accipiendum. n. 750.
Abbatiſſa poteſt irritare vota ſubditarum. p. 1. n. 751.
Etiamſi ſint de materia, quæ concernit Regulam. n. 752.
Quid de voto tranſeundi ad ſtrictiorem religionem. n. 753.
Abbatiſſa an poſsit irritare vota emiſſa cum ipſius conſenſu. p. 1. n. 755.
Abbatiſſa an poſsit irritare vota nouitiarum, & quæ. p. 1. n. 760.
Poteſt ſuſpendere exequutionem. ibid.
Durante oppoſitione non impeditur, quin Abbatiſſa adminiſtret. p. 1. n. 705.
Abbatiſſa electa à maiori parte adminiſtrat pendente appellatione opponentium, & ipſæ tenentur obedire. p. 1. n. 721.
Abbatiſſa an cum conſenſu Capituli poſsit alienare, aut recipere aliquam in Monialem pendente appellatione opponentium. p. 1. n. 722.
Abbatiſſa pendente appellatione contra ſuam electionem, an poſsit acceptare legata &c. ex quocunque titulo prouenientia. p. 1. n. 723.
Abbatiſſa pendente appellatione contra ſuam electionem, an poſsit recipere ad profeſsionem nouitiam ingreſſam ante electionem. p. 1. n. 724.

Abiuratio.

Qui abiurauit de vehementi, non poteſt amplius admitti ad audiendas confeſsiones. p. 1. n. 1401.
Cenſetur grauiter infamatus. ibid.
Abiuratio de vehementi habet vim publicæ pœnitentiæ. p. 1. n. 1401.
Inducit irregularitatem. Vide num. 1403. & 1404. p. 1. n. 1401.
Abiurans de vehementi non poteſt admitti ad audiendas confeſsiones, ſed tantum ſæcularium. p. 1. n. 1402.
Abiurans de vehementi an fiat irregularis. p. 1. n. 1043.
Abiuratio de vehementi non inducit irregularitatem. p. 1. n. 1404.
Abiuratio de leui non impedit exercitium ordinum, & audire confeſsiones. p. 1. n. 1401.

Digitized by Google

INDEX

Ablatiuum.

Ablatiuum absolutū importat conditionem, & formam implendam specificè. p. 1. n. 31.
Ablatiuum absolutum inducit conditionem. p. 1. n. 864.
Ablatiuum absolutum importat formam. p. 1. n. 1199.

Absens.

Breui reuersurus non censetur abesse. p. 1. n. 3.
Absens cum licentia à claustro censetur residere. p. 2. q. 46. n. 3.

Absolutio.

Absolutio operatur in ordine ad effectum, ad quem datur. p. 1. n. 1164.
Quilibet Confessarius potest absoluere ab hæresi purè mentali. p. 1. n. 1409.
Pœnitens se accusans apud præsentem sacerdotem de peccatis absenti explicatis, absolui potest. p. 1. n. 200.
Quid requiratur, vt hoc habeat locum. n. 201.
Violantes Constitutiones circa erectionem Monasteriorum absolui possunt à pœnis à suis Prælatis. p. 1. n. 525.

Absolutio à censuris.

Absolutio determinata à determinatis censuris non se extendit ad alias. p. 2. q. 18. n. 1.
Absolutio à determinata censura, & quibuscunq; alijs se extendit etiam ad oblitas. p. 2. q. 18. n. 1.
Quid requiratur, vt absolutio se extendat ad omnes censuras. p. 2. q. 18. n. 2.
Quid, si quis nesciens censuras generaliter absoluat absque causæ cognitione. p. 2. q. 18. n. 3.
Absolutio generalis pro ordinandis à censuris prodest etiam pro excommunicatione tunc lata contra indebitè accedentes. p. 1. n. 329.
Absolutio impensa ab ordinante an prosit non subdito. p. 1. n. 1163.
Circa absolutionem à censuris in absentia nihil innouatum. p. 2. q. 17. n. 3.

Absolutio ab excommunicatione.

Absolutio ab excōmunicatione est actus iurisdictionis. p. 2. q. 14. n. 1.
Excommunicatus non regulariter, sed ex iusta causa potest per Procuratorem absolui. p. 2. q. 17. n. 1.
Requiritur speciale mandatum. ibid. n. 2.
Pro obtinenda absolutione ab excommunicatione regulariter sufficit iuratoria cautio. p. 2. q. 11. n. 1.
Casus, in quibus alia cautio requiritur. p. 2. q. 11. n. 2.
Quando danda cautio idonea diuersa à iuratoria. p. 2. q. 11. n. 3.
Absoluendus sufficit si iuret, se non inuenire fideiussorem. p. 2. q. 11. n. 4.
Absolutio ad cautelam prærequirit probationem de appellatione ex legitima causa, & ante sententiam. p. 2. q. 16. n. 1.
Secus in foro conscientiæ. ibid.
Quid seruet praxis. ibid. n. 2.
In absolutione ad cautelam an exigenda cautio de stando mandatis Ecclesiæ. p. 2. q. 16. n. 5.
Pars an impedire possit absolutionem ad cautelam. p. 2. q. 16. n. 6.
Iudex an teneatur absoluere ad cautelam. p. 2. q. 16. n. 7.
Citanda an sit pars pro absolutione ad cautelam. p. 2. q. 16. n. 4.

Absolutio ad reincidentiam.

Absolutio ad reincidentiam duplex. p. 2. q. 15. n. 2.
Absolutio ad reincidentiam quænam sit. p. 2. q. 14. n. 2.
Quinam possint absoluere ad reincidentiam. p. 2. q. 14. n. 3.
Iudex Ecclesiasticus competens absoluere potest à qualibet excommunicatione cum reincidentia, in ordine ad testificandum. p. 2. q. 14. n. 4.

Absolutio ob manus violentas.

Laicus percutiens religiosum an absoluendus à Superiore percussi. p. 2. q. 22. n. 1.
Laicus percutiens religiosum an possit absolui ab eius Prælato regulari in foro externo. p. 2. q. 22. n. 3.
Quid in foro conscientiæ. ibid.
Monachi se inuicem percutientes, si sint diuersæ religionis, à quibus absoluantur. p. 2. q. 22. n. 2.
Religiosus percussor Clerici absoluitur ab Episcopo. p. 2. q. 21. n. 1.
Licet possit absolui, non tamen necessariò absoluitur. ibid. n. 2.

Absolutio à reseruatis.

Nullus Confessarius potest absoluere à reseruatis Episcopo. p. 1. n. 1458.
Declaratio Decreti auferentis facultatem absoluendi à reseruatis. p. 1. n. 1459.
Litteræ S. Congregationis circa vsum facultatis Ordinariorum reseruandi sibi casus. p. 1. n. 1460.
Declaratio S. Congregat. de mandato Innocentij X. de facultate sublata absoluendi à reseruatis. p. 1. n. 1461.
Dicta declaratio afficit omnes. n. 1462.
Declaratio, quod per confirmationem non sit restituta facultas absoluendi à reseruatis, non procedit de confirmatione in forma specifica. p. 1. n. 1464.
Disposita de nouo in dicta declaratione non habent locum extra diœcesim Neapolitanam. n. 1463.
Incidens in reseruata sub spe iubilæi potest absolui. p. 1. n. 241.
Impeditus adire Episcopum an possit absolui à Parocho à reseruatis. p. 1. n. 1466.
Impeditus adire Papam potest absolui ab Episcopo. p. 1. n. 1467.
Impeditus adire Papam, & Episcopum à quo absol-

Digitized by Google

absoluendus. p.1. n. 1462.

Accessorium.

Accessorium ponitur ad positionem principalis, quando ex eadem causa proueniunt. p.2. n.347.

Accusare, Accusator.

Quilibet an teneatur accusare monetarios. p.1.n.360
Quilibet etiam infamis accusare potest in crimine monetæ, p.1. n.1365.
Accusator succumbens in crimine monetæ, non punitur de calumnia. p.1. n.1360.
In crimine monetæ accusator particeps obtinet immunitatem. p.1. n.1361.

Actus.

Actus facultatiui, si alicui subtrahantur, non fit iniuria. p.1. n.484.
Actus facultatiuus non tribuit ius, nec inducit præscriptionem. p.1. n.592.

Adiectum.

Adiectum iudicandum secundum terminos rei, cui adiicitur, quomodo accipiendum. p.1. n.348.

Administrator.
Vide *Negociorum gestor. Officialis. Procurator.*

Administratores non repetentes depositum à mercatore sustecto de decoctione, tenentur damnum resarcire. p.1. n.776.
Administratores bonorum Monialium tenentur eligere personas idoneas, apud quas bona Monasterii deponant. p.1. n.774.
Stante leuissima culpa in deponendis bonis administratores tenentur de damno. p.1. n.775.
Administrator, seu officialis ditescens, præsumitur ex bonis administratis subtraxisse. p.1. n.795.
Quid si fuerit industrius. ibid
Præsumptio est contra administratorem, &c. repertum diuitem post administrationem n. 796.
An id valeat solum de administratoribus publicis. num.797.
Administratores diuites effecti seclusis aliis indiciis non præsumuntur locupletati de bonis administratis. p.1. n.798.
Quando oriatur præsumptio contra administratorem. p.1. n.801.
Præsumptio contra administratorem vnde euacuetur. n.802.

Aduocatus.

Munus Aduocati, aut Procuratoris non conuenit Religioso. p.2. q.100. n.6.

Aetas pro Ordinibus.
Vide *Ordo sacer.*

Annus præscriptus pro sacris Ordinibus sufficit incœptus. p.1. n.11.

Dies superueniens Februario in Bisextili an computandus in ætate pro sacris ordinibus. p.1. n.11.

Alienatio.

Alienatio quos actus importet. p.1. n.723.

Alimenta.

Lex abhorret diminui alimenta necessaria par. 1. num. 482.
Aliud posse substentari, & aliud commodè. par. 1. num. 424.

Altare.

Non licet in Altari priuatæ Domus retinere Imaginem solam non habentis cultum à Sede Apostolica cum lampade, &c. p.1. n.12. 18.
Non canonizatis, aut beatificatis non possunt erigi Altaria. p.1. n.1221.
Ministeria altaris à solis ordinatis exercenda. p.1. n.16.
Hoc decretum non obligat sub mortali. ibid.

Animal.
Vide *Decima.*

Animalia reputantur pro fructibus agri. p.2. qu.82. num.2.

Animus.

Animus efficacius declaratur factis quàm verbis. p.1. num.1413.

Apostasia.

Apostasia à Religione reddit infamem. p.1. n.1038.
Prohibet susceptionem Ordinum, & ministrationem in susceptis. ibib.
Ad Apostasiam requiritur professio, assumptio habitus sæcularis, & animus non redeundi. pag.1. num. 1039.
Quid sit animus non redeundi. n.1040.
Animus non redeundi debet esse cum effectuatione ibid.
Hæc effectuatio admittit paruitatem materiæ, & quænam sit pro foro interno. ibid.
Quænam pro pro foro externo. p.1. n.1041.
Animus non reuertendi Apostatarum vnde colligatur pro foro externo. p.1. n. 1042.
Habitus dimissio est præsumptio non reuertendi. ibi.
Transfert onus probandi in dimittentem. ibid.
Apostasiæ effectus p.1. n.1037.
Cui Apostasiæ conueniant. n.1038.
Apostasia non habet locum in Episcopo Regulari. p.1. n. 1034.

Apostata
Vide *Pœna.*

Induens habitum laicalem, non est Apostata, si non constat de animo deserendi Religionem. part. 1. num. 1044.
Quando præsumatur Apostata. n.1045.

Occul-

Occultans habitum proprium sub alieno censetur Apostata. p.1. n.1849.
In foro conscientiæ secluso animo deserendi Religionem, occultans habitum non est Apostata. par.1.n.1050.
Quid si occultet sub habitu alterius Religionis. ibid.
Recensentur prohibita Apostatis. p.1. n. 1035.
Apostatis prohibentur, quæ prohibentur excommunicatis. p.1. n.1036.
Apostatæ de iure non sunt excommunicati, sed excommunicandi. ibid.
Ratione priuilegiorum sunt excommunicati. ibid
Apostata celebrans fit irregularis. p.1. n.1036.
Apostatæ non possunt assumi ad dignitates. par.1. num.1038.
Amittunt priuilegium clericale. ibid.
Apostatæ perquirendi à suis superioribus. par.1. num. 1084.
Possunt ab Ordinario loci in carcerem coniici, superioribus suis consignandi. ibid.
Apostatæ quando, & à quibus superioribus inquirendi. ibid.
Superiores an teneantur inquirere, & reducere omnes apostatas. p.1. n.1085.
Superiores possunt suos apostatas capere vbicunque reperiantur. n.1086.
Capere apostatas ad quem pertineat. p.1. n. 1090.
Iudices Sæculares tenentur auxilium præstare superioribus pro capiendis Apostatis, aliàs puniri possunt. p.1. n.1087.
Capientes apostatas non incurrunt censuras ratione violentiæ. p.1. n.1088.
Etiamsi resistentes vrgeant, percutiant, &c. ibid.
Apostata permanens vltra annum in apostasia an sit suspectus de hæresi. p.1. n.1101.
Retinens apostatam intuitu consanguinitatis, amicitiæ, &c. non incurrit excommunicationem. p.1. num. 1089.
Detinentes, occultantes, fouentes Apostatas sunt ipso iure excommunicati. p.1. n. 1056.
Pro hac excommunicatione incurrenda requiritur contumacia. n.1057.
Apostatæ resipiscentes benignè excipiendi sunt, congruè tamen puniendi. p.1. n.1100.
Quid si apostata non possit sine scandalo detineri in Monasterio. p.1. n. 1091.
Apostata à quo absolui possit. p.1. n.1097.
Super suspensione, & irregularitate, si quam contraxit, à quo dispensari possit. p.1. n.1098.
Bona apostatarum decedentium extra religionem pertinent ad Cameram Apostolicam. p.1.n.1094.
Quid de bonis acquisitis per actus prohibitos, si iis in vita priuentur. ibid.
Bona Apostatarum retrahi possunt à religione. p.1. num.1095.
Bona acquisita ex beneficio ab Apostata cuius sint p.1. n. 1096.
Apostata, qui fuit in diuerso Ordine, acquirit Cameræ Apostolicæ. p.1. n. 1031.
Si tamen decedat extra religionem. n. 1032.
Dum viuit, acquirit posteriori religioni, si ad ipsam legitimè transiit: secus autem acquirit priori. ibi.
Inducens ad apostandum, aut cooperans ad quid teneatur. p.1. nu.1055.
Pœnæ Apostatarum. p.1. n. 1053.
Procedunt de Apostatis à fide. n.1054.
Apostatis à Religione non est de iure aliqua pœna determinata. p.1. n.1054.
Constitutiones editæ contra Apostatas. p.1.n.1051.
Pius V. non confirmauit Constitutionem Pauli IV. contra Apostatas. p.1. n.1052.

Appellatio.

Appellario est defensio, & præsidium innocentiæ, p.1. n.1359.
Prohibita appellatione non prohibetur querela, & recursus. p.1. n.1359.
Appellandum ad eum, qui dedit iudicem. par.1. n. 842.
A Conseruatoribus appellatur solum ad Papam. p.1. num, 841.
Appellandum ad Papam, etiamsi Conseruator ab ipso datus sit laicus. p.1. n.843.
A Conseruatore Clerico dato à Principe laico appellatur ad ipsum Principem. p.1. n.843.
A Conseruatore an appellari possit ad Legatum. p.1. n.844.
A Subconseruatore ad quem sit appellandum. par.1. num. 845.
De iure ciuili semper est appellandum ad committentem. p.1. n.845.
Appellatio non suspendit excommunicationem. p.1. q.12. n.1.
Appellans ab excommunicatione potest denunciari. ibid. n.2.
Nisi sententia fuerit conditionalis. p.2. q.12. n.2.
Appellans ab excommunicatione de iure nouo non potest denunciari p.2. q.12. n.3.
Appellati potest à sententia conditionali toto tempore intermedio. p.2. q.12. n.5.
Appellatio à sententia conditionali excommunicationis habet effectum suspensiuum. p.2. q.12. n.4.

Approbatio.

Quod omnes tangit ab omnibus approbari debet, p.1. num. 521.

Approbatio pro confessionibus.
Vide *Confessarius Regularis quò ad confessiones.*

Ius commune circa approbationem Confessariorum quatenus sublatum. p.1. n.1443.
Dispositio Tridentini de approbatione confessariorum complectitur omnes. p.1. n.1439.
Episcopi approbatio est necessaria pro confessionibus audiendis, etiam Regularibus. p.1. n.15.
Approbatio se habet per modum sententiæ. par.1. num. 1392.
Ordinarij tenẽtur simpliciter approbare ad confessiones Regulares, quos simpliciter idoneos reperiunt. p.1. n.15.
Absolutè idoneos tenentur Episcopi absolutè approbare. p.1. n.1394.
Approbatio non est libera Episcopis, sed debent se conformare idoneitati. p.1. n.1395.

Appro-

Digitized by Google

Approbatio Regularium pro confeſſionibus eſt de ſe perpetua. p.1. n.1392.
Approbatio quò ad Regulares eſt neceſſaria ſolum pro confeſſionibus ſæcularium. p.1. n.1435.
Approbatus in vno Epiſcopatu non poteſt in alio audire confeſſiones. p.1. n.1404.
Doctores oppoſitum ſentientes. n.1405.
Praxis requirit approbationem pro ſingulis Diœceſibus. n.1406.
Approbatio pro vna Diœceſi non ſe extendit ad ad aliam, p.1. n.1406.
Quinam approbare poſſint Confeſſarios. p.1.n.1444.
Vicarius Generalis an poſſit approbare Confeſſarios. p.1. n.1445.
Quando Epiſcopus approbat Confeſſarios ſolum examinatos coram Examinatoribus, an Vicarius poſſit approbare. p.1. n.1445.
Prælati Regulares debent ab Ordinario approbari pro audiendis confeſſionibus. p.1. n.1440.
An etiam Generales religionum. p.1. n.1441.
Ordinarij approbant Confeſſarios, quatenus præſentatos à Superioribus. p.1.n.1442.
Qui ſecluſa præſentatione non habent iuriſdictionem. ibid.
Approbatio ad confeſsiones conceſſa Regularibus, non poteſt ſine cauſa reuocari. p.1. n.15.
Si habilis pro audiendis confeſſionibus reiiciatur, poteſt appellare à grauamine. p.1. n.1400.
Quid ſi deficiat ex timore, aut perturbatione animi. ibid.
Approbatio non idonei eſt nulla. p.1. n.1450.

Arbitrium.

Arbitrium intelligitur prout de iure. p.1. num. 12. & 472.
Arbitrium debet regulari à iure. p.1. n.863.
Arbitrium iudicis debet eſſe iuri conforme. par. 1. num.450.
Arbitrium officialium quale debeat eſſe. p.1. n.450.

Argumentum.

Probabilia argumenta quænam ſint. p.1. n.174.
Argumentum à contrario quando valeat. p.1.n.1339.
Argumentum à contrario ſenſu quando valeat. p.2. q.26. n.6.
Argumentum à Fiſco ad Eccleſiam valet. p.2. q.98. num. 2.
Quando valeat argumentum à Fiſco ad Eccleſiam. p.2. q.96. n.1.
Ab Eccleſia ad Fiſcum non valet argumentum. p.2. q.96. n.3.
Valet argumentum à milite ad Eccleſiam. par. 1. num.803.

Aſſaſinium. Aſſaſinus.
Vide *Pœna.*

Ad Aſſaſinium quid requiratur. p.1. n.160.
Ad aſſaſſinium requiritur contractus. p.1. n.161.
Non ſufficit tractatus. n.162.
Solum mandans pretio dato, aut interficiens accepto, eſt aſſaſsinus. p.1. n.151.
Aſſaſsinium requirit mandantem, & mandatarium. p.1. n.152.
Aſſaſsinus eſt, qui præmio occidit, aut facit occidere. p.1. n.144.
Si occiſus non eſt Chriſtianus, non eſt propriè aſſaſsinium. ibid.
An mandans aliquem vulnerari dato pretio, committat aſſaſsinium. p.1. n.145.
Solum homicidium fundat aſſaſsinium. p.1. n.146.
Ad aſſaſsinium requiritur promiſsio certa. par.1. num. 165.
Qualiter debet eſſe certa. n.166.
Promiſſio de reſarciendis expenſis, & indemnem præſtando, non inducit aſſaſsinium. p.1. n.169.
Promiſsio, vt inducatur aſſaſsinium, debet eſſe pro homicidio. p.1. n.170.
Sola promiſsio pecuniæ etiam ſine ſcriptura inducit aſſaſsinium. p.1. n.157.
Etiamſi promiſsio non ſit de re certa, ſed generalis. n.158.
Ad aſſaſsinium requiritur acceptatio promiſsionis de pretio. p.1. n.163.
Non acceptata promiſsione nō habet locum pœna ordinaria aſsaſinij ſequuto homicidio. p.1. n.164.
In ſubiecto non cadit qualitas aſſaſsinij. p.1. n.168.
An etiam in amicis, & coniunctis. ibid.
Si mandatarius ſit ſubiectus, ad aſſaſsinium requiritur datio, vel promiſsio, ſecus ſi ſit filius. p.1.n.167.
Non eſt aſſaſsinus occidens, vt rem gratam alteri præſtet. p.1. n.159.
Præſentia mandantis excludit aſſaſsinium. p.1.n.155.
Vt aſſaſsinium probetur, debet probari mandatum & pactum de pecunia. p.1. n.153.
Quid teſtis deponere debeat, vt probetur aſſaſsinium. p.1. n.156.
Ad probandum aſſaſsinium ſufficiunt præſumptiones &c. p.1. n.171.
Sufficiunt probabilia argumenta. n.172.
Quæ probabilia argumenta ſufficiant. n.173.
Probabilia argumenta pro crimine aſſaſsinij ſunt indicia indubitata. p.1. n.173.
Probabilia argumenta ſufficiunt, tantum coram iudice Eccleſiaſtico in ordine ad reum relaxandum Curiæ ſæculari. n.174.
Declarare crimen aſſaſsinij ſpectat ad iudicem Eccleſiaſticum quò ad Eccleſiaſticos. p.1. n. 142.
Aſſaſsinium hodiernum non eſt illud, de quo in cap.1. *de homicid.* in 6. p.1.n.148.
Pœnæ ſpirituales dicti cap. hodie non habent locum. p.1. n.149.
Sed ſolum corporales. n.150.
Pœna aſſaſsinij an locum habeat, attentato, & non ſequuto effectu. p.1. n.186.
An degradandus aſſaſsinus, antequam conſignetur Curiæ ſæculari. p.1. n.187.
Finis Conſtitutionis de aſſaſsinis, ne laici violent immunitatem. p.1. n.142.

Auctor.

Damnato Auctore an omnia, quæ ſcribit, cenſeantur damnata. p.1. n.1546.
Quomodo id accipiendum. n.1547.

Aucto-

Digitized by Google

Auctoritas.

Impertiens ſuam auctoritatem, facit ſua quibus impertit. p.1. n.1552.

Audere.

Audere ſupponit notam qualitatem prohibitionis. p.1. n.1557.

Aurum.

Aurum, & argentum chimicum non poſſunt vendi pro verò auro, & argento. p.1. n.1294.
Imo vendendum pro eo, quale eſt, & pro vero, ſi eſt verum. n.1295.

B

Baldachinum.
Vide *Abbas. Epiſcopus.*

BAldachinum eſt regimen throni. p.1. n.388.
De iure communi Epiſcopi poſſunt aliquando erigere Baldachinum in Eccleſijs Regularium. p.1. num.380.
Poſſunt cenſuris compellere Regulares contradicentes. ibid. n.381.
Non tamen id competit Vicariis Epiſcoporum, etiam abſentium. ibid. n.382.
An ſi regulares non habeant commoditatem, teneantur prouidere Epiſcopo de Baldachino. p.1. num.383.
Epiſcopi an poſsint erigere Baldachinum in Monaſterijs exemptis Regularium. p.1. n.384.
In hoc caſu, an ſi contradicant Regulares poſsint cenſuris compelli. ibid. n.385.

Baptiſmus.

Inuitè baptizatus tenetur ad fidem, & leges Eccleſiaſticas p.1. n.350.

Baro.

Barones, & eorum filij habent domicilium loci feudalis, licet ibi non habitent. p.1. n.1160.
Barones habent tot domicilia, quot feuda in diuerſis diœceſibus. p.1. n.1162.

Beatificatio.
Vide *Canonizatio. Miraculum.*

Quando, & quomodo tractari poſsit de beatificatione, & canonizatione. p.1. n.1195.

Bellum.
Vide *Clericus.*

Licitè pugnans cur non fiat irregularis. p.2. q.95. num.6.
Hortans ad pugnandum, & occidendum in actuali conflictu, an fiat irregulari. p.2. q.95. n.9.

Benedictio.
Vide *Abbatiſſa benedictio.*

Benedictio nuptiarum pertinet ad Parochum. par.2. q.69. n.1.
Benedictio etiam ouorum, & domorum. ibid.
Non poſſunt Regulares domos benedicere in Sabbatho Sancto. p.2. q.69. n.5.
Regulares poſsunt benedicere oua in Paſchate p.2. q.69. n.6.

Beneficium.

Diſpenſatus ad vnum beneficium etiam in genere, non poteſt ad ſecundum aſſumi. p.2. q.91. nu.2.
Si Clericus obtineat beneficium, ceſſat mandatum de prouiſione. p.1. n.1133.
Beneficium an poſsit conferri nouitio. p.2. q.45. n.1.
Beneficium Nouitij ante profeſſionem non vacat. p.2. q.45. n.1.
Beneficium ſiue maius, ſiue minus ſit, non vacat ante profeſſionem. p.2. q.45. n.2.
Inferior Papa non poteſt mutare regulare in ſeculare beneficium, & contra. p.2. q.85. n.4.
Ad mutandum ſtatum requiritur voluntas conferentis ab initio. ibid. n.5.
Inferior nulliter confert, ſi non ſeruet terminos iuris. p.2. q.85. n.5.
Sede vacante poſsunt conferri reſeruata, & valida eſt collatio, etiam ignorata vacatione. p.2. q.88. num.4.
Regularis poſſidens titulo colorato beneficium ſæculare, & econtra, iuuatur regula de triennali in vtroque foro. p.2. q.90. n.1.
Exigitur tamen bona fides. ibid. n.2.
Beneficium ex eo, quod vnitum, ſit Monaſterio, non fit regulare. p.2. q.85. n.1.
Per vnionem etiam æque principalem non alteratur ſtatus beneficij. p.2. q.85. n.2.

Beneficium regulare.

Varij modi, quibus beneficia regularia conferuntur p.2. q.88. n.1.
Beneficia regularia quæ manualia, & quæ perpetua. p.2. q.88. n.2.
Quæ beneficia regularia non poſſint conferri, niſi expreſsè profeſsis. p.2. q.45. n.4.
Quæ non profeſsis, ſed etiam laicis conferri poſsint, & quomodo. ibid. n.5.
Beneficia vnius Conuentus non poſſunt conferri religioſis alterius Conuentus. p.2. q.87. n.2.
Quomodo id accipiendum. ibid. n.2.
Beneficia regularia non poſſunt permutari inter religioſos diuerſi ordinis, aut etiam Monaſterij. p.2. q.87. n.2.
Præſcriptio non mutat beneficium regulare in ſæculare, e contra. p.2. q.85. n.3. & 5.
Prouiſus à ſupplente de beneficio regulari, reuocari poteſt à Prælato regulari. p.2. q.54. n.4.
Beneficia Canonicorum Regularium. p.2. q.87. n.1.
Quænam beneficia regularia ſint reſeruata. part.2. q.88. num.3.

Digitized by Google

Bibliopola.

Bibliopolæ an teneantur exhibere catalogum omnium librorum indicentibus Inquiſitoribus. p. 1. num. 1575.

Bigamia.

Bigamia non inducit irregularitatem in fœmina. p.1. num.696.

Bona.

Bona Eccleſiaſticarum perſonarum ſunt exempta à gabellis, &c. p.2. q.48. n.2.

Bona fides.

Iuris error non ſinit induci bonam fidem. p.2.q.90. num. 4.

C

Canonici.

CAnonici Regulares de iure antiquo erant capaces beneficij ſecularis abſque diſpenſatione. p.2. q.86.num. 1.
De iure nouo non ſunt capaces, etiamſi beneficia ſint curata. ibid.
Canonici S.Georgij in Alga, ſeu B. Laurentij Iuſtiniani an capaces ſæcularis beneficij. p.2.q.86.n.3.

Canonizatio.
Vide *Serui Dei. Miraculum.*

Praxis canonizandi remiſsiuè. p.1. n.1234.
Subſtantia canonizationis in quo conſiſtat. part.1. num.1235.
Formula canonizationis. p.1. n.1236.
Quomodo Pontifex errare non poſsit in canonizatione. p.1. n.1236.
Pro canonizatione coniunctim requiruntur ſanctitas vitæ, & miracula. p.1. n.1236.
Miracula in vita non ſufficiunt. p.1. n.1237.
Sola miracula poſt mortem ſufficiunt pro canonizatione. ibid.
Canonizatio non innititur puro teſtimonio humano ſed etiam diuino. p.1. n.1238.
Cauſa Canonizationis, & Beatificationis eſt de maioribus. p.1. n.1185.
Aſsiſtentia Spiritus Sancti in cauſa canonizationis quid reſpiciat. p.1. n.1187.

Caſus reſeruatus.
Vide *Abſolutio à reſeruatis.*

Ordinarij non poſſunt ſibi reſeruare caſus ſpecialiter reſeruatos Papæ. p.1. n.1412.

Capitulum.

Capitulum Eccleſiæ maioris præcedit Prælatum colligiatæ inferioris. p.2. q.32. n.2.
Capitulum non ſuccedit Sede vacante in ea, quæ conueniunt Epiſcopo ex iuriſdictione delegata. p.1. n.37.

Carceratio.

Iudex non poteſt relaxare mandatum de captura, niſi prætia cauſæ cognitione. p.1. n.1363
Captura perſonæ eſt compulſio, non ſolutio. par.1 num.783.

Cauſa.

Cauſæ ſimiles, & aliquo pacto ſimiles valdè differunt. p.1. n.30.
Cauſæ ſimiles quænam ſint. ibid.

Celebratio Miſſæ.

Certum numerum Miſſarum, & candelarum ſuperſtitioſum prohibere debent Epiſcopi. p.1.n.8.
Decretum Trident. de vitan. in celebr. quatenus afficiat Regulares. p.1. n.8.
Celebrans, ſi non ſit ſacerdos, traditur Curiæ ſæculari. p.1. n.370.
Hoc delictum diuerſimodè punitur. ibid.n.371.
Celebrans, ſi non ſit ſacerdos, fit irregularis. part.1. num. 372.

Cenſura.
Vide *Abſolutio à cenſuris.*

Ferre cenſuras pertinet ad claues. p.1. n.763.
Ordinariorum cenſuræ contra Regulares, ſunt nullæ defectu iuriſdictionis. p.1. n. 80.
Qualis probatio requiratur de nullitate cenſuræ. p.2. q.16. n.2.

Ceſſio bonorum.

In debito ex contractu quando poſsit debitor admitti ad ceſſionem bonorum. p.1. n.787.
Iudex poteſt arbitrari, quod debitor luat in corpore, quando non eſt ſoluendo. p.1. n.787.
In debito ex delicto, vel quaſi delicto, non admittitur ceſſio bonorum. p.1. n.788.
Ne delictum impunitum remaneat. ibid.
Non habens, vnde ſoluat, luit in corpore. p.1.n.788.
Ceſſio bonorum non admittitur, quando debitum miſcetur cum dolo. p.1. n.789.
Spolians aliquem non admittitur ad ceſsionem bonorum. p.1. n.789.
Ceſsionis beneficium non habet locum quando tempore contractus ſciebat debitor, ſe eſſe impotentem. p.1. nu.790.
Contrahentes ſub ſpe ceſſionis bonorum, repelluntur à beneficio. num.791.
In foro externo conſtare debet de huiuſmodi ſpe. ibid.
Ceſsio bonorum non habet locum ſtante obligatione perſonali ad aliquod ſeruitium. p.1.n.792.
Ceſsio bonorum non habet locum, ſi creditor renunciet iuri incarcerandi debitorem, aut non petat ſubiici cenſuræ. p.1. n.793.
Cauſa finalis cõceſsionis ceſsionis bonorũ. p.1.n.793.

Digitized by Google

Charitatiuum subsidium.

Charitatiuum subsidium exigitur à Monasterijs exemptis. p. 2. q. 71. n. 1.
Nisi adsit consuetudo in contrarium. ibid.
In qua summa exigendum. ibid. n. 2.
Causæ, ob quas exigi potest. ibid. n. 3.
Exempti non tenentur ad charitatiuum subsidium. p. 2. q. 71. n. 4.
Charitatiuum subsidium est de lege Diœcesana. p. 2. q. 71. n. 5.
Ecclesiæ obligatæ ad charitatiuum subsidium, tenentur, etiamsi subiiciantur Monasteriis exemptis. p. 2. q. 71. n. 6.
Non tamen si sint regulares. ibid.
Monasteria, quæ ex consuetudine, aut indulto soluunt charitatiuum subsidium, tenentur soluere. ibid.
Monasterium habens populum non exemptum an teneatur ad charitatiuum subsidium. ibid. n. 8.

Citatio.

Citatio est necessaria in actibus iudicialibus. par. 1. num. 824.
Citatio per Edictũ est Principi reseruata. p. 1. n. 826.
Delegatus Principis citare potest per edictum. p. 1. num. 826.
Citatio quomodo fieri possit in non subditum. p. 1. q. 7. n. 2.

Claues.

Contemnens claues videtur de ipsis malè sentire. p. 1. n. 1101.

Clausula.

Quid illa clausula. *Dummodo non sint reuocata, &c.* p. 1. n. 219.
Clausula, *Opportunis remedijs*, quid importet. par. 1. num. 2.
Clausula, *sine strepitu, & figura iudicij*, quid importet. p. 1. n. 708.
Tollit solemnitates iuris ciuilis. ibid.
Requirit solum, quæ sunt iuris naturalis, & gentium. ibid.
Non excludit probationes. ibid.
Clausula inter vnam, & aliam dispositionem refertur ad præcedentem. p. 1. n. 2.

Clausura.

Vide *Moniales: Episcopus quò ad Moniales quò ad loquutionem.*

Episcopi restituunt, & conseruant clausuram Monialium etiam exemptarum. p. 1. n. 29.
Visitare possunt Monasteria plenè exempta, & Regularibus subiecta, in ordine ad clausuram. ibid.
Quid si Monasterium sit priuilegiatum, vt semel tantum possit visitari, & ex casu fortuito dubitetur de detrimento clausuræ. ibid.
Facultas concessa Episcopis circa clausuram Monialium exemptarum, non extenditur ad accessum, & loquutionem. p. 1. n. 29.
Circa clausuram Monialium subiectarum Regularibus, debent Episcopi coniunctim procedere cum earumdem Superioribus. p. 1. n. 29.

Clericus. Clerus.

Clericus sæcularis beneficiatus transiens ad matrimonium recuperat bona donata Ecclesiæ. par. 2. q. 118. n. 7.
Clerici, & Religiosi tenentur in magna necessitate, ad custodiam murorum Ciuitatis. p. 2. q. 95. n. 1.
Clerici quando pugnare possint, mutilare, interficere. &c. p. 2. q. 95. n. 2.
Clerici tenentur pugnare, quando est necessarium pro defensione Reipu. aut pro consequutione victoriæ, à qua pendet commune bonum Ecclesiæ. p. 2. q. 95. n. 3.
Quando tenentur pugnare, non incurrunt irregularitatem. ibid.
Clerici possunt in genere hortari ad bellum iustum. p. 2. q. 95. n. 3.
Ecclesiastici quando teneantur ad custodiam murorum Ciuitatis. p. 2. q. 95. n. 4.
Clericis, concurrente iure naturæ, non prohibetur pugnare. p. 2. q. 95. n. 5.
Clericus interueniens bello cum licentia Papæ, an fiat irregularis, si occidat. p. 2. q. 95. n. 7.
Clerici pugnantes in bello iusto sine licentia, an fiant irregulares. p. 2. q. 95. n. 8.
Clerici possunt aduocare coram Iudice sæculari pro causa propria, vel Ecclesiæ. p. 2. q. 100. n. 2.
In causis criminalibus, concurrentibus duabus conditionibus. ibid.
Pro aduocando requiritur licentia obtenta, nec sufficit petita. ibid. n. 3.
Nec sufficit tacita. ibid.
Licentia Episcopi non sufficit, nec est necessaria. ibi. num. 4.
Exemptio Clericorum non tollit, quæ sunt iuris naturalis. p. 2. q. 95. n. 4.
Clericus examinari potest à suo iudice vigore processus fabricati à laico. p. 1. n. 183.
Clericus non potest à suo iudice interrogari vigore processus fabricati à iudice laico. p. 1. n. 184.
Clerici Ordinum Militarium an cõfiteri possint non approbatis. p. 1. n. 1437.
Clerus etiam regularis an teneatur obuiam ire Episcopo. p. 2. q. 31. n. 1.
Cleri appellatione quando non veniant regulares. p. 2. q. 23. n. 4.

Coactio.

Coactio ad id, ad quod quis non tenetur, non inducit obligationem. p. 1. n. 350.

Cœmeterium.

Cœmeterium in odiosis non venit nomine Ecclesiæ. p. 1. n. 587.

Collegium.

Collegium non potest institui inconsulto Pontifice. p. 2. q. 38. n. 2.

Communicatio.
Vide *Priuilegia.*

Generalis communicatio non trahitur ad ea, quæ indigent ſpeciali nota. p. 1. n. 63.

Communitas.

Duplex communitas fidelium, Cleri, & Populi. p. 2. q. 23. n. 2.
Quod eſt commune cum alio meum dici non poteſt. p. 1. n. 1552.
In fauorabilibus tamen oppoſitum contingit. ibid.

Compromiſſarij.

Error compromiſſarij non eſt ab ipſo corrigendus. p. 1. n. 683.

Conceptio B. Virginis.

Quid definierit circa Conceptionem B. Virginis Concilium Baſilienſe. p. 1. n. 884.
Prohibitio Pij V. ne de controuerſia Conceptionis vulgari idiomate ſcribatur. p. 1. n. 886.
An ſit prohibitum edere conciones tractantes de Conceptione B. Virginis. n. 887.
Quid nomine vulgaris ſermonis veniat in Conſtit. Pij V. p. 1. n. 888.
Appellatione vulgaris ſermonis venit vſitatus. ibid.
Exiſtens in Gallia, & ſcribens Italicè de Conceptione B. Virginis, an violet Conſtitutionem Pij V. p. 1. n. 888.
Ratio allata à Cartagena, cur materia Conceptionis non ſit definita. p. 1. n. 889.
Non eſt ſatis congrua. n. 890.
Definitio non videtur neceſſaria. ibid.
P. Dominicani tractare poſſunt controuerſiam Conceptionis, &c. p. 1. n. 891.
Qualis tractatus de Conceptione prohibitus ſit. p. 1. num. 892.

Conceſsio.

Vnius conceſſio eſt alterius excluſio. p. 1. n. 306.
Conceſſio facta omnibus, & ſingulis, neminem prorſus prætermittit. p. 1. n. 232.
Conceſſo vno conceduntur omnia, ſine quibus non peruenitur ad ipſum. p. 1. n. 1007.
Conceſſo principali conceduntur acceſſoria. par. 1. num. 1241.
Deficiente conditione deficit conceſsio. p. 1. n. 864.
Conceſſum ſub vna conditione cenſetur prohitum ſub oppoſita. p. 1. n. 1526.

Concilium.

Canones Concilij Tridentini de Regularibus in ſingulis monaſteriis exequutioni mandandi. part. 1. num. 1.
Quid ſentiendum de Concilio Baſilienſi, part. 1. num. 883.

Concio.

Concio non eſt prohibita tempore interdicti. p. 1. num. 587.
Obligatio audiendi verbum Dei in Parochia an ſit ſub mortali. p. 1. n. 640.
Populus tenetur audire verbum Dei, ſed non obligatur audire in Parochia. p. 1. n. 640.
Obligatio audiendi verbum Dei eſt grauis. par. 1. num. 641.
Vnde naſcatur hæc obligatio. ibid.
Quando vrgeat obligatio audiendi verbum Dei. p. 1. num. 642.
An aliquando ceſſare poſsit. ibid.
Quinam ſint dies feſti ſolemnes, in quibus eſt concionandum. p. 1. n. 636.
Obligatio concionandi diebus præſcriptis à Concilio Tridentino an ſit ſub mortali. p. 1. n. 637.
Exemptio Eccleſiarum Regularium non ſufficit, vt concionari poſſit ſine licentia Epiſcopi. par. 1. num. 622.
Curam animarum habentes compellendi ad prædicationem. p. 1. n. 3.
Quando habendus ſermo in Oratoriis Confraternitatum, aut apud Moniales ianuis clauſis, an requiratur licentia Epiſcopi. p. 1. n. 625.
Sacrificare, & prædicare, parificantur. p. 1. n. 640.

Concionator
Vide *Epiſcopus quò ad Conciones. Regulares quò ad Conciones.*

Quinam ſint idonei concionatores. p. 1. n. 61.
Cauenda à Concionatoribus. p. 1. n. 588.
Concionatores docere debent neceſſaria ad ſalutem. p. 1. n. 589.
Debent ſuadere virtutes, & declinare à vitiis. ibid.
Satagentes excitare riſum peccant mortaliter. ibid.
Fabulæ Gentilium non adhibendæ à concionatoribus. p. 1. n. 614.
Prædicatio Epiſcopi, quid exigat. p. 1. n. 613.
Qualitas prædicationis Epiſcopalis deſcripta à Concil. Trident. p. 1. n. 6. 14
Habens concionem in peccato mortali non peccat mortaliter, ſecluſo ſcandalo, & contemptu. p. 1. num. 645.
Concionatores debent ſe preſentare Ordinarijs cum fide de vita, & moribus ſuorum Superiorum. p. 1. num. 556.
Concionaturi in Eccleſiis non ſui Ordinis debent obtinere licentiam. p. 1. n. 557.
Concionatores examinandi à ſuis ſuperioribus reſpectiuè. p. 1. n. 577.
Modo ſpectat ad ſolum Epiſcopum approbare concionatores. p. 1. n. 606.
Non eſt admittendus ad concionandum niſi emittens profeſsionem fidei coram Ordinario par. 1. num. 571.
Concionantes ſine licentia, de iure nouo poſſunt excommunicari. p. 2. q. 6. n. 3.
Sacris non initiatus concionari poteſt. p. 1. n. 679.
Concionari non eſt actus Ordinis. p. 1. n. 580.
Nominatim ſuſpenſis, aut interdictis non licet concionari. p. 1. n. 586.

Digitized by Google

De qua ſuſpenſione, & interdicto id accipiendum. ibid. n. 587.
Infames non debent admitti ad concionandum. p. 1. num. 646.
Laico non licet concionari. p. 1. n. 580.
Laicis nunquam fuit permiſſum concionari. part. 1. num. 581.
Laicis etiam Theologis non poteſt committi munus prædicandi. p. 1. n. 582.
Initiatus prima tonſura an veniat nomine laici in ordine ad concionandum. p. 1. n. 582.
Quinam prohibeantur admitti ad concionandum. p. 1. n. 619.
Electio concionatoris pro Cathedrali fit ab Epiſcopo. p. 1. n. 590.
Si iuxta conſuetudinem ſinat eligi à populo, poteſt compellere, vt etiam tribuas eleemoſinam; ſi tollat conſuetudinem, tenetur ipſe etiam ad eleemoſinam. ibid.
Declaratio S. Congregat. circa electionem Concionatoris. ibid. n. 591.
Si Epiſcopus ſinat Populum eligere concionatorem, poteſt ſucceſſor reaſſumere electionem. part. 1. num. 592.
Qui prætendit eligere concionatorem, debet contra Epiſcopum probare conſuetudinem. p. 1. n. 593.
Et quod ſit immemorabilis. ibid. n. 394.
Si plures Cathedrales ſint vnitæ, debet Epiſcopus ſingulis prouidere de concionatore. p. 1. n. 638.
Omnibus ſubminiſtrandæ expenſæ. ibid.
Eleemoſina pro concionatoribus Eccleſiarum non cathedralium danda iuxta conſuetudinem. par. 1. num. 597.
Secluſa conſuetudine Rector Eccleſiæ tenetur ad expenſas pro concionatore, & quid ſi redditus ſint tenues. ibid. n. 598.
Quid faciendum, ſi oriatur difficultas, ad quem ſpectet miniſtrare expenſas pro concionatore. par. 1. num. 599.
Epiſcopus cogere poteſt ad ſoluendam integram eleemoſinam concionatori. p. 1. n. 600.
Si expenſæ pro concionatore ſoluantur ex publico ærario, ſeruanda eſt conſuetudo. p. 1. n. 601.
Quando de fructibus beneficij, ſoluuntur expenſæ concionatori, non eſt grauandus penſionarius. p. 1. num. 603.
Eleemoſina pro concionatore an poſſit deduci in pactum. p. 1. n. 604.
Litteræ Vrbani VIII. circa Concionatores declarant ius commune. p. 1. n. 3.

Concurſus.

Diminutio concurſus reſpectu Regularium, eſt diminutio eleemoſinarum. p. 1. n. 482.

Condemnatio.

Non eſt quis condemnandus ex inditiis, & præſumptionibus. p. 1. n. 253.
Condemnatus in crimine falſæ monetæ non poteſt appellare. p. 1. n. 1359.

Confeſſarius.

Vide *Regulares quò ad Confeſſiones. Approbatio. Epiſcopus quò ad confeſſarios.*

Quid requiratur, vt quis ſit aptus ad audiendas confeſſiones. p. 1. n. 1396.
Idoneitas debet eſſe nota, vt quis approbetur ad audiendas confeſſiones. p. 1. n. 1397.
Confeſſarij quando poſſint approbari ad tempus. p. 1. n. 1394.
Examen confeſſariorum quando poſſit omitti. p. 1. num. 1398.
Confeſſarij approbati ſimpliciter an poſſint de nouo à ſucceſſore examinari. p. 1. n. 1390.
Doctores concordantes. n. 1391.
Religioſus potens eligere confeſſarium eiuſdem Ordinis an debat eligere approbatum iuxta conſtitutiones Ordinis. p. 1. n. 1438.
Confeſſarij ex vigore priuilegiorum Confraternitarum debent eſſe approbati ab Ordinario. par. 1. num. 1407.
Non poſſunt abſoluere à reſeruatis. n. 1408.
Nec diſpenſare ſuper aliqua irregularitate. ibid.
Confeſſarij Confraternitatum approbandi ab Ordinario; & ſi Regulares, etiam à ſuis Superioribus. p. 1. n. 214.
Non poſſunt abſoluere à reſeruatis Pontifici, & Ordinario. n. 215.
Bis, aut ter in anno offerendus Monialibus Confeſſarius extraordinarius. p. 1. n. 39. 1
Pro ſubiectis Regularibus deputatur ab earumdem Superiore, & approbatur ab Ordinario. ibid.
Non tenentur, ſed poteſt alterius Ordinis Confeſſarium deputare. ibid.
Quando Religioſus vnius Ordinis audit confeſſiones Religioſi alterius Ordinis, à quo debeat eſſe approbatus. p. 1. n. 1436.

Confeſſio iudicialis.

Confeſſio facta à iure admittit probationem in contrarium. p. 2. q. 19. n. 4.
Confeſſio Clerici coram iudice laico non valet ad condemnandum. p. 1. n. 177.
An valeat vt extraiudicialis. n. 178.
Confeſſio coram iudice competente, ſi ſit diuerſa à confeſſione coram incompetente, quid faciendum, ſi prima fuit iurata. p. 1. n. 181.
Quid ſit non fuerit iurata. n. 182.

Confeſſio Sacramentalis.

Vide *Abſolutio. Regulares quò ad confeſſiones.*

Ante Decretum Clement. VIII. an licuerit confiteri abſenti. p. 2. q. 17. n. 4.
Stante quacunque neceſſitate, confeſſio non poteſt fieri abſenti. p. 1. n. 195.
In nullo caſu eſt probabile, quod confeſſio fieri poſſit abſenti. n. 196.
Ex natura ſacramenti id repugnat. ibid.
Non ſolum abſolutio non poteſt impendi abſenti, ſed nec abſenti confiteri. p. 1. n. 201.
Confeſſio in genere an ſufficiat pro articulo mortis. p. 1. n. 1453.

Cur

Digitized by Google

Cur peccatum in genere ſit materia ſufficiens Sacramenti Pœnitentiæ. p. 1. n. 1453.
Quid requiratur, vt ſufficiat confeſsio vnius peccati, aut etiam in genere. p. 1. n. 1454.
Quando audiri non poteſt integra confeſsio, audito vno peccato poteſt pœnitens abſolui. par. 1. num. 1451.
Nonnulli oppoſitum ſentiunt, ſed contra communem. n. 1452.
Secretum confeſsionis excuſat ab integritate. p. 1. num. 199.
Confiteri poteſt pœnitens ex cauſa per interpretem. p. 1. n. 197.
Imo etiam ſine cauſa, & etiam publicè. n. 198.
An aliquando adſit obligatio confitendi per interpretem. p. 1. n. 199.
Audiens confeſsiones, ſine approbatione Ordinarij, mortaliter peccat. p. 1. n. 1434.
Abſolutio eſt nulla. ibid.
Quam pœnam incurrat. ibid.
Audiens confeſsiones ſine approbatione, punitur pœna inhabilitatis, &c. p. 1. n. 1446.
Clericus non ſacerdos audiens confeſsiones fit irregularis. p. 1. n. 1448.
Quid, ſi ſit laicus. ibid.
Non Sacerdos audiēs confeſsiones degradatur, ſi habet ordines, & traditur Curiæ ſæculari. part. 1. num. 1434.
Quando credatur pœnitenti contra confeſſarium circa reuelationem confeſsionis. p. 1. n. 874.
Vt ei credatur, debet conſtare de reuelatione. ibid.
Sacerdoti dicenti, ſe habuiſſe licentiam reuelandi, quod audiuit in confeſsione, eſt credendum; & in defectum probationis ſufficiet iuramentum. p. 1. n. 875.
Quid ſi pœnitens dicat, ſe non dediſſe licentiam, & ad quem pertineat probare. n. 876.
Si conſtet de reuelatione, & confeſſarius excipiat, quod aliunde ſciuerit, tenetur probare. n. 877.
Quid ſi conſtet de reuelatione, & pœnitens accuſet, & neget, ſe dediſſe licentiam, & confeſſarius dicat, ſe habuiſſe licentiam. n. 878.

Confirmatio.

Vide *Abbatiſſæ confirmatio.*

Confirmatio ex certa ſcientia habet vim nouæ connexionis. p. 1. n. 11.
Confirmatio in forma ſpecifica habet vim reſtituendi priuilegium: p. 1. n. 464.

Confraternitas.

Pro Confraternitatibus requiritur conſenſus Ordinarij. p. 1. n. 206.
Confraternitates cum vſu Sacerorum non poſſunt erigi ſine licentia Ordinarij. p. 2. q. 35. n. 3.
Confraternitates non poſſunt inſtitui in Eccleſiis Monialium. p. 11. n. 125.
Confraternitates erigendæ, & aggregandæ iuxta formam Conſtit. Clement. VIII. *Quæcumque à Sede*; & erectæ iuxta ipſam renouandæ. p. 1. num. 203.
Dicta Conſtitutio afficit omnes etiam Capitulum S. Io. Lateranenſis. n. 204.
Habentes facultatem, vnam tantum Confraternitatem erigere, aut aggregare poſſunt in ſingulis locis, idque de futuro. p. 1. n. 205.
Plures eiuſdem nominis in eodem loco poſſunt renouari, &c. ibid.
Pro litteris Inſtitutionis, ſeu aggregationis nihil recipiendum. p. 1. n. 220.
An miniſtri inferiores poſsint aliquid recipere ſponte oblatum. ibid.
Pœnæ violantium Conſtitut. Clement. VIII. circa Confraternitates. p. 1. n. 221.
Quæ priuilegia, &c. in aggregatione communicentur. p. 1. n. 207.
Quid de priuilegiis communicatis per Summos Pontifices. n. 208.
Statuta Confraternitatum approbanda ab Epiſcopis. p. 1. n. 209.
Confraternitates non poſſunt publicare priuilegia, indulgentias. &c. niſi recognoſcantur ab Epiſcopis. &c. p. 1. n. 210.
Confratres non poſſunt exponere Euchariſtiam ſine licentia Epiſcopi. p. 1. n. n. 223.
Confraternitates poſſunt eleemoſynas colligere iuxta formam ab Epiſcopo præſcriptam. part. 1. num. 211.
Regulares non poſſunt Confraternitatibus communicare priuilegium colligendi eleemoſinas inconſulto Epiſcopo. p. 1. n. 211.
Eleemoſinæ collectæ per Confraternitates in quid expendendæ. p. 1. n. 212.
An expendendæ arbitrio Ordinarij, n. 213.
Confraternitates quas proceſsiones poſsint inſtituere. p. 1. n. 227.
Quid de Confraternitatibus Regularium. ibid.
Quomodo incedant in proceſsionibus Confraternitates. p. 1. n. 427.
Confraternitates non poſſunt accedere ad funeralia niſi expreſsè vocatæ, & ſine Cruce. p. 1. n. 228.
Confraternitates Laicorum compelli poſſunt ſecundum aliquos ad proceſsiones. p. 1. n. 83.
S. Congregatio declarauit, non poſſe compelli. n. 84.
Confraternitas non gaudet præcedentia, niſi incedat cum ſaccis. p. 1. n. 93.
Deficientibus ſaccis deficit diſpoſitio tribuens ius præcedendi. n. 94.
Confraternitates, quæ habent redditus, tenentur ad contributionem pro Seminario. p. 1. n. 229.
Confraternitates, niſi ſubſint immediatæ protectioni Regum, ſubduntur viſitationi Ordinarij. p. 1. num. 230.
Volens ingredi Confraternitatem non tenetur perſonaliter comparere. par. 1. n. 236.
Quid ſi aliquo habitu induendus n. 237.
Statutum, quod aliquid ſoluatur in ingreſſu in Confraternitatem, quando valeat. p. 1. n. 238.
Quod ſoluitur eſt pro manutentione Confraternitatis. n. 230.
Non poteſt ſolui aliquid pro ingreſſu. ibid.
An omnis Confraternitas Corporis Chriſti potiatur priuilegiis, &c. Archiconfraternitatis eiuſdem nominis S. Mariæ ſuper Mineruam. part. 1. num. 232.

Digitized by Google

Confraternitates Corporis Christi an possint alteri aggregari. p. 1. n. 233.
Parochus debet interesse funeribus in Ecclesijs Confratrum, cantare missas, &c. p. 1. n. 224.
Officiales Confraternitatum quotannis eligiendi per secreta suffragia, & confirmandi ab Episcopis, exceptis illarum, quæ sunt sub immediata protectione Regum. p. 1. n. 222.
Quæ prohibeantur Capellanis Confraternitatum. p. 1. n. 226.

Conscientia.

Quæ secundum conscientiam iudicantur, non sunt vlterius discutienda. p. 2. q. 49. n. 4.

Conscius.

Conscius criminis læsæ maiestatis, & delicti monetę, quando teneatur reuelare. p. 1. n. 1335.
Quando probare non potest, quomodo teneatur reuelare, ibid.

Consilium.

Consilium quando necessario sequendum. par. 1. num. 1530.

Conseruator.
Vide *Appellatio.*

Morte concedentis expirat officium Conseruatoris. p. 1. n. 828.
Conseruatores an æquiparandi iudicibus ordinariis. p. 1. n. 829.
Conseruatores sunt delegati ad vniuersitatem causarum. p. 1. n. 829.
Conseruatores sunt iudices delegati. p. 1. n. 527.
Conseruatores sunt delegati ad vniuersitatem causarum. p. 1. n. 821.
Comparantur iudicibus Ordinarijs. ibid.
De iure nouo Conseruatores sunt iudices ordinarij. p. 1. n. 830.
Conseruatores possunt suam iurisdictionem alteri subdelegare. p. 1. n. 820.
Conseruator re integra potest reuocare subdelegationem. p. 1. n. 822.
Et etiamsi cœperit vti subdelegata iurisdictione, ibid.
Regulares possunt semper eligere Conseruatores seruata forma, &c. p. 1. n. 848.
An quando iurisdictio Conseruatorum extenditur ad plures Episcopatus, debeat apud omnes notificari electio. p. 1. n. 849.
Electio Conseruatorum mutari non potest intra quinquennium, nisi ex iusta causa, & à quo approbanda. p. 1. n. 850.
Conseruator potest recusari vt suspectus, nisi de iniuriis notoriis debeat recognoscere, & notorium sit permanens. p. 1. n. 851.
Recusato Conseruatore, vt suspecto, erunt eligendi arbitri, qui iudicent de causis suspicionis. p. 1. num. 852.
Quid si oriatur competentia iurisdictionis inter Conseruatorem, & Ordinarium. p. 1. num. 853.
Conseruatores quando citent. p. 1. n. 823.
Conseruator mediante citatione perpetuat suam iurisdictionem. p. 1. n. 824.
Conseruatores citare debent etiam in notoriis. p. 1. num. 825.
Conseruatores citare aliquando possunt per edictum. p. 1. n. 826.
Conseruatoribus subiectus potest Ordinarijs, se submittere, nisi sit exemptus. p. 1. n. 838.

Constare.

Remanente aliquo dubio non dicitur constare. p. 1. num. 173.

Constitutio.
Vide *Decretum.*

Constitutio Pij V. contra non professos suscipientes sacros Ordines. p. 1. n. 373.
Constitutio Pij V. 107. an reuocata. p. 1. n. 28.
Constitutio Sixti V. contra Astrologos. part. 1. num. 96.
Constitutio Gregorij XIII. reducens ad terminos iuris Constitutionem Pij V. pro Regularibus. p. 1. num. 50.
Constitutio Gregorij XIII. super præcedentia in processionibus. p. 1. n. 58.
Constitutio Gregorij XIII. pro electione Abbatissarum. p. 1. n. 767.
Constitutio Clementis VIII. *Suscepti muneris* continet quò ad pœnas nouum ius. p. 1. n. 109.
Et quatenus obliget Episcopos loci ad puniendum. n. 110.
Constitutio Clementis VIII. contra Regulares delinquentes extra claustra. p. 1. n. 105.
Constitutio Clementis VIII. pro crimine assassinij. p. 1. n. 139.
Constitutio Clementis VIII. circa fundationem Conuentuum. p. 1. n. 399.
Constitutio Clementis VIII. pro erigendis, & aggregandis Confraternitatibus. p. 1. n. 202.
Constitutio Clemen. de largitione, non prohibet remuneratoriam. p. 1. n. 42.
Constitutio Pauli V. prohibens superioribus Regularibus cognoscere causas Inquisitionis. part. 1. num. 531.
Constitutio Pauli V. pro assignando certo numero Religiosorum singulis conuentibus. p. 1. n. 470.
Constitutio Gregorij XV. circa priuilegia Regularium. p. 1. n. 553.
Declarationes circa eamdem Constitutionem. ibid. num. 554.
Constitutio Gregorij XV. circa Conseruatores. p. 1. num. 817.
Declaratio dubij circa ipsam. n. 818.
Quas personas afficiat Constitutio Greg. XV. de maleficiis. p. 1. n. 953.
Constitutio Gregorij XV. de maleficis comprehendit apostatantes à fide, pactum ineuntes cum dæmone, vt exerceant maleficia, &c. p. 1. n. 954.
Constit. Gregorij XV. contra sollicitantes. part. 1. num. 854.

Decla-

Digitized by Google

Declarationes circa ipſam, n. 855.
Conſtitutio Gregorij XV. contra maleficos, & ſortilegos. p. 1. n. 893.
Conſtitutio Gregorij XV. circa fundationem Conuentuum. p. 1. n. 400.
Conſtitutio Vrbani VIII. contra Aſtrologos. par. 2. num. 104.
Conſtitutio Vrbani VIII. circa fundationem Conuentuum. p. 1. n. 401.
Conſtitutio Vrbani VIII. contra malè ordinantes, & malè promotos. p. 1. n. 1138.
Conſtitutio Vrbani VIII. circa imagines nondum canonizatorum, aut beatificatorum. p. 1. n. 1170.
Conſtitutio Vrbani VIII. contra Monetarios. p. 1. num. 1246.
Conſtitutio Vrbani VIII. prohibens audire confeſſiones ſine approbatione. p. 1. n. 1388.
Finis Conſtitutionis Vrbani VIII. contra monetarios. p. 1. n. 1278.
Conſtitutio Vrbani VIII. contra monetarios extendit pœnam mortis ad monetarios argentearum monetarum. p. 1. n. 1367.
Bullæ, *Etſi Mendicantium.* & *Ad hoc nos Deus.* reuocatæ per Gregor. p. 1. n. 52.
Non fuerunt totaliter reuocatæ, ſed redactæ ad terminos Iuris communis, & Concil. Trident. ibid.

Conſuetudo.

Conſuetudo immemorabilis quomodo probetur. p. 1. n. 594.

Contractus.

Contractus ex metu reuerentiali poteſt reſcindi. p. 1. num. 47.

Contributio.

In contributione ſeruanda, quantum poteſt, æqualitas. p. 1. n. 1303.

Conuentus.
Vide *Monaſterium.*

Conuentus appellatione venit Congregatio Regularium. p. 1. n. 425.
Ex Conſtitutione Gregorij XV. ibid. n. 426.

Corruptæ.

Nomine corruptæ venit etiam vidua. p. 1. n. 690.

Culpa.

In commiſſione ſufficit leuiſſima culpa. p. 1. n. 775.
In delictis quando pœna eſt corporalis, aut ſpiritualis, lata culpa non comparatur dolo. p. 1. n. 1561.
Qui non cogitat, & debet, eſt in culpa. p. 1. n. 774.

Cultus.
Vide *Seruus Dei.*

Quinam ſit cultus publicus, & quinam priuatus. p. 1. n. 1222.
Falſitas cultus eſt peccatum mortale. p. 1. n. 1214.

Curatus.
Vide *Parochus.*

Curatus Regularis ad nutum amouibilis, à ſolo Superiore ſuo amoueri poteſt. p. 1. n. 41.
Quid ſi ſit perpetuus. ibid.

D

Dæmon.

Dæmonès efficiunt veros effectus reales admirabiles. p. 1. n. 1176.
Duplex modus inuocandi dæmonem. p. 1. n. 903.
Familiaritas omnis cum dæmone eſt prohibita. p. 1. num. 904.
Adiuratio dæmonum eſt licita. p. 1. n. 904.
Sed non per modum deprecationis. ibid.
Nec compulſiuo modo licet adiurare ad aliquid obtinendum, ſeu diſcendum. ibid.
Nihil boni à dæmone expectandum. p. 1. n. 904.
Non licet exorciſmis cogere dæmonem detegere cauſam infirmitatis, & remedia. p. 1. n. 936.
Quid ſi infirmus ſit diſpoſitus ad tentanda media illicita. p. 1. n. 937.
Licet cogere dæmonem, vt tollat maleficium. p. 1. num. 904.
Non licet petere à dæmone, vt medio licito ſoluat maleficium. p. 1. n. 938.
An liceat petere à dæmone, quod ceſſet nocere. p. 1. n. 939.
An liceat vti auxilio dæmonis ſuperioris ad coercendum inferiorem. p. 1. n. 905.
Amicitia cum dæmone eſt prohibita ſub pœna inimicitiæ cum Deo. p. 1. n. 937.
Creatura corporea poteſt habere vim indirectè contra dæmones. p. 1. n. 924.
Quomodo poſſit exercere hanc vim. ibid.
Poſſumus vti ſcientia, quæ ex dæmone originem habuit. p. 1. n. 940.
Quando liceat vti ſcientia acquiſita à dæmone. p. 1. num. 941.
Licet vti virtutibus rerum naturalium, licet à dæmone manifeſtatis. p. 1. n. 941.

Debitor.

Facta exequutione in bonis debitoris fieri poteſt, etiam in perſona. p. 1. n. 785.
Si bona ſufficiant, non poteſt debitor incarcerari. p. 1. n. 786.
Ordo ſeruandus in exequutione contra debitorem. p. 1. n. 786.

Decimæ.
Vide *Priuilegium Regularium quò ad Decimas.*

Decima animalium ſoluenda parochiæ, in qua pariunt. p. 2. q. 82. n. 1.
Pontifex poteſt eximere à ſolutione decimarum. p. 2. q. 72. n. 2.
Exemptio à ſolutione decimarum procedit etiam

quo

quò ad prædia, quæ de nouo acquiruntur. part. 2. q. 73. n. 2.
Priuilegia id exprimunt. ibid. n. 3.
Vniuerſalis exemptio ſe extendit etiam ad acquirenda. p. 2. q. 73. n. 3.
Priuilegiati quò ad decimas non ſoluunt de emphyteuticis. p. 2. q. 75. n. 1.
Nec de conductis. ibid.
Religioſi non ſoluentes decimas ex priuilegio, ſoluunt de conductis. p. 2. q. 75. n. 2.
An etiam de emphyteuticis. ibid. n. 2.
Priuilegiati ſuper decimis tenentur ſoluere decimas de noualibus, ſi antea aliquid ſoluebatur. p. 2. q. 81. n. 1.
Decimæ prædiorum, quæ non ſunt intra certam parochiam, ad quem ſpectent. part. 2. q. 81. num. 1.
Immixtio alienorum animalium cum priuilegiatis non reddit immunia à decima. p. 2. p. 83. n. 1
Immixtio alienorum animalium cum propriis priuilegiatis, non facit ipſa priuilegiata quò ad decimas. ibid. n. 2.
Sepultura denegari poteſt ob decimas non ſolutas. p. 29. q. 50. n. 1.
Quomodo non ſoluentes decimas puniri poſſint per ſubtractionem ſacramentorum. part. 2. q. 80. num. 1.

Declaratio.

Declaratio non inducit nouum ius, ſed quid ſit ſtatutum oſtendit. p. 1. n. 3.
Declaratio non inducit quid de nouo, ſed quid ſtatutum ſit, oſtendit. p. 1. p. 1457.
Declaratio ſe habet tanquam ſi cum ipſa lege emanaſſet. p. 1. n. 1462.

Decoctor.

Decoctores non poſſunt frui beneficio ceſsionis. p. 1. num. 789.

Decretum.
Vide *Conſtitutio.*

Decretum Clementis VIII. circa Litanias. part. 1. num. 188.
Decretum Clementis VIII. circa confeſsionem per litteras. p. 1. n. 195.
Decretum Gregorij XV. circa Conceptionem B. Virginis. p. 1. n. 881.
Decretum S. Rituum Congregat. pro cauſis Beatificationum, & Canonizationum. p. 1. n. 1239.
Litteræ S. Congregat. circa informationes capiendas pro ſeruis Dei. p. 1. n. 1244.
Decretum pro Epiſcopis circa vſum Baldachini in Eccleſijs Regular. p. 1. n. 378.
Decretum S. Congreg. circa præcedentias. p. 1. n. 58.
Decretum S. Congregat. Concilij ſuper Ordinatione Regularium. p. 1. n. 246.
Decreta S. Congr. De Apoſtatis, & Iectis. p. 1. n. 957.
Decretum S. Congregat. Indulgentiarum circa Confraternitates. p. 1. n. 231.
Decretum eiuſdem Congregrat. pro Confraternitate Sacratiſsimi Sacramenti. p. 1. 234.
Decretum. S. Congregat. circa funera defuncto. p. 1. n. 1590.
Decretum circa acceſſum Regularium ad Monaſteria Monialium. p. 1. n. 1103.
Decretum Auditoris Ca. Apoſtol. circa funera. p. 1. num. 1595.
Decretum de emolumentis funeralibus. p. 1. n. 28.

Decretum irritans.

Decretum irritans omnia in oppoſitum deſtruit. p. 1. num. 417.
Decretum irritans annullat quicquid in contrarium fit. n. 511.
Decretum irritans impedit præſcriptionem priuilegij. p. 1. n. 837.

Delegatio. Delegatus.
Vide *Conſeruator. Citatio.*

Delegatus Principis poteſt alteri ſubdelegare. p. 1. n. 821.
Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum poteſt ſubdelegare. p. 1. n. 821.
Delegatio non extenditur vltra expreſſa. part. 1. num. 1110.
Quod non eſt in delegatione expreſſum, cenſetur prohibitum. p. 1. n. 1110.
Delegatus Papæ in cauſa ſibi commiſſa eſt maior Legato. p. 1. n. 844.
Delegatus Papæ in cauſa ſibi commiſſa eſt maior quocumque Ordinario. p. 1. n. 844.
Delegatus præcedit Ordinarium licet digniorem. p. 2. q. 32. num. 4.

Delictum.

Delictum in loco exempto commiſſum, eſt extra iuriſdictionem Ordinarij. p. 1. n. 1106.

Denunciatio.

Quando ſciens ſub ſecreto naturali, teneatur denunciare. p. 1. n. 881.
Generales, Prælatique cæteri debent ſuos denunciare hæreſi infectos, ſuſpectos, repertos etiam in actu viſitationis. p. 1. n. 549.
An ſufficiat, quod moneant, à quo audiunt, vt denunciet. p. 1. n. 550.
Quando teneantur denunciare. ibid. n. 551.
An teneantur denunciare Nouitios. ibid. n. 552.

Depoſitarium. Depoſitum.

Depoſitarius non tenetur, niſi ex lata culpa, aut dolo. p. 2. q. 109. n. 5.
Quid ſi pecunia deponatur numerata. ibid. n. 6.
Depoſitum quando cenſeatur factum Eccleſiæ, ſeu Monaſterio. p. 2. q. 111. n. 4.
Cui competat actio, ſi depoſitum furripiatur. p. 2. q. 109. n. 1.
Superior punire debet religioſum, ſi eius culpa pereat depoſitum. p. 2. q. 109. n. 3.

Digitized by Google

Dictio.

Dictio taxatiua excludit omnia alia. p. 1. n. 1076.
Sed non ad quæ fit extensio auctoritate legis. ibid.
Dictiones taxatiuæ non excludunt, quæ veniunt sub nomine inclusa. p. 1. n. 1568.
Dictio, *Alia*, significat similia in qualitate. part. 1. num. 1236.
Dictio, *Autem*, repetit qualitates casus præcedentis in sequenti, in quibus expresse non aduersatur. p. 1. n. 1538.
Dictio, *Circa*, quid significet. p. 1. n. 28.
Dictio, *Districte*, importat obligationem sub mortali. p. 2. q. 39. n. 4.
Dictio, *Et*, requirit concursum copulatorum. p. 1. n. 954. & 865.
Dictio, *Eos*, restringit subsequentia ad nominata. p. 1. n. 1569.
Dictio, *Eum*, importat identitatem. p. 1. n. 528.
Dictio, *Huiusmodi*, est relatiua. p. 1. n. 28.
Dictio, *Nemo*, importat omnimodam exclusionem. p. 1. n. 1208.
Dictio, *Nisi*, habet vim taxatiuæ. p. 1. n. 1207.
Dictio, *Nisi*, omnia alia excludit. p. 1. n. 1577.
Dictio, *Nisi*, an excludat casus similes. p. 1. n. 30.
Dictio, *Omnes*, est vniuersalissima. p. 1. n. 90.
Dictio, *Omnes*, verificatur in Minoribus Ordinibus. p. 1. n. 273.
Dictio, *Pœnitus*, excludit etiam minima. par. 1. num. 721.
Dictio, *Quæcunque*, comprehendit omne genus personarum. p. 1. n. 858.
Dictio, *Quomodo*, includit omnes modos etiam dissimiles, & impedit interpretationem restrictiuam. p. 1. n. 724.
Comprehendit omnes, qui succedere possunt. ibid.
Dictio *Quomodocunque*, quos modos comprehendat. p. 1. n. 1581.
Dictio, *Quomodolibet*, complectitur omnem modum. p. 8. n. 1579.
Dictio, *Sæpe*, exceptionem significat, & importat regulam in contrarium. p. 1. n. 90.
Dictio, *Seu*, distinguit partes dispositionis. part. 1. num. 213.
Dictio, *Tantum*, includit expressum, & excludit non expressum. p. 1. n. 1193.
Dictio, *Vna cum*, quid importet. p. 1. n. 29.

Difficile.

Notabiliter difficilè habetur pro impossibili. p. 1. num. 1454.

Dimissoriæ.

Concessio dimissoriarum est gratia. p. 1. n. 275.
Dimissoriæ sunt necessariæ, etiamsi Ordinans notam habeat idoneitatem ordinandi. p. 1. n. 267.
Quid si Ordinans sciret adesse consensum proprij Episcopi. n. 269.
In dimissoriis exprimendi Ordines sacri. part. 2 num. 272.
Dimissoriæ concessæ ad omnes Ordines non se extendunt ad sacros. p. 1. n. 273.
Ordinandus Regularis debet afferre dimissoria: & quid ipsæ testificari debeant. p. 1. n. 253.
Episcopus an possit exigere iuramentum à Superioribus Regularibus de eo, quod testificantur in dimissorijs. p. 1. n. 254.
Litteræ dimissoriæ ad vnum Episcopum non iuuant pro alio. p. 1. n. 306.
Quid si dimissoriæ sint ad certum Episcopum ad instantiam ordinandi. p. 1. n. 307.
Dimissoriæ non expirãt morte cõcedentis. p. 1. n. 274.
Dimissoriæ concessæ à Vicario Capitulari non expirant, &c. p. 1. n. 276.
Successor potest reuocare dimissioras concessas. p. 1. num. 277.
Superior regularis an possit reuocare dimissorias concessas. p. 1. n. 237.
Dimissoriæ non admittendæ, si longum tempus à concessione fluxerit. p. 1. n. 278.
Concedens dimissorias subdito per longum tempus absenti, quid facere debeat. p. 1. n. 278.
Fabricans falsas dimissorias puniri potest ab eo, cuius nomine fiunt. p. 1. n. 1165.
Dimissoriæ non redactæ in formam authenticam, non sunt dimissoriæ. p. 1. n. 1169.
Dimissoriæ redactæ in formam authenticam, continent crimen falsi. ibid.
Non perficiens litteras dimissorias falsas non incurrit pœnas. p. 1. n. 1168.
Vtens bona fide falsis dimissoriis non punitur. p. 1. num. 1140.
Quid requiratur, vt excusetur vtens falsis dimissoriis. p. 1. n. 1141.

Dispensatio.

Dispensatio est stricti iuris, ac strictè interpretanda. p. 2. q. 91. n. 3.
Vt habeat locum dispensatio, requiritur notitia inhabilitatis, quæ actui obstat. p. 1. n. 261.
Non valet in dispensationibus Papalibus. n. 262.

Dispositio.

Generalis dispositio non comprehendit, quæ indigent speciali concessione. p. 1. n. 2.
Dispositio non comprehendit, de quibus est specialiter prouisum. p. 1. n. 8.
Non disponitur, quod non exprimitur. p. 1. n. 8.
Corruit dispositio, quando non reperit qualitatem requisitam à disponente. p. 1. n. 71.
Vt habeat locum dispositio, debent verificari omnes qualitates dispositi. p. 1. n. 1143.
Dispositio, extenditur ad casum, quando extenditur ratio finalis, etiam in materia stricta, etiamsi non adaptentur verba. p. 1. n. 1549.
Omnis dispositio recipit interpretationem à iure communi. p. 1. n. 1467.
Dispositio non potest conferri in tempus, in quo cessat dominium rei. p. 2. q. 113. n. 6.
Quod dispositio valeat rebus sic stantibus, sequitur quod non habeat locum in renunciatione, si non haberet in contractibus. p. 2. q. 118. n. 13.
An valeat in contractibus. p. 2. q. 118. n. 14.
Dispositum de vno relatiuo, censetur dispositum etiam de alio. p. 1. n. 1511.

Docto-

Digitized by Google

Doctorandus.

Quando ſcientia doctorandi eſt notoria, omitti poteſt examen. p. 1. n. 1398.

Dolus.

Quæcunque ignorantia excludit dolum, etiam craſſa. p. 1. n. 1387.

Domicilium.

Quando quis contrahat domicilium. p. 1. n. 1153.
Ex coniecturis colligitur animus contrahendi domicilium, & quænam illæ ſint. p. 1. n. 1153.
Translatio maioris partis bonorum an ſit coniectura ſufficiens translationis domicilij. p. 1. n. 1155.
Signa animi redeundi ad prius domicilium impediunt contractionem noui domicilij. p. 1. n. 1155.
Translatio familiæ, aut ſuppellectilis quando ſufficiat pro contrahendo domicilio. p. 1. n. 1156.
Poteſt quis habere plura domicilia. p. 1. n. 1157.
Quando quis retento priori contrahat nouum. p. 1. num. 1158.
Nobiles patricij, apud quos eſt regimen Reipublicæ, an obtineant domicilium in ſingulis ciuitatibus. p. 1. n. 1161.
Domicilium acquiſitum nunquam excludit originarium. p. 1. n. 1162.
Supplicatio pro obtinenda ciuilitate ſupponit contractum domicilium. p. 1. n. 1158.

Domus.
Vide *Venditio.*

Vendita domo venit etiam viridarium. part. 1. num. 441.

Donatio.

Donatio requirit perſonam, cui fiat. p. 1. n. 459.
Donatio remuneratoria eſt quædam ſolutio debiti. p. 1. n. 42.
Donata ab Epiſcopo conſanguineis an repeti poſſint. p. 2. q. 119. n. 1.

E

Eccleſia.
Vide *Monaſterium.*

ECcleſiæ omnes de iure communi ſpectant ad Epiſcopum loci. p. 2. q. 1. n. 1.
Licentia Ordinarij pro conſtruenda noua Eccleſia an debeat eſſe in ſcriptis. p. 1. n. 509.
Quid in foro conſcientiæ. ibid.
Conſtruens Eccleſiam ſine conſenſu Epiſcopi non poteſt poſtea deſtruere. p. 1. n. 461.
Eccleſia ſine licentia fabricata adhuc ſit de patrimonio Eccleſiæ. p. 1. n. 462.
Aedificans Eccleſiam poteſt compelli ad dotandum. p. 1. n. 466.
Epiſcopus non poteſt prorogare tempus præfixum à teſtatore pro conſtruenda Eccleſia. p. 1. n. 467.
Ex rationabili cauſa prorogare poteſt. ibid. n. 468.
Si Pontifex concedat Eccleſiam Regularibus, an adhuc requiratur conſenſus Epiſcopi. p. 1. n. 507.
Epiſcopus ſuſpendere poteſt conceſſionem Eccleſiæ factam regularibus à Pontifice. p. 1. n. 507.
Mandans fabricari Eccleſiam in proprio fundo non donat totum fundum. p. 1. n. 463.
Quam quantitatem fundi cenſeatur donare. part. 1. num. 464.
Priuilegium cogendi ad vendendum pro ampliatione Eccleſiæ non extenditur ad locationem. p. 1 n. 448.
Valet de locatione ad modicum tempus tantum. ibid. n. 449.
Epiſcopus an poſſit concedere Regularibus Eccleſias derelictas, ſine conſenſu Capituli. p. 1. n. 508.
Eccleſia prophanata non poteſt alienari ſine ſolemnitatibus. p. 1. n. 462.
Eccleſia non debet recipere vtilitatem cum alienatura. p. 1. n. 813.
Eccleſia gaudet priuilegio Fiſci, vt reus teneatur edere inſtrumenta. p. 2. q. 96. n. 1.
Priuilegia Fiſci debent competere Eccleſiæ. part. 2. q. 96. n. 3.
Priuilegia aliorum ex identitate rationis extenduntur ad Eccleſiam. p. 2. q. 96. n. 3.
Diſpoſita in fauorem libertatis, ſi ſint applicabilia, conueniunt Eccleſiæ. p. 2. q. 96. n. 4.
Eccleſia gaudet priuilegio militum, & quando. p. 2. q. 96. n. 4.
Eccleſia gaudet priuilegijs dotis ſtante identitate rationis. p. 2. q. 96. n. 4.
Priuilegiis pupillorum. ibid.
Priuilegiis Reipublicæ. ibid.
Opinio Peregrini. ibid. n. 5.
Eccleſia gaudet priuilegiis Minorum. p. 2. q. 96. n. 6.
Ius, & neceſſitas communicat Eccleſiæ aliena priuilegia. p. 2. q. 96. n. 7.
Eccleſia non iudicat de omnino occultis. p. 1. n. 1411.
Expedit eſſe in Eccleſia paucos miniſtros, quam multos malos. p. 1. n. 356.

Eccleſiaſticus.

Eccleſiaſtici inſeruiunt populo in ſpiritualibus. p. 2. q. 94. n. 2.
Pro Eccleſiaſticis præſumitur bona opinio. p. 1. n. 1188.

Effectus.
Vide *Facere.*

Quando conſideratur effectus, non attenditur modus, quo inducitur. p. 1. n. 251.

Electus.
Vide *Incorrigibilis.*

Non poteſt quis eijci ad tempus. p. 1. n. 1064.
Electio incorrigibilium eſt remedium ſalutare. p. 1. num. 1058.
Vt quis expelli poſſit requiritur ſententia declaratoria incorrigibilitatis. p. 1. n. 1071.
Religioſus ob conſpirationem in Superiorem non poteſt eiici. p. 1. n. 1063.
Superiores non poſſunt aliquem eiicere ſub conditione, quod ingrediatur aliam religionem. p. 1. num. 1077.

Votum obedientiæ quomodo ſuſpendatur in eiectis. p. 1. n. 976.
Eiecti tenentur ſeruare vota eſſentialia. p. 1. n. 977.
Eiecti an teneantur ad regulares obſeruantias. p. 1. n. 978.
Eiecti an teneantur ad vota ſpecialia ſuæ religionis. p. 1. n. 981.
Eiecti Minimi an teneantur ad votum vitæ quadrageſimalis. p. 1. n. 982.
Eiecti an teneantur ad Horas canonicas. p. 1. n. 983.
An ſit eadem ratio de eiectis ad tempus, ac per definitiuam ſententiam. p. 1. n. 984.
Eiecti remanent priuati habitu religionis. p. 1. n. 986.
Si minoribus ordinibus non ſint initiati, an eiecti teneantur deferre habitum clericalem. p. 1. n. 987.
Eiectus dimittens habitum clericalem, an incidat in excommunicationem. p. 1. n. 1081.
Eiecti de iure veteri poterant promoueri ad alios ordines, de iure nouo non poſſunt. p. 1. n. 1004.
Eiecti ſunt ſuſpenſi ab exercitio ordinum, nec ab Epiſcopo diſpenſari poſſunt. p. 1. n. 1005.
Si miniſtrent, fiunt irregulares. ibid.
Eiecti ſunt infames & ideo arcendi ab exercitio ordinum. p. 1. n. 1005.
Non poſſunt promoueri ad Ordines, quos non habent. n. 1006.
Diſpenſari à Summo Pontifice ad quem titulum ordinari poſſint. n. 1007.
A quo Epiſcopo eiecti ordinandi, ſi diſpenſentur. p. 1 n. 1011.
Requiritur etiam licentia Epiſcopi, ſub cuius obedientia ſunt. ibid.
Eiecti poſſunt acquirere domicilium. p. 1. n. 1011.
Eiecti ex duplici capite irregulares. p. 1. n. 1008.
Non poſſunt diſpenſari ſuper irregularitate ab Epiſcopo. n. 1009.
Si redeant ad religionem, à quo diſpenſari poſſint. n. 1010.
Eiecti à religione non poſſunt admitti ad concionandum. p. 1. n. 620. & 1080.
Eiecti non poſſunt miniſtrare in ordinibus, quos habent. p. 1. n. 1079.
Miniſtrando Euchariſtiam an incurrant excommunicationem, &c. ibid.
Eiecti an poſſint auctoritate propria tranſire ad aliã religionem. p. 1. n. 1077.
Regulares eiecti tenentur ſe præſentare Epiſcopo loci. p. 1. n. 959.
Eiecti ſunt ſubiecti Ordinario, & cur. p. 1. n. 960.
Cuinam Epiſcopo ſubijciantur. n. 961.
Subijciuntur Ordinario loci. n. 962.
Eiecti an poſſint mutare domicilium ſine licentia ſui Ordinarij. p. 1. n. 963.
Vnde in eiectis oriatur obligatio obediendi Ordinario, & an ratione voti obedientiæ. p. 1. n. 964.
Eiecti an ex vi voti teneantur obedire Summo Pontifici. p. 1. n. 965.
Eiectus deſinit eſſe membrum religionis. p. 1. n. 966.
Non habet ſuum velle alligatum religioni. ibid.
Eiecti an deſinant eſſe Religioſi. n. 967.
Eiecti non eximuntur totaliter à iure religionis. num. 968.
Eiecti non ſunt tuti in conſcientia, ſi non ſe emendent. p. 1. n. 969.
Eiecti tenentur ſe emendare, & curare, quod iterum admittantur. n. 970.
Eiecti non ſoluuntur vinculo votorum. p. 1. n. 971.
Tenentur tendere ad perfectionem. ibid.
Eiectis non relaxatur obligatio vitæ religioſæ, ſed ſolum excluduntur, ne ſimul cum alijs exerceant. p. 1. n. 972.
Eiecti an poſſint alimenta petere à religione. p. 1. n. 991.
Eiecti non tenentur proprijs manibus laborare, ſed poſſunt viuere ex eleemoſinis. p. 1. n. 988.
Etiamſi iuxta regulam deberent laborare. n. 989.
Quid ſi non habeant, vnde viuant. ibid.
Eiecti non debent exercere officia vilia, ſed potius eleemoſinam quærere. p. 1. n. 990.
Eiectus non poteſt venire contra renunciationem factam intuitu profeſſionis. p. 1. n. 1070.
Eiecti cui acquirant. p. 1. n. 993.
Eiecti ſunt incapaces dominij. p. 1. n. 994.
Alienare non poſſunt immobilia, aut mobilia pretioſa, ſi acquirant. ibid.
Quam facultatem habeant in adminiſtrando. ibid.
Eiecti habent vſum bonorum acquiſitorum, & qualem. p. 1. n. 995.
Eiecti teſtari non poſſunt. p. 1. n. 996.
Acquiſita ab eiectis pertinent ad Cameram Apoſtolicam poſt mortem. p. 1. n. 997.
An interim pertinere poſſint ad alium. n. 998.
Eiecti quamdiù viuunt, acquirunt Monaſterio. p. 1. n. 999.
Quid ſi ingrediantur aliam religionem, aut Eccleſiæ addicantur. n. 1000.
Quid ſi Monaſterium nolit recipere eiectum. n. 1001
Eiecti an poſſint, vt libuerit, vti acquiſitis. par. 1. n. 1002.
Recipientes, quæ eiectus illicitè conſumit, an teneantur ad reſtitutionem. p. 1. n. 1003.
Eiecti iuſtè an cogi poſſint à ſuperioribus reuerti ad religionem. p. 1. n. 1012.
Superiores cogere poſſunt eiectos etiam cenſuris ad redeundum. n. 1013.
Eiecti requirendi, & reducendi ad regularem diſciplinam. p. 1. n. 968.
Prælati quando teneantur perquirere, & reducere eiectos. p. 2. n. 1014.
Eiecti quando ſint recipiendi. p. 1. n. 1015.
Qui ſentiant nunquam recipiendos. n. 1016.
Religio tenetur eiectos emendatos recipere. n. 1017.
Quam ſpem de emendatione debeant exhibere, vt religio teneatur eos recipere. n. 1020.
Decretum de eiectis non tollit, quin debitis pœnis delinquentes debeant condemnari. p. 1. n. 1018.
Diſpoſitio cap. *fin. de regular.* innouata in Decreto de eiectis. p. 1. n. 1013.
Quando degradatus, & eiectus ab Ordine poſſit reſtitui à Prælatis religionis. p. 1. n. 1027.
Quid de iure nouo. n. 1028.
Eiecti redeuntes non debent de nouo profiteri. p. 1. n. 1018.
An reſtituendi ad eoſdem gradus, & honores. numer. 1019.
Eiectus emendatus an poſſit tuta conſcientia in ſæculo remanere, ſi non recipiatur. p. 1. n. 1025.
An teneatur ingredi aliam religionem. ibid.

Eie-

Digitized by Google

Electus, qui antea vouerat religionem in genere, an teneatur aliam ingredi. p.1.n.1026.
Electi an ex delicto importent commodum. par. 1. n.985.

Electio.
Vide *Abbatisse electio.*

Electio Superiorum, Officialium, &c. apud Regulares facienda per secreta suffragia. p.1. n.33.
Non sunt sublati per Trident. alij modi electionis. ibid.
Si electio fiat per compromissum, non potest compromissarius variare facta electione. p.1.n.683.

Emphyteuta.

Emphyteuta factus incapax per professionem non recuperat emphyteusim, si fiat Episcopus. par. 2. q.118.n.4.

Episcopus.
Vide *Ordinarius.*

Appellatione Episcopi quando veniat quilibet Ordinarius. p.1.n.1193.
Verbum Episcopus includit, quæ sunt Ordinis tantũ. p.1.n.125.
Obligatio Episcopi respectu suæ Ecclesiæ. p.2.q.121. n.2.
Episcopus in sua Diœcesi honorandus. p.1. n.387.
Episcopus quomodo vti debeat redditibus Ecclesiæ. p.2. q.119.n.1.
Episcopi tenentur prouidere necessitatibus pauperũ. p.1. n.151.
Obligatio Episcoporum ad perfectionem. p.2.q.117. num.4.
Quid curandum Episcopo, vt hæreses auertat. p.1. n.618.
Episcopus quando tenetur procedere cum consilio Capituli, debet illud sequi. p.1. n.508.
Episcopus habet iurisdictionem vniuersalem in totã Diœcesim. p.2. q.1.n.2.
Episcopus potest absoluere excommunicatum ad reincidentiam. p.1.q.14.n.1.
Facultas absoluendi Episcoporum est coarctata ad proprios subditos. p.2.q.92.n.10.
Episcopus an prohibere possit, ne quis accedat ad loca exempta. p.1. n.1105.
Episcopus quando prohibere possit subditis, ne communicent cum excommunicatis. p.2.q.7.n.7.
Episcopus an cognoscere possit de crimine monetæ per Vicarium Generalem. p.1.n.1369.
Propter conuicium sibi illatum Episcopi an possint excommunicare. p.2. q.30. n.4.
Episcopi soli terminare possunt causas retentionis librorum, qui non sapiunt manifestam hæresim. p.1. n.1556.
Episcopus potest delegare Pontificalia. p.1. n.394.
Episcopus non potest fieri religiosus sine licentia Papæ. p.2.q.121.n.1.
Episcopus electus, & confirmatus non potest sine licentia ingredi religionem, secus si tantum electus. p.2.q.121.n.3.
Quid Episcopus consecratus, qui renunciauit Episcopatui. ibid.n.4.
Episcopi quomodo exequutores piarum volũtatum. p.2. q.6. n.13.
Status Episcopalis est perfectior statu Religiosorum. p.2. q.117.n.1.
Status Episcopalis, & Religiosus comparantur sicut status Magistri, & status discipuli. p.2.q.117.n.1.

Episcopus regularis.

Religiosus factus Episcopus non absoluitur à castitatis voto, nec obedientiæ, sed remanet erga Pontificem. p.2. q.112.n.1.
Nec absoluitur à voto paupertatis. ibid.n.2.
Religiosus Episcopus absoluitur à votis, iuxta satis communem sententiam. p.2. q.112.n.4.
Absoluitur à iugo monasticæ professionis. ibid. n.5.
Absoluitur à voto obedientiæ. ibid. n.6.
A voto etiam paupertatis. ibid. n.7.
Episcopus regularis an teneatur ad obseruantias regulares. p.2.q.114.n.2.
Sub culpa ad nullas tenetur. ibid. n.3.
Episcopus regularis non tenetur sub aliqua pœna ad obseruantias regulares. p.2. q.114.n.4.
Naturalis discursus non concludit obligationem in Episcopo ad obseruantias regulares. p.2. q.114. num.6.
Nec sub aliqua culpa. ibid.n.5.
Neque ex morali honestate. ibid.n.6.
Religiosus factus Episcopus reuocat renunciationẽ. p.2.q.118. n.7.
Regularis factus Episcopus recuperat bona patrimonialia data religioni. p.2. q.118.n.8.
Religiosus factus Episcopus potest reuocare testamentum factum ante ingressum. p.2.q.118.n.6.
Monachus factus Episcopus non recuperat, quæ Monasterio acquisiuit. p.2.q.118.n.2.
Episcopus cui acquirat, quando acquirit iure hereditario. p.2. q.112.n.3.
Religiosus Episcopus eodem modo, ac sæcularis disponere potest de fructibus suæ Ecclesiæ. p.2.q.119 num.1.
Episcopus religiosus mobilia acquisita intuitu propriæ personæ potest, vt libuerit, dispensare. p.2. q.120. n.2.
Religiosus Episcopus potest æquè amplè disponere de fructibus, ac alij Episcopi. p.2.q.119.n.3.
Potest fabricare Ecclesias, Monasteria, emere prædia suæ religioni de fructibus Ecclesiæ. p.2.q.119. num.4.
In quos vsus teneatur conuertere fructus beneficij. p.2.q.119.n.4.
Bona immobilia empta proprio nomine, non potest postea alienare. p.2.q.119. n.5.
Regularis factus Episcopus non potest testari sine dispensatione. p.1.n.996.
Religiosis Episcopis non licet testari. p.2. q.113.n.1.
Quid explicare debeant pro obtinenda licentia testandi, vt valida sit. p.2.q.113.n.2.
Licẽtia testandi nõ est neganda Episcopis regularibus ex eo, quod sint administratores. n.2.q.117.n.4.
Nec ratione voti paupertatis. ibid. n.5.
Religiosus Episcopus tenetur recitare Officium diuinum

Digitized by Google

num ſecundum ritum ſuæ Eccleſiæ . p.2.q.115.numer. 1.
Ex declaratione S. Congregat. ibid. n.2.
An poſſit recitare Officia Sanctorum religionis.ibid. num.3.
Epiſcopus ex Regularibus aſſumptus priuatus, aut ſe abdicans dignitate,, an ſubijciatur Ordinario . p.2.q.5. n.20
Renuncians Epiſcopatui non eſt Apoſtata, ſi non redeat ad Clauſtra . p.1. n.1033.

Epiſcopus quòad Conciones .
Vide *Concio. Regulares quòad Conciones .*

Obligatio Epiſcopi ad prædicandum . p.1. n.611.
Ex legitimo impedimento ceſſat, & quænam ſint legitima impedimenta . p.1. n.612.
Vnde excuſentur paſtores,ſi non frequenter concionentur . p.1.n.637.
Epiſcopi an concionari poſſint in Eccleſijs Regularium ipſis inuitis . p.1. n.632.
Epiſcopus an concionari poſſit publicè in aliena Diœceſi abſque Ordinarij licentia . p.1. n.633.
Quid ſi abſque licentia Ordinarij, aut eo contradicente concionari attentaret . ibid. n.634.
Epiſcopo ſolemniter concionante cæteri ſilere debent . p.1.n.628.
Secus ſi concionetur in tota Quadrageſima . ibid.
Quid ſi tantum ſolemniter aſſiſtat concioni. ibidem. n.629.
Epiſcopus prædicans an poſſit percipere expenſas ſolitas ſolui à populo , aut de publico ærario . p. 1. num.602.
Quid ſi expenſæ ſint ex aliquo legato , aut donatione . ibid.
Epiſcopus tenetur curare , vt omnes habentes curam animarum, licet exempti , concionem habeant, & inſtruant populum . p.1. n.635.
Quid ſi Eccleſiæ ſint nullius Diœceſis . ibid.
Exequutio huius Decreti nulla via impediri poteſt. ibid.
Epiſcopus tenetur ſub mortali eligere idoneos prædicatores . p.1.n.609.
Quid iniungat Concilium Tridentin. circa electionem concionatorum . p.1. n.610.
Peccant mortaliter Epiſcopi concedendo licentiam concionandi ijs, qui ſcurras, & mimos agunt.p.1. n.610.
Epiſcopus an prohibere poſſit,ne in Eccleſijs Parochialibus concio habeatur . p.1. n.624.
Epiſcopus an poſſit exigere à Regularibus concionaturis profeſſionem fidei . p.1.n.572.
Ex nullo iure Epiſcopis conceditur facultas exigendi profeſſionem fidei à Regularibus concionaturis . ibid.n.573.
Epiſcopus quando poſſit exigere à Regularibus concionatoribus profeſſionem fidei . ibid. n. 574.
Ordinarij poſſunt examinare concionatores . par.1. n. 575.
Diſſentiunt in hoc Doctores . ibid.n.576.
Epiſcopi non poſſunt examinare concionatores Regulares . p.1.n.577.
Etiamſi concionaturi ſint in Eccleſijs, quæ non ſunt ſui Ordinis . ibid.n.578.
Epiſcopus non poteſt idoneo præſentato denegare licentiam concionandi . p.1. n.583.
Nec poteſt ſine cauſa ſuſpendere à prædicatione. p.1. n. 584.
An,ſi ſuſpendat,teneatur aſſignare cauſam . p.1. numer.585.
Epiſcopus non poteſt contradicere concionaturis in proprijs Eccleſijs , niſi de iure adſit cauſa contradicendi . p.1.n. 560.
Epiſcopus compellere poteſt ad eleemoſinam pro concionatore , qui ſolent dare . p.1. n.595.
Valet pro Eccleſijs non Cathedralibus. ibid. n.596.
Cur Epiſcopus teneatur ad eleemoſinam pro concinatore ſuæ Eccleſiæ . ibid.n.596.
Epiſcopi tenentur monere populum , quod teneatur audire verbum Dei, ſi commodè poteſt, in Parochia . p.1.n.639.
An ſatisfaciant huic obligationi , ſi moneant per Conſtitutiones Synodales . ibid.
Epiſcopus non poteſt compellere populum vt audiat verbum Dei in Parochia . p.1.n.643.

Epiſcopus quò ad Confeſſiones .
Vide *Approbatio . Regulares quò ad Confeſſiones .*

Epiſcopus non eligens idoneos Confeſſarios pro Cathedrali , peccat mortaliter . p.1.n. 1449.
In cæteris quoque Eccleſijs curare debet Epiſcopus , quod adſint idonei Confeſſarij . n.1450.
Epiſcopus æqualiter approbans idoneos , & minus idoneos , infert idoneis notabile grauamen . p.1. n.1450.
Nouus Epiſcopus poteſt recognoſcere approbationem pro confeſſionibus . p.1.n. 1393.
Tenetur ratam habere rite conceſſam . ibid.
Epiſcopus poteſt admittere ad confeſſiones audiendas non examinatos, & quando. p.1.n.1396.

Epiſcopus quò ad Miracula .
Vide *Miraculum .*

Quid præſtandum Epiſcopo , quando audit miraculoſum aliquid contingere in aliqua Eccleſia , aut circa imaginem . p.1. n.1205.
Si quod mirum narratur , eſt tranſactum, diligenter teſtes ſunt examinandi . p.1. n.1206.
Epiſcopus an poſſit approbare miracula beatificatorum , licet non ſint canonizati . p.1.n.1196.
Epiſcopus an poſſit approbare miracula eorum , qui ſolum ex conſuetudine immemorabili coluntur . p.1. n.1200.
Epiſcopus an poſſit approbare miracula non canonizatorum , nec beatificatorum . p.1.n.1194.
Quinam pij viri adhibendi in approbatione miraculorum , & an diuerſi à theologis . p.1.n.1197.
Epiſcopus in approbandis miraculis tenetur vti conſilio Theologorum . p.1.n.1198.
An teneatur ſequi . ibid.
Si non adhibeat , nulliter procedit . n.1199.

Episcopus quò ad Moniales.
Vide *Monachos. Regulares quò ad Moniales. Abbatissæ.*

Ad Episcopum spectat prouidere circa accessum ad Monasteria. p.1.n.1105.
Episcopi vt delegati Sedis Apostolicæ curant clausuram Monialium exemptarum. p.1.n.1105.
Excommunicatio Episcopi non habet locum quò ad alloquentes Moniales exemptas. p.1.n.1106.
Episcopus interueniens electioni Abbatissæ Monialium, quæ Regularibus sunt subiectæ, non potest excipere vota. p.1.n.688.
Episcopi an vti possint concessione facta Benedictinis pro electione Abbatissæ. p.1. n.678.
Quid possint Episcopi in virtute delegationis Tridentini sess.25.cap.25.de Monialib.p.1.n.1110.

Episcopus quò ad Ordines.
Vide *Ordo sacer. Dimissoriæ.*

Episcopus tenetur præmittere diligens examen ordinandorum. p.1. n.1152.
Episcopus non potest ordinare alienum subditum sub ratihabitione. p.1.n.1145.
Episcopus ratam habere potest ordinationem sui clerici ab alieno Episcopo. p.1.n.1144.
Ratificatio an debeat fieri ante collationem beneficij. ibid.
Non retrotrahitur in præiudicium tertij. ibid.
Episcopus an possit ratificare ordinationem, quando ordinatus est sub iure alterius. p.1.n.1146.
Quid si ratificatio impedit, ne tertius consequatur beneficium. ibid.
Episcopus ratam habens ordinationem sui subditi ab alieno Episcopo, tollit suspensionem Ordinatoris. p.1.n.1149.
Episcopus deponendus ordinans sine examine, quos non nouit idoneos. p.1.n.357.
Talis pœna esset congrua, sed non de iure. ibidem. num.358.
Pœna de iure. ibid.

Episcopus quò ad Regulares.
Vide *Regulares.*

Casus, in quibus Episcopus potest excommunicare Regulares. p.2.q.6.n.1.
Episcopus quando possit denunciare Regulares excommunicatos. p.2.q.7.n 3
Episcopus nõ potest declarare Regulares excommunicatos quòad excommunicationes à iure. p.2.q.7. num.4.
Etiam in notorijs. ibid.
Episcopi an possint procedere contra regulares proponentes prædictiones,&c. p.1.n.1217.
Episcopus potest mandare, religiosum excommunicatum à iure denunciari. p.2.q.20.n.1.
Oppositum est tenendum ob defectum iurisdictionis. ibid. n.2.
Episcopus an possit instare pro denunciatione excommunicati in casibus, in quibus potest instare pro purgatione. p.2. q.20. num.3.
Episcopus an possit declarare excommunicatum religiosum, qui notoriè percussit Clericum. par.2. q.20. n.4.
Episcopi an possint censuris cohibere regulares impedientes ipsos vti proprijs insignijs. par.2. q.30. num.1.
Episcopus vt instare possit pro punitione regularium &c. debet probari notorietas delicti. par.2.q.46. num.6.
Episcopus quomodo possit Regulares absoluere, dispensare,&c.p.2.q 92.n.12.
Episcopus non potest inquirere, an Regularis sit iustè electus. p.1.n.974.
In quibus casibus de iure possint Episcopi prohibere concionem Regularibus. p.1.n.566.
Episcopus non potest interdicere Regularibus, ne concionentur in proprijs Ecclesijs non reddita causa. p.1. n.564.
Episcopus an prohibere possit Regularibus, ne concionentur in proprijs Ecclesijs. p.1.n.623.
Facultas Episcoporum circa curam animarum exercitam à Regularibus, conuenit alijs Ordinarijs. p.1. n.4.
Cessat etiam quò ad Episcopos circa curam annexam Monasterijs, in quibus Generales residen. ibid.
Episcopus an carcerare possit Regulares alloquentes Moniales sibi subiectas. p.1.n.1136.
Episcopi possunt redigere in Congregationes Monasteria, si Regulares negligant. p.1. n.36.
Episcopus præcedit Prælatum religionis in Monasterio exempto intra Diœcesim. p.2.q.32.n.1.
Episcopus præcedit Prælatum regularem in eius Monasterio exempto de æquitate. part.2. qu.32. num.3.
Non præcedit in ijs, quæ sunt officij ipsius, & in causis Monasterij. ibid. n.4.
Exteri Episcopi de consensu Diœcesani, an possint erigere Baldachinum in Ecclesijs Regularium. p.1. n.394.

Equites Hierosolymitani
Vide *Milites.*

Constitutio Gregor.XV. non afficit Hierosolymitanos Equites, possunt tamen eligere Conseruatores. p.1. n.846.
Tenentur seruare formam præscriptam, si eligant. ibid.
Equites Hierosolymitani confiteri possunt de licentia suorum Superiorum non approbatis ab Ordinario. p.1.n.1437.

Eremita.

Eremitæ sunt de foro Ecclesiæ. p.2.q.41.n.1.
Non solum de æquitate, sed etiam de iure. ibid. num.2.
Quinam Eremitæ fruantur priuilegijs Ecclesiæ. p.2. q.41. n.3.
Eremitæ an gaudeant priuilegio canonis. p.2.q. 42. num.4.
Quid requiratur, vt gaudeant. ibid.

Digitized by Google

Euchariſtia.

Euchariſtia non eſt ſeruanda intra ſepta Monialium, aut chorum. p.1.n.40.
Nec intra Eccleſiam interiorem ex indulgentia Epiſcopi. ibid.
Nec etiam ex vi priuilegij, ibid.

Exactor.

Exactores militaris annonæ, quando teneantur de ſuo, ſi non exegerint. p.1.n.803.
Non eſt eadem ratio exactoris militaris annonæ, & procuratoris Monaſterij. p.1. n.804.

Exceptio.

Exceptio de iure tertij quando admittatur. p.1.numer.520.
Solutionis exceptio, quando opponi poſſit poſt ſententiam. p.1. n.780.
Exceptio ſolutionis habet locum, quando exequutio facienda eſt decreto iudicis exequutiuo. p.1. numer.783.
Exceptio ſolutionis de parte debiti habet locum poſt mandatum exequutionis. n.784.
Exceptio firmat regulam in contrarium. p. 1. numer. 327.

Excommunicatio.
Vide *Abſolutio. Cenſura.*

Excommunicans ſine maturitate tenetur ad expenſas, & damna excommunicati. p.2.q.10.n.1.
Committit Sacrilegium. ibid. n.2.
Excommunicans non ſeruatis ſeruandis tenetur ad expenſas. p.2.q.10.n.4.
Expenſæ an debeantur, ſi non petantur. ibid.
Incurrit etiam ſuſpenſionem per menſem. ibidem num.5.
Regulares excommunicantes non ſeruatis ſeruandis, incurrunt pœnas, quas cæteri incurrunt. p.2.q.10. num.6.
Excommunicatio non ligat non ſubditos. p. 1. numer.1105.
Excommunicari an poſſit contumax in re leui. p.2. q.10.n.2.
Excommunicatio contra publicantes miracula falſa, an ſit vſu recepta. p.1.n.1213.
Excommunicatio contra violantes Conſtitutiones circa erectionem Monaſteriorum tolli poteſt à quocunque confeſſario. p.1 n.524.
Excommunicatio contra ſortilegos an ſit latæ ſententiæ. p.1.n.897.
Excommunicatio contra alloquentes Moniales locum habet etiam quò ad exemptas. p.1.n.1105.
Quæ ignorantia excuſet ab excommunicatione. p.2. q.63. n.7.
Excommunicatus non denunciatus, ſi non reſipiſcat, non contemnit claues. p.1.n.1102.

Excommunicatio quò ad ſententiam, & denunciationem.

Sententia excommunicationis, & eiuſdem denunciatio fieri poteſt die feriato. p.2.q.9.n.1.
Qui doceant fieri non poſſe. ibid. n.2.
Sententia excommunicationis per modum legis indici poteſt die feriato. p.2.q.9.n.3.
Secus per modum ſententiæ, quando requiritur cauſæ cognitio. ibid. n.4.
Denunciatio excommunicati an poſſit fieri in die feriato. p.2. q.9.n.5.
An ſententiæ exequutio. ibid.
Excommunicatio lata in die feriato, an valida. p.2. q.9.n.6.
Sententia declaratoria excommunicationis ſuſpendi poteſt. p.2.q.13.n.1.
Sed nonniſi ex graui cauſa. ibib. n.2.
Declarans aliquem excommunicatum, quomodo procedat. p.2.q.13.n.3.
Pro declaratoria excommunicationis requiritur citatio perſonalis. p.2.q 8.n.1.
Excipiuntur aliqui caſus. ibid.
Non requiri citationem perſonalem in declaratoria, qui ſentiant. ibid.
Citatio perſonalis regulariter neceſſaria pro declaratoria. p.2. q.8.n.2.
Declaratoria inducit aliquid de nouo. par. 2. qu.8. num. 2.

Excommunicatio quà ad reincidentiam.

Ad reincidentiam an ſit neceſſaria declaratoria. p.2. q.15. n.1.
Quando elapſo termino ſtatim ſuperueniat reincidentia. n.2.
Reincidentia dependens à conditione non ſuperuenit ſine noua contumacia. p.2.q.15.n.3.
Quando requiritur noua contumacia ad reincidentiam, an neceſſaria noua denunciatio. ibid. numer. 4.

Excommunicatio contra retrahentes à ſolutione Decimarum.
Vide *Decimæ.*

Religioſi retrahentes etiam ſolis verbis à ſolutione decimarum, ſunt excommunicati. par. 2. qu.78. num. 1.
Hæc excommunicatio non afficit ſcribentes. ibid. num.2.
Non requiritur effectus retractionis, vt incurratur. ibid.n.3.
De quibus decimis procedat ibid. n.4.
Fœminas religioſas an comprehendat. ibid.

Excommunicatio contra imprimentes libros Hæreticorum, &c.
Vide *Libri.*

Imprimentes libros hæreticorum continentes hæreſim, excommunicantur in Bulla cœnæ. p.1.n.1512.

Digitized by Google

Componentes typos, & tractantes torcularia ligantur hac excommunicatione . n.1513.
Correctores an incurrant hanc excommunicationē . n.1514.
Auctor libri tradens imprimendum an incurrat.numer. 1515.
Dominus officinæ an ſubijciatur huic excommunicationi. p.1.n.1516.
Quid de tingentibus typos impreſſorios. n.1517.
Fabricantes, vendentes characteres, atramentum, papyrum, &c. non incidunt in hanc excommunicationem . n.1518.
Quid de ſubminiſtrantibus expenſas. n.1519.
Quid de madefacientibus papyrum, & ſubijcientibus torculari . n.1520.

Exemptio .

Renunciari non poteſt exemptioni . p.1.n.1516.
Priuilegio exemptionis renunciari non poteſt . p.2. q.92.n.13.
Etiam in fauorabilibus . ibid. n.14.
Exemptio non impedit iuriſdictionem delegatam Papæ . p.1.n.107.
Paria ſunt,eſſe exemptum , & eſſe extra Diœceſim . p.1. n.1105.
Exempti quando ſubijciantur Ordinario. p.2.qu.5. num.15.
Exempti poſſunt ſubijcere ſe Ordinarijs, ſed alijs non præiudicant . p.1.n.128.
Exempti non poſſunt renunciare priuilegio exemptionis . p.1.n.128.
Exempti quò ad curam animarum ſubijciuntur Epiſcopis . p.1.n.41.
Intereſt Romanæ Sedis, ne ſubditi ſui ab alijs iudicentur. p.1.n.39.
Intereſt Romanæ Sedis , ne quis in ſibi immediatè ſubiectos manum apponat . p.1.n.128.

Exequutor .

Exequutores poſſunt auocare bona à quocunque poſſeſſore pro legato ad conſtruendum locum pium . p.1.n.454.
Exequutores habent actionem in ordine ad ea, quæ concernunt vltimas voluntates . p.1.n.453.
Factum exequutoris cenſetur factum teſtatoris. p.2. q.84.n.5.

Extenſio .

In materia fauorabili ſit extenſio à paritate rationis. p.2. q.6.n.3.

F

Facere .

FEciſſe nihil dicitur, qui perfectum non fecit. p.1. n.1168.
Quod fruſtà fit, non cenſetur factum . p.1. n.259.

Facultas .

Facultas ordinaria eſt delegabilis . p.1. n.10.

Falſitas .

Vide *Moneta .*

Ad crimen falſi requiritur perfectio operis . p.1. numer.1168.
Ad crimen falſi ſufficit , ſi poſſit alteri præiudicare . p.1. n.1169.
Crimen falſi difficilis probationis . p.1. n.1248.
Cur difficilè probetur . n.1249.
In crimine falſi ſufficit corpus delicti conſtare per coniecturas , & indicia . p.1. n.1250.
Aliud probare falſum, & aliud probare crimen falſi . p.1. n.1251.
Quando ciuiliter agitur, falſum probatur præſumptionibus . p.1. n.1251.
Crimen falſi non ſufficit probari per conniecturas , quando criminaliter agitur . p.1. n.1252.
In crimine falſi ſufficiunt indicia , &c. ad inquirendum , incarcerandum , & torquendum . par. 1. num. 1254.
Crimen falſi quò ad crimen probatur conniecturis : non autem quo ad factum . p.1.n.1256.
Falſum quando conniecturis probari poſſit. part. 1. num.1257.
Vſus falſarum ſcripturarum non punitur abſque dolo . p.1.n.1140.
Falſitas non punitur abſque ſcientia . p.1.n.1140.

Fama .

Bona fama quando non iuuet . p.1. n.1270.

Fauor .

Vide *Priuilegium .*

Fauori proprio implicato cum iure alieno non poteſt renunciari . p.2. q.92.n.14.
Præſertim ſi tangat ius ſuperioris . ibid.
Quæ pro fauore conceduntur, non debent in odium retorqueri. p.1.n.233.

Feſtus dies .

Dies feſti indicti ab Ordinario ab exemptis , etiam Regularibus ſeruandi . p.1.n.22.
In quo ſeruandi ab exemptis Regularibus . ibid.
Regulares an teneantur ad feſta votiua populi . p.1. num.22.

Feudatarius .

Feudatarij puniri poſſunt à domino directo , ſi delinquant in cudendis monetis . p.1. n.1318.

Filius .

Vide *Religioſi quò ad Parentes .*

Quæ neceſſitas obliget filios , vt tales , erga parentes . p.3.q.105.n.6.

Filius ingrediens religionem, quando tenetur subuenire parentibus, peccat mortaliter. p.2. qu.105. num. 1.
Quomodo professus obligetur subuenire parentibus. ibid.
An teneatur exire de religione, vt subueniat parentibus, ibid. n.2.
Doctores asserentes, filios peccare, si ingrediantur religionem parentibus in necessitate constitutis. p.2.q.105.n.7.

Finis.

Inducta ad vnum finem non debent operari oppositum. p.1.n.1340.

Fiscus.

Fiscus, & Ecclesia restituuntur in integrum repertis nouis instrumentis. p.2.q.99.n.3.

Fœmina.
Vide *Mulier.*

Forma.

Omissio formæ vitiat actum. p.1.n.268.
Forma inducta ad certum effectum sufficit impleri per æquipollens. p.1.n.269.
Forma non seruata corruit actus. p.1. n.511.
Forma censetur remissa, quando ex aliqua necessitate non potest seruari. p.1. n.1062.
Non est actum, quod non est per propriam formam consummatum. p.1.n.1168.

Franciscani.

Franciscani neque cum licentia Superiorum possunt esse Aduocati, aut Procuratores. p.2. q.100.n.5.

Fraus.

Fraus nemini patrocinari debet. p.1.n.9.

Fructus.

Nomine fructuum quid propriè veniat. p.1. n.57.
Nomine fructuum impropriè venit quodlibet emolumentum. ibid.

Fundamentum.

Deficiente fundamento deficit, quod in ipso fundatur. p.1. n.1450.

Fundator.

Fundator relinquens Ecclesiæ, censetur relinquere pro dote, & ideo non detrahitur quarta. p.2.q.84. num. 1.
Etiamsi non teneretur dotare. ibid.

Funus defunctorum.

Episcopus non potest coarctare hæredes defunctorum, vt conuocent pro funere solos clericos, seu religiosos Parochiæ. p.2.q.65. n.1.
Neque quò ad hoc valet consuetudo. ibid.
Hæredes conuocare possunt, quos voluerint ad funus. ibid.n.2.
Nisi defunctus, aut hæredes decernant, quinam conuocandi, subintrat ius Parochi. ibid n.3.
Parochus tenetur prosequi funus vsque ad Ecclesias Regularium, si ibi defunctus sepelitur. p. 1. numer. 1591.
Funus Religiosorum non debet duci per ciuitatem, &c. p.2.q.61. n.8.
Regulares ad funus vocati non possunt deferre Crucem. p.2.q.67.n.1.
Deferunt, quando defuncti sepeliuntur in ipsorum Ecclesijs. ibid.n.2.
Defunctus deferri potest è propria domo immediatè ad Ecclesiam Regularium. p.1. n.1592.
Decernere viam, per quam ducendum sit funus, ad quem spectet. p.1. n.1592.
Determinare religiosos, qui associent funus, & numerum, spectat ad hæredes. p.1. n.1592.
Officium, Responsoria, &c. pertinent ad Regulares priuatiuè quo ad alios, quando defunctus sepelitur in eorum Ecclesijs. p.1. n.1593.
Officia, Responsoria, &c. recitanda à Regularibus circa cadauera in proprijs Ecclesijs, p.2. q.68.n.1.
Declaratio S. Congregat. ibid. n.2.
Etiam stante consuetudine in contrarium. ibidem. num. 3.
Nomine funeralium quæ veniant. p.1. n.28.

G

Generalis.
Vide *Prælatus. Superior.*

Generales, qui non sunt Abbates, an possint benedicere Abbatissas. p.1. n.716.
Generales, & alij Superiores minores possunt sibi eligere sepulturam. p.2.q.61.n.1.
Cessat electio finito officio. ibid.n.2.
Generalis irritare potest electionem sepulturæ Prælatorum inferiorum. p.2.q.61.n.5.

Gerundium.

Gerundium importat conditionem. p.1. n.954.

Gratia.

Gratia concedi solita non potest sine iniuria denegari. p.1. n.1134.

Gratia ex intercessione Sanctorum.
Vide *Miraculum.*

Gratia non excedit facultatem totius naturæ. p.1. num.1202.
Quid requiratur ad gratiam. ibid.

Digitized by Google

Grauamen,

Grauamina illata religiosis à Prælatis, & in corpore iuris inserta. p.2.q.4.n.1.
Dicta grauamina sublata sunt de iure communi. p.2. q.43. n.3.
Inferentes grauamen Regularibus exemptis, inferunt Sedi Apostolicæ. p.2.q.4.n.3.

H

Habitus religiosus,

HAbitum induentes nouæ religionis possunt ab Episcopo puniri. p.2.q.39. n.1.
Assumẽtes habitum Regularium puniuntur ab Episcopo. p.2. q.39.n.1.
Cur punitio spectet ad ipsum, ibid. n.2.
Habitus religionum non potest ab aliquo deferri. p.2. q.39.n.3.
Deferentes mortaliter peccant, ibid. n.4.
Ordinarij, & Nuncij tenentur sub mortali punire deferentes habitum religionum, p.2 q.39.n.4.
Exercentes theatralia non possunt induere habitum religiosum. p 2. q.40. n.1.
Assumens habitum religionis ludi causa, an cogatur ad religionem, p.2.q.40.n.2.
Non deferre habitum, & deferre coopertum, paria sunt. p.1. n.1049.

Hæres.

Hæres non conficiens inuentarium, de iure canonico non tenetur vltra vires hæreditatis secundum Bald. p.2.q.97.n.1.
Secundum communem tenetur. ibid. n.2.
Quando non teneatur. ibid. n.3.
Hæredes non fiunt suspecti de hæresi ob libros defuncti, si sint viri probi, p.1.n.1554.

Hæresis,

Hæresis est crimen publicum. p.1.n.1401.
Hæresis purè mentalis an possit reseruari ab inferioribus Papa. p.1. n.1412.
Quid requiratur, vt hæresis fiat externa, vt subsit excommunicationi. p.1.n.1413.
Omissiones alicuius actus possunt declarare hæresim, p.1.n.1414.
Quomodo hæresis debeat manifestari, vt locum habeat excommunicatio. p.1. n.1415.
Qualia debeant esse signa manifestatiua hæresis, ibid.
Signa inadæquata possunt manifestare hæresim, ibid.
Scribens hæresim internam characteribus sibi tantum notis, an sit hæreticus externus. p.1.n.1416.
Vt quis sit hæreticus externus, debet signum esse professio interioris hæresis. p.1.n.1418.
Communicans hæresim internam ad consilium capiendum, non est hæreticus externus. par. 1. n.1419.
Nec manifestans hæresim internam prohabitam. n.1420.
Quid si explicet hæresim præteritam cum complacentia, ibid.
Quid si explicet Inquisitori interroganti, & tunc hæreticè sentiat. n.1421.
An sit hæreticus externus, qui explicat se aliquid contra fidem sensisse, p.1. n.1422.
Hæreticè sentiens, & eamdem hæresim legens, aut tanquam lectam narrans, aut transcribens, an fiat hæreticus externus. p.1.n.1423.
Hæresis interna non fit externa, nisi per actum peccaminosum mortaliter. p.1. n.1424.
Pronuncians hæresim internam dormiendo, aut in ebrietate, non fit hæreticus externus. par. 1. numer.1425.
Quid si præuideat, nec impediat. n.1426.
Hæresis interna manifestata indeliberatè non est hæresis externa, p.1.n.1427.
An fiat hæreticus externus, qui præuidens se inebriat, vt manifestet hæresim, p.1. n.1428.
Fingens se dormire, & pro tali habitus, an fiat hæreticus externus, si pronunciet hæresim, par.1.numer.1429.
Quid de repræsentante in scena personam hæretici, ibid.
Pronuncians internam hæresim ex inconsideratione, aut cum solo peccato veniali, an fiat hæreticus externus. n.1430.
Quid si hæresis interna non influat in pronunciationem. n.1431.
Esus carnium in exigua quantitate cur non sit de se signum hæresis internæ. p.1.n.1433.
Quale debeat esse factum, vt declaret hæresim, p.1. num. 1413.
Ex omissione prædicationis Episcoporum hæreses ortæ. p.1.n.617.

Hæreticus,
Vide *Libri*,

Nomine hæreticorum qui veniant, p. 1. n. 1472.
Hæreticum purè mentalem incurrere excommunicationem, qui docent. p. 1. n. 1410.
Hæreticus purè mentalis non incurrit aliquas pœnas. n. 1411.
Propositio æquiuoca prolata ex sensu hæretico, an faciat hæreticum externum. p.1. n.1417.
Assumens signum sectæ Hebræorum, quando fiat hæreticus externus. p.1.n. 1431.
Exercens opera bona, sed ex hæresi interna, an fiat hæreticus externus. p. 1.n.1438.
Edens carnes ex interna hæresi, sed in parua materia, an fiat hæreticus externus. p.1. n.1433.
Versiones Ecclesiasticorum factæ ab Hæreticis, quomodo permittantur. p.1. n.1539.

Honor,

Causa honoris est ardua. p.1. n.386.
Honor pari passu cum vita ambulat. p.1.n.386.
Non præstans debitum honorem puniendus est. p.1. n. 386.
Materia honoris est sufficiens pro materia excommunicationis. p.1. n.387.

Causa

Digitized by Google

Cauſa honoris quanti facienda. p. 2. q. 30. n. 1.
Honor reuerentialis remitti non poteſt. p. 2. q. 30. n. 1.

Horæ canonicæ.

Recitans Officium pro Officio an peccet mortaliter p. 2. q. 115. n. 4.
Epiſcopus recitans Officia ſibi non conceſſa, an ſatisfaciat. p. 2. q. 115. n. 5.

Hoſpitium.
Vide *Monaſterium.*

Hoſpitia non veniunt nomine Conuentus. part. 1. num. 414.
Quid requiratur, vt hoſpitia fundari poſſint ſine ſolemnitatibus iuris. p. 1. n. 416.
Epiſcopus non poteſt cogere ad vendendam domum pro ampliatione hoſpitij. p. 1. n. 444.
Probabile eſt oppoſitum, ibid. n. 445.

Hypotheca.

Hypotheca generalis pro Eccleſia concurrente cum donatione, probanda eſt anterioritas donationis. p. 2. q. 98. n. 3.

I

Ignorantia.

Ignorantia reddit factum inuoluntarium. par. 1. num. 1285.
Ignoranti non poteſt imputari dolus. p. 1. n. 1140.
Ignorantia in dubio præſumitur. p. 1. n. 1140.

Illegitimitas.

Materia illegitimitatis eſt indifferens reſpectu maſculorum, & fœminarum. p. 1. n. 660.

Immunitas quò ad Eccleſias.

Facultas concedendi reos in criminibus exceptis, non competit habentibus iura Epiſcopalia. p. 2. q. 29. num. 14.
Soli Epiſcopi priuatiuè quò ad alios iudicant, an rei gaudeant immunitate. p. 2. q. 29. p. 2.
Sede vacante an hæc facultas conueniat Vicario Capitulari. ibid.
In notoriis delictis exceptis adhuc requiritur iudicium Epiſcopi. ibid. n. 3.
Iudex Eccleſiaſticus an debeat ſtare proceſſui facto à laico in iudicando, an delictum gaudeat immunitate. p. 2. q. 29. n. 4.
Quomodo probandum, delictum non gaudere immunitate. p. 2. q. 29. n. 5.
Forma Gregorianæ vniuerſaliter ſeruanda. par. 2. q. 29. n. 6.

Impotentia.
Vide *Dæmon. Maleficium.*

Quinque modis per maleficum viri reddunturimpotentes. p. 1. n. 908.
Dæmon an viro genitalia adimere poſſit. part. 1. num. 909.
An ſi adimat, poſſit reſtituere, ibid.
Vnde cognoſcatur, quod viri, & mulieris impotentia ſit ex maleficio. p. 1. n. 910.
Dæmon poteſt per coarctationem reddere mulieres inhabiles ad copulam. p. 1. n. 911.
Quomodo dæmon cauſet auerſionem inter coniugatos, p. 1. n. 911.

Impietas.

Quid ſit, ſpectare ad impietatem. p. 1. n. 1534.

Incorrigibilis.
Vide *Ejectus.*

Incorrigibiles alij de iure, & alij de facto. part. 1. num. 1065.
Incorrigibilitas de facto eſt ſecundum iuris diſpoſitionem. p. 1. n. 1065.
Incorrigibiles de facto an poſſint expelli. part. 1. num. 1065.
Quinam ſit verè incorrigibilis. p. 1. n. 1058.
Quænam de iure debeant concurrere, vt quis eijci poſſit tanquam incorrigibilis. p. 1. n. 1059.
Ob vnum ſæuum delictum an poſſit quis declarari incorrigibilis. n. 1060.
An vt quis poſſit declarari incorrigibilis, debeat præcedere monitio. p. 1. n. 1061.
An poſſit declarari incorrigibilis, qui fugit è carceribus intra annum pœnitentiæ. p. 1. n. 1067.
Incorrigibiles an ſit, qui in carcere per annum libenter pœnitentias exequitur. p. 1. n. 1068.
Delicta, de quibus religioſus fuit abſolutus, non computantur pro incorrigibilitate. p. 1. n. 1069.
Expleto anno pœnitentiæ, quomodo dignoſcendũ, an permaneat incorrigibilis. p. 1. n. 1070.
A quibus ferenda ſententia incorrigibilitatis. par. 1. num. 1072.
Quomodo probandæ cauſæ expulſionis. part. 1. num. 1072.
Iudices incorrigibilium quomodo adhibendi, quando Generalis viſitat. p. 1. n. 1073.
Quid ſi non eligantur iudices incorrigibilium in Capitulo generali. n. 1074.
Iudices incorrigibilium non eſt neceſſe, quod ſimul reſideant. ibid.
Poſſunt per litteras votum ſuum explicare, ibid.
Conſenſus maioris partis ſufficit pro ſententia incorrigibilitatis. p. 1. n. 1075.
Sententia expulſionis fertur à ſolo Generali. p. 1. num. 1075.
Scandaloſi non poſſunt eijci, nec ſunt verè incorrigibiles, niſi ſint puniti. p. 1. n. 1606.
Generalis an poſſit alicui delegare cauſam incorrigibilitatis. p. 1. n. 1076.
An aliquando quis eijci poſſit non ſeruata forma Decretorum, &c. p. 1. n. 1062.
Incorrigibilis ſemper præſumitur talis, niſi de oppoſito conſtet. p. 1. n. 1014.

Indulgentia.

Nemo poteſt indulgentias ſibi conceſſas alteri applicare. p. 1. n. 242.
Opera iniuncta pro indulgentijs ſunt perſonaliter implenda. p. 1. n. 243.
Quæ opera iniuncta per alium impleri poſſint, ibid.
Indulgentia conceſſa viſitanti, ſemel tantum acquiri poteſt. p. 1. n. 244.
Multiplicato opere iniuncto pluries acquiri poteſt per alios. n. 245.
Peccans ſub ſpe indulgentiarum, poteſt illas conſequi. p. 1. n. 249.

Infamia.

Ex condemnatione criminis publici oritur infamia, p. 1. n. 1401.

Infideles.

Infideles prohibentur retinere libros hæreticos, Talmudicos, aut alios Iudaicos damnatos. p. 1. n. 1563.

Iniuria.

Volenti, & conſentienti non fit iniuria. part. 1. num. 1349.

Inquiſitio. Inquiſitor.
Vide *Libri.*

Quænam cauſæ pertineant ad Tribunal Inquiſitionis. p. 1. n. 532.
Finis prohibendi Regularibus, ne cognoſcant cauſas pertinentes ad Inquiſitionem, eſt debito modo tractentur. p. 1. n. 534.
Et non ſegniter. ibid. n. 435.
In tribunali Inquiſitionis omnia gratis expedienda. p. 1. n. 545.
Quid ſi non ſit ſatis prouiſum Miniſtris Inquiſitionis. p. 1. n. 546.
Epiſcopus, & Inquiſitor, quæ ſeorſim præſtare poſſint. p. 1. n. 536.
Vnus ſine alio non poteſt deuenire ad actum carcerandi, tormenta, & ſententiam. ibid.
Poteſt vnus ſine alio ferre ſententiam abſolutoriam. ibid. n. 437.
Inquiſitor quando poſſit ſine Epiſcopo torquere, & proferre definitiuam ſententiam. ibid. n. 538.
Inquiſitor poteſt ſolus procedere in cauſis famiarum. ibid. n. 539.
Quando Epiſcopus, & Inquiſitor non conueniunt, inſtructio cauſæ mittenda ad Sedem Apoſtolicam. p. 1. n. 540.
Idque non ſolum in ſententia definitiua, ſed etiam in cæteris, in quibus vnus non poteſt procedere ſine alio. n. 541.
Qualium librorum prohibitorum retentio cognoſcenda ab Inquiſitoribus. p. 1. n. 1557.
In dubio, an libri ſint damnati ob hæreſim, &c. reus non eſt tractandus, vt ſuſpectus de hæreſi, &c p. 1. n. 1557.
Inquiſitores an poſſint concedere licentiam legendi libros prohibitos. p. 1. n. 1577.

Inſordeſcens.

Inſordeſcens per annum in excommunicatione non punitur pœnis inſordeſcentiæ, niſi prius moneatur. p. 2. q. 19. n. 1.
Pœnæ inſordeſcentium requirunt declaratoriam. p. 2. q. 19. n. 2.
Cenſetur inſordeſcens fateri crimen. par. 2. q. 19. num. 3.
Non eſt opus pro declaratoria inſordeſcentium alia citatione. par. 2. q. 19. n. 3.
Poſt annum non auditur in ordine ad recuperandum beneficium. p. 2. q. 19. n. 4.
Inſordeſcens admittitur ad iuſtificandum innocentiam. p. 2. q. 19. n. 4.
Inſordeſcentia in excommunicatione ob cauſam ciuilem, non trahit ſecum pœnam, &c. part. 2. q. 19. n. 5.

Inſtrumentum.
Vide *Religioſus Tabellio.*

Inſtrumentum factum à religioſo, qui in ſæculo erat tabellio, an ſit validum. p. 2. q. 104. n. 1.
Inſtrumentum factum à Religioſo aliàs tabellione an validum. p. 2. q. 104. n. 8.

Intentio.

Intentio vaga non præiudicat determinatæ in actu practico. p. 1. n. 328.

Interdictum.
Vide *Cenſura.*

Effectus interdicti. p. 1. n. 587.
Interdicto clero, interdicti ſunt etiam Religioſi. p. 2. q. 23. n. 1.
Interdicto Clero non interdicuntur religioſi. p. 2. q. 23. n. 3.
Cenſuræ, & interdicta etiam ab Ordinarijs poſita publicanda, & ſeruanda à Regularibus. part. 1. n. 21.
Poterunt tamen celebrare diuina officia, quando id eis ex priuilegio indulgetur. ibid.

Interpres.

Illius eſt interpretari, cuius eſt condere. p. 1. n. 80.
Vnico interpreti creditur. p. 2. q. 64. n. 5.

Interpretatio.

Ea interpretatio eſt ſumenda, quæ excludit delictum. p. 1. n. 1348.
In dubio adhibenda illa interpretatio, quæ excludit delictum. p. 1. n. 1417.

Digitized by Google

Interſtitia.

Vide *Epiſcopus quò ad ordines. Ordo ſacer.*

Annus interſtitiorum eſt eccleſiaſticus. part. 1. num. 264.
Interſtitia inter vnum, & alterum ordinem ſacrum ſeruanda, ſed remanent diſpenſabilia. part. 1. num. 12.
Quænam cauſa ſufficiat pro diſpenſatione. ibid.
Interſtitia inter Diaconatum, & Subdiaconatum non poſſunt diſpenſari ſine cauſa. p. 1. n. 12.
Cauſæ, ob quas diſpenſari poteſt ſuper interſtitijs inter vltimum minorem ordinem, & Subdiaconatum. p. 1. num. 12.
Inter Diaconatum, & Sacerdotium. ibid.
Prouiſio de miniſtro eſt ſufficiens cauſa diſpenſandi ſuper interſtitijs. p. 1. n. 16.
An hæc cauſa ſit ſuffiens apud eas religiones, quarum profeſſi non ordinatur, niſi poſt certum tempus à profeſſione. ibid.
Superiores Regulares non poſſunt cum ſuis ſubditis diſpenſare ſuper interſtitijs. p. 1. n. 255.
Secundum alios poſſunt. n. 256.
Vicarius Capitularis, & Vicarius Epiſcopi quando concedunt dimiſſorias poſſunt diſpenſare ſuper interſtitijs. num. 256.
In diſpenſatione interſtitiorum requiritur cauſæ cognitio. n. 257.
Epiſcopus rogandus, vt diſpenſet ſuper interſtitijs, à Superiore Regulari Ordinandi. p. 1. n. 258.
Cur ita rogandus. n. 259.
Diſpenſat, ſi ſciens ordinat, aut dimiſſorias concedit, ſuper interſtitijs, ſecus, ſi ignorans. p. 1. n. 260.
Arbitrium Epiſcopi circa interſtitia eſt ad minuendum tempus. p. 1. n. 258.
Eſt arbitrium, prout de iure: ibid.
Quæ neceſſitas, aut vtilitas requiratur pro diſpenſatione interſtitiorum, remiſsiuè. p. 1. n. 262.
Neceſsitas, & vtilitas ſunt attendendæ ſecundum menſuram functionum. n. 263.
Stante vnico tantum miniſtro, adhuc adeſt neceſsitas. ibid.
Ordinatus in ſabbato ſancto an anno ſequenti ordinari poſsit in temporibus quadrageſimæ ſine diſpenſatione. p. 1. n. 265.
Non ſeruans interſtitia non remanet ſuſpenſus, nec irregularis. p. 1. n. 339.
Nec alia imponitur pœna. ibid. n. 340.

D. Io. Chryſoſtomus.

D. Io. Chryſoſtomus pœnitentiam prædicabat. p. 1. num. 515.

Irregularitas.

Irregularitas non inducitur ex argumentis, aut paritate rationis. p. 1. n. 1404.
Irregularitas quando imponatur pro mala ordinum ſuſceptione. p. 1. n. 369.

Iuramentum.

Iuramentum contra bonos mores non valet par. 1. num. 1304.
In iuramento vnde attendatur veritas. par. 2. q. 93. num. 3.
In ſecretis, & in dubio ſtandum eſt iuramento. p. 1. num. 878.
Mala fama iurantis extenuat vim iuramenti. par. 1. num. 1266.
Iuramentum, quòd moneta vitiata, &c. expendatur, non tenet. p. 1. n. 1304.
Religioſus, & Clericus iurare poſſunt, ſe non venire ex loco peſte infecto, licet veniant, ſi non ſit peſte infectus, ſed putetur. p. 2. q. 93. n. 5.
Quid, ſi ſit peſte infectus, ſed adeo celeriter tranſeunt, vt non adſit periculum peſtilentiæ contractæ. ibid.
Iurandum eſt ad mentem exigentis, quando iuratur ex conuentione. p. 2. q. 93. n. 2.
Tranſiens per locum infectum, non poteſt iurare, ſe non tranſiſſe, quamuis infectionem non contraxerit. p. 2. q. 93. n. 4.

Iudeus.

Iudæi prohibentur retinere libros continentes aliquid contra fidem Catholicam, &c. part. 1. num. 1563.

Iudex.

Præuijs indicijs poteſt iudex inquirere de quolibet crimine. p. 1. n. 1364.
Iudex debet agnoſcere, an ſua ſit iuriſdictio. par. 1. num. 122.
Iudex poteſt extraiudicialiter ſe informare de notorio. p. 2. q. 33. n. 2.
Iudex tenetur ex officio procedere contra monetarios. p. 1. n. 1364.
Iudex tenetur ex officio procedere, quando agitur de publica vtilitate. p. 1. n. 364.
Iudex habet arbitrium ad iudicandum ſecundum æquitatem circa coactionem venditionis ad fauorem Eccleſiæ. p. 1. n. 451.
Derogare legibus, & communi opinioni fauorabilibus religioni, non eſt in poteſtate iudicis laici. p. 1. n. 450.
Iudex reconuentionis non exequitur ſententiam, ſi aliàs non ſit legitimus. p. 2. q. 6. n. 14.

Iudicium.

Omnia iudici alia prohibita in die feriato. part. 2. q. 9. n. 4.
Iudicium Clerici non poteſt incipere à iudice laico. p. 1. 143.

Iuriſdictio.

Conceſſa iuriſdictione conceduntur omnia, ſine quibus exerceri non poteſt. p. 1. n. 124.
Iuriſdictio cenſetur conceſſa cumulatiuè. part. 1. num. 117.

Suffi-

Sufficit allegare qualitatem fundantem iurisdictionem. p.1. n.121.
Qualitas fundans iurisdictionem debet constare. p.1. num. 122.
Iurisdictio conueniens ex qualitate conuenit sub conditione. p. 1. n. 123.
Ideo prius purificanda conditio. ibid.
Iurisdictio ordinaria quomodo requirat territorium. p.1. n.831.
Ad iurisdictionem ordinariam non requiri territorium, quomodo accipiendum. p.1. n.832.
Iurisdictio Ordinariorum est de iure communi. p.1. num. 125.
Secluſa facultate compellendi per tenſuras, iurisdictio non est fruſtratoria. p.1. n.48.
Iurisdictio delegata est strictè interpretanda. p.1. n. 108.
Offendens iurisdictionem fit subditus offensi. p.1. num. 1166.
Excipitur tamen Ecclesiasticus respectu laici. num. 1167.
Tunc Ecclesiasticus puniri debet à suo iudice. ibid.
Potest in tali casu iudex vti processu fabricato à laico contra laicum. ibid.
Vsurpantes iurisdictionem spiritualem, aut temporalem Ecclesiæ, subijciuntur excommunicationi p.2. q.24. num. 1.
De quibus procedat Concilium Tridentinum sess. 22. cap. 11. de refor. p.2. q.24. n.2.
Quid requiratur, vt vsurpantes iurisdictionem spiritualem subijciantur excommunicationi. part.2. q.24. n.3.
Exercentes iurisdictionem in exemptos vsurpant iura Sedis Apostolicæ. p.2. q.4. n.3.

Ius.

Iuris correctio est vitanda. p.1. n.387.
Ius posterius debet interpretari, vt non corrigat prius. p.1. n.387.
Ius conferendi acquisitum ex deuolutione est idem ius negligentis, ideo eodem modo confert. par.2. q.34. n.3.
Iuri proprio non potest renunciari in præiudicium tertij. p.1. n.516.
Licet vti iure proprio, licet inde sequatur damnum tertij. p.1. n.951.
Vtens iure suo non facit alicui iniuriam. p.1. n.1146.
Ius pacis, & accusationis transit cum vniuersitate bonorum. p.2. q.54. n.2.
Ius pacis, aut accusationis pro occisione patris ante ingressum religionis, aut alia iniuria, quando transeat ad hæredes professi. p.2. q.54. n.1.
Quando transeat ad Monasterium. ibid.
Constitutio iuris congrui Gregor. XIII. non habet locum, nisi in ædificijs inchoatis. p.1. n.447.

Iuspatronatus.

Regulares non possunt iuspatronatum vnire mensæ, non pensione grauare. p.2. q.34. n.1.
Cur non possint. ibid. n.2.

L

Labor.

LAboris manuum appellatione quæ veniant. p.1. num. 989.

Legatum.

Legatum debetur cum fructibus medij temporis. p.1. n.452.
Secus, si dies appositus Legato resoluatur in conditionem. ibid. n.453.
Legatum conditionatum non debetur, nisi purificata conditione. p.1. n.453.
Dies appositus quando faciat Legatum conditionatum. p.1. n.454.
Legatum pro Monasterio ædificando debetur, licet nondum loco assignato. p.1. n.456.
Legatum dotis debetur Ecclesiæ, licet non sit perfecta p.1. n.465.
Imo non potest ædificari nisi assignata dote. ibid.
Non est tamen necessarium, vt statim præstetur. ibid.
Legatum cui Ecclesiæ debeatur, quando post conditum testamentum mutata fuit parochia, si relictum sit Ecclesiæ parochiali. p.2. q.62. n.1.
Quid si in totum mutata fuit parochia. ibid. n.2.
Legatum factum parochiali cum electione sepulturæ, mutata electione transit ad Ecclesiam, in qua est electa sepultura. p.2. q.62. n.3.
Præsertim, si non constet de motiuo speciali legandi priori Ecclesiæ. ibid. n.4.
Et stante consuetudine legandi Ecclesiæ sepulturæ ibid.
Legata religioso, si promoueatur ad Episcopatum, an donari possint suo Ordini, vel consanguineis. p.2. q.120. n.1.
Legata Episcopo à propinquo censentur legata intuitu personæ. p.2. q.12. n.2.
Legata pia amplè interpretanda. p.1. n.464.
Legata pia non fiunt caduca. p.1. n.457.
Conuertuntur in alium vsum pium, quando non possunt in destinatum. ibid.
Finis ipsorum, & principalis legatarius semper permanent. ibid.

Lex.

Quod lex non exprimit, non censetur volitum. p.1. num. 1242.
Lex generalis est generaliter accipienda. part.1. n. 1475.
Lex non comprehendit, quæ in verbis ipsius non exprimuntur. p.1. n.953.
Episcopalis lex non afficit existentes in loco exempto. p.1. n.1106.
Leges exigunt opus præceptum, quamuis plures cum peccato sint exhibituri. p.1. n. 944.

Digitized by Google

Libri.

Libri referentes hæreſes hiſtorialiter, aut ad impugnandum, non probibentur. p. 1. n. 1481.
Quinam libri controuerſiarum vulgari idiomate non permittantur, niſi iuditio Epiſcopi, aut Inquiſitoris. p. 1. n. 1535.
Libri de moribus, contemplatione Dei, concionibus, &c. vulgari lingua quando permittantur. p. 1. num. 1536.
Libri, quorum principalis materia eſt bona, ſunt expurgandi. p. 1. n. 1534.
Quinam libri tractent de religione. p. 1. n. 1478.
An neceſſarium ſit, quod argumentum libri ſit de religione. p. 1. n. 1479.
Damnato Auctore non damnãtur omnes libri ipſius. p. 1. n. 1524.
Quid ſentiendum de libro attributo S. Cæcillo Martyri. n. 885.
Quid dicendum de libro, cui titulus Theatrum vitæ humanæ. p. 1. n. 1531.

Libri prohibiti

Libri in aliquo loco prohibiti eo, quod non expediat ab omnibus legi, poſſunt emendati permitti. p. 1. n. 1534.
Libri ex profeſſo res laſciuas tractantes, ſunt prohibiti. p. 1. n. 1532.
Quinam dicantur tractare ex profeſſo de rebus laſciuis. n. 1533.
Libri prohibiti ob hæreſim, vel falſi dogmatis ſuſpicionem, prohibentur legi ſub pœna excommunicationis. p. 1. n. 1521.
Etiam manuſcripta. ibid.
Talis excommunicatio non eſt reſeruata. n. 1522.
Quid requiratur, vt talis excommunicatio locum habeat. ibid.
Librorum prohibitorum in Indice lectio an ſit quò ad omnes interdicta ſub excommunicatione. p. 1. num. 1524.
Libri continentes materiam diuinatoriam, ſortilegiorum, incantationum, quomodo prohibeantur. p. 1. n. 1527.
Quid de libris Aſtrologiæ iudiciariæ. p. 1. n. 1527.
Libri, de quibus in nona regula Indicis, an prohibiti ſub excommunicatione. p. 1. n. 1521.
Contra retinentes libros, de quibus in nona regula, procedi poteſt etiam ab inquiſitoribus. part. 1 num. 1528.
Legentes Talmud, & alios Hæbræorum libros, in quibus errores continentur, quas pœnas incurrant. p. 1. n. 1541.
Lectio librorum Hebræorum, & Paganorum continentium errores, & impias propoſitiones, an interdicta ſub excommunicatione. p. 1. n. 1542.
Habens apud ſe libros prohibitos, non poteſt ſe defendere, quod retineat ad confutandum. par. 1. num. 1444.
Si non adſint præſumptiones in contrarium. n. 1545.
Finis prohibitionis librorum. p. 1. n. 1559.
Alij fines ab alijs recenſiti. n. 1560.
Odium hæreticorum, & exterminatio librorum an ſit finis prohibitionis. ibid.
An etiam vitatio communicationis in eorumdem libris. ibid.
An vt deſiſtant à ſcribendo. ibid.
Conceſſa licentia retinendi, & legendi libros prohibitos, cenſentur conceſſa etiam media neceſſaria. p. 1. n. 1510.

Libri Hæreticorum.
Vide *Excommunicatio*.

Libri omnes Hæreſiarcharum prohibiti, & quomodo. p. 1. n. 1526.
Libri Hæreſiarcharũ, diuinatorij, incantationum, veneficiorum, an omnes prohibiti ſub pœna excommunicationis. p. 1. n. 1543.
Liber quando dicatur continere hæreſim. p. 1. n. 1476.
Sufficit, ſi libri hæreſim contineant. p. 1. n. 1473.
Quomodo libri hæreticorum tractare debeant de religione, vt ſint prohibiti. p. 1. n. 1474.
Scholia hæreticorum ad Catholicorum libros an contineantur ſub excommunicatione Bullæ. p. 1. num. 1480.
Manuſcripta tractantia de religione ab hæreticis compoſita comprehenduntur ſub prohibitione p. 1. n. 1548.
Oppoſita opinio, quia manuſcripta non ſunt libri. n. 1549.
Cauſa finalis prohibitionis habet locum etiam in manuſcriptis. ibid.
Manuſcripta hæreticorum continentia hæreſim cadunt ſub prohibitione, & eadem eſt ratio de ipſis, ac de libris. Idem de libris paruis. part. 1. num. 1496.
Hæreticorum libri, in quibus aliena colliguntur, quomodo permittantur. p. 1. n. 1530.
Libri Hæreticorum à quibus emendandi, & quorum conſilio. p. 1. n. 1530.
Quid de libris hæreticorum, qui quotidiè prodeunt. p. 1. n. 1531.
Quando primò prodeunt libri hæreticorum, qui poſſunt permitti, an prohibiti quouſque examinentur. p. 1. n. 1530.

Libri prohibiti in Bulla Cœnæ.

Libri Græcorum tractantes de ritibus Græcis an prohibeantur in Bulla Cœnæ. p. 1. n. 1485.
An libri infidelium continentes errores contra fidem. p. 1. n. 1486.
Libri Catholicorum, in quibus ſunt hæreſes, non prohibentur in Bullæ Cœnæ. Et quid ſi fiant poſtea hæretici. p. 1. n. 1487.
Libri Magiæ, Necromanciæ, &c. an contineantur ſub excommunicatione Bullæ Cœnæ. part. 1. num. 1498.
Libri Catholicorum cum ſcholijs, & adnotationibus hæreticorum, an prohibiti ſint. p. 1. n. 1550.
Si ſcholia, aut adnotationes contineant hæreſim, &c. eadem eſt ratio, ac de libris. n. 1551.
Quid de libro ab hæretico ſimul, & catholico compoſito. p. 1. n. 1552.
Quid de libro compoſito ab aliqua communitate mixta ex hæreticis, & catholicis. p. 1. n. 1553.

Digitized by Google

Libri compilati ab hæreticis, ſi contineant hæreſim &c., an prohibeantur in Bulla Cœnæ. p.1.n.1482.
An Epiſtolæ, folia, conciones, &c. n.1483.
Epiſtola dedicatoria, ad Lectorum, proœmium libri hæretici an prohibeatur in Bulla Cœnæ. part. 1. num. 1484.
Si liber obiter contineat hæreſim, an locum habeat excommunicatio Bullæ Cœnæ. p.1. n.1475.
An neceſſarium ſit, hæreticum damnatum eſſe, vt quò ad libros ipſius locum habeat excommunicatio Bullę Cœnæ. p.1.n.1497.

Librorum hæreticalium retentio.

Quid requiratur, vt retinens libros hæreticos, &c. contrahat excommunicationem Bullæ Cœnæ. p.1. num.1503.
Bona fides excuſat. ibid.
Non poſſet puniri retinens, niſi probaretur ſcientia. p.1. n.1503.
Nomine retinentium libros hæreticorum, qui veniant, & an ſeruus retinens nomine domini. p.1. n. 1504.
Quid ſi proponens retinere, mutaret animum. ibid.
Retinens hos libros vltra tempus conceſſum donec renouetur licentia, an incidat in excommunicationem. p.1. n. 1509.
Retinens libros hæreticorum, vt ad alium locum transferat, duplici excommunicatione ligatur. p.1. num. 1510.
Niſi ſit translaturus ad habentem licentiam. ibid.
Retinens apud habentem licentiam, quouſque ipſe eam impetret, libros hæreticorum, an incidat in excommunicationem. p.1. n.1505.
Quando liber hæretici, &c. peruenit ad manus, tradendus ſtatim Inquiſitoribus. p.1. n.1511.
An ſufficiat, quod comburatur. ibid.
An poſſit tradi habenti facultatem legendi. ibid.
Paruitas materiæ in retentione librorum hæreticorum, &c. an admittenda. p.1. n.1567.
Et an quò ad tempus retentionis. p.1. n. 1508.
Aromatarij, & huiuſmodi retinendo libros hæreticorum ad inuoluendum, &c. an incidant in excommunicationem. p.1. n.1506.
Quid requiratur, vt retentio librorum hæreticalium reddat ſuſpectum de hæreſi. p.1. n.1554.
Retentio librorum hæreticalium reddit ſuſpectum, ſi ſit in ordine ad lectionem. n.1555.
In hac materia multum deferendum arbitrio. ibid.
Indicia in hac materia non faciunt aliquem criminoſum. ibid.

Librorum hæreticalium defenſio.

Defendentes libros hæreticorum incidunt in excommunicationem Bullæ Cœnæ. p.1. n.1579.
Etiam indirectè. ibid.
Dicens, ſe velle defendere libros hæreticorum an incidat in excommunicationem. p.1. n.1580.
Defenſio omnino occulta librorum hæreticorum, ita vt nemini nota ſit, ſiue verbo, ſiue ſcripto, an comprehendatur ſub excommunicatione Bullæ Cœnæ. p.1. n.1581.
Laudans librum hæretici an incidat in excommunicationem Bullæ. p.1. n.1581.
Quid ſi abſolutè laudet. p.1. n.2583.
Laudans, quod eſt catholicum, & ſanam doctrinam, in libro hæretici, non incidit in excommunicationem Bullæ Cœnę. p.1. n.1584.
Quid ſi laudet doctrinam nouam contentam in libro hæretici. n.1585.
Defendens diſputationis cauſa libros hæreticorum, an incidat in excommunicationem Bullæ Cœnæ. p.1. n.1586.
Afferens noua motiua pro hæreſi, quam confutat, an incidat in excommunicationem. part. 1. num. 1587.
Impediens, ne libri hæreticorum perueniant ad manus Inquiſitoris, an incidat in excommunicationem Bullæ Cœnæ. p.1. n.1588.
Dicens, quod aliquis liber hæretici non deberet comburi, aut prohiberi, an incidat in excommunicationem. p.1. n.1689.

Librorum prohibitorum lectio.

Prohibitio legendi libros hæreticorum continentium hæreſim afficit perſonas cuiuſcumque generis. An etiam Inquiſitores. p.1.n.1501.
An etiam Catholicos degentes mixtim cum hæreticis. p.1. n.1502.
Legens hæreticorum libros, aut ſcripta, ſiue aliàs ob ſuſpicionem hæreſis, vel falſi dogmatis ſuſpicionem damnatos, ipſo facto excommunicatur. p.1.num.1471.
Contra legentes, aut retinentes libros hæreticorum hæreſim continentes, aut de religione tractantes, adeſt excommunicatio in Bullæ Cœnæ. p. 1. num. 1472.
Si ſint plura volumina, quæ non continet hæreſim, legi poterunt. p.1. n.1477.
Quid ſi volumen contineat plures libros, & non omnes contineant hæreſim. ibid.
Si tantum oculis liber hæretici percurratur, locum habet excommunicatio. p.1. n. 1488.
Secus ſi liber lectus mente percurratur, aut memoriter recitetur. n.1489.
Caſu audientes legere librum hæretici, &c. non incurrunt excommunicationem. par.1. n.1490.
Quid ſi curet legi, vt audiat. ibid.
Legentes ad inſtantiam alterius libros hæreticos, &c. incidunt in excommunicationem. part. 1. num.1491.
Niſi excuſentur ex notabili damno imminente. ibid.
Quid ſi iuberentur legere in odium fidei. ibid.
Legens, ſed non intelligens librum, non incurrit excommunicationem. p.1. n.1491.
Contra legentes libros damnatos ob hæreſim, &c. procedi poteſt tanquam ſuſpectos de hæreſi. p.1. num. 1323.
Quid ſi hi libri reperiantur apud hominem honeſtæ conditionis. ibid.

In

Digitized by Google

In lectione libri prohibiti in Bulla Cœnæ an detur paruitas materiæ. p.1. n. 1493.
Quænam sit paruitas materiæ. n.1494.
Quid, si quis legeret in magna quantitate, in qua non esset hæresis. n.1495.
Quid, si hæresis expungatur. ibid.
Legens libros prohibitos, sed non ob hæresim, &c. aut retinens, arbitrio Episcopi punitur. part. 1. num. 1540.
Legens libros prohibitos cum ignorantia culpabili, quo peccato peccet. p.1. n.1562.
Quæ notitia requiratur in legente, vt locum habeat excommunicatio Bullæ Cœnæ. p.1. n.1499.
Quæ ignorantia excusat. ibid.
Exclusio prauæ intentionis non excusat. n.1500.
Quæcunque ignorantia etiam crassa, an excuset legentes libros prohibitos. p.1. n.1561.

Libri quò ad impressionem.

Pro imprimendis libris de rebus sacris per Regulares requiritur licentia Ordinarij, & Superiorum Regularium. p.1. n.1.
Eadem licentia requiritur pro degentibus intra statum Ecclesiasticum, quando aliò transmittunt libros imprimendos. ibid.
Libri tractantes de auxilijs imprimi non possunt nisi cum licentia Apostolicæ Sedis. p.1. n 1.
An aliquis punctus circa hanc materiam tractari possit. ibid.
Libri an necessario imprimendi cum nomine Auctoris. p.1. n.1564.
Nomen Collegij an sufficiat. ibid.
Concil. Trident. disponens, quod nomen Auctoris apponatur libris impressis, procedit solum de libris de rebus sacris. n.1565.
An aliquando libri de rebus sacris imprimi possint sine nomine Auctoris. p.1. n.1566.
Libri an imprimi possint cum nomine ficto. par. 1. num. 1573.
Addens aliqua libro approbato, dum imprimitur, an violet Decretum Tridentin. p.1. n.1574.
Quæ requiruntur pro libris imprimendis, an requirantur etiam pro alijs scripturis. part. 1. numer. 1570.
An sufficiat, quod libri imprimendi examinentur per laicam auctoritatem. p.1. n.1571.
Non præfigens approbationem libro impresso an peccet. p.1. n.1572.
Quid de approbationibus, quas requirunt laici: ibid.

Licentia.

Licentiæ personales sequuntur personam. p.1. n.1578.
Licentia inferioris non dat facultatem ad ea, quæ prohibentur lege superioris. p.1. n.10.
Reuocatio licentiarum legendi, & habendi libros prohibitos. p.1. n.1469.
Vrbanus VIII. reuocauit licentias legendi libros prohibitos. p. 1. n.1576.
Licentiæ Magistri S. Palatij legendi libros prohibitos, valent extra districtum Romæ. p.1. n.1578.

Litaniæ.

Litaniarum nomen vnde sumptum. p.1. n.189.
Quid est, quod fertur de Litanijs maioribus. n.190.
Litaniæ non possunt edi, nisi approbatæ. An possint priuatè recitari. p.1. n.191.
Si bona fide edantur, non habet locum decretum. n. 192.
An in Sabbato Sancto in Litanijs sit geminandum illud, *Per sanctam Resurrectionem tuam.* part. 1. num. 193.
An liceat addere Litanijs nomina Sanctorum, qui sunt in Breuiario, præsertim si sint Patroni. p. 1. num. 194.

Litteræ.

Litteræ in forma dignum non diriguntur Vicario Capitulari. p.1. n.727.

Locatio.

Locatio ad longum tempus æquiparatur alienationi, & transfert vtile dominium. p.1. n.449.
Dispositum de alienatione censetur dispositum etiam de locatione ad longum tempus. par. 1. num. 449.
Fit extensio de alienatione ad locationem ad longum tempus, etiam in exorbitantibus, & correctorijs, & econtra. p.1. n.449.

Locus.

Aliud prohibere accessum ad locum, & aliud prohibere accessum ad aliquid faciendum in loco, & quid vtrobique prohibeatur. p.1. n.1109.
Locus pius constituendus est capax donationis p. 1. num. 460.

Loquutio.
Vide *Oratio. Moniales.*

Communis vsus loquendi præferendus strictiori significationi. p.1. n.1123.
Alloquutio cum Monialibus sine licentia, non continet delictum contra Moniales, aut clausuram. p.1. n.29.

M

Maleficium.

MAleficia alia per contactum, & alia per signum. p.1. n.907.
Maleficia neque ob bonum finem permittuntur. p.1. num. 933.
Maleficia ob bonum finem secundum ius ciuile non puniuntur. p.1. n.934.
Maleficium aliquando reddit impotentem ad copulam quò ad omnes, aliquando respectu vnius. p.1. num. 912.

Digitized by Google

Hæc impotentia duplici modo fit. n.913.
Quomodo per maleficia impediatur copula matrimonialis. p.1. n.913.
Maleficium impediens copulam aliquando est temporale, aliquando perpetuum. p.1. n.914.
Maleficij signa in ordine ad copulam. p.1. n.915.
Regula generalis ad cognoscendum, an impedimentum ad copulam sit naturale. p.1. n.916.
Destruere licet signum maleficij. p.1. n.948.
Ponere res positiuas ad destruendum signum maleficij, an licitum. p.1. n.949.
Quomodo ex positione aliquarum rerum destruatur maleficium. p.1. n.950.
Licet destruere signum maleficij, etiamsi maleficium sit conuertendum contra maleficum, part. 1. num. 951.
Quid si conuertendum in tertiam personam innocentem. ibid.
Quæ obligatio adsit ad destruendum signum maleficij. p.1. n.952.
An possit acceptari solutio maleficij per aliud maleficium, quando sciens licitè soluere, offert, tali pacto soluturum. p.1. n.945.
De iure canonico prohibetur maleficio recuperare sanitatem. p.1. n.935.
An permitti possit, quod maleficium illicito modo soluatur. p.1. n.947.
Media ad tollenda maleficia quando sint superstitiosa. p.1. n.923.
Media ad tollenda maleficia sunt illicita, si non sint naturalia. p.1. n.917.
Quod licitè, & naturali modo tolli non potest, habetur, pro perpetuo. p.1. n.914.

Maleficus.

Malefici dupliciter infirmitates prouocant. part. 1. num. 906.
Malefici subijciunt homines infirmitatibus, & interimunt. p.1. n.907.
Malefica interrogari potest, in quo consistat maleficium. p.1. n.940.
Non licet petere à malefico, vt maleficio soluat maleficium. p.1. n.925.
Conspirant communiter in hoc. n.926.
Non licet cogere minis maleficum, vt maleficium maleficio soluat. p.1. n.927.
Non licet petere à malefico, vt soluat maleficium, quando nescit licitè soluere. p.1. n.928.
Quid, si petens dubitet, an sciat soluere absque maleficio. n.929.
Si dubium sit cum probabili motiuo pro vtraque parte, licet petere. n.930.
Quid, si dubium sit merè negatiuum. ibid.
Cur petitio solutionis maleficij sit illicita, quando maleficus nescit soluere, nisi illicitè. num. 931.
An liceat petere à malefico, vt alterius maleficium soluat. p.1. n.932.
A malefico an liceat petere solutionem maleficij quando scit licitè, & illicitè soluere, si putetur illicitè soluturum. p.1. n.942.
Iudices non possunt cogere maleficas, vt aliqua benedictione liberent à maleficio. part. 1. numer. 919.
Malefica liberans in virtute alicuius pacti, peccat mortaliter. p.1. n.919.
Et etiam maleficiatus consentiens sic liberari. ibid.
Quando teneamur corrigere maleficum, qui non vult, nisi illicito modo soluere maleficium. par.1. num. 946.
Vtens opera maleficorum ad lædendum, etiam sequuta morte, non subijcitur pœnis Constitutionis Gregor. p.1. n.955.
Quid, si mediante pacto implicito læderet, &c. ibid.
Pœnæ dictæ Constitutionis locum non habent in delicto attentato. p.1. n.956.

Mandatum.

Finis mandati diligenter custodiendi sunt. part. 1. num. 1325.

Manutentio.

Quisque manutenendus in possessione sua, donec alius doceat de iure suo. p.1. n.91.
Quid, si non constet de possessione præcedentia. p.1. num. 92.
Manutentio non datur, nisi probata possessione. p.1. num. 92.

Martyres.

Martyres cur declarari possint sancti absque miraculis. p.1. n. 238.

Masculinum.

Masculinum in materia indifferenti concipit fœmininum, si non possit assignari ratio differentiæ. p.1. num. 660.

Materia.

Principalis materia quando dicatur bona. part. 1. num. 1534.

Mendicantes.
Vide *Regulares*.

Mendicantes transeuntes ad non mendicantes sunt incapaces dignitatum, &c. p.2. q.22. n.2.
Praxis ad obuiandum, ne Mendicantes quærant eleemosinas superfluas. p.1. n.131.
Mendicantes quærentes eleemosinas superfluas, merentur priuari priuilegio mendicandi. par.1. numer. 132.
Non tamen Ordinarius potest circa hoc se ingerere. ibid.
Neque etiam titulo naturalis defensionis. ibid.

Digitized by Google

Milites.
Vide *Equites.*

Milites Hierosolymitani non possunt puniri ab Ordinarijs. p.1. n.118.

Miraculum.

Quid sit miraculum, remissiuè. p.1. n.1172.
Miraculum quid importet. n.1173.
Quænam dicantur miracula. ibid.
Miraculum habet Deum pro causa extraordinario modo operantem. ibid.
Miracula sunt triplicis generis. n.1174.
In miraculo inuertitur ordo totius naturæ creatæ. p.1 n.1175.
Quid requiratur, vt miracula ratione modi, & ordinis, sint vera miracula. p.1. n.1175.
Miracula vera vnde cognoscantur. p.1. n.1203.
Miraculum debet esse aliquid arduum, insolitum, præter vires, & ordinem naturæ; rarum, ad bonum finem instantaneum. p.1. n.1178.
Verus character miraculorum. p.1. n.1179.
Finis miraculorum est religio, & cultus Dei. par.1. num.1179.
Discrimen inter miraculum, & gratiam. part.1. num.1201.
Vera miracula totum, quod agunt, operantur. p.1. num.1201.
Varij fines, ad quos ordinantur miracula. part.1. num.1180.
Ratione finis miracula reducuntur ad duo genera. p.1. n.1181.
Miracula in contestationē sanctitatis, à quo fieri possint. p. 1. n.1182.
Miracula in alterius vtilitatem possunt fieri etiam à peccatoribus. p.1. n.1182.
Miracula ratione modi, & ordinis quomodo discerni possint à mirabilibus dæmonum. par.1. num. 1177.
Mirabilia dæmonum non sunt vera miracula. p. 1. num.1176.
Miracula, an fiant per malos homines, & dæmones. p.1. n.1203.
Miracula seruorum Dei quomodo recipi possint à Rectore, seu Officiali Ecclesiæ. p.1. n.1241.
Sigillum secreti circa miracula seruorum Dei quibus imponatur. p.1. n.1242.
Recipientes miracula an hortari possint deferentes, vt promulgent. p.1. n.1243.

Miraculorum examinatio, & publicatio.

Miracula cum summa diligentia examinanda. p.1. num. 1192.
Miracula noua non admittenda, nisi approbata ab Episcopo. p. 1. n.1193.
An alius Ordinarius possit ea approbare. ibid.
Nemo inferior Pontifice approbare potest miracula non canonizatorum, aut beatificatorum. par.1. num.1204.
Prohibitio de non admittendis nouis miraculis, &c. non se extendit ad gratias. p.1. n.1209.
Cur miracula non recipienda, nisi approbata. p.1. num.1209.
Miracula quando dicantur admitti, & quatenus admitti possint. p.1. n.1210.
Solus Episcopus potest recognoscere miracula. pa.1. num.1207.
Quid requiratur, vt miraculum publicari possit. p.1. num.1203.
Publicantes noua miracula non approbata puniri possunt ab Episcopo. p.1. n.1211.
Si sint falsa, sunt excommunicari. ibid.
Quid, si miraculum sit partim verum, & partim falsum. p.1. n.1214.
Prædicantes miracula falsa peccant mortaliter. p.1. num.1214.

Miracula quò ad probationem.

Miraculum non potest directè probari. p.1. n.1188.
Indirectè probatur, & quomodo. n.1189.
Quid probandum, vt probetur miraculum. part. 1. num. 1186.
Deponens de miraculo etiam non interrogatus debet reddere causam scientiæ. p.1. n.1190.
Debet de circumstantijs respondere. ibid.
Debet fuisse præsens actioni miraculosæ. n. 1191.
In quibus miraculis hoc procedat. ibid.
Miracula quomodo probentur, remissiuè. part. 1. num.1183.
An per testes singulares. ibid.
Miracula quando probentur etiam per vnicum testem. p.1. n.1184.

Modus.

Modus est conditio resolutiua. p.2. q.45. n.5.

Monachus.
Vide *Regularis. Religiosus.*

Monachorum nomine quando veniant omnes religiosi. p.2. q.3. n.1.
Monachorum appellatione veniunt omnes religiosi stante identitate rationis. p.2. q.3. n.2.
Monachus æquiparatur mortuo quò ad sæcularia. p.2. q.53. n.1.
Monachus non debet incedere solus. part. 1. q. 36. num. 1.
Monachi diuersa communitas à populo Parochiæ p.2. q.2. n.3.
Concil. Nicænum concedit Monachis sibi inuicem ministrare sacramentum pœnitentiæ, & suis sepulturam. p.2. q.2. n.2.
Monachi comprehenduntur sub Constitutionibus de erectione monasteriorum. p.1. n.476.
Monachus non potest agere pro iniuria sibi illata, nisi absit superior, & procurator part.2. q.106. num. 1.
Monachus potest esse Vicarius Episcopi, sed debet habere socium. p.2. q.122.n.1.
Praxis Curiæ Romanæ. ibid.

Digitized by Google

Monachis non licet baptizare, nec habere baptiſteria. p. 2. q. 26. n. 1.
Nec ſuſcipere de baptiſmo, aut commatres habere. ibid. n. 2.
In quibus caſibus liceat, n. 3.

Monaſterium.
Vide *Eccleſia.*

Antiquitus Monaſteria omnia erant ſub cura Epiſc. p. 2. q. 1. n. 2.
Monaſteria de iure antiquo ſubiecta Parocho quò ad ſacramenta. p. 2. q. 2. n. 1.
Monaſteria cur non ſubeſſent antiquitus Parocho quo ad ſacramenta. p. 2. q. 2. n. 3.
Monaſteria de iure ſpeciali ſunt exempta à iuriſdictione Epiſcopi. p. 2. q. 1. n. 4.
Monaſteria modo naſcuntur exempta. part. 2. q. 1. num. 4.
Horum exemptio non eſt quid odioſum. ibid.
Pacta contraria exemptioni appoſita in erectione monaſterij, an valeant. p. 1. n. 515.
Monaſterium eſt territorium Abbatis. p. 1. n. 86.
Pro quibus aſſignanda dos pro conſtruendo Monaſterio Mendicantium. p. 1. n. 431.
De iure nouo quid ſufficiat. ibid. n. 432.
Monaſterium cœptum, ſeu Collegium eſt capax donationum, tanquam ſi eſſet perfectum. part. 1. num. 458.
Monaſterium præfertur priuato, licet tempore anteriori in bonis acquiſitis à debitore, etiam poſt contractam obligationem. p. 2. q. 98. num. 1.
Monaſterium quomodo ſuccedat ab inteſtato. p. 2. q. 97. n. 4.
Monaſterium non conficiens inuentarium, non tenetur vltra vires hæreditatis. p. 2. q. 97. n. 4.
Quando de æquitate teneatur Monaſterium conficere inuentarium. p. 2. q. 97. n. 5.
Monaſterium non tenetur ad debita contracta ab Apoſtatis. p. 1. n. 1092.
Quid ſi apoſtata reuertens deferat ſecum aliqua bona. n. 1093.
Monaſterium non tenetur de depoſito apud Monachum, etiam ſi culpa illius pereat, niſi quatenus verteretur in vtilitatem Monaſterij. p. 2. q. 109. n. 1.
Nec tenetur Superior tradere Monachum pro noxa. ibid. n. 2.
Conſtare debet euidenter, depoſitum verſum fuiſſe in vtilitatem Monaſterij, vt teneatur reſarcire. p. 2. q. 109. num. 4.
Quando Monaſterium delinquit dolo circa rem depoſitam, non iuuatur beneficio reſtitutionis in integrum. p. 2. q. 111. n. 1.
Quid ſi lata culpa. ibid.
Qui teneant Monaſterium reſtitui teneri ſtante lata culpa. ibid. n. 2.
Monaſterium, quando non teneatur depoſito. p. 2. q. 111. n. 3.
Tot religioſi cuilibet conuentui aſſignandi, quot commodè ſubſtentari poſſunt. p. 1. n. 469.
Decretum Pauli V. circa hanc materiam. ibidem. num. 470.
Innouatum iuſſu Vrbani VIII. ibid. n. 471.
Decretum de numero religioſorum pro quolibet conuentu obligat ad mortale; nec ſuperiores poſſunt excuſari. p. 1. n. 473.
An excuſentur ratione paruitatis materiæ, & quomodo accipiendum: Modicum non habetur in conſideratione. ibid. n. 474.
Minuendus numerus religioſorum aſſignatorum, ſi deficiant prouentus. p. 1. n. 475.
Degens extra clauſtra cum licentia, cenſetur eſſe in Monaſterio. p. 1. n. 183.

Monaſteria quò ad fundationem.

Conſtitutiones circa erectionem conuentuum quatenus reuocent priuilegia. p. 1. n. 501.
Conſtitutiones de erigendis Conuentibus an comprehendant Congregationes Clericorum ſæcularium. p. 1. n. 427.
Non ſolum ex identitate rationis, ſed etiam ratione verborum comprehendunt. ibid. n. 428.
Comprehenduntur ratione verbi, *Religioſorum.* ibid. num. 429.
Conſtitutiones circa erectionem Conuentuum ſunt abſolutè fauorabiles. p. 1. n. 430.
Debent extendi, quantum admittit quæliber verborum ſignificatio. ibid.
Conſtitutiones de fundandis Conuentibus non comprehendunt hoſpitia. p. 1. n. 414.
Doctores huius opinionis. p. 1. n. 415.
Conſtitutio Clemen. VIII. de fundandis Monaſterijs inducit formam. p. 1. n. 417.
Monaſteria non erigenda ſine Epiſcopi licentia. p. 1. n. 18.
Epiſcopus non poteſt concedere hanc licentiam, niſi ſeruatis ſeruandis. ibid.
Et ſeruatis priuilegijs Regularium de diſtantia. ibid.
Monaſteria noua non poſſunt ædificari ſine licentia Epiſcopi. p. 2. q. 1. n. 3.
De iure communi requiritur licentia quoque Sedis Apoſtolicæ pro ædificandis nouis Monaſterijs. p. 1. num. 499.
Ratione priuilegiorum ſufficit licentia Epiſcopi. p. 1. num. 500.
Secluſis priuilegijs neque requiritur licentia Summi Pontificis pro fundandis conuentibus. part. 1. num. 502.
Si ædificarent in loco exempto ſine licentia, non acquireretur Epiſcopo. p. 1. n. 496.
Quid faciendum Epiſcopo, ſi aliqui Regulares ſine eius licētia attētent erigere monaſteria. p. 1. n. 517.
Non poteſt incarcerare, nec excommunicare. ibid.
An pro erigendo nouo Monaſterio ſufficiat tacitus conſenſus Ordinarij. p. 1. n. 510.
Licentia fundandi noua Monaſteria requirit cauſæ cognitionem. p. 1. n. 417.
Conceſſio erigendi nouum Monaſterium non ſeruata forma conſtitutionum Apoſtolicarum, eſt nulla. p. 1. n. 511.

Licen-

Digitized by Google

Licẽtia Ordinarij, & alię ſolemnitates an requirantur pro ædificando monaſterio in loco exempto. p.1. num. 994.
Sufficit licentia Sedis Apoſtolicę. ibid. n.495.
Monaſteria an reędificari poſſint ſine conſenſu Epiſcopi, & præſenti ſolemnitate. p.1. n.489.
Quid ſi religioſi amiſerint ius inhabitandi, &c. p.1. num. 490.
Solemnitas an neceſſaria cùm religioſi volunt reaſſumere loca dimiſſa. p.1. n.491.
Quid, ſi reaſſumendo afferant nouum incommodum ſupra antiquum. p.1. n.492.
Quid, ſi monaſterium ſit abſolutè dimiſſum. par.1. num. 493.
Cauſæ cognitio pro licentia erigendi noua monaſteria, an requirat, quod audiantur procuratores, &c. p.1. num.418.
Ordinarij ſine aſſenſu aliorum poſſunt introducere nouas religiones, ſi alias ipſis conſtet, quod ſine aliorum detrimento, &c. p.1. n.419.
Hoc arbitrium non eſt reuocatum per Conſtitutionem Vrbani. p.1. n.420.
Nulliter procederent, ſi verè non conſtaret de commoda ſubſtentatione ſine aliorum præiudicio. p.1. num. 421.
Ordinarij non poſſunt extorquere conſenſum religionum pro noua introducenda, nec religioſi exhibere, niſi ſaluo fine Conſtitutionum, &c. p.1.num.422.
Ordinario, vt poſſit nouam religionem introducere, conſtare debet, quod duodecim ſubſtentari poſſint. p.1. n.423.
Et quod commodè ſubſtentari poſsint. ibidem. num. 424.
An exquirendus conſenſus aliorum religioſorum, quando introducendi habent victum, & veſtitum. vbi pars negatiua. p.1. n.480.
Doctores aſſerentes. ibid. n.481.
Regulares an poſſint retinere conuentum, pro cuius fundatione nequeunt oſtendere conſenſum Epiſcopi. p.1. n.513.
De præſenti quò ad hoc non proſunt priuilegia. ibid. num. 514

Monaſteria quò ad tranſlationem, & ampliationem.

Quando de loco ad locum mutantur monaſteria, an ſeruanda decreta, quæ diſponunt de erectione. p.1. n.18.
Regulares non poſſunt transferre conuentum de loco ad locum ſine licentia Ordinarij, &c. p.1 num. 403.
De iure communi requiritur licentia Ordinarij. ibid num. 404.
Ratione priuilegiorum transferre poſſunt. ibid. num. 405.
Nec obſtant Decreta Clementis VIII. Vrbani, &c. ibid. num.406.
Nec præiudicium, quod alteri conuentui afferre poſſent. ibid. n.407.
Mutatio de loco ad locum non eſt noua erectio Monaſterij. p.1. n.408.
Quid, ſi in tranſlatione conſtruatur noua Eccleſia. ibid. n.409.
Regulares cõtra tranſlationem Monaſteriorum poſſunt ſe tueri priuilegijs, ſi non ſeruetur debita diſtantia. p.1. n.410.
Pro ampliatione conuentus non requiritur ſolemnitas, quæ requiritur in erectione. p.1. n.411.
Doctores ita ſentientes. ibid. n.412.
Quando ſit prohibita ampliatio conuentus. par.1. num. 413.

Monaſteria Monialium.

Monaſteria Monialium non poſſunt erigi ſine licentia Epiſcopi. p.1. n.476.
An comprehendantur ſub conſtitutionibus de erectione monaſteriorum. p.1. n.478.
Quid ſi non mendicent. ibid. n.479.
Monaſteria Monialium ſunt loca de ſe exempta. p.1. num. 1108.
Monaſteria Monialium non erigenda, niſi in locis muro cinctis. p.1. n.32.
Moniales extra vrbem intus reducendæ. part. 1. num. 32.
Moniales extra vrbem transferendæ ad Monaſteria eiuſdem Ordinis. p.1. n.32.
Epiſcopi an transferre poſſint intra vrbem Monaſteria exempta. p.1. n.32.
Monaſteria Monialium immediatè ſubiecta Sedi Apoſtolicæ gubernantur ab Epiſcopis. part. 1. num. 37.
Non tamen in temporalibus. ibid.
Sede vacante non ſuccedit Capitulum huic regimini. ibid.

Moneta.

Moneta debet eſſe publicè auctorizata. p.1.n.1319.
Moneta quatenus ſint opus publicum. p.1. n.1335.
Moneta debet eſſe id, quo res æſtimantur, & proinde proportionata valori. p.1. n.1274.
Quid teneantur ſeruare Principes in cudendis monetis. p.1. n.1299.
An tanti valere debeat moneta, quanti rudis maſſa. p.1. n.1299.
Princeps an in cudendis monetis poſſit aliquid lucrari. p.1. n.1299.
In minutis monetis materia an debeat correſpondere valori, ſicut in groſſis. p.1. n.1300.
Monetæ deficienti an liceat addere vſque ad iuſtum pondus. p.1. n.1338.
Quid requiratur, vt licitè fiat. ibid.
Maius eſt cudere monetas, quàm ſtatuta condere, p.1. n.1319.
Species certa monetæ deduci poteſt in obligationem. p.1. n.1351.
In mutuo an reddenda eadem ſpecies monetæ. p.1 num.1351.
Vna moneta pro alia recipit functionem in genere ſuo. p.1. n.1351.
Aurifices, &c. an poſsint conquirere probiores monetas ad conflandum. p.1. n.1343.
Non poteſt quis conducere ius cudendi monetas. p.1. n.1320.

Digitized by Google

pòtens cudere monetas, an pòſſit ſub alieno ſigillo. p.1. n.1314.
Quid ſi cudat, & tranſmittat vbi expenduntur, & ſunt cuſæ, & ſint vitiatæ. n. 1315.

Moneta quò ad tonſionem.

Detrahens à monetis exceſſum, nullo pacto ipſas damnificat. p.1. n.1336.
Detrahens exceſſum à monetis an committat crimen furti. n. 1337.
Tondentes monetas argenteas modici valoris puniuntur pœna extraordinaria. p.1. n.1333.
Habet locum in monetæ crimine paruitas materiæ. p.1. n.1333.
Quid in terminis Conſtitutionis Vrbani VIII. ibid.
Tondens monetas, ſed non expendens, excuſatur à pœna ordinaria. p.1. n.1334.
Quid ſi tondeat ad alium finem, quàm expendendi. ibid.
Tondens, radens, &c. committit crimen falſæ monetæ. p.1. n. 1331.
Tondentes monetas argenteas non puniuntur pœna mortis; ſed mitiori. p.1. n.1332.
Tondens monetas excedentes reducendo ad iuſtum pondus, an delinquat. p.1. n.1335.

Moneta quò ad adulterationem.

Quatuor modis adulteratur moneta. p.1. n.1292.
In quo propriè conſiſtat falſificatio monetæ. par.1. num.1293.
Adulteratio monetæ proprij Principis, & adulteratio monetæ alieni, ſunt diuerſa crimina. part. 1. num. 1277.
Adulteratio monetæ argenteæ continet crimen falſi. p.1. n.1357.
Cudentes monetas mixtas viliori metallo, pœna ordinaria puniendi ſunt. p.1. n.1293.
Moneta adulterina apud aliquem reperta an reddat conuictum. p.1. n.1259.
Si penes aliquem reperiantur monetæ falſæ conſideranda qualitas perſonæ, circumſtantiæ, &c. par. 1. num. 1261.
Quid ſi habeat reconditas in arca. ibid.
Monetæ falſæ apud aliquem repertæ quando faciant præſumptionem contra ipſum. n. 1262.
Vna, aut altera moneta falſa non facit ſuſpicionem. n. 1263.
Quid ſi conſeruetur moneta falſa ob effigiem, &c. ibid.
Habens monetas falſas collectas ad alium effectum quàm expendendi, an veniat in ſuſpicionem, &c. n.1264.

Moneta quò ad expenſionem.

Falſam monetam habens, vel expendens punitur; excuſatur docens de auctore, licet non exprimat nomen, ſi ſit bonæ famæ. p.1. n.1282.
Doloſè falſas monetas expendens punitur pœna mortis, vel mitiori, ſecundum alios. p.1. n.1283.
Conciliantur opiniones. ibid.
Pœnæ Conſtitutionis Vrbani VIII. contra monetarios an locum habeant quò ad omnes expendentes monetas. p.1. n.1284.
Non poteſt quis expendere monetam falſam, licet bona fide acceperit ab alio. p.1. n.1298.
Si expenderet, committeret crimen falſi. n.1298.
An excuſetur ratione paruitatis materiæ. ibid.
Expendens falſas monetas compulſus neceſſitate, mitiori pœna punitur. p.1. n.1298.
Si dubium ſit, an moneta ſit falſa, an poſſit expendi. p.1. n.1289.
Dicens, ſi moneta erit falſa, tradam probam, omnino excuſatur. p.1. n.1290.
Expendens monetam falſam tanti, quanti valet, aut ludo exponens, an excuſetur. p.1. n.1291.
Expendentes monetam tonſam, an delinquant, & ſubſint alicui pœnæ. p.1. n.1344.
Quid, ſi adſint coniecturæ, quod totonderint. ibid.
Mentiens valorem monetæ delinquit, ſed non crimine falſæ monetæ, & tenetur damnum reſarcire. p.1. n.1346.
Affirmans valorem monetæ ſupra vſualem, eo quod quis tanti illam receperit, an delinquat. part. 1. num.1347.
Affirmans monetam eſſe iuſti ponderis, an committat crimen falſi. p.1. n.1348.
Expendens monetam olim vſualem, ſed poſtea reprobatam, an delinquat. p.1. n.1345.
Non licet recuſare monetam proprij Principis non vitiatam. p.1. n.1350.
Recuſantes qua pœna puniendi. ibid.
Quando debitor tenetur ſoluere in certa ſpecies pecuniæ, poteſt quælibet alia recuſari. part. 1. num. 1351.
Monetæ iniuſti ponderis an colligi poſſint, vt tranſferantur, vbi expenduntur tanquam iuſti ponderis. p.1. n.1349.
Monetæ minus valentes in loco an importari poſſint quò plus valent, & inde extrahi minus valentes, ſed alibi plus. p.1. n.1342.
Exportantes monetas probiores, & conuertentes in deteriores cum lucro, delinquunt. p.1. n.1340.
Inferens monetas æreas in ditionem alterius Principis, & conuertens in argenteas, aut aureas, delinquit. p.1. n.1341.
Antequam procedatur contra expendentes monetas falſas, quid prærequiratur. p.1. n.1288.
Ignorantia excuſat expendentes falſas monetas. p.1. num.1285.

Monetarij artifices.

Locantes operas ſuas pro cudendis monetis non habentibus ius, delinquunt. p.1. n.1321.
Quid in dubio, an habeant ius. ibid.
Miniſtri monetarum an poſſint cudere monetas pro priuata perſona exhibente materiam. par.1. num.1322.
Non poſſunt cudere monetas vltra ſummam præſcriptam à Principe. p.1. n.1323.
Tota quantitas monetarum cuſa ſpectat ad Principem. ibid.

Mini-

Digitized by Google

Miniſtri monetarum cudentes pro ſe ipſis monetas furtum committunt. p.1.n.1323.
Artifices monetarij cudentes monetas alterius Principis puniendi ſunt. p.1. n.1324.
Artifices monetarij delinquunt, ſi conuertant monetas alterius Principis in deteriores proprij Principis. p.1. n.1325.
Artifices monetarij tenentur ſcindere monetas vitiatas. p.1. n.1326.
Quid ſi monetæ ſint alterius Principis, in cuius ditione expendantur. p.1.n.1327.

Monetarij.

Cudens monetas, licet probas, committit crimen læſæ maieſtatis. p.1. n.1328.
Quomodo committat crimen falſi. ibid.
Minus tamen delinquit, quàm ſi cuderet monetas vitiatas. n.1329.
Cudens monetas cum ſigillo alterius, non punitur pœna ordinaria. p.1.n.1276.
Cudens monetas probas, an eadem pœna puniendus, ac qui cuderet falſas. p.1.n.1330.
Inſtrumenta monetaria faciunt iudicium ad torturam, p.1.n.1267.
Etiam contra dominum domus. ibid.
Quid, ſi ille, apud quem reperiuntur, ſit bonæ famæ. n.1268.
Quid ſi inſtrumenta ſint antiqua. ibid.
Bona fama quatenus purget indicium criminis falſæ monetæ ex inuentione inſtrumentorum. part.1. n.1269.
Quid, ſi inſtrumenta monetaria in alicuius cubili reperiantur. p.1.n.1270.
An habens falſas monetas, aut inſtrumenta pro fabricatione, habeatur pro conuicto. p.1. n.1271.
Tondentes falſas monetas, &c. non ſubſunt pœnis, &c. p.1.n.1281.
Cudens monetas ex alia materia apparenti, quàm currenti, an incurrat pœnas. p.1.n.1274.
In crimine falſæ monetæ ſufficit, ſi per reum non ſteterit, quod delictum conſumaretur. p.1. numer.1272.
Non perficiens falſam monetam non punitur pœna ordinaria. p.1,n.1273.
Monetarij incarcerari poſſunt ſine mandato. par.1. n.1362.
Quæ notitia criminis requiratur, vt capi poſſint ſine mandato. n.1363.
Veniens in ſuſpicionem ob monetam falſam apud ſe repertam, quomodo ſe poſſit purgare. par.1. n.1265.
An pro purgatione ſufficiat iuramentum. n.1266.
Laborans ſuſpicione circa tonſuram monetarum purgat ſe iuramento. p.1.n.1334.
In crimine monetæ debet conſtare de corpore delicti. p.1.n.1259.
Si non conſtet de corpore delicti, non poteſt reus damnari, licet confiteatur in crimine monetæ. ibid.
In crimine monetæ ſufficiunt leuiores probationes. p.1.n.1365.
Crimen monetæ commiſſum in loco nullius Diœceſis ab Eccleſiaſticis, iudicandum ab Epiſcopo Diœceſis, aut vicinori. p.1. n.1368.
Pœna ordinaria circa monetarios non habet locum, ſi crimen ſit circa monetas minimi valoris. p.1. n.1279.
Quid, ſi ſit circa monetas argenteas minimi valoris in modica quantitate. ibid.
Pœnæ ordinariæ contra monetarios non habent locum, ſi monetæ ſint obſoletæ, & bannitæ à Principe. p.1. n.1280.
Diſpoſitiones pœnales circa monetas ſunt tantum de vſualibus. p.1.n.1280.
Pœna Conſtitutionis Vrbani VIII. contra monetarios non habet locum, ſi moneta ſit ærea, aut mixta. p.1. n.1279.

Moniales.

Vide *Confeſſarius. Abbatiſſa.*

Moniales non poſſunt eijci vt incorrigibiles. par. 1. num.1082.
Moniales admonendæ, vt ſingulis menſibus confiteantur, & Euchariſtiam ſumant. p.1. n.38.
Decretum hoc Concilij an contineat, ſeu ſupponat præceptum. ibid.
Diſpoſitio Clem. *Ne in agro. De ſtatu Monachor.* non extenditur ad Moniales. p.1.n.38.
Non tenentur Moniales extraordinario Confeſſario confiteri, ſed ſolum ſe præſentare. p.1.n.39.
Nulla Monialis poteſt exire è Monaſterio, niſi cauſam approbante Epiſcopo. p.1. n.30.
Cauſæ legitimæ, ob quas Moniales exire poſſunt. ibid.
An egredi poſſint ex cauſis ſimilibus expreſſis à Pio Quinto. ibid.
Monialis an poſſit exire, quando ſufficienter curari non poteſt intra Monaſterium. ibid.
Licentia egrediendi debet concedi coniunctim ab Epiſcopo, & ſuperiore Regulari, ſi Moniales ſubſint Regularibus. p.1.n.30
Declaratio Sac.Congregat. circa egreſſum Monialium. p.1.n.30.
Monaſteria Monialium nemo ingredi poteſt ſine Epiſcopi, vel Superioris licentia. p.1. n.31.
Quò ad Monaſteria exempta ſufficit licentia Superioris Regularis. ibid.
Non ſufficit licentia Epiſcopi. ibid.
Licentia non poteſt concedi, niſi ex rationabili cauſa. ibid.
Eſt nulla, ſi non ſit in ſcriptis. ibid.
Vtens licentia, & non in caſu neceſſario, incurrit excommunicationem. p.1.n.31.
Licentiæ ingrediendi ſepta Monialium conceſſæ à Papa ſtrictè ſunt interpretandæ. p.1.n.31.

Moniales quò ad alloquutionem,

Vide *Regulares quò ad alloquutionem, &c.*

Prohibitio ne Regulares alloquantur Moniales ſine licentia. p.1. n.1115.
Moderatio eiuſdem prohibitionis. n.1116.
Regulares alloquentes moniales ſine licentia peccant mortaliter. p.1. n.1117.
Loquutio Regularis cum Moniali, licet de rebus indiffe-

Digitized by Google

differentibus, eſt prohibita ſub mortali. part. 1. num. 1118.
Prohibitio alloquendi Moniales extenditur ad Conuerſas, ſi ſeruent clauſuram. p.1.n.1119.
Prohibitio alloquendi Moniales an comprehendat Nouitias. p.1.n.1125.
Loquutio per ſigna, nutus,&c. cum Moniali continetur ſub prohibitione. p.1.n.1120.
Non autem in idiomate non percepto à Moniali. ibid.
Loquutio per interpretem, an prohibita. ibid.
Prohibitio alloquendi Moniales an ſe extendat ad ſcriptionem. p.1.n.1121.
An comprehendat Abbatiſſam. n.1122.
Loquente Regulari cum Moniali, & ipſa non reſpondente, an violetur prohibitio. p.1.n.1123.
Loquutio cum Moniali e domibus propinquis an contineatur ſub prohibitione. p.1.n.1124.
Filius religioſus an poſſit alloqui matrem Monialem, pater filiam. p.1.n.1127.
Concionator an poſſit concionando alloqui aliquam Monialem. p.1.n.1128.
Licentia indefinita alloquendi Monialem an extinguatur prima vice. p.1.n.1130.
Alloquens Monialem diuerſa die à præſcripta an incidat in pœnas. p.1.n.1129.
Habens licentiam ſpecialem, ſi interim concedatur generalis an poſſit pluries alloqui Monialem. p.1. num. 1132.
Regularis loquens cum Monialibus Regularibus ſubiectis, puniri poteſt ab Epiſcopo, vt delegato Sedis Apoſtolicæ. p.1.n.1112.
Declaratio S. Congregationis fundata in diſpoſitione Gregor.XV. n.1113.
Ex hoc non habent aliquam facultatem Epiſcopi ſtatuendi contra exemptos. p.1.n.1114.

Mores.

Mores hominum quomodo dependeant à ſyderibus. p.1. n.101.

Mortuus.

Mortuus reſurgens recuperat bona propria. par. 2. q.118.n.6.

Multa.

Multa eſt pretium ceſſionis iuris accuſandi. part.2. q.55. n.4.

Mulier.

Vnde proueniat in mulieribus incapacitas iuriſdictionis ſpiritualis. p.1.n.735.
An ſit fœmina capax iuriſdictionis ſpiritualis delegatæ. p.1.n.736.
Communis ſententia, quod non poſſit fœminæ delegari poteſtas ſpiritualis. n.737.
Mulieri non permittitur docere, dominari, &c. ſed eſſe ſub ſilentio. p.1. n.738.
Mulier poteſt ex commiſſione miniſterialiter exequi actus iuriſdictionis. p.1.n.739.
Cogentes mulieres ad ingrediendum Monaſterium, ſuſcipiendum habitum, aut profitendum, excommunicantur. p.1.n.47.
Quæ coactio requiratur. ibid.
Excommunicatio afficit conſulentes, fauentes, auxiliantes, &c. ibid.
Quid de præſentibus. ibid.
Excommunicatio, vt locum habeat, requirit effectum. ibid.
Et quod coactio ſit in ordine ad vitam religioſam. ibid.
Sufficit metus pro coactione. ibid.
An ſufficiat reuerentialis. ibid.
Quando ſufficiat. ibid.

N

Negociatio.

NEgociatio non debet ab exteris retorqueri in damnum. p.1.n.1341.

Negotiorum geſtor.

Vide *Adminiſtrator*, *Procurator*.

Non habens mandatum repetit, quæ vtiliter expendit. p.1.n.810.
Quid ſi vtilitas non ſit euidens: n.811.
Vtiliter incipiens ſine mandato, repetit expenſas, licet ſuccumbat. p.1.n.812.
Incipiens vtiliter pro Eccleſia, licet ſine mandato, repetit expenſas, licet non perficiat. p.1.n.813.
Agens negocia Eccleſiæ cum mandato non repetit damna, ſi incidat in latrones. p.1.n.814.
Valet de damnis,& expenſis pro ſui liberatione. numer.815.
Quid, ſi deferat pecuniam mandantis. n.816.
Culpa imputatur procuratori. ibid.

Notarius.

Notarius quando arguatur falſi. p.1.n.1258.
Non regiſtrare ſtatim inſtrumentum, conſueta omittere, cancellatura, vel raſio, ſunt indicia falſitatis. ibid.

Notorium.

Quodnam dicatur notorium. p.2.q.33.n.3.
Notorium debet tale declarari. p.2. q.33.n.4.
Notorium non indiget probatione. p.2.q.33.n.8.

Nouale.

Nouale quid ſit. p.2.q.81.n.1.

Nouitia.

Suſceptura habitum monachalem debet eſſe maior duodecim annis. p.1. n.44.
Suſceptura habitum monachalem voluntas eſt exploranda, ſi ex propria electione ſuſcipiat. ibidem.

Digitized by Google

Puella an possit admitti ad habitum monchalem. ante annum duodecimum. ibid.
Professuræ inter Moniales voluntas exploranda ab Episcopo, vel Vicario. p.1. n.45.
Etiamsi Moniales sint exemptæ. ibid.
Quid,si alicubi sit præscriptum, vt semel tantum exploretur. ibid.
Quid,si omittatur exploratio in ordine ad habitum. ibid.
Intra quod tempus exploranda voluntas. ibid.
Vbi exploranda voluntas. ibid.
Quid,si puella non sit satis constans. ibid.
Si vtraque exploratio omittatur, an nulla sit Professio. ibid.
Episcopus an impedire possit,ne Nouitiæ profiteantur ante explorationem voluntatis. par.1. n.46.
Si negligente Episcopo explorationem, puniri possit Præfecta admittens ad professionem. p.1.n.46.

Nouitius.

Vide *Renunciatio*.

Nouitius non est religiosus cum effectu, sed est sui iuris. p.2. q.51. n.2.
Nouitius ante professionem est laicus. p.1. n.1125.
Nouitius est sui iuris. p.1. q.56. n.2.
Nouitij sunt personæ Ecclesiasticæ. part.2. q.48. numer. 3.
Nouitius gaudet priuilegio,canonis. part. 2. q. 46. num.4.
Nouitius gaudet priuilegio canonis,si verè admissus sit ad religionem ante annos pubertatis. par. 2. q.47. n.1.
Nec ante vsum rationis à parentibus oblatus. ibid.
Ratio cur gaudeat priuilegio canonis. n.2.
Non sufficit delatio habitus. ibid.
Nouitius retinet ius eligendi annexum beneficio. p.2. q.45. n.1.
An vocandus ad electionem. ibid.
Nouitius habens beneficium cum iure electionis an vocandus ad eligendum. p.2. q.45. n.3.
An possit constituere procuratorem. ibid.
Nouitius patronus potest nominare. p.2. q.45. numer. 1.
Nouitius accusare, transigere, pacem inire, &c. potest. p.2. q.51. n.1.
Nouitio interfecto ius accusandi spectat, ad quos spectat Nouitius, si esset sæcularis. p.2. q.52. n.1.
Spectat etiam ad Monasterium. ibid. n.2.
Nouitio interfecto ad quem pertineat mulcta, cuius intuitu fit remissio. p.2. q.55. n.1.
Ante professionem nihil de bonis Nouitiorum accipiendum, etiam sponte oblatum. p.1. n.42.
Non excluditur donatio remuneratoria. ibid.
Donatio remuneratoria quando per Concil. prohibeatur. p.1. n.42.
Donationes moderatæ an prohibeantur. ibid.
Elapso anno probationis Nouitij aut admittendi ad professionem, aut ejiciendi. p.1. n.43.
Ex rationabili tamen causa differri potest. ibid.
Quantum differri possit. ibid.
Quid,si differatur ratione impedimenti, aut negotij. ibid.
Quid,si ad aliud Monasterium se conferat. ibid.
Facta vna prorogatione, an vlterius de nouo prorogari possit. ibid.
Negans suffragium Nouitio habili, peccat mortaliter. p.2. q.49. n.5.
Nouitius recedens an teneatur ad expensas Monasterij. p.2. q.50. n.1.
Quid,si ministeria exhibita non æquiualeant expensis. ibid.
Absolutè non tenetur ad expensas. ibid. n.2.
Nisi intercesserit pactum. ibid.
Aut consuetudo adsit. ibid.
Nouitius non potest impediri, ne exeat, ex eo,quod non soluerit expensas. p.2.q.50. n.3.
Non potest dimitti ex eo capite, quod non soluerit expensas, p.2. q.50. n 4.
Nouitius iniustè expulsus potest agere contra religionem. p.2. q.49. n.1.
Iniustè expellens an peccet mortaliter. par.2.q.49. num. 1.
Nouitius habet ius ad professionem stante habilitate p.2. q.49. n.2.
Superiores maiores possunt cogere capitulum conuentus, vt admittat habilem ad professionem. p 2. q.49. n.3.
Tenentur subditi obedire. p.2. q.49. n.3.
In praxi hæc doctrina est difficilis. ibid.n.4.
Nouitius potest sibi eligere sepulturam. p.2. q.56. num. 1.
Nouitius decedens sine electione sepulturæ sepeliendus in Monasterio. p.2. q.57. n.1.
Etiamsi esset in proposito redeundi ad sæculum. ibid.
Nouitij, si careant patrimonio, sepeliendi Monasterij expensis. p.2. q.58.n.1.
Secus, si habeant. ibid.
Seruanda consuetudo. ibid.
Si habeant patrimonium, quando adhuc sepeliendi expensis Monasterij. ibid. n 2.
In sacramentis, &c. Nouitius subditur religioni. p.2. q.57. n.2.
Bona Nouitiorum an subsint gabellis, collectis, &c. p.2. q.48. n.1.
Nouitius an reuocari possit, si antè erat procurator. p.2.q.101. n.1.
Clement.1. *De priuil.* non afficit nouitios, qui non veniunt nomine religiosi in pœnalibus. part.2. q.25. n.6.
An afficiat non ordinatos. ibid. n.7.
Constitutio Sixti V. circa criminosos ingredientes religionē moderata per Clem. VIII. p.2.q.46.n.8.
Criminosus quando cum fraude religionem ingrediatur. p.2. q.46. n.9.

Nouitius quò ad punitionem.

Nouitius recedens à religione, & retinens habitum puniri potest vt fugitiuus. p.1. n.1043
Nouitius delinquens notoriè, & cum scandalo extra, claustra, quando puniri possit ab Ordinario. p.2. q.46. n.5.
Nouitij delinquentes,à quibus puniēdi. p.2.q.46.n.1.
Quid,si extra claustra delinquant. ibi. n.2.
Nouitius à solo prælato regulari puniri potest. p.2. q.46. n.4.

A quo

A quo puniendus Nouitius, si redeat ad sæculum. p.2. q.46. n.7.
A quo puniendus pro delicto commisso ante habitum susceptum, ibid. n.8.

Numeratio.

Numeratio pecuniæ, quando transferat dominium. p.2.q.109.n.6.

O

Oblatio.

OBlationes possunt accipi in missa à Regularibus p.2. q. 69. n.3.
Regulares recipiunt oblationes factas in proprijs Ecclesijs. p.2. q.69. n.2.
Etiam quando Ordinarius ibi celebrat. ibid.
Antequam Parochi recipiant primitias, possunt accipere frumentum, &c. p.2. q.69. n.3.
Parochus habet fundatam intentionem super oblationibus, quæ sint intra parochiam. par.2. q.69. num. 1.

Occultum.

Occultè, & publicè, quomodo sumantur. p.1.n.1581.

Officiales.

Officiales sunt ad beneplacitum Abbatissæ, par. 1. n. 729.
Quando non possint remoueri. n.730.
Electio officialium Monasterij spectat ad Superiores Monasterij. p.1. n.739.
An eligi possint per Prouinciales, Visitatores, &c. numer.770.
Officiales Monasterij sunt ad nutum Superiorum amouibiles. p.1. n.771.
An possint amoueri sine causa. ibid.
An id valeat apud Moniales. ibid.
Officiales possunt conseruare prouentus Monasterij etiam extra Monasterium. p.1. n.773.
Bulla Gregorij XIII. de Abbatissis non comprehendit officiales Monasterij. p.1. n.729.
Filij Officialium, qui sunt perpetui, ordinari possunt, quando primo peruenerunt ad locum officij. p.1. num.1159.

Officium.

Priuatio officiorum ponit ipsa sub dispositione illius, ad quem de iure spectat collatio. p.1.n.529.

Oratio.
Vide *Loquutio.*

Oratio indefinita æquiualet vniuersali. part. 1. numer. 1130.
Sed non de rigore, verum de benignitate disponentis. num.1131.
Ratio reddit orationē indefinitam vel vniuersalem, vel singularem. p.1. n.1131.
Generalis loquutio comprehendit omnes casus. p.1. num. 481.
Oratio quatenus connotet publicum cultum. par. 1. num. 1230.

Ordinandus. Ordinatus.

Quid præstandum circa promouendos ad Ordines. p.1. n.356.
Regularis tenetur exhibere attestationem ordinis susceptj extractam à Cancellaria Episcopo. par.1. num. 353.
De iure non tenetur exhibere. num. 354.
Ordinatus ante susceptam confirmationem non incurrit aliquam censuram, sed peccat mortaliter. p.1. n.283.
Suscipientes primam tonsuram sine præuia confirmatione, an peccent mortaliter. p.1. n.283.
Suscipiens primam tonsuram absque præuia confirmatione, non fit irregularis. n.287.
Ordinatus cum dimissorijs falsis est suspensus, & celebrans fit irregularis. p.1. n.266.
Excusatur, si bona fide ministret in ordine sic suscepto. ibid.
Culpabiliter ignorans hanc pœnam, eam non incurrit. n.267.
Ordinatus à non suo Episcopo sine dimissorijs non incurrit pœnas Constitutionis Vrbani. p.1.n.1142.
Caret tamen exequutione Ordinis. ibid.
Finis Constitutionis Vrbani est obuiare, ne Clerici vtantur falsis dimissorijs. p.1. n.1143.
Ordinati ab alieno Episcopo, si alias habiles sint, tolerari possunt pœnitentia imposita. p.1. n.1150.
Ordines suscipiens cum excommunicatione fit irregularis. p.1. n.330.
Item si cum aliqua alia censura. ibid.
Suscipiens eadem die Minores ordines, & Subdiaconatum, aut duos sacros, est suspensus, sicut etiam conferens. p.1. n.341.
Religiosus ante professionem suscipiens Ordinem sacrum, est ipso iure suspensus ab ipsius exequutione. p.1. n.351.
Decretum Concil. Trident. *cap.2. de reform. sess.21.* non comprehendit Regulares. p.1. n.351.
Pius V. prohibet sub pœna suspensionis nouitios cæteroscj in Congregatione viuentes, qui discedere possunt, promoueri ad ordines sacros absque patrimonio, seu beneficio. p.1. n.352.
Excipiuntur Iesuitæ. Et quid si dimittantur. ibid.
Cessante bona fide si nulliter professus exerceat ordinem susceptum bona fide, fit irregularis. p.1. num.376.
Constitutio Pij V. contra non professos promotos ad ordines sacros prætextu religionis afficit nulliter professos. p.1. n.374.
Si tamen sciant nullitatem professionis. ibid. numer.375.
Metu sacris ordinatus non tenetur continere. p.1. num. 342.
Qui sentiant, teneri ad continentiam. ibidem. numer. 343.
Qui sentiant non teneri. ibid. n.344.
Sententia asserens non teneri est secundum praxim Curiæ Romanæ. ibid. n.345.

Metu

Digitized by Google

Metu, suscipiens ordines sacros, metu etiam censetur emittere votum continentiæ. p.1.n.345.
Si metus sit leuis, an ordinatus teneatur ad continentiam. p.1. n.346.
Quid, si ordinatus scandalosè viuat. p.1. n.361.
Non prohibentur ordinari qui originem trahunt à Iudæis, aut quorum maiores fuerunt hæretici. p.1.n.282.

Ordinatus furtiuè.

Furtiuè accedens non est ordinatus, si Episcopus tempore ordinationis dicat, se non intendere ordinare non approbatos. p.1. n.327.
Imo est ordinatus. ibid n.328.
Furtiuè ordinatur, qui se ingerit non admissus &c. p.1.n.320.
Furtiue ordinatur, qui accedit sine licentia, & approbatione. p.1.n.321.
Lata excommunicatione contra furtiuè ordinatos, non potest sic ordinatus ministrare, &c. par.1.numer. 322.
Quid, si non sit lata. ibid.
Furtiuè ordinatus fit irregularis, & à quo dispensetur. p.1.n.323.
An id locum habeat in quocunque ordine. ibidem. num.324.
Furtiuè ordinatus, si delictum sit occultum, dispensatur ab Episcopo. p.1. n.325.

Ordinatus ante ætatem.

Pœna suscipientium ordines ante legitimam ætatẽ. p.1. n.11.
Ante legitimam ætatem ordinatus est perpetuò suspensus. p.1.n.308.
Ignorantia suspensionis an excuset, ne incurratur. num.309.
An remaneat suspensus, qui ordinatur aliqua hora ante ætatem præscriptam. p 1.n.289.
Suscipiens Ordines ante legitimam ætatem, de iure veteri non erat suspensus. p.1. n.304.
Nec irregularis, si in ijs ministrabat. ibid.
De iure nouo est suspensus. n.305.
Suspensio suscipientium ordines ante legitimam ætatem non est reseruata. p.1. n.11.
Bona fides excusat à pœnis pro suscipientibus ordines ante legitimam ætatem. p 1.n.11.
Ordinatus bona fide ante legitimam ætatem excusatur. p.1.n.375.
Stans attestationi parentum circa ætatem, excusatur, si ante legitimam ordinetur. p.1. n.210.
Ordinatus bona fide ante legitimam ætatem, potest ministrare statim, ac ad ipsam peruenerit. par.1. n.312.
Ordinatus ante legitimam ætatem non potest ministrare, nisi accedente legitima ætate, licet ablata suspensione. p.1. n.11.
Ordinatus bona fide, si ministret post malam fidem, an fiat irregularis. p.1.n.313.
Cessante suspensione ordinatus ante legitimam ætatem, non fit irregularis, si ministret. p.1.n.314.
Ordinatus bona fide ante legitimam ætatem, si post malam fidem ministret, an peccet mortaliter. p.1. n.314.
Celebrans cum ordinante non fit irregularis ex eo, quod sit suspensus, quia non habeat legitimam ætatem. p.1.n.333.
Qui sentiant incurrere. ibid. n.334.
Qui sentiant non incurrere. ibid.n.335.
Pœna suspensionis contra suscipientes ordines ante legitimam ætatem non habet locum, nisi consummata ordinatione. p.1.n.336.
Ponitur tantum contra exercentes ordines iam susceptos. ibid.
Celebrans simul cum ordinante non exercet actum prohibitum sub pœna suspensionis. p 1.n.337.
Diaconi, & Subdiaconi cantantes Euangelium, & Epistolam in Ordinatione, non sunt irregulares, si suscipiant ordines ante legitimam ætatem. p.1. num.338.
Promotus ante legitimam ætatem ad minores Ordines, non est suspensus. p.1.n.331.
Doctores idem sentientes. ibid. n.332.
Expleto anno Ecclesiastico non potest promoueri ad nouum ordinem sacrum, nisi incepto anno ætatis præfixo. p.1. n.11.

Ordinandus quò ad scientiam.

Episcopus ordinans alienos subditos debet quò ad doctrinam examinare. p.1.n.279.
Debent etiam examinari à dimittente. n.280.
Ordinandus scire debet, quæ pertinent ad Ordinem. p.1. n.300.
Ordinandi nationis Illyricæ non tenentur scire linguam latinam. n.301.
In Regularibus non requiritur tanta scientia. n.302.
Quid, si sæcularis ordinetur tantum, vt possit celebrare. n.303.
Ignari, & inhabiles in nullo casu ordinandi. part. 1. num.362.
Quæ indignitas impediat ordinandos in penuria ministrorum. p.1.n.363.
In penuria notabili possunt ordinari minus habiles. p.1.n.364.

Ordinans.

Vide *Episcopus quò ad Ordines.*

Quæ intentio in ordinante sufficiat. p.1.n.328.
Episcopus suspensus à collatione ordinis inferioris potest conferre superiores. p.1.n.319.
Ordinantes non debent admittere non confirmatos. p.1.n.284.
Episcopus ordinans in sacris non habentes titulum, peccat. p.1.n.365.
Episcopus peccat mortaliter ordinans ignaros, aut malæ vitæ, aut omittens circa hoc debitam diligentiam. p.1.n.355.
Peccatum mortale vnde colligatur. ibid. n.356.
Episcopus quando possit omittere informationes capitales de Ordinandis. p.1.n.356.
Episcopi an possint stare attestationi Prælatorum de idoneitate ordinandorum. p.1.n.13.
Episcopi circa ordinandos Regulares debent stare attestationi eorumdem Superiorum. p.1.n.377.

Ordi-

Digitized by

Ordinarij, ſi non ſtent atteſtationi Superiorum quò ad ordines ſuſceptos à Regularibus, aggrauant ipſos, & Superiores. p.1.n.354.
Conferens, aut ſuſcipiens bis ordines, non fit irregularis. p.1.n.368.
Inquiſitio de genere Ordinandorum non inducit nouum impedimentum. p.1.n.281.
Pœna conferentis duos ſacros Ordines eodem die. p.1. n.14.
Pœna ſuſcipientis. ibid.

Ordinans quò ad non ſubditos.

Nullus Epiſcopus poteſt ordinare alienum ſubditum, niſi ei conſtet de voluntate proprij Ordinarij. p.1.n.307.
Ordinarius domicilij non poteſt ordinare promotũ ad titulum beneficij cum reſidentia ab Epiſcopo originis, aut cum adſcriptione alicui Eccleſiæ quod alij non admittunt. p.1. n.1154.
Quando Epiſcopus ordinet non ſubditum, ad quem ſpectet inquirere de titulo. p.1.n.366.
Quid ſi remittat alijs inquiſitionem tituli, examen, &c. ibid. n.367.
An tunc teneatur prouidere ordinato de alimentis. ibid.
Ordinans non ſubditum, per annum eſt ſuſpenſus à collatione Ordinum. p.1. n.315.
An ſit ſuſpenſio à collatione omnium Ordinum. ibid.
Ordinans vltramontanum, non ſubditum ſint dimiſſorijs recognitis, eſt ſuſpenſus à collatione omnium ordinum, & exercitio Pontificalium. p.1.n.318.
Ordinans alienum ſubditum putans eſſe proprium, an excuſetur à pœna ſuſpenſionis. p.1. n.1151.
Non præmiſſa debita diligentia, Epiſcopus non excuſatur à pœna ſuſpenſionis, ſi ordinet alienum ſubditum. p.1. n.1152.
Ordinans non ſubditum ſub ſpe ratihabitionis an incurrat ſuſpenſionem. p.1.n.1150.

Ordinatio.

Actus ordinandi reſeruatur Epiſcopis. p.1. n.10.
Ratihabitio Ordinationis quem effectum operetur. p.1. n.1147.
Mala ex ordinatione indignorum. p.1. n.359.
Mala ex ordinatione eorum, qui aſſumunt ordinem, vt fugiant forum laicale. p.1. n.360.
Aſſumens Clericatum in fraudem ſæcularis iudicij non poteſt initiari. p.1.n.360.
Peccat mortaliter. ibid.

Ordo.
Vide *Aetas. Tonſura.*

Nomine Ordinum non veniunt ſacri. p.1. n.272.
Aetas pro ſingulis ordinibus ſacris. p.1. n.288.
Sufficit annus inceptus. ibid.
Aetas pro ſacris Ordinibus etiam quò ad Regulares. p.1.n.11.
Minores ordines conferri poſſunt in domo Epiſcopali. p.1.n.298.
Ordines ſacri vbi conferendi. p.1.n.299.
Minores ordines conferri poſſunt quolibet die. p.1. n.294.
Sacri Ordines non poſſunt conferri, niſi in Sabbato quatuor temporum. p.1.n.294.
Quando ordinatio continuari poſſit etiam die ſequenti Dominico. p.1.n.294.
Collatio Minorum ad dies feſtos, & ad quos coarctetur. p.1.n.295.
Minores ita extra tempora conferri poſſunt, vt tamen non inſtituatur publica ordinatio. p.1. numer. 296.
Intra quem numerum ordinari poſſint. ibid.
Minores ordines conferri poſſunt veſpere præcedente ordinationem publicam. n.297.
Duo ſacri ordines eodem die conferri non poſſunt etiam Regularibus. p.1.n.4.

Ordinarius.
Vide *Epiſcopus.*

Ordinarij appellatione qui veniant. p.1.n.503.
Nomine Ordinarij in Bulla Vrbani VIII. contra monetarios, qui veniant. p.1. n.1368.
Verbum Ordinarius includit, quæ ſunt ordinis, & iuriſdictionis. p.1.n.125.
In iuriſdictionalibus venit Ordinarius nomine Epiſcopi. p.1.n.557.
Ordinarius non poteſt ſe ingerere circa id, quod Regulares iacedant cum ſocio. p.2.q.36.2.
Ordinarius non habet iuriſdictionem aliquam ſupra exemptos, niſi ſit ſpecialiter conceſſa. p.1.n.975.
Ordinarius non poteſt prætendere poſſeſſionem iudicandi exemptos. p.2.q.5.n.19.
Ordinarij poſſunt tantum capere Regulares vagantes ſine licentia. p.1.n.130.
Ordinarius non poteſt procedere contra regulares exemptos publicantes miracula non approbata. p.1. n.1212.
Vnde Ordinarij procedere poſſint per cenſuras, contra regulares audientes confeſſiones ſine licentia. p.2.q.6.n.5.
Ordinarij prohibere debent turpes quæſtus, &c. intuitu eleemoſynarum. p.1.n.8.
Ordinarij omnes concedere poſſunt licentiam fundandi conuentus. p.1.n.503.
Ordinarij ad inſtantiam Superiorum debent apoſtatas denunciare excommunicatos. p.1. n.1090.
Ordinarij non debent permittere celebrari extra Eccleſias & publica Oratoria. p.1. n.8.
Ordinarij cauere debent, vt conſuetis ritibus, & horis miſſa celebretur. p.1.n.8.
Ordinarius an denegare poſſit licentiam alloquendi Moniales habenti facultatem à S. Congregat. p.1.n.1134.
Ordinarius an ex cauſa neceſſitatis concedere poſſit licentiam Regulari alloquendi Moniales nullo gradu coniunctas. p.1.n.1135.
Ordinarius an poſſit ſe remittere Superioribus quò ad idoneitatem ſubditorum pro audiendis confeſſionibus. p.1.n.1399.

Digitized by Google

P

Pactum.

PActum de iure impossibile vitiatur, & subsistit concessio. p.1.n.516.

Par.

Paria sunt fieri tempore inhabili, & conferri in tempus habile; & fieri tempore habili. p.2.q.104 num.6.
Paria sunt, non incipere, & cœptum non perficere. p.1. n.1169.
Paria sunt non esse, & esse sine effectu. p.1. n.1431.

Parentes.

Parentes quomodo relinquendi. p.2. q.105.n.3.

Partus.

Partus conceptus gaudet priuilegijs nati. p.1. n.458.

Parochus.

Parochus an possit dare licentiam concionandi, remissiuè. p.1.n.605.
Parochus potest concedere licentiam concionandi bis, aut ter viro docto, & cognito. p.1.n.607.
Valet quò ad aliàs approbatos, aut regulares. ibid.
Parochi an post declarationes S. Congreg. &c. potuerint præscribere ius cantandi Psalmos, &c. in Ecclesijs Regularibus, dum deferuntur defuncti. p.1. n.1594.
Religiosus Parochus potest sine noua licentia assumi ad aliud Parochiale beneficium. p.2.q.91. n.1.

Pars.

Quando sufficit maior pars, requiritur vnio collegialis. p.1.n.522.
Quod fit à maiori parte, fit ab omnibus. p. 1. numer. 1075.
Factum à maiori parte communiter cum alijs, est factum à communitate. p.1.n.1553.

Paruitas materiæ.

Paruitas materiæ quando habeat locum, par. 1. numer. 1297.

Pauper.

Pauper quis sit? p.1. n.989.

Peccatum.

Quando liceat vti alieno peccato ad bonum. par.1. n.926.

Pensio.

Pensio non vacat ante professionem. part.2. qu.45. num.2.

Perfectio.

Aliud esse in statu perfectionis, & aliud esse perfectum. p.2.q 117.n.2.
Forma, in qua consistit perfectio Christianæ vitæ, p.2. q.117.n.3.

Persona.

Appellatione personæ venit masculus, & fœmina. p.1.n.858.
Quando aliquid fiat intuitu personæ, & quando intuitu dignitatis. p.2.q.120.n.3.

Pietas.

Pietas, vt est donum, quid dicat. p.1.n.1534.

Pœna.

Pœna afficit solum delinquentes. p.1.n.1465.
Indicia indubitata, & violenta an sufficiant ad pœnam ordinariam. n.1255.
Pœna ordinaria requirit probationes ordinarias. p.1. n.1255.
Vt locum habeat pœna, requiritur dolus. par.1.numer.1286.
Quando pœna est imposita scienter delinquenti, quælibet ignorantia excusat. p.1.n.1287.
Quando pœna est taxata à lege, iudex etiam delegatus tenetur illi stare, nec potest aliam imponere. p.1.n.1136.
Pœna non habet locum, vbi præsumitur bona fides. p.1.n.1347.
Pœna debet esse proportionata delicto. p.1.n.1130.
Non est æquum, minus delinquentes, & grauiter, æqualiter puniri. p.1.n.1130.
In pœnis fit benignior interpretatio. p.1.n.1284.
Pœnæ Regularium committentium fraudes circa exemptiones sibi concessas. p.1. n.133.
Pœnæ religiosorum fraudantium decimas de non exemptis. p.1.n.134.
Pœnæ assassinij non habent locum, quando mandatum non est ad occidendum. p.1.n.147.
Pœnæ assassinij *cap.1. de homicid. in 6.* an locum habeant in mandatario. p.1.n.154.
Pœnæ contra violantes Constitutiones circa erectionem Monasteriorum. p.1.n.524.
Pœnæ Apostasiæ non stabilitæ de iure communi, & ideo standum statutis religionis. p.1.n.1099.
Pœna privationis vocis activæ & passivæ non ponitur, nisi pro peccato mortali. p.1.n.1117.
Pœnæ Constitutionis Vrbani VIII. contra Monetarios quando locum habeant. p.1.n.1260.
Pœna Constitutionis Vrbani VIII. contra monetarios quando habeat locum quò ad monetas aliorum Principum. p.1.n.1275.

Digitized by Google

Pœna Concil. Trident. contra ſolemnizantes matrimonia, &c. 2.q.25.n.5.
Pœna excommunicationis eſt poſita non ſoluentibus decimas. p.2.q.76.n.1.
Non eſt excommunicatio lata, ſed ferenda. ibidem. num.2.
Requiritur monitio, vt feratur. ibid.n.3.
Pœnæ monetariorum an locum habeant in omni tali delicto. p.1.n.1356.
Quid, ſi cudantur monetæ Principis recognoſcentis ſuperiorem. ibid.
Pœnæ monetariorum an locum habeant ſiue monetæ ſint aureæ, ſiue etiam argenteæ. n.1357.
Ignorantia craſſa, & ſupina an excuſet à pœna expendentium falſas monetas. p. 1. n.1286.
Pœna falſificantium monetas de iure Cæſareo. p. 1. n.1352.
Bona falſificantium monetas confiſcantur, part. 1. n.1353.
Domus, in qua fabricatur falſa moneta, cedit Fiſco, & publicatur, niſi ſit pupilli. p.1.n.1553.
Vt domus confiſcetur, probari debet ſcientia domini de delicto. ibid.
Pœna vltimi ſupplicij an locum habeat quò ad crimen monetarum argenteatum. p.1.n.1358.
Complices in delicto monetæ, ſiue mandantes ſiue auxiliantes, eadem pœna puniuntur. p.1.n.1354.
Item conſcij, & non reuelantes. ibid.
Minoritas ætatis excuſat à pœna ordinaria monetariorum. p.1. n.1366.

Pœnitentia.

Pœnitentia ſecunda tabula poſt naufragium: par.1. num.616.
Pœnitentiæ virtus. p.1.n.616.
Publica pœnitentia non inducit irregularitatem. p.1.n.1403.

Pontifex.

Pontifex licet operetur de plenitudine poteſtatis, non impedit, quæ ſunt iuris naturalis. part.1. numer.1062.
Vbi Pontifex manum appoſuit, non poteſt inferior ſe ingerere. p.1.n.1412.

Pontificalia.

Vide *Abbas. Epiſcopus.*

Pontificalia quænam ſint. p.1.n.318.
Pontificalia non poſſunt exerceri in aliena Diœceſi. p.1.n.292.
Vſus Pontificalium abſque determinatione loci, quo modo cenſeatur conceſſus. p.2.q.27.n.3.

Populus.

Nomine populi non veniunt religioſi. p.1. n.8.

Portio.

Bulla Pij V. circa portionem &c. manet in ſuo robore. p.1.n.54.
Quænam portio aſſignanda Vicarijs &c. part. 1. numer.55.

Poſſeſſio.

Nemo priuandus poſſeſſione ſua ſine citatione, & cauſæ cognitione. p.2.q.33.n.1.
Secus, ſi poſſeſſio ſit notoriè nulla. ibid.

Potentia.

Potentia non ſe extendit extra terminos rationis. p.2.q.61.n.4.

Præcedentia.

Religioſi antiquiores in loco præcedere debent. p.1. num.74.
Valet tantum quò ad Mendicantes, quò ad cæteros attendenda quaſi poſſeſſio. n.75.
Quid, ſi de hoc non conſtet. ibid.
Epiſcopus componit controuerſias inter Regulares circa præcedentiam. p.1.n.23.
Non tamen omnes, ſed ſolum, quæ ſuboriuntur inter conuenientes ad publicas functiones. ibid.
Conſtitutio Gregorij XIII. circa præcedentiam, quos afficiat. p.1.n.23.
Controuerſiæ de præcedentia in proceſſionibus componuntur ſummariè per Epiſcopos. p.1.n.89.
Hæc facultas an conueniat Epiſcopis tantum, quando oritur ſcandalum. n.90.
Is manutenendus in præcedentia, qui poſſidet pendente lite. p.1. n.91.

Præceptum.

Ad præcipiendum in virtute Sanctæ Obedientiæ non requiritur iuriſdictio ſpiritualis. p.1.n.765.

Prædictio.

In prædictione conniecturali qualiter reperiatur culpa. p.1.n.98.
Eadem eſt ratio poſt factum, & ante factum in prædictione. p.1.n.99.
Inclinationes prædici poſſunt. p.1.n.99.
Doctrina Caietani circa prædictiones. ibid.

Præfecta.

Præfecta Monaſterij tenetur notificare Epiſcopo tempus profeſſionis emittendæ. p.1.n.46.

Prælatus.

Vide *Epiſcopus. Ordinarius. Superior.*

Facultas Prælatorum Regularium. p.1.n.326.
Quod poteſt Epiſcopus cum ſuis ſubditis, poteſt etiã Prælatus regularis cum proprijs. p.1. p.525.
Facultas Prælatorum Regularium circa proprios ſubditos ex priuilegio Pij V. p.1.n.526.
Quatenus ſe extendat ad forum externum. part. 1. num.527.
Prælati regulares totum poſſunt cum ſubditis, quod poſſunt Epiſcopi cum ſuis. p.2. q.92.n.8.

Præ-

Digitized by Google

Prælati Regulares an possint dispensare cum Monialibus illegitimis, vt eligi possint in Abbatissas. p.1. num.660.
Prælatus potest se subijcere Episcopo, quando potest proprios subditos. p.2.q.92.n.5.
Quando facultas non est in Prælato immediato, sed in maiori, non potest immediatus licentiare ad Episcopum, nec Episcopus absoluere, sed requiritur consensus maioris Prælati. p.2.q.92.n.6.
Prælati Regulares an possint delegare facultatem absoluendi quò ad proprios subditos. p.2.q.92.n.11.
Prælati Regulares possunt eligere confessarium, à quo absoluantur ob enormem percussionem Clerici, &c. p.2.q.21.n.3.
Per quem restituantur ad dignitates, & officia, &c. ibid.n.4.
Prælati regulares cur possint eligere sepulturam. p.2. q.61.n.3.
Possunt eligere extra propria Monasteria, sed rationabiliter. ibid. n.4.
Electio sepulturæ non valet finita prælatura. p.2.q.61. num.6.
Prælatus Regularis renuente religioso quando possit remittere iniuriam illi illatam. p.2.q.54.n.5.
Prælatus Regularis non habet iurisdictionem in territorio. p.1.n.1105.
Prælati Regulares absoluere possunt suos subditos ob enormem percussionem, & dispensare in irregularitate, &c. p.2.q.21.n.3.
Prælatus Regularis non vtens foro Conseruatorum, non sibi præiudicat. p.1.n.833.

Præscriptio.

Titulus ex iuris ignorantia non sufficit ad præscriptionem. p.1.n.1594.
Titulus reprobatus non potest tribuere iustam causam præscribendi. ibid.
Mala fides excludit præscriptionem. ibid.
Præscriptio quadraginta annorum non sufficit, si repugnet ius. p.2.q.85.n.3.
Quando ius resistit, quid requiratur ad præscriptionem. p.1.n.1594.

Præsumptio.

Præsumptio quando habeat, vel non habeat locum. p.1. n.800.
Præsumptio importat dolum, & scientiam. part. 1. n. 557.
Dispositio, quæ punit præsumentes, non habet locum stante ignorantia, aut bona fide. p.1.n.548.
Vna præsumptio tollit aliam. p.1.n.1545.
Præsumptio exclusiua delicti fortior est inclusiua. p.1. n.1545.

Praxis.

Praxis cuiusdam Curiæ Archiepiscopalis, quæ violat exemptionem Regularium. p.1.n.377.
Vsurpat ius Romanæ Sedis. ibid.
Praxis laudabilis Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ. p.1.n.377.

Princeps.

Vide *Moneta.*

Ratione necessitatis an possit Princeps cudere monetas inferioris ligæ, & æqualis valoris cum bonis. p.1.n.1301.
Tempore belli an possit Princeps augere valorem monetæ supra iustum. p.1.n.1302.
Princeps an possit cogere deferri monetas ad ærarium, & alio signo signatam augere, & restituere solum partem de latæ æquiualentem valori. p.1. n.1303.
Quid, si rursus reducat ad pristinum valorem. ibid.
Princeps iubens conflari probam monetam, & conuerti in deteriorem, peccat mortaliter. part. 1. n.1305.
Quid, si id faciat ex rationabili causa. n.1306.
Principi non licet pro libito mutare monetas præsertim in deterius. p.1. n.1307.
Quid, si consentiat populus. n.1308.
Princeps reprobans monetam probam, vt eam reducat in ærarium, & deteriorem conficiat, peccat grauiter. p.1. n.1309.
Princeps iubere potest, vt moneta vitiata deferatur ad ærarium, &c. p.1.n.1310.
Princeps exæquans monetam probam deteriori cuicunque, tenetur ad resarcienda damna. p.1.n.1311
Princeps conflari faciens monetas grossas in minutas, si materia proportionaliter non respondeat, peccat, & tenetur ad damna. p.1.n.1312.
Princeps an possit monetas alterius Principis conflare sub proprio sigillo. p.1. n.1313.
Princeps an possit transmittere suas monetas æreas minutas in ditionem alienam, vt conuertantur in argenteas. p.1.n.1316.
Habens ius cudendi monetas, an possit alteri locare, &c. pacta pensione. p.1.n.1317.
Princeps an possit priuato concedere ius cudendi monetas nomine proprio. p.1.n.1319.

Prioritas.

Prioritas anterioritatis causatur ex quocunque minimo tempore. p.1. n.76.
In praxi tamen hoc difficile seruari potest. n.77.

Priuilegium.

Regula ad dignoscenda priuilegia realia, & personalia. p.2.q.74.n.5.
Priuilegium concessum personis pro rebus est personale. p.2.q.74.n.6.
Priuilegium non egreditur personas priuilegiatas. p.2.q.107.n.2.
Priuilegia fauorabilia non debent effectum contrarium operari. p.1.n.29.
Concesso priuilegio censentur concessa omnia necessaria pro exequutione. p.1.n.251.
Priuilegium speciale derogat generaliori. p.1.n.392.
Priuilegia non prosunt peccantibus sub spe ipsorum. p.1. n.791.
Abutens priuilegio meretur illo priuari. p.1.n.1318.
Quando agitur de damno vitando, priuilegium est potentius. p.1.n.393.

Digitized by Google

In priuilegijs quando valeat extenſio . p.2.q.96.n.8.
Aliud extendi terminos priuilegij , & aliud extendi priuilegium. p.2.q.96.n.9.
Priuilegia quando aduerſentur Decretis Concilij Tridentini. p.1.n.216.
An intelligatur de Decretis , quæ non habent annexam reuocationem priuilegiorum . n.217.
Priuilegia non reuocata an contrarientur Concilio. num.218.
Priuilegium non accedendi ad proceſſiones non cõmunicatur alijs Religionibus . p.1.n.63.
Priuilegio , quod Regulares conueniantur coram Conſeruatoribus, non poſſunt priuati renunciare. p.1.n.835.
Renunciatio per actum oppoſitum priuilegij de Cõſeruatoribus, non tenet , niſi conſentientibus Superioribus. p.1.n.836.
Priuilegium, quod Regulares conueniri debeant coram Conſeruatoribus, neque ſpacio quadraginta annorum præſcribitur . p.1.n.837.
Priuilegia ſuſcipiendi ſacros Ordines ante præſcriptam ætatem an reuixerint . p.1.n.11.
Priuilegium *l.ſi quis ſepulchrum* . conuenit tantum exiſtentibus . p.1.n.447.

Priuilegia quò ad decimas .

Priuilegia de non ſoluendis decimis , ſecundum aliquos ſunt perſonalia . p.2.q.74.n.3.
Secundum alios realia. ibid.n.4.
Priuilegium perſonale de non ſoluendis decimis nõ trahitur ad colonos , ſeu partiarios ; reale trahitur. p.2.q.74.n.1.
Priuilegium reale de non ſoluendis decimis tranſit ad colonos, non perſonale. p.2.q.74.n.2.
Priuilegia eximentia Regulares à decimis. p.2.q.72. num. 4.
Non conceduntur, niſi cum difficultate. ibid.n.5.
An ſtrictè interpretanda . ibid.
An veniant in generali communicatione . ibid.n.6.
Priuilegia eximunt Regulares à decimis , etiam quæ de iure ſpeciali debentur . ibid. n.7.
Habens priuilegium,ne ſoluat decimas , intelligitur etiam de prædiali ſolita ſolui parochis . p.2.qu.72. num. 2.
Regulares à quibus decimis de iure communi ſint exempti . p.2. q.72.n. 3.
Quid requiratur , vt ſint exempti à decimis noualium, & animalium . ibid.

Priuilegij ceſſatio .

Per non vſum, ſeu contrarium vſum amittuntur priuilegia . p.1.n. 120.
Quæ priuilegia per non vſum amittantur . par.1.numer. 127.
Priuilegia amittuntur,ſi Regulares non viuant regulariter . p.1.n.126.
Quid requiratur , vt ad hunc effectum non ſeruent regulam . n.127.
Actu contrario ſpacio quadraginta annorum præſcribuntur priuilegia . p.1.n.837.
Priuilegium reſpiciens plures actus non amittitur , niſi pro illa vice , pro qua quis non vtitur . par.1. n.834.
Ex actu contrario cenſetur renunciatum priuilegio tantùm , quantùm indicat actus . p.1.n.834.
Si aliqui religioſi non exhiberent priuilegium abſoluendi à reſeruatis iuxta Decretum Congregat. an cæteri amitterent . p.1.n.1465.

Probatio .

Vide *Miraculum* .

In cauſa criminali probationes debent eſſe luce meridiana clariores . p.1.n.1185.
In criminalibus debent probationes eſſe meridiana luce clariores. p.1.n.1253.
In cauſa Beatificationis,& Canonizationis requiruntur probationes certę, & euidentes . p.1.n.1185.

Proceſſio .

Variæ proceſſiones publicæ . p.1.n.68.
Quando interuenit Prælatus , an ſit proceſſio publica. n.69.
Publica proceſſio habet cauſam publicam . ibid.
Epiſcopus cũ Capitulo dirigit proceſſiones. p.1.n.72.
Declaratio S.Congregationis . n.73.
Concurſus Capituli an ſit neceſſarius . ibid.
Omnes tàm ſæculares,quàm regulares, exceptis ſtrictioris clauſuræ, debent accedere ad proceſſiones. p.1.n.60.
Exceptis etiam priuilegiatis . n.61.
Regulares , & Monachi compelli poſſunt ad proceſſiones , exceptis , qui ſunt ſtrictioris clauſuræ. p.1. num.24.
Excipiuntur alij priuilegiati . ibid.
Ad quas proceſſiones compelli poſſint . ibid.
Qui non tenentur, ſi accedant, non poſſunt poſtea cogi . ibid.
An cogi poſſint ad proceſſiones, quæ fiunt intuitu indulgentiarum . ibid.
Diſtantes vltra medium milliare ab Vrbe, non poſſunt cogi. ibid.
Exempti Regulares quando teneantur accedere ad proceſſiones . ibid.
Regulares diſtantes vltra dimidium milliare à Ciuitate , non ſunt compellendi ad proceſſiones . p.1. num.64.
Declaratio S. Congreg. ibid.
Priuilegiati, licet pluries accedant ad proceſſiones , non poſſunt poſtea compelli. p.1.n. 66.
Etiamſi non præmittant proteſtationem . n.67.
Sacerdotes inſeruientes Eccleſijs Equitum Hieroſolymitanorum compelli poſſunt ad proceſſiones. p.1.n.62.
Declaratio S.Congregationis circa acceſſum ad proceſſiones ſacerdotum inſeruientium Hieroſolymitanis . p.1. n.63.
Qui tenentur accedere ad proceſſiones , debent vocari . p.1.n.70.
An perſonaliter vocandi . n.71.
An vocandi , quando proceſſiones ſtatutis temporibus fiunt . ibid.
Recuſantes accedere ad proceſſiones an cenſuris , & alijs iuris remedijs poſſint compelli . p.1. n.78.

Non

Digitized by Google

Non valet quò ad Regulares priuilegiatos, qui cenſuris affici non poſſunt. n.70.

Proceſſus.

Proceſſus iudicis laici non probat coram Eccleſiaſtico. p.1.n.175.
Eſt nullus defectu iuriſdictionis. n.176.
Proceſſus iudicis laici an ſufficiat, vt aſſaſſinus clericus remittatur Curiæ ſeculari. p.1.n.183.
Proceſſus iudicis laici poteſt inſeruire pro inſtructione Eccleſiaſtico. p.1.n.185.

Procurator.
Vide *Adminiſtrator. Negociorum geſtor.*

Procurator tantum conſtitutus in vtilitatem poteſt ad libitum reuocari. p.1. n.794.
Procurator quando poſſit repetere expenſas factas pro lite. p.1. n.806.
Repetit, etiam ſi negocium malum exitum ſortiatur. num.807.
Quid, ſi plus expenderit, quàm ſit vtilitas negocij geſti. num.808.
Procurator repetit expenſas extraordinarias factas pro ſeipſo. p.1. n.809.
Deductis, quas aliàs eſſet facturus, & iuxta ſui ſtatum. ibid.
Procurator Monaſterij tenetur tantum de negligentia. p.1.n.805.
Procurator Monialium adminiſtrans bona debet mutari de triennio in triennium. p.1.n.772.
Procurator, ſeu adminiſtrator effectus pauper tenetur ſatisdare, alias poteſt reuocari. p.1. n.794.
Procurator, ſi fiat religioſus, emiſſa profeſſione deſinit eſſe procurator. p.2.q.101.n.2.
Quid pro tempore Nouitiatus. ibid. n.3.
Procurator poſt litem conteſtatam ingrediens religionem, eſt reuocandus. p.2.q.101.n.1.

Profeſſio.

Profeſſio non completo anno probationis nullam inducit obligationem. p.1.n.23.
Nec etiam ex quocunque capite nulla. ibid.
Profeſſio Regularis non admittenda, niſi expleto anno ſextodecimo. p.1.n.25.
Profeſſio an valida, ſi ad complementum anni deſiderentur aliquot horæ. p.1. n.25.
Profeſſio non liberat ab obligatione ſubueuiendi parentibus quò ad ſubſtantiam, ſed quò ad aliquem modum. p.2.q.105.n.3.

Profeſſio nulla.

Prætendens nullitatem profeſſionis quid requiratur, vt audiri poſſit. p.1. n.27.
Coram quibus agitanda cauſa nullitatis. p.1. n.27.
Quid, quando capitulariter nomine alterius Monaſterij admittitur, aut in vno loco capitulariter admittitur, & in alio emittit profeſſionem. ibid.
Decretum Tridentini pro reclamatione de nullitate profeſſionis habet locum etiam quò ad Moniales. p.1.n.27.
An in cauſa profeſſionis nullæ ſint audiendi conſanguinei, &c. p.1.n.27.
Dimittentes habitum quando prohibeantur audiri. p.1. n.27.
Facultas reclamandi ſuper nullitate profeſſionis, an competat etiam Monaſterio. p.1.n.27.
Quinam ſint iudices in cauſa reclamante Monaſterio. ibid.

Prohibitio.

Prohibito antecedenti prohibetur etiam conſequens. p.1. n.1114.
Vna via prohibitum non cenſetur alia conceſſum. p.1.n.1124.
Ceſſante cauſa ceſſat prohibitio. p.1. n.1242.
Quod directè prohibetur non licet indirectè. par.1. n.1243.
Prohibitio extenditur ad extenſionem rationis. p.1. n.1483.
Prohibitio non ſe extendit, quò non ſe extendit ratio finalis. p.1.n.1492.
Deficiente qualitate actionis prohibitæ, deficit etiã prohibitio. p.1.n.1562.

Promiſſio.

Promiſſiones iactatiuæ non inducunt obligationem. p.1. n.166.

Propoſitio.

Propoſitio, quæ habet ſenſum catholicum, & hæreticum non eſt ſuſpecta. p.1.n.1417.

Proteſtatio.

Proteſtatio quando iuuet proteſtantem. p.1. n.922.

Purificatio.
Vide *Regulares.*

Purificatio mulierum poſt partum ſpectat ad Parochum. p.2.q.69.n.1.

Q

Qualitas.

Qualitas fundamentalis quando debeat ineſſe. p.1. num.34.
Deficiente qualitate fundamentali corruit, quod in ipſa fundatur. ibid.

Quarta Funeralis.

Quarta Epiſcopalis non detrahitur de dote Eccleſiæ. p.2.q.84.n.1.
Quid, ſi legatum ad piam cauſam applicetur ab executore fabricæ Eccleſiæ. ibid.
Caſus priuilegiati, in quibus non debetur quarta. p.2.q.84.n.2.
Quarta non debetur de legato pro reſtauratione Eccleſiæ. p.2.q.84.n.3.

Digitized by Google

Quid, ſi Eccleſia non indigeat de præſenti reparatione, ibid. n.4.
Quarta an detrahenda de legatis pijs in genere, p.2, q.84.n.5.
Quarta debetur Epiſcopo de relictis pijs locis, non autem de relictis perſonis. n.2. q.84.n.2.
Quarta funeralis quando à Regularibus ſoluenda, p.1. n.28.
Decretum Trident. circa quartam funer. quos Religioſos non comprehendat. p.1.n.28.
Quarta an ſoluenda de cereis, qui manibus portantur. p.1.n.28.
An de cereis accenſis in Altaribus. ibid.
Declaratio S. Congregat. circa quartam funeralem, p.1.n.28.
Decretum Viſitationis Apoſtolicæ. p.1.n.28.
Quarta funeralis non eſt ſoluenda Eccleſiæ parochiali interdictæ. p.1.n.28.
Quarta funeralis debetur de exequijs celebratis extra locum ſepulturæ, ſecundum Calderin. &c. p.2. q.70. n.1.
Probabilius eſt, non deberi. ibid. n.2.
Quarta funeralis de quibus ſoluenda. p.2. q.70.n.2.

Quietatio.

Quietatio generalis ſe extendit tantum ad ea, de quibus fuit cogitatum. p.1. n.779.
Quietatio eſt ſtricti iuris. p.1.n.779.
Quietatio generalis non ſe extendit ad res occultatas dolo. ibid.
Quietatio, licet generalis, facta ab Abbatiſſa tempore infirmitatis, non valet in præiudicium Monaſterij. p.1.n.778.

R

Ratificatio.

RAtificatio Ordinationis non facit vitari pœnam ſuſpenſionis. p.1. n.270.
In ratificatione conſideratur tempus ratificationis. p.1.n.271.
Ratificatio non retrotrahitur. p.1.n.271.

Ratihabitio.

Ratihabitio retrotrahitur. p.1.n.1148.
Ratihabitio non operatur in præiudicium illius, cui medio tempore fuit ius acquiſitum. ibid.

Ratio.

Caſus, in quo militat eadem ratio, comprehenditur ſub expreſſo. p.1.n.859.

Recognoſcere.

Recognoſcere, quod ab alio eſt geſtum, eſt actus ſuperioritatis. p.1. n.975.

Receptare.

Receptans ignoranter non dicitur receptare. part.1. num.1270.

Retractus.

Ius retractus ex perſona Monachi non tranſit in Monaſterium. p.2.q.107.n.1.
Priuilegium retractus conuenit ratione ſanguinis, ſeu familiæ. p.2.q.107.n.2.
Proximiori conſanguineo non competit ius retractus, vendente Monaſterio ad vitã Religioſi bona ſibi obuenientia ratione ipſius. p.2.q.108.n.1.

Regula.

Regula de triennali non iuuat contra Decreta Concil. Trident. p.2.q.90.n.3.

Regulares.

Vide *Concionator, Electi. Epiſcopus. Monachus. Religioſus.*

Regularibus non licet recedere ſine licentia à conuentibus, etiam prætextu adeundi Superiores, aliàs puniuntur ab Ordinarijs. p.1.n.19.
Non habet locum, quando accedit cauſa appellationis, ibid.
Nec quando accedunt cauſa querelæ. ibid.
Concilium non prohibet iuridicum acceſſum ad Superiores. ibid.
Degens extra Monaſterium ob ſeruitium religionis habetur pro præſenti. p.1.n.4.
Regularis diſcedens à proprio conuentu ſine licentia quomodo puniatur. p.1.n.129.
Accedentes ad Vniuerſitates ſtudiorum cauſã tenentur habitare in Conuentibus. p.1.n.20.
Regulares non tenentur ſeruare regulas abrogatas conſuetudine. p.1.n.7.
Regulares, vt ſint patrini, an indigeant licentia Epiſcopi. p.2.q.26.n.7.
Regulares non ſubſunt diſpoſitioni Concil. Trident ſeſſ.23.cap.5 de reformat. p.1.n.356.
Regulares priuati dignitatibus, quando poſſint ad eas reſtitui. p.1.n.528.
Regulares nihil extra ſuos Conuentus agere poſſunt, quod ſapiat exercitium iuriſdictionis. p.2.q.35.n.1.
Regulares tenentur ſub mortali exhibere debitum honorem Epiſcopis. p.2. q.30.n.2.
Regulares deputant miniſtros pro cura animarum. p.1.n.41.
Non tamen ſubtrahuntur iuriſdictioni ſuorum Superiorum. ibid.
Regulares vnire poſſunt Monaſteria diuerſarum Prouinciarum, ſi ita expediat. p.1.n.36.
Regularis, ſi fiat Comes, ſuccedit in feudo. p.2.q.118. num.9.
Regularibus cur interdicta licentia teſtandi. part. 2. q.113.n.3.
Regulares poſſunt recipere mulieres ad purificationem. p.2.q.69.n.4.
Regulares quantum ſubleuent Paſtores in cura animarum. p.1.n.637.

Digitized by Google

Regulares recurrentes, & teſtificantes apud S. Officium, non poſſunt à Superioribus grauari. par.1. num.542.
An prohibeantur ipſis imponere regulares pœnas. ibid. n.543.
Quid, ſi aliquis ex his notoriè delinquat, & cum ſcandalo extra clauſtra. ibid. n.544.
Regulares pro imprimendis libris indigent licentia ſuorum Superiorum. p.1. n.567.
Diſpoſitio Trident. in hac materia procedit ſolum de libris de rebus ſacris. ibid.
Nomine rerum ſacrarum in hac materia quænam veniant. p.1568.
Extenſio à Monachis ad alios Regulares quando habeat locum. p.2. q.26. n.4.

Regulares quò ad beneficia.

Nullus regularis ſine diſpenſatione Papæ admittitur ad beneficium ſæculare. p.2. q.80. n.2.
Ex Concilio Tridentino habetur prohibitio. ibid.
Regulares non ſunt capaces beneficij ſimplicis ſæcularis. p.2. q.89. num.1.
Nec Epiſcopus diſpenſare poteſt. ibid. n.3.
Nec etiam, vt promotus ad parochiale habeat ſimul beneficium ſimplex ſæculare. ibid. n.3.
Communis ſententia, quod Regulares non ſint capaces beneficij Sæcularis. p.2. q.89. n.4.
Solus Pontifex diſpenſat, vt Regularis habeat beneficium ſimplex. p.2. q.89. n.5.

Regulares quò ad exemptionem.

Regulares de iure communi in pluribus exempti. p.2. q.1. n.4.
Regulares exempti ab Ordinariorum iuriſdictione. p.2. q.7. n.1.
Regularium exemptio eſt fauore publicæ vtilitatis. p.2. q.1. n.4.
Exemptio Regularium eſt omnimoda quò ad perſonas, & loca. p.2. q.36. n.2.

Regulares quò ad conciones.
Vide *Concio. Concionator.*

Quibus, licentijs indigeant Regulares, vt concionari poſſint. p.1. n.3.
Vt concionentur in proprijs Eccleſijs non eſt neceſſaria licentia obtenta. p.1. n.3.
Concionaturi in eccleſijs proprijs an debeant obtinere licentiam. p.1. n.558.
Diſpoſitio Concilij Tridentini. ibid. n.559.
Regulares poſſunt concionari in Eccleſijs proprijs petita benedictione, licet non obtenta. part.1. num. 561.
Declaratio S. Congregat. ibid. n.561.
Declaratio Vrbani VIII. ibid. n.563.
A quo puniendi Regulares non ſeruantes Decreta Concil. Trident. de Concionatoribus. par.1. numer. 565.
An toties, quotics Regulares concionaturi ſunt, debeant ſe præſentare. p.1. n.567.
An debeant pro ſingulis vicibus obtinere licentiam à ſuis Superioribus. p.1. n.568.
Regulares an ſufficiat ſemel admitti ad concionandum ab Ordinario. p.1. n.569.
Qualiter ſe habeat licentia concionandi conceſſa Regularibus ab Ordinario. p.1. n.570.
Regulares deputati ad concionandum, & aliàs approbati, vbi non eſt Ordinarius, poſſunt concionari in quolibet loco, non contradicente Parocho. p.1. n.608.
An cenſeatur approbatus, qui concionaturus in Eccleſia proprij Ordinis obtinuit benedictionem. p.1. n.608.
Regulares an poſſint ſine licentia concionari in compitis, plateis, &c. p.1. n.626.
Quæ procedunt de concionatoribus Regularibus, procedunt etiam de prælatis Regularibus, niſi habeant territorium. p.1. n.627.
Regulares concionaturi in Eccleſijs regularibus aliorum Ordinum, debent præter benedictionem obtinere licentiam ab Ordinario. part.1. num.621.
Regulares concionantes an poſſint quærere eleemoſinas pro pauperibus abſque licentia Epiſcopi. p.1. num.630.
Regulares concionantes abſque licentia Superiorum, peccant mortaliter. p.1. n.631.
Incurrunt excommunicationem papalem, & priuantur munere concionandi. p.1. n.631.
Regulares ſuſpendi poſſunt ab officio prædicandi à ſuis ſuperioribus abſque aſſignatione cauſæ, & iuridica informatione. p.1. n.631.
Ordinarius non poteſt ſe intromittere circa habitum Regularium, quo vtuntur in concionando. p.1. n.644.
Religioſus, qui fuit Apoſtata, an poſsit admitti ad concionandum. p.1. n.646.

Regulares quò ad confeſſiones.
Vide *Approbatio. Epiſcopus quò ad confeſſiones.*

Regulares non poſſunt à confeſsionibus audiendis ſuſpendi, niſi in cauſa concernente confeſsiones. p.1. n.15.
Non poſſunt omnes vnius Conuentus Confeſſarij ſuſpendi inconſulta S. Congregat. ibid.
Regulares habent iuriſdictionem in ordine ad confeſsiones excipiendas, ab Apoſtolica Sede. par.1. num. 15.
Regulares audientes confeſsiones ſine licentia ſuorum Superiorum dupliciter peccant. p.1. n.1447.
Quid, ſi ſine licentia, ſed cum approbatione. ibid.
Regulares non poſſunt eligere Confeſſarium virtute Bullæ Cruciatę. p.1. n.1455.
Facultas pro abſolutione à reſeruatis Bullæ Cruciatæ non eſt pro Regularibus. p.1. n.1456.
Subſequentes Bullæ Cruciatæ non tollunt declarationes circa electionem Confeſſarij. p.1. n.1457.
Regulares an poſsint eligere Confeſſarium virtute Bullæ Cruciatæ pro non reſeruatis. p.1. n.1458.

Digitized by Google

Regulares quò ad Confraternitates.
Vide *Confraternitas.*

Quid possint Regulares circa Confraternitates. p.1. num. 205.
Regulares quales Confraternitates sine licentia Episcopi non possint instituere. p.1. n.225.
Regulares an extra suas Ecclesias erigere possint Confraternitates absque consensu Episcopi. p.2. q.35. n.1.
In Grangijs, &c. possunt erigere Confraternitates sine consensu Episcopi. p.2. q.35. n.2.
Sed non fruuntur priuilegijs, indulgentijs, &c. ibid. numer.3.
Quando sine consensu Ordinarij possint veteres reduci ad formam Constit. Clement. VIII. par.2. q.35. n.3.

Regulares quò ad conuentionem.

Regulares habentes Conseruatores non possunt consentire, quod conueniantur coram Ordinario. p.1. num.839.
Regulares non possunt consentire, quod cõueniantur coram Ordinario, si habeant Conseruatores, & si agatur de iure competente ex cessione, aut causa criminali, aut mixta. p.1. n.840.
Regulares conueniuntur coram Ordinarijs in causis mercedum, & miserabilium personarum. par.2. q.5. n.1.
Si degentes extra Monasterium delinquant. part.2. q.5. n.2.
Denunciantur, si sint excommunicati à iure. contrarium, num.15. p.2.q.5. n.3.
Delinquentibus præfigunt terminum ad se præsentandum coram superiore. p.2. q.3. n.4.
Ratione delicti, & contractus. p.2. q.5. n.5.
In casu hæresis. p.2. q.5. n.6.
In reddenda ratione vltimæ voluntatis. par.2. q.5. num.7.
Quando Ordinarius esset in possessione iudicandi. p.1. q.5. n.8.
Si ejiciantur ab Ordine. p.1. q.5. n.9.
In ordine ad restitutionem eorum, quæ à Nouitijs acceperunt, si non profiteantur. p.2. q.5. n.10.
Si religio extinguatur, aut à Regularium iurisdictione liberentur. p.2. q.5. n.11.
Si assumantur ad sæculares dignitates, & postea deponant, aut priuentur. p.2. q.5. n.11.
In reconuentione in causis ciuilibus. part.2. q.5. num.112.
In non pulsandis campanis ante Cathedralem in Sabbato sancto. p.2. q.5. n.13.
In alijs casibus remissiuè. p.2. q.5. n.14.

Regulares quò ad Decimas.
Vide *Decimæ, Priuilegia.*

Religiosi quocunque modo impediant decimarum solutionem, excommunicationi subijciuntur. p.2. q.37. num.1.
Quinam religiosi incurrant excommunicationem, & quinam suspensionem. ibid. numer.2.
Quando contrahatur. ibid. n.3.
Hæc censuræ non sunt reseruatæ, & quid pro absolutione requiratur. ibid. n.4.
Religiosi requisiti, & scienter omittentes conscientiam facere pœnitentibus debentibus decimas, suspensi sunt ab officio prædicationis, & concionantes sunt ipso facto excommunicati. par.2. q.79. num.1.
Hæc pœna non comprehendit percipientes decimas. ibid. n.2.
Vt locum habeat, an debeant esse requisiti à rectoribus Ecclesiarum. ibid. n.3.
Quomodo possint religiosi post confessionem conscientiam facere de decimis soluendis. p.2. q.79. num.4.
Suspensio ista cessat, quando corrigitur error, & fit conscientia pœnitentibus. ibid. n.5.
Suspensio ista habet locum, etiamsi non possint commodè commoneri pœnitentes de decimis soluendis. ibid. n.6.
Regulares sunt exempti à solutione decimarum. p.2. q.72. n.1.
Religiosi proprijs sumptibus colentes noualia, non soluunt decimas. p.2. q.81. n.2.

Regularis quò ad delicta, & punitionem.

Regularis extra Monasterium degens, si delinquat, punitur ab Ordinario loci, vt delegato Apostolicæ Sedis. p.1. n.4.
Vt puniri possit, debet permanenter degere extra Monasterium. ibid.
Non comprehendit hoc Decretum, qui per aliquot dies morantur extra claustra. ibid. part.1. numer.4.
Quid si alicubi longo tempore moraretur ob negotia religionis? ibid.
Hoc decretum non habet locum quò ad morantes in Grangijs. ibid.
Regularis, qui de licentia superiorum degit extra claustra, punitur ab Ordinario, si delinquat. p.1. num.111.
Constitutio Clement. VIII. & Concil. Tridentin. *sess.25. cap.14. de regul.* non disponit de hoc casu. p.1. n.832.
Degens extra claustra cum licentia, non potest puniri, secundum aliquos, ab Ordinario, si delinquat. p.1. n.113.
Adhuc puniri potest ab Ordinario, si delinquat. p.1. num.114.
Secus si degat in Grangijs, aut alijs locis annexis Monasterio. n.115.
Quid, si maneat in loco destinato ad erectionem Monasterij. n.116.
Facultas Ordinariorum puniendi Regulares degentes extra sepia, non est priuatiuè quò ad eorum superiores. n.117.
Regulares extra claustra notoriè delinquentes instat Episcopus puniri à suis Superioribus, & ijs præfigit terminum, aliàs puniuntur ab ipso Episcopo p.1.num.5.

Quæ

Digitized by Google

Quæ conditiones concurrere debeant, vt hoc Decretum locum habeat. ibid.
Regularis an dicatur delinquere extra clauſtra, ſi delinquat in Eccleſia. ibid.
An iuridicè conſtare debeat, quod notoriè, & cum ſcandalo deliquerit. ibid.
Quomodo Epiſcopus inſtare debeat pro punitione. ibid.
Superior Regularis, quomodo certiorare debeat Epiſcopum, quod punierit. ibid.
Quid, ſi Superior Regularis puniret, ſed non certum faceret Epiſcopum? ibid.
Conditiones ſupradictæ an copulatiuè ſint neceſſariæ, vt locum habeat Decretum. ibid.
Delinquens intra Eccleſiam ſui Monaſterij an delinquat extra clauſtra. p.1. n.137.
Regularis incidens in excommunicationem ob notorium delictum, an poſſit ab Ordinario declarari excommunicatus. p.1. n.138.
Praxis ſeruanda cum Regularis notoriè delinquit extra clauſtra. p.1. n.139.
Reijcitur ex declaratione S. Congregat. n.120.
Religioſi accedentes ad Vniuerſitates puniendi ab Ordinarijs, ſi non habitent in Conuentibus. p. 1. num. 20.
De quibus conuentibus intelligatur. ibid.
Regulares an poſſint damnari ad triremes. part. 1. numer. 1028.

Regularis quò ad Ordines.
Vide *Ordinandus. Dimiſſoriæ. Interſtitia.*

Regulares examinandi pro ordinibus ab Epiſcopis. p. 1. n.13.
Priuilegia, ne Regulares ordinandi examinentur ab Epiſcopis, ſunt reuocata. ibid. p.1. n.13.
In Regularibus requiritur pro Ordinibus minor ſcientia. p.1. n.13.
Regulares, qui poſſunt ex priuilegio ordinari extra tempora, an poſſint dimitti ad alium Ordinarium, ſi Diœceſanus nolit admittere priuilegia. p.1. n.251.
Regularis furtiuè ordinatus an poſſit diſpenſari à ſuis prælatis. p.1. n.326.

Regulares quò ad proceſſiones.
Vide *Proceſſio, &c.*

Non poſſunt Regulares inſtruere proceſſiones extra clauſtra, ſed tantum intra, & circa girum Eccleſiæ, & Monaſterij. p.1. n.86.
Poſſunt Regulares ducere proceſſiones extra Eccleſias, ſi adſit conſuetudo, & per Parochiam cum conſenſu Parochi. p.1. n.87.
Regulares non poſſunt cenſuris compelli ad proceſſiones. p.2. q.6. n.4.
Regulares non tenentur accedere ad orationem quadraginta horarum. p.1. n.81.
Regulares an ire debeant ad leuandum defunctum quando non ſolent aſſociare funera. p.1. n.1591.
Regulares exempti non tenentur obuiam ire Epiſcopo, cũ primò ingreditur Ciuitatẽ. p.2. q.30. n.2.

Regulares quò ad ſubiectionem ad Ordinarios.

Religioſus de Superiorum licentia poteſt ſubijci Epiſcopo pro abſolutione, diſpenſatione, &c. par. 2, q.92. n.1.
Etiam quò ad caſus reſeruatos, diſpenſationes in irregularit. &c. de quibus in Trident. *cap.6. de reform. ſeſſ.24.* ibid. n.2.
Sufficit aliquando tacita licentia religionis. ibid. num.3.
Et quando Prælatus iniuſtè denegat. ibid. n.4.
Soli Epiſcopo loci poteſt religioſus ſubijci quò ad abſolutionem, &c. ibid. n.7.
Regulares in nullo caſu de neceſſitate ſubdunt ſe Epiſcopis quò ad abſolutionem. par.2. q.92. numer. 9.
Regularis an poſſit ſe ſubijcere Epiſcopo quò ad abſolutionem, &c. p.2. q.92. n.13.
Regulares non ſubduntur Ordinario in reddenda ratione vlt. volunt. p.2. q.5. n.17.
Regularis turbans iuriſdictionem Epiſcopi poteſt ab ipſo puniri. p.1. n.124.
Regulares priuilegiati non poſſunt excommunicari ab Ordinario, niſi ex ſpeciali, indulto. par.2. q.6. num.1.
Regulares non ſeruantes interdicta, &c. ab Ordinarijs poſita, an poſſint excommunicari. p.2. q.6. num.6.
An non ſeruantes dies feſtos ab ijſdem indictos p.2. q.6. n.7.
An ſi delinquant notoriè extra clauſtra. par.2. q.6. num.7.
An regentes Eccleſias ſubditas Ordinarijs. part. 2. q.6. n.7.
Ordinarij an cenſuris innodare poſſint Regulares, qui viuunt ſine obſeruantia. p.2. q.6. n.8.
An miniſtrantes Viaticum, & extremam Vnctionem & Matrimonium. p.2. q.6. n.8.
An in caſibus Clemen. *Cupientes de pœnit.* ibid. numer. 9.
Quid, ſi egredi faciant Moniales à clauſura. ibi. numer. 48.
Quid, ſi conſentiant Moniales recipere ad habitum, &c. profeſſionem ſine licentia. ibid. n. 10.
Quid, ſi publicent indulgentias ſine licentia. ibid. num. 11.
Regulares ſepelientes publicè excommunicatos, aut nominatim interdictos, excommunicantur, ſed non ab Ordinario. p.2. q.6. n. 12.
Regulares delinquentes in exequutione vltimarum voluntatum, non poſſunt ab Ordinarijs cenſuris innodari. p.2. q.6. n.13.
Cap.1. De priuil. in 6. per quod Regulares non poſſunt cenſuris affici, eſt innouatum à Trident. p.1. num.48.
Regulares poſſe ab Ordinarijs excommunicari, quando ſubijciuntur ipſis iuxta Decreta Concil. Trident, qui aſſerant. p.1. n.48.
Non poſſunt excommunicari. ibid.
Quando Concil. concedit facultatem Ordinarijs compellendi Regulares per cenſuras, id exprimit. p.1. num.48.

Priui-

Digitized by Google

Priuilegium, quod Regulares non poſſint cenſuris affici, non eſt reuocatum à Trident. p. 1. n.48.
Regulares delinquentes circa honoraria Epiſcoporum non poſſunt cenſuris affici. part. 2. q. 30. num. 3.
An ſemper Regulares, quando reſiſtunt erectionis Baldachini pro Epiſcopo, cēſuris compelli poſſint p. 1. n. 387.
Regulares reconuenti coram Ordinario an ab ipſo poſſint cenſuris innodari. p. 2. q. 6. n. 14.
Regulares an poſſint ab Ordinario declarari excommunicati, p. 2. q. 7. n. 2.

Regulares obſeruantiæ.

Obſeruantiæ regulares ſunt triplicis generis. par. 2. q. 114. n. 1.
Regulares obſeruantiæ non egrediuntur terminos religionis. p. 2. q. 114. n. 6.
Regulares obſeruantiæ quatenus obligent religioſos. p. 1. n. 979.
Regulares obſeruantiæ, quæ, obligant ad mortale, non afficiunt extra communitatem religioſam, p. 1. n. 980.

Relegatus.

Relegati in aliquem locum contrahunt ibi domicilium. p. 1. n. 159.

Religio.
Vide *Monaſterium.*

Religio non conſentiens in factum ſubditi, non debet ab ipſo grauari. p. 1. n. 1465.
Bona religionis extinctæ cuius ſint. p. 2. q. 37. n. 1.
Non concordant in hoc Doctores. ibid. n. 2.
Pertinent ad Summum Pontificem, ſi religio ſit exempta; ad Ordinarium, ſi non ſit exempta, ibid.
Si non tota religio, ſed ſolum aliqua Monaſteria extinguantur, cuius ſint bona monaſteriorum deſtructorum. ibid. n. 3.
Cur requiratur auctoritas Summi Pontificis pro fundanda noua religione. p. 2. q. 38. n. 1.
Ex natura rei non poteſt fundari religio ſine approbatione Pontificis, p. 2. q. 38. n. 2.
Religio inſtituta pro vna Diœceſi an requirat approbationem Pontificiam. p. 2. q. 38. n. 3.
Religiones non mendicantes an conuocandæ pro introducenda noua religione. p. 1. n. 512.
Detrimentum ex ſubtractione actuum facultatiuorum conſiderari debet in introductione nouæ religionis. p. 1. n. 484.
An ſi religio de nouo introducenda det cautionem omittendi omnia, vnde cæteræ detrimentum pati poſſent, ſit admittenda abſque citatione, &c. p. 1. n. 485.
Qualiter iſta cautio præſtanda. ibid. n. 486.
Quam aliam obligationem præſtare debebit. ibid num. 486.
Adhuc conuocandi cæteri Regulares. ibid.
In introductione nouæ religionis debet conſiderari præiudicium aliarum ex quocunque capite proueniat. p. 1. n. 482.
Noua religio tunc ſolum introducenda, quando commodè ſubſtentari poteſt ſine aliorum detrimento. p. 1. n. 483.
Regulares conuocati an debeant omnes conſentire pro introductione nouæ religionis. p. 1. n. 521.
Quando aliquæ religiones conſentiunt, & aliæ non pro introducenda noua religione, non obtinetur finis Conſtitutionum Apoſtolicarum. part. 1. numer. 523.
Quid faciendum Ordinario, ſi religioſi conuocati irrationabiliter denegent conſenſum pro noua religione introducenda. p. 1. n. 518.
Quid faciendum, ſi aliqui religioſi reclament à conceſſione introductionis nouæ religionis. part. 1. num. 519.
Exceptio, quod aliquæ religiones non ſint auditæ pro introducenda noua religione, an debeat admitti. p. 1. n. 120.
Solemnitas pro introductione nouæ religionis, ſeruanda, quando recuperantur monaſteria de manu Hæreticorum, aut bello diruta. part. 1. num. 488.
Conſenſus exquirendus pro introducenda noua religione, an poſſit per Generales, aut Proninciales ſuppleri. p. 1. n. 497.
Non poteſt ſuppleri, niſi cauſa cognita. ibid. numer. 498.
Peccant mortaliter exhibentes conſenſum pro inducenda noua regione, ſi ſit futura detrimento cæteris, aut ſibi. ibid. n. 498.

Religio quò ad Electos.
Vide *Electi.*

Religio quando teneatur electis ſubminiſtrare alimenta. ibid. n. 902.
Quid, ſi electus intulerit religioni aliqua bona. ibid.
Religio non tenetur recipere electos, quando ſequeretur ſcandalum. n. 1021.
Neque ſi religio ſubiret notabilem infamiam, detrimentum, &c. n. 1022.
Neque ſi electus contraxiſſet morbum contagioſum n. 1023.
Religio recipiens electum, an teneatur ſoluere debita ab ipſo contracta. p. 1. n. 1024.

Religioſus.
Vide *Regularis. Monachus. Incorrigibilis.*

Religioſus comparatur ſeruo. p. 1. n. 1086.
Religioſi, qui non ſunt Monachi, an poſſint eſſe patrini. p. 2. q. 26. n. 5.
Religioſus non habet propria iura, & in iudicialibus æquiparatur ſeruo, &c. p. 2. q. 106. n. 2.
Religioſi non poſſunt eſſe adminiſtratores bonorum monialium. p. 1. n. 777.
Religioſi, & Clerici non tenentur ad cuſtodiam portarum tempore peſtis. p. 2. q. 94. n. 1.
Quilibet religioſus poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi. p. 2. q. 122. n. 3.

Dum-

Digitized by Google

Dummodo interueniat licentia Superioris, & vtilitas Monaſterij. ibid. n.4.
An aliqua Decreta obſtent. ibid. n.5.
Religioſus illegitimus non poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi. p.2. q.122. n.6.
Religioſus non transfert dominium per vſum illicitum. p.1. n.1003.
Religioſus alloquens Monialem cum licentia, an alloqui poſsit auſcultatrices. p.1. n.1126.
Religioſus ſine licentia non poteſt remittere iniuriam ſibi illatam. p.2. q.106. n.3.
Poteſt Superior remittere injuriam illatam Monacho, etiam eo inuito. p.2. q 106. n.4.
Patre, aut alio attinente ad religioſum ſinterfecto ius accuſationis, aut pacis non pertinet ad religioſum, aut Monaſterium. p.2. q.53. n.1.
Religioſus quando poſſit accuſare. part. 2. q. 53. num.3.
Religioſo profeſſo interfecto, cuius ſit mulcta offendentis. p.1. q.54. n.2.
Mulcta applicanda Monaſterio. ibid. n.3.
Religioſus non poteſt agere pro iniuria ſibi illata, niſi cum licentia. p.2. q.54. n.5.
Conſanguinei Religioſi non habent iura ſanguinis reſpectu Monaſterij. p.2. q.108. n.2.
Religioſus, & omnia iura ipſius ſunt religionis. p.2. q.54. n.3.
Dimittens habitum, vt fugiat rigorem Superiorum non eſt Apoſtata. p.1. n.1046.
Si tamen id eſt neceſſarium. n.1047.
Quando id locum habeat, etiam pro foro externo. num. 1048.

Religioſus quò ad munus Aduocati Procuratoris, &c.

Continuum exercitium aduocationis contrariatur ſtatui religioſo. p.2. q.103. n.2.
Munus Aduocati, & procuratoris exercere quando poſſit religioſus. p.2. q.100. n.1.
Vt Religioſus exercere poſſit munus Aduocati, aut Procuratoris, non ſufficit licentia tacita. part.2. q.100. n.7.
Religioſus potens ſtare in iudicio abſque licentia, poteſt etiam eſſe Aduocatus, & Procurator, aut conſtituere Procuratorem. p.2. q.100. n.8.
Solum prohibetur religioſo eſſe aduocatum, & procuratorem in iudicio. p.2. q.100. n.9.
Religioſus an pro vna, aut altera vice poſſit eſſe Aduocatus, & Procurator. ibid. n.10.
Religioſo Procuratori etiam poſt litem conteſtatam, poteſt excipi defectus licentiæ. p. 2. q.100. num.11.
Geſta per religioſum Procuratorem ſine licentia ſunt irrita. p.2. q.100. n.12.
Religioſus poteſt eſſe procurator pro Principe, laico patrono, defenſore religionis, vtili amico, &c. p.2. q.102. n.1.
Vtilitas monaſterij indirecta ſufficit, vt religioſus poſſit eſſe procurator. ibid. n.2.
Religioſus poteſt eſſe procurator, aut aduocatus pro Epiſcopo, principe, miſerabilibus perſonis, &c. p.2. q.102. n.3.
Non pro coniunctis, niſi ſint miſerabiles. ibid. n.4.
Poteſt eſſe pro intimo amico, & vtili religioni. ibid. num. 5.
Religioſus poteſt perficere inſtrumentum, quod, dum erat in ſæculo confecit. part. 2. q.104. numer. 2.
Interueniente licentia Superioris. ibid. n.3.
Monaſterium, ſeu Superior conueniri poteſt, vt cogat Monachum complere inſtrumẽtum, quod laicus confecit. p.2. q.104. n.4.
Religioſis interdicitur conficere inſtrumenta. par.2. q.104. n 5.
Hæc prohibitio non retrotrahitur. ibid. n.6.
Tabellio factus Religioſus cur compelli poſſit perficere inſtrumentum. n.2. q.104. n.7.
Religioſus an poſſit aduocare, vt ex lucro ſubueniat indigentiæ Monaſterij. p.2. q.103. n.1.

Religioſus quò ad Sacramenta.

Noui religioſi, ſi ſacramenta miniſtrent, præiudicant prioribus. p.1. n.482.
Religioſi miniſtrantes Extremam Vnctionem, Euchariſtiam, & ſolemnizantes Matrimonia ſine licentia Parochi, excommunicantur. part.2. q.25. num.1.
At modo non incurrunt quò ad Euchariſtiam, ſed ſolum quò ad Viaticum, & in die Paſchatis. ibid. num. 21.
Aſſiſtens matrimonio ſine ſolemnizatione, non incurrit excommunicationem. ibid. n.3.
Excommunicatio Clemen. *de priuil.* contra religioſos ſolemnizantes Matrimonium, an hodie habeat locum. p.2. q.25. n.4.

Religioſus quò ad ſepulturam.

Vide *Sepultura.*

Religioſus moriens extra religionem ſepeliendus eſt in ſuo monaſterio, ſi ad ipſum commodè deferri poſſit. p.2. q.60. n.1.
Vbi ſepeliendus, ſi ad ipſum commodè deferri non poſſit. ibid. n.2.
Poteſt eligere ſepulturam. ibid. n.3.
Non electa ſepultura, vbi ſepeliendus. ibid. n.4.
Regulares poſſunt religioſum ſuum mortuum extra clauſtra leuare inconſulto Parocho, & ad ſuas Eccleſias deferre. p.2. q.60. n.5.
Etiamſi à Parocho receperit ſacramenta. ibid.

Religioſus quò ad Parentes.

Vide *Filius.*

Religioſus degens extra clauſtra cum licentia, vt ſubueniat parentibus, an poſſit depoſito proprio induere habitum clericalem. part. 2. q. 105. numer. 5.
Filius non tenetur exire de religione, vt ſubueniat parentibus. p.2. q.105. n.8.
Eſt tamen iuſta cauſa, vt obtineat licentiam egrediendi. ibid. n.9.
Egrediens an poſſit dimittere habitum. ibidem. num. 10.

Digitized by Google

Quæ præſtare poſſit religioſus, vt ſubueniat parentibus, dum manet intra clauſtra. p.2.q.105.n.11.
Quid, ſi Prælatus denegat licentiam ſubueniendi, ibid.n.12.
Quid in dubio, an iuſtè deneget, ibid. n.13.

Religioſus fugitiuus.

Bona acquiſita à fugitiuo, ſi redeat ad clauſtra, cuius ſint. p.1.n.1029.
Fugitiui acquirunt Monaſterio. p.1.n.1030.

Renunciatio.

Renunciatio realis facit renunciantem haberi pro mortuo. p.2.q.118.n.3.
Renunciatio conditionalis euaneſcit deficiente conditione. p.2.q.118.num.5.
Renunciatio intelligitur facta rebus ſic ſtantibus. p.2.q.118.n.12.
Renunciatio voluntaria tantum valet, quantum vult renuncians. p.3 q.118.n.11.
Renunciantibus ſua iura non datur regreſſus. p.1. q.118. n.3.

Renunciatio Nouitiorum.
Vide *Nouitius.*

Renunciatio ſuorum bonorum qualiter à Nouitijs facienda, vt valeat. p.1.n. 26.
Decretum Trident. circa renunciationes Nouitiorum non comprehendit factas ante ingreſſum. p.1. num.26.
An comprehendat hoſpites Clericorum Regularium. ibid.
An pro renunciatione Nouitiæ Monialis ſufficiat licentia Vicarij Monialium. p.1. n.26.
Nouitius poteſt reuocare renunciationem, ſi non ſit ſequuta profeſsio. p.1.n.26.
An valeat, ſi vltra annum probationis differatur profeſſio. ibid.
Aſſumpto regulari ad Epiſcopatum, an reſoluatur renunciatio. p.1.n.26.
Prælati Regulares exempti nequeunt concedere Nouitijs licentiam renunciandi. p.2.q.43.n.1.
Ita communiter, & praxis. ibid.n.2.
Prælati habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, poſſunt hanc facultatem concedere. ibid.n.3.
Conſuetudo an poſſit præualere contra hoc Decretum Concilij. ibid.n.4.
Non exigitur licentia Epiſcopi in ſcriptis pro renunciatione nouitiorum. p.2.q.42.n.1.
Non ſufficit petita, ſed requiritur obtenta. ibidem, num.2.
Sufficit tacita, ſeu ratihabitio de præſenti. ibidem. num. 3.
Ob quem finem ſit neceſſaria in ſcriptis. ibid. n.4.
Non ſolum debet eſſe petita, ſed etiam obtenta. ibid.n.5.
Quid, ſi Epiſcopus iniuſtè deneget? ibid.
Licentia Epiſcopi præcedere debet renunciationem. ibid.n.6.
Bimeſtre, in quo eſt facienda renunciatio ante profeſſionem, quomodo computetur. part.2. qu.44. num.1.
Renunciatio an valeat, ſi differatur profeſſio. par.2. q.44. n.1.
Bimeſtre quomodo computari debeat. part.2. q.44 num.2.
Sufficere, quod ſit morale, qui doceant. ibidem. num.3.
Quæ computatio adhibenda ex verbis Concilij. ibid.
Bimeſtre accipiendum in ordine ad profeſſionem, prout immediatè ſubſequi deberet annum probationis. p.2.q.44.n.4.

Res.

Res tranſit cum ſuo onere. p.2.q.73.n.1.

Reſcriptum.

Volens vti duplici reſcripto ſuper eodem negotio, caret beneficio vtriuſque. p.1. n.1133.

Reſtitutio in priſtinum.

Reſtitutio in priſtinum ſtatum quid dicat. p.2.q.21. num. 4.
Reſtitutio in priſtinum ſtatum quid ponat. p.1. numer. 880.
Non cenſetur quis reſtitutus in priſtinum ſtatum, niſi obtineat omnia, quæ ante habebat. ibid.
Reſtitutus in priſtinum ſtatum non recuperat bona alijs acquiſita. p.2.q.118.n.1.
Reſtitutio in priſtinum quando extendatur ad recuperationem bonorum. p.2.q.118.n.10.

Retinere.

Retinere, & poſſidere ciuiliter, non ſunt idem. p.1. num.1505.

Reuelatio.
Vide *Prædictio.*

Reuelationes, & prædictiones futurorum inhibentur in ſermonibus publicis ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ. p.1.n.1216.
Quæ reuelationes, & qualiter prohibeantur enunciari. ibid.

Reuerentia.

Reuerentia parificatur cum metu. p.1.n.47.
Excludit conſenſum. ibid.
Non contradicens ob reuerentiam non conſentit. p.1.n.47.

Rubricæ.

Rubricæ directiuæ non obligant ad mortale. par.1. num.394.

S

Sacerdos.

SAcerdotes ordinati ante legitimam ætatem sunt irregulares, si celebrent. p.1. n.11.
Vago, & ignoto Sacerdoti non est permittendum celebrare. p.1. n.8.
Quid faciet sacerdos, si recepturus sacramentum sit in peccato mortali. p.2. q.80. n.1.

Satisfactio.

Satisfactio cui exhibenda ob manus violentas in religiosum. p.2. q.55. n.6.

Scandalum.

Non est peccatum scandali petere ab alio, quod potest licitè, & illicitè præstare. p.1. n.943.

Scientia.

Scire debens est in culpa. p.1. n.1141.
Idem est scire, & debere scire. p.1. n.1562.

Scripta.

Prohibitio Trident. vulgandi scripta non approbata, quomodo accipienda, & quænam comprehendat. p.1. n.1569.
Scriptura, quæ deseruire non potest, non dicitur scriptura. p.1. n.1168.

Scripturæ sacræ.

Lectio S. Scripturæ habenda in Monasterijs Monachorum. p.1. n.2.
Episcopi sunt delegati Pontificis in ordine ad cogendos Abbates pro lectione sacræ Scripturæ. p.1. num.2.
Quæ Monasteria cogantur ad lectionem sacræ Scripturæ. p.1. n.2.
Quid sit dispositum de sacra Scripeura in vulgari idiomate. p.1. n.1537.
Quid, de versionibus sacræ Scripturæ. p.1. n.1538.
Adnotationes ad versiones sacræ Scripturæ, quando permittantur. p.1. n.1539.
Biblia Vatabli, Isidori, &c. quomodo permittantur. p.1. n.1539.

Sententia.

Vide *Excommunicatio*.

Contra sententiam Iudicis Ordinarij, quæ transiuit in rem iudicatam, regulariter non potest excipi. p.1. n.781.
Neque etiam ex nouiter repertis. ibid.
Adest tamen remedium restitutionis in integrum. num.782.
A declaratoria excommunicationis appellari potest. p.2.q.12. n.6.
Etiamsi censura sit ab homine. ibid. n.7.
Sententia contra Monasterium, absente eius aduocato, est nulla. p.2. q.99. n.1.
Sententia lata contra Fiscum absente aduocato, est nulla. p.2. q.94. n.2.
Sententia contra Fiscum, & Ecclesiam præsentu falsorum testium, seu instrumentorum, est nulla. p.2. q.99. n.4.
Præsumptio stat pro sententia; p.1. n.1014.

Sepultura.

Vide *Nouitius. Regulares quò ad Sepulturam.*

Cadauera tradita perpetuæ sepulturæ non possunt exhumari, nisi ex causa necessaria. p.2. q.66. n.1.
Cadauera, si sepulta sint per modum depositi, possunt exhumari. p.2. q.66. n.1.
Recognitio cadaueris per Curiam secularem non est causa sufficiens, vt exhumari possit. par.2. q.66. num.2.
Priuilegium Leonis X. circa transportationem cadauerum sepultorum. p.2. q.66. n.3.
Regulares quando sepeliunt corpora, vbi volunt, an possint postea transferre ad alium locum. par.2 q.66. n.4.
Religiosi inducentes ad electionem sepulturæ cum pacto, iuramento, aut voto sunt ipso facto excommunicati. p.2. q.63 n.1.
Qui se absque suggestione liberè obligat ad sepulturam, tenetur seruare. ibid.
Inducentes ad electionem sepulturæ reuocabilem non incurrit excommunicationem. p.2. q.63. n.2.
Nec si inducant ad electionem in Ecclesia aliena. ibid. n.3.
Nec quando electio est ratione oneris annexi hæreditati, &c. n.4.
Nec si inductio sit ad electionem per testamentum, aut codicilum. ibid. n.5.
Quid, si Franciscanus, & Dominicanus inuicem conueniant, vt hic pro illius Ecclesia, & ille è contrà pro huius inducat, &c. ibid. n.6.
Pro sepulturæ electione probanda saltem duo testes requiruntur. p.2. q.64. n.1.
Testes singulares sufficiunt pro probanda electione sepulturæ. p.2. q.64. n.2.
Testis vnicus cum adminiculis probat electionem sepulturæ. ibid. n.3.
Quando dictum vnius sufficiat pro electione sepulturæ. p.2. q.64. n.6.
Dictum Confessarij sufficit. p.2. q.64. n.5.
Acceptans hæreditatem, &c. cum onere sepulturæ in aliquo loco, tenetur seruare. p.2. q.63. n.1.
Expensæ pro sepultura electa à Prælato vnde sumendæ. p.2. q.61. n.7.
Expensæ pro sepultura Nouitij defuncti extra Monasterium, quando pertineant ad hæredes, & quando ad Monasterium. p.2. q.59. n.1.
Pertinent ad Monasterium, quando de suo tenetur alere Nouitium. ibid. n.2.
Quid, si Nouitius moretur extra religionem cum animo non redeundi. ibid. n.3.
Vsurpantes decimas priuantur Ecclesiastica sepultura. p.2. q.80. n.2.

Non ſoluentes decimas cur priuandi Eccleſiaſtica ſepultura. p.2.q.80.n.3.
Publici peccatores priuantur Eccleſiaſtica ſepultura. p.2.q.80.n.3.
Lex, *ſi quis ſepulchrum* eſt ſtrictè accipienda. p.1. n.435.

Seruus.

Seruus, ſi fugiat, capi poteſt, vbicunque ſit. part.1. num. 1086.
Legata libertate ſeruo communi, tenetur alter vendere ſuam partem. p.1. n.446.

Seruus Dei.
Vide *Canonizatio. Miraculum.*

Poſt mortem ſeruorum Dei quomodo liceat imprimere libros continentes geſta ipſorum, miracula, &c. p.1.n.1227.
Corpora ſeruorum Dei ſepelliri poſſunt nobiliori loco, cum ornatu, &c. p.1.n.1216.
An circa ipſorum ſepulchra accendi poſſint cerei. p.1. num.1226.
Imagines ſeruorum Dei qualiter formari poſſint. p.1. num.1233.
Imagines ſeruorum Dei poni poſſunt in dextra, aut ſiniſtra Altaris, & vbicunque, dummodo non appareant deſtinatæ ad cultum. p.1.n.1220.
Seruis Dei poteſt exhiberi priuatus cultus. par.1.numer.1222.
Non canonizatis, aut beatificaris deferri poſſunt, quæ ſunt priuati cultus. p.1.n.1223.
An poſſint appellari Sancti, aut Beati. ibid.
Non canonizati an inuocari poſſint in Litanijs, & fieri eorumdem commemoratio in officio. par.1. n.1224.
Seruis Dei an poſſint oſculari manus, pedes, &c. antequam ſepulturæ tradantur. p.1.n.1225.
Seruis Dei an liceat offerre vota in ordine ad obtinendas gratias. p.1.n.1231.
Quid de voto publico totius populi. ibid.
Senſus priuatus ſanctitatis ſeruorum Dei non poteſt declarari ſignis publicis. p.1. n.1234.
In anniuerſario ſeruorum Dei an liceat celebrare apud populum ipſorum laudes. p.1.n.1232.
An in ipſorum mortis anniuerſario liceat cantare Miſſam de Trinitate. p.1.n.1228.
Quid, ſi cantaretur ex impulſu deuotionis. ibid.
Diem anniuerſarium obitus ſeruorum Dei non licet inſtituere in Feſtum. p.1.n.1229.
Nec Ordinarius indicere ieiunium in eius vigilia. ibid.
Priuatis perſonis an liceat in honorem ſeruorum Dei abſtinere à ſeruilibus in eorumdem anniuerſario. p.1.n.1230.
De quorum ſanctitate prohibeantur informationes etiam extraiudiciales. p.1. n.1240.
Epiſtola S. Congregat. pro obſeruantia Decretorum S. Rituum Congregat. circa ſeruos Dei. p.1. num.1245.
Continet inſtructionem vniuerſalem. ibid.

Socius.

Si ſocius mander in domo communi conſtrui Eccleſiam, tenetur alter ſocius vendere ſuam partem. p.1.n.446.
Non poteſt quis in re communi inuito ſocio fabricare. p.1. n.447.

Sollicitatio.

Conſtitutio Gregorij XV. contra ſollicitantes comprehendit ſollicitantes maſculos. p.1. n.857.
An ante Conſtitutionem Gregor. fuerint denunciandi ſollicitantes maſculos in confeſſione. par.1. numer.859.
An ſciens ſub ſecreto naturali, aliquem ſollicitaſſe in confeſſione, teneatur denunciare. p.1.n.860.
Lex obligans denunciare ſollicitantes cedit obligationi naturali. p.1.n.861.
Inquiſitores an debeant credere teſtibus ſingularibus in materia ſollicitationis, & quid facere debeant. p.1.n.862.
Delictum ſollicitationis probari an poſſit per teſtes ſingulares concurrentibus adminiculis. par.1. numer.863.
Cuius arbitrio iudicandum ſit, an teſtes ſingulares probent in materia ſollicitationis. p.1.n.863.
Quid requiratur ad formandum hoc arbitrium. ibid.
In delicto ſollicitationis non ſufficiunt teſtes ſingulares, niſi concurrant indicia, & adminicula. p.1. num.864.
In delicto ſollicitationis debent coniunctim concurrere præſumptiones, & indicia. p.1. n.865.
Quinam teſtes non admittendi in crimine ſollicitationis. p.1. n.866.
Conſtare debet de ipſorum idoneitate. ibid.
Vnicus teſtis non ſufficit in delicto ſollicitationis. p.1.n.867.
An ſufficiat ad carcerationem, aut torturam. Et quid ſi Confeſſarius ſit malæ famæ. n.868.
In delicto ſollicitationis an ſufficiant duo teſtes pro condemnatione. n.869.
Quinam requirant tres teſtes ſingulares, & an ſufficiant. n.870.
Quinam requirant ſaltem quatuor teſtes ſingulares. num.871.
Ex teſtibus ſingularibus non eſt imponenda pœna ordinaria delicti in crimine ſollicitationis. par.1. num.871.
Quattuor fœminæ non probant in hoc delicto. p.1. num.872.
Delictum ſollicitationis an ſit probatum, remittendum iudicio Inquiſitorum. p.1. n.873.
Punitus ob crimen ſollicitationis nunquam cenſetur reſtitutus, vt poſſit audire confeſſiones. par.1. numer.879.
Quid, ſi reſtituatur in priſtinum ſtatum. n.880.

Sortilegium.
Vide *Damon. Maleficium. Superſtitio.*

Sortilegium, & ſortilegus. p.1. n.895.

Sor-

Digitized by Google

Sortilegium eſt diuinatio per ſortes. n.896.
Pœna ſortilegij. p.1.n.896.
Sortilegium non ſapiens hæreſim eſt mixti fori. p.1. n.897.
Sortilegia alia hæreticalia, alia non hæreticalia, & quale ſit hæreticale. p.1. n.899.
Quænam ſint ſortilegia, maleficia, &c. hæreticalia ex parte operis, n.900.
Quænam hæreticalia ex parte operantis. ibid.
Quid requiratur, vt maleficium, ſortilegium ex parte operantis ſapiat hæreſim. n.901.
Non omnia ſortilegia, maleficia, &c. ſapiunt hæreſim. n.902.
Quæ fiunt cum pacto explicito Dæmonis, ſapiunt hæreſim. ibid.

Status.

Non licet retinere ſtatum Eccleſiaſticum, & coniugalem, prætextu quod inuitus quis aſſumpſerit Ordines. p.1.n.349.

Statutum.
Vide *Lex.*

Statutum generale poſterius recipit diſtinctionem à priori. p.1.n.48.
Statutum, & excommunicatio Epiſcopalis non afficit delinquentes in loco exempto. p.1. n.1107.

Stellæ.

Quæ circa obſeruationem ſtellarum permittantur. p.1. n.1529.
Conſtellationes non cogunt ad bonum, vel malum. p.1.n.103.
Sydera quomodo inclinent. p.1.n.101.

Subſtitutio.

Pupillaris ſubſtitutio expirat per arrogationem; & quomodo conualeſcat. p.1. q.118.n.9.

Superior.
Vide *Prælatus. Generalis.*

Nomine ſuperioris qui veniat reſpectu Monaſteriorum Monialium. p.1.n.31.
Diſcrimen inter ſuperiorem regularem, & confeſſarium in non obligando ad reſtitutionem. part. 2. q.110. n.1.
Superior Regularis teſtans aliquem idoneum pro audiendis confeſsionibus, qui non ſit, grauiter peccat. p.1.n.1399.
Superiores Regulares non poſſunt benedicere de iure communi veſtes ſacerdotales. p.2.q.28.n.1.
Poſſunt ex priuilegio, vel ex conſuetudine. ibidem. num.2.
An etiam pro alienis Eccleſijs. ibid.n.3.
Superiores Regulares non poſſunt procedere contra ſubditos in crimine monetæ. p.1.n.1367.
Superior regularis exiſtens in Italia an poſsit cognoſcere de delicto monetę commiſſo à ſubdito extra Italiam. p.1.n.1370.
Si delictum monetæ à religioſo committatur in Italia, ſi diſcedat ex Italia, an poſsit cognoſci à Superioribus Regularibus. p.1.n.1371.
Superiores videntes, res depoſitas apud Monachum furripi, aut eius culpa perire, ſi non obſtent, cum poſsint, teuentur de depoſito. p.2.q.110.n.1.
Superiores tenentur ad pœnam, dum permittunt perire depoſita apud ſubditos, non ad ſatisfactionem. p.2.q.110.n.2.
Superiores Regulares quando poſsint procedere in cauſis Inquiſitionis. n.1.n.547.
Superior Regularis abſque præſumptione exercens aliquem actum in cauſis Inquiſitionis, excuſatur. p.1. n.548.
Superiores an teneantur concedere licentiam religioſo exeundi, vt ſubueniat parentibus. p.2.q.105, num.4.

Superſtitio.

Quando liceat vanis rebus vti. p.1.n.917.
Non licet, ſi ſuperſtitioſo modo adhibeantur. numer.918.
Nec quando putatur interuenire cooperatio dæmonis. ibid.
Nec quando putatur, ad earum vſum ceſſare dæmonem à vexando ex pacto. ibid.
Proteſtatio non iuuat vtentes rebus ſuperſtitioſis, ni. ſi in dubio. p.1. n.920.
Dubius, quod aliquid ſit ſuperſtitioſum, an adhibere poſsit cum proteſtatione. n.921.

Suſpenſio.
Vide *Abſolutio. Cenſura. Ordinatus.*

Suſpenſio ordinati ſine licentia proprij Epiſcopi, poteſt ab ipſo tolli. p.1.n.1147.

Synodus.

Synodus quotannis celebranda, & quinam accedere teneantur. p.1.n.17.
Regulares habentes curam animarum tenentur accedere ad Synodum. p.1.n.17.

T

Tabellæ.

TAbellas appendentes, &c. in ſignum miraculi falſi, peccant mortaliter. p.1. n.1215.
Quæ non indicant miraculum, poſſunt ex libito offerri. p.1. n.1215.

Tabellio.
Vide *Notarius.*

Tabellio, dum fit Religioſus, deponit perſonam tabellionis. p.2.q.104.n.8.

Tacitum.

Taciti, & expreſsi eſt idem iudicium. p.1. nu.1574.

Digitized by Google

Teſtamentum.

De iure non liceret teſtari, licet tamen ex æquitate iuris. p.2.q.113.n.6.
Licentia teſtandi conceſſa Epiſcopis religioſis, non conſumitur prima vice. p.2.q.113.n.7.
Epiſcopus regularis pro licentia teſtandi de patrimonialibus, quid debeat explicare. par.2. q.113. num.8.

Teſtator.

Id cenſetur diſpoſitum à teſtatore, quod interrogatus de caſu reſpondiſſet. p.1.n.468.

Teſtimonium.

Innixus teſtimonio probabili, probabiliter operatur. p.1.n.311.

Teſtis.

Socius criminis poteſt eſſe teſtis in delicto monetæ. p.1.n.1365.
Ex teſtibus ſingularibus nunquam habetur plena probatio. p.1.n.872.
Teſtes ſingulares in tempore probant, quando tempus non eſt de ſubſtantia actus. p.2.q.64.n.4.
In eo, quod nemini nocet, & alteri prodeſt, creditur vnico teſti. p.1. n.1284.
Præſertim ſi qualitas facti non permittat haberi alios teſtes. ibid.
Teſtis vnicus probat, vbi non agitur de alterius præiudicio. p.1. n.354.
Pro miraculis in ordine ad beatificationem, aut canonizationem, non ſufficit vnicus teſtis. part. 1. n.1185.
Pro miraculo in ordine ad beatificationem, & canonizationem, non ſufficit vnicus teſtis cum adminiculis. p.1.n.1186.
Quando vnico teſti credendum in miraculis. p. 1. num.1026.
Teſtes debent deponere per extenſum, quando repetuntur à iudice competenti. p.1.n.179.
Teſtis cur in cauſa Eccleſiaſtica non poſſit ſe remittere ad examen factum coram iudice laico. p.1.n.180.
Adhibere fidem teſtibus, eſt arbitrarium iudici. p.1. n.1183.

Textus declarati.

Cap. *Statutum.*18. *qu.*1. non habet locum de fructibus beneficij, qui non ſiunt Eccleſiæ. p.1. qu.119. num.2.
Cap. *Licet, de decimis*, explicatur. p.2. q.74. n.1.
Explicatio tex. cap. *Abbate. de ſent. & re iud.* par. 1. num.460.
Quid diſponatur in cap. *Monaſteria, de vita & honeſt. cler.* p.1.n.1111.
Explicatur tex. *cap.1. de priuileg. in 6.* p.2.q.55.n.16.
Clemen.1. de priuileg. an afficiat non ordinatos. p.2. q.25. n.7.
Clemen.1. de Decim. diſpoſitio habet locum probata ſola contrauentione. p.1.n.135.
Quando dicta diſpoſitio habet locum, conſtat etiam de dolo. n.136.
Cap. fin. de regul. & Clemen. de priuileg. quid ſanciant. p.2.q.7. n.6.
Clemen. vnic. de teſtam. de quibus diſponat. p.2. qu.5. num.18.
Diſpoſitio *l. ſi defunctus*. p.1. n.799.
Expenditur Conſtitutio Theodoſiana. p.1.n.1335.

Thalmud.

Thalmud Hebræorum ſpecialiter prohibetur. par.1. num.1525.
Quid de libro Magazor. ibid.

Theatini.

Theatini exempti à Decreto Vrbani VIII. par.1.numer.471.
Generalis tamen in aſſignandis debet rationabiliter procedere. ibid.n.478.
Theatini exempti à ſolutione quartæ funeralis. p.1. num.28.

Thronus.

Thronus Epiſcopalis ſignificat poteſtatem in Eccleſia. p.1.n.389.

Tonſura.
Vide *Ordo.*

Nemini exiſtenti intra terminos Diœceſis, etiam ſi nullius ſit Diœceſis, licet conferre primam tonſuram, aut Ordines minores, niſi ſubdito regulari. p.1.n.10.
Per hoc derogatur iuri communi. ibid.
Prima tonſura poteſt conferri quolibet die. part. 1. num.290.
An conferri poſſit in omni loco extra propriam Diœceſim. num.291.
Conferre primam tonſuram continet exercitium Pontificalium. p.1.n.292.
Conferens primam tonſuram in aliena Diœceſi, an poſſit excuſari à ſuſpenſione. p.1.n.293.

Tortura.

Iudex arbitratur, quando indicia ſufficiant pro tortura. p.1. n.1854.

Tractatus.

Non attenditur tractatus, ſed concluſio. par.1. numer.162.

V

Venditio.

Vicinus non cogitur ad vendendum cum magno detrimento. p.1. n.436.
Episcopus potest cogere ad vendendum pro ædificatione Monasterij, loci pij, scholarum, &c. part. 1. num. 440.
An quis possit cogi ad vendendum propriam domum pro ampliatione viridarij Monasterij. par.1. num.441.
Vicinus cogi potest ad vendendum religiosis seruitutem non attollendi altius ædificium, etiam interiacente via publica. p.1.n.442.
Vt locum habeat coactio, requiritur indigentia religiosorum. ibid.n.443.
Cogi potest vicinus ad vendendam seruitutem solum secundum mensuram priuilegij. p.1.n.443.
Pro constructa aut amplianda Ecclesia cogitur quis vendere domum propriam. p.1.n.433.
Etiam pro habitatione Clericorum, & pro atrio Ecclesiæ. ibid.
Fundamentum iuris huius doctrinæ. ibid. n.434.
Nobilitas, & antiquitas familiæ præseruat, ne ratione vicinitatis cogatur vendere singulare ædificiũ. p.1.n.437.
Religiosa loca posteriora insigni palatio non possunt cogere ad vendendum. p.1.n.438.
Non potest quis cogi ad vendendum ædificium insigne in ordine ad demoliendum. p.1.n 439.
Non cogitur quis vendere domum pro ædificanda Ecclesia. p.1.n.447.
Prohibita alienatione, non est prohibita venditio prouentuum. p.1. n.722.

Verba.

Vide *Oratio. Loquutio*.

In copulatis verba clara declarant æquiuoca. part.1. num.678.
Verba sunt accipienda cum restrictione ad causam, ob quam sunt prolata. p.1.n.892.
Verbum subsequens declarat antecedens. par.1. numer.1284.
Verba subsequentia declarant antecedentia. part. 2. num.1368.
Verba accipienda secundum subiectam materiam. p.2.q.3.n.3.
Verba accipiuntur iuxta qualitatem personæ, ad quã referuntur. p.1.n.1474.
Verbum, *debet*, quando agitur de fauore, non importat necessitatem. p.1.n.39.
Verbum *debet* quando non dicat necessitatem. p.2. q.26.n.6.
Verbum *monere*, quando importet præceptum. p.2. q.30. n.2.
Verba, *visitauerint, vel correxerint*, stant disiunctiuè, etiam quò ad effectum, in Decreto Tridentin. p.1.n.7.

Vicarius.

Vicarius quando veniat nomine Episcopi. par.1.numer.1445.
Idem tribunal Episcopi, & Vicarij. p.1.n.1445.
Quæ potest Episcopus iurisdictione ordinaria, potest etiam committere Vicario. p.1.n.1369.
Vicarij Episcoporum absentium non possunt erigere Baldachinum in Ecclesijs Regularium. par.1. num.381.
Vicarius generalis Episcopi an possit concedere licentiam fundandi conuentus. p.1.n.504.
Potest, si habeat ad hoc speciale mandatum. part. 1. num.505.
Quæ conueniunt Episcopo ex delegatione, non conueniunt eius Vicario. p.1. n.728.
Vicarius Capituli sede vacante an possit concedere licentiam erigendi conuentus. p.1.n.506.
Vicarius Capitularis non succedit in ea, quæ Episcopo conueniunt ex delegatione. p.1.n.727.
Omnia onera Parochialis Ecclesiæ pertinent ad Vicarium perpetuum. p.1.n.55.
Eleemosinæ Altaris, funeralium non computandæ in portione Vicarij perpetui. p.1.n.56.
Oppositum S. Congreg. declarauit. n.57.

Vicaria.

Carens ætate, & annis professionis requisitis pro Abbatissa, non potest eligi in Vicariam in capite. p.1.n.658.
Vicaria an possit eligi in Abbatissam. p.1.n.676.

Visitatio.

Locorum Ordinarij debent singulis annis visitare Ecclesias exemptas, & prouidere, &c. p.1.n.6.
De quibus Ecclesijs procedat hoc Decretum. ibid.
Ordinarij visitant, & corrigunt Monasteria, in quibus deest regularis obseruantia. p.1.n.7.
Quid requiratur, vt vigere dicatur regularis obseruantia. p.1.n.7.
Ordinarij visitant Monasteria, in quibus viget regularis obseruantia, si Superiores admoniti negligant visitare. p.1.n.7.
Quod non habet locum quando consuetis temporibus visitantur. ibid.
Quantum tempus requiratur, vt Superiores sint rei negligentiæ circa visitationem. p.1.n.7.
Ordinarij visitantes Monasteria pro supplenda negligentia Superiorum, quomodo corrigere debeant. p.1. n.7.
Non possunt reformare. ibid.

Vniuersitas.

Vniuersitas qualiter sacra, vel Ecclesiastica censenda sit. p.1.n.1553.

Voluntas.

Velle aliquid non inducit ipsum, nisi sequatur exequutio propositi. p.2.q.57. n.3.

Votum.
Vide *Abbatiſſa poteſtas*.

Vota Monialium ſubditarum Regularibus ab ipſis commutari, & diſpenſari poſſunt. p.1.n.748.
Votum ſtrictioris religionis an commutari poſsit etiam ab ipſa vouente in votum laxioris cum perſeuerantia. p.1.n.754.
Subditus poteſt petere irritationem voti, quando ſuperior poteſt ſine peccato irritare. p.1.n.759.
Superior regularis irritans vota ſubditi, in quæ conſenſit, ſine cauſa, peccat. p.1.n.717.
Peccatum eſt mortale. n.758.
Votum Epiſcopi de religione eſt nullum, ſi neſcit prohibitionem, ſi vero ſcit, eſt conditionatum, & obligat ad petendam licentiam. p.2.q.121.n.5.
Dum petit licentiam, an debeat exprimere votum: p.2.q.121.n.6.
Denegata licentia an teneatur rurſus petere. ibid. num.7.
Diſcrimen inter votum religioſi, & promiſsionem homini factam cum Superioris conſenſu. part.1, num.756.

Vox capitularis.

Non ordinatus in ſacris non habet vocem in Capitulo. p.1.n.9.
Hoc decretum quatenus afficiat Regulares. ibid.
Ordinatus ſubdiaconus ante legitimam ætatem an vocem habeat in Capitulo, p.1.n.9.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google